
Scriptores rerum Germanicarum septentrionalium, ...

Erpold Lindenbrog











ERPOLDI LINDENBROGII

SCRIPTORES SEPTENTRIONALES.

PETRI LAMBECII

ORIGINUM, RERUMQUE HAMBURGENSIUM

Libri Duo.

THEODORI ANCKELMANNI

INSCRIPTIONES HAMBURGENSES,

Unà cum Auctario.







ANTIQVÆ FIDEI, DOCTRINÆQVE, INGENIIQVE

IN LINDENBROGIO CERNITUR EFFIGIES.

P Eyfelehr invent   Hw fe: Hamb

ERPOLDI LINDENBROGII SCRIPTORES RERUM GERMANICARUM SEPTENTRIONALIUM, VICINORUMQUE POPULORUM, VETERES DIVERSI,

Quibus Continentur

HISTORIA ECCLESIASTICA ET RELIGIONIS PROPAGATIO Gestaque SAXONUM, SCLAVORUM, WANDALORUM, DANORUM, NORWEGORUM, SVEDORUM &c. Situs denique & Natura omnium quæ in Septentrione sunt Regionum, ipsarumque gentium vetustis Temporibus Mores ac Religiones.

Præterea

VARIORUM PONTIFICUM, IMPERATORUM, REGUM ET DUCUM DIPLOMATA ET PRIVILEGIA.

Omnia ad Fidem VETT. CODD. emendata & aucta, partim etiam primum ex Archivis prolata.

CUM NOVO AUCTARIO

Et INDICE Rerum & Verborum satis locuplete.

Quid in hac editione nova præstitum sit, declarat præfixa Præfatio

JO. ALBERTI FABRICII, D. & PROF. PUBL. IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

Scriptorum Nomina atque seriem proxima post Præfationem Pagina indicabit.



HAMBURGI,
Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT, Anno 1706.







REI HAMBURGENSIS PUBLICÆ
DIGNISSIMIS STATORIBUS,
AMPLISSIMO SENATUI.

VOBIS, SAGACI CURA MAGNI CONSULES,
VOBISQUE, SUMMA DEXTERITATE SYNDICI,
ET QVOTQVOT ESTIS PATRIÆ VERE PATRES,
INDUSTRIA, INTEGRITATE, CONSILIO, FIDE:
VOBIS HÆC SACRA JURE MERITO EST PAGINA,
QVA VESTRA CIVITAS SUAS
ORIGINES MIRANS VIDET,
MOX FATA SPECTAT ASPERA,
AC CHRISTIANI NOMINIS
PRESSUM, NON OPPRESSUM, DECUS.
FAVENTIORE HINC NUMINE
RES LARGIENTE PROSPERAS,
SUA INCREMENTA INTELLIGIT.
HÆC TOTA VESTRORUM PARI
NON INFICIANDO CIVIUM
DEBETUR: HÆC VOBIS FUIT
PRIDEM SACRATA: IN HAC EGO
VOBIS, TANQVAM IN VESTRO SOLO,
ARAM DICAVI PRÆSENTEM PIA MANU,
QVA PRO SALUTE SINGULORUM ET OMNIUM
PRECES LITAREM, VOTA FERREM, PLAUDEREM.

VESTER, JOHANNES ALBERTUS FABRICIUS.

PERENNITATEM GRATIAMQVE OPERI ET DECUS
LAMBECII ADDUNT ATQVE LINDENBROGII,
QVOS VESTER OFFERT CHRISTIANUS LIEBEZEIT.



LECTORI BENEVOLO
S. D.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Ecce Tibi novam editionem Operis LINDENBROGIANI, quod licet exigua mole constat, multa tamen, ut norunt harum literarum periti, complectitur praeclara neque alibi obvia, quae Auctor singulari studio collegit, recensuit pari fide. Hoc avide pridem à Studiosis Historiae hominibus emptum lectumque, diu jam tum in bibliopoliis desiderari coepit, ut in Auctione publica si quando sese, quod rarissime contigit, offerret, non defuerint etiam in Belgio, qui quatuordecim vel plurium florenorum Hollandicorum pretio certarent licitantes, & suum esse librum libenter cuperent. Non injucundum itaque futurum esse speramus, quod longe minoris tibi offertur in praesenti, neque ut fieri haud raro solet in musteis scriptorum editionibus, exhibetur mutilatum deturpatumve vitiis aut confusum, sed vero melius, pleniusque.

Familiam in hoc Volumine ducit ADAMI, gente fortassis Thuringi vel Miseni, sed qui Scholae Bremensis Magister sive Moderator & ab Anno Christi M LXXVII. Ecclesiae illius Canonicus fuit, Historia Ecclesiastica, Bremensis maxime & Hamburgensis, tum vicinorum locorum Septentrionalium, à Carolo M. usque ad tempora Henrici IV. Imp. antiquissimum in hoc genere ac praestantissimum haud dubie monumentum. Quanquam enim parachronismorum quorundam hinc inde à Lambecio Adamus arguitur, tamen studio ac sinceritate sua facile horum si qui sunt veniam impetrabit ab iis, qui meminerint, tam multa & egregia nos ab illo doceri, quae sine ejus indicio ignorassent tum ipse Lambecius, tum Albertus Cranzius & alii quotquot de Ecclesiis hisce commentari ab eo tempore sunt aggressi. Primus publico bono è MS. Codice membranaceo Soranae Bibliothecae hanc Historiam in lucem protraxerat *M. Andreas Severinus Vellejus*, Serenissimi Daniae Regis Friderici II. Historiographus, Canonicus atque Ecclesiastes Ripensis, cujus editio cum notis ad obscuriora loca prodiit Hafniae A. M D LXXIX. 4. Eandem cum manu exarato Codice Illustrissimi Viri *Henrici Ranzovii* conferens *Erpoldus Lindenbrogius* noster, tantam deprehendit utriusque differentiam, ut de recudendo Adamo cogitaret, praelisque eum subjiceret Lugduni Batavorum A. M D XCV. 4. hac praemissa Epistolâ, quam praesenti loco integram apponere non dubitavi.

Generoso

Generoso ac illustri Heroi ac Domino,

DN. HENRICO RANZOVIO,

Serenissimi Daniæ Regis in Ducatibus Sleswici, Holsatiæ & Ditmarsiæ Produci, Consiliario & Præfecto Sigebergensi, Domino hereditario in Bredenberg, Ranzovisholm, Drakenburg, Nutschou, Redingsdorp, Tuschenbec, Rintelem, Melbec, Wandesburg, &c.

Domino & Patrono suo summa observantia colendo S.

SEmper hoc meum, Vir generosissime, fuit, ut Patriam nostram, quâ Viro bono nihil amabilius esse debet, aut ipse meis, aut aliorum scriptis edendis pro virili illustrarem. Alterum feci; quam laudabiliter, doctorum quibus me meaque libenter subjicio sit judicium: alterum nunc facio. Cum enim ante biennium abs Te per literas Adamum Bremensem, quo mihi ad Historiam quam tum de Carolo Magno parabam, usus erat, petiissem, Tu, quæ Tua est benignitas, non solum impressum exemplar, sed etiam Manuscriptum, quod olim Alberti Crantzii, *summi illius Historici fuisse existimo, misisti. Quodque majus otium ubi nactus, cum impresso cum contulissem, deprehendi magnam utriusque differentiam. Nam manuscriptum non modo multis in locis melius, sed etiam auctius erat, præsertim in calce,* * *ubi elegans Insulæ illius quam* Thulem *vocant descriptio subjungitur. His ne solus aut cum paucis fruerer, ratus sum me omnino operam non lusurum, si Auctorem hunc ad Manuscriptum Codicem excudendum curarem; cum propter dictam jam causam, tum etiam quia exemplaria Danicæ editionis in Germaniâ nulla fere prostent: & hic tamen Auctor multa habeat, quæ alibi non facile reperias. Cum hic liber à Te Vir Generos. sit profectus, eum Generosi. Tuæ (ne si alii, de alieno liberalis esse viderer) dedicare volui. Impar sane munus, & cum tuis multis iisque magnis mihi præstitis beneficiis haud æquiparandum. Sed tamen, qualequale id est, summisse rogo, ut id benigno animo accipere, & eâ humanitate ac benivolentia, quâ hactenus erga me fuisti, porro esse velis. Vale. Hamburgi, prid. Non. Julii Anno* cIↃ IↃ xcv.

T. Generositati deditissimus

ERPOLDUS LINDENBRUCH.

)o(Præ-

* Hæc sunt quæ à Lindebrogio inscribuntur: *Ejusdem Auctoris M. ADAMI libellus de situ Daniæ & reliquarum quæ trans Daniam sunt regionum natura, deque gentium istarum istis temporibus, moribus religionibusque.* In Velleji editione hic non exstat, sed primum vidit lucem è MSto Ranzoviano: neque vero tanquam singularem librum M. Adamus eum composuit, sed Historiæ Ecclesiasticæ instar appendicis subtexuit.

Præfixit & Ranzovius ipse præfationem, qua testatur Lindenbrogium Adami Historiam MStam cum *Otthonis à During* Decani Bremensis & Andreæ Vellei exemplaribus conferentem, non tantum in his lectionis Varietatem, una cum marginalibus quibusdam annotationibus, sed etiam diversam capitum distinctionem deprehendisse. Descripto itaque utroque libro, capitum distinctionem diversis numeris significavit, ita ut differentiæ gratiâ capita Ranzoviani exemplaris numeris majusculis latinis sive Romanis, Andreæ Vellei vero capita numeris barbaris distinxerit. Eadem distinctio observata est à Lindenbrogio, cum idem vir doctissimus ad edendam Francofurti A. M DC IX. fol. Scriptorum Septentrionalium collectionem, quam hîc recusam vides, animum appulisset, & in illâ principem locum Adami Historiæ esse voluisset. Sed nescio quomodo factum est, ut *Scholia* quantivis pretii, *veteris* & Adamo supparis *Scriptoris*, quæ ex MSto Ranzoviano primus Lindenbrogius eruerat, & ad quæ numeri subinde in ora libri respiciunt, in Francofurtensi editione A. M DCXXX. recusa sint prætermissa. Occurrit huic defectui Vir insignis *Joachimus Johannes Maderus*, non uno isthoc nomine præclare meritus de Antiquitate Germanica & Ecclesiastica, atque Adami Historiam ex editione Lugdunensi iterum subjecit typis Helmstadii A. M DCLXX. 4. quasque Lindenbrogius ad calcem libri rejecerat, ipse in ora statim singularum paginarum exhibuit Varias lectiones, at vetusta quæ dixi Scholia similiter ad extremum voluminis demum exhibuit. Vel hoc itaque nomine præsens nostra Adami editio Maderianæ ac reliquis superioribus præstat, quod Scholia quoque illa antiqua suis per singulas paginas locis substrata offert lectori. Utinam vero vel temporis vel loci ratio permisisset nobis conferre codicem MStum Adami membranaceum perantiquum, quem sub titulo *Gesta Pontificum Ecclesiæ Bremensis* in Bibliotheca Potentissimi Regis Daniæ extare, & è quo bene multos & magni momenti nævos editionum elui posse, testis est locuples, gloriæ nominis aviti assertor ac propagator felicissimus Tho. Bartholinus libro secundo de causis contemtæ à Danis Gentilibus mortis, capite primo.

HISTORIAM ARCHIEPISCOPORUM BREMENSIUM à tempore Caroli Magni usque ad Carolum IV. sive à Willehado ad Gothafredum, ab incerto auctore deductam, itidem è codice Ranzoviano primus ediderat Erpoldus Lindenbrogius Lugduni Batavor. A. cIↃ IↃxcv. in 4° sed extremam partem vitæ Gotfridi Comitis de Arensberg, quæ in illa editione mutila est, postea ex alio Codice suppletam, inseruit Scriptoribus Septentrionalibus. In iisdem pagina 103. præsentis editionis Johannes Bremensis Archi Episcopus dicitur antea fuisse Episcopus *Budensis*, sed in editione Lugdunensi rectius legas Johannem istum Grant, prius fuisse Episcopum *Lundensem*.

DE ECCLESIA BREMENSI Vetus scriptum depromsit Lindenbrogius ex scheda manu exarata quæ fuit apud *Johannem Kleyen* JCtum, Seniorem ac Thesaurarium Ecclesiæ Cathedralis Hamburgensis.

DE

DE BENEDICTO V. Narrationem & POEMA DE VICELINO Episcopo ex Bibliotheca *Ottonis à During*, Bremensis Ecclesiæ Decani petiisse se Lindenbrogius testatur, qui Appendicis instar hæc cum superiore de Ecclesia Bremensi scripto ad calcem Historiæ Archi Episcoporum jam anno M D XCV. publici juris esse jussit, dicavitque Bredoni, Francisco, & Gerhardo Ranzoviis Fratribus, Henrici Ranzovii Producis Cimbrici Filiis.

PRIVILEGIA ARCHIECCLESIÆ HAMBURGENSIS, alia descripta ex schedis ejusdem Ottonis à During, alia beneficio Johannis Kleyen aliorumque Amicorum suorum accepta in lucem protulit Lindenbrogius. Neque erraverit qui hæc ipsa vetera diplomata dixerit partem esse collectionis præsenris Lindenbrogianæ præstantissimam. Pauca ex his cum Historia ArchiEpiscoporum Bremensium pridem vulgaverat vir doctissimus Lugduni Batavorum; sed longe plura comparent in Francofurtensi συναγωγῇ, quam hæc editio presso pede sequitur. Iisdem diplomata antiqua à Madero unà cum Adamo edita distincti auctarii vice subjunximus, eisque dum typographus festinat, paucissima quædam alia adjecimus. Numeri autem privilegiis præfixi, & quæ in ora libri hinc inde in lectoris gratiam notata occurrunt, à Lindebrogii manu non sunt profecta, sed recens apposita.

In CHRONICIS SLAVICIS & ERICI Regis Daniæ Narratione DE ORIGINE GENTIS DANORUM EORUMQUE REGIBUS satis esse debuit nobis vestigia editionis Francofurtensis legere: neque aliud hoc loco notare ducimus operæ pretium, quam Erici narrationem separatim fuisse primum editam à Lindenbrogio Hamburgi A. M DC III. in 4. Atque hæc sunt, quæ in præsenti Volumine, Tibi denuo offeruntur, Indice quoque editionis Francofurtensis tantisper servato, quem illa licet satis locupletem appellat, atque titulus noster quoque ex eadem profitetur, fateor tamen perlibenter me optasse locupletiorem, & exhibiturum fuisse utique, si tempus ferre voluisset.

Qualis vero, quantusque Vir fuerit, quam Patriæ amans, quam Studiosus Antiquitatis & Historiæ omnis, sed Germanicæ maxime peritus ERPOLDUS LINDENBROGIUS, præter hanc Scriptorum Septentrionalium collectionem demonstrant scripta ejus alia, tum excusa typis, tum quæ in Johanneâ hujus urbis, inedita delitescunt. EX *editis* nota sunt ipsius Historia Regum Daniæ à primo Dano usque ad Regem CVII. gloriosæ memoriæ Christianum IV. cui librum ipsum inscripsit: Historia Chaucorum, quo nomine venisse olim non dubitat populos qui Bremensem tractum incolebant: Chronica rerum à Carolo M. gestarum, Chronica belli à Romanis Marii tempore per octennium gesti cum Cimbris, Chronica rerum Harminii Ducis Cheruscorum, Oratio Henrici

Leonis Ducis Brunswicensis &c. *Inedita*, ut Historiæ Adami Ecclesiasticæ versionem Germanicam aliaque lubens prætereo, quoniam ultimam manum desiderant & fere imperfecta ab auctore relicta deprehenduntur. Potius commemorem quæ ad gloriam ejus non minus facit filiorum Trigam præstatissimorum, è quibus solus minor natu JOACHIMUS LINDENBROGIUS nullis ingenii monumentis clarus discessit e vita: verum integritate vitæ literarumque studiis conspicuus fuit inter Rev. Canonicos Ecclesiæ hujus Urbis, Parentis exemplo Præbendarius minor ut vocant in summo, diem obiit supremum Anno M DCXLIII. Alter, HENRICUS LINDENBROGIUS, universis elegantiores literas edoctis haud minus notus est exquisitis & elegantis doctrinæ animadversionibus in brevem sed elegantissimum *Censorini* librum, quam in patria colitur coleturque ejus memoria tanquam viri probi ac laudatissimi. Quanti porro illæ quas dixi animadversiones fiant ab eruditis, documento est quod post repetitas in Germania & Belgio editiones non ita longe abhinc eædem recusæ sunt in Anglia à Cantabrigiensibus Anno MDCXCV. Celeberrimus denique omnium & fama meritisque in rem literariam summus fuit FRIDERICUS LINDENBROGIUS, cujus excellentia ingenii monumenta nemo nisi in humanior ignorare potest. Non dicam in præsenti de præclaris *Terentii* & *Statii* Poëtæ editionibus, quos unà cum antiquorū Grammaticorum Scholiis diligentissime recensuit, & Terentium notis præterea suis illustravit; Nec prolixe memorabo ejus Commentarium in L. unicam C. *si quis Imperatori maledixerit*, quo dedit demonstratum, quantum in Jure Civili valeret: sed tantumodo quæ ad Historicorum veterum & Antiquitatis Germanicæ lucem cum incredibili industria ac fide elaboravit, breviter perstringam. Quis non diligentiam ejus & ingenium miratur in difficili ac cordato scriptore *Ammiano Marcellino* interpretando? in quem licet amplissimum spicilegium incomparabili Viro Henrico Valesio reliquerit, tam feliciter tamen ipse operam prior posuit suam, ur nec in Galliis postea Hadriano Valesio novam Ammiani editionem adornanti, neque Jacobo Gronovio Belgicis prælis eum denuo subjicienti adspernandus visus fuerit Lindenbrogii Commentarius. Cumque Hadrianus Valesius intellexisset Lindebrogium secundis curis nonnulla, ut fit, observasse, quæ in edito tum commentario non legebantur, ea vero in codice quem Bibliotheca hujus Urbis servat exstare: non cessavit precibus hoc efflagitare ab amicis suis, quos Hamburgi habebat, ut descripta ista ad eum transmitterent, quibus nova illa quam parabat Ammiani editio, uti factum etiam postea fuit, exornaretur. Laudatissima dehinc & Historiæ Studiosis utilissima industria est, quam Lindebrogius collocavit in recensendis accurate, & elaboratissimarum observationum ope illustrandis scriptoribus tribus, *Jornande* Episcopo de regnorum ac temporum successionibus & de origine Gothorum: *Isidoro Hispalensi* de Gothis, Wandalis, & Svecis, & Regum Wisigothorum succesione: ac denique *Pauli*, Warnefridi F. *Diaconi* de gestis Longobardorum. Quanto præterea nexu sibi obstrinxit idem vir doctissimus omnes

omnes

omnes Antiquitatis Patriæ amantes editione luculenta *Codicis Legum Antiquarum*, ad quam adornandam præter alia usus est codice membranaceo eximiæ vetustatis, qui ex ejus munere inter præcipua Bibliothecæ hujus Urbis Johanneæ cimelia atque ornamenta asservatur. Quid dicam de observationibus ejus & glossario, tam utili lectoribus quam labore magno stetit Auctori. Quid de scriptis pluribus ineditis, de tot libris collatis cum Codd. MSS. tot electis atque excerptis, glossariisque & observationibus, quæ manu ejus exarata exstant in Bibliotheca, quam dixi Johannea, cui universam supellectilem suam librariam, Parentisque sui & fratris Henrici libros bene multos per testamentum A. M DCXLV. die XXII. Aprilis sancitum pio instituto legavit. Præ cæteris memini me inter hæc observare apparatum satis locupletem ad opus Historico Juridicum *de veterum Servis*, quem ab aliquo digeri atque in lucem edi esset fortassis operæ pretium. Addamne, quod viris suæ ætatis eruditissimis, per Galliam maxime, tum per alias Europæ partes charissimus fuit & per literas familiaris, in his viro summo Hugoni Grotio, uti præter Epistolas hujus testatur. Consilium Juridicum latum in causa testamenti, quod fecisse ferebatur magnis in hanc Remp. meritis Consul beatæ memoriæ SEBASTIANUS à BERGEN, fecisse vero pernegabat Lindenbrogius, qui relictam ab illo viduam in matrimonium duxit, & Consilia ac sententias undique circa eandem causam repetitas singulari libello edidit.

Verum ut ad Parentem ejus Erpoldum, de quo instituta cum maxime est, nostra tandem redeat Oratio, ei, cùm anno superioris Sæculi decimo sexto, ætate & laboribus confectus hanc vitam cum meliore commutasset, corpusque ejus in Ecclesia Cathedrali tumulatum esset, tres liberi superstites monumentum cum hoc elogio posuere, quod inter Inscriptiones Hamburgenses prætermissum, præsenti loco opportunius legetur:

D. M. ET MEMORIÆ

DN. ERPOLDI LINDENBROGII,

Ex vetusta ac celebri Withmariorum prosapia, in Diœcesi Bremensi nati,

Viri integerrimi, Patriæque amantissimi, Cujus Decora ac Nobilitatem scriptis illustrare indelassato semper animi vigore, fessa jam licet ætate studuit, donec fatali superveniente necessitate vitæ pausam fecit.

☉. ANN. ☧. CIↃ IↃ CXVI.

Et ANNÆ GISEÆ, ex honesta Giseorum, Burtfeldiorumque, Civium Hamburgensium familia ortæ, Matronæ lectissimæ.

☉. ANN. ☧. CIↃ IↃ CXII.

)o( )o(　　Pieta-

Pietatis ergo Parentibus benemeritis faciendum curarunt

HENRICUS, FRIDERICUS, JOACHIMUS LINDENBROGII.

Valete Parentes, Nos eo quo Natura permiſerit ordine Vos ſequemur.

Quisquis es, ſi pius es, Dominumque metuens, Suprema Lindenbrogiorum, ſpe Reſurrectionis ſub hoc Saxo quiescentia turbare noli.

Ejus rei ergo Monumentum hoc juxta Capitularem ſacræ hujus Domûs Legem, in magnum Cenſoriumque Mundi diem clauſum eſto. H. N. S.


Cœli regnantis duplex hæc Potentia,
Privare vitâ, quum ſatis poſſedimus,
Reddereque Vitam, quâ perenne vivimus.

ANNO cIↃ IↃ CXLVII.

Wir liegen und ſchlafen gantz mit Frieden / du HErr allein machſt / daß wir ſicher wohnen. Pſal. IV. 9.

Unum ſupereſt, quod Te moneam, mi Lector. Effigies quam Volumini huic præfixam vides, non eſt Erpoldi Lindenbrogii, qui Scriptores Septentrionales collegit, ſed filii ejus digniſſimi tam egregio Parente, nec minus præclare de literis, ut jam demonſtratum eſt, promeriti, Friderici. Error nec magnus, nec periculoſus, neque adeo inauditus. Non magnus, quia facies licet non una utrique, haud diverſa tamen eſt, qualem decet eſſe Parentum & liberorum. Non periculoſus, quia Nemini inde detrimentum aliquod conciliabitur, præcipue jam

jam à me monito. Denique non adeo insvetum est viris etiam doctissimis hujusmodi errare errorem, ne dicam quæ facile nimis credimus in priscis imaginibus, in monumentis antiqus, in statuis, in numis. Quid M. Antonino Philosopho accidit? cujus libris effigies L. Veri præfixa cernitur non tantum in triplici editione viri præstantissimi Tho. Gatakeri Græcolatina, verum etiam in Gallica Andreæ Dacerii. Ecquid autem Vir hic ingeniosissimus, cum eo nomine paulo diligentius reprehensus à nescio quo fuisset? Nimirum, respondet in præfatione ad Plutarchi Vitas, Gallice à se perquam eleganter redditas, plus se studii industriæque ad pernoscendum M. Antonini animum & ingenium, legendaque Virtutum ejus vestigia, quam ad lineamenta oris & corporis formam penitus perdiscendam attulisse. Vale. Scripsi Hamburgi X. Cal. Aprilis Anni Christiani MDCCVI.





ELENCHUS
SCRIPTORUM IN HOC VOLUMINE Comprehenſorum.

M. ADAMI HISTORIA ECCLESIASTICA, continens Religionis propagatæ geſta, quæ à temporibus Caroli M. usque ad Henricum IV. in locis Septentrionalibus acciderunt. p. 1.

Ejusdem Auctoris libellus DE SITU DANIÆ & reliquarum quæ trans Daniam ſunt regionum. p. 55. *Utrique huic Opusculo adjectæ ſunt in præſenti editione Variæ Lectiones & Vetuſti Scriptoris Scholia, ſuo quæque loco ſubjuncta.*

INCERTI AUCTORIS HISTORIA ARCHIEPISCOPORUM BREMENSIUM, à tempore Caroli Magni usque ad Carolum IV. p. 69.

De ECCLESIA BREMENSI Vetus Scriptum p. 116.

De BENEDICTO V. Pontifice Romano Hamburgum ab Imperatore in exilium relegato Narratio. p. 117.

Poëma antiquum de Epiſcopo VICELINO. p. 118.

PRIVILEGIA ARCHIECCLESIÆ HAMMABURGENSIS. p. 125.


AUCTARIUM Privilegiorum & Diplomatum Veterum, collectioni Lindenbrogianæ recens adjunctum. p. 177

Incerti Auctoris CHRONICA SCLAVICA. p. 189.


HELMOLDI Presbyteri Buzovienſis Chronicæ Sclavorum Supplementum, quod in antiquioribus editionibus deſideratur, ex MS. Codice redintegratum. p. 248.

Incerti Auctoris ANNALES ſive CHRONICA SCLAVICA. p. 251.

ERICI, Daniæ Regis, Wratislai VII. Ducis Pomeraniæ F. Hiſtorica Narratio DE ORIGINE GENTIS DANORUM & de Regibus ejusdem Gentis, deque eorundem Rebus Geſtis. p. 262.



Illu-




Illustri ac Generosissimo Domino,

DOMINO

ANTONIO GUNTHERO,

Comiti in Oldenburg & Delmenhorst, Dynastæ in Iheveren & Kniphusen, &c.

ILLUSTRIS ET GENEROSISS. DOMINE,



UM omnes homines, æterna lege jubente, summa ope niti deceat, ne sibi tantum nati sint, aut in pingvi otio desidioseve agendo consenescant, sed aliis qvoqve prodesse & auxilium ferre, tum vero patriæ commodis inservire ut possint, nihil mihi antiqvius aut magis in votis fuit, qvam ejus me studiosissimum, qva parte possem, declarare. Itaqve cum multa sint, qvibus alii post alios utilitates publicas qvotidie promovere conantur, mihi eorum exemplum proponendum duxi, qvibus qvæ retro vel præsenti sæculo acta sunt, ab oblivionis injuria ut vindicentur, curæ est. Neqve exilem hunc laborem, credo, ullus unqvam putavit. Licet enim in florente Regno, aut splendida Republica, non omnes peræqve rebus gerendis adhibeantur, non minimum tamen opis eisdem adferre videntur, qvi accurato studio magnorum virorum præclara facta literis posteritati commendare conantur. Neqve vero nunc disputo utri utris hic laude præferendi sint: illud saltim verissime Fl.

Vegetium dixiſſe reor, *Unius ætatis eſſe, quæ fortiter fiunt: quæ vero pro utilitate Reipublicæ ſcribuntur, æterna.* Cæterum neſcire quæ, antequam natus quis ſit, acciderint, ut eſt homini celſo loco conſtituto vituperoſum; ita nihil à pueris differre illi cenſendi ſunt, qui nugis & fabularum anilibus ineptiis potius oblectantur, quam veteris hiſtoriæ lectione ſeria capiuntur. Quo nomine ſacerdos Ægyptius apud Platonem Græcos appellat, & vehementer reprehendit, quod nullam rerum geſtarum cognitionem, ab antiqvitate commendatam percepiſſent. Ut ergo viri quantumvis in ſenium ætate jam proclives, animo tamen pueri ſunt, ſi nulla anteactæ rei notitia inſtruantur: ſic contra, hiſtorias varias diverſarum ætatum nationumque qui pervolvit, etſi ætatis flore juvenis ſit, pectus tamen ſenili prudentia munitum gerit, ut etiam velut ex theſauro memoriæ deprompta ea referre poſſit, quæ triſeclisſenes, ut Nævius ait, vel Evandri tritavus mirentur. Longum eſſet ire per ſingula, & hiſtoriarum utilitates accommoda cuncta recenſere: qvarum cum cognitio nemini non utilis & neceſſaria ſit, tum vero illis in primis, qui ad Imperii & Reipublicæ clavum ſedent. Majorum enim exemplis neceſſum eſt bene ſubactum ingenium ut habeat, qui aliis recte præeſſe velit: ut ſcilicet è re nata facile conſilium capiat, & quid præſenti ſtatui conducibile ſit, prævideat, ne forte eum in adverſis & ſubitis caſus imparatum inveniat. Itaque magnæ ſemper viris ſapientibus curæ fuit, ne qvid priori ævo actum poſtumam ætatem lateret. Unde antiqviſſimis temporibus, etiam ante cataclisſmum, duabus columnis, ſaxea nempe & lateritia, rerum geſtarum ordinem poſteritati relictum Fl. Joſephus narrat. Apud alios, ſive quod rudia adhuc tempora, ſive literarum monumenta quod memoriæ obeſſe putarent, facta heroum illu-

ſtria,

ſtria, & quicquid ab interitu aſſerere volebant, carminibus vulgaribus compoſitis, majores natu minoribus recitabant: filii à parentibus edocti nepotibus velut per manus transmittebant. De Auruncis hoc ſcribit Servius Honoratus, de Germanis Corn. Tacitus, Julianus Imp. Eginhardus. Hinc factum, ut non illa melle dulciori oratione, vel aureo eloquentiæ flumine egregia majorum noſtrorum facinora poſteritati tradita ſint: ſed ſtilo plerumque rudi, ſæpius etiam à vera latinitate alieno. Sed ea eſt hiſtoriæ dignitas, ut vel impolite & barbare ſcripta delectet ac juvet. Ejus generis ſunt, Illuſtris Domine, quos hic damus auctores: ex quibus cum majorum noſtrorum Virtus ſplendide eluceſcat, variaque nos rerum cognitione afficiat, utiliter me patriæ meæ prodeſſe poſſe putavi, ſi junctim ſic eos unum velut in corpus redactos publicarem. De labore, quem in conquirendis iis ac recenſendis impendi, non dicam, quilibet æqvus rerum arbiter, & tua potisſimum, Clementisſime Domine, Prudentia facile æſtimabit, non unius anni opus id eſſe, multaſque mihi ſubeundas fuiſſe moleſtias in perſcrutandis tot vetuſtis & obſoletis ſcriptis, tam difficili & inuſitato ſæpius charactere exaratis, ut Plautinum illud non raro in mentem venerit, *an habent quoque gallinæ manus?* Sed patriæ amore omnes quos cœpi labores mihi fuere leves, inque iis indelaſſato animo ac fortiter perduravi: ea ſcilicet ſpe fretus, gratum hoc quidquid egi recte judicantibus futurum; tibi vero Comes Illuſtris, gratisſimum, ſub cujus tuitione ſecurius etiam in lucem id omne proditurum putavi. Svadent hoc cum multa alia, tum vero potisſimum, quod non raro quoque eæ res, quæ vel à majoribus tuis, vel ab illuſtri domo tua oriundis, non procul à jurisdictionis tuæ territorio, vel in ipſo etiam, viciniſqve partibus hiſce Aqui-

lonaribus gestæ sunt, tractari videbis: quarum sane cum & memoria semper grata, tum etiam quod hic eas legere liceat, volupe tibi fore spero.

Clementiæ igitur tuæ limen, velut ad aram quandam, devota mente accedo, & hoc quicquid est muneris L. M. offero consecroque. Tranquillitatem C. T. rogans & obsecrans, benevolo id animo suscipere ut velis, meque innato tibi Clementiæ favore prosequi & amplecti. Quod ubi te facere intellexero, calcar addes & incitabis ad alia in lucem proferenda, quæ Germaniæ hujus nostræ historias antiquitate fere sepultas aperient, vel perperam hactenus intellectas docebunt.

DEUS optimus maximus C. T. quam diutissime salvam atque incolumen conservet. Vale Idib. August. cIↄ. Iↄ. clx.

Illustri ac Generos. Cels. T.

addictissimus

ERPOLDUS LINDENBROG.

MAGNI-

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMISQVE VIRIS,

DOMINIS CONSULIBUS, SYNDICIS, AC SENATORIBUS, ILLUSTRIS AC CELEBERRIMÆ REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS,

DOMINIS AC FAUTORIBUS SUIS MAXIME COLENDIS,

JOACHIMUS JOH. MADERUS

SALUTEM ATQVE OMNIGENAM PROSPERITATEM.



ANTUS est hodie, MAGNIFICI NOBILISSIMIQVE VIRI, inclytæ Urbis vestræ splendor, tanta gloria, ut optimo Ipsi tribuatur jure, qvod de Athenis, altero illo qvondam Græciæ ocello, Veronensis scripsit Plinius: *Libera hæc est civitas, nec indiga ullius præconii amplius, tanta claritas superfluit.* Sive enim vetustatem illius ac Conditorum illustre nomen, sive præsentem Ejus magnitudinem & Martia respicias propugnacula vel populi frequentiam, merciumque varietatem; aut ædificiorum magnificentiam, atque divitiarum & annonæ copiam: adeo non inter Saxoniæ solum, sed universæ etiam Germaniæ, ne dicam Europæ, præfulget urbes, ut, si non in multis vincat plerasque palmam tamen ipsis faciat ambiguam. Certe vel solius navigationis in remotissimas qvasqve terras, ac negociationis in iisdem felicissimæ, beneficio, tantum sibi peperit existimationis, ut Ausonianum illud Narbonæ Encomion in Vestram hanc longe jam quadret rectius:

Te maris Eoi merces & Iberica ditant
Æquora; te classes Libyci, Siculique profundi,
Et qvicqvid vario, per flumina, per freta, cursu
Advehitur, toto tibi navigat orbe κατάπλους.

Præsertim cum vix ullus qvidem terræ cultioris angulus, aut maris navigabilis reperiatur sinus, qvem non celeberrimi nominis Illius fama impleverit. Qvanqvam vero hæc magna satis, atqve ita magna, ut unumqvemqve vel audientem, vel legentem, vel oculis animove contemplantem, rapere in stuporem possint: tantum tamen abest, ut, qvicqvid ex ejusmodi ornamentis conseqvitur gloriæ, illius proprium censeri qveat; ut istud potius nunc situs commoditati, nunc fortunæ, illi rerum humanarum dominæ, modo huic, modo alii

benignæ, qvis putet adscribendum. Hæc demum Ejus propria laus est, hoc præcipuum decus, qvod ne ipsa qvidem Roma vel Constantinopolis, *regina qvondam hujus pulcherrima mundi*, Ipsi valent præripere: propter qvod excelsum in gentibus nomen Ejus, non Historicorum tantum libris, ad exigui temporis memoriam, sed cœlo atqve æternitati est insertum: qvod ex ea, velut ex Eqvo Trojano, prodiere olim innumeri, non Græciæ Principes ad Ilium invadendum, *vino somnoq; sepultum;* verum ipsius Dei ministri, Jesu Domini nostri martyres, *justitia lorica, fidei scuto, galea salutis, & gladio spiritus armati,* insonantes Aqvilonari orbi, vitiorum somno immerso, illud Apostoli: *Excitare qvi dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus!* Quos nulla unqvam vis, nullæ minæ, nulli terrores ac dirissima qvæqve supplicia, ab illius gentibus immanissimis metuenda;

Ungula, carnifices, tortores, flagra, catenæ;

vel minimum potuerunt de suo cursu ac studio dimovere, usqve qvo propagaretur per eos Domini nomen ad fines orbis terræ. *Incomparabiliter* siqvidem *pulchrior est veritas Christianorum, qvam Helena Græcorum*: ut qvam optime alicubi B. Augustinus; *ut multo fortius nostri martyres adversus hanc Sodomam, qvam pro illa isti Heroes adversus Trojam dimicare* necesse habuerint. Qva propter hoc assecuta etiam eo ipso est, ut *fœcundissima gentium mater*, ut *omnium septentrionalium nationum* audiat *Metropolis; ibi solummodo ponens Evangelizandi silentium, ubi mundus habet terminum.* Per qvam *ferocissimus & Danorum, & Nordmannorum, & Sveonum* populus, ut Adami utar verbis; *qvi, juxta B. Gregorium, nihil aliud scivit, nisi barbarum frendere, jamdudum novit in Dei laudibus Alleluja resonare; ut à solis ortu & occasu, ab Aqvilone & mari, laudabile sit nomen Domini: & omnis lingva confiteatur, qvia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, cum Patre & Spiritu S. vivens & regnans per omnia secula seculorum.* O terqve qvaterq; felicem civitatem, ac feliciorem longe, qvam felicissima fieret, qvæ tanto gaudet elogio!

Qvod non imber edax, non Aqvilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Ipsos illos beatissimos martyres, *qvi ex tot afflictionibus venerunt*, qvibus oppressa Ea atqve exhausta aliqvoties in primis suis incunabulis est, & *lavarunt stolas suas, ac dealbarunt in sangvine Agni;* qvæ eximia illorum, adhuc in militante Ecclesia hîc constitutorum, erga Eandem fuit charitas; videre mihi videor pro Illius salute atqve incolumitate, tot gravissimis periculis inter has mundi procellas etiamnum exposita, preces indesinenter ad Deum fundere, tanto dubio procul efficaciores, qvanto & mente nunc puriores, & propinqviores eidem sunt, *stantes ante thronum ejus, ac servientes ei die ac nocte in templo ejus*: ut mirum neqvaqvam sit, qvod jam adeo *gloria & honore* multimodis *coronetur*, qvæqve *cum lacrymis seminavit* qvondam, *cum exultatione metat.* Cæterum ne hic modum Epistolæ excedam vel potius laudatissimam Urbem Vestram, divino dono auream, meis obolis ditare velle videar: sisto pro me Magistrum ADAMUM, Scriptorum qvidem, qvotqvot unqvam res Illius gestas Latinis literis illustravere, omnium primum; eoqve magis ἀξιόπιστον, qvod & summa cura atqve religione, prout ex proœmio ipsius patet, in Historia hac sua concinnanda usus est, & iis temporibus vixit, qvibus ille ab Imperatore Ludovico vere Pio, ejusqve successoribus ac Pontificibus Romanis, in Eam devolutus ac stabilitus METROPOLEOS HONOR consvetudoqve mittendi in Boreales regiones Doctores atqve Episcopos, in Illa, atqve inclyta BREMA, Filia Ipsius perdilecta, præcipue viguit: id qvod ea de re in perpetuam Earum gloriam, plenis, qvod ajunt, buccis uberrime prædicavit. Qvem proinde Vobis, *Magnifici, Consultissimi, Amplissimiqve Viri*, qvod sub nullius rectius, qvam Vestris nobilissimis nominibus, emitti qveat, ea, qva fas est, reverentia DO, DICO, CONSECRO: maximo rogans opere, ut placida ipsum fronte recipere, meqve serios inter præstantissimarum virtutum Vestrarum cultores censere benevole velitis. Deum autem ter maximum humili invoco prece, ut Vos, tantæ Urbis moderatores non minus felicissimos, qvam prudentissimos, salvos atq; incolumes qvam diutissime servet, consiliisq; Vestris ex alto benedicat, qvo ILLUSTRE HAMMABURGUM æternum sit maneatq; ἄμαχον πύργον, *invicta turris à facie inimicorum*: atq; magis magisq; lætioribus gaudens successibus, novis indies clarius exsplendescat incrementis. Dabam Scheningæ, Kal. Januariis, ANNO, qvem *Magnificentiis Amplitudinibusq; Vestris* qvam maxime faustum fortunatumqve precor, CIↃ IↃ C LXX.

IOACHI-

JOACHIMI JOHANNIS MADERI
AD LECTOREM AMICUM
PRÆFATIO.



DAMUM, Benevole Lector, nunc etiam accipe, eo vultu, qvo hactenus & alia mea, sive in simili, sive in diverso scriptionis genere excipere solitus es; hoc est, hilari & sereno. Meretur hoc Scriptor eximius, & qvi ab amore atqve odio, sicut ipse profitetur, qvam maxime alienus, (qvi proprius Historici boni est character) eam nobis Historiæ partem explicatam dedit, qvam vix unus atqve alter ante ipsum primoribus alias digitis attigerat: ut, nisi hic ipse manum scriptioni admovisset, multarum & maximarum qvidem rerum memoria omnino fuisset peritura. Absqve hoc enim si fuissemus, non Helmoldus, *non* Albertus, *qvi dicitur* Stadensis, *non* Crantzius, *haud contemnendi utiqve Scriptores, habuissent, qvibus non uno loco narrationes suas potuissent vel firmare, vel exornare; ut qvi hujus sæpissime verbis, qvanqvam dissimulato ut plurimum nomine, non versus, sed paginas qvandoqve integras expleant. Vixit autem Adamus noster, seculo post natum Christum XI.,* Canonici *in Ecclesia Bremensi gaudens honore. Sic enim ipse semet in vestibulo plane operis: mox vero* (a) Indignissimum Ecclesiæ Dei matricularium *vocat: quæ vox inter alia nunc simpliciter* Canonicum, *ut matriculæ Ecclesiæ insertum: quomodo & in Glossario Latino Theotisco:* Matricularius *exponitur* Tuompfaffo; *nunc una* Custodem Ecclesiæ *notat, ut est in alio Lexico antiquo,* einen Köster: *qua ratione etiam Antonius Nebrissensis.* * Matricularius dicitur, habens officium pulsandi campanas. *Nempe sic satis vel ex hodierno Ecclesiarum Cathedralium usu constat, in Canonicis illarum qvosdam simul munere aliqvo honorato fuisse insignes: qvalia, præter* Decani *ac* Præpositi, *sunt* Scholastici, Cantoris, Custodis, *&c. Nam ita etiam in Diplomate vetusto* (b) Alberti *Comitis subscripsere:* Henricus, Decanus Hamburgensis & Canonicus: Gerhardus Custos. *Et in alio* Gerhardi *Archiepiscopi* (c) *Anno* 1223. Johannes Præpositus, Gerhardus Custos: *Ut plura ejus generis afferre nunc supersedeam. Qvamvis* Magistri, *qvi ipsi tribuitur titulus, & Canonicis cum Scholis deinceps præfuisse, videatur arguere. Patria ipsum* Thuringum, vel potius Misenum *fuisse, conjicit Cl. Meibomius in Vindiciis Billingianis,* (d) *atqve jam olim* ex nominibus propriis, qvæ, dum ad suam voluit aptare lingvam, corruperit, è superiore Germania *fuisse, scripsit,* Auctor, *qvem una hic exhibemus,* Scholiorum vetustus, (e) *paululum Adamo ratione ætatis inferior.* Bremam *vero* se venisse, *ait,* (f) anno Adelberti XXIV. *qvi fuit æra Christianæ* CIↃ LXVII. *qvando idem ille Archiepiscopus qvinqve tantum annis supervixit. Unde & in Præfatione sua ad* Liemarum, *qvi in demortui Adelberti locum suffectus est,* se nuper à decessore ejus collectum; *& alibi,* (g) se novissimis Adelberti temporibus Bremam venisse, *scribit. Fuit autem hic ipse* è Comitibus Wetinensibus, *ut vult laudatus modo* Meibomius *dicto loco; vel, ut Chronic:* Gozecensi *Auctor,* (h) *qvem una cum* Montis-Sereni *edidimus* de nobilissima antiqvorum Saxonum & Francorum prosapia *oriundus: cujus* fratres Dedo, *(qui Decius perperam nostro audit,) &* Fridericus, Palatini Comites, & regalium decretorum maximi Principes, *eidem dicuntur: à quibus etiam Cœnobium* Gozeka *ad Salam fluvium fundatum, atque* Ecclesiæ Bremensi subjectum *est; sicut* Adamus *etiam tangit lib. 3. cap. X. diploma autem fundationis in eodem illo* Chronico, (i) *& apud* Lindenbrogium *inter* Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis, † *uberius exponit. Quam vero alias etiam Ecclesiæ suæ rebus invigilaverit, vel hoc ostendit, quod non contentus* Archiepiscopi universarum Septentrionalium nationum titulo; *quodque* (k) per totum Aqvilonem, in qvibus oportunum videbatur locis, invitis etiam regibus Archiepiscopatus constitueret, ordinaretqve Episcopos ex capella sua, qvos vellet electos; *postremo* (l) in Hammaburg Patriarchatum efficere, *qua pollebat apud* Henricum *Imp. ejus nominis IV.* Svenonem *Daniæ Regem, atque ipsum* Papam Romanum, *auctoritate & gratia,* aperte laboraverit; *nisi mors, & quæ illam vel præcessit, vel mox subsecuta est, civitatis eversio, hos omnes conatus ejus disturbasset. Utraque vero, non, ut* rei Slavicæ scriptor


(a) lib. 3. c. 4.
* In Vocab. Iuris.
(b) Apud Lambecium Or. Hamb. l. 1. p. 112.
(c) Ib. p. 115.
(d) pag. 307. ed. Helmst. 1660.
(e) ad p. 156. num. 101.
(f) lib. 3. c. 5.
(g) lib. 4. c. 16.
(h) pag. 207. ed. Helmst. 1665.
(i) pag. 210.
† pag. 159.
(k) Adamus l. 4. c. 46.
(l) Idem. lib. 4. c. 24.

ptor anonymus (m) censet, Anno Christi 1076. sed ut rectius Adamus, (n) anno 1072. contigit; quando item bis incensam urbem, & bis vastatam à paganis scripsit Adamo σύγχρονος Lambertus Schaffnaburgensis; quæ sextum & septimum Hammaburgi propter Christianam religionem numerantur excidia à Nobilissimo Lambecio. (o) Et quidem hæc ipsa tantum illi inter alia attulere damni, ut Brema hactenus filia, præ matre, velut ex tantis calamitatibus nunquam posthac emersura, inciperet caput extollere, atque transferre ad sese metropoleos honorem: desinente una pedetentim & legationis superioritate, qvæ sub titulo Hamburgensi debebatur: sive, qvod ex die constitutorum in provinciis Aqvilonaribus Archiepiscoporum is inciperet aboleri, qvando retraxerunt obedientiam sedi Hamburgensi, ut auctor est Albertus Cranzius lib. 5. Metropol. cap. 31. Jam enim vivente adhuc Adelberto, (ut hoc obiter, sed non præter rem) id egerat Daniæ Rex Sveno, ut Christianitate in fines terræ dilatata, institueretur in regno suo Archiepiscopatus. (p) Quod triginta circiter annis post, sive circa initium seculi post natum Christum XII. propter censuram & excommunicationem, à Liemaro temere & inconsiderate adversus ipsum decretam, ut vult Cypræus in Annal. Slesvicensibus, (q) impetravit tandem Ericus cognomento Eigoth, seu totus bonus, ut explicat Wormius, (r) cum in expeditione, qvam in terram sanctam suscipiebat, Romam veniens, Ecclesiæ Lundensi Archiepiscopum, & primatum, teste Erico Pomerano, (ſ) super tria regna obtineret: id quod apud Ericum Ubsalensem, quoque legas, Historiæ Svecorum lib. 11. (t) Etiam Svedia, si Johanni Magno (u) credimus, tempore Amundi, filii Olavi Schotkonung (ita dicti, (x) quod, post mortem patris Erici, Sveoniæ præfectus, in gremio adhuc portaretur) Archiepiscopum ex Polonia acceperat, qvi in controversiam cum Gothis & Archiepiscopo Bremensi de præeminentia devenerat: nisi hic fortassis Osmundus ille est, cujus Adamus ut gyrovagi & impostoris lib. 3. cap. 15. meminit. Quanquam ne sic tamen acquieverint statim Liemarus ejusque successores, velut ex supradictis Privilegiis, ab Erpoldo Lindenbrogio † in lucem, protractis patet: In quibus & illud Friderici Imp. ejus nominis I. est, quod nos ultimo loco in hac editione posuimus, quo Hartwicus, tum temporis Hammaburgensis Archiepiscopus, ab Adelberto quintus, contra nuper electum Daniæ regem Waldemarum I. in conventu, qvem Francofurti anno 1158. Imp. habuit, se dubio procul voluit munire. Si quidem is (y) propter generis nobilitatem duplici principatu clarus (Rudolphi namque Marchionis erat filius) præ aliis decessoribus suis magno studio pro recuperandis terrarum illarum suffraganeis Episcopis enisus est: adeo ut, cum anno deinceps 1163. idem Imperator Bisontii (pro quo Laonnam habet Helmoldus; (z) Leonam super fluvium Saonam in Episcopatu Bisontino, Gotfridus Monachus; (a) Metin Saxo Grammaticus (b) & Ericus Pomeranus (c) generalem congregaret Synodum, in qva & Victor tum pro summo Pontifice se gerens adesset; eo etiam veniret Hartwicus; conqverens ibidem, refero hoc jam verbis Alberti Stadensis (d) qvod tria Regna, Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ se de sua sede abstraxerint violenter, cum jure deberent suam synodum observare: sive ut Cranzius idipsum tradit: (e) Qvod Ecclesia sua olim legationis dignitate super omnia Aqvilonis regna prædita, misere per Romanos Pontifices esset despoliata, cum tribuissent provinciis illis suos Archiepiscopos, non reservato jure Archiepiscopi Hamburgensis. Licet in qvæstione sua nihil profecerit eludente non ipsum modo, sed totum concilium qui una ibi præsens erat, Waldemaro Rege; ceu ab illo statim subjungitur. Adamus sane noster, ut è diverticulo tandem in viam redeamus, ista tempora oculis usurpavit suis, quibus sæpe nobis citatus Adelbertus Archiepiscopus (f) multo magnificentius qvam cæteri, potentiam Archiepiscopalem longe lateqve in exteras protendit nationes: ut non alio ad scribendam Historiam hanc suam incitamento videatur impulsus, quam ut hoc suo labore exhaustæ mox viribus matri, (g) sive, antiqvi honoris privilegio nimis extenuatæ Hammaburgensi Ecclesiæ; sanctissimos illos Patres commemorando, per qvos eadem exaltata, & Christianitas in gentibus dilatata esset, nonnihil opitularetur, atque vel hac saltem ratione illam è solitudine in quam per incendia ac vastationes Slavorum, post Adelberti, ut diximus, mortem erat redacta, (h) in lucem & aspectum educeret, ejusque memoriam, grata prædicatione prorogaret atqve extenderet. Quod ut tanto rectius præstaret, monumenta omnia, vetera, nova, sibi excutienda duxit; nunc Archivum (i) Bremen-

(m) Infra p. 252.
(n) lib. 4. cap. 31.
(o) In Auctar. lib. 1. orig. p. 589.
(p) Adamus lib. 3. c. 14.
(q) cap. 18.
(r) Notis ad feriem I. Daniæ regum p. 15.
(ſ) p. 300. ed. Lindenbr.
(t) p. 42. ed. Holm. 1654.
(u) ap. Olaum Magnum lib. 2. c. 19.
(x) Sic Olaus Verelius. Not. ad Gotricum. p. 79. Alii aliunde deducunt.
† Tomo rerum Sept. edit. Francf. 1609. pag. 170. & seq.
(y) Histor. Archiep. Brem. ap. Lindenb. p. 55.
(z) lib. 1. cap. 100.
(a) In Annal. ap. Freher. ad an. 1162.
(b) lib. 14. pag. 302.
(c) Ap. Lindenbrog. pag. 303.
(d) Ad annum 1163.
(e) lib. 6. Metrop. c. 46.
(f) Adamus lib. 4. c. 41.
(g) Verba hæc ejusdem sunt in præfat. ac Liemarum.
(h) Idem lib. 2. c. 8.
(i) Vide rursum præf. pag. 3.

mensis Ecclesiæ inspiciendo, nunc, qvæ per schedulas dispersa jacebant, colligendo, quaque inde hauriri haud poterant, ex historicis supplendo, modo & Seniores, qvibus res nota esse poterat consulendo: in quibus, qvod gentium conversionem attinet, (k) Sveno rex, quem Estritium vocant scriptores Danici, merito reputandus: cujus proinde haud semel honorificam mentionem facit. Quanquam ne sic quidem scopum ita semper sit assecutus, ut non (prout juvenes, pendere ex seniorum ore ut plurimum solent illorum quandoque auctoritati plus æquo inhærendo, aberrasse ab eodem, atque cum iisdem errare maluisse, quam in rerum veritatem diligentius inquirere, censeri queat: sicut exemplis haud paucis demonstrari à nobis posset, si per alia negotia id ipsum liceret vel integrum esset. In quibus vero principem locum jure ducit, quod de Hermanni Billingi, primi in Saxonia Boreali Ducis, à quo ratione materna stirpis, cum Serenissimi Brunsvicensium ac Luneburgensium: tum Lavenburgii Duces, atque Anhaltini Principes, originem suam arcessunt, natalibus obscuris (figmento jamdudum peculiari libro à Celeberrimo Meibomio exploso ac porro ab Amico meo magno Johan. Henrico Hoffmanno, in aula Serenissimi Brunsvic. ac Lüneb. Ducis Hannoverana Archivario meritissimo, in accuratissimo, quod de Insignibus Celsissimæ illius Domus edere parat opere, pluribus explodendo) inconsulto ac temere protulit, præsertim cum eo & alios, qui exscribere, ut supra monuimus, ipsum amant, in similem errorem pertraxerit. Cæterum cum primus, quod ego sciam, Adamum cum notis ediderit M. Andreas Vellejus, Historicus quondam Regius, & antiquitatum Danicarum (quo elogio ipsum mactat Vir eruditus Stephanus Joh. Stephanius) (l) indagator diligentissimus: atque post hunc eandem spartam bis exornandam susceperit, Vir non minus de Germaniæ, quam Septentrionis Historia, optime meritus, quem sæpius ante adduximus, Erpoldus Lindenbrogius: quod ab Antiquitatis amantibus desiderari cum magnopere: interim vero non prostare usquam amplius illa postremarum duarum, nedum Danicæ editionis, exemplaria, animadverterem; non ingratum Tibi fore, AMICE LECTOR arbitratus sum, si eundem redivivum quasi in publicum prodire ex intervallo juberem. Quod dum quidem facere, quatenus id fieri à me, per absentiam ab operis typographicis, potuit, annitor sedulo; sic insistere me scias velim Lindenbrogianæ editioni primæ, Lugduni Batavorum ex Bibliotheca Perillustris Herois, Henrici Ranzovii Producis Cimbrici, Bredenbergensi adornatæ, (m) atque cum Vellejana diligentissime collatæ; ut quam illa observat distinctionum in capitibus differentiam, nec ego prætermittam: sed Andreæ Velleji exemplaris, numeris minusculis barbaris, Ranzoviani vero MSti capita majusculis Latinis, significem: deinde ad quem locum Scholia Vetusta Auctori subnexa, pertineant, numeris itidem barbaris, sed paulo majoribus notem, ac, quæ similiter in finem Codicis rejectæ erant, lectiones varias, in margine suo statim loco repræsentem. De Diplomatis vero vetustis hoc tantum addo, me illa solum hic produxisse, quæ ad Adamum illustrandum quam maxime visa sunt idonea; eaque partim à Viris Clarissimis, quorum nomina adscripsi, jam ante fuisse edita, partim à Magnifico Viro, Dn. Hermanno Conringio, nunc primum benigne mihi esse suppeditata: Ebonis etiam Remensis Apologiam & Legationem ex Illustris Academiæ Juliæ Bibliothecæ haud vulgaris notæ MSto Codice esse deprompta. Quibus Te Dei omnipotentis patrocinio, me vero favore ac benevolentiæ Tuæ etiam atque etiam commendo.

(k) Vide cumprimis lib. 4. cap. 16.
(l) Notis in Saxon. Gram. pag. 230.
m) Edita est Lugduni Batav. anno 1595. in 4to. Cui altera successit Francofurti edit. in Folio, cum aliis Septentrionalium rerum Scriptoribus, anno 1609.



DE ADAMO BREMENSI

Viri Clarissimi

GERHARDI JOHANNIS VOSSII COMMENTATIO

LB. II. DE HISTOR. LATINIS, CAP. XLVII.

pag. 386. edit. Lugd Bat. 1651.

M. ADAMUS, Bremensis Canonicus, *Historiam* vulgavit *Ecclesiasticam* de religione per diœcesin *Bremensem* & *plagam Septentrionalem universam*, propagata â temporibus CAROLI M. usqve ad HENRICUM IV. hoc est annis amplius trecentis. *Possevinus* ait, vixisse tempore *Benedicti VII.* qvi anno IↃCCCCLXXXIV. ad pontificatum est evectus. Sed fallitur: Uti &, cum *diversum* putat ab Adamo *vetere Historico; qvi in scriptis suis vitam retulit B. Ansgarii.* Nam eam in Adamo hoc legas. Veram ætatem ejus cognoscimus inde, qvod lib. IV. cap. XVI. referat, *Bremam se venisse novissimis temporibus Adalberti Archiepiscopi*: qvodqve libro III. cap. V. ait, anno ejus XXIV. hoc est Christi CIↃ LXXVII. *factum se Bremensem Canonicum*, sive, ut ipse loqvitur, *indignissimum Ecclesiæ DEI matricularium.* Alterum qvoqve suppetit argumentum. Qvippe opus hoc dedicat *Liemaro*, qvi *Adalberto* successit. Liqvet hoc, non ex præfatione duntaxat: sed etiam verbis istis Lib. III. cap. I. *De cujus viri* (Adalberti) *gestis & moribus, cum difficile sit aliqvid dignum scribere; ad scribendum ea nos cogit necessitas; qvoniam promisimus libelli hujus tenorem, ô venerande Præsul Liemare, usqve ad diem tui pontificatus extendere.* Item ex epilogo, qvem carmine fecit ad *Liemarum*; ex qvo & discimus, juvenem hoc opus jusisse. Sic enim inter alia ait:

Ergo fave votis, parce & juvenilibus ausis.

Meminit hujusce Scriptoris *Helmoldus* in Chronicis Slavorum lib. I. cap. XIV. *Testis est magister Adam, qvi gesta Hammenburgensis Ecclesiæ Pontificum disertissimo stylo conscripsit: qvi cum commemoret Slaviam in duo de viginti pagos dispertitam, affirmat, præter tres, omnes ad fidem Christi conversos.* Qvæ apud *Adamum* legas lib. II. cap. XVII. E recentioribus ejus sæpe meminit *Baronius:* cui ad annum IↃCCCCLXXX. vocatur *sincerus Chronographus*: item ad annum IↃCCCCLXXXIII, *probata fidei vetus Chronographus*: similiaqve istis alibi habet.

M. ADA-

M. ADAMI
HISTORIA ECCLESIASTICA.

Continens Religionis propagatæ gesta, quæ à temporibus CAROLI MAGNI, usqve ad HENRICUM IV. acciderunt, in Ecclesia tam HAMBURGENSI qvàm BREMENSI, vicinisqve locis Septentrionalibus.

Ejusdem Auctoris libellus de situ DANIÆ *& reliquarum quæ trans Daniam sunt regionum natura; deqve gentium istarum istis temporibus, moribus religionibusqve.*

Beatissimo Patri, & Electo cœlitus Archiepiscopo Hammaburgensi Liemaro A. minimus sanctæ Bremensis Ecclesiæ Canonicus integræ devotionis parvum munus.




Um in numerum gregis vestri, Pastor Evangelice, *nuper à decessore* (a) *vestro colligerer, sedulo operam dedi, ne proselytus & advena tanti muneris beneficio ingratus existerem. Mox igitur ut oculis atqve auribus accepi Ecclesiam vestram* (b) *antiqvi honoris privilegio nimis extenuatam, multis egere constructorum manibus, cogitabam diu, qvo laboris vestri* (c) *monumento exhaustam viribus matrem potuerim juvare. Et ecce occurrunt mihi plurima interdum legenti vel audienti facta ab antecessoribus vestris, qvæ tum sui magnitudine, tum Ecclesiæ hujus necessitate videantur digna relatu. Sed qvoniam rerum memoria latet, & pontificum loci non est tradita literis historia, fortasse dixerit aliqvis, aut nihil eos dignum memoriæ fecisse in diebus suis, aut si fecerant qvippiam, scriptorum qui hoc posteris traderent diligentiam caruisse. Hac ego necessitate persvasus, appuli me ad scribendum de* Bremensium *sive* Hammaburgensium *serie præsulum, non alienum credens meæ devotionis officio, seu negatio vestræ legationis, si cum sim filius Ecclesiæ, sanctissimorum patrum, per qvos Ecclesia exaltata, & Christianitas in gentibus dilatata est, gesta revolvero. Ad qvod nimirum valde arduum & viribus meis impar onus, eo majorem flagito veniam, quo fere nullius qui me præcessit vestigia seqvens, ignotum iter quasi palpans in tenebris carpere non timui, eligens in vinea Domini pondus diei ferre & æstus, quam extra vineam stare ociosus. Tuo igitur, sanctissime Præsul, examini audacter incœpta committo: te judicem simulque defensorem imploro, sciens tibi pro sapientia tua nihil dignum posse deferri: qui decurso mundanæ prudentiæ stadio, ad studium divinæ Philosophiæ majore nunc ascendisti gloria, terrena despi-*


(a) Al. *prædecessore* ut infra in hac ipsa Epist. *à prædecessoribus tuis strenue incœpta sunt.*
(b) *nostram.* (c) *nostri.*

despiciens, & sola cœlestia meditans. Cumque doctrina (d) *& veritate, hoc est, verbo & exemplo pastorali facile multos excellas, præcipua est in virtutibus tuis humilitas, quæ omnibus te communem faciens, mihi quoque fiduciam dedit, qua balbutiens audeam cum Philosopho loqui, & Saul inter Prophetas videri. Scio tamen aliquos, ut in novis rebus fieri consuetum est, adversarios mihi non defuturos, qui dicant hæc ficta & falsa veluti somnia Scipionis à Tullio meditata; dicant etiam si volunt per eburneam portam* (e) *Maronis egressa. Nobis propositum est non omnibus placere, sed tibi pater & Ecclesiæ tuæ. Difficillimum est „enim invidis placere. Et quoniam sic æmulorum cogit improbitas, fateor tibi „quibus ex pratis defloravi hoc sertum, ne dicar specie veri captasse mendacium. „Itaque de his quæ scribo, aliqua per schedulas dispersa collegi, multa vero de „historiis mutuavi,* (f) *& privilegiis Romanorum,* (g) *pleraque omnia seniorum „quibus res nota est traditione didici, testem habens veritatem, nihil de meo „corde propalari, nihil temere definiri; sed omnia quæ positurus sum certis roborabo testimoniis, ut si mihi non creditur, saltem auctoritati* (h) *tribuatur. In quo opere talibusque ausis sciant omnes, quod nec laudari cupio ut historicus, nec improbari metuo ut falsidicus. Sed quod bene ego non potui, melius scribendi cæteris materiam reliqui. Ab introitu* (i) *sancti* Willehadi *cum Saxonia tota & armis subacta Francorum, & divino cultui mancipata est, ordiens, in tuo salutari ingressu pono metam libelluli, simul omnipotentis DEI misericordia supplicans, ut qui te populo suo diu erranti & afflicto pastorem constituit, annuat etiam tua opera tuisque diebus, ea quæ inter nos sunt prava corrigi, & correcta perpetuo conservari. Ad hoc quæ ingentium conversione à prædecessoribus tuis strenue dudum incepta sunt, à te, qui hæreditariam prædicandi legationem possides, in totam septentrionis latitudinem mature perfici concedat JESUS CHRISTUS Dominus noster, cujus regni non est finis per omnia secula seculorum. Amen.*

(d) Al. *Studio.*
(e) Æneid. VI. 895.
(f) Al. *mutuatus.*
(g) Pontificum intellige.
(h) Al. *auctoritati fides tribuatur.*
(i) Itaqve Adamus Historiam suam pertexuit ab Anno Christi 788. usqve ad annum 1076. qvo Liemarus Bavarus Alberto in Archiepiscopatu successit.




M. ADA-



M. ADAMI
HISTORIA ECCLESIASTICA,

Cap. I. LIBER PRIMUS. Cap. I.



ISTORIAM Hammaburgensis Ecclesiæ scripturi, qvoniam Hammaburg nobilissima qvondam Saxonum civitas erat, non indecens aut vacuum fore putamus, si prius de gente Saxonum & natura ejusdem provinciæ ponemus ea, qvæ doctissimus vir Einhardus (a) aliiqve non obscuri auctores in scriptis suis reliqverunt. *Saxonia* inqviunt, pars non modica est Germaniæ, & ejus qvæ à *Francis* incolitur duplum in lato putatur habere, cum ei longitudine possit esse consimilis. Positio ejus recte metientibus trigona videtur, ita ut primus angulus in austrum porrigatur, usqve ad *Rhenum* flumen. Secundus vero inchoans à maritimis *Hadeloe* (b) regionis, longo secus *Albiam* limite protenditur in orientem usqve ad *Salam* fluvium. Ibi est angulus tertius. Itaqve ab angulo in angulum habens iter octo dierum, præter eam partem Saxoniæ, qvæ trans Albiam supra incolitur à *Sorabis*, infra autem à *Nordalbingis*. Saxonia viris, armis & frugibus inclyta, excepto qvod raris intumescit collibus. Tota vero declivis in planiciem consideratur, sola caret vini dulcedine, alia omnia fert usui necessaria. Ager ubiqve fertilis, compascuus & sylvestris. Qva *Thuringiam* (c) accedit, aut Salam vel Rhenum fluvios, ibi prorsus opimus. Cæterum juxta *Fresiam* (d) palustris & aridus, prope Albiam degenerat aliqvantum. Jucunda ubiqve, nec mirum, cum oportuna provinciam riget amnium copia.

Cap. 2. Nobilissimi Saxoniæ fluvii sunt *Albis*, *Sala*, *Wisura*, (e) qvi & *Wirraba* nuncupatur. Is in *Thuringia* saltu fontem habet, qvemadmodum & *Sala*: deinde mediam cursu pertransiens Saxoniam, in vicino *Fresonum* sortitur occasum. Verum maximus *Albis* qvi nunc *Albia* nomen habet, etiam Romanorum testimonio prædicatur, cujus ortum ferunt trans *Bohemiam*; mox *Slavos* dirimit à *Saxonibus*. Juxta *Magdaburg* in se recipit Salam fluvium, nec longe ab Hammaburg ipse Albia mergitur in Oceanum. Qvartus ex magnis Saxoniæ fluminibus est *Emisa*, qvi *Westvalos* à reliqvis illius provinciæ dirimit populis. Isqve oritur in saltu *Padarburnensi* (f); currit autem per medios Fresonum terminos in Oceanum Britannicum. Cap. II.

Cap. 3. Qværentibus autem qvi mortales ab initio Saxoniam coluerunt, vel à qvibus gens hæc primo finibus sit egressa, compertum est nobis ex multa lectione veterum, istam gentem, sicut omnes fere populos, qvi in orbe sunt, occulto Dei judicio non semel de regno ad populum alterum fuisse translatos, & ex nomine victorum provincias qvoqve vocabula sortitas. Qvippe, si Romanis credendum est Scriptoribus, primi circa Albiam, & in reliqva Germania *Suevi* habitarunt, qvorum confines erant qvi dicuntur *Driades*, *Bardi*, *Sicambri*, *Huni*, *Wandali*, *Sarmatæ*, *Langobardi*, *Heruli*, *Dacæ*, *Marcomanni*, *Gothi*, *Nordmanni*, (g) & *Sclavi*. Qvi propter inopiam soli natalis, contentionesqve domesticas, aut sicut dicitur Cap. III.

tur

(a) Vulgo *Eginhardus*. *Vet. Schol.* (1) Eginhardus ex Capellanis Caroli Imperatoris, vitam ejus descripsit & bella Saxonum. (b) *Hadelohe*, infra c. 4. *Hathelot*, aliis *Hadolaum*, *Haduloha* vel *Adulohohe*. Urspergensi & Alberto Stadensi *Hathuloga*. Hodie *Hadelerla* sive *Hadelia*. vide H. Meibomium ad Witekindum p. 667. (c) *Thiringiam*. (d) *Frisiam*. (e) Al. *Visuris qvi nunc Visura vel Virraba*. (f) *Podarbornensi*. (g) *Normanni*.

tur, minuendæ multitudinis causa à loco suo egressi, totam simul Europam inundaverunt & Africam. De antiqvitate vero Saxonum meminit Orosius & Gregorius (h) ita: Saxonum, (i) inqviunt, gens ferocissima, virtute & agilitate terribilis, in Oceani littore habitat, inviis inaccessa paludibus, qvæ periculosam tunc Romanis finibus irruptionem meditans, à Valentiniano Imperatore oppressa est. Deinde cum occuparent Gallias Saxones, à Siagrio duce Romanorum victi sunt, & insulæ eorum captæ. Igitur Saxones primo circa Rhenum sedes habebant, & vocati sunt Angli, qvorum pars inde veniens in Britanniam, Romanos ab illa depulit Insula. Altera pars Thuringiam oppugnans tenuit eam regionem. Qvod breviter conscribens Einhardus, tali modo suam ingreditur historiam.

CAP. IV. *Saxonum gens*, inqvit, *sicut tradit antiqvitas, ab Anglis Britanniæ incolis egressa, per Oceanum navigans, Germaniæ littoribus studio & necessitate qværendarum sedium appulsa est in loco qvi vocatur* Hatheloe. *Eo tempore qvo* Thidericus *Rex Francorum contra* Hirmenfridum (k) *ducem* Thuringorum *generum suum dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastavit & igne, & cum jam duobus prœliis ancipiti pugna incertaqve victoria mirabili cæde suorum decertassent,* Theodoricus (l) *spe vincendi frustratus, misit legatos ad Saxones, qvorum Dux erat* (m) Hadugatus, *ut audivit causam adventus eorum, pollicitisqve pro victoria cohabitandi sedibus, conduxit eos in adjutorium. Qvibus secum qvasi jam pro libertate & patria fortiter dimicantibus, superavit adversarios, vastatisqve indigenis, & ad internecionem pene deletis, terram eorum juxta pollicitationem suam victoribus delegavit. Qvi eam sorte dividentes, cum multi ex eis in bello cecidissent, & pro raritate eorum tota ab eis occupari non potuit, partem illius, eam maxime qvæ respicit orientem, colonis tradebant, singulis, pro sua sorte, sub tributo exercendam. Cætera vero loca ipsi possederunt. A meridie qvidem* Francos *habentes, & partem* Thuringorum, *qvos præcedens hostilis turbo non tetigit, alveoqve fluminis* Unstrote *dirimuntur. A septentrione vero* Nordmannos *gentes ferocissimas; Ab ortu solis* Obotritos; *& ab occasu* Frisos, *à qvibus sine intermissione vel fœdere vel concertatione necessaria finium suorum spacia tuebantur. Erant enim inqvieti nimis, & finitimorum sedibus infesti, domi vero pacati, & civium utilitatibus placida benignitate consulentes. Generis qvoqve ac nobilitatis suæ, providissimam* CAP. 4.

CAP. V. *curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium, vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam & sinceram, tantumqve sibi similem gentem facere conati sunt. Unde habitus qvoqve ac magnitudo corporum comarumqve color, sicut in tanto numero hominum, idem pene omnibus. Qvatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet, & liberorum, libertorumqve atqve servorum. Et id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ sortis terminos transferat; sed nobilis nobilem ducat uxorem, liber liberam, libertus conjungatur libertæ, & servus ancillæ. Si vero qvispiam [horum sibi non congruentem, & genere præstantiorem] duxerit Uxorem, cum vitæ suæ damno componat. Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis utebantur. Et multa utilia atqve secundum legem naturæ honesta, in morum probitate studuerunt habere; qvæ eis ad veram beatitudinem promerendam proficere potuissent, si ignorantiam creatoris sui non haberent, & à veritate culturæ illius* CAP. 5.

CAP. VI. *non essent alieni. Coluerunt enim eos qvi natura non erant Dii, inter qvos præcipue* Mercurium *venerabantur, cui certis diebus humanis qvoqve hostiis litare consveverant. Deos suos neqve templis includere, neqve ulla humani oris specie assimilare, ex magnitudine & dignitate cœlestium arbitrati sunt. Lucos & nemora consecrantes, deorumqve nominibus appellantes, secretum illud sola reverentia contemplabantur. Auspicia & sortes* (n) *qvam maxime observabant. Sortium consvetudo simplex erat, virgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputabant, eosqve notis qvibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargebant. Mox si publica fuit consultatio, sacerdos populi; si privata, ipse paterfamilias precatus Deos, cœlumqve suspiciens ter singulos tulit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatus est. Si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio; si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur. Avium voces & volatus interrogare proprium erat illius gentis. Eqvorum qvoqve præsagia ac motus experiri, hinnitusqve ac fremitus observare. Nec ulli auspicio major fides, non solum apud plebem, sed etiam apud proceres habebatur. Erat & alia observatio auspiciorum, qva gravium bellorum eventus explorare solebant. Ejus qvippe gentis cum qva bellandum fuit, captivum qvoqvo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis qvemqve armis committere & victoriam hujus vel illius pro judicio habere. Qvomodo autem certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur, agendis rebus auspicatissimum initium crediderint, aliaqve innumerabilia vanarum superstitionum genera, qvibus impliciti* (o) *sunt, observaverint, prætereo. Hæc vero ideo commemoravi, qvo prudens lector agnoscat, à qvantis errorum tenebris per Dei gratiam & misericordiam sint liberati; qvando eos ad cognitionem sui nominis lumine veræ fidei perducere dignatus est. Erant enim sicut omnes fere Germaniam incolentes, & natura feroces, & cultui dæmonum dediti, veræqve religioni contrarii, neqve divina neqve humana jura polluere vel transgredi in honestum arbitrabantur. Nam & frondosis arboribus, fontibusqve venerationem exhibebant. Truncum* qvo-

(i) *Saxones.* (k) Al. Hirmunfridum, Herminfredum, Erinfridum &c. (l) Thiedricus. (m) Hadugato, aliis vel Hathagast.

(n) Hæc è Tacito de moribus Germ. c. 10. (o) Al. *implicati.*

qvoqve ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub divo (p) *colebant, patria cum lingva* IRMINSUL (q)*appellantes, qvod latine dicitur* universalis columna, *qvasi sustinens omnia.* Hæc tulimus excerpta ex scriptis *Einhardi* (r) de adventu, moribus & superstitione Saxonum, qvam adhuc *Sclavi & Sveones* ritu paganico servare videntur.

CAP. 6. Qvaliter autem gens dura Saxonum ad cognitionem divini nominis pervenerit, CAP. VII. aut qvibus prædicatoribus ad Christianæ religionis normam pertigerit, explicare locus qværit si de bello prius *Caroli* qvod cum Saxonibus longo profligatum est tempore, mentionem facimus, & belli causas simul connectimus. Thuringi vel Saxones, itemqve cæteræ qvæ juxta Rhenum sunt nationes, ex antiqvo Francis tributariæ leguntur. Qvibus deinde à regno eorum deficientibus *Pippinus* (s) genitor Caroli bellum intulit, qvod tamen filius ejus (t) majori felicitate peregit; de qvo idem scriptor *Einbardus* brevi epilogo meminit dicens: *Susceptum est igitur bellum adversum Saxones, qvod magna utrinqve animositate, tamen majore Saxonum qvam Francorum damno, per continuos* XXX. (u) *annos gerebatur: poterat siqvidem citius finiri si Saxonum hoc perfidia pateretur.* Omnibus igitur qvi resistere solebant profligatis & in suam potestatem redactis, ea conditio à Rege proposita, & ab illis suscepta est, ut abjecto dæmonum cultu, relictisqve patriis ceremoniis, Christianæ fidei sacramenta susciperent; & Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur (x) tractumqve per tot annos bellum ita constat esse finitum. Nunc autem spiritales animarum triumphos ad scribendum succincti, de his prædicatoribus, qvi ferocissimos germaniæ populos ad divinam religionem perduxerunt, tale sumamus exordium.

CAP. 7. Primum omnium qvi Australes Germaniæ partes, Idolorum cultui deditas, ad cognitionem divinæ ac Christianæ religionis adduxit, erat *Winifridus* natione Anglus verus Christi Philosophus, cui postea cognomentum ex virtute erat *Bonifacius.* CAP. VIII. Et qvamvis alii scriptorum vel *Gallum* in Alemannia, vel *Heimcraminum* (y) in Bavaria; sive *Kilianum* in Franconia, seu certe *Willebrordum* (z) in Fresia, priores asserant verbum Dei prædicasse: Hic tamen omnes alios, uti Paulus Apostolus, (a) studio & labore prædicationis antevenit. Ipse enim ut in gestis suis (b) legitur, apostolicæ sedis auctoritate fultus, legationem ad gentes suscepit, Theutonumqve populos, apud qvos nunc & summa imperii Romani, & divini cultus reverentia viget ac floret, Ecclesias doctrina, virtutibusqve illustravit. Qvorum (c) etiam provincias in Episcopatus distribuens, seorsum Francos cis *Rhenum*, *Hessones* ac *Thuringos* qvi Saxonum confines sunt, primitivo qvodam laboris sui fructu Christo & Ecclesiæ copulavit. Tandemqve à Fresonibus, qvos jam ante ad fidem converterat, illustri martyrio coronatus est. Gesta ejus à discipulis plenaria manu edita sunt, qvi (e) ferunt eum agonizasse cum aliis qvinqvaginta & amplius commilitonibus suis, anno ordinationis suæ XXXVIII. 2.
Ipse est annus Dominicæ incarnationis DCC. LV. Pippini junioris regnantis XIV. (f)

CAP. 8. Post passionem sancti Bonifacii *Willehadus* & ipse Angligena, fervens amore Martyrii CAP. IX properavit in Fresiam, ubi consistens ad sepulchrum beati martyris, Paganos facti pœnitentes suscepit, & credentium multa millia baptizavit. Deinde cunctam in circuitu provinciam cum discipulis perlustrans idola confregisse, populosqve ad culturam veri Dei evangelizasse dicitur. Tunc & gentilium zelo fustibus percussus, & gladio legitur ad jugulandum proscriptus. Licet gratia Dei majoribus eum prædestinaret titulis, sua tamen voluntate & studio nihilominus (g) ad martyrium impiger erat. Post hæc missus à *Carolo* Rege in Saxoniam, primus omnium doctorum maritimas & boreales Saxoniæ partes, ac *Transalbianos* populos ad Christianam provocavit fidem, Septem annos prædicasse dicitur eam regionem, usqve ad annum rebellionis Saxonum XII. cum *Widuchind* (h) persecutionem movens in Christianos, Francorum terminos usqve ad Rhenum vastabat, In qva perseqvutione discipuli Willehadi sancti qvidam *Bremæ*, qvidam per *Fresiam*, cæteri trans Albiam passi leguntur. Unde confessor Dei, majus adhuc lucrum expectans, de conversione plurimorum, legitur secundum Evangelicum præceptum (i) de civitate in civitatem fugisse, (k) dispersisqve ad prædicandum sociis, ipse *Romam* cum *Luidgero* (l) venisse. Ubi sanctissimi Papæ Adriani conso-

(p) Al. *dio.* (q) *Irmindsul* qvasi Jedermans Seul/ vel potius Erdmans Seul/ Adoni Viennensi *Adarmensul.* Vide si placet de veteri hoc Saxonum Idolo Joh. Henr. Meibomium Tomo III. Rerum German. & Ernestum Casimirum Wasserbach, in singulari diatriba edita Lemgoviæ, An. 1698. in 8. (r) Al. deest hoc loco Einhardi nomen. (s) Al. *Pipinus.* (t) *ejus* deest in prima edit. (u) Al. XXXIII. Sane cœpit Saxones bello perseqvi Carolus Anno Christi 772. Finem imposuit Anno 803. (x) Al. *efficeretur.* (y) Al. *Hemmeranum in Beguaria.* (z) Al. *Willebrodum.*

(a) 1 Corinth. XV. 10. (b) Gesta sive vitam Bonifacii scripsit discipulus ejus Wilibaldus. Vide Acta Sanctorum die qvinto Junii, & Epistolas Pontificum ad Bonifacium scriptas editasqve à Nic. Serario, Moguntiæ, an. 1605. in 4. (c) *Qvarum.* (d) Al. *Hassones.* (e) *Qvæ. Vet. Schol.* (2) Sedente tunc Paulo P. P. 1. (f) Al. *Pippini junioris IV.* (g) Al. *Sua voluntati & studio nihilomagis.* (h) Al. *Widucrad*, malè, intelligitur enim notissimus ille in Saxonica historia Widechindus sive ut paulo post vocatur Widekind. (i) Matth. X. v. 23. (k) Al. *confugisse.* (l) Al. *Luidgero.*

consolatione relevati, Luidgerus in *montem Cassinum* recessit ad confessionem sancti *Benedicti*. Willehadus in Galliam ad sepulchrum sancti repedavit *Willebrordi*. Itaqve biennio uterqve reclusi, contemplativæ vitæ operam dabant, apprimè orantes pro persecutoribus & gente Saxonum, ne jactum in eis semen verbi Dei inimicus homo zizaniis (m) oppleret, impletum est qvæ scriptura (n) dicit, *multum valet deprecatio justi assidua.* Hæc de vita ejus ad sensum excerpta protulimus. Transacto igitur biennio, qvod est anno Caroli XVIII. Widekind incentor rebellionis ad fidem Caroli venit, baptizatus est ipse cum aliis Saxonum magnatibus, & tunc demum Saxonia subacta in provinciam redacta est. Qvæ simul in VIII. Episcopatus divisa, Moguntino & Coloniensi Archiepiscopis est subjecta. Cujus exemplar divisionis, (o) qvod ex præcepto Regis in Bremensi Ecclesia servatur, hiis cognosci potest verbis.

CAP. 9. *In nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, Carolus divina ordinante providentia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi fidelesque Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suæ pertinaciam perfidiæ semper indomabiles, ipsique Deo & nobis tamdiu rebelles, qvousqve illius non nostra virtute ipsos & bellis vicimus, & ad baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qvi nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devote addiximus, videlicet, ut qvi nostræ potestatis jugum hactenus ferre detrectaverunt; victi jam (Deogratias) & armis & fide Domino & Salvatori nostro Jesu Christo & sacerdotibus ejus, omnium suorum jumentorum & fructuum totiusqve culturæ decimas ac nutrituræ, divites ac pauperes legaliter constricti persolvant. Proinde omnem terram eorum antiqvo Romanorum more in provinciam redigentes; & inter Episcopos certo limite disterminantes Septentrionalem illius partem, qvæ est piscium ubertate ditissima, & pecoribus alendis habetur aptissima, pio Christo, & Apostolorum suorum principi Petro pro gratiarum actione devote obtulimus: Sibiqve in* Wigmodia *in loco* Bremon *vocato, super flumen* Wirraham (p) *Ecclesiam & Episcopalem statuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos subjecimus, qvos etiam abjectis eorum antiqvis vocabulis & divisionibus, in duas redegimus provincias, hiis appellantes nominibus,* Wigmodiam *&* Lorgoe. *Insuper ad præfatæ constructionem Ecclesiæ in supradictis pagis* LXX *mansos* (q) *cum suis colonis offerentes totius hujus parochiæ incolas, decimas suas Ecclesiæ, suoqve provisori fideliter persolvere hoc nostræ majestatis præcepto jubemus, donamus & confirmamus. Adhuc etiam summi pontificis* (r) *& universalis Papæ* Adriani *præcepto, nec non &* Mogontiacensis *Episcopi* Lullonis, *omniumqve qvi affuere pontificum consilio, eandem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis* Willehado *probabilis vitæ viro, coram Deo & sanctis ejus commisimus. Qvem etiam primum ejusdem Ecclesiæ* III. *Idus Julii* (s) *consecrari fecimus Episcopum, ut populis divini semina verbi secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, & novellam hanc Ecclesiam canonico ordine, & monasteriali competentia, utiliter instruendo, interim plantes & riget, qvousqve precibus sanctorum suorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir serenitati nostræ, eam qvam diximus, parochiam propter barbarorum infestantium pericula seu varios eventus, qvi in ea solent contingere, ad sustentacula sive stipendia Dei servorum in ibi militantium Deo, minime sufficere posse. Qvamobrem qvia Dominus omnipotens ingente* Fresonum, *sicut &* Saxonum *ostium fidei* CAP. X.

3. *aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet* Fresiæ, *qvæ contigua huic parochiæ esse dignoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoqve provisori Willehado Episcopo ejusqve successoribus, perpetualiter delegavimus retinendam. Et qvia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne qvis, qvod non optamus, aliqvam sibi in eadem diœcesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari, eiqve hos terminos,* mare Oceanum, Albiam *fluvium,* Liam, Steinbach, Hasalam, Wimarcham, Sneidbach, (t) Ostam, Mulinbach, Motam paludem, *qvæ dicitur* Sigefridesmor, Qvistinam, Chesenmor, Aschbroch, Wisebroch, Bivernam, Uternam, *iterumqve* Ostam. Ab Hosta *vero* (u) *usqve qvo perveniatur ad paludem qvæ dicitur* (x) Caldenbach. *Deinde ipsam paludem usqve in* (y) Wempnam *fluvium.* A Wempna *vero* (z) Bicinam, Farstinam *usqve in* Wirraham *fluvium. De hinc ab orientali parte ejusdem fluminis viam publicam, qvæ dicitur* Hesseweg, Sturme-

(m) Matth. XIII. 25.
(n) Al. *impletumqve est in eis qvod &c.* Locus est Jac. V. 16.
(o) Aliud diploma Caroli super fundatione Ecclesiæ Bremensis ex Henrici Walteri Chron. Bremens. habes infra inter privilegia Ecclesiæ Hamburgensis n. 25.
(p) Al. *Virraam.*
(q) Mansus est fundus cum certo agri modo, Vide glossarium Cangii.
(r) Deest in priori edit. vocabulum pontificis.
(s) Anno Christi 788. itaqve non post Saxonas penitus subjugatos qvod factum demum 803. Vide Meibomium ad Witekindum. p. 670.

Vet. Schol. (3) Fresia regio est maritima, inaccessa inviis paludibus, habetqve pagos XVII. qvorum tertia pars Bremensem respicit Episcopatum, hiis distincta vocabulis: Ostraga, Rustringe, Wanga, Diesmeri, Herloga, Nordi atqve Morseti. Et hii VII. pagi tenent Ecclesias circiter L. Hanc Fresiæ partem dirimit à Saxonia palus, qvæ Walpinga dicitur, & Wirrahæ fluvii ostia. A reliqva Fresia palus Emisgoe terminat, & mare Oceanus.
(t) Hosta.
(u) Al. usqve Bicinam. (x) Chaltenbach. (y) Wemnam.
(z) Bricinam.

megoë & Lorgoe *disterminantem* (a) Sechbasam, Alapam. Caldhowa, *iterumque* Wirraham: *ex occidentali autem parte viam publicam, qua dicitur* (b) Folcweg, Derue & Lorgoe *dividentem, usque in* Huntam *flumen. Deinde ipsum flumen, & Amrivum Lucum sylvestrem, quem incolæ loci* Wildloch *nominant*, Finolam, Waldesmoer, Bercpol, (c) Eddenriad *paludem*, Emisgoe & (d) Ostergoe *disterminantem*, Brustlacho, Biberlach, iterumqve mare; *firmos & intransgressibiles, circumscribi jussimus. Et ut hujus donationis ac circumscriptionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus & annuli nostri impressione signari jussimus.*



Signum Domini Caroli Regis invictissimi. Hildebaldus *Archiepiscopus Coloniensis, & sacri Palatii Capellanus recognovi. Data* (e) II. *Idus Julii, Anno Dominicæ incarnationis DCCLXXXVIII. Indictione XII. Anno autem regni Domini* Caroli *XXI. Actum* (f) *Palatio* (g) Nemetensi *feliciter, Amen.*

CAP. IO Sedit igitur Dominus & pater noster *Willehadus* post ordinationem suam annos duos, menses III. dies XXVI. prædicavitqve tam *Fresis* qvam *Saxonibus* post martyrium *S. Bonifacii*, omnes annos triginta qvinqve. Obiit autem senex & plenus dierum in Fresia, in villa *Pleccazze*, qvæ sita est in *Rustris*. Corpus ejus *Bremam* deportatum in basilica S. Petri, qvam ipse ædificavit, sepultum est. Transitus ejus celebratur festivis gaudiis VI. Idus Novembris, ordinatio, III. Idus Julii. Extat vitæ actuumqve ejus insignis liber, qvem successor ejus IV. fideli stilo exaravit *Ansgarius*. Ad cujus lectionem, qvia nos ad alia properamus, cupientem scire transmittimus. CAP. XI.

CAP. II. Proximum sancto Willehado ex discipulis ejus WILLERICUM in Bremensi Ecclesia præfuisse legimus, qvem alii *Willeharium* nuncupant. Seditqve annos L. usqve ad annum *Luthowici* senioris penultimum. Cum vero scriptum sit in libro Donationum sive Traditionum Bremensis Ecclesiæ, ab anno XXXVII. *Caroli*, usqve ad XXV. (h) (annum) *Luthewici* præsedisse *Willericum*, (i) XII. anni minus reperiuntur ab eo qvem prædiximus numero. Et credi potest tanto tempore Bremensem Episcopatum cessasse, qvemadmodum & alios propter novellam gentis Saxonum conversionem, qvæ nondum se Episcopali ditione regi patiebatur: maxime cum nullis fere annis à bello vacantibus, tandem *Saxones* ita profligati legantur, ut ex his qvi incolunt utrasqve ripas *Albis* fluminis X. millia hominum (k) cum parvulis in *Franciam* translati sint. Et hic est annus diuturni Saxonum belli XXXIII. qvem Francorum historici ponunt memorabilem; scilicet *Caroli* Imperatoris XXXVII. Qvo tempore cum *Sclavorum* qvoqve gentes Francorum Imperio subjicerentur, Carolus *Hammaburg* civitatem Nordalbingorum, exstructa ibidem Ecclesia, *Heridago* cuidam sancto viro, qvem loci Episcopum designavit ad regendum (l) commisit; cui etiam propter infestationem barbaricam, ubi interdum posset consistere, cellam (m) qvandam in Gallia) *Rodnach* donavit. Disponens eandem Hammaburgensem Ecclesiam, cunctis Sclavorum Danorumqve gentibus Metropolim statuere. In qva re ad perfectum ducenda, & mors *Heridagi* presbyteri & occupatio regni, *Carolum* Imperatorem, ne desiderata compleret impedivit. Legimus in libro donationum Bremensis Ecclesiæ *Willericum* Bremensem Episcopum Transalbianis etiam ante Ansgarium prædicasse, & Ecclesiam in *Milintborp* freqventer visitasse, usqve ad tempus qvo *Hammaburg* metropolis facta est. CAP. XII. 4.

Et qvoniam mentionem *Danorum* semel fecimus, dignum memoria videtur, qvod victoriosissimus Imperator Carolus, qvi omnia regna Europæ subjecerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani & cæteri qvi trans Daniam sunt populi ab historicis Francorum omnes *Nordmanni* vocantur. Qvorum Rex *Gotafrid* jam antea *Fresis*, itemqve *Nordalbingis*, *Obotritis* & aliis Sclavorum populis tributo subactis, ipsi Carolo bellum minatus est. Hæc dissensio voluntatem Imperatoris vel maxime de *Hammaburg* retardavit. Tandem extincto cœlitus Gotafrido, (n) *Hemming* patruelis ejus successit, qvi mox pacem cum Imperatore faciens, *Egdoram* fluvium regni terminum accepit. Nec multo post clarissimus Imperator *Carolus* obiens, (o) *Luthewicum* filium suum Imperii reliqvit hæredem. Cujus transitus ad superos contigit anno XXV. Willerici, die V. ante Kalend. Februarii. CAP. XIII

C *Lothe-*

(a) Sechbasam. (b) Folvech. (c) Eddinriad. (d) Ostrigoe. (e) Al. pridie. (f) in Pal. (g) Metensi. (h) Al. deest (i) X.V. (k) Al. cum mulieribus & p.

Vet. Schol. (4) Scriptum est in gestis S. Ansgarii, & privilegiis Romanorum Pontificum.

(l) commendavit. (m) Alibi hæc desunt. (n) Al. Heming. (o) Ludovicus.

CAP.XIV *Lothewicus* voluntatem patris oblitus provinciam Transalbinam *Bremensi* & *Ferdensi* Episcopis commendavit. A qvo tempore gesta incipiunt sancti *Ansgarii*. Et qvoniam borealium gentium historia nostram, id est, Bremensem Ecclesiam in parte respicit, disposui, nec inutiliter, ut arbitror, passim occurrentia tangere acta Danorum. Per idem tempus *Hemmingo* Danorum rege mortuo, *Sigafrid* & (p) *Anulo* nepotes *Gotafridi*, cum inter se de primatu regni convenire non possent, (q) prælio diviserunt, in qva congressione XI. millibus hominum interemptis, Reges ambo ceciderunt. Pars Anulonis cruenta victoria potita, *Reginfridum* & *Haroldum* in regnum posuerunt. Moxqve Reginfridus à Haroldo pulsus piraticam classem exercuit. Haroldus vero cum Imperatore fœdus iniit. *Historia* plenius hæc *Francorum* exeqvitur. In diebus illis scribitur, qvod (r) *Ebo* Remensis, cum de salute gentium religionis studio ferveret, legationem ad gentes cum *Halitgario* suscepit à *Paschali* Papa, qvam postea noster *Ansgarius* divina opitulante gratia feliciter peregit. CAP.12

CAP. XV. Anno Willerici XXXIII. *Luthewicus* Imperator novam in Saxonia *Corbejam* exorsus, religiosissimos Franciæ monachos ad illud congregavit cœnobium, inter qvos præcipuus legitur sanctissimus pater noster ac philosophus Christi *Ansgarius*, vitæ atqve scientiæ merito clarus, & omni Saxonum populo acceptus. Eodemqve tempore Rex Danorum (a) *Haroldus* à filiis *Gotafridi* regno spoliatus, ad *Luthewicum* supplex venit Imperatorem; qvi & mox Christianæ fidei catechismo imbutus, apud *Moguntiam* cum uxore, fratre & magna Danorum multitudine baptizatus est. Qvem Imperator à sacro fonte suscipiens, cum decrevisset in regnum suum restituere; dedit ei trans Albiam beneficium; & fratri ejus (b) *Horico*, ut tum piratis obsisteret, partem *Fresiæ* concessit, qvam adhuc *Dani* qvasi legitimam sui juris reposcunt.

CAP.XVI Cum autem nemo doctorum facile posset inveniri qvi cum illis ad Danos ire vellet, propter barbaricam crudelitatem, qva gens illa fugitur ab omnibus, sanctus *Ansgarius* divino, ut credimus, spiritu accensus, & qvi ad martyrium aliqva optabat occasione pertingere, cum socio se ad ultroneum obtulit *Audberto*, non solum inter barbaros, verum etiam in carcerem & in mortem pro Christo ire paratus. Itaqve biennio in regno *Danorum* commorati, multos ex gentibus ad Christianam fidem converterunt. Inde reversi, cum denuo ab Imperatore postularentur, ultimos *Sveonum* populos Evangelii gratia tentare; intrepidus athleta Christi Ansgarius assumptis secum fratribus *Gislemaro* & (c) *Withmaro* doctoribus, gaudens pervenit in *Daniam*. Ubi relinqvens Gislemarum *Haroldo*, ipse cum Withmaro in (d) *Sveoniam* transfretavit. Ubi benigne à rege *Biorn* suscepti, verbum Dei publice prædicare permissi sunt. Multos itaqve per annum integrum lucrati sunt Domino Jesu Christo. In qvibus *Herigarius* oppidi *Birca* præfectus credidit, qvem tradunt etiam miraculis & virtutibus insignem. Hac legationis suæ prosperitate gavisi, *Corbejam* novi Apostoli cum triumpho duarum gentium regressi sunt. Et ô mira omnipotentis Dei providentia de vocatione gentium, qvam disponit artifex, ut vult, & qvando vult, & per qvem vult. Ecce qvod longo prius tempore *Willebrordum* & *Ebonem*, aliosqve voluisse legimus, nec potuisse; nunc *Ansgarium* nostrum & voluisse & perfecisse miramur, dicentes cum Apostolo, *non est volentis neque currentis, sed est Dei miserentis. Ergo cui vult*, inqvit, *miseretur*, & *quem vult indurat*. Tunc Imperator cum magnatibus sancto *Ansgario* de gentium congratulatus salute, ingentes Christo gratias persolverunt. CAP.13.

CAP. XVII. Habito igitur generali sacerdotum consilio, pius Cæsar votum parentis cupiens implere, *Hammaburg* Transalbianorum civitatem, metropolim omnibus barbaris statuit nationibus *Danorum, Sveonum*, itemqve *Slavorum*, & aliis conjacentibus in circuitu populis, eiqve cathedræ primum Archiepiscopum ordinari fecit *Ansgarium*, Hoc factum est anno Domini (e) DCCCXXXIII. *Willerici* Bremensis Episcopi XLIII. Consecratus est autem à *Dragone* Metensi Episcopo, Cæsaris fratre germano, astantibus atqve faventibus (f) *Otgario* Mogontiensi, *Ebone* Remensi, (g) *Hetti* Treverensi & aliis: Consentientibus etiam *Willerico* Bremensi, & *Helingaudo* Ferdensi Episcopis, qvibus antea diœcesis illa commendata est: roborante id Papa *Gregorio IIII.* apostolica auctoritate, & pallii datione.

Habentur in Ecclesia Bremensi præcepta Imperatoris, & privilegia Papæ, sancto *Ansgario* data, in qvibus hoc qvoqve una continetur, qvandam ei cellam in Gallia (h) *Turbolt* vocatam, ad supplementum legationis suæ à Cæsare concessam, anno Domini (i) DCCC. XXXIII. Acta indictione XII. qvi est *Luthowici* (k) XXI.

CAP. XIIX. Beatus autem Ansgarius nunc Danos, nunc Transalbinos visitans, innumerabilem utriusqve gentis multitudinem traxit ad fidem. Si qvando vero persecutione barbarorum impeditus est ab studio prædicandi, apud *Turbolt* cum discipulis suis se retinuit. In adjutorium etiam prædicationis, datus est ei *Ebo* Remensis (l) [Archiepiscopus,] de qvo &

(p) Al. Amilo. (q) prælio sceptrum d. (r) Ebbo.
(a) Haraldus. (b) Al. Heruc. (c) Vithmaro.
(d) Svetiam. (e) Al. 832. (f) Odgaro. (g) Heddi.
(h) Al. Turboltz. (i) Al. 834. (k) Al. XX. (l) Al. deest.

& antea diximus. Hic seu fatigatione itineris, seu corporis debilitate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus, vicarium pro se dedit Ansgario nepotem *Gaudbertum*, Qvem ipsi ambo consecrantes Episcopum, vocaverunt eum *Simonem*, eumqve divinæ gratiæ commendatum, in *Sveoniam* miserunt. Hæc in vita sancti Ansgarii copiose descripta nobis abbreviandi locum præbuerunt. Verum qvod distinctio temporum ibi obscura est, pleraqve ab aliis scriptis tempori congruentia (m) mutuavimus. Nunc ad cætera unde incepimus regrediamur.

CAP. 15 Interea *Willericus* Bremensis Episcopus, diœcesim suam sollicite circumeundo, gentiles baptizando, & fideles in Christo confortando, strenuum prædicatoris officium peregit. Ecclesias ubiqve per Episcopium congruis erexit in locis. Tres vero *Bremæ*, qvarum primam scilicet domum *sancti Petri*, de lignea lapideam fecit; & corpus sancti *Willebadi* exinde translatum in australi, qvod fecit, oratorio recondidit. Qvod etiam scriptor vitæ ejus præterire noluit. Narrantqve posteri hoc factum pro timore piratarum, qvi propter virtutem miraculorum confessoris nostri corpus auferre maluerunt. Eodem tempore beatus *Ansgarius* corpora sanctorum, qvæ dono *Ebonis* Archiepiscopi susceperat, trans Albiam fertur deportasse, & corpus qvidem sancti (n) *Materniani* apud (o) *Heiliganstad* reposuit, *Xisti* vero & (p) *Sinnicii*, cum aliorum martyrum patrociniis, in urbe *Hammaburg* collocavit, Beati vero *Remigii* Cimiliarcum (q) ingenti honore servavit *Bremæ*. *Willericus* igitur clerum maximum collegit, de populo vero magnam Bremensi Ecclesiæ hæreditatem acqvisivit. In diebus suis *Carolus* eleemosynam obtulit Salvatori ad Bremensem Ecclesiam, centum mansos. Scriptum est in libro Donationum tertio, capitulo I. ubi etiam crebro versu hoc repetitur. *Sacrosancta basilica qvæ constructa est in honore sancti Petri Apostoli, in loco seu villa publica nuncupata* Brema, *ubi* Willericus *Episcopus servus servorum Dei præesse videtur.* Qvi obiit senex & plenus dierum Anno Domini (r) DCCCXXXVII. qvi est annus *Luthowici* XXV. & penultimus, sepultusqve est in domo sancti Petri, à parte altaris (s) aqvilonali IIII. Nonas Maji. CAP. XIX.

CAP. 16 LEUDERICUS ordine tertius, sedit annos octo. Ejus annos cum pro certo scire non possumus, ex eodem libro traditionum discimus, & *Willerici* diaconum fuisse, & sedisse usqve (t) ad *Luthowici* junioris sextum, capitulo LIIX. scriptum. Hunc etiam tradunt superbum fuisse: qvod exinde conjici potest, qvia se aliqvando *custodem*, aliqvando *pastorem Bremensis gregis* gloriatur. In diebus illis sanctus *Ansgarius* legationem sibi creditam fideliter executus, apud *Hammaburg* novellæ plantationi insudavit, doctrina oris, & opere manuum exercens Ecclesiam. Sæpe etiam monasterium (u) Galliæ, qvod dono Cæsaris possedit, *Turbolt* visitans, fratribus ibidem Deo militantibus salutaris regulæ tramitem verbo exemploqve monstravit. 5. In qvorum nobili contubernio jam tum à puero sanctus effulsit *Rembertus*, qvem sanctus pater *Ansgarius* adoptans in filium prophetico spiritu, qvo plenus erat, longe ante prædixit illum suæ virtutis æmulum, & in cathedra pontificali succedere, gratiaqve meritorum in cælesti regno consortem fore. In qva re omnipotentis Dei providentia, qvæ olim *Heliæ* substituit *Heliseum*, in *Remberto* non fefellit *Ansgarium*. CAP. XX.

CAP. 17 Interea *Nordmanni* piraticis excursionibus usqveqvaqve degrassati, *Fresones* tributo subjiciunt. Eodemqve tempore per Rhenum vecti *Coloniam* obsederunt, per Albiam verò *Hammaburg* incenderunt. Inclita civitas tota aut præda aut incendio disperiit. Ibi Ecclesia, ibi claustrum, ibi bibliotheca summo collecta studio, consumpta est. Sanctus autem *Ansgarius*, ut scribitur, cum reliqviis sanctorum martyrum nudus evasit. Excidium Hammaburg historia non tacet Francorum, & privilegia Romanorum. Hoc, ut ajunt, factum est, anno *Luthewici* senioris novissimo. Tunc qvoqve *Gaudbertus* Episcopus zelo gentilium à *Sueonia* depulsus, & *Nithardus* capellanus ejus martyrio cum aliis coronatus est. Et exinde *Sueonia* caruit septennio sacerdotali præsentia. Qvo tempore (x) *Amundus* regno pulsus, in Christianos movit persecutionem. *Herigarius* verò *Birca* præfectus, Christianitatem ibi solus sustentavit. Qvi etiam tantam fidei gratiam meruit, ut potentia miraculorum & exhortatione doctrinæ, multa paganorum millia salvarit. Scriptum itaqve in *actibus* beati *Ansgarii*. CAP. XXI.

CAP. 18. Anno Leuderici Bremensis Episcopi III. *Luthewicus* Imperator obiit, regnumqve in contentione remansit. Multa inter fratres discordia, bellum maximum, in qvo, ut historia testatur, *omnes Francorum vires consumptæ sunt.* Discordiæ (y) incentor *Ebo*, qvi & supra in patrem filios armaverat, & nunc fratres intestina seditione concitaverat: conspirationis crimine accusatus, à Papa *Gregorio* deponitur. Sed aliis criminantibus hoc, aliis (z) CAP. XXII

 hoc

(m) mutavimus. (n) Matrimani. (o) Helingstad. (p) Signini. (q) decenti. (r) Al. 839. (s) aqvilonari (t) ad annum I. (u) Franciæ.

Vet. Schol. (s) Tulitur monasterium Flandriæ, nobilissimū est, monachis insigne, pro qvo recuperando vetus qverela est Ecclesiæ nostræ Pontificibus. Adelbertus autem Archiepiscopus ad eum finem perduxit negotium, ut dato cocambio qvæstio removeretur: qvod Cæsar & Dux Flandriæ colluadabat.

(x) Al. Anundus. (y) inventor. (z) hoc recte r.

hoc factum astruentibus, veritatem nos in medio relinqvemus; præsertim cum à sancto patre nostro *Ansgario* ea dilectione qvam ab initio secum habuit, usqve in finem habitus fuerit. Lege in *vita* ipsius, & in *capitulo Rabani*, de fama *Ebonis* ambigua. Tandem mediante Papa *Sergio*, pax inter fratres convenit, regnumqve in tres partes est divisum, ita ut *Lotharius* major natu Romam cum Italia, *Lotharingiam* cum *Burgundia* possideret, *Lothewicus Rhenum* cum Germania regeret, *Carolus Galliam*, *Pippinus Aqvitaniam* acciperet. Hac inter fratres sortita regni divisione, (6) *Turbolt* monasteriū in partem cessit *Caroli*, sicqve alienatum est à jure sancti *Ansgarii*. At ille in paupertate sua Deum glorificans, verbum Dei, cujus legatione functus est, tam suis qvam alienis infatigabiliter seminavit. Unde contigit, ut prædium, qvod (a) *Ramsolam* dicitur, à qvadam venerabili matrona susceperit, nomine (b) IKIA. Qvi locus in episcopatu Ferdensi positus, ab *Hammaburg* nisi tribus disparatur rastis. Ibi sanctus Dei cœnobium constituens, reliqvias sanctorum *Xisti* & (c) *Sinnicii* locavit confessorum, & alia patrocinia qvæ ab *Hammaburg* fugiens portavit, ubi & gregem profugum collegit, depulsosqve à (d) gentibus socios in eo portu retinuit. Ab eo ergo loco Hammaburgensem Ecclesiam visitans, *Nordalbingos* in fide (e) reformavit qvos antea persecutio turbavit. Tunc qvoqve ne legatio gentium tarditate sua qvapiam frigesceret, prædicatores misit in *Daniam*; (f) *Hartgarium* verò eremitam direxit in *Sueoniam*. Fertur etiam venisse *Bremam*, atqve ab Episcopo ipsius loci, qvi doctrinæ ac virtutibus ejus invidit, depulsum esse. Post hæc LEUDERICUS Bremensis Episcopus obiit, & sepultus est in Ecclesia beati Petri ab australi parte altaris, Decessit autem (g) IX. Kal. Septembris, & Ecclesia diu viduata permansit.

CAP. XXIII. — CAP. 19.

CAP. XXIV. — CAP. 20

Tunc Luthewicus Pius Cæsar inclytus Hammaburgensis Ecclesiæ desolationem miseratus, venerabili *Ansgario* contulit *Bremensem* Episcopatum. At ille qvamvis Canonum non ignoraret decreta, qvibus cautum est, *ut Episcopus, qvi à sua civitate persequutionem passus expellitur, in alia vacante recipiatur*, tamen ne pro invidia cæteri scandalizarentur, Cæsari super hac re diu restitit. Postremo si absqve fratrum qverela fieri posset, tunc solummodo concederet. In *vita* nostri Antistitis hæc plenissime describuntur. Obscure verò notatur tempus, qvod liber donationum significat apertius. Anno scilicet Luthewici secundi IX. dominum Ansgarium ab (h) *Aldrico* clerico Comite *Reginbaldo* legatis Cæsaris ductum in Episcopatum. Scriptum libro tertio, capitulo XX. Sed & in vita ejus hæc; *Multum*, inqvit, *temporis fluxit, ex qvo beatus Ansgarius Bremensem Episcopatum suscepit, anteqvam hoc à Papa* Nicolao *firmaretur*. Sanctus itaqve Ansgarius (i) receptus Bremis, annos XIIX. sedit. Nam antea in Hammaburgensi cathedra præfuit annis XVI. qvi fiunt simul XXXIV. Hoc regalis munificentiæ dono, confessor Dei valde gavisus in *Daniam* festinavit. Ubi Regem [(k) Danorum] (l) *Horicum* inveniens, Christianum reddidit. Is statim Ecclesiam in portu maritimo erexit apud (m) *Sliasuvig*, data pariter licentia, ut qvisqve vellet in regno suo, fieret Christianus. Infinita gentilium credidit multitudo, de qvibus hoc in libris memoriale relictum est, plures, ut aqva baptismi loti sunt, ab omni corporis infirmitate liberatos.

CAP. XXV — CAP. 21

CAP. XXVI. — CAP. 22

Qvibus rebus ex voto completis, dum adhuc sanctus Dei pro gente *Sueonum* æstuare cœpisset, cum *Gaudberto* Episcopo consilium habuit, qvis eorum laudabile pro Christo subiret periculum. At ille periculum sponte declinans, sanctum potius, ut iret, rogavit Ansgarium. Extemplo athleta intrepidus *Horici* regis missum rogavit atqve sigillum, & à littore Danorum transfretans in *Sueoniam* pervenit, ubi tunc (n) *Oleph* rex apud *Bircam* generale populi sui habuit placitum. Qvem præveniente misericordia Dei, ita placatum invenit, ut ex ejus imperio & populi consensu, & jactu sortis, & Idoli responso, Ecclesia ibidem fabricata, & Baptismi licentia omnibus concessa sit. His etiam ex sententia finitis, Evangelista noster Ecclesiam Sueonum *Erimberto* commendavit presbytero, & rediit. Qvæ in *vita* sancti *Ansgarii* latissima gestorum narratio descripta, nos brevitate nitentes amputavimus. Et ni fallat opinio, prophetia *Ezechielis* de *Gog* & *Magog* convenientissime hic impleta videtur. *Emittam*, inqvit, *Dominus, ignem in Magog, & in his qvi habitant in Insulis confidenter.* Aliqvi hæc & talia de *Gothis*, qvi *Romam* ceperant, dicta arbitrantur. Nos verò considerantes Gothorum populos in *Sueonia* regnantes, omnemqve hanc regionem passim in Insulas dispertitam esse, prophetiam eis opinamur posse commodari, cum præsertim multa prædicta sint à prophetis, qvæ nec dum videntur completa.

Inte-

Vet. Schol. (6) Turholtz monasterium in Flandria situatū alienatur ab Ecclesia Hammaburgensi.
(a) Ramsola. (b) Ibia. (c) Signini. (d) gentilibus. (e) confirmavit. (f) Herigarium. (g) Al. VIII. kal.
(h) Al. Aldarico. Al. Abdarico. (i) Al. receptis. (k) Al. deest hæc vox. (l) Al. Ericum. (m) Slasuich. (n) Olaph.

Cap.23 Interea qvæstio magna surrexit in regno Francorum, de Bremensi Episcopatu, ad Cap.
invidiam beati Ansgarii, conflata. Ea contentio diu per regnum gravi & ancipiti (o) dis- XXVII.
sensione profligata, multis partium studiis collidebatur. Tandem Orthodoxus Cæsar
Lothewicus, compositis hinc inde contradicentium voluntatibus, præcipue *Gunthari* Co- 7.
loniensis Archiepiscopi, cujus suffraganea prius erat *Brema*. Super his Romam nuncios
ad sanctissimum Papam direxit *Nicolaum*. Ille verò qvod necessitas Ecclesiastica persva-
sit, & qvod patrum conciliis fieri posse comprobatum est, facile consensit. Ergo *Bre-
mensem* ac *Hammaburgensem* Episcopatum apostolica auctoritate copulari, & pro uno san-
xit haberi. Cujus rei privilegia diligenter adhuc in Bremensi conservantur Ecclesia. In
qvibus etiam additum est, qvod idem Papa *Nicolaus* tam ipsum Ansgarium, qvam suc-
cessores ejus legatos & *vicarios apostolicæ sedis* constituit, in omnibus gentibus *Danorum*,
Sueonum atqve *Sclavorum*; qvod & antea *Gregorius* Papa concessit. Igitur Bremensis at-
qve Hammaburgensis parochiæ coadunatio facta est ultimo sancti Ansgarii tempore. Vi-
ta ejus annum non ponit, præceptum autem regis ponit annum regni XXI. Privilegium
Papæ notat annum Domini DCCC LIIX. qvi est ab ordinatione Archiepiscopi (p) XXVIII.

Cap.24 Post hæc scribitur in vita beati antistitis, qvaliter in Daniam veniens juniorem *Hori-* Cap.
cum in regno reperit. Cui tempori congruit historia Francorum, qvæ sic de Danis me- XXIIX.
minit. *Nordmannos per Ligerim* (q) *Turonos succendisse, per Seqvanam Parisios obsedisse, Ca-
rolum timore compulsum terram eis* (r) *ad inhabitandum dedisse. Deinde Lotharingia*, inqvit,
vastata, & subacta Fresia, in sua victrici conversos viscera dextra. Contendentibus nam-
qve ad invicem (s) *Gudurin* Principe Nordmannorum, cum patruo suo *Horico*, scilicet rege
Danorum, tanta cæde utrinqve mactati sunt, ut vulgus omne caderet; De stirpe autem re-
gia nemo omnium remaneret, præter puerum unum nomine (t) *Horicum*. Qvi mox ut
regnum suscepit Danorum, ingenito furore super Christicolas efferatus, sacerdotes Dei
expulit, & Ecclesias claudi præcepit. Ad qvem sanctus Dei confessor *Ansgarius* venire
non trepidans, comitante secum gratia divina, crudelem Tyrannum sic placatum reddi-
dit, ut Christianitatem ipse susciperet, suisqve omnibus ut Christiani fierent, per edictum
mandaret. Insuper in alio portu regni sui apud *Ripam* exstrueret Ecclesiam, in *Dania* se-
cundam. Et his Ecclesiastico ordine compositis, beatus pastor noster Ecclesiam illam Cap.
Remberto commendavit presbytero. Inde *Hammaburg* reversus, de *venditione Christiano-* XXIX.
rum Nordalbingos correxit. Unde *Fresos* adiens, castigavit eos pro *labore dominici diei*.
Pertinacius vero agentes, igne cœlesti mulctavit. Et alia, qvæ antiqvis miraculis non im-
paria, leguntur in *vita* ejus. Et qvoniam totum studium ejus erat pro salute animarum,
si qvando à prædicatione gentilium foris liber erat, domi congregationum suarum curam
egit. Qvarum primam, qvæ ab *Hammaburg* olim barbarica incursione depulsa est, ipse,
ut prædiximus, transtulit ad *Ramsolas*. Secundam in *Bremis* habuit sanctorum virorum,
qvi habitu qvidem usi canonico, regula vivebant monastica, usqve ad nostri ferè tempo-
ris ætatem. Tertiam sanctarum virginum congregationem in (u) *Briximon* adunavit ubi
devota Christi matrona (x) *Lutgard*[illegible]totum patrimonium suum offerens cœlesti sponso,
magnum chorum castitatis suo nutrivit ducatu. Ad curam autem pauperum & susce- Cap.XXX
ptionem peregrinorum, multis locis hospitalia præparavit. Unum autem (z) vel præci-
puum habuit *Brema*, qvo per se ipsum qvotidie veniens, infirmis non erubuit ministrare.

Cap.25 Qvorum plurimos verbo vel tactu sanavit. Ipse transtulit corpus sancti *Willehadi* in ma-
tricem beati Petri Apostoli Ecclesiam, ab illo australi oratorio, qvo deportatum est à *Wil-
lerico*. Et tunc facta sunt illa miracula, qvæ per merita sancti Willehadi, populo osten-
sa sunt, ab anno Domini DCCC LXI. qvi est annus ab ordinatione (a) Archiepiscopi XXX. Ipse
enim qvi transtulit, & vitam & miracula ejus singulis libris comprehendit. Siqve tem-
porum seriem diligenter computemus, ipsum est tempus qvo in *Saxoniam* translatio San-
cti contigit *Alexandri*. In qva illud memorabile videtur, confessorem nostrum cum ad-
vena Martyre certasse, qvis eorum videretur esse major, & in gratia sanitatum populis ac-
ceptior. (b) *Einhardus in gestis Saxonum* hæc dulci calamo proseqvitur.

Cap.26 Interea beatus *Ansgarius* captivos redimendo, tribulatos refovendo, domesticos Cap.
erudiendo, barbaros evangelizando, foris Apostolus, intus monachus, nunqvam legitur XXXI.
otiosus. Nec solùm erga suos verum erga alienos, qvomodo viverent sollicitus. E-
piscopos etiam tam voce qvam literis, ut vigilarent super dominicum gregem, hos arguit,
illos obsecravit. At verò *Romanorum* regibus pro sua legatione, regibus *Danorum* pro Chri-

stiana

(o) discessione.
Vet. Schol. (7) Concilium unionis factum est Wormatiæ præsente Cæsare cum Episcopis, sicut privilegium testatur.

(p) Al. 29. (q) Turones (r) ad inhabitandam Lotharingiam. al. (s) Guthorm. (t) Al. Ericon scilicet Barn. (u) Al. Luximon. (x) Lindgard. (y) a qvod vel pr. (a) Episcopi. (b) Eginhardus.

ſtiana fide, crebrò mandavit. Extant epiſtolæ ejus plures hujusmodi. Unam verò qvam omnibus de ſua legatione ſcribit Epiſcopis, qvam ab *Ebone* orſum aſſerit, ita claudit: *Deprecor*, inqvit, *ut apud Deum intercedatis, quatenus hæc legatio creſcere & fructificare mereatur in Domino. Jam enim Deopropitio & apud Danos, & apud Sveones, fundata eſt Eccleſia Chriſti, & ſacerdotes abſqve prohibitione proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes hujus operis pia benevolentia participes, & in cœleſti Chriſti gloria cohæredes.*

Supervixit autem (c) (ſanctus Anſgarius) poſt illam plenariam *Hammaburg* & *Bremæ* copulationem annos ſeptem. Sedit autem omnes annos XXXIIII. Cujus depoſitio ſumma veneratione colitur III. Non. Februarii. Obiit ergo anno Domini DCCCLXV. Indictione XIII. qvi eſt *Luthewici* ſecundi XXVI. ſepultusqve eſt in baſilica ſancti Petri, ante altare ſanctæ Dei genetricis Mariæ. Eadem verò die, qva ipſe commendatus eſt, *Rimbertus* Diaconus ejus à clero ſimul & populo electus eſt. Qvi etiam *vitam ſancti Patris* veridico ſermone deſcribens, more beati Johannis: qvaſi de alio ſcribens, innuit ſe fideliſſimum ejus diſcipulorum teſtimonium perhibere ſanctitati, qvam cognoverat in viro Dei. Hunc ille librum ad fratres cœnobii direxit *novæ Corbejæ*, beatificans illos, qvod talem miſerint; & nobis congratulans, qvod talem ſuſcipere meruimus paſtorem. CAP. 27

CAP. XXXII. Sanctus *Rimbertus* ſedit annos XXIII. Annos & obitum deceſſoris ſui reperimus in qvodam computo à *Corbeja* delato. Cæterum *vita ejus* à fratribus ejusdem cœnobii ad noſtros data, qvis fuerit & qvaliter vixerit, breviter & dilucide comprehendit. *Mox*, inqvit, *ut electus eſt, à Theodorico Mindenſi Epiſcopo, & Adalgario Corbienſi Abbate, juſſu Cæſaris ductus eſt Mogontiam. Ubi à clariſſimo pontifice conſecratus* (d) *Lutberto, venit Corbejam, veſtemqve ſuſcepit cum profeſſione Monaſtica. Cui Adalgarius Abbas germanum & æqvivocum ſuum conceſſit Adalgarium, qvi poſtea & ſocius prædicationis, & hæres meruit eſſe dignitatis. Pallium pontificale ſuſcepit à Papa Nicolao. Ferulam paſtoralem à Cæſare Luthewico, ſicut in privilegiis dignoſci poteſt.* Qvæ autem ſeqvuntur, ex (e) *vita ejus* excerpta ſunt capitulo XVI. CAP. 28

CAP. XXXIII. *Præterea legationis ſuæ officium, quod ad prædicandum gentibus verbum Dei, primitus à deceſſore ſuo ſuſceptum eſt, & poſtmodum ſibi jure ſucceſſionis, quaſi hæreditarium provenit, impigrè executus eſt. Ipſe quidem per ſe, quoties occupationes aliæ ſinerent, eidem legationi inſiſtens, ſemper autem conſtitutos habens presbyteros, per qvos & verbum Dei gentiles audirent, & ſolatium captivi Chriſtiani haberent, ad Eccleſias inter ipſos paganos longè conſtitutos, quodque graviſſimum erat, marinis diſcriminibus adeundas. Quæ diſcrimina ipſe frequentius ſuſtinens, cum Apoſtolo ſæpè naufragium pertulit, ſæpe etiam alia pericula ſuſtinuit, ſpe futuræ beatitudinis omnia præſentis vitæ aſpera leniens, illudque apoſtolicum continua meditatione revolvens: non ſunt condigna paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, qvæ revelabitur in nobis.* CAP. 29

Qvi reges Danorum ſuo tempore fuerint, non invenitur in geſtis ejus. In hiſtoria Francorum *Sigafrid* cum fratre *Haldan* regnaſſe legitur. Qvi etiam munera *Lothewico* Cæſari miſerunt, gladium videlicet, capulotenus aureum, & alia multa pacem rogantes, & miſſis utrinqve ad *Egdoram* fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma juraverunt. Erant & alii reges Danorum vel Nordmannorum, qvi piraticis excurſionibus eo tempore Galliam vexabant. Qvorum præcipui erant *Horig, Ordivig, Gotafrid, Rodulf & Inguar* tyranni. Scriptum eſt in Geſtis Francorum: *crudeliſſimus omnium fuit Inguar filius* (f) *Lodparchi, qui Chriſtianos ubique per ſupplicia necavit.* CAP. 30

CAP. XXXIV. Anno Domini Rimberti XII. *Luthewicus* Pius Cæſar magnus obiit. Ipſe *Boëmannos, Sorabos, Suſos*, & cæteros Sclavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret. *Nordmannos* autem fœderibus ac bellis compreſſos, eo modo retinuit, ut cum *Franciam* totam vaſtaverint, regno ejus vel minimè nocuerint. Poſt mortem verò Imperatoris effera barbaries laxis regnabat habenis. Et qvoniam Dani cum Nordmannis Hammaburgenſi Eccleſiæ cura paſtorali ſubjecti ſunt; præterire neqveo qvanta mala per eos Dominus illo tempore fieri permiſerit, & qvam latè pagani ſuper Chriſtianos extenderint potentiam ſuam. Qvæ omnia lamentabiliter ſcripta ſunt in *hiſtoria Francorum*, & in aliis libris. Tunc *Saxonia* à Danis vaſtata eſt, vel Nordmannis. *Brun* Dux occiſus, cum aliis XII. Comitibus: *Tiadericus* & *Marqvardus* Epiſcopi obtruncati: tunc *Freſia* depopulata eſt. *Trajectum* civitas exciſa. Sanctus *Rabbodus* Epiſcopus urbis cedens perſeqvutioni, *Davantriæ* ſedem conſtituit, ibiqve conſiſtens anathematis gladio paganos ultus eſt. Tunc Piratæ CAP. 31
8. *Coloniam & Treveros* incendunt. *Aqvisgrani* palatium, ſtabulum eqvis ſuis fecerunt. *Mogontia* verò propter metum barbarorum inſtaurari cœpit. Qvid multa? urbes cum civibus, Epiſcopi cum toto grege, ſimul obruti ſunt. Eccleſiæ illuſtres cum fidelibus incenſæ ſunt. *Luthewicus* Imperator cum paganis dimicans, victor extitit, & paulo poſt obiit.

Luth-

(c) Al. deeſt. (d) Al. Linberto. (e) Al. ex libro vitæ ejus diſcerpſimus. (f) Al. Lodbrogi.

Vet. Schol. (8.) Aqvisgrani palatium usqve ad tempus Ottonis per annos LXXX. vaſtatum permanſit, qvod deſtruxerat Ordwig princeps.

Luthewicus Franciæ [(g) Rex] victor & victus occubuit. Hæc tragœdico planctu scripta in *annalibus Cæsarum*; nos propter mentionem Danorum perstrinximus.

CAP. 32 Qvid autem dicimus interim fecisse nostrum Archiepiscopum? Reqvire in gestis ejus capitulo XX. *Ad redemptionem*, inqvit, *captivorum cunctis pene qvæ habebat, expensis, cum multos adhuc apud paganos detentos miserabiliter cerneret, altaris etiam vasa non dubitavit impendere, dicens cum beato Ambrosio*; Melius est animas Domino, qvam aurum servare. *Preciosa ergo sunt illa vasa quæ animas de morte redimunt.*

CAP. 33 Nec incongruum videtur, qvoniam de persecutione diximus, qvæ tunc late efferbuit in Ecclesias, grande miraculum per merita sancti Rimberti Fresonibus ostensum tangere; qvod Scriptor gestorum ejus nescio cur præterierit. Sed (h) *Bono* Corbiensis Abbas de sui temporis actis scribens, non reticuit dicens: *Cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni pene Francorum regno immaniter debaccharetur; contigit etiam eos divino judicio ad qvendam Fresiæ pagum devolvi, qvi in remotis ac mari magno vicinis locis situs est.* (i) Nordwide *hunc appellant*: *Qvem subvertere aggressi sunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Episcopus* Rimbertus: *cujus adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cum hostibus sunt congressi, & prostraverunt ex eis X. millia CCCLXXVII. pluribus insuper dum fuga præsidium qværunt, in transitu fluviorum necatis.* Hæc ille scripta reliqvit. Cujus rei miraculo usqve hodie merita sancti Rimberti penes Frisones egregia, & nomen ejus singulari qvodam gentis colitur desiderio, adeo ut collis in qvo sanctus oravit, dum pugna fieret, perpetua cespitis viriditate notetur. *Nordmanni* plagam qvam in *Fresia* receperunt in totum Imperium ulturi, cum regibus *Sigafrido* & *Gotafrido* per *Rhenum* & *Mosam* & *Scaldam* fluvios *Galliam* invadentes, miserabili cæde Christianos obtruncarunt, ipsumqve regem *Carolum* bello petentes, ludibrio nostros habuerunt. In *Angliam* qvoqve miserunt unum ex sociis (k) *Haldani*, qvi dum ab Anglis occideretur, (l) *Dani* in locum ipsius *Gundredum* constituerunt. Ipse autem *Northumbriam* expugnavit, atqve ex illo tempore *Fresia* & *Anglia* in ditione Danorum esse feruntur. Scriptum est in gestis Anglorum. CAP. XXXV.

CAP. 34 Frustra in sanctis signa & miracula qværuntur, qvæ habere possunt & mali, qvia secundum auctoritatem sanctorum patrum, majus miraculum est animam, qvæ in æternum victura est, à peccato convertere, qvam corpus qvod denuo moriturum est à morte suscitare. Ut autem sciamus nec sancto *Rimberto* hanc gratiam defuisse, fertur antiqvorum more sanctorum, qvædam fecisse miracula freqventer, scilicet dum iret in *Sveoniam*, tempestatem maris oratione sedasse, & cœcum illuminasse, per confirmationem, qvam Episcopali more faciebat in eo. Sed & filium Regis à dæmonio liberavit. Ubi multis astantibus Episcopis, spiritus immundus sæpe ex ore vexati clamabat, *Rimbertum* solum inter eos digne commissum egisse officium, ipsumqve sibi esse cruciatui. Reqvire in *libro vitæ* ejus capitulo XX. Hunc Regis *Luthewici* filium *Carolum Crassum* esse arbitramur, qvi novissimis Archiepiscopi temporibus à regno depositus, *Arnulfum* germani sui filium accepit successorem, *Historia Francorum* hæc veraciter acta commemorat in *Franconfurd*, anno Cæsaris *Luthewici* XXXIIII. CAP. XXXVI.

CAP. 35 Erat igitur sanctus *Rimbertus* cum *Moyse*, vir mitissimus, cum apostolo, qvi omnium infirmitatibus compateretur. Præcipuam vero curam habens in eleemosynis pauperum & in redemptione captivorum. Unde qvadam vice, cum ad partes venisset *Danorum*, ubi Ecclesiam novellæ Christianitati constructam habebat in loco qvi dicitur (m) *Sliaswig*, vidit multitudinem Christianorum catena trahi captivam. Qvid multa? Duplex ibi miraculum operatus est. Nam & catenam oratione dirupit, & captivos eqvo suo redemit. Capitulo gestorum ejus XIIX.

CAP. 36 Et qvia vastatio *Nordmannorum* vel *Danorum* excedit omnem crudelitatem, eo plus mirum videri possit, qvod sancti confessores Dei *Ansgarius* & *Rimbertus* per tanta pericula maris & terræ, illas gentes intrepidi adibant, & prædicabant, ante qvarum impetum nec armati Reges, aut potentes Francorum populi subsistere poterant. Nunc autem qvomodo defecit sanctus, qvomodo diminutæ sunt veritates à filiis hominum, vix possibile credimus nos genus ignavum, qvod tecto gaudet & umbra, ut in tam aspero tempore perseqvutionis, in tam feroci; (n) qvæ vix hominum vivit, natione, in tam remotissima, inqvam, a nostro mundo regione, qvisqvam vel Apostolus auderet accedere, nescientes illud cotidie & nobis dici, qvod Salvator ait discipulis: *Ite in orbem universum, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Sunt & alia multa qvæ de sancto viro copiose in libro suo exarata sunt: in qvibus illud memoriale est, qvod presbyteri animam defuncti, qvi sibi in visu apparens supplicavit. XL. dies in pane & aqva jejunans à tormen- CAP. XXXVII.

(g) Al. deest. (h) Bonno. (i) Nordwich. (k) Haldan. (l) Al. clam. (m). Al. Slesvig, (n) Al. qvia vix ullius hom-

mentis abſolvit. Deceſſor ejus IIII. Cœnobia fundavit, his ille qvintum addidit in ſolitudine (o) *Bukkin*. Cæterum omnium (p) diſtrictam ſollicitudinem habens, *Hammaburgenſis* cathedræ præcipuam egit curam, tam fratribus qvam pauperibus oportuna miniſtrans ſolatia.

CAP. XXXVIII. Xenodochium *Bremæ* qvod à ſancto *Anſgario* ad ſuſtentationem pauperum inſtitutum eſt, ipſe nobiliter auxit, & non ſolum in Epiſcopatu, ſed ubicumqve eſſet, pauperibus alimoniam cum omni diligentia miniſtravit, nobile poſteris verbum relinqvens exhortationis; *Non eſt*, inqviens, *tardandum, ut cunctis ſubveniamus pauperibus, qvia* (q) *qvis ſit Chriſtus, vel qvando ad nos veniat, ignoramus.* Eleemoſynam verbi inceſſanter omnibus miniſtravit: ad qvod opus *dicta* ſancti *Gregorii* curavit excerpere, qvæ & manu ſua deſcripſit. *Epiſtolæ* ejus diverſæ ad plures. Præcipua qvædam ad virgines, in qva virginitatem corporis extollens, oſtendit multas mente fieri meretrices. Tandem morbo confectus & ſenio, qvos per ſe non potuit, per *Adalgarium* coadjutorem ſuum in Domino confortavit, qvem etiam manibus regis commendavit. Obiit autem anno DCCC LXXXVIII. Indictione VI. cujus depoſitio III. Idus Junii celebratur. Sepultus eſt extra baſilicam ſancti Petri ab oriente, ut ipſe rogavit. CAP. 37

CAP. XXXIX. Adalgarius Archiepiſcopus ſedit annos XX. Annos ejus ex computo ſupradicto, vitam ex *libro* ſancti *Rimberti* diſcimus. Capitulo XII. cum ſanctus *Rimbertus* veſtem & profeſſionem ſuſciperet monaſticam, mox additur. Ad qvod ei ſolatium deputari inſignem placuit converſatione virum gradu diaconum, nomine *Adalgarium*. Hic vir, inqviunt, venerabilis in converſationis ejus imitatione ſimul & ſucceſſionis dignitate, adhuc hodie ſupereſt, cum multis aliis atteſtans, qvod Sanctus pontifex *Rimbertus*, nihil ex occaſione curæ paſtoralis de (r) monachica perfectione perdiderit & reliqva. Item Capitulo XXI. Cum jam, inqvit, ſenio gravaretur Sanctus *Rimbertus*, etiam continuus ei pedum dolor acceſſit. Inde apud glorioſiſſimos reges *Luthewicum* & filios ejus hoc obtinuit, ut inſignis vir *Adalgarius*, monachus videlicet *Corbejæ*, in adjutorium illi confirmaretur, qvatenus ipſe infirmitate detentus, in *Adalgario* haberet ſolatium circueundi Epiſcopatum, placita adeundi; & qvando exigeretur, in expeditionem vel ad palatium cum comitatu ſuo proficiſci. Impetravit etiam, ut ipſe illi in electione ſucceſſor confirmaretur, & inter conſiliarios regis locaretur, aſſentientibus fratribus & Abbate monaſterii ejus, ac ſancta ſynodo hæc omnia roborante. CAP. 38

Ferulam paſtoralem ſuſcepit ab *Arnulfo* Rege, pallium à Papa *Stephano*. Conſecratus eſt autem à *Mogontino* Archiepiſcopo (ſ) *Lindroldo*, ſeditqve difficili tempore barbaricæ vaſtationis, nec tamen legationis ſuæ ad gentes, ut in privilegiis videtur, ſtudium omiſit. Verum ſicut deceſſores ſui, presbyteros ad hoc opus conſtitutos, & ipſe habere curavit. CAP. 39

CAP. XL. De hiſtoria Danorum nihil amplius aut ſcriptum vidi, aut ab alio viſum comperi: eo forte caſu reor, qvod *Nordmanni* vel Dani tunc ab *Arnulfo* rege gravibus præliis uſqve ad
9. internecionem deleti ſunt. Bellum cœlitus adminiſtratum. Siqvidem centum millibus paganorum proſtratis, vix unus de Chriſtianis cecidiſſe repertus eſt. Et ita reſtincta eſt perſeqvutio Nordmannorum, Domino vindicante ſanguinem ſervorum ſuorum, qvi jam per annos LXX. effuſus eſt. Narrat hæc *hiſtoria Francorum*. Audivi autem ex ore veraciſſimi regis Danorum (t) *Sveni* cum nobis ſtipulantibus atavos ſuos numeraret, poſt cladem, inqvit Nordmannicam, (u) *Heiligonem* regnaſſe comperi, virum populis amabilem propter juſtitiam & ſanctitatem ſuam. Cui ſuccedit *Olaph*, qvi veniens à *Sueonia*, regnum obtinuit Danicum vi & armis, habuitqve filios multos, ex qvibus *Ehnob* & (x) *Gurd* regnum poſt patris ſui obitum tenuerunt. CAP. 40 CAP. 41

CAP. XLI. Anno Adalgarii VII. *Hermannus* Colonienſis Archiepiſcopus magnis *Adalgarium* noſtrum fatigabat injuriis, *Bremam* Coloniæ ſubjugare conatus. Collecta igitur apud (y) *Triburiam* Synodo, *Haddone*. (z) Moguntino præſidente, caſſata ſunt Apoſtolicæ ſedis privilegia & glorioſorum principum ad nullata ſunt præcepta, conſentientibus iniqvis decretis *Formoſo* Papa & *Arnulfo* rege. Deinde facta ſubſcriptione *Adalgarius* Archiepiſcopus in cauda concilii poſitus eſt. Fabula grandis de *Adolino* & *Widgero*, qvi diſceptantes, ad ſpecula ſynodum traxerunt. Tragœdia lugubris, *Widgerum* noſtræ partis victum, & poſtero die mortuum. Et amplius ſub *Adalgario* & *Hogero* omni tempore (a) *Brema* Coloniæ facta eſt ſuffraganea. Anno deinde ſecundo *Formoſus* Papa obiit, qvarto verò poſt CAP. 42

Arnul-

(o) Al. Bugdind. (p) diſtinctam. (q) Al. in qvo ſit Chriſtus. (r) Al. monaſtice. (s) Al. Hundroldo.
Vet. Schol. (9.) Gotafrid & Rigafried. Reges ibi ſunt occiſi. (t) Al. Sven. (u) Al. Helligonem. (x) Al Giurd. (y) Al. Triburcam. (z) Maguntino. (a) Al. dicunt Bremam, Coloniæ ſuffraganeam manſiſſe.

Arnulfus Imperator, vivens à vermibus consumptus (b) veneno extinctus est.) Seqvitur eruptio *Ungarorum*, persequutio Ecclesiarum. Archiepiscopus verò noster senex valdè, minus poterat vel inimicis resistere, vel agenda disponere. Qvare à monasterio Corbejensi *Hogerum* suscepit adjutorem. Cujus ope fultus ac ministerio, ipse emeritæ senectutis otio potiretur. Ita omnipotens Deus, qvi aliqvando justos, ut meliores fiant, tentari permittit, fecit etiam Archiepiscopo nostro cum tentatione proventum, ut posset sustinere. Nam *Sergius* Papa, qvi fere per totidem annos septimus à *Formoso*, calumnias *Adalgarii* miseratus, privilegia (c) *Bremensis* Ecclesiæ renovavit, & omnia, qvæ à *Gregorio* & *Nicolao* decessoribus suis *Ansgario* & *Rimberto* concessa sunt roboravit. Ad hoc qvia senectutis pondere gravatus Pontifex *Adalgarius* pastorale officium obire non poterat, circueundo, prædicando & consecrando Episcopos, dati sunt ei adjutores à Papa, circumvicini qvinqve Episcopi, *Simundus* Halberstadensis, *Wigbertus* Ferdensis, *Biso* Padarbarnensis, (d) *Bernarii* duo, Mindensis scilicet & Osnaburgensis; qvorum ope senex fulciretur. Ad manum sunt privilegia Sergii Papæ utriusqve data qvibus hæc ita continentur. Mirum tamen neqve satis cognitum est nobis, an aliqvi Episcopi in gentes ordinati sunt ab *Adalgario*, ut privilegium insinuat; an hæc ordinatio Episcoporum inacta remanserit usqve ad dies (e) *Adaldagi*, ut melius confidimus, præsertim qvod vastatio barbarica vix dum presbyteros inter se morari consenserit. Nondum enim completæ sunt iniqvitates Amorræorum, nec adhuc venit tempus miserendi eorum. Post hæc migravit Archiepiscopus anno Domini (f) DCCCC IX. VII. Idus Maji & sepultus est in basilica sancti Michaelis, qvam ipse pro dilectione Magistri super tumbam ejus erexit. CAP. XLII. 10. 11.

Cap. 43 *Hogerus* Archiepiscopus sedit annos VII. Et hujus annos reperimus in libro superiori, & qvod per contentionem ordinatus est à Coloniensi. Pallium suscepit à *Sergio* Papa, Ferulam à rege *Luthewico*. Unde fuerit aut qvaliter vixerit, Deo cognitum est. Invenimus tamen scriptum, in antiqvioribus Ecclesiæ libris, uno versu qvis fuerit, ita: *Sanctus & electus fuit Hoger septimus Heros.* Sanctitati ejus testimonium asserit veterum traditio, qvæ narrat eum severissimum in Ecclesiastica disciplina, pro consvetudine monasteria suæ diœcesis crebro circuisse. Unde etiam cum apud *Hammaburg* consisteret, exploraturus qvid fratres agerent, nocte intempesta *Ramsolam* ad vigilias properavit matutinas. Fidelis, inqvam dispensator & prudens, qvi & ipse vigilans pernoctavit, suam familiam dormire prohibens, venienti sponso lætus occurrit, dicens: *Ecce ego & pueri, qvos dedit mihi Dominus.* CAP. XLIII.

Cap. 44 Anno Domini Hogeri II. *Luthewicus* puer depositus est, & *Conradus* Francorum Dux in regem levatus. In isto *Luthewico* vetus *Caroli* finitur prosapia. Hactenus etiam *Francorum* tendit *historia*. Qvæ deinceps dicturi sumus, in aliis atqve aliis non mendacibus reperimus libris. Aliqva vero recitavit nobis clarissimus Danorum Rex, ita rogitantibus: Post *Olaph*, inqvit, Sveonum principem, qvi regnavit in Dania cum filiis suis, ponitur in locum ejus *Sigerich*. Cumqve parvo regnasset tempore, (g) *Hardegon* filius *Sveni* à *Nordmannia* veniens eum regno privavit. Tanti autem reges, immo tyranni Danorum, utrum simul aliqvi regnaverint, an alter post alterum brevi tempore vixerit, incertum est. Nobis hoc scire sufficiat, omnes adhuc paganos fuisse, ac in tanta regnorum mutatione, vel excursione barbarorum, Christianitatem in *Dania*, qvæ à sancto *Ansgario* plantata est, aliqvantulum remansisse, non totam defecisse. In diebus illis, immanissima persecutio *Saxoniam* oppressit, cum hinc *Dani* & *Slavi*, inde *Boemi* & *Ungari* laniarent Ecclesias. Tunc parochia Hammaburgensis à *Slavis*, & Bremensis Ungarorum impetu demolita est. Interea confessor Dei *Hogerus* obiit, & sepultus est in Ecclesia sancti Michaelis, cum decessore suo anno Domini DCCCCXV. Depositio ejus (h) XIII. Kalend. Januarii habetur. Cujus corpus Episcopi, cum post annos (i) centum & x. diruta senio Capellula, qværeretur, præter cruces pallii & cervical Episcopi, nihil potuit inveniri. Et credimus resurrectionem impletam esse, sicut in David & Johanne Evangelista contigit. CAP. XLIV. CAP. XLV.

Cap. 45 *Reginwardus* vix annum unum sedit. De cujus vita præter nomen aliud nihil ad manum venit. Cum autem successorem ejus concilio apud Althei interfuisse didicerim, qvod habitum est anno *Conradi* regis qvinto, qvo etiam *Hogerus* Archiepiscopus decessit, medium hiis *Reginwardum*, non vixisse plene annum unum deprehendi, nec privilegium CAP. XLVI.

D

ejus

Vet. Schol. (10.) Ambo enim Rex & Papa miserabilem vitæ finem invenerunt, qvia Formosus Papa à successore suo & mortuus degradatus est, & de sepulchro ejectus. Arnulfus vero Rex vivens à vermibus consumptus, veneno tandem extinctus est magna Dei vindicta.

(b) Al. decessit. (c) Al. Hammaburgensis. (d) Al. Bernhardi.

Vet. Schol. (11.) Stephanus Papa qvi sedit annos VI. Hermannum Coloniensem Archiepiscopum, & Adalgarium Hammaburgensem Archiepiscopum, de Bremensi contendentes Ecclesia Wormaciam ad Synodum venire præcepit, & Remensi Archiepiscopo Fulconi vice sua commissa, causam eorum examinari mandavit.

(e) Adalgarii. (f) Al. 899. (g) Al. Hardechnut.

(i) Al. XIV. (k) Al. centum & XX.

ejus uspiam valui reperire. In diebus illis grande miraculum narratur à posteris, *Bremæ* contigisse. *Ungros* scilicet incensis Ecclesiis, ante altaria trucidasse sacerdotes, clerum vulgo mixtum, aut impune occisum, aut in captivitatem ductum. Tunc etiam cruces à paganis truncatæ, ludibrio sunt habitæ; cujus signa furoris usqve ad nostram duraverunt ætatem. Sed Deus Zelotes, cujus ibi derisa est passio, incredulos abire non passus est inultos. Nam subita & mirabilis orta tempestas, à semicremis Ecclesiarum tectis scindulas elevavit, qvas in faciem atqve ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium qværunt, aut influvium præcipitari compulit, aut in manus civium concludi. Nec mora, prostratum gregem, boni pastoris occubitus secutus est. Qvi depositus III. Kal. Octobris una cum prædecessoribus suis, in basilica sancti Michaëlis, commendatus est.

CAP. XLVII. UNNI Archiepiscopus sedit annos XVIII. Annos ejus obitumqve ut supra cognovi. CAP.46
Memoriæ traditum à fratribus habetur: Cum *Reinwardus* transisset, *Leidradum* Bremensis Chori præpositum, à Clero & populo electum. Qvi hoc UNNI pro capellano utens, venit ad Curiam. Rex autem *Conradus*, divino, ut creditur, afflatus spiritu, contempta (k) *Leidradi* specie, parvulo *Unni*, qvem retro conspexerat stare, virgam obtulit pastoralem. Cui etiam Papa *Johannes* decimus, ut privilegium indicat, dedit pallium. Erat autem vir, sicut in ejus electione ac transitu videri potest, sanctissimus, pro qva sanctitate *Conrado* & *Heinrico* regibus familiaris & reverendus permansit. Unde & ita versu depingitur: *Principibus notus Unni fuit, ordine nonus.* In diebus suis *Ungri* non solum nostram *Saxoniam*, (l) [aliasqve cis Rhenum provincias, verum etiam trans Rhenum] *Lotharingiam* & *Franciam* demoliti sunt. *Dani* qvoqve *Slavos* auxilio habentes, primò Transalbianos *Saxones*, deinde cis Albim devastantes, magno *Saxoniam* terrore qvassabant. Apud Danos eo tempore filius *Hardewick* (m) *Gwrm* regnavit, crudelissimus inqvam vermis & Christianorum populis non mediocriter infestus. Ille Christianitatem, qvæ in *Dania* fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei à finibus suis depulit, plurimos qvoqve per tor-

CAP. XLVIII. menta necavit. At verò Heinricus Rex, jam tunc à puero timens Deum, & in ejus mise- CAP.47
ricordiam totam suam habens fiduciam, *Ungros* qvidem multis gravibusqve præliis triumphavit; Item *Bohemos* & *Sorabos* ab aliis regibus domitos, & cæteros *Slavorum* populos uno grandi prælio ita percussit, ut residui, qvi pauci remanserant, & regi tributum, & Deo Christianitatem, ultrò promitterent. Deinde cum exercitu ingressus *Daniam* (n) *Gwrm* Regem primo impetu adeò perterruit, ut imperata se facere mandaret, & pacem supplex deposceret. Sic *Heinricus* victor apud (o) *Sliaswich*, qvæ nunc (p) *Heidaba* dicitur, regni terminos ponens, ibi & *Marchionem* statuit, & Saxonum coloniam habitare præcepit. Hæc omnia referente qvodam Danorum Episcopo prudenti viro, nos veraciter, ut accepimus, sic fideliter Ecclesiæ tradimus.

CAP. XLIX. Tunc venerabilis Archiepiscopus *Unni* videns ostium fidei gentibus esse apertum, CAP.48
gratias egit Deo de salute paganorum; præcipuè verò qvoniam legatio Hammaburgensis Ecclesiæ; pro temporis importunitate diu neglecta, præveniente misericordia Dei, & virtute regis, locum & tempus operandi accepit. Igitur nihil asperum & grave arbitrans subire posse pro Christo, latitudinem suæ diœcesis per se ipsum elegit circuire. Seqvutus est etiam eum grex Bremensis Ecclesiæ universus, pastoris boni absentia mœsti, secumqve & in carcerem & in mortem ire parati. Postqvam verò confessor Dei pervenit ad *Danos*, ubi tunc crudelissimus (q) *Gwrm* regnavit, illum qvidem pro ingenita flectere neqvivit sævitia; filium autem Regis *Haroldum*, sua est prædicatione lucratus. Qvem ita Christo fidelem perfecit, ut Christianitatem, qvem pater ejus semper odio habuit, ipse haberi publicè permitteret, qvamvis nondum baptismi sacramentum percepit.

CAP. L. Ordinatis itaqve in regno Danorum per singulas Ecclesias sacerdotibus, multitudinem credentium *Haroldo* sanctus Dei commendavit. Cujus etiam fultus adjutorio & legato, omnes Danorum Insulas penetravit, evangelizans verbum Dei gentilibus, & fideles qvos illic invenit captivatos in Christo confortans. Deinde vestigia seqvutus magni prædicatoris *Ansgarii*, mare *Balticum* navigans, gravi labore venit ad *Bircam*. Qvo jam post obitum sancti *Ansgarii* annis LXX. nemo doctor ausus est pertingere, præter solum, ut legimus, *Rimbertum*. Ita persequutio nostros obtinuit. *Birca* est oppidum Gothorum, in medio *Sveoniæ* positum, non longè ab eo templo, qvod celeberrimum Sveones habent in cultu Deorum, *Ubsola* dicto: In qvo loco sinus qvidam ejus freti, qvod *Balticum* vel *Barbarum* dicitur, in boream vergens, portum facit barbaris gentibus, qvæ hoc mare (r) diffusi habitant, optabilem; sed valde periculosum incautis & ignaris ejusmodi locorum. *Bircani* enim

(k) Al. Leudradi. (l) Al. verum circa Rhenum aliasqve trans Rhenum provincias. (m) Al. Gomo. Al. Gorm. (n) Al. Urom al. Gorm. (o) Al. Slaswich. (p) Al. Heddeby. (q) Al. Orm. (r) Al. diffuse.

enim piratarum excursionibus, qvorum ibi magna copia est, sæpius impugnati, cum vi & armis neqveunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qvi sinum maris impacati per centum & amplius stadia latentium molibus saxorum (ſ) obstruentes, periculosum æqve suis, ac prædonibus iter meandi fecerunt. Ad qvam stationem, qvæ tutissima est, in maritimis Sveoniæ regionibus solent *Danorum*, *Nordmannorum*, *Slavorum* atqve *Semborum* naves, aliisqve *Scythiæ* populi, pro diversis commerciorum necessitatibus, solenniter convenire.

Cap.49 In eo portu Confessor Domini egressus, insolita populos appellare cœpit legatione. Cap. LI.
Qvippe *Sveones* & *Gothi*, vel ita si melius dicuntur, *Nordmanni*, propter barbaricæ excursionis tempora, qva paucis annis multi reges cruento dominati sunt imperio, Christianæ religionis penitus obliti, haud facilè poterant ad fidem persvaderi. Accepimus autem à sæpe dicto rege Danorum (t) *Svein*, tunc apud Sveones imperitasse qvendam *Ring* cum filiis (u) *Erich* & *Emund*, ipsumqve *Ring* ante se habuisse (x) *Amind*, *Biorni* & *Olaph*, de qvibus in gestis legitur sancti *Ansgarii*, aliosqve qvorum non occurrunt vocabula. Et credibile est athletam Deì *Unni*, eosdem reges, qvamvis non crediderint, adisse, eorumqve licentia verbum Dei per *Sveoniam* prædicasse. Sicut enim inutile est acta non credentium scrutari, ita impium arbitramur, eorum præterire salutem, qvi primum crediderunt, & per qvos crediderunt. *Sveones* igitur & *Gothi* à sancto *Ansgario* primum in fide plantati, iterumqve relapsi ad paganismum, à sancto patre *Unni* sunt revocati. (y) [Sufficit hoc scire, ne si plura dicimus, mentiri velle dicamur. *Melius enim est*, ut ait beatus Hieronymus, *vera dicere rustice, quam falsa diserte proferre*.]

Cap.50 Perfecto autem legationis suæ ministerio, cum tandem redire disponeret, Evangelista Dei apud *Bircam* ægritudine correptus, ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit. Anima verò, cum multo animarum triumpho stipata, cœlestis patriæ capitolium semper lætatura, conscendit. Tunc discipuli pontificis, exeqvias ejus, cum fletu & gaudio procurantes, cætera qvidem membra sepelierunt in eodem oppido *Birca*, solum caput *Bremam* reportantes, qvod decenti condiderunt honore, in Ecclesia sancti *Petri* coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in *Scythia*, ut scribitur anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVI. Indictione IX. circa medium Septembr. Hic est annus *Ottonis* Magni primus, à transitu autem sancti *Willehadi* primi Bremensis Episcopi (z) CLXVIII. Eja vos Episcopi, qvi domi sedentes, gloriæ, lucri, ventris, somni breves delitias in primo Episcopalis officii loco ponitis; respicite, inqvam, istum pauperem & modicum seculi, imò laudabilem, magnumqve sacerdotem Christi, qvi nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram pigritiam excusari posse. Cum per tanta pericula maris & terræ feroces aqvilonis populos ipse pertransiens, ministerium legationis suæ tanto impleret studio, ut in ultimis terræ finibus exspirans animam suam poneret pro Christo.

HIC INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Cap.51 ADALDAGUS Archiepiscopus sedit annos (a) LIIII. Iste est qvi nobis Rempublicam re- Cap. I.
stituit. Genere illustris, ætate juvenis, specie decorus, morumqꝫ probitate speciosior. A choro sumptus *Hiltineshemensi*, consangvineus & discipulus beati *Adalwardi* Ferdensis Episcopi, cujus tunc vita probata, fama illæsa, & fides in Palatio erat cognitissima. Qvem etiam doctrina & miraculis celebrem, Slavorum ferunt populis eo prædicasse tempore, qvo noster *Unni* ad Scythas legatus extitit. Ejus nimirum opera & testimonio commendatus in curia *Adaldagus*, ferulam pastoralem à magno *Ottone* suscepit; Pallium Archiepiscopale sumsit à Papa VII. *Leone*, manus impositionem, sicut prædecessores ejus, à Mogontino præsule. Nec dum autem *Hammaburgensis* cathedra suffraganeos habuit, qvos hujus *Adaldagi* studio accepit. *Adaldagus* itaqve primo ut ingressus est Episcopatum, *Bremam* longo prius tempore potestatibus ac judicaria manu oppressam, præcepto regis absolvit, & instar reliqvarum urbium immunitate simulqve libertate fecit donari. Præcepta regis hæc continentia præsto sunt, & alia. Mox de legatione sua, qvæ pro gentium salute primo à prædecessoribus suis recepta, hoc sibi ordine provenit, ut qvod alii in lachrymis seminarunt, ipse in gaudio meteret, toto, inqvam, animi desiderio succensus, æstuabat, qvomodo perficeret, qvod religioso pietatis formabat affectu. Et qvoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ei Dominus ad voti successum, & prosperitatem temporis & gratiam regis

(ſ) Al. obruentes. (t) Al. Sven. (u) Herich. (x) Amund. (y) Qvæ hic signis hisce. () inclusa sunt, in MS. Ranzovii deerant. (z) Al. CXLIIX. (a) Al. LIII.

regis, cujus ita usus est familiaritate, qvod à latere ejus raro unqvam divelleretur. Nunqvam tamen aut necessitati parochiæ defuit, aut legationis suæ curam posthabuit. Qvinimo victoriosi & justissimi regis animum in omnibus qvæ Dei sunt, paratum cernens, studium ejus ad conversionem paganorum incitare non cessavit: qvod etiam pro sententia, ita evenit; Deo cooperante, & piissimi regis dexteram in omnibus corroborante.

CAP. II. *Otto* igitur rex divino fultus auxilio, cum primum ab insidiis fratrum suorum ereptus est, judicium & justitiam populis fecit. Deinde postqvam omnia ferme regna, qvæ post mortem *Caroli* defecerant, suo imperio subjugarat: in *Danos* arma corripuit, qvos ante pater ejus bello compressit. Enim vero tunc rebellare moliti, apud (b) *Heidebam* legatos *Ottonis* cum Marchione trucidarunt, omnem *Saxonum* Coloniam funditus extinguentes. Ad qvam rem ulciscendam, rex cum exercitu invasit *Daniam*; transgressus terminos Danorum, apud *Sliaswig* olim positos, ferro & igne totam vastavit regionem, usqve ad mare novissimum, qvod à Danis Nordmannos dirimit; & usqve in præsentem diem à victoria Regis (c) *Ottinsunt* dicitur. Cui regredienti *Haroldus* apud *Sliaswig* occurrens bellum intulit. In qvo utrisqve viriliter certantibus *Saxones* victoria potiti, Danos ad naves cedere coegerunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, *Haroldus Ottoni* subjicitur, regnumqve ab eo suscipiens, Christianitatem in *Dania* recipere spopondit. Nec mora, ipse (d) *Haroldus* cum uxore sua *Gunhild* & filio parvulo baptizatus est, qvem filium Rex noster à sacro fonte susceptum *Svenotto* vocavit. Eo tempore *Dania* cismarina, qvam *Jutlant* incolæ appellant, in tres divisa Episcopatus, Hammaburgensi Archiepiscopatui est subjecta. Servantur in Bremensi Ecclesia præcepta Regis, qvæ signant, Regem *Ottonem* in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeo ut etiam ille Episcopatus donaverit. In privilegiis autem Romanæ sedis videri potest, qvod *Agapetus* Papæ Hammaburgensi Ecclesiæ de salute gentium congratulatus omnia qvæ à prædecessoribus suis *Gregorio Nicolao*, *Sergio* & cæteris (e) *Bremensi* concessa sunt Archiepiscopatui, & ipse concessit *Adaldago*. Cui etiam sua vice jus ordinandi (f) [Episcopos] tam in *Daniam*, qvam in septentrionis populos, Apostolica auctoritate concessit. Igitur beatissimus Archiepiscopus noster omnium primus ordinavit in *Daniam* Episcopos, *Haroldum* ad *Sliaswich*, *Liafdagum* ad *Ripam*, (g) *Reinbrandum* ad (h) *Arhusam*. Qvibus etiam illas commendavit Ecclesias, qvæ trans mare sunt, in (i) *Finne*, *Seland*, & (k) *Scone*, ac in *Sveonia*. Hoc factum est anno Archiepiscopi XII. Et hæc qvidem initia cœlestis misericordiæ, secutum est tale incrementum Deo cooperante, ut ab illo tempore usqve in hodiernum diem, Ecclesiæ Danorum, multiplice Borealium gentium fructu redundare videantur.

CAP. III. Qvo etiam tempore, Fortissimus Rex *Otto* universos Slavorum populos suo subjicit imperio. Et qvos pater ejus uno grandi bello domuerat, ipse Otto deinceps tanta Dei adjutorio potentia constrinxit, ut tributum & Christianitatem pro vita simul & patria libenter offerrent victori, sicqve baptizatur gentilium populus universus. Et Ecclesiæ tunc primum in (l) *Slavania* sunt constructæ, de qvibus rebus circa finem gestæ ut sunt, oportunius aliqvid dicemus. CAP. 51

Igitur post hæc Coloniensis Archiepiscopus *Bruno* videns jam *Hammaburg* nostram divina opitulante gratia suffraganeos habere, veterem de *Brema*, sicut in scriniis Ecclesiæ nostræ invenimus, instauravit qverelam, sperans se qvæ voluit eo facilius adepturum, qvod filius erat *Ottonis* Regis. Sed dum frustra omnibus modis laborasset, nec Papæ concilium, nec patris meruit habere auxilium. Ita vir nobilis atqve sapiens auctoritate Pontificis *Adaldagi* facile superatus, in nostra gratiam Ecclesiæ cum digna satisfactione rediit, prædicans Hammaburgensem Ecclesiam, qvæ in tanto gentilium periculo constituta sit, non debere lædi ab aliqvo, verum dignam esse, qvæ omni consolationis amore foveatur, & celebretur ab omnibus ubiqve Ecclesiis. Adhuc posteris in memoria est, qvendam (m) *Erp* diaconum Pontificis *Adaldagi*, qvia fideliter ei adstiterit in præfata contentione, *Ferdensi* ab Rege Episcopatu donatum, simul & alios fratrum, qvi in prædicatione *Danorum* & *Slavorum* cum Archiepiscopo studiosi fuerunt, pro labore suo majoribus asserunt cathedris intronizatos, (& de studio Adaldagi ad prædicationem gentium, & origine ducum norma.)

Nempe studium patris *Adaldagi* totum in conversione, fuit gentium, in exaltatione Ecclesiarum, in salute animarum, pro cujus rei (n) magisterio meruit vir Deo & hominibus dilectus, ut omnibus in veneratione haberetur, etiam inimicis. CAP. 52

CAP. IV. Post hæc verò cum Rex victoriosissimus *Otto*, ad liberandam sedem Apostolicam vocaretur in Italiam, consilium habuit, qvem post se vicarium potestatis, ad faciendam justitiam CAP. 53

(b) Al. Hedaby. (c) Al. Ottesunt. (d) Al. Haraldus (e) Al. Hammaburgensi. (f) Al. deest hæc vox. (g) Al. Reginbrundum, (h) Arhusiam, (i) Fionia. (k) Al. Scane. (l) Al. Slavonia. (m) Al. Erponem. (n) ministerio Al.

tiam relinqveret in his partibus, qvæ barbaris confines ſunt terminis. Nondum enim poſt tempora Caroli, propter veteres illius gentis ſeditiones, Saxonia Ducem accepit, niſi Cæſarem. Qva neceſſitate Rex perſvaſus, *Hermanno* primum tutelæ vicem in *Saxonia* commiſit. De qvo viro, & progenie viri, qvoniam tam Bremenſi Eccleſiæ, qvam aliis magno
CAP. 54 ſurrexiſſe videtur excidio, altius ordiri neceſſarium duxi. Vir iſte pauperibus ortus natalibus, primo, ut ajunt, VII. manſis totidemqve manentibus, ex hæreditate parentum fuit contentus. Deinde qvod erat acris ingenii, decorisqve formæ, cum pro merito fidei & humilitatis, qvam Dominis & (o) patribus exhibuit, facilè notus eſſet in (p) curia, ad familiaritatem ipſius Regis pervenit. Qvi comperta juvenis induſtria, ſuſcepit eum in numero miniſtrorum, deinde nutricium præcepit eſſe filiorum. Mox etiam ſuccedentibus proſperis, commiſit ei vices (q) præfecturæ. In qvibus officiis ſtrenuè adminiſtratis, dicitur manentes ſuos pro furto in judicium delatos, data ſententia ſimul omnes ad mortem damnaſſe. Cujus novitate facinoris & tunc (r) charus in populo, & clariſſimus deinceps factus eſt in Palatio. Poſtqvam verò Ducatum meruit Saxoniæ, judicio & juſtitia gubernavit Provinciam, & in defenſione ſanctarum Eccleſiarum, ſtudioſus uſqve in finem permanſit. Nam & Bremenſi Eccleſiæ ac matri *Hammaburg* fidelis extitit ac devotus, multa bona faciens in fratres, & in omnes Saxoniæ congregationes.

CAP. 55 Igitur tali viri piiſſimus Rex & Archiepiſcopus noſter, vires ſuas in hac regione commendantes, in Italiam diſceſſerunt. Ubi Rex Epiſcoporum habito concilio *Johannem* Papam, cui *Octavianus* (ſ) nomen erat accuſatum criminibus fecit deponi, qvamvis abſentem. Nam fuga judicium ſubterfugerat, & in locum ejus promptum Leonem ordinari præcepit. A qvo ipſe mox coronatus Imperator, & Auguſtus à populo Romano conſa- CAP. V.
CAP. 56 lutatus eſt, Anno regni ſui XXVIII. poſt coronatum *Carolum* Romæ CLIII. Eo tempore Imperator cum filio in Italia per qvinqvennium commoratus, filios *Berengarii* debellavit, Romamqve priſtinæ reddidit libertati. His diebus annisqve totidem noſter Archiepiſcopus, apud qvem ſumma conciliorum pendebat, in Regno Italiæ converſatus eſt. Non ſponte, inqvam, ſed qvod à Regum latere divelli non poterat, unde (t) magnum Eccleſiæ ſuæ lucrum paravit. Tunc etiam ſanctorum, qvibus nunc & in ævum hoc triumphat Epiſcopium, patrocinia collegiſſe traditur. Populus itaqve boni paſtoris diuturnam graviter ferens abſentiam, nunciis & literis metum ingerentibus, tandem ut ſuum reviſeret gregem ſollicitare curavit. Cui etiam demum in patriam venienti, totus ſimul populus, & extranei cum ipſis, itinere tridui occurſantes, & præ gaudio flentes, qvaſi alteri Johanni
CAP. 57 clamabant, dicentes; *Benedictus qvi venit in nomine Domini.* Reverſus ergo Archiepiſcopus in patriam, (u) duxit in comitatu ſuo *Benedictum* Papam ordinatum, ſed ab *Ottone* Imperatore (x) depoſitum, qvem in Hammaburg cuſtodiæ (y) mancipari præcepit: Archiepiſcopus verò magno cum honore uſqve ad obitum ejus detinuit. Nam vir ſanctus literatusqve fuiſſe dicitur, qvi & dignus Apoſtolica ſede videretur à populo Romano, niſi qvod per tumultum electus eſt, expulſo eo, qvem ordinari præceperat Imperator. Igitur apud nos in ſancta converſatione vivens, aliosqve ſanctè vivere docens, cum jam Romanis poſcentibus ab Cæſare reſtitui debuiſſet, apud Hammaburg in pace qvievit. Cujus tranſitus (z) III. Nonas Julii contigiſſe diſcribitur. Qvo in tempore Bremæ claruit *Eilbardus*, vir ſpontanea paupertate clarus, Eccleſiæ præpoſitus, & regulæ canonicæ cuſtos. Tunc & ſcholas Eccleſiæ florentiſſimo ſtudio rexit *Tiadhelmus*, qvi fuerat magni Octrici (a) Magdeburg diſcipulus. CAP. VI.

CAP. 58 Archiepiſcopus autem ſanctorum Martyrum reliqvias, qvas ab urbe deportavit, magna per parochias ſuas diligentia diſtribuit. Nam anteceſſores ſui Deo ſervientium animarum qvinqve cœnobia fundarunt. His ille ſextum addidit apud (b) *Heslinge*, ubi nobiliſſima Chriſti virgo *Wendilgard*, & pater ejus (c) *Haddo* nomine, totum patrimonium ſuum offerens Deo, & ſancto martyri *Vito*, magnam virginum turmam congregavit. Septimam in *Freſia* congregationem fecit, ſanctorum virorum, de prædio & oblatione qvarundam nobilium matronarum, (d) *Reingerd* & *Wendele*, ubi reliqvias ſanctorum locavit, & alia alibi. Hæ ſunt reliqviæ ſanctorum, qvas ab Italia (e) Archiepiſcopus deportavit, corpora videlicet *Qviriaci* & *Cæſarii*, *Victoris* & *Coronæ*, *Felicis* & (f) *Feliciani Coſmæ* & *Damiani*.

CAP. 59 Cumqve ſanctus pontifex omnium Eccesiarum ſuarum paternam gereret ſollicitudinem, Xenodochii Bremenſis magnam habuit curam. Qvod etiam multo majoribus au- CAP. VII.

 xit

(o) Al. paribus. (p) Al. palatio. (q) Al. præfectorum. (r) Al. clarus. (ſ) Al. cognomentum. (t) Al. ingens lucrum de peregrinatione ſua Bremenſi Eccleſiæ paravit. (u) Al. addunt: Sicut audivimus, & cognovimus, & patres noſtri narraverunt nobis. (x) Al. depoſitum. (y) Al. mandari. (z) Al. IV. Non. (a) Al. Magdaburgenſis. (b) Al. Baſilingum. (c) Al. Habdo. (d) Al. Reingerb. (e) Al. addunt: Dominus Adaldagus. (f) Felicianæ.

xit redditibus, qvam antecessores ejus: adeo ut præter hospites, qvi freqventer suscipie-
bantur, qvotidiè in hospitali XXIIII. pauperes pascerentur. In qvo ministerio fidelissimus
extitit *Libentius*, qvem secum duxit ab Italia. Ipso tempore Magnus *Otto*, subjugatis Chri- Cap.60
stianæqve fidei copulatis *Slavorum* gentibus, inclytam urbem (g) *Magdeburg* super ripas Al-
biæ fluminis condidit, qvam *Slavis* metropolim statuens, *Adalbertum* summæ sanctitatis vi-
rum ibidem consecrari fecit Archiepiscopum. Is primus in *Magdeburg* ordinatus XII. an-
nis strenue pontificatum administravit, multosqve Slavorum populos prædicando con-
vertit. Cujus ordinatio facta est anno Imperatoris & nostri Archiepiscopi (h) XXXV. & sunt
post ordinationem sancti Ansgarii CXXXVII. Magdaburgensi autem Archiepiscopatui subje- Cap.61
cta est tota *Slavonia*, usqve ad *Penem* fluvium. Episcopatus suffraganei qvinqve qvorum (i)
Mersburg & *Cicia* super *Salam* flumen condita, *Misna* verò super Albiam, *Brandenburg* & (k) *Hevel-
burg* interius vadunt. Sextus Episcopatus Slavoniæ est *Aldinburg*, qvem qvia nobis vicinior est,
Imperator *Hammaburgensi* Archiepiscopatui subjecit, ibiqve Archiepiscopus noster (l) *Ed-
wardum* primum ordinavit Episcopum, qvem Latinè dicimus *Evagrium*.

Et qvoniam occasio locorum se præbuit, utile videtur exponere, qvæ gentes trans
Albiam Hammaburgensis Ecclesiæ pertinentes sint (m) parochiæ. Hæc clauditur ab occi-
dente *Oceano Britannico*, à meridie *Albia* fluvio, ab Oriente *Pene* fluvio, qvi currit in *mare
Barbarum*. Ab Aqvilone verò (n) *Egodore* fluvio, qvi *Danos* dirimit à Saxonibus. *Trans-*
12. *albianorum* Saxonum tres sunt populi: primi ad Oceanum (o) *Thiatmarsgoi*, & eorum Eccle-
sia (p) *Mildinthorp*: Secundi (q) *Holtzati*, dicti à sylvis qvas, accolunt; eos (r) *Sturia* flumen in-
terfluit, qvorum Ecclesia (ſ) *Sconenfeld*: Tertii, qvi & nobiliores, *Sturmarii* dicuntur, eo qvod
seditionibus illa gens freqventer agitur. Inter qvos metropolis *Hammaburg* caput extol-
lit, olim viris & armis potens, agro & frugibus felix: nunc verò peccatorum vindictæ pa-
tens, in solitudinem est redacta. Et qvamvis (occulto Dei judicio vastata) decorem urbis
amiserit, vires tamen adhuc retinet metropolis, viduitatis suæ damna consolans, in prove-
ctu filiorum, qvos per totam septentrionis latitudinem suæ legationi qvotidie videt ac-
crescere. De qvibus læta etiam clamare videtur, *Annunciavi & loqvutus sum, multiplicati sunt
super numerum.*

Cap.IX. Invenimus qvoqve limitem *Saxoniæ* qvi trans Albiam est, præscriptum à *Carolo* & cæ- Cap.62
13. teris Imperatoribus, ita se continentem, hoc est, ab *Albiæ* ripa orientali usqve ad rivulum
qvem Slavi *Mescenreiza* vocant, à qvo sursum limes currit per sylvam (t) *Deluundez*, usqve in
fluvium *Deluundam*; Sicqve pervenit in (u) *Horchembeke* & (x) *Heilingspring*, inde ad (y) *Ludwi-
nestein* & *Wisbircon*, & (z) *Husinc* progreditur. Tunc in *Horbistenon*, vadit in *Travennam* sylvam,
sursumqve per ipsam in (a) *Bulilunken*; mox in *Crimeson*, & rectè ad vadum, qvod dicitur *A-
grimeswedel*, ascendit. Ubi & (b) *Burgwido* fecit duellum contra campionem Slavorum, in-
terfecitqve eum: ubi & lapis in monumentum positus est. Ab eadem igitur aqva sursum
procurrens terminus, in stagnum *Colse* vadit. Sicqve ad orientalem campum venit *Zven-*
14. *tifeld*, usqve in ipsum flumen *Zventinam*, per qvem limes *Saxoniæ*, usqve in pelagus *Scythicum*
& mare qvod dicitur *Orientale* delabitur. De cujus freti natura breviter in gestis Caroli *Ein-
hardus* meminit, cum de bello diceret Slavanico. *Sinus*, ait, *qvidam ab Occidentali Oceano o-
rientem versus porrigitur, longitudinis quidem incomperta, latitudinis verò, qua nusquam centum
millia passuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multa circumsident natio-
nes*, Dani *quidem ac* Sveones, *quos* Nordmannos *vocamus, & septentrionale littus, & omnes in eo
insulas tenent. Ad littus australe* Slavi, *& alia diversa nationes incolunt, inter qvos vel præcipui
sunt, quibus tunc à rege bellum inferebatur* Wilzi, *qvos ille una tantum & qvamper se gesse-
rat expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minimè renuendum judicarent.*

Cap.X. Hæc ille. Nos autem qvoniam mentio Slavorum, totiens incidit, non ab re arbi- Cap.63
tramur, si de natura & gentibus *Slavaniæ* historico aliqvid dicamus compendio, eo qvod
Sclavi eo tempore studio pontificis nostri *Adaldagi* ad Christianam ferè sint omnes religio- Cap.64
nem conversi. *Slavania* igitur amplissima *Germaniæ* provincia, à *Winulis* incolitur, qvi
olim dicti sunt *Wandali*, decies major esse dicitur, qvam nostra *Saxonia*, præsertim si *Boë-*
15. *miam*, & eos qvi trans *Oddoram* sunt *Polanos*, qvia nec habitu, nec lingua discrepant, in
partem

(g) Al. Medenburg. (h) Al. XXXX. (i) Al. Mersiburg. Tyscia. (k) Hevelberg. (l) Al. Curaccum, vel Eduardum. (m) Al. diœcesi. (n) Egdore. (o) Thiedmarsi (p) Al. mater in Melimdorp.

Vet. Schol. (12) Sturmarios affluit ab oriente Bilena fluvius, qvi mergitur in Albiam flumen, sicut ille superior.

(q) Al. Olcetæ. (r) Al. Stiriha. (ſ) Scanenfeld.

Vet. Schol. (13.) Travena fluvius est, qvi per Wagros currit in mare Barbarum, juxta qvem fluvium mons unicus est. Albere est civitas Luitbeke.

(t) Al. Delwuder vel Delunder. Al. Delwudam vel Delundam. (u) Al. Houchembici. (x) Al. Hilimpring. (y) Al. Zinduinsten. (z) Al. Hyrzing. (a) Bulinlunchin. (b) Al. Byurguido.

Vet. Schol. (14.) Zventina fluvius currit à lacu in qvo Plone civitas sita est. Inde per saltum vadit Itaruho mergitur inqve mare Scythicum, non longe ab oppido Kyl.

Vet. Schol. (15.) Trans Oderam fluvium primi habitant Pomerani, Deinde Polani, qvi à latere habent hinc Pruzzos, inde Boëmos, ab oriente Ruzzos.

partem adjeceris Slavaniæ. Hæc autem regio cum sit armis, viris & frugibus opulentissima, firmis undiqve saltuum & fluminum terminis clauditur. Ejus latitudo est à meridie in boream, hoc est, ab *Albia* fluvio usqve ad mare *Scythicum*. Longitudo autem illa videtur, qvæ initium habet ab nostra *Hammaburgensi* parochia, & porrigitur in orientem, infinitis aucta spatiis, usqve in (c) *Bulgariam*, *Ungriam*, & *Græciam* Populi igitur Slavorum sunt multi, qvorum primi ab occidente confines Transalbianis sunt (d) *Waigri*, eorum civitas *Aldenburg* maritima. 16.
Deinde seqvuntur (e) *Obodriti*, qvi altero nomine *Reregi* vocantur, & civitas eorum *Magnopolis*. Item versus nos *Polabingi*, qvorum civitas *Raciburg*. Ultra qvos *Lingones* sunt & *Warnabi*. Mox habitant (f) *Chizzini* & *Circipani*, qvos à *Tholosantibus* & *Retharis* fluvius *Panis* separat, & civitas (g) *Dimine*. Ibi est terminus Hammaburgensis Parochiæ. Sunt & alii Slavorum populi, qvi inter *Albiam* & *Odderam* degunt, CAP. XI.
CAP.65 sicut *Heveldi* qvi juxta (h) *Haliolam* fluvium, & *Doxani*, (i) *Liubuzzi*, *Wilini* & *Stoderani* cum multis aliis. Inter qvos medii & potentissimi omnium sunt *Retharii*, civitas eorum vulgatissima *Rethre*, sedes idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, qvorum princeps *Redigast*. Simulachrum ejus auro, lectus ostro paratus. Civitas ipsa novem (k) portas habet, undiqve lacu profundo inclusa, pons ligneus transitum præbet, per qvem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Hæc ea significante causa, qvod perditas eorum animas, qvi Idolis serviunt, congrue novies *Styx* interfusa coërcet. Ad qvod templum ferunt à civitate *Hammaburg* iter qvatuor esse dierum.

CAP.66 Ultra *Leuticos*, qvi alio nomine *Wilzi* dicuntur, *Oddora* flumen occurrit, amnis ditissimus Slavanicæ regionis. CAP. XII.
In cujus ostio qva Scythicas alluit paludes, nobilissima civitas (l) *Julinum*, celeberrimam barbaris & Græcis, qvi in circuitu præstat stationem. De cujus præconio urbis, qvia magna qvædam & vix credibilia recitantur, volupe arbitror pauca inserere digna relatu. Est sanè maxima omnium qvas Europa claudit civitatum, qvam incolunt *Slavi* cum aliis gentibus Græcis ac barbaris. Nam & advenæ *Saxones*, parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen Christianitatis (m) titulum, ibi morantes non publicaverint. Omnes enim adhuc paganicis ritibus aberrant, cæterum moribus & hospitalitate, nulla gens honestior aut benignior poterit inveniri. Urbs illa mercibus omnium septentrionalium nationum locuples, nihil non habet jucundi aut rari. Ibi est *Olla Vulcani*, qvod incolæ Græcum vocant ignem, de qvo etiam meminit *Solinus*. Ibi cernitur *Neptunus* triplicis naturæ: tribus enim fretis alluitur illa Insula, qvorum unum viridissimæ ajunt esse speciei: Alterum subalbidæ. Tertius verò motu furibundo perpetuis sævit tempestatibus. Ab illâ autem civitate brevi remigio ad urbem trahuntur (n) *Deminem*, qvæ sita CAP.XIII
est in ostio *Peanis* fluvii; ubi & *Rhuni* habitant. Ibi ad *Semland* provinciam, qvam possident *Pruzzi*, navigatur Iter ejusmodi est, ut ab *Hammaburg* vel *Albia* flumine VIII. die per terram ad (o) *Julinum* pervenias civitatem. Nam si per mare navis ingrederis, ab *Sliaswig* vel *Aldenburg*, ut pervenias (p) Iuminem, ab ipsa urbe vela tendens XLIII. die ascendnns ad *Ostragard* 17.
Ruſziæ. Cujus metropolis civitas est Chiue, æmula Sceptri Constantinopolitani, clarissimũ decus *Græciæ*. Sicut ergo prædictũ est, *Oddora* flumen oritur in profundissimo (q) *Memborum* saltu, ubi & *Albia* fluvius principium sortitur, nec longis ab invicem spatiis, sed diverso currunt meatu. Alter enim, id est, *Oddora* vergens in *Boream*, per medios *Winulorum* transit populos, donec perveniat ad *Juminem*, ubi Pomeranos dividit à Wilzis. Alter verò, id est, *Albia* in Occasum ruens, primo impetu *Bohemos* alluit cum (r) *Sorabis*, medio cursu paganos à *Saxonia* dirimit, novissimo alveo *Hammaburgensem* parochiam à *Bremensi* scindens, victor Oceanum ingreditur *Britannicum*. Hæc de Slavis & patria eorum, qvoniam virtute Magni *Ottonis* eo tempore ad Christianitatem omnes sunt conversi, dicta sufficiant. Nunc ad ea, qvæ post mortem Imperatoris, & reliqva tempestate nostri Pontificis acta sunt, calamus dirigatur.

CAP.67 Anno Pontificis Adaldagi XXXIIX. *Otto* Magnus Imperator domitor omnium septentrionalium nationum, feliciter migravit ad Dominum, & sepultus est in civitate sua *Magdeburg*. CAP.XIV
Cui filius ejus *Otto* medianus succedens, per decem annos strenue gubernavit

(c) Al. Bengicariam. (d) Al. Vagri.
(e) Obotriti qvi numero Koregi vocantur.
Vet. Schol. (16.) Chizzini vel Circipani cis Panum fluvium habitant Thilosantes vel Retharij trans Panim fluvium; hos qvatuor populos à fortitudine Wilzos vel Leuticos appellant.
(f) Chizini. (g) al. Dymin. (h) al. Haylam, al. Haloam (i) al. Leubuzi (k) Al. partes. (l) Al Iumne. (m) al. cultum vel titulum (n) al. Diminem. (o) al. Iumno. (p) al. Iumnem. (q) Maracorum.
Vet. Schol. (17.) Merchi sunt populi Slavorum, qvi sunt ab oriente Boemorum, habentqve in circuitu hinc Pomeranos & Poldanos, inde Ungros & crudelissimam gentem Postinagos, qvi humanis vescuntur carnibus.
(r) Scarabis.

vit Imperium. Is statim *Lothario* & *Carolo* Francorum regibus subactis, cum in *Calabriam* bellum transferret, à Saracenis & Græcis victor & victus, apud Romam discessit. Huic tertius *Otto* cum adhuc puer esset in regnum substitutus, annos XXVIII. forti & justo sceptrum ornavit Imperio. His tribus, æqve fortissimis ac justissimis Imperatoribus, tam charus & familiaris erat Præsul *Adaldagus*, pro virtutum merito & doctrinæ magisterio, ut à latere eorum vix aut raro divelleretur, sicut præcepta Imperatorum ad nutum Archiepiscopi disposita ostendunt, in qvibus etiam hoc est notandum, qvod tertius *Otto* in *Wildashusen* consistens, præcepta fecit. Eodem tempore *Hermannus* Saxonum Dux obiens, *Bennonem* filium suum reliqvit hæredem, qvi etiam vir bonus & fortis memoratur, excepto qvod degenerans à patre populum rapina gravavit. Apud *Magdaburg* qvoqve defuncto *Adalberto* Pontifice, *Gisilarius* succesit, & ipse vir sanctus, qvi novellos *Winulorum* populos, doctrina & virtutibus illustravit.

Cap. XV. *Haroldus* Rex Danorum religione ac fortitudine insignis, Christianitatem in regno Cap. 68
18. suo jamdudum benigne susceptam, usqve in finem constanter retinuit. Unde & regnum suum sanctitate & justitia confirmans, ultra mare in *Nordmannos* & *Anglos* suam dilatavit potentiam. *Emund* filius *Erici* tunc in *Sveonia* regnavit. Is *Haroldo* confœderatus Christianis eo venientibus placabilis fuit. In (s) *Nordwegia Hacquin* Princeps erat, qvem dum *Nordmanni* superbius agentem, regno depellerent, *Haroldus* sua virtute restituit, & Christicolis placatum reddidit. (t) *Hacquin* iste crudelissimus ex genere *Inguar* & Giganteo sangvine descendens, primus apud (u) *Nordmannos* regnum arripuit, cum antea Ducibus regerentur. Igitur *Hacquin* triginta qvinqve annis in regno exactis obiit, *Hartildum* sceptri relinqvens hæredem, qvi simul *Daniam* possedit atqve (x) *Nordwegiam*. *Anglia* autem, ut supra diximus, & in *gestis Anglorum* scribitur, post mortem (y) *Gundredi*, à filiis ejus *Analaph*, *Sigtrich* & *Reginold*, per annos ferè centum permansit in ditione Danorum. Tunc vero *Haroldus*, *Hiring* filium suum misit in *Angliam*. Qvi subacta Insula à *Northumbris* tandem proditus & occisus est.

Cap. XVI. ADALDAGUS igitur Archiepiscopus ordinavit in *Daniam* plures Episcopos, qvorum Cap. 69
nomina qvidem reperimus, ad qvas vero sedes specialiter introzinari sint, non facile potuimus invenire. Æstimo ea faciente causa, qvod pro rara Christianitate nulli Episcoporum
19. adhuc certa sedes designata fuerit. Verum studio plantandæ Christianitatis qvisqve in ulteriora progressus, verbum Dei tam suis qvam alienis communiter prædicare certabant. Hoc hodie trans *Daniam* per *Nordmanniam* & *Sveoniam* facere videntur. Igitur Episcopi qvi in *Dania* ordinati sunt. (z) *Inbored*, *Liafdag*, (a) *Reimbrand*, & post eos *Harig*, *Stercolf*, (b) *Folcbrecht*, *Merha*, & alii. *Odinkarum* seniorem ferunt ab *Adaldago* in *Sveoniam* ordinatum strenue in gentibus legationem suam adimplesse. Erat enim, sicut fama nos tetigit, vir sanctissimus & doctus in his, qvæ ad Deum sunt, qvantum vero ad seculum, nobilis & origine *Danus*. Unde & facile barbaris qvælibet potuit de nostra religione persvadere. Cæterorum vero Episcoporum vix aliqvem sic clarum prodit antiqvitas, præter *Liafdagum* Ripensem, qvi & miraculis celebris fuerat, & transmarinis prædicavit, hoc est, *Sveonibus* &
Cap. XVII *Nordmannis*. In *Aldinburg* ordinavit Archiepiscopus primo, ut diximus, (c) *Edwardum*, dein *Wegonem*, postea *Eziconem*, qvorum tempore *Slavi* Christiani permanserunt. Ita etiam *Hammaburg* in pace fuit. Ecclesiæ in *Slavania* ubiqve erectæ sunt. Monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium constructa sunt plurima. Testis est Rex Danorum, qvi adhuc hodie superest, *Svein*; cum recitaret *Slavaniam* in duos de viginti pagos esse dispertitam, affirmavit nobis absqve tribus ad Christianitatem omnes fuisse conversos, adjiciens etiam Principes ejus temporis, *Misizza*, *Naccon* & *Sederich*, sub qvibus, inqvit, pax continua fuit, *Slavi* sub tributo servierunt.

Cap. XIIX Novissimis atqve Archiepiscopi temporibus res nostræ inter Barbaros fractæ, Chri- Cap. 70
stianitas in Dania turbata est, pulchrisqve divinæ religionis initiis inimicus invidens homo, superseminare zizania conatus est. Nam tunc *Svenotto* filius Magni *Haroldi* regis Danorum, multas in patrem molitus insidias, qvomodo eum jam longævum & minus validum regno privaret, consilium habuit, & cum his, qvos ad Christianitatem pater ejus invitos coegit. Subito igitur facta conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes *Svein*

Regem

Vet. Schol. (18.) Anno Domini DCCCCLXVI. Dani ad fidem sunt per Popponem qvendam conversi, qvi ferrum candens & ignitum in modum chirothecæ formatum, coram populo sine læsione portavit, qvod videns Rex Haroldus abjecta Idololatria cum toto populo ad colendum verum Deum se convertit. Poppo autem in Episcopum est promotus.

(s) Al. Noruagia Hacon. (t) Hacon. (u) Normannos. (x) Nordmanniam. (y) Gudredi.

Vet. Schol. (19.) Anno Domini DCCC. LXXIIII. Wentezlaus princeps Boemiæ à fratre suo Bogezlao, qvi principatum sibi usurpavit, martyrizatur, pro qvo DEus urbem Pragam, ubi reqviescit, multis miraculis illustrat.

(z) al. Hored. (a) Ragimbrend. (b) al. Adelbrech. al. Adelbricti. (c) al. Eguardum vel Euvargum.

regem conſtituunt, bellumqve *Haroldo* indicunt. At ille, qvi ab initio regni ſui totam ſpem in Deo poſuerat, tunc verò maximè Chriſto eventum rei commendans, cum bellum execraretur, armis ſe tueri decrevit; & qvaſi alter *David* procedens ad bellum, filium lugebat *Abſalon*, magis illius dolens ſcelus, qvam pericula ſua. In qvo miſerabili, & plus qvam civili bello victa eſt pars *Haroldi*. Ipſe autem vulneratus ex acie fugiens, aſcenſa navi elapſus eſt ad civitatem Slavorum, qvæ (d) *Julinum* dicitur. A qvibus contra ſpem, qvia pagani erant, receptus, poſt aliqvot dies ex eodem vulnere deficiens, in confeſſione Chriſti deceſſit. Cujus corpus in patriam ab exercitu reportatum, apud *Roskild* civitatem, in Eccleſia, qvam ipſe primus in honorem ſanctæ Trinitatis conſtruxit, eſt ſepultum. De cujus fine, cum iſtum pronepotem ſuum, qvi nunc in Dania regnat *Svein* interrogare maluerim, velut alter *Tydeus*, crimen avi reticuit, me verò parricidium exaggerante; hoc eſt, inqvit, qvod nos poſteri ſuimus, qvod ipſe parricida ſuo piavit exilio. At ille noſter *Haroldus*, qvi populo Danorum Chriſtianitatem primus indixit, qvi totum ſeptentrionem Eccleſiis & prædicatoribus replevit; ille, inqvam, innocens vulneratus, & pro Chriſto à regno expulſus, martyrii gloria, ut ſperamus, non carebit. Regnavit autem annos L. obitus ejus in feſtivitate omnium ſanctorum contigit. Memoria ejus apud CAP. XIX
nos & uxoris ejus *Gunhild* perpetua manebit. Hæc in diebus Adaldagi Pontificis facta comperimus, cum tamen non omnes ejus virtutes explorare potuimus. Sunt autem qvi affirmant, per eum gratias ſanitatum factas, & tunc cum adhuc viveret, & poſt mortem ad ſepulchrum ejus, videlicet cœcos freqventer illuminatos fuiſſe, aliasqve multas contigiſſe virtutes. Certiſſimum verò eſt, eum tam noſtro populo, qvam Transalbianis, & Freſonum genti, leges & jura conſtituiſſe, qvæ adhuc pro tanti auctoritate viri ſervare contendunt. Interea ſenex Præſul *Adaldagus* de legatione ſua voti compos effectus, & in omni opere ſuo domi foriſqve proſperatus, in ſenecta uberi migravit ad Dominum IV. Kalend. Maji, anno incarnationis Dominicæ DCCCCLXXXVIII. Indictione I. Anno autem Sacerdotii ejus nobiliter adminiſtrati (e) LIIII. & ſepultus eſt in Eccleſia Bremenſi, à capite *Leuderici* Epiſcopi à meridiali plaga.

CAP. 71 LIBENTIUS ſedit annis XXV. pallium ſuſcepit à Papa XV. Johanne, virgam Epiſco- CAP. XX.
palem meruit ab *Ottone* tertio, primus omnium conſecratus eſt à ſuffraganeis. Erat itaqve vir literatiſſimus, & omni morum probitate decoratus, ab Italia qvondam Pontificem ſeqvutus *Adaldagum*. Cujus etiam vitam æmulatus & magiſterium, ſolus ex diſpoſitione tanti patris dignus inventus eſt, cui Hammaburgenſis cura parochiæ crederetur. * Erat enim vir tantæ caſtitatis, ut raro ſe mulieribus videndum præbuerit; tantæ abſtinentiæ, ut pallida jejuniis ora portaverit; tantæqve humilitatis ac caritatis, ut in clauſtro ſicut unus fratrum vixerit. Multæ nimirum virtutes ejus; qvippe contentus acqviſitis raro curiam adiit pro acqvirendis. Domi ſedens qvietus, parochiæ ſuæ curam egit diligentiſſimam, totumqve ſtudium ad lucra vertens animarum, diſtrictiſſima regula omnes congregationes ſuas cuſtodivit. Archiepiſcopus etiam per ſe curam egit 20.
hoſpitalis, fratribus & infirmis qvotidiano miniſtrans obſeqvio, ipſe qvoqve vice ſua Xenodochium nepoti ſuo commendavit *Libentio*. Dum vero adhuc pax eſſet in (g) *Slavania*, Transalbianos populos freqventer viſitavit, & matrem *Hammaburg* paterno fovit a-
CAP. 72 more, legationem ſuam ad gentes, ut prædeceſſores ejus, ſtudioſe executus eſt, licet dierum CAP. XXI
obſtaret malitia. Qvo tempore cum magnam Chriſtianorum perſeqvutionem in *Dania* *Svein* Rex exercuiſſet, ſupplicibus Archiepiſcopus legatis, crebriſqve muneribus laborabat, qvatenus ferocis Regis animum, manſvetum redderet Chriſtianis. Qvibus ille rejectis, in ſua nimirum crudelitate ac perfidia ſævire non ceſſavit; unde & ultio divina Regem Deo rebellem eſt ſubſeqvuta. Nam cum contra *Slavos* bellum ſuſciperet, bis captus eſt & in *Slaviam* ductus, totiens à *Danis* ingenti auri pondere eſt redemptus. Nec tamen adhuc ad Deum reverti voluit, qvem primo in morte patris offendit, & deinde in nece fidelium irritavit, & iratus furore Dominus tradidit eum in manus inimicorum ejus, ut diſceret non blaſphemare. Tunc potentiſſimus Sveonum Rex *Hericus*, collecto innumerabili, ſicut arena maris exercitu, *Daniam* invadit, & occurrit ei *Svein* à Deo derelictus, fruſtra ſperans in Idolis ſuis. Sed cum utrinqve bello navali, (ſic enim gens illa confligere ſolet) omnes copiæ eſſent Danorum obtritæ, *Hericus* rex victor *Daniam* obtinuit. *Svein* ergo

E depu-

(d) al. Iumno. (e) Al. LIII.

* In editione Vellejana deinceps hæc ponuntur: *Dicunt aliqvi vice Dominum Ottonem licet avunculo gloriatus ſit pontifice Adaldago, ceſſiſſe tamen hujus electioni Libentium, in qvo nihil reprehenſibile vel inimicus poſſit objicere, Dicunt enim tantæ &c.*

Vet. Schol. (20.) Dicunt aliqvi qvendam Ottonem. Vice Dominum hujus Libentii electum ceſſiſſe, licet idem avunculo gloriatus ſit Pontifice Adaldago. Otto iſte vir nobiliſſimus apud Magdeburg. vice Dominus fuit & Canonicus. In iſto enim Libentio nihil reprehenſibile vel inimicus poterat objicere.

(g) Slavia.

depulsus à regno dignam factis suis à Deo zelote recepit mercedem. Et hæc junior nobis, in avo suo *Svein* recitavit contigisse, justo Dei judicio, qvoniam illum dereliqvit, qvem pater ejus bonum defensorem habuit.

CAP. XXII Ferunt eo tempore classem piratarum, qvos nostri *Ascomannos* vocant, *Saxoniæ* appulsam, omnia *Fresiæ* atqve (h) *Hathulæ* vastasse maritima. Cumqve per *Albiæ* fluminis ostium ascendentes irrumperent provinciam, congregati Saxonum magnates, cum parvum habuissent exercitum, egredientes à navibus, apud *Stadium* barbaros exceperunt, qvod est oportunum *Albiæ* portus præsidium. Magnum & memoriale, minusqve felix erat illud prælium, in qvo viriliter utrisqve certantibus, nostri tandem minores sunt reperti. *Sveones* ergo & *Dani* totam Saxonum obtrivere virtutem. Capti sunt ibi *Sigafridus* Marchio, *Thiadericus* Comes, & alii illustres viri, qvibus vinctis post terga manibus, barbari traxerunt ad naves, pedesqve eorum catena strinxerunt, totam exinde provinciam impune deprædantes. Sed cum ex captivis solus marchio *Sigafridus* cujusdam auxilio piscatoris furtim noctu sublatus evaderet, piratæ mox in furorem versi, omnes qvos in vinculis tenuerunt, meliores ludibrio habentes, manibus pedibusqve truncaverunt, ac nare præcisa deformantes, ad terram semianimes projecerunt. Ex qvibus nobiles qvidam viri erant, qvi postea multo supervixerunt tempore, opprobrium Imperio, & miserabile spectaculum omni facti populo. Qvam videlicet plagam mox cum exercitu supervenientes Dux *Benno* & *Sigafridus* Marchio, vindicarunt; in tantum, ut piratæ omnes, qvos apud *Stadium* egressos fuisse diximus, ab ipsis auxiliante Domino fuerunt contriti. CAP. 73

21.

CAP. 74

CAP. XXIII. Altera vero pars Ascomannorum, qvi per *Wirrabam* flumen egressi *Hathele*, usqve ad (i) *Liestmonam* deprædati sunt, cum maxima captivorum multitudine pervenerunt ad paludem qvæ dicitur *Glindesmor*. Ubi à nostris, qvi pone seqvebantur, offensi, omnes usqve ad unum obtruncati sunt; qvorum numerus erat XX millia. Qvidam enim eqves Saxonum ab eis captus, dum eum Ducem sui facerent itineris, in difficiliora eos paludis loca perduxit, in qva diu fugati, leviter à nostris sunt superati. Qvi (k) *Heriward* nomen habens, perenni Saxonum laude celebratur.

CAP. XXIV. Ex illo nimirum tempore piratarum, hostilisqve crebra irruptio facta est in hanc regionem. Nam & omnes *Saxoniæ* civitates grandi metu percussæ fuerant; tunc & *Bremæ* muro muniri cœpit firmissimo. Sed & *Libentius* Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ, omniaqve Ecclesiastica fecit ad *Buccensem* deportari præposituram. Tantus itaqve timor in finibus hujus parochiæ omnibus erat. Nam & ipse Pontifex piratas, qvi Episcopatum vastabant anathemate damnavit. Qvorum unus in *Norwegia* deficiens, per annos septuaginta integro corpore permansit, usqve ad Domini *Adalberti* tempora Archiepiscopi, qvando (l) *Alwardus* Episcopus illuc veniens defunctum vinculo excommunicationis absolvit, & mox cadaver in cinerem est solutum. CAP. 75

CAP. XXV. Post vindictam ergo scelerum, qvæ in Ecclesias Dei & Christianos commiserat, *Svein* Rex victus, & à suis desertus, qvippe qvem Deus deseruit, errabundus & inops auxilii, venit ad *Nordmannos*, ubi *Thrucco* tunc filius (m) *Hacquini* regnavit. Is licet paganus esset, nulla tamen super exulem motus est misericordia. Ita infelix ille, & à toto rejectus orbe, in *Angliam* transfretavit; frustra solatium qværens ab inimicis. Eo tempore *Adelrad* filius (n) *Eggaris* Britannis imperavit. Is non immemor injuriarum, qvas *Dani* ex antiqvo *Anglis* inflixerant, exulem repulit. Qvem tandem, miseratus infortunii, Rex Scotorum benigne suscepit, eumqve per bis septem annos, qvibus exulavit, secum detinuit, usqve ad mortem *Herici*. Hæc parricidæ, avi pericula, *Svein* Rex nobis attonitis, exposuit. Deinde ad *Hericum* victorem reflexit narrationem. CAP. 76

CAP. XXVI. *Hericus* inqvit, duo regna obtinuit, Danorum Sveonumqve, & ipse Paganus Christianis valde inimicus. Ad qvem missus legatus Cæsaris ac Hammaburgensis Archiepiscopi *Poppo* qvidam, vir sanctus & sapiens, tunc in Sleswicensem ordinatus Episcopum, de regno Danorum, seu pace Christianorum, Cæsaris partes expostulavit. Qvem etiam ajunt pro assertione Christianitatis, cum Barbari suo more signum qværerent, nil moratum, sed statim ignitum ferrum manu tulisse, & illæsum apparuisse. Dumqve hoc, facile omnem gentilibus erroris ambiguitatem tollere videretur, iterum sanctus Dei, pro submovendo gentis CAP. 77

22.

(h) Al. Hadulæ.

Vet. Schol. (21.) De hoc Sigafrido grande fertur miraculum, qvia cum cœnobium Ramsolam invaderet prædando, maligno statim invasus spiritu, non ante meruit liberari, qvam suæ Ecclesiæ restituit & de prædio suo fratribus opulentam villam in servitium donavit.

(i) al. Listemonam. (k) al. Herivad. (l) Al. Adalwardus. (m) Al. Haconis. (n) Al. Egdaris.

Vet. Schol. (22.) Hericus Rex Sveonum cum potentissimo Rege Polanorum Bolizlao fœdus iniit. Bolizlaus filiam suam Herico dedit uxorem, cujus gratia societatis Dani à Slavis & Sveonibus juxta impugnati sunt. Bolizlaus Rex Christianissimus cum Ottone tertio confœderatus, omnem vi Slavoniam subjecit & Ruziam & Pruzzos à qvibus passus, est sanctus Adalbertus, cujus reliqvias tunc Bolizlaus transtulit in Poloniam.

tis illius paganiſmo, aliud æqve magnum oſtendit miraculum: Tunicam ſcilicet indutus ceratam, cum ſtaret in medio populi circo, in nomine Domini præcepit incendi. Ipſe vero, oculis ac manibus in cœlum tenſis, liqventes flammas, tam patienter ſuſtinuit, ut veſte prorſus ambuſta & in favillam redacta, hilari, & jucundo vultu nec fumum qvidem incendii ſenſiſſe teſtatus ſit. Cujus novitati miraculi, & tunc multa millia per eum crediderunt; & uſqve hodie per populos & Eccleſias Danorum celebre *Popponis* nomen effertur. Hæc aliqvi apud *Ripam* geſta confirmant, alii apud (o) *Sliaswig*. Claruit etiam tunc in *Dania*, felicis memoriæ, *Odinkar* ſenior, de qvo ſupra diximus, qvi in (p) *Finne*, *Seland*, (q) *Sconia*, ac in *Svedia* prædicans, multos ad Chriſtianam fidem convertit. Ejus diſcipulus & nepos fuit alter *Odinkar* junior, & ipſe nobilis de regio ſemine Danorum, dives agri, adeo ut 23. ex ejus patrimonio Epiſcopatum *Ripenſem* narrent fundatum. Qvem dudum Bremæ ſcholis traditum, Pontifex *Adaldagus* manibus ſuis baptizavit, ſuoqve nomine *Adaldagus* vocavit. Is ergo à *Libentio* Archiepiſcopo nunc ordinatus in gentes, apud *Ripam* ſedem accepit. Nam & illuſtri vita & ſanctæ converſationis Deo & hominibus acceptus erat, & Chriſtianitatem in *Dania* fortiſſime defendit. Hos vero comperimus illo tempore claros in CAP. XXVII. ea regione, aliis qvi adhuc ſupervixerant à diebus *Adaldagi* non ocioſis. Qvi etiam in *Norwegiam* progreſſi populum multum Jeſu Chriſto collegerunt. A qvibus traditur *Olaph* (r) *Thrucconis* filius, qvi tunc *Nordmannis* imperavit, baptizatus, ex ea gente primus fuiſſe Chriſtianus. *Olaph* Thrucconis filius, à *Norwegia* expulſus, venit in *Angliam*, ibiqve ſuſcepit Chriſtianitatem, qvam ipſe primus in patriam revexit, duxitqve à *Dania* uxorem ſuperbiſſimam

CAP. 78 (s) *Toore*, cujus inſtinctu *Danis* etiam bellum intulit. Alii dicunt olim & tunc ab *Anglia* qvosdam Epiſcopos vel presbyteros evangelizandi gratia egreſſos à Domino, & ab illis *Olaph* baptizatum & cæteros. Qvorum præcipuus erat *Johannes* Epiſcopus qvidam, & alii de qvibus poſtea dicemus. Sed ſi hoc ita eſt, non invideat mater Hammaburgenſis Eccleſia, ſi filiis ſuis etiam extranei benefecerint, dicens cum Apoſtolo; qvidam prædicant per invidiam & contentionem, qvidam autem propter bonam voluntatem & charitatem. Qvid enim? Dum omni modo ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc, inqvit, gaudeo & gaudebo.

CAP. 79 *Henricus* igitur (t) Sveonum Rex in *Dania* converſus ad Chriſtianitatem, ibi baptizatus eſt. Qva occaſione prædicatores à *Dania* in *Svediam* tranſeuntes, fiducialiter agebant, in nomine Domini. Dicebat tamen clariſſimus *Svein* Rex Danorum, *Hericum*, poſt ſuſceptam Chriſtianitatem, denuò ad paganiſmum relapſum fuiſſe. Qvod verò cum *Ottone* tertio pugnaverit, & victus ſit, Rex tacuit, ſed ab aliis audivi. Mortuo poſt hæc *Herico*,

CAP. 80 Svein ab exilio regreſſus, obtinuit regnum patrum ſuorum, Anno depulſionis & pere- CAP. grinationis ſuæ XIV. Accepitqve relictam *Herici* uxorem, matrem *Olaph*, qvæ peperit ei XXIIX.

CAP. 81 *Knut*, ſed nihil illi affinitas connubii profuit, cui Deus iratus erat. *Olaph* autem Rex Sveonum Chriſtianiſſimus, filiam Slavorum *Eſtred* nomine de Obotritis accepit uxorem, ex qva genitus eſt ei filius *Jacobus*, & filia (u) *Ingard*, qvam Rex *Gerzleff* de *Ruzzia* duxit in conjugium. *Olaph* ſane qvi poſt obitum patris ſui *Herici* regnum ſuper (x) Sveones accepit, cum exercitu ſuperveniens, infelicem *Svein* iterum à regno expulit, & *Daniam* obtinuit. *Svein* autem cognoſcens qvia Dominus ipſe Deus eſt, rediit in ſemetipſum, & peccata ſua præ oculis habens, pœnitensqve oravit ad Dominum; qvi exaudiens eum, dedit illi gratiam in conſpectu inimicorum ſuorum, reſtituitqve eum *Olaph* in Regnum ſuum, eo qvod matrem ſuam habuerit uxorem. Feceruntqve pactum ad invicem firmiſſimum, ut Chriſtianitatem in regno ſuo plantatam retinerent, & in exteras nationes effunderent. Audiens autem

CAP. 82 *Olaph* (y) *Thrucci* filius Rex Nordmannorum, de conjunctione Regum, iratus eſt contra CAP. XXIX *Svein* nimis, ratus illum qvaſi à Deo derelictum, totiensqve depulſum, à ſua etiam multitudine facile poſſe depelli. Collecta igitur claſſe innumera, bellum intulit Regi *Danorum*, inter (z) *Sconiam* & *Seland*, ubi ſolent Reges navali confligere bello. Eſt autem brevis trajectus *Baltici* maris (a) *Halſingburg*, in qvo loco *Seland* à *Sconia* poſſit videri, familiare latibulum piratis. Ibi ergo congreſſi, *Nordmanni* à *Danis* ſunt victi & fuſi. *Olaph* namqve Rex, qvi forte ſolus remanſerat, in mare ſe præcipitans, dignum vitæ finem invenit. Uxor autem ejus poſt mortem viri, fame, inediaqve, ut digna erat, vitam miſerabiliter conſumpſit. Narrant itaqve aliqvi illum fuiſſe Chriſtianum, alii Chriſtianitatis deſertorem; omnes autem affirmant peritum auguriorum, ſervatorem ſortium, & in avium (b) prænoſticis omnem ſpem

ſuam

(o) Al. Hedesby, qvæ Slaſvich dicitur. (p) al. Fionia. (q) al Scane.

Vet Schol. (23.) Iſte Odinkar à Rege Knut in Angliam ductus literis eſt eruditus. Deinde diſcendo pervagatus ſapientis & Philoſophi nomen accepit. Unde & Deo charus nomen ſortiri meruit.

(r) al. Thruc. conſon. (s) al. Thorem. (t) al. Svedorum (u) al. Ingrod. (x) al. Svecon. (y) al. Thrucis. (z) al. Scaniam. (a) al. Helſingburg. (b) prognoſticis.

24. suam posuisse. Qvare etiam cognomen accepit, ut *Olaph* diceretur. Nam & artis Ma-
gicæ, ut ajunt, studio deditus, omnes, qvibus illa redundat patria, maleficos habuit do-
mesticos, eorumqve deceptus errore periit. (c)

CAP. XXX Interea millesimus ab incarnatione Domini feliciter impletus est annus & hic est annus Archi- CAP. 83
episcopi XII. Seqventi verò anno fortissimus *Otto* Imperator, qvi jam *Danos*, *Slavos*, itemq́
Francos & *Italos* domuerat, cum jam tertio *Romam* victor intrasset, immatura morte pre-
ventus occubuit in Domino. Post cujus mortem Regnum in contentione remansit. Tunc
Slavi à Christianis judicibus plus justo compressi, excusso tandem jugo servitutis, liberta-
tem suam armis defendere sunt coacti. Principes autem Winulorum erant *Mizzidrog*, &
25. *Mistrowoi*, qvorum ductu seditio inflammata est. His ergò Ducibus *Slavi* rebellantes, to-
tam primo *Nordalbingiam* ferro & igne depopulati sunt. Deinde reliqvam peragrantes
Slavaniam, omnes Ecclesias incenderunt, & ad solum usqve diruerunt. Sacerdotes autem
reliqvosqve Ecclesiarum ministros variis enecantes suppliciis, nullum trans *Albiam* Chri-
stianitatis vestigium reliqverunt. Apud *Hammaburg* eo tempore ac deinceps multi ex cle-
ro & civibus in captivitatem ducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christia-
nitatis.

Narravit nobis diu memorandus Rex Danorum, qvi omnes Barbarorum res gestas ac CAP. 84
26. si scriptæ essent, in memoria tenuit, *Aldinburg* civitatem populosissimam de Christianis in-
ventam esse. Sexaginta, inqvit, presbyteri, cæteris pecudum more obtruncatis, ibi ad
ludibrium servati sunt, qvorum major loci Præpositus *Oddar* nomen habuit, noster con-
sangvineus. Ille igitur cum cæteris tali martyrio consummatus est, ut cute capitis in
27. modum crucis incisa, ferro cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post terga ma-
nibus professores Dei per singulas Slavorum tracti sunt civitates, aut verbere, aut alio
modo vexati, qvousqve deficerent. Ita illi spectaculum facti, & angelis & hominibus in
CAP. XXXI. stadii medio [(d) IV. Non. Iunii] victorem exhalaverunt spiritum. Multa nimirum in
hunc modum per diversas (e) Slavorum provincias tunc facta memorantur, qvæ scripto-
rum penuria pro fabulis habentur. De qvibus cum Regem amplius interrogarem: *Cessa*
inqvit, *fili, tantos habemus in Dania vel Slavania martyres, quod vix possent libro comprehendi.* Omnes
igitur *Slavi*, qvi inter *Albiam* & *Oddoram* habitant per annos LXX. & amplius Christianita-
tem coluerunt, omni videlicet tempore *Otthonum*, taliqve modo se à corpore Christi &
Ecclesiæ, cui ante conjuncti fuerant, absciderunt. O vere super homines occulta Dei ju-
dicia, qvi miseretur, cui vult, & qvem vult indurat: Cujus omnipotentiam mirantes, vi-
demus eos ad paganismum esse relapsos, qvi primi crediderunt: illis ad Christum conversis
qvi novissimi videbantur. Ille igitur judex, justus, fortis, & patiens, qvi olim, deletis
coram *Israel* septem gentibus *Chanaan*, solos reservavit *Allophylos*, à qvibus transgressi puni-
rentur. Ille, inqvam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per qvos no-
stra confunderetur perfidia.

Eo tempore Dux *Slavia* petiit filio suo neptem Ducis *Bernardi* dari in conjugium,
qvod & Dux consensit. Tunc Princeps *Winulorum* misit filium suum cum Duce in *Italiam*,
cum mille eqvitibus, qvi ferè omnes ibi sunt interfecti. Posthæc cum filius Ducis *Slavia*
pollicitam sibi expeteret uxorem, *Thiadericus* Marchio intercepit consilium, proclamans
consangvineam Ducis non esse dandam cani. Iste *Thiadericus* Slavorum erat Marchio, cu-
jus ignavia coegit eos fieri desertores. Qvi postmodum ab honore suo depulsus, & ab o-
mni hæreditate sua, apud Magdeburg præbendarius, vitam, ut dignus erat, mala morte fi-
nivit. Eodem tempore venerabilis Comes *Heinricus* in *Rosafeldan* fecit præposituram, an-
nuente *Libentio* Archiepiscopo & Ecclesiam consecrante.

CAP. XXXII Hæc facta sunt ultimo tempore senioris *Libentii*, sub Duce *Bernardo*, filio *Hermanni*, CAP 85
qvi

Vet. Schol. (24.) Olaph Thrucci filio interfecto Craccaben duo regna possedit. Qvi mox destructo Idololatriæ ritu Christianitatem in Nordmannia per edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gotebaldum qvendam ab Anglia venientem Episcopum in Sconia posuit Doctorem, qvi aliqvando in Svedia & in Norwegia evangelizasse narratur.

(c) In edit. Vellejana hæc adduntur: *Qvo interfecto Sven duo regna possedit. Ipse igitur mox destructo ritu Idololatriæ, Christianitatem in Norwagia per edictum suscipi jussit. Tunc etiam Gothebaldum qvendam ab Anglia venientem Episcopum in Scania posuit doctorem qvi aliqvando in Svedia dicitur Evangelizasse, sæpe etiam in Norvagia.*

Vet. Schol. (25.) Mistiwoi cum Christianitatem desereret, depulsus à patria confugit ad Barbaros, ibiqve fidelis consenuit.

Vet. Schol. (26.) Aldinburg civitas magna Slavorum est, qvi Wagri dicuntur, sita juxta mare. qvod Balticum vel Barbaricum dicitur, itinere diei ab Hamburg.

Vet. Schol. 27.) Anno Domini M. X. gens Ungariæ ad fidem convertitur per Gislam sororem Imperatoris, qvæ nupta Regi Ungariæ ipsum Regem induxit, ut se & suos baptizari faceret, & in Baptismo Stephanus est appellatus, qvi postea sanctus fieri meruit.

(d) Al. desunt. (e) al. Nordalbingorum.

qvi populum Slavorum graviter afflixit. Qvo etiam tempore contentio *Bernarii* Ferdensis Episcopi de (f) *Ramsola* coram Papa *Sergio* est terminata,

Anno igitur Archiepiscopi XXII. *Benno* Dux Saxonum obiit, & (g) *Ludgerus* frater 28.
ejus, qvi cum uxore sua venerabili *Emma*, Bremensi Ecclesiæ plurima bona fecerunt. Apud *Magdaburg* vero *Gisilario* Archiepiscopo *Daganus* successit. Deinde (h) *Walthardus* meruit cathedram. Interea Archiepiscopus noster de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinavit Episcopos, qvorum nomina & sedes incertæ sunt, qvia tempus persequutionis incubuit. Sicut enim patrum relatione cognovimus, *Esico* apud *Sliaswig* Popponi successit *Odinkar*; qvi apud *Ripam* insignis fuit, ut supra diximus. Et sermo est post obitum *Adaldagi* Archiepiscopi; totam regionem *Jutland* usqve ad nostram ætatem in duos Episcopatus bipartitam esse: tertio apud *Arbusan* deficiente. In *Slavaniam* vero ordinavit Archiepiscopus *Folcquardum*; deinde *Reginbertum*: qvorum prior à *Slavania* pulsus, in *Sveoniam* vel *Nordmanniam* missus est ab Archiepiscopo, qvi multos in Domino lucratus, cum gaudio remeavit. Posthæc omnibus benè compositis, obiit beatus Archimandrita *Libentius*, unaqve Ferdensis Episcopus, Anno Domini M. XIII. Indictione XI. & sepultus est in medio chori, ante gradus sanctuarii, pridie Nonas Januarii.

Cap.86 UNWANUS Archiepiscopus sedit annis XVI. Ferulam suscepit ab *Heinrico* Imperatore, Pallium à Papa majore *Benedicto*, de Choro Padarburnensi assumtus est. Clarissimo genere *Immedingorum* oriundus. Præterea dives & largus, omnibus hominibus acceptus, Clero autem apprime benevolus, qvibus etiam hortatu *Libentii* tunc Præpositi (i) curtem *Bodegun* obtulit, cujus servitium esset per natales Apostolorum. *Unwanus* Archiepiscopus primus omnium congregationes ad Canonicam traxit regulam, qvæ antea qvidem mixta ex Monachis & Canonicis conversatione degebant. Ille omnes ritus Paganicos, qvorum adhuc superstitio viguit, in hac regione, præcepit funditus amoveri, ita ut ex lucis, qvos nostri paludicolæ, stulta freqventabant reverentia, facerent Ecclesias duodecim renovari, ex qvibus etiam Basilicam sancti *Viti* extra oppidum construi, & Capellam Sancti *Willehadi* combustam jussit reparari. Ipso tempore ferunt aggerem (k) *Bremensem* firmatum, contra insidias & impetus inimicorum, præcipuè qvoniam Dux *Bernardus*, *Heinrico* Imperatori ausus rebellare, terruit & turbavit omnes Ecclesias *Saxoniæ*. Ex illo enim tempore, qvo Dux in hac constitutus est regione; nunqvam discordia inter geminas domos, scilicet Archiepiscopi & Ducis, cessavit: Illis impugnantibus Regem & Ecclesiam, istis pro salute Ecclesiæ certantibus. CAP. XXXIII. 29.

Hæc æmulatio partium, dum prius occulta esset, ex eo tempore vires accepit & crevit in immensum. *Bernardus* enim Dux tam avitæ humilitatis, qvam paternæ religionis oblitus, primo qvidem per avaritiam gentem *Winulorum* crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coëgit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam secum ad rebellandum Cæsari movit *Saxoniam*. Novissime surgens in Christum, Ecclesias hujus patriæ non dubitavit impugnare, præcipuè nostram, qvæ & ditior eo tempore cæteris, & remotior videbatur à manu Imperatoris. Hujus impetum viri *Unwanus* Archiepiscopus, sua taliter magnanimitate refregisse dicitur, ut præ pudore sapientiæ ac libertatis Episcopi, cogeretur ipse Dux, Ecclesiæ, cui ante adversatus est, deinceps hilaris & benevolus in omnibus existere. Ergo habito nostri Pontificis consilio, rebellis tandem flexus Princeps apud (l) *Scalchinburg* Cæsari *Heinrico* supplex dedit manus. Moxqve favente *Unwano*, Slavis tributo 30.
Cap.87 subjectis, pacem reddit *Nordalbingis* & matri *Hammaburg*. Ad cujus restaurationem venerabilis Metropolitanus post Slavanicam cladem, civitatem & Ecclesiam fecit novam, simul ex singulis congregationibus suis, qvæ virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qvi in *Hammaburg* Canonica degerent conversatione, populum ab Idololatriæ revocantes errore. Ordinavit etiam in *Slavaniam* mortuo *Reginberto*, *Bennonem* virum prudentem, qvi de fratribus Hammaburgensis Ecclesiæ electus, in populo Slavorum, multum prædicando fructum attulit. In *Dania* supervixerunt *Poppo* Theologus, & ille nobilis *Odinkar* CAP. XXXIV.

 Episco-

(f) Ramsolam.
Vet. Schol. (28.) Ramsola sita est in Episcopatu Ferdensi non Longe à vico Bardorum. Cujus ordinationem & jus gubernandi cum Ferdensis Episcopus reposceret; Apostolicæ sedis decreto cessit ab incepto. Oddo legatus fuit ad Papam, ut habet Privilegium.
(g) Al. Liudgerus. (h) al. Valdardus.
Vet. Schol. (29.) Sermo est hunc per Simoniacam pestem intronizatum, eo qvod magnam habuit hæreditatem. Cujus partem ipse invitus Imperatori divisit, partem vero alteram Ecclesiæ suæ obtulit, qvam pie gubernavit; tertiam parentibus dimisit. Senex venerabilis & amator pauperum, maxime eorum qvi parvuli erant. Qva occasione fratres à Claustro licentius egressi, mulierum consortia primo absconse petebant.
(i) al. cortem Betegum. (k) al. Bremensis oppidi.
Vet. Schol. (30.) Unwanus Archiepiscopus in plerisqve Paschæ aliisve festivitatibus VII. Episcopos secum habuit. Et præterea Abbates, non minus Ducem, & aliqvos hujus provinciæ comites, magno singulos amore amplectens.
(l) al. Scalchisburg.

Episcopus, qvem pro fide & sanctitate vitæ familiarissimum habuit Archiepiscopus. Hos duos Episcopos solummodo in *Jutland* fuisse comperimus, anteqvam *Knut* regnum intra-
31. ret. Solus autem ex nostris *Odinkar* transmarinus aliqvando visitavit Ecclesias, *Esico* domi sedit, & cæteros persequutio retardavit. Archiepiscopus etiam alios viros doctissimos ordinavit in *Norwegiam* & *Svediam* : Alios vero in *Anglia* ordinatos, pro amicitia Regum, cum satisfacerent, ad ædificandam dimisit Ecclesiam. Multos enim eorum secum retinens, omnes autem, cum abirent donis cumulans, ad subjectionem Hammaburgensis Ecclesiæ reddidit voluntarios.

CAP. XXXV. UNWANUS igitur Archiepiscopus, cum esset vir nobilissimus, æqve nobilem ac sufficientem liberati suæ sortitus est Episcopatum, in qvo & suam posset ostendere magnitudinem, & necessitati simul Ecclesiæ prodesse. Qvare Thesaurum Ecclesiæ diu sollicitèqve collectum, & qvasi minus necessarium, si infra parietes clauderetur, ipse ad commodum suæ legationis ita curavit expendere, ut ferocissimos Aqvilonis Reges hilaritate suorum munerum, ad omnia qvæ voluit benignos obedientesqve haberet. In qva re non multum, ut arbitror, peccavit, qvia seminavit carnalia, ut meteret spiritualia. Qvin imo largitio ejus in novella gentium conversione utilissima videbatur: neqve adeo nocuit Ecclesiæ, qvæ præcedentium diligentia patrum erat opulentissima. Credo enim eum secutum sancti *Ansgarii* exemplum, & cujusdam in Ecclesiastica historia, *Theotimi* Scytharum Episcopi qvorum alter legitur incredulos Reges donis placasse; Alter vero Barbaros natura feroces, epistolis, muneribusqve mansvefecisse laudatur. Hæc in (m) Apologum Præsulis dicta sufficiant, nunc per Historiæ ordinem redeamus ad Ecclesiæ legationem, qvæ tempore *Unwani* prosperrime gesta cognoscitur. CAP. 88

CAP. XXXVI. *Svein* Rex Danorum atqve Nordmannorum veteres injurias, tam occisi fratris, qvam suæ repulsionis ulturus, classe magna transfretavit in *Angliam*, ducens (n) filium suum secum, & *Olaph* filium *Craccaben*, de qvo supra dictum est. Itaqve multo tempore plurimis præliis adversum *Anglos* exactis, *Svein* veteranum Regem depulit (o) *Ethilredum*, & Insulam in
32. sua tenuit ditione, verum brevi tempore. Nam tertio Mense postqvam victoriam adeptus est, ibidem morte præventus occubuit. *Knut* (p) filius *Svein* Regis cum exercitu reversus in patriam, denuo bellum molitur in *Anglos*. *Olaph* à Nordmannis electus in Principem, separatus est à regno Danorum. Tunc vero *Knut* ancipiti casu turbatus, pactum iniit cum fratre filio *Herici*, qvi regnavit in *Svedia*, ejusqve fultus auxilio, deliberavit primo qvidem *Angliam* subjugare, deinde *Norwegiam*. Itaqve mille navibus *Knut* armatus, Oceanum transivit Britannicum; per qvem, qvod nautæ referunt, à *Dania* in *Angliam*, flantibus Euris, triduo CAP. 89

CAP. XXXVII. vela panduntur. Hoc autem mare magnum & valde periculosum, à læva *Orchadas* habet, dextrorsum *Frisiam* attingit. Triennio ergo *Knut* Britanniam oppugnavit, & *Adelrad* Rex CAP. 90
33. Anglorum apud (q) *Lundonam* obsessus obiit, simul vitam amittens cum regno, justo Dei judicio, qvi fratre per Martyrium consummato XXXIIX. annis sceptrum sangvine polluit. Is parricidium taliter expiavit, relinqvens filium parvulum nomine *Eduardum*, qvem ab *Imma* uxore sua suscepit. Frater vero *Adelradi Emund* vir bellicosus ob gratiam victoris, veneno extinctus est: Filiiqve ejus in *Ruzziam* exilio sunt damnati. *Knut* ergo *Adelradi* regnum CAP. 91
34. accepit, uxoremqve ejus *Immam*, sororem *Richardi* Comitis Nordmannorum sibi conjugio copulavit, & germaniam suam *Margaretam* pro fœdere. Qvam deinde repudiatam à Comite, *Knut* Rex dedit *Wolff* Duci Angliæ, ejusqve (r) *Wolff* sororem copulavit Duci *Gudvino*,
35. callide ratus Anglos per connubia Danis fideliores. Qvæ res eum non fefellit. Et *Richardus* qvidem Comes iram *Knut* declinans, *Hierosolymam* profectus, ibidem obiit, relinqvens filium in Nordmannia nomine *Robertum*, cujus filius est iste *Willelmus*, qvem Franci *Bastardum*

Vet. Schol. (31.) Odinkar filius Toki Ducis Windlandensis, sedem in Ripa habuit. Nam tertia pars terræ Winlandensis patrimonium ejus fuisse describitur, & tamen vir tantarum divitiarum miræ fuit continentia. Cujus unum virtutis exemplum erat, qvod omni qvadragesimali tempore, semper alternis diebus jussit se verberibus à qvodam suo affligi presbytero.

(m) al. apologiam. (n) al. filium suum Knut. (o) al. Edilrodum.

Vet. Schol. (32.) Knut filius Svein Regis abjecto nomine gentilitatis in Baptismo Lambertus nomen accepit. Unde scriptum est in libro fraternitatis nostræ, Lambrecht Rex Danorum & Imma Regina, & Knut filius eorum devote se commendaverunt orationibus fratrum Bremensium.

(p) al. qvi & filius Sveonis Lambricti nomen habuit.

Vet. Schol. (33.) Adelrad potentissimus Anglorum Rex à legitima filium habuit Eduardum, virum sanctissimum. Cujus noverca Affikud (alii assiluit) fuit, qvæ regem privignum occidens, filium suum Amindum in regnum posuit.

(q) al. Lundoniam.

Vet. Schol. (34.) Knut, sororem suam Estred filio Regis de Ruzzia dedit in matrimonium.

(r) al Ulff.

Vet. Schol. (35.) Richardus enim dimissa sorore Regis Knut, propter metum Danorum exulans à patria, Hierosolymam profectus est, ibiqve defunctus. Cujus socii XL. revertentes in Appulia remansisse narrantur & ex illo tempore Nordmanni possederunt Appuliam.

dum vocant. *Wolff* autem ex sorore Regis *Knut* filios suscepit, (ſ) *Bern* Ducem, & *Svein* Regem. (t) *Guduin* à sorore *Wolff* Ducis, *Svein*, (u) *Tostin*, & (x) *Haroldum* genuit parricidas. Qvam generationis seriem, qvoniam secuturæ lectioni utilem judicavimus, hic inserere videbatur.

Cap.92 Victor ergo *Knut* ab Anglia rediens in ditione sua per annos multos regnum *Daniæ* possedit & *Angliæ*. Qvo etiam tempore multos in *Daniam* ab *Anglia* adduxit Episcopos. CAP. XXXVIII. De qvibus, *Bernardum* posuit in *Sconiam*, *Gerbrandum in Selandiam*, (y) *Reinberum in* (z) *Finne*. Qvod zelatus noster Archiepiscopus *Gerbrandum* redeuntem ab *Anglia* cepisse dicitur, qvem ab (a) *Elnodol*. Archiepiscopo Anglorum ordinatum esse cognovit. Ille verò ut necessitas persvasit, satisfaciens, fidelitatem Hammaburgensi Ecclesiæ cum subjectione debita spondens, familiarissimus deinceps Archiepiscopo nostro effectus est. Per qvem ille suos etiam legatos ad *Knut* Regem transmittens cum muneribus, congratulatus est ei de rebus bene gestis in *Anglia*: sed corripuit eum de præsumptione Episcoporum, qvos transtulit ex *Anglia*: qvod Rex gratanter accipiens, ita postmodum conjunctus est Archiepiscopo, ut ex sententia ejus omnia deinceps facere maluerit. Hæc nobis de avunculo suo Rex Danorum innotuit, nec de captione *Gerbrandi* tacuit.

Cap.93 Anno Pontificis *Unwani* XII. *Heinricus* Imperator, justitia & sanctitate insignis, cum jam *Saxones*, *Italos*, & *Burgundiones* Imperio subjecerat, ad cœleste migravit Imperium. CAP. XXXIX. Cui etiam successit in sceptro fortissimus Cæsar *Conradus*, mox (b) *Polanos* & *Regem* eorum *Misingum* magna virtute perdomuit, & auxiliatores eorum *Bohemos*, cæterosqve *Slavorum* populos sub tributum misit. Cum Rege etiam Danorum sive Anglorum, mediante Archiepiscopo pacem fecit, cujus & filiam filio suo deposcens uxorem, dedit ei civitatem *Sliaswig*

Cap.94 cum Marchia, qvæ trans *Egdoram* est, in fœdus amicitiæ. Et ex eo tempore fuit Regum Daniæ. CAP. XL. Inter *Knut* & *Olaph* Regem Nordmannorum continuum fuit bellum, nec cessavit omnibus diebus vitæ eorum; *Danis* pro Imperio certantibus, *Nordmannis* vero pro libertate pugnantibus. In qva re justior erat causa Regis *Olaph*, cui bellum necessarium magis fuit, qvam voluntarium. Si qvando autem tempus à bellorum motibus qvietum erat, idem *Olaph* judicio & justitia Regnum gubernavit. Inter cætera enim virtutum opera magnum Dei zelum habuit, ita ut maleficos de terra disperderet, qvibus cum tota Barbaries exundet, præcipue *Norwegia* talibus monstris plena est. Nam Divini, & Augures; Magi, & Incantatores, cæteriqve satellites Antichristi ibi habitant. Qvorum præstigiis & incantionibus infelices animæ ludibrio à Dæmonibus habentur. Hos omnes, & hujusmodi, beatissimus Rex *Olaph* perseqvi decrevit, ut sublatis scandalis, firmius in regno suo religio Christiana elucesceret; habuit etiam secum Episcopos & Presbyteros multos ab *Anglia*, qvorum monitu & doctrina, cor suum Deo præparavit, subjectumqve populum ad regendum commisit. Ex qvibus clari doctrina & virtutibus erant *Sigafrid*, (c) *Grimkil*, *Rodulff*, & *Bernard*. Hi jussu Regis ad *Svediam* & *Gothiam*, & ad cæteras Insulas, qvæ trans Nordmanniam sunt, accedentes, Barbaris verbum Dei & Regnum Jesu Christi evangelizabant. Misit etiam Rex nuncios ad Archiepiscopum nostrum cum muneribus, petens suppliciter, ut Episcopos ejus benigne reciperet, suosqve ad eum transmitteret, qvi rudem Nordmannorum populum in Christianitate confortarent. Simili autem religionis amore alter *Olaph* in *Svedia* dicitur floruisse. CAP. XLI. Is subditos sibi populos ad Christianam volens convertere fidem, magno laboravit studio, ut templum Idolorum (d) *Ubsola*, qvod in medio Sveoniæ situm est, destrueretur. Cujus intentionem Pagani metuentes, placitum cum Rege constituerunt, ut si ipse Christianus esse vellet, optimam *Svediæ* Regionem, qvam vellet suo jure teneret, in qva Ecclesiam & Christianitatem constituens, nemini de populo vim recedendi à cultura Deorum inferret, nisi qvi sponte ad Christum vellet converti. Hujusmodi Rex placito gavisus, mox in Occidentali (e) *Gothia*, qvæ Danis proxima est, vel Nordmannis, Ecclesiam Deo sedemqve fundavit Episcopalem. Hæc est civitas (ſ) *Scarane* maxima, in qva petente Christianissimo Rege *Olaph* primus ab *Unwano* Archiepiscopo, *Thurgot* est ordinatus Episcopus. Ille vero strenue legationem suam agens in gentibus, duos nobiles Gothorum populos Christo suo lucratus est labore. Per illum ergo Episcopum Rex *Olaph* ingentia Metropolitano *Unwano* direxit munera. Præterea duos idem Rex fertur habuisse filios, qvos ambos una cum uxore sua ac populo baptizari præcepit. Qvorum alter qvi natus est à concubina, *Emund* nomen habuit. Alter *Anund*, qvem Rex à legitima genuit uxore, qvi cognomento fidei, & gratiæ dictus est *Iacobus*: Juvenis qvidem ætate, verum sapientia & pietate omnes præcessit, qvi fuerunt ante eum; nec qvispiam Regum fuit populo Sveonum tam acceptus sicut *Anundus*.

Eo

(ſ) al. Biorn. (t) al. Guduind. (u) al. Toste. (x) Haraldum. (y) Reginerum. (z) Fionia. (a) Elrodo. (b) al. Polonos. (c) al. Grinchil. (d) Opsola. (e) al. Gutbia (ſ) al. Scarana.

CAP. XLII. Eo tempore cum esset pax firma inter *Slavos* & *Transalbianos*, *Unwanus* Archiepiscopus Metropolim *Hammaburg* renovavit, Clerumqve dispersum colligens, magnam ibidem tam civium qvam fratrum multitudinem adunavit. Itaqve cum Duce *Bernardo* freqventer, in habitans locum, sæpe dimidium annum vixit in *Hammaburg*, gloriosissimum Regem *Knut* invitans ad colloqvium, Slavorumqve Satrapas *Utonem* & (g) *Sedericum*. Tali modo Pontifex *Unwanus* domi forisqve clarus, legationem suam in gentibus narratur implesse. Nunc restant dicenda, qvæ de Martyrio Regis *Olaph* fama volante, cognovimus. Cap.95

CAP. XLIII. *Olaph* igitur Nordmannorum Rex clarissimus, contra *Knut* Regem Danorum, qvi Regnum suum impugnavit, perpetuo decertabat prælio, tandemqve seditione Principum suorum, qvorum uxores propter maleficia à regno sustulit, *Nordwegia* depulsus est. Et regnavit *Knut* in Nordmannia simul & (h) *Dania*, qvod nulli Regum prius contingere potuit in *Dania*. *Olaph* verò Rex beatissimus totam spem fiduciamqve suam in Domino ponens, denuo ad comprimendos Idololatras, bellum instaurat. (i) Itaqve ab *Olaph* Sveonum Rege, cujus habebat filiam, & populis Insularum infinitam armatorum congregans multitudinem, patrium regnum vi accepit & armis. Unde Rex Christianissimus fortitudine in hostes, & justitia in suos celebris, ad hoc se in regnum à Deo credidit restitutum, ut jam ex tunc nemini parcere debuisset, qvi vel Magus permanere vellet, aut Christianus fieri detrectaret. Et cum magna ex parte votum suum implesset, pauci qvi ex Magis remanserant, in ultionem eorum qvos Rex damnavit, ipsum etiam obtruncare non dubitarunt. Alii vero dicunt eum in bello peremptum, qvidam autem in medio populi circo, ad ludibrium Magis expositum. Sed & alii sciunt illum ob gratiam *Knut* Regis latenter occisum qvod & verum esse non diffidimus, eo qvod regnum ejus invaserit. Igitur *Olaph* Rex & Martyr, tali fine consummatus est, corpusqve ejus in civitate magna Regni sui, qvæ *Throndemonis* dicitur, cum decenti est honore tumulatum. Ubi usqve hodie pluribus miraculis & sanitatibus, qvæ per eum fiunt, Dominus ostendere dignatus est, qvanti meriti sit in cœlis, qvi sic glorificatur in terris. (k)(Regnavit autem annis XII.) Cujus passionis festivitas agitur IIII. Kal. Augusti: omnibus Septentrionalis Oceani populis, (l) *Sveonum*, *Gothorum*, *Semborum*, *Danorum* atqve *Slavorum* æterno cultu memorabilis. Cap.96

36.

CAP. XLIV. Per idem tempus qvidam ab *Anglia*, *Wolfredus* nomine instinctu Divini amoris *Svediam* ingressus, Paganis verbum Dei cum magna fiducia prædicavit. Qvi dum multos prædicatione sua ad fidem Christianam convertisset, Idolum gentis nomine (m) *Torstan*, in concilio Paganorum cœpit anathematizare; simulqve arrepta bipenni simulachrum in frustra concidit. Qvi pro talibus ausis, statim mille confossus vulneribus, animam Martyrii laurea dignam transmisit in cœlum. Cujus corpus Barbari laniatum, post multa ludibria merserunt in paludem. Hæc veraciter comperta, memoriæ tradidi: qvamvis sint & alia, qvæ adhuc scribi digna sint. Verum de *Unwano*, & qvæ suo tempore gesta sunt sufficienter dictum est, & sicut æstimo, fideliter. Apud *Magdaburg* ipso tempore *Walthardo* successit *Gero*, deinde *Hunfrid*, ambo viri sancti, & Episcopali nomine digni. Deinde obiit gloriosus Archiepiscopus *Unwanus* VI. Kalend. Februarii: Anno Domini MXXIX. Indictione XII. & sepultus est juxta prædecessorem suum à latere sinistro. Et ipso tempore migravit *Poppo* celeberrimus Danorum Episcopus, cui mox subrogatus *Esico*, cum ad *Egdoram* fluvium pervenisset, ibidem ægritudine correptus obiit. Cap.97

CAP. XLV LIBENTIUS sedit annos ferè qvatuor. Is cum esset nepos alterius *Libentii*; & tunc major domus Præpositus, favore *Gyslæ* Imperatricis ferulam suscepit à Cæsare *Conrado*; pallium verò à Papa *Johanno* (n) XIX. Vir simplex & rectus ac timens Deum. Cumqve omnibus esset affabilis, singulari qvodam amore Clerum dilexit, in opum necessitatibus erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen ab incolis terræ precio redimens, & fratribus offerens XXX. ex eo per annum dari convivia statuit. At vero Xenodochii talem omnino sollicitudinem curavit habere, ut in hac parte sola, negligentias omnium prædecessorum sanare videretur. Adeo redundavit Episcopatus & Præpositura & Xenodochium, ut vix egens qvisqvam posset inveniri. Sed forte hoc incredibile videtur his, qvi hujus temporis ege- Cap.98

37.

(g) al. Sydericum.

Vet. Schol. (36.) Olaph sollertissimus festivitatum observator, cum propter Divinam religionem à Regno depulsus esset, & denuo bello regnum recuperasset, in ipso procinctu in papilione dormiens fertur somnium vidisse. Cumqve supervenirent hostes adhuc illo qviescente, Dux exercitus sui Phin nomine accedens Regem excitavit. Tunc ille suspirans: O qvid fecisti? inqvit: videbam me per scalam, cujus vertex sidera tangeret, ascendisse. Heu jam perveneram ad scalæ illius summum, cœlumqve mihi apertum est ingredienti, nisi tu me suscitando revocasses. Post qvam visionem vidit Rex, circumventus à suis, cum non repugnaret, occiditur & martyrio coronatur.

(h) al. Anglia. (i) In edit. Vellejana: *Olaph auxilio habuit Regem Ruzzorum & Sveonum cujus filiam habuit, & de populis &c.* (k) al. desunt. (l) al. Nordmannorum. (m) al. Torstans.

Vet. Schol. (37.) Mulieres autem qvæ se Canonicis apertè jam scelere conjunxerant, præcepit extra civitatem fieri, Et ita per villas proximas in custodiam sunt dispersæ: cessavitqve hic morbus usqve ad incensionem templi, & destructionem claustri.

(n) al. XVIII.

egestatem vident : nec fortasse tunc qvisqvam crederet, ea futura, qvæ nunc facta videntur.
Libentius itaqve bonus in Præpositura, multo melior in Cathedra, Legationem suam ad gentes CAP.
ferventi animo ingressus est. Et primo omnium concilians sibi *Knut* Regem Danorum, in XLVI.
Seland Gerbrando subrogavit *Avoconem*, in *Aldenburg* ordinavit (o) *Meinherum*, (p) *Thurgoto* autem successorem posuit de *Ramsola Gotescalcum* Episcopum. Illis namqve diebus beatissimus (q) *Tourgot* Episcopus, pro labore prædicationis *Bremæ* cum Archiepiscopo diutius consistens, asperrimo lepræ percussus morbo, diem vocationis suæ cum magna expectavit patientia. Tandemqve bono consummatus fine, in sancti Petri, sepultus est Basilica. Ubi & *Folquardus* & *Harich*, & magnus *Odinkarus*, & *Poppo* in pace reqviescunt. Aderant verò tunc cum Archiepiscopo Prædicatores inclyti, *Odinkar* junior, *Sigafrid* à Svedia, *Rodolf* à Nordmannia Episcopi, narrantes ei, qvanta fecerit Dominus in salute gentium, qvæ qvotidie convertebantur ad Dominum. Qvos noster Pontifex, ut par fuit, honorifice dimissos, ad prædicationem denuo misit.

Cap. 99 Tempore ille *Conradus* Imperator, filiam *Knut* Regis, *Henrico* filio suo accepit in ma- CAP.
trimonium. Et regio statim fastu *Italiam* ingressus, *Knut* Regem itineris sui habens comi- XLVII
tem, potentia trium Regnorum Barbaris gentibus valde terribilem, regno fecit justitiam.
Ille autem cum tres haberet filios, singulos super singula regna posuit, ipse aliqvando visi-
Cap. tans *Danos*, aliqvando vero *Nordmannos*, sæpissime autem sedit in *Anglia*. Archiepisco- CAP.
100. pus igitur crebro Metropolim *Hammaburg* visitavit. Nam eo tempore virtute *Knut* Regis, XLIIX
& Ducis *Bernardi*, pax firma trans *Albiam* erat, cum etiam Cæsar *Winulos* bello domuerit. Principes enim eorum *Gneus* & *Anatrog* Pagani erant; *Uto* vero tertius, filius *Mistiwoi* male Christianus. Unde & pro crudelitate sua à qvodam Saxonum transfuga interfectus est, filium habens *Gotescalcum*, qvi per idem tempus apud *Luniburg*, Monasterium Ducis, literalibus erudiebatur studiis, *Gotescalco* Gothorum Episcopo ejusdem cœnobii curam agente. Verum is comperta morte parentis, ita furore commotus est, ut rejectis cum fide literis, arma corriperet, amneqve transmisso, *Winulis* se Dei inimicis conjungeret. Qvorum fretus auxilio, Christianos impugnans, multa milia *Saxonum*, in patris prostravit vindictam. Hunc tandem qvasi latronum Principem, *Bernardus* Dux capiens, in custodia tenuit, virumqve arbitrans fortissimum, juncto secum fœdere, dimisit eum. Qvi veniens ad *Knut* Regem, pro-
Cap. fectus est cum eo in *Angliam*, & ibi mansit multo tempore. Interea Archiepiscopus piis CAP.
101. operibus semper intentus, Ecclesiam suam episcopaliter exornavit, & filios Ecclesiæ pa- XLIX
storaliter educans, omnibus erat acceptus; etiam, qvod difficile est, Principibus. Suo 38.
ergo tempore *Bernardus* Dux, & frater ejus *Tneotmarus*, exhortante piissima *Emma*, qvæ Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiæ multa bona fecerunt, suumqve Thesaurum Deo & Genetrici ejus, sanctoqve *Willehado* confessori, eadem *Emma* ferè totum obtulit. Qvæ etiam pro dilectione Pontificis omnes Ecclesiæ filios, tanqvam sui essent, fovit. Inviderunt ergo nobis fata, ne diu tali frueremur pastore, qvalis erat *Libentius*, dilectus, inqvam, Deo & hominibus. Qvi in festivitate sancti *Bartholomæi* duas, ut ajunt, ægrescens celebravit missas, finitoqve pro more Psalterio, suis æternum lugentibus, eadem die gaudens migravit ad Dominum. Cujus obitus contigit anno Domini (r) MXXXII. Indictione XIII. VIII. Kal. Septembris.

Cap. HERMANNUS sedit annos vix tres. (s) Cambuccam Pastoralem à Cæsare *Conrado* me- CAP. L.
102. ruit: Pallium à Papa minore *Benedicto*, ab Halverstatensi Choro electus, Ecclesiæ ejusdem 39.
Præpositus fuit. Vir, ut ajunt, miræ simplicitatis, sed parum habens prudentiæ serpentis; ideoqve facile deceptus à clientibus, raro Parochiam visitavit. Semel *Hammaburg* accessit & tunc cum exercitu veniens Episcopatum, qvasi non suum, despoliavit, abiensqve velut terram salsuginis dereliqvit. Rapacitatis incentor & auctor consiliorum, qvidam (t) *Macco* fuit, Archiepiscopi Vicedominus. Cæterum nobiles viros habuit Capellanos, *Thiadericum* & *Sindgerum*, qvem deinde Romana sedes *Clementem* appellavit. Subdiaconus autem 40.
ejus erat *Adelbertus*, postea noster Archiepiscopus, jam tunc minax vultu & habitu, verborum-

F qve

(o) al. Meinherium. (p) al. Thrugoto. (q) Thrugotus,
Vet. Schol. (38.) Inclyta senatrix Emma, prædicante Libentio Archiepiscopo sanctæ Bremensi Ecclesiæ duas Cruces, & Tabulatam altaris, & calicem, omnia ex auro & gemmis parata in qvibus erat marcæ xx. obtulit etiam vestes sacras & præparamenta multa, & stolas aureas, & dorsalia & Libros.
(r) al. 1033.
Vet. Schol. (39.) Hermannus ab incolis terræ paludem Etinbarch comparavit. Qvod Conradus Imperator præcepto suo Ecclesiæ firmavit. Cujus rei chirographum in archivo creditum potest videri.
(s) al. camburcam.
(t) al. Marchio.
Vet. Schol. (40.) Iste Sindger ex Papinburgensi Episcopatu assumtus est in sedem Apostolicam, rejectis ex ordine tribus schismaticis.

qve altitudine audientibus suspectus. Pontifex ergo parvipendens omnia, qvæ in Episcopatu invenit, primo qvidem. Musicum *Guidonem* Bremam adduxit, cujus industria Melodiam, & Claustralem disciplinam correxit. Qvod solum ex ejus prospere cessit operibus. Deinde antiqvissimum sancti Michaelis Oratorium diruens, corpora trium prædecessorum ejus: scil. *Adalgari*, *Hogeri* & (u) *Reinwardi* ab eo loco sustulit, ac recondidit in majori Basilica, sub ipso tribunali. Tunc magnum & utile ingressurus opus, murum civitati circundare voluit, vixqve jactis fundamentis, cum opere vitam finivit. Ita magnus ille Pontifex *Hely*, dum suos à rapina non corripuit, etiam in bonis aliqvibus, Deo ultionum displicuit. Mortuus est autem in Episcopatu Halverstadensi, dum esset in Prædio suo (x) *Hildenrothe*. Corpusqve ejus *Bremam* revectum subterratum est in medio Chori. Obiit vero qvarto Kal. Octobris.

CAP. LI. BEZELINUS cognomento *Alebrandus* sedit annis decem, vir omni bonorum genere Cap.
41. decoratus, Episcopali dignus officio, dilectus Deo & hominibus. Et hunc nobis Ecclesia 103.
præstitit Coloniensis. Imperator Conradus obtulit ei baculum, & *Benedictus* Papa Pallium transmisit. Ordinatus est autem à Suffraganeis, & aliis septem Saxoniæ Episcopis. Et hoc in urbe Metropoli *Hammaburg* cum ingenti gloria. Ad laudem beati viri parum est omne qvod dicimus, à cujus laude nec dum aliqvem discordantem audivi. Ut enim brevi qvodam indiculo, complectamur imaginem virtutis ejus; Pater Patriæ fuit, Decus Cleri, Salus populi, Terror male potentum, Exemplar benevolentium, Egregius pietate, vel qvia omnia vellet ad perfectum ducere, dicta & facta ejus omnia dulci memoria posteris comprehensa. (Videns autem pestiferum morbum de connubio Clericorum magis de die in diem crescere, statuit pedibus in sententiam ire prædecessoris sui *Libentii*, si tamen Ecclesiam & claustrum antea ad suum perduceret statum.) Et cum omnibus esset talis, qvalem singuli desiderabant, singularis cura ejus & amor super Clericis fuit, de qvibus nec tolerare poterat, ut cuiqvam malum diceretur verbum. Nam & claustrum renovavit, & Canonicis mensam ipse primus instituit. Prius enim cum præbenda fere tenuis videretur, triginta convivia qvæ *Libentius* Episcopus dari per annum statuit, adjectis ex sua parte qvibusdam decimis, ita ordinavit, ut albus detur fratribus panis ultra solitam annonam cotidie: In dominicis vero diebus unicuiqve duplex mellitæ copia. Nam & vinum dari fratribus contra naturam *Saxoniæ* disposuit: Qvod etiam in diebus suis ferme peregit. Composita ergo mensa, manum vertit ad claustrum, qvod ille, dum prius ligneum esset, lapideum fecit; forma, ut mos est, qvadrata, vario cellarum ordine distinctum, & visu delectabile. Deinde murum civitatis à prædecessore suo *Hermanno* orsum, in gyro construens, aliqvibus in locis eum usqve ad propugnacula erexit; alias qvinqve aut septem cubitorum altitudine semi perfectum dimisit. Cui etiam ab Occasu porta grandis inhæsit, superqve portam firmissima turris, Italico munita opere, & septem ornata Cameris, ad diversam oppidi necessitatem.

CAP. LII Hæc dum *Bremæ* operis insignia relinqveret, mox ad Ecclesiæ Hammaburgensis ædi- Cap.
42. ficationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cladem Slavanicam, qvam supra 104.
contigisse retulimus, *Unwanus* Archiepiscopus, & cum eo Dux *Bernardus* claustrum nobile de ruinis antiqvæ civitatis elevantes, Ecclesiam & diversoria omnia construxerunt lignea. *Alebrandus* vero Pontifex adversus crebras hostium incursiones, aliqvod fortius præsidium pro inopia necessarium loci arbitratus, primus omnium Ecclesiam, qvæ constructa erat in Matris Dei honore, lapide qvadro ædificavit. Aliam deinde sibi domum fecit lapideam, turribus & propugnaculis valde munitam. Cujus æmulatione operis Dux provocatus, & ipse domum suis in eodem loco paravit. Ita prorsus civitate renovata, Basilica eadem ex parte una habuit domum Episcopi, ex alia (y) prætorium Ducis. Voluit etiam nobilis Archiepiscopus *Hammaburg* Metropolim circumdare muro ac munire turribus, nisi velocior ejus transitus, votum
CAP. LIII ejus impedisset. Trans *Albiam* enim suo tempore ac per totum Regnum pax firma erat. Cap.
Principes Slavorum *Anatrog* & *Gneus* & *Ratibor*, pacifice ad *Hammaburg* venientes, Duci ac 105.
Præsuli

(u) al. Reginardi. (x) al. Hildinrodo.

Vet. Schol. (41.) Iste Clericis Ecclesiæ suæ, qvos videbat auxilio indigos, largiebat, aliqvibus abscondite qvaternos aut denos solidos argenti; multis præbendas, aliis suas vestes; plerisqve etiam compatiens, qvod à laicis inhoneste tractarentur, percussores eorum fecit ante se & colaphis cædi, & taureis vapulari.

Vet. Schol. (42.) Civitatem muro circumdari disposuit tribus portis & XII. turribus, ita ut primam Episcopus, alteram Advocatus, tertiam Præpositus, qvartam Decanus, qvintam Magister Scholarum, sextam fratres & Canonici, alias sex cives adhibitis sortirentur custodiis.

(y) al. domum prætoriam ducis.

Præſuli militabant. Sed cum diverſo modo & tunc & nunc in gente *Winulorum* Dux & Epi- 43.
ſcopus laborarent, Duce ſcilicet pro tributo, Pontifice vero pro Chriſtianitate augenda, jam
dudum ſacerdotum ſtudio, Chriſtiana ibidem Religio convaluiſſet, ſi converſionem gentis,
avaritia Principum non præpediret.

Cap. Archiepiſcopus igitur pro legatione ſibi ad gentes credita, more prædeceſſorum
106. ſuorum ſollicitus, coadjutores prædicationis ſuæ ordinavit Epiſcopos; *Rodolfum* ex Capel-
lanis ſuis in *Sliaswig*, *Abellinum* in *Slavaniam*, (z) *Wal* à Bremenſi choro in *Ripam*; cæteris vero
qvi ſuperfuerunt adhuc viventibus, & in vinea Domini non otioſis.

Cap. Anno Pontificis ſexto, manu fortis *Conradus* Romanorum Imperator obiit, & ſucces- CAP. LIV.
107. ſit ei filius *Henricus*, ille qvi *Ungaros* perdomuit. Eodem tempore memorabiles Aqvilonis
Reges obierunt, *Knut* & *Olaph* germani fratres. Qvorum alter, videlicet *Olaph*, Rex Sveo-
num, ſucceſſorem Regni habuit filium, de qvo ſupra diximus, *Jacobum*. Sub qvo junior
Svein filius (a) *Wolff* militavit in *Svedia* XII. annis, qvi etiam nobis retulit, *Jacobo* regnante,
Chriſtianitatem late in *Sveonia* diffuſam eſſe. Alter vero frater, ſcilicet *Knut*, in *Angliam* ceſ-
Cap. ſit, tenuitqve Regna *Danorum*, *Anglorum* & *Nordmannorum* in ditione ſua, per viginti duos annos.
108. Poſt cujus mortem, ut ipſe diſpoſuit, ſuccedunt ei filii ejus in Regnum: *Haroldus* in Angliam,
Svein in Nordmanniam, *Hardeknut* in Daniam. Iſte cum eſſet filius *Imme* Reginæ, ſororem
habuit eamqvam Cæſar *Henricus* poſtea in conjugium accepit: Cæterum *Svein* & *Harold* à
concubina geniti erant. Qvi, ut mos eſt Barbaris, æqvam tunc inter liberos *Knut* ſortiti ſunt
partem hæreditatis. *Haroldus* ergo in *Anglia* triennium regnavit. Contra qvem frater à
Dania veniens, in *Flandria* claſſem adunavit. Sed Rex Anglorum morte præventus, bellum
diremit. Sicqve *Hardeknut Angliam* ſimul poſſedit & *Daniam*. Illo tempore *Svein* junior
Cap. dum in *Angliam* iter ageret, tempeſtate maritima *Hatheloe* navibus appulit. Qvem proxima CAP. LV.
109. qvæqve locorum more piratico vaſtantem, milites qvidam Archiepiſcopi capiunt, & in præ-
ſentiam ejus pertrahunt. Ille vero captivum cum honore recipiens *Bremam* duxit, & juncta
ſecum amicitia poſt dies aliqvot regie donatum permiſit abire. Hæc nobis de ſe Rex ipſe
narravit, ſumma laude illum prædicans Archiepiſcopum, forma corporis & liberalitate ani-
mi omnibus acceptum. Retulit etiam circumſtantibus de Regio Pontificis apparatu, & the-
ſauro Eccleſiæ inæſtimabili, qvem ſe ait *Bremæ* vidiſſe, & alia multa.

Cap. *Alebrandus* autem Archipræſul omnibus acceptus, à Duce *Bernardo* ac ejus germano CAP. LVI.
110. *Thiadmaro* pro liberalitate animi valde honoratus eſt. Solis inviſus erat malefactoribus, ſi-
cut *Utoni* Marchioni, cujus ſuperbiam ſua confudit magnanimitate. (Interea ſecundus filiorum
Cap. *Knut*, qvi regnavit in Nordmannia, *Svein* obiit. Tunc Nordmanni elegerunt *Magnum* filium CAP. LVII
111. *Olaph* Martyris à concubina. *Magnus* ergo ſtatim invadens *Daniam*, duo regna poſſedit; *Har-
deknut* Rege Danorum in Anglia cum exercitu morante. Qvi mox adverſus *Magnum* pu- 44.
gnaturus conſangvineum ſuum *Svein* claſſi præfecit. Svein ergo à *Magno* victus, cum in An-
Cap. gliam remearet, *Hardeknut* mortuum reperit.) Ipſo vero tempore *Aſcomanni* & piratæ per o-
112. ſtium *Wirrahæ* progreſſi, uſqve ad *Liſmonam* venerunt, inſperate omnia vaſtantes. Qvibus
inde ad naves redeuntibus, bellum ad *Aunon* illatum eſt, ibiqve maxima pars eorum trucida-
Cap. ta eſt. Mortuo igitur *Hardeknut* Angli in locum ejus fratrem ejus *Eduardum*, qvem de prio-
113. ri marito *Imma* genuit: Vir magnus & timens Deum. Isqve ſuſpectum habens *Svein*, qvod
ſceptrum Anglorum ſibi repoſceret, pacem cum Tyranno fecit, conſtituens eum proximum
ſibi poſt mortem regni Anglorum hæredem, etiam ſi filios ſuſciperet. Tali itaqve pacto *Svein*
mitigatus in *Daniam* remeavit, & multa cum *Magno* prælia exercuit. Qvi ſæpius victus, ad
Anundum Regem *Sveonum* fugiens pervenit. Victor ergo *Magnus Daniam* obtinuit ſimul &
Cap. *Norwegiam*. Ad qvem Archiepiſcopus noſter uſqve *Sliaswig* pro colloqvio venit, habens in CAP. LIIX
114. comitatu ſuo Ducem *Bernardum*, & *Thiadmarum* Hildenſemmenſem Epiſcopum, & *Rodulfum*
ejusdem civitatis Epiſcopum. Iſte *Thiadmarus à Dacia* oriundus, cum Regina (c) *Gunbild* ad-
venit, cujus patrocinio ille meruit Hildenſemmenſem Epiſcopatum. Nam barbarice (d) *Tim-
mo* vocabatur. In qvo colloqvio ſoror *Magni* Regis *Ordulfo* filio Ducis deſponſatur. Qvi vix
peractis nuptiis, in gratiam (e) cognati, qvendam *Haroldum* Danorum Principem redeun-
tem ab Urbe Apoſtolorum trans *Albiam* obtruncavit innoxium. Cujus mortis cauſa ea fuit,

qvod

Vet. Schol (43.) Qvo tempote Hermannus nobilisſimus Colonienſis Archiepiſcopus veterem de Brema qverimoniam renovavit. Sed & ipſe tam auctoritate Bezelini, qvam triennali ſilentio repulſus Archiepiſcopo noſtro ſatis fecit, & per integrum menſem ſecum Coloniæ habuit in Convivio.

(z) al. Val. (a) al. Ulff. (b) Hadeloë.

Vet. Schol (44.) Magnus Rex claſſa magna ſtipatus Danorum, opulentisſimam Slavorum obſedit civitatem Iuminem, Clades par fuit. Magnus omnes terruit Slavos, juvenis ſanctus & vitæ innocentis. Ideoqve victoriam dedit illi Deus in omnibus.

(c) al. Gunild. (d) al. Timme. (e) al. leviri.

qvod de regali stirpe Danorum genitus, sceptro proprior qvam *Magnus* esse videbatur. Ea
CAP. LIX. res initium calamitatis peperit in familiam Ducis. *Magnus* autem Rex pro justitia & fortitudine carus erat *Danis*, verum *Slavis* terribilis, qvi post mortem *Knut Daniam* infestabant. *Ratibor* itaqve Dux Slavorum interfectus est à *Danis*. *Ratibor* iste Christianus erat, vir magnæ inter Barbaros potestatis. Habuit enim octo filios; *Slavorum* Principes; qvi omnes occisi sunt à *Danis*, dum patrem ulcisci qværierunt. Ad cujus mortem ulciscendam, jam tunc cum toto exercitu *Winuli* venientes, usqve ad *Ripam* vastando progressi sunt. Et forte *Magnus* Rex tunc à *Nordmannia* rediens (f) *Heidibam* appulit. Qvi mox Danorum copiis undiqve collectis, egredientes à *Dania* Paganos, in campestribus *Heidibæ* excepit, & qvindecim milibus occisis, facta est pax & lætitia Christianis deinceps omni tempore *Magni*. Eodem vero tempore *Gotescalcus* post mortem Regis *Knut*, & filiorum rediens ab *Anglia*, contra Slavaniam venit infestus, omnes impugnans, magnumqve Paganis terrorem incutiens. De cujus fortitudine & potentia, qvam super Barbaros habuit, postea dicemus.

CAP. LX. Et hæc qvidem forinsecus, dum varia sorte sunt gesta, in *Bremis* status rerum labefactari cœpit: Summisqve negatum stare diu. Nostræ qvoqve invidit prosperitati. In diebus illis nobilissima senatrix *Emma* obiit, uxor qvondam *Liudgeri* Comitis, & soror *Meginwerki* Episcopi Padarburnensis, sed vidua jam per annos XL. qvæ ingentem thesaurum, qvem habuit, totum fere pauperibus & Ecclesiis dispersit, cujus corpus in Bremensi reqviescit Ecclesia, anima verò gaudet in cœlesti reqvie. Qvæ dum adhuc viveret, Bremensi Ecclesiæ cortem *Stiplaga*, juxta *Rhenum* dedit. *Lismona* vero, nescio pro qvo filiæ delicto, in partem cessit Imperatoris *Conradi*: pro qva re *Gissa* Regina eo tempore (*Bremam* accedens, fratribus multa bona fecit, Ecclesiæ, & omnibus indigenis; deinde *Lismonam* cum Archiepiscopo visitavit.) Cap. 115.

CAP. LXI. Anno Archiepiscopi penultimo, domus sancti Petri *Bremæ* conflagravit, ejusqve flamma incendii claustrum cum officinis, Urbem cum ædificiis totam consumsit, veterisqve habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacræ Thesaurus Ecclesiæ, ibi libri, & vestes, ibi omnia ornamenta sunt consumta. Et hæc qvidem rerum damna facilè recuperari possent, si majora non pateremur in moribus detrimenta. *Multum enim distant*, ut qvidam ait, *damna morum, à damnis temporalium rerum, cum illa intra nos sint, ista extra nos.* Sane ex illo tempore fratribus, qvi ante Canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, Regula sanctorum Patrum, per multa prius sæcula studiose conservata, primo negligentius haberi cœpit, deinde funditus abjecta consenuit. Et sunt anni ab ordinatione sancti *Willehadi*, cum Bremensis Ecclesia fundata est, usqve ad finem *Alebrandi*, qvando eadem Ecclesia combusta est, ferme CCLXX. Combu- Cap. 116.
45.
46.

CAP. LXII sta est autem intrante autumno, qvod est III. Idus Septemb. Eo tempore Archiepiscopus in *Fresiam* iter egit. Qvi conflagratione audita Ecclesiæ, mox pedem retorsit, jactisqve seqventi æstate fundamentis, ad formam Coloniensis Ecclesiæ disposuit hujus nostræ magnitudinem perficere. Et profecto si longiorem sibi vitam fata concessissent, omne opus Ecclesiæ paucis perfecisset annis. Tanta erat illius animositas, & in omni opere instantia, præcipue vero in Templi ædificatione. Porro sola æstas, qvæ inceperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ jacta, columnas & arcus earum, lateraqve in altum erecta vidit. Transacta autem hyeme, cum jam Paschalis immineret festivitas, beatissimus Pontifex *Alebrandus* pridie ante Dominicam cœnam, non inscius, ut credo, vocationis suæ, ab Ecclesia (g) *Schirmbeke Bremam* nudis pedibus accessit. Ubi multa oratione cum lacrymis effusa, Deo & sanctis ejus commendavit Eccle- Cap. 117.
47. siam. Cumqve jam febribus tangeretur, navigio ad (h) *Buccensem* delatus est Præposituram, ibiqve septem supervixit dies. Sic terrenum phase cœlestibus mutans azymis, anima ejus gaudens transivit ad Dominum. At vero corpus Antistis cum ingenti luctu seqventium occurrentiumqve per alveum (i) *Wisura* fluvii *Bremam* deportatum; in medio novæ, qvam ipse tunc orsus est, Basilicæ tumulatum est. In qvo similiter loco primum Altare majus situm fuerat, juxta Mausoleum sancti patris *Willehadi*. Per idem vero tempus apud *Magdaburg* felicis
CAP. LXIII. memoriæ *Hunfrid* Archiepiscopus obiit, cui *Engilbard* rejecto *Wintbero*, qvi Episcopatum sprevit,

(f) al. Heidebu, al. Heidebium.

Vet. Schol. (45.) Archiepiscopus præposituram Edoni tulit, pro cujus rei zelo junior Edo nepos ejus iratus Monasterium incendit. Pro cujus sacrilegii compositione pater Edonis suam hæreditatem obtulit Ecclesiæ. Edo vero Præpositus Hierosolymam peregrinus abiit. Circa festum Sancti Jacobi egressus, rediitqve in proximo Pascha.

Vet. Schol. (46.) Ajunt enim qvidam invidorum, Episcopum solum nævum superbiæ habuisse. Unde inter ipsum & Brun Ferdensem Episcopum contentio erat indigna Episcopis. Et hoc maxime propter superbiam cujusdam Wolfredi Advocati, qvi subita & miserabili morte obiit, sicut Archiepiscopus.

(g) al. vel Stade, ut alii affirmant.

Vet. Schol. (47.) Ipso anno qvo Archiepiscopus decessit, migravit, etiam Odinkar Ripensis Episcopus. Qvi diem Paschæ celebrans, ordinavit res suas certus extremorum.

(h) al. Hucensem. (i) al. Visulæ.

vit, succesſit. Anno Domini M. XLIII. contigit depoſitio dilecti patris noſtri *Alebrandi*, circa diem XVII. Kal. Maij, Indictione XI. Vale in Chriſto Paſtor amabilis, tuoqve gregi nunqvam obliviſcende. Tranſi ad Paſcha cœlorum, ubi cum agno Paſchali epuleris in azymis ſinceritatis & veritatis. Recipere feliciter in æterna tabernacula, ubi cum Angelis indeficua læteris beatitudine. Qvamdiu enim temporali nobiscum fruebaris vita, paſtoralis curæ oſficia nobiliter impleſti. Vita & doctrina, omnia nobis dulcia. Nunc autem raptus es; ne malitia mutaret intellectum tuum. Ideoqve pius Dominus properavit educere te de medio iniqvitatum, ut fructum laborum tuorum pleniter perciperes, etiamſi non omnia bona perfeceras, qvæ voluiſti. Ergo juſtitia tua manet, & memoriale tuum non derelinqvetur in ſæculum ſæculi.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Cap. 118. ADALBERTUS Archiepiſcopus ſedit annis undetriginta. Virgam paſtoralem ſuſcepit ab *Henrico* Imperatore, filio *Conradi*, qvi à Cæſare Auguſto in ſolio Romanorum Imperatorum XC. ſediſſe reperitur, exceptis hiis, qvi ſimul cum alteris regnabant. Pallium Archiepiſcopale, ut prædeceſſores ſui, per legatos ſuos accepit à ſupradicto Papa *Benedicto*, qvem in ordine Romanorum Pontificum poſt Apoſtolos, fuiſſe CXLVII. reperimus. Ordinatio ejus facta eſt *Aqvisgrani*, Cæſare præſente, cum Principibus, aſtantibus etiam XII. Epiſcopis, & manum imponentibus. Cujus benedictionis copiam ipſe multotiens, ſibi maledicentibus objecit, ſubridens, *ſe non poſſe maledici ab aliqvo, qui à tantis Eccleſiæ patribus ab initio ſimul tam ſolenniter benedictus fuerit*. De cujus viri geſtis & moribus cum difficile ſit CAP. I.

Cap. 119. aliqvid dignum ſcribere, ad ſcribendum nos cogit neceſſitas, qvoniam promiſimus libelli hujus tenorem. O venerabilis Præſul *Liemare*, uſqve ad Pontificatus tui diem extendere. Unde licet ſtulte audacterqve hoc introierim pelagus, nunc tamen haud imprudenter feciſſe videar, ſi ad littus properabo. In qvo littore, acceſſione vix aliqvem, imperitiæ meæ portum video: Ita plena ſunt omnia ſcopulis invidiæ, detractationumqve aſperitatibus, ut ea, qvæ laudaveris, adulatione carpant, qvæ vero delicta reprehenderis, fieri dicant ex malevolentia. Cum tamen vir ille memorabilis omni genere laudum poſſit extolli, qvod nobilis, pulcher, ſapiens, eloqvens, caſtus & ſobrius. Hæc omnia in ſe ipſo continebat, itemqve alia bona, qvæ extrinſecus homini ſolent accidere, videlicet ut ſit dives, & felix, ut gloriam habeat & potentiam, omnia ſibi abunde fuerunt. Præterea in legatione gentium, qvod primum eſt Hammaburgenſis Eccleſiæ officium, nemo unqvam tam ſtrenuus potuit inveniri. Item in divinis Miniſteriis ſolemniter obeundis, in honore ſedis Apoſtolicæ, in fidelitate Reipublicæ, in ſolicitudine etiam ſuæ Parochiæ, vix poterat habere comparem, aut qvi in cura paſtorali vigilantior eſſet in omnibus; ſi ita perſeveraſſet. Nam cum talis fuerit ab initio, circa finem deterior videbatur, ad qvem virtutis ſuæ defectum corruit, vir non bene cautus; tam ſua negligentia, qvam cæterorum impellente malitia. De qvibus ſuo loco poſtea latius dicetur. Qvoniam vero difficile eſt omnes viri actus aut bene, aut pleniter, aut in ordinem poſſe diffiniri à me: præcipua geſtorum ejus ſummatim qvæqve delibans, affectu condolentis ad eam pervenire deſidero (k) calumniam, qva nobilis & dives Parochia Hammaburgenſis & Bremenſis altera vaſtata à Paganis, altera diſcerpta à Pſeudo Chriſtianis. Igitur narrationis initium tale faciam: ut ſtatim ex moribus ejus poſſint omnia cognoſci. CAP. II.

Cap 120. Erat nimirum vir genere nobiliſſimus, honore primo, Halberſtadenſis Præpoſitus, ingenio acri, & inſtructo multarum artium ſupellectile. In divinis & humanis magnæ prudentiæ, & ad ea, qvæ auditu vel ſtudio collegit, retinenda vel proferenda memoriæ celebris, eloqventiæ ſingularis. Tum præterea, qvod forma corporis erat ſpecioſus, caſtitatis amator fuit. Largitas ejusmodi, ut petere haberet indignum, tardè aut humiliter acceperit, promptè verò hilariterqve ſæpe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, qvam ſolis exhibuit ſervis Dei, pauperibus & peregrinis, adeò ut ſæpe, anteqvam cubitum iret, triginta & amplius mendicantibus, ipſe genu flexo pedes lavaret. Principibus autem ſæculi & coæqvalibus ſuis humiliari nullo modo voluit. In qvos etiam aliqvando exarſit zelo, ut hos luxuriæ, illos avaritiæ, qvosdam infidelitatis arguens, nulli demum CAP. III.

(k) al. calamitatem.

mum parceret qvem notabilem cognovit. Itaqve multis virtutibus in unum vas congregatis, poterat vir talis eſſe diciqve beatus; niſi unum obſtaret vitium, cujus deformitas omnem decorem (l) illius obnubilaret, hoc erat Cenodoxia, familiaris divitum vernacula, qvæ prudenti viro talem peperit invidiam, ut multi etiam, bona qvæ fecit plurima, dicerent pro mundana fieri gloria. Sed videant ejusmodi ne temere illum judicent; hoc ſcientes, qvod in rebus ambiguis, abſolutum non debet eſſe judicium: ut in qvo alterum judices, te ipſum non condemnes. Nobis autem qvi cum illo (m) fuimus qvotidianamqve (n)
Cap. IV. ipſius converſationem inſpeximus, notum eſt, aliqva illum, ſicut hominem, pro honore ſæculi, multa verò pro Dei timore feciſſe, ſicut bonum hominem. Et qvamvis largitas ejus, in cunctis, modum excederet; inveni tamen eam largiendi rationem, qvod pro ditanda Eccleſia ſua qvosdam ſtuduit obſeqviis placare, ſicut Reges & eorum conſilio proximos; alios autem qvi Eccleſiæ ſuæ aliqvo modo nocere videbantur, acerrimo perſeqvutus eſt odio, ſicut Duces noſtros, & non nullos Epiſcopos. Audivimus eum ſæpe numero [(o) dixiſſe,] pro lucro Eccleſiæ ſuæ ſe, ſuosqve parentes devoviſſe; adeo, inqvit, nemini parcam, nec mihi, nec fratribus, nec pecuniæ, nec ipſi Eccleſiæ, ut Epiſcopatus meus aliqvando liberetur à jugo, vel par cæteris efficiatur. Qvæ omnia melius in ipſo Hiſtoriæ (p) textu pandentur, ut videant ſapientes, qvam coacte, & non temere, immo probabili ratione fecerit aliqva, in qvibus deſipuiſſe, vel inſaniſſe, à non intelligentibus videtur.

Cap. V. Anno ordinationis ſuæ primo, poſtqvam Pontifex ſolenniter inthronizatus, Eccleſiæ Cap.
nuptias *Bremæ* peregit, videns Baſilicæ noviter incœptæ opus immenſum vires qværere ma- 121.
ximas, nimis præcipiti uſus conſilio, ſtatim murum civitatis à prædeceſſoribus ſuis orſum, & qvaſi minus neceſſarium deſtrui fecit, lapidesqve in templo juſſit poni. Nam & turris ſpecioſa, qvæ ſeptem Cameris ornata fuerat, tunc funditus diruta eſt. Qvid loqvar de clauſtro? qvod lapide polito conſtructum, pulchritudine ſua viſus contuentium refecit, & hoc Præſul abſqve mora diſſipari præcepit, qvaſi aliud pulchrius cito facturus. Cogitaverat enim, ut ipſe nobis ſciſcitantibus de ea re aperuit, (q) Refectorium, Dormitorium, Cellarium, & cæteras fratrum officinas, per omnia ex lapide facere, ſi locus aut otium ſuppeditarent. Ad qvæ omnia, cum ſibi cuncta abunde ad manus fore gloriaretur, ut pace fratrum dicam, ſolam Clericorum & lapidum penuriam ſæpe qverebatur. Interea fervet opus, ſurrexit Eccleſiæ murus, cujus formam ante *Alebrandus* ad inſtar *Colonienſis* incœpit; ipſe verò ad exemplum *Beneventanæ* domus cogitavit perducere. Anno tandem VII. incœpti operis moles, à fronte eſt levata, ac principale Sanctuarii Altare in honore Sanctæ Mariæ dedicatum. Nam ſecundum in Occidentali abſida conſecrandum Altare in (r) honorem Sancti Petri diſpoſuit, ſub cujus invocatione legitur antiqva Baſilica exſtructa fuiſſe. Emergentibus itaqve multis Archiepiſcopo anguſtiis, opus imperfectum uſqve ad XXIV. Pontificii annum permanſit, cum & ego indignisſimus Eccleſiæ Dei matricularius *Bremam* veni: Et tunc demum templi parietes dealbabantur, Occidentaliſqve crypta Sancto Andreæ dedicata eſt.

Cap. VI. Et qvoniam magnus Pontifex vidit Eccleſiam Epiſcopatum ſuum, qvem prædeceſſo- Cap.
ris ſui Adaldagi prudentia liberaverat, iniqva Ducum potentia iterum vexari, ſummo ni- 122.
ſu reddere conatus eſt eandem Eccleſiam priſtinæ libertati, ita ut nec Dux, nec Comes, nec aliqva judicialis perſona qvampiam (ſ) juriſdictionem aut poteſtatem in ſuo haberet Epiſcopatu. Qvod niſi per odium fieri neqvivit, dum correpti pro neqvitia Principes, ad iram magis accenderentur. Ajuntqve *Bernardum* Ducem cum pro nobilitate ac ſapientia ſuſpectum habuerit Pontificem, ſæpe dixiſſe, *illum quaſi exploratorem poſitum in has regiones, qui infirma terræ alienigenis & Cæſari eſſet proditurus. Ideoque dum ipſe, aut aliquis filiorum ejus advixerit, Epiſcopum nunquam bonum in Epiſcopatu diem habiturum.* Qvod in Epiſcopi pectus verbum altius
Cap. VII qvam qviſqvam ratus erat, deſcendit. Itaqve ex eo tempore ira & metu anxius, (t) moliri atqve in animo habere cœpit ea, qvæ Duci & ſuis profutura non eſſent. Diſſimulatoqve ad tempus animi dolore, cum alia via conſilium non inveniret, totus ad auxilium Palatii confugit, nec ſibi, ((u) nec ſuis, nec Eccleſiæ) pepercit, Cæſarem & aulicos placando, dum modo id efficeret, qvo Eccleſia poſſet liberari. Proinde viſus eſt tantos in curia labores toleraſſe. (x) tantisqve ubiqve terrarum expeditionibus cum ſuis ſponte deſudaſſe, ut infatigabilem (y) ejus conſtantiam miratus Cæſar, ad omnia Reipublicæ conſilia eum habere primum
ma-

(l) al. Præſulis illius. (m) al. viximus. (n) al. viri. (o) al. deeſt hæc vox. (p) al. contextu. (q) al. reſertorium, (r) al. amorem. (ſ) al, diſtrictum ſeu pot. (t) al. parare, atqve ea modo cum animo & &c. (u) al. aut ſuis aut ipſi Epiſcopatui. (x) al. tantasqve ut expeditiones. (y) al. ejus viri.

Cap. maluent. Expeditiones vero qvas in *Ungriam*, (z) *Slavaniam*, *Italiam* & (a) *Flandriam* cum
123. Cæsare fecit, multæ sunt. Qvæ dum singulæ Episcopii sumptibus, multisqve familiarum
oppressionibus exigerentur, duarum tantum nos mentionem facere cogimur; hoc est *Italicæ*, qvæ prima fuit, vel *Ungaricæ* qvæ postrema, eo qvod præ cæteris fuerint insignes, nobisqve ambæ infeliciter evenerint. At de *Ungaricâ* qvidem dicetur in fine, nunc de *Italica* videamus.

Cap. *Henricus* itaqve Rex domitis vel compositis Pannonum seditionibus, Ecclesiastica Cap. IIX.
124. exigente necessitate *Romam* tractus est, comitem habens cum cæteris Imperii magnatibus & nostrum Archiepiscopum. Ubi depositis qvi pro Apostolica sede certaverant *Benedicto*, (b) *Gratiano* & *Sylvestro*, *Adalbertus* (c) Archiepiscopus eligi debuit, nisi pro se collegam posuis- 48.
Cap. set *Clementem*. A qvo mox Rex Heinricus coronatus, Imperator & Augustus vocatus est. Cap. IX.
125. Posthæc Imperatorem ab *Italia* revertentem, Archiepiscopus *Bremam* vocavit, occasione data, qvasi *Lismonam* visere deberet, vel Regem *Danorum* ad Colloqvium invitare; sed revera Ducum ut fidem exploraret. Imperator autem *Bremæ* regio, ut decuit, apparatu receptus, cortem qvæ *Balga* dicitur, fratribus obtulit, Ecclesiæ vero comitatum *Fresiæ* concessit. (d) Inde *Lismonam* veniens per insidias à *Thiadmaro* Comite circumventus ((e) est, sed) Archiepiscopi nostri studio defensus. Qvare idem Comes à Cæsare in jus vocatus, cum se duello expurgare mallet, à satellite suo est interfectus. Cujus mortem Germanus Dux, filiiqve illius zelantes in Archiepiscopum, ex eo tempore ipsum & Ecclesiam, Ecclesiæqve familiam letali perseqvuti sunt odio. Cumqve pax ficta interdum utrasqve conciliasse videretur partes, nihilominus tamen illi qvi Ducem seqvebantur, antiqvi memores odii, qvod patres eorum in Ecclesiam exercuerunt, nostros inqvietare & impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. *Exsurge ergo Domine, & judica causam tuam, memor esto opprobrii servorum tuorum.*

Cap. Metropolitanus autem contra bonis certans studiis, & beneficiis redimens tempus, Cap. X.
126. qvoniam dies mali erant, pacem cum Ducibus fecit. Deinde verò sollicitudinem gerens Parochiæ, aliqvid (d) magnum dignumqve cogitavit, ubiqve nobilitatis suæ monumentum relinqvere. Et primo qvidem flocci pendens auream decessorum mediocritatem, vetera contempsit, nova molitus omnia [perficere. Igitur magnis animi & sumptuum] conatibus pugnans, ut *Bremam* cæteris coæqvaret urbibus, statim ex bonis, qvæ ipse acqvisivit, duas fecit Præposituras; unam sancto *Willehado*, ubi corpus ejus aut reqviescit, aut translatum est: alteram sancto *Stephano*, cujus se famulum multotiens gloriabatur. (e) Has duas construxit à principio, verum etiam alias postea fecit, hoc est in Bremis: Tertiam Sancto *Paulo*, de bonis qvæ hospitali pertinebant. (f) *Liastmonæ* qvartam de prædio ejusdem cortis: Qvintam voluit fieri apud (g) *Stathe*: Sextam verò trans Albiam in *Sullenberg*: Septimam qvoqve incœpit in *Aspice*, qvi locus in Mindensi Parochia est, sylvestris & montosus. O-
Cap. ctava est Abbatia *Gozzicana* juxta *Salam* fluvium, qvæ fundata est à parentibus Archiepisco- Cap. XI.
127. pi. Alia etiam plurima diversis locis inchoavit opera, qvorum pleraqve ipso adhuc vivente defecerunt, & Reipublicæ negotiis intento; sicut illa domus lapidea, qvæ in *Aspice*, ipso præsente, subito casu lapsa corruit. Cætera vero ex raptu vel negligentia Præpositorum dissipata probantur, in qvos comperta fraude, atrociter aliqvando ultus est Archiepiscopus. Qva in re illorum videri potest neqvitia, qvibus ille plus justo fidem adhibuit, voluntatem Cap. XII
Cap. Præsulis à bono incœpto sæpe conversam. Et res qvidem domesticæ à principio bene ac lau-
128. dabiliter ab illo viro provisæ sunt. Qvæ autem foris pro legatione gentium acta sint, conseqvens sermo breviter declarabit. Metropolitanus ergo statim ut ingressus est Episcopatum, ad Reges Aqvilonis pro amicitia Legatos misit. Epistolas qvoqve commonitorias per omnem sparsit *Daniam* sive *Nordmanniam*, & *Svediam*, & usqve in fines terræ, exhortans Episcopos & Presbyteros, in illis partibus degentes, ut Ecclesias Domini nostri Jesu Christi fideliter custodirent, atqve ad conversionem Paganorum intrepidi accederent.

Cap. *Magnus* eo tempore simul tenebat duo Regna, Danorum videlicet atqve Nordma- 49.
129. norum, *Jacobus* adhuc in *Sveonia* sceptrum tenuit. Hujus auxilio *Svein* & *Tupb* Ducis effultus, *Magnum* pepulit à *Dania*. Magnus ergo denuo bellum instaurans obiit in navibus. (h)

Svein

(z) Sclavoniam. (a) Al. Et Franciam cum Cæsare Pontifex egit. (b) al. Germano. (c) Pontifex.

Vet. Schol. (48.) Clemens Papa renovavit Ecclesiæ nostræ Hammaburgensi omnia privilegia, qvæ dudum à Romana sede concessa sunt.

(d) Al. *qvem ante Godafridus habuit. Cæsar inde Lismonam veniens, mox ut ajunt per insidias &c.* (e) Al. desunt. (f) al. magnum vel se dignum. (g) Al. Ipse Archiepiscopus has duas construxit. (h) al. Liasmonæ. (i) al. Stade.

Vet. Schol. (49.) Svein à Magno victus, cessit fortunæ & factus est homo victoris, faciens ei sacramentum fidelitatis. Sed cum denuo rebellare cœpisset, consilio Danorum nihilominus à Magno superatus est. Itaqve fugiens Svein ad Jacobum venit, apprime dolens pro fide pollicita, qvam violavit.

(k) al. Sven.

Svein vero duo Regna poſſedit, claſſemqve, ut Angliam ſuo ſubjiceret juri, paravit, verum ſanctiſſimus, Rex *Edwardus*, cum juſtitia Regnum gubernaret, tunc qvoqve pacem eligens, victori tributum obtulit, ſtatuens eum, ut ſupra dictum eſt, poſt ſe Regni hæredem. Cumqve Rex juvenis *Svein* tria pro libitu ſuo Regna teneret, mox ſuccedentibus proſperis, Regis cœleſtis eſt oblitus, qvia conſangvineam ſuam à *Svedia* duxit uxorem. Qvod dum Domino Archiepiſcopo valde diſpliceret, furentem Regem, miſſis ad eum Legatis de ſcelere tanto, terribiliter increpavit. Poſtremo niſi reſipiſceret, excommunicationis gladio feriendum eſſe minatus eſt. Tunc ille in furorem converſus, omnem Hammaburgenſem Parochiam vaſtare & exſcindere minabatur. Ad qvas minas imperterritus Archiepiſcopus arguens & obſecrans perſtitit immobilis, donec tandem per literas Papæ Danorum Tyrannus flexus, libellum repudii dedit conſobrinæ. Nec tamen Rex ſacerdotum ammonitionibus aurem præbens, mox ut à ſe conſobrinam dimiſit, alias atqve alias uxores atqve con-

CAP. XIII cubinas aſſumpſit, & ſuſcitavit ei Dominus multos in circuitu inimicos, ſicut qvondam, *

50. Salemoni, proprios ſervos ſuos. Nam *Haroldus* qvidam frater *Olaph* Regis & Martyris, vivente adhuc germano ſuo, patriam egreſſus, *Conſtantinopolim* exul abierat. Ubi miles Imperatoris effectus, multa contra Sarracenos in mari, & Scythas in terra, prælia geſſit, fortitudine clarus, & divitiis auctus vehementer. Is ergo defuncto fratre, cum in patriam revocatus eſſet, *Svein* conſangvineum ſuum regnantem reperit. Cujus ſe tradens manibus, ſacramentum fidelitatis exhibuit victori, & patrium Regnum pro Ducatu accepit in beneficium. Sed ut mox ad ſuos venit, & Nordmannos ſibi fideles eſſe perſenſit, facile ad rebellandum perſvaſus, omnia Danorum maritima ferro vaſtavit & igne. Et tunc (i) *Arbuſen* Ec- Cap. 130.

CAP. XIV. cleſia incenſa, ac *Sliaswig* deprædata eſt. *Svein* ergo Rex terga vertit. Et erat inter *Svein* &

51. *Haroldum* prælium omnibus diebus vitæ eorum. Eo etiam tempore ſeparabant ſe *Angli* à Regno Danorum, filiis *Gudwini* rebellionis auctoribus, qvos amitæ Regis, Danorum filios eſſe diximus, & qvorum ſororem *Edvard* Rex duxit uxorem. Hi namqve facta conſpiratione, fratres *Svein* Regis qvi in Anglia Duces erant, alterum ſcilicet (k) *Bern* ſtatim obtruncant, alium vero (l) *Osbern* cum ſuis omnibus à patria ejecerunt, & tenuerunt Angliam in ditione ſua, *Edvardo* tantum vita & inani Regis nomine contento. Cap. 131.

CAP. XV. Cumqve hæc ibi geſta eſſent, Chriſtianiſſimus Sveonum Rex *Jacobus* migravit à ſæculo, & ſucceſſit ei frater ejus *Emund* ((m) *Gamul*) peſſimus. Nam iſte à concubina *Olaph* natus erat, & cum baptizatus eſſet, non multum de Chriſtiana religione curavit, habuitqve ſecum qvendam Epiſcopum nomine *Oſmund* acephalum, qvem dudum *Sigafridus* Nordmannorum Cap. 132.

52. Epiſcopus *Bremæ* ſcholis docendum commendavit. Verum is poſtea beneficiorum oblitus *Romam* pro ordinatione acceſſit, indeqve repulſus, per multa loca circum ivit erroneus, & ſic demum meruit à qvodam *Poloniæ* ordinari Archiepiſcopo. Qvi veniens in *Svediam*, jactavit ſe à Papa conſecratum ad illas partes Archiepiſcopum. Sed cum Archiepiſcopus noſter Legatos ſuos ad Regem dirigeret (n) *Emundum*, invenerunt ibi eundem gyrovagum *Oſmund*, crucem Archiepiſcopali more ante ſe ferentem. Audierunt etiam, qvod barbaros adhuc neophytos non ſana doctrina fidei noſtræ corruperit. Qvorum ille territus præſentia, ſolitis Regem, populumqve dolis impulit, ut Legati repellerentur, qvaſi Apoſtolici non habentes ſigillum. Et illi qvidem ibant gaudentes à conſpectu concilii, qvoniam digni habiti ſunt, pro nomine Jeſu contumeliam pati. Erant autem Legati fratres Bremenſis Ec-

CAP. XVI. cleſiæ, qvorum potiſſimus fuit *Adalwaldus* olim noſtri Decanus clauſtri, verum tum Sveonum genti ordinatus Epiſcopus. De cujus viri virtutibus, multa poſſent dici, niſi ad alia properaremus. Legatos igitur noſtros à Sveonibus tali modo repulſos, qvidam nepos, an privignus Regis, ignoro, proſecutus, eos, cum lacrymis, ſuppliciter ſe commendans orationibus eorum. Nomen ei (o) *Steinkil* erat, is ſolus ſuper fratres miſericordia motus, Cap. 133.

53. obtulit eis munera, transmiſitqve eos per montana Svedorum ſalvos, uſqve ad ſanctiſſimam

(p) *Gude*

Vet. Schol. (50.) Haroldus à Græcia regreſſus filiam regis Ruzziæ Gerzlef uxorem accepit. Alteram tulit Andreas Rex Ungarorum, de qva Salomon genitus eſt. Tertiam duxit Heinricus Rex Francorum, qvæ peperit ei Philippum.

* al. Salomoni fecit. (i) al. Arhuſiæ.

Vet. Schol. (51.) Sicut enim prius diximus, Knut Rex Danorum ſororem ſuam, qvæ à Richardo Comite repudiata eſt, dedit Wolff Duci ſuo, ex qva nati ſunt Svein, Toſti, & Haroldi: & iſta Gude, qvam Rex Eduard in conjugio habuit. Deinde Svein filius Gudewini occidit Bern filium avunculi ſui. Harold autem, cum eſſet vir fortiſſimus, Gryphum Iberniæ Regem propulit ab Anglia Danorum, ipſumqve cognatum & Dominum ſuum Regem Eduardum pro nihilo habuit. Seqvitur vindicta Dei, & plaga Nordmannorum, & excidium Angliæ.

(k) al. Biorn. (l) alterum Esbern. (m) al. deeſt hæc vox.

Vet. Schol. (52.) Illo egreſſo, Bremenſe clauſtrum regula, diſciplina fratrum, & concordia defecit, acephalis omnia turbantibus.

(n) al. Gamulam. (o) al. Stenkeil.

Vet. Schol. (53.) Alia erat Crunhild relicta Amundi, alia Gaude, qvam Thore interfecit.

(p) *Gude* Reginam, quæ à Rege Danorum pro consangvinitate separata, in prædiis suis trans Daniam commorata est, hospitalitati eleemosynisqve vacans, & cæteris sanctitatis insistens operibus. Qvæ legatos cum ingenti honore qvasi à Deo missos recipiens, magna per eos
Cap. 134. Xenia Archiepiscopo misit. Interea Sveones, qvi Episcopum suum repulerant, divina ultio subseqvuta est. Cap. XVII. Et primo qvidem filius Regis nomine *Anund*, à parte missus, ut dilataret Imperium, cum in patriam fœminarum pervenisset, qvas nos Amazonas vocamus: veneno, qvod illæ fontibus immiscuerunt, tam ipse, qvam exercitus ejus perierunt. Deinde cum aliis cladibus tanta siccitas & frugum sterilitas Sveones afflixit, ut missis ad Archiepiscopum Legatis, Episcopum suum cum satisfactione reposcerent, fidem gentis pollicentes. Gavisus ergo Pontifex, petenti gregi *Adalwardum* præfecit pastorem. Qvi perveniens in Sveoniam, tanta omnium suscipi alacritate meruit, ut gentem *Wirnilanorum* (& (q) *Scritifingorum*) integram Christo lucratus, etiam miracula virtutum populo fecisse dicatur. Eodem tempore mortuus est *Emund* Rex Sveonum, post qvem *Steinkel* ((r) nepos ejus,) de qvo supra diximus, levatur in Regnum. 54. Qvi fidelis erat Domino Jesu Christo, & de cujus religione omnes (s) fratres testimonium perhibebant, qvi eas partes adierant. Hæc de Sveonibus suo tempore gesta, sermone (t) *Adalbertus* Archiepiscopus amplifico omnia describens, (etiam visionem qvandam *Adalwardi* Episcopi;) qva monitus est, ut evangelizandi gratia pergere non tardaret, curavit annectere.

Cap. 135. In Nordwegia qvoqve res magnæ gestæ sunt illo tempore, qvo Rex *Haroldus* crudelitate sua omnes tyrannorum furores excessit. Cap. XVIII. Multæ enim per illum Ecclesiæ virum dirutæ, multi Christiani ab illo per supplicia sunt necati. Erat autem vir potens, & clarus victoriis, qvi prius in Græcia, & Scythiæ regionibus multa contra Barbaros prælia (u) exercuit. Postqvam vero venit in patriam, nunqvam qvietus fuit à bellis, fulmen septentrionis fatale malum omnibus Danorum Insulis. Ille vir omnes Slavorum maritimas deprædavit Regiones. Ille *Orchadas* insulas suæ subjecit ditioni. Ille cruentum usqve in *Island* suum extendit imperium. Itaqve multis imperans nationibus, propter avaritiam suam & crudelitatem, omnibus erat invisus. Serviebat etiam maleficis artibus, non attendens miser, qvod sanctissimus germanus ejus talia monstra eradicavit à Regno, certans usqve ad sangvinem pro amplectenda Christianitatis norma. Cujus egregia merita testantur hæc mira- Cap. XIX. cula, qvæ qvotidie fiunt ad sepulchrum Regis in civitate (x) *Throndempnis*. Videbat hæc ille derelictus à Deo, nihilqve compunctus, oblationes qvoqve ac thesauros, qvi summa fidelium devotione ad tumulum fratris sunt collati, ipse Haroldus unca manu corradens, militibus dispersit. Pro qvibus causis Archiepiscopus zelo Dei tactus, Legatos suos direxit 55. ad eundem Regem, literis suis tyrannicas ejus increpans præsumptiones, specialiter vero ammonens de oblationibus, qvas non liceret in usum cedere laicorum, & de Episcopis qvos contra fas in *Anglia* vel *Gallia*, se contempto fecit ordinari, per qvem auctoritate sedis Apostolicæ (y) jure consecrari deberent. Ad hæc mandata Tyrannus commotus in iram, Legatos Pontificis spretos abire præcepit, dicens, nescire se qvis sit Archiepiscopus, aut potens in *Nordwegia*, nisi solus *Haroldus*. Et alia plurima deinde fecit & dixit, qvæ superbiæ ejus pro- 56. ximam intentabant ruinam. Nam & Papa *Alexander* confestim missis ad eundem Regem literis, præcepit ut tam ipse qvam Episcopi sui, vicario sedis Apostolicæ dignam exhiberent subjectionis reverentiam. Et ecce rescriptum literarum.

Alexander *Episcopus, servus servorum Dei*, Haroldo *Nordmannorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem. Quia adhuc in fide rudes extitistis, & in Ecclesiastica disciplina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesiæ commissum est regimen, divinis ammonitionibus vos frequentius visitare. Sed quia ob longarum difficultatem viarum per nos hoc agere minime valemus, sciatis nos* Adal-

(p) al. Gunild, vel Giuthe. (q) al. deest.

Vet. Schol. (54.) Adalwardus Episcopus à Rege Haroldo invitatus venit in Nordmanniam. Ibiqve corpus cujusdam viri, qvi ante xl. (alii lx.) annos defunctus est, nec omnino putrescere potuit, facta absolutione reconciliationis mox in pulverem redegit. Erat enim ille homo qvondam à Libentio Archiepiscopo propter piraticam excommunicatus, ut ipsi per visionem revelatus est Adalwardo.

(r) al. deest. (s) al. fratres nostri. (t) al. Dominus Archiepisc. (u) al. confecit. (x) al. Throndemis.

Vet. Schol. (55.) Haroldus Rex ab illo die direxit Episcopos suos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia suscepit. Qvorum unus fuit Asgoth qvem redeuntem ab urbe Apostolorum comprehendi jussit Archiepiscopus, acceptoqve fidelitatis sacramento dimisit abire donatum.

(y) al. juste ordinare.

Vet. Schol (56.) Fama est eo tempore duos Monachos à Boemiæ saltibus in civitatem Rethre venisse, ubi dum verbum Dei publice prædicarent, concilio paganorum, sicut ipsi desideraverunt, diversis primo suppliciis exanimati, ad ultimum pro Christo decollati sunt: Qvorum qvidem nomina hominibus incognita, ut veraciter credimus, in cœlo scripta sunt.

berto *Hammaburgensi Archiepiscopo, vicario nostro, hæc omnia firmiter commisisse. Prædictus itaque venerabilis Archiepiscopus, legatus noster, suis nobis conquestus est epistolis, quod Episcopi vestræ provinciæ aut no sunt consecranti, aut data pecunia contra Romana privilegia, quæ sua Ecclesia, sibique data sunt, in* Anglia *vel in* Gallia *pessime sunt ordinati. Unde ex auctoritate Apostolorum* Petri *&* Pauli *vos admonemus, ut sicut Apostolicæ sedi reverentiam subjectionis debetis exhibere, ita præfato venerabili Archiepiscopo vicario nostro, & vice nostra fungenti, vos, vestrique Episcopi impendatis.* Et reliqva.

CAP. XX. His apud *Nordmanniam* gestis, magnopere studuit Archiepiscopus, ut Regi *Danorum* conciliaretur, qvem prius offensum habuit, in repudio consobrinæ. Scivit enim si talem ad se colligeret virum, leviorem sibi ad cætera, qvæ in animo gessit, introitum fore. Mox igitur mediante gratia largitatis qvam in omnes habuit, venit *Sliaswig*, ubi facile notus, & superbo Regi reconciliatus, muneribus atqve conviviis certavit Archiepiscopalem potentiam Regalibus anteferre divitiis. Deniqve, sicut mos est inter Barbaros, ad confirmandum pactum fœderis, convivium habebatur vicissim per octo dies. De multis rebus Ecclesiasticis ibi (a) dispositis, de pace Christianorum & conversione Paganorum ibi consulitur. Ita Pontifex cum gaudio domum reversus, persvasit Cæsari, (b) ut evocatus Rex Danorum in Saxoniam, alteri perpetua confœderaretur amicitia. Cujus confœderationis beneficio, multum lucri nostra suscepit Ecclesia, & legatio Borealium nationum, cooperanteqve *Svein* Rege, prosperis semper est aucta incrementis. (c) Cap. 136.

CAP. XXI Trans *Albiam* vero & in Slavania res nostræ adhuc magna gerebantur prosperitate. *Godescalcus* enim, de qvo supra dictum est, vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in uxorem filia Regis Danorum, *Slavos* ita perdomuit, ut eum qvasi Regem timentes tributum offerrent, & pacem cum subjectione peterent. Qva temporis occasione nostra *Hammaburg* pacem habuit, & *Slavania* sacerdotibus Ecclesiisqve plena fuit. *Godescalcus* igitur vir religiosus ac timens Deum, Archiepiscopo etiam familiaris, *Hammaburg* ut matrem colebat. Ad qvam solvendorum causa votorum solitus erat freqventer venire. In *Slavania* ulteriori nemo unqvam potentior surrexit, & tam fervidus Christianæ religionis propagator. Etenim si vita ei longior concederetur, omnes paganos ad Christianitatem cogere disposuit, cum fere tertiam partem converteret eorum, qvi prius sub avo ejus *Mistiwoi* ad Cap. 137.

CAP. XXII paganitatem sunt relapsi. Igitur omnes Slavorum populi, qvi ad *Hammaburgensem* respiciunt diœcesim, sub illo devoto Principe Christianam fidem coluerunt, hoc est, *Waigri*, Cap. 138.
57. *Obodriti*, vel *Reregi*, & *Polabingi*, item *Lingones*, *Warnabi*, *Chizzini*, & *Circipani*, usqve (d) ad *Penem* fluvium. Provinciæ jam plenæ erant Ecclesiis, Ecclesiæ autem Sacerdotibus: Sacerdotes vero libere agebant in his, qvæ ad Deum pertinebant. Qvorum (e) industrius Princeps *Godescalcus*, tanto religionis exarsit studio, ut ordinis sui oblitus, freqventer in Ecclesia sermonem exhortationis ad populum fecerit, ea qvæ mystice ab Episcopis & Presbyteris dicebantur, Slavanicis verbis cupiens reddere planiora. Infinitus eorum erat numerus, qvi qvotidie convertebantur ((f) ad Dominum,) adeo ut pro sacerdotibus in totas mitteretur provincias. Tunc etiam per singulas urbes cœnobia fiebant sanctorum virorum canonicè viventium. Item Monachorum atqve sanctimonialium, sicut hi testantur, qvi in (g) *Liubice*, *Aldinburg*, *Leontio*, *Razisburg*, & in aliis civitatibus singulas viderunt. In *Magnopoli* vero, qvæ est civitas *Obodritorum*, tres Deo servientium dicuntur fuisse congregationes.

CAP. XXIII. Gratulabatur ergo Archiepiscopus de novella plantatione Ecclesiarum, misitqve de suis Episcopis & presbyteris viros ad Principem sapientes, qvi rudes in Christianitate populos confortarent. Ordinavit autem in *Aldinburg* defuncto *Abelino*, (i) *Eizonem* Monachum, *Johannem Scotum* constituit in *Magnopoli*, in *Razisburg* esse disposuit *Aristonem* qvendam ab *Hierosolymis* venientem, & alios alibi. Præterea cum ipse veniret in *Hammaburg*, eundem *Godescalcum* Principem ad colloqvium magnopere exhortans, ut incœptum pro Christo laborem ad finem constanter perducat, victoriam illi pollicens in omnibus affuturam. Postremo si qvid patiatur adversitatis pro Christi nomine, beatum fore. Multaqve illi de conversione Paganorum in cœlo reposita præmia, multas etiam coronas de singulorum salute venturas. Eisdem verbis, & ad idem studium Regem *Danorum* hortabatur Metropolitanus, qvi Cap. 139

(a) al. disponitur. (b) al. uterqve perpetuam juraret amicitiam. (c) Addit editio Vellejan: *Haraldus Rex ab illo die direxit Episcopos suos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia suscepit. Qvorum unus fuit Asgoth. Qvem redeuntem ab urbe Apostolorum comprehendi jussit Archiepiscopus, acceptoqve fidelitatis sacramento dimisit abire donatum.*

Vet. Schol. (57.) In ostio Peani fluvii civitas maxima est, qvæ Dimine vocatur, ibi est terminus Hammaburgensis parochiæ.

(d) al. usqve ad Peanum fluvium, qvem nostræ privilegia Ecclesiæ vocant Penem. (e) al. mediastinus. (f) al. deest. (g) al. Lybichi. (h) Obodritorum.

qvi ad eum juxta *Egdoram* fluvium consistentem multotiens venit, omnia qvæ de scripturis
ab illo proferebantur, subtiliter notans memoriterqve retinens, excepto qvod de gula &
mulieribus, qvæ vitia illis gentibus sunt naturalia; persvaderi non potuit; ad cætera vero 58.
omnia Pontifici erat obediens.

Cap. 140. Per idem tempus in *Slavania* res maximæ gestæ sunt, qvæ posteris ad gloriam Dei CAP. XXIV.
non sunt reticendæ, qvoniam Deus ultionum libere egit, reddens retributionem superbis.
Itaqve cum multi sint *Winulorum* populi fortitudine celebres, soli qvatuor sunt qvi ab illis
Wilzi, à nobis vero *Leuticii* dicuntur, inter qvos de nobilitate, potentiaqve contenditur.
Hi sunt scilicet *Chizzini*, & *Circipani*, qvi habitant (k) citra *Panim* fluvium, *Tholosantes* & *Rhe-
teri*, qvi ultra *Panim* degunt. Cumqve lis ad bellum pervenisset, *Tholosantes* & *Retheri*, qvam-
vis auxilio *Chizzinos* haberent, nihilominus à *Circipanis* victi sunt. Iterumqve instauratum
est prælium, & contriti sunt *Retheri*: tentatum est tertio, & *Circipani* victores abierunt. Tunc
qvi victi fuerant, Principem *Godescalcum*, Ducemqve *Bernardum* & Regem Danorum acci-
tos in auxilium super hostes duxerunt, ingentemqve trium (l) Principum exercitum per
septem hebdomadas suis nutrierunt stipendiis, *Circipanis* viriliter repugnantibus. Multa
itaqve millia paganorum hinc inde prostrati, plures abducti sunt in captivitatem. Tandem
Circipani xv. (m) millia talenta regibus offerentes, pacem indepti sunt. Nostris ergo cum
triumpho redeuntibus, de Christianitate nullus sermo erat: Victoribus tantum prædæ
intentis. Hæc *Circipanorum* virtus est, qvi pertinent ad Hammaburgensem Episcopa-
tum.

Cap. 141. Audivi etiam cum veracissimus Rex *Danorum* sermocinando eadem replicaret, po- CAP. XXV.
pulos Slavorum jamdudum procul dubio facile converti posse ad Christianitatem, nisi *Sa-
xonum* obstitisset avaritia: *Quibus*, inqvit, *mens pronior est ad pensiones vectigalium, qvam ad con-
versionem gentilium.* Nec attendunt miseri, qvantum suæ cupiditatis luant periculum, qvi 59.
Christianitatem in *Slavania* primo per avaritiam turbaverunt. Deinde per crudelitatem
subjectos ad rebellandum coegerunt, & nunc salutem eorum, qvi credere vellent, pecu-
niam solam exigendo, contemnunt. Ergo justo Dei judicio videmus eos super nos præ-
valere, qvi permissu Dei ad hoc indurati sunt, ut nostra per illos flagelletur iniqvitas.
Nam revera, sicut peccantes superari videmus ab hostibus, ita conversi hostium victores
erimus; à qvibus, si tantum fidem posceremus, & illi jam salvi essent, & nos certe essemus
in pace.

Cap. 142. Hæc dum forinsecus in legatione gentium Ecclesiæ nostræ ministerio gererentur, CAP. XXVI.
Dominus *Adalbertus* Metropolitanus, adhuc bonis intentus studiis, vigilanter & magno-
pere providit, ne sua qvapiam negligentia pastorale officium minus habere videretur, in ea
scilicet, qva gloriatur Apostolus, solicitudine omnium Ecclesiarum. Itaqve domi foris-
qve clarus, taliter se gessit, ut par divitum, majorqve magnatum, nihilominus pater orpha-
norum, judexqve viduarum esse videretur, talem curam habens omnium, ut necessitati-
bus etiam (n) minimorum solertissimus provisor adesset. Cumqve terrenis gravatus ne-
gotiis ad spiritalia mox langvescere cogeretur, in sola gentium legatione permansit inte-
ger officii & sine qverela, & talis, qvalem & tempora & mores hominum mallent habere: Ita
affabilis, ita largus, ita hospitalis, (o) (ita jucundus,) ita cupidus divinæ pariter ac huma-
næ gloriæ, ut parvula *Brema* ex illius virtute instar *Romæ* divulgata, ab omnibus terrarum
partibus devote peteretur, maxime ab aqvilonaribus populis. Inter qvos (p) *Islani Gronla-
ni*, & *Orchadum* legati venerunt, petentes, ut eis prædicatores dirigeret, qvod & fecit. In
Cap. 143. diebus illis (q) (*Wall*) Danorum Episcopus migravit è seculo. Cujus diœcesim Rex *Svein*
in qvatuor distribuens Episcopatus; præsentante suam auctoritatem Metropolitano, sin-
gulis suos inthronizavit Episcopos. Qvo etiam tempore Pontifex noster in (r) *Swigiam* & *Nord-
wegiam* & insulas maris ad messem Dominicam operarios misit. De qvorum ordinatione sin-
gulorum abundantius in fine dicetur.

Cap. 144. (ANNO Pontificatus sui XVIII.) totius parochiæ suæ diligentissimam adhibens CAP. XXVII.

pro-

Vet. Schol. (58.) Clarissimus Rex Danorum sola mulierum incontinentia laboravit, non tamen sponte, ut arbitror, sed vitio gentis. Nec tunc illi malo defuit ultio, qvia ex concubinis ejus Thore nomine, legitimam ipsis Reginam Gude veneno extinxit. Cumqve Rex Svein filium Thore, Magnum vocabulo, Romam transmitteret, ut ibi consecraretur in Regem, infelix puer in via defunctus est, post qvem mater impia non suscepit alium filium.

(k) al. Penim. (l) al. Regum. (m) al. deest millia.

Vet. Schol. (59.) Dicit enim scriptura Pharaoni: Qvia in hoc ipso excitavi te, ut ostendam virtutem meam in te, & glorificetur nomen meum in gentibus. Ergo cui vult miseretur DEUS, & qvem vult indurat.

(n) al. inimicorum. (o) al. deest. (p) al. extremi. (q) al. deest. (r) al. Tunc Pontifex in Svediam & Norvagiam.

provisionem, Metropolim *Hammaburg* in principio lætitiæ suæ posuit Archiepiscopus, fœ-
cundissimam (s) gentium matrem illam appellans, omniqve devotionis officio veneran-
dam. Protestatus ei tanto majorem offerri debere consolationem, qvanto majori plaga
& propioribus insidiis, & tam (t) longiturna Paganorum infestatione cribraretur. Ergo ac-
cepta pace temporum, dum sæpe meditatus est Hammaburgensem munire, simulqve or-
nare (u) Toparchiam, qvoddam utile contra Barbaricos incursus inchoavit opus, in qvo
& populus & Ecclesia Nordalbingorum perenne haberet præsidium. Igitur cum provincia
Sturmariorum, in qva *Hammaburg* sita est, tota in planitiem campi descendat, ex parte,
60. qva *Slavos* attingit, neqve mons, neqve flumen est in medio, qvod incolis munimen præ-
stet, absqve silvis passim occurrentibus, qvarum latebris protecti hostes, incertis aliqvan-
do excursibus repentini superveniunt, nostrosqve securos & nil mali suspicantes, vel peri-
munt, vel qvod gravius morte est, captivos abducunt. Solus in ea regione mons promi-
net juxta Albiam, longo in occasum dorso protensus, qvem incolæ (x) *Sullenberg* vocant.
Qvem Pontifex oportunum arbitratus, ut in eo firmaretur castellum, qvod genti præsidio
foret, statim silvam, qvæ montis verticem obtexit, (y) excidi, nudariqve locum præcepit. I-
taqve multis impensis multoqve hominum sudore voti compos effectus, montem asperum
fecit habitabilem. Ubi Præposituram constituens, disposuit congregationem facere Deo
servientium, qvæ mox conversa est in turmam latronum. Ex illo enim castro nostri qvi-
dam populares in circuitu, ad qvos tuendos positi sunt, deprædari ac perseqvi cœperunt. I-
deoqve locus ille postea tumultu comprovincialium destructus est: populus vero
Cap. Nordalbingorum excommunicatus. Compertum est nobis in gratiam Ducis hoc factum, qvi Cap.
XXIIX. more solito felicibus Ecclesiæ actibus invidebat. Nam & Dux eo tempore, relicto veteri 145.
castello *Hammaburg*, novum qvoddam præsidium sibi suisqve fundavit, intra *Albiam* flumen,
& rivum, qvi *Alstra* vocatur. Ita nimirum cortibus vel mansionibus ab invicem divisis,
Dux novum, Archiepiscopus coluit vetus oppidum. Diligebat sane Pontifex eum locum
sicut omnes prædecessores sui, eo qvod Metropolis sedes omnium septentrionalium fuerit
nationum, & caput suæ Parochiæ.

Ideoqve dum adhuc pax fuit trans *Albiam*, omnes fere solennitates Paschæ ac Pente-
costes, itemqve Dei Matris ibi celebrare voluit, collecto ex singulis congregationibus maxi-
mo Cleri numero, præcipue his, qvi vocalitate sua populos mulcere poterat. Et tunc ple-
Cap. nario gaudens ministrorum ordine, omnia divinæ servitutis officia, cum magna jussit reve-
XXIX. rentia compleri, & gloria etiam exteriori. Cui nimirum gloriæ tantum ipse indulsit, ut jam
non Latino more, Ecclesiastica vellet obire mysteria, sed nescio qva Romanorum sive Græ-
corum consvetudine fultus, per tres missas, qvibus astitit, ubicunqve esset, duodecim modu-
61. lari officia præcepit. Omnia magna qværens, omnia mirabilia, omnia gloriosa in divinis &
humanis rebus, & propterea dicitur fumo delectatus aromatum, & fulguratione luminum,
& tonitruis alte boantium vocum. Qvæ omnia traxit à lectione veteris testamenti, ubi
majestas Domini apparuit in monte Synai. Et alia multa facere solebat, rara modernis &
ignorantibus scripturas: cum tamen sine auctoritate scripturarum ipse nihil fecerit. Jam
tunc scilicet meditatus Ecclesiam suam divitiis & honore cæteris anteferre, si Papam & Re-
gem suæ voluntati haberet morigeros. Eos igitur complacere sibi omnibus modis prope-
Cap. XXX rabat. Ea tempestate Cæsar *Heinricus* ingentibus Regni divitiis utens, in Saxonia *Goslariam* Cap.
fundavit, qvam de parvo, ut dicitur, molendino, vel tugurio formans venatorio, in tam ma- 146.
gnam, sicut nunc videri potest, civitatem bono auspicio & celeriter perduxit. In qva e-
tiam sibi construens Palatium, duas omnipotenti Deo congregationes instituit; unam (z) ex
his donans regendam, tenendamqve pontifici, eo qvod illi individuus comes vel coope-
rator in omnibus existeret. Tunc etiam sibi data est spes acqvirendi vel accipiendi Comi-
tatus & Abbatias vel prædia, qvæ magno deinceps Ecclesiæ periculo mercati sumus, ut puta
Cœnobia, *Lauresæ* vel *Corbeiæ*, Comitatus autem *Bernardi* & (a) *Ekberti*, Prædia vero *Sincicum,
Plisna, Groningor, Dispargum, & Lismona*, qvibus jam dubia fide possessis arbitrabatur se Metro-
politanus, sicut dicitur de *Xerxe*, aut per mare ambulaturum, aut per terram navigaturum,
Cap. postremo omnia qvæ in animo habuit facile perfecturum; Præsertim eo fultus amminiculo,
XXXI. qvod potentissimus Papa *Leo* pro corrigendis sanctæ Ecclesiæ necessitatibus venit in Ger-
maniam.

(s) al. hæc vox deest. (t) al. diuturniore. (u) al. parochiam.

Vet. Schol. (60.) Ibiqve locavit caput Sancti Secundini Thæbeorum ducis, cujus patrocinia Metropolitanus in Italia, largiente qvondam Taurinensi Episcopo, suscepit.

(x) al. Solonberg. (y) al. exscindi mundariqve.

Vet. Schol. (61.) *Difficile est enim, ut laudabiliter vibentem laus humana non capiat.* Leo Papa.

(z) al. ex illis nostro. (a) al. Ekibrecti.

Cap. maniam; Qvem sciret sibi pro veteri amicitia nil negaturum, qvod (b) cupiam præstare de-
147. beret. Tunc habita est illa Synodus generalis apud (c) *Maguntiam*, præsidente Domino Apo-
stolico & Imperatore *Heinrico*, cum Episcopis *Bardone* (d) Maguntino, *Everardo* Treverensi,
Hermanno Coloniensi, *Adalberto* Hammaburgensi, *Engelardo* Magdaburgensi, cæterisqve pro-
vinciarum sacerdotibus. In qvo Concilio qvidam Spirensis Episcopus, *Sibico*, cui adulterii
crimen intendebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Præterea multa ibidem sanci- 62.
ta sunt, ad utilitatem Ecclesiæ, præ qvibus Symoniaca hæresis, & nefanda sacerdotum con-
jugia holographa Synodi manu perpetuo damnata sunt. Qvod Archiepiscopus domum
veniens neqvaqvam tacuisse probatur. De mulieribus enim statuit eandem sententiam,
qvam memorabilis (e) *Alebrandus*, & antea *Libentius* inchoavit, ut scilicet extra Synagogam &
Civitatem fierent, ne mala svada pellicum vicinia castos violaret obtutus. Hæc autem Syno-
dus facta est anno Domini (f) MLI. Ipse est Archiepiscopi annus VII. Et tunc majus Alta-
Cap. re tribunalis dedicatum est in honore genitricis Dei. De qva Synodo mentionem ideo fe- CAP.
148. cimus, qvia Dominus *Adalbertus* eo tempore, qvo tam clari in Ecclesia homines fuerunt, sa- XXXII.
pientiæ ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus itaqve apud Papam, talis apud
Cæsarem habebatur, ut de rebus publicis absqve ejus consilio nihil ageretur. Qvapropter
ubi vix locum habet Clericus, nec in procinctu bellorum, Imperator illum virum sibi dees-
se noluit. Cujus inexpugnabile consilium sæpe ad evincendos expertus est inimicos.
Sensit hoc calidissimus Italorum Dux *Bonefacius*, item *Gotafridus*, *Otto*, *Baldwinus*, & cæ-
teri qvi regnum tumultibus implentes, gravi Cæsarem æmulatione inqvietare videbantur;
Cap. tandemqve humilitati, sola se infractos *Adalberti* prudentia gloriati sunt. Qvid loqvar CAP.
149. de barbaris *Ungarorum* sive *Danorum*, seu *Slavorum*, aut certe *Nordmannorum* gentibus, qvas XXXIII
Imperator sæpius consilio domuerat, qvam bello; monitu & opera Pontificis nostri, no-
bile discens exemplum, *Parcere subjectis & debellare superbos*. Ad hunc felicitatis nostræ cu-
mulum hoc accessit, qvod fortissimus Imperator Græcorum *Monomachus*, & *Heinricus* Fran-
corum Rex, transmissis ad Cæsarem nostrum muneribus, congratulati sunt Archiepiscopo
pro sapientia & fide ejus, rebusqve bene gestis illius consilio. Qvi Constantinopolitano
rescribens, inter cætera jactavit se à Græcorum descendisse prosapia, *Theophano*, & fortissimo
Ottone sui generis auctoribus; ideoqve nec mirum esse, si Græcos diligeret, qvos etiam
habitu & moribus vellet imitari, qvod & fecit. Sed & Regi Franciæ & aliis similia manda-
ta legavit.
Cap. Metropolitanus igitur his rerum successibus (g) elatus, & qvod Papam vel Cæsa- CAP.
150. rem suæ voluntati pronos videret, multo studio laboravit in *Hammaburg* Patriarchatum con- XXXIV.
stituere. Ad qvam intentionem primo ductus est ea necessitate, [(h) qvoniam] Rex Da-
norum, Christianitate in fines terræ dilatata, desideravit in Regno suo fieri Archiepisco-
patum. Qvod tamen ut perficeretur, ex auctoritate sedis Apostolicæ convenientibus Ca-
nonum decretis prope sancitum est, sola expectabatur nostri pontificis sententia. Qvam
rem ille, si Patriarchatus honor sibi & Ecclesiæ suæ Romanis Privilegiis concederetur, fore
ut consentiret, promisit, qvamvis invitus. Disposuit vero (i) Archiepiscopatui suo XII.
subjicere Episcopatus, qvos ex sua divideret Parochia, præter eos suffraganeos qvos in Da-
nia cæterisqve gentibus nostra tenet Ecclesia: ita ut primus esset in *Palmis*, secundus in (k)
Helingenstad, tertius in *Razispurg*, qvartus in *Aldinburg*, qvintus in (l) *Michilinburg*, sextus in (m)
Stathe, septimus in *Lismona*, octavus in *Wildishusen*, nonus in *Bremis*, decimus in *Ferda*, un-
decimus in *Ramsola*, duodecimus in *Fresia*. Nam Ferdensem Episcopatum se facile posse
adipisci, non semel gloriatus est.
Cap. Interea conditionibus utrinqve protractis, sanctissimus, Papa *Leo* migravit à sæculo. CAP.
151. Eodemqve anno fortissimus Imperator *Heinricus* decessit. Qvorum obitus contigit anno XXXV.
Archiepiscopi XII. Qvorum morte non solum Ecclesia turbata est, verum etiam Respubli-
ca finem habere videbatur. Itaqve ex illo tempore nostram Ecclesiam omnes calamitates
oppresserunt, nostro pastore tantum curiæ negotiis intento. Ad gubernacula enim re-
gni mulier cum puero, magno Imperii præfuit detrimento. Indignantes enim Principes
aut muliebri potestate constringi, aut infantuli ditione regi, primo qvidem communiter vin-
G 3 dica-

(b) al. juri cuipinam. (c) Maguntium. (d) Maguntinensi.

Vet. Schol. (62.) Audivimus, cum sæpe numero Adalbertus Archiepiscopus Clerum suum de continentia tenenda hortaretur: *Admoneo vos*, inqvit, *& postulans jubeo, ut pestiferis mulierum vinculis absolvamini, aut si ad hoc non potestis cogi, qvod perfectorum est, saltem cum verecundia vinculum matrimonii custodite, secundum illud qvod dicitur*: Si non caste, tamen caute.

(e) al. decessor ejus. (f) al. 1049. (g) elevatus. (h) al. qva. (i) Al. Patriarchatui. (k) Helingansted. (l) Michiliaburg. (m) Stade.

dicarunt se in pristinam libertatem, ut non servirent; deinde contentionem moverunt inter
se, qvis eorum videretur esse major; postremo armis audacter sumptis, Dominum & Regem
suum deponere moliti sunt. Et hæc omnia potius oculis videri possunt, qvam calamo scri-
Cap. XXXVI. bi. Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, *Adalbertus* & *Anno* Archiepiscopi Consules
declarati sunt, & in eorum consilio summa rerum pendebat. Sed cum ambo essent viri
prudentes & strenui in procuratione Reipublicæ; tamen alter alterum felicitate, aut indu-
stria sua præcurrisse videtur. Itaqve ficta Episcoporum sodalitas, modico duravit tempo-
re, & qvamvis lingva utriusqve pacem sonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat
in invicem. Et Bremensis qvidem Præsul eo justiorem (n) induit causam, qvoniam pro-
nior ad misericordiam fuit, Regiqve Domino suo, fidem usqve ad mortem docuit esse
Cap. XXXVII. servandam. At vero Coloniensis vir atrocis ingenii, etiam violatæ fidei arguebatur in Regem. Cap. 152.
Præterea per omnes, qvæ suo tempore factæ sunt conspirationes, semper erat (o) medius.
Coloniensis enim, qvem avaritiæ notabant, omnia qvæ vel domi, vel in curia potuit corra-
dere, in ornamento suæ posuit Ecclesiæ. Qvam, cum prius magna esset, ita maximam fe-
cit, ut jam comparationem evaserit omnium qvæ in Regno sunt Ecclesiarum. Exaltavit
etiam parentes suos & amicos, & Capellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumu-
lans, ut illi alteris succurrerent infirmioribus. Qvorum primores erant (p) (*Wezlilo*) Mag-
deburgensis, eorumqve nepos *Burchardus* Halverstadensis Episcopus. Similiter *Cono*
Treveris electus, sed invidia Cleri martyrio coronatus, anteqvam intronizatus. Item *Eyl-
bertus* Mindensis, & *Wilhelmus* Trajectensis: præterea in Italia Aqvilegiensis atqve Parmen-
sis; & alii, qvos enumerare longum est; studio & favore *Annonis* elevati sunt, qvi & fautori
suo in tentationibus auxilio decoriqve fuisse certarunt. Multa igitur ab illo viro in divi-
Cap. XXXVIII. nis & humanis egregie facta comperimus. Noster vero Metropolitanus tantum pro nobili- Cap. 153.
tate certans & gloria terrena, indignum habuit aliqvem suorum exaltare, licet multos in ob-
seqvio traxisset egentes, arbitrans sibi hoc esse qvasi dedecus, si aut Rex, aut qvisqvam magna-
tum, suis benefaceret, qvos ipse, iuqvit, tam bene aut melius possum remunerare. Ergo
admodum pauci suorum illo annuente pervenerunt ad apicem Episcopalem; multi vero si
tantum apti ad verbum, seu callidi essent ad servitium, ingentibus cumulati sunt divitiis. Un-
63. de factum est, ut pro gloria mundi captanda, homines diversi generis & multarum artium,
præcipue vero adulatores, ad suam adsciscceret familiaritatem. Qvorum onerosam multi-
tudinem traxit secum in curiam, & per Episcopium, sive qvacunqve iter esset, affirmans
se freqventi commeantium multitudine non modo non gravari, verum etiam opipare de-
lectari. Pecuniam autem qvam à suis recepit, sive amicis, seu ab iis qvi freqventabant
Palatium, vel qvi Regiæ (q) potestati obnoxii fuerant, illam, inqvam, pecuniam licet ma-
xima esset, sine mora infamibus dispersit personis & hypocritis, medicis, & histrionibus, (r)
non sapienter æstimans, talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in
curia, vel major (ſ) Domus fieret præ omnibus & eo modo perfici posse, qvod in animo de
provectu Ecclesiæ suæ habuit. Præterea cum omnes qvi erant in *Saxonia*, sive in aliis regio-
nibus clari & magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando qvod habuit, cæteris polli-
cendo qvod non habuit, inutile nomen, vanæ gloriæ, magno corporis & animæ damno,
mercatus est. Et corrupti qvidem Archiepiscopi mores ab initio tales, processu autem tem-
poris & circa finem, semper fuerunt deteriores.

Cap. XXXIX. Tunc igitur magnis curiæ inflatus honoribus, vixqve jam tolerandus inopi Parochiæ Cap. 154.
venit *Bremam* cum ingenti, ut solebat, multitudine armatorum, novis populum & regio-
nem exactionibus aggravans. Et tunc levata sunt illa Castella, qvæ maxime nostros ad i-
ram (t) Duces incenderunt, deficiente illo studio, qvod prius habuit in ædificatione sancta-
rum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis, impatiens otii, qvæ domi
forisqve tantis occupata laboribus, nunqvam posset fatigari. Nam cum sæpe antea miser
Episcopatus ejus, tantis expeditionum sumptibus, tantisqve voracis curiæ studiis labo-
rasset, nunc vero in ædificatione Præposituraram & Castellorum sine misericordia profli-
gatus est. Nam & hortos & vineas, in terra plantans arida, licet studio inefficaci, multa
ten-

(n) al. indidit. (o) al. medioximus. (p) al. germanus Archiepiscopi.

Vet. Schol. (63.) Inter qvos advena Paulus ex Judaismo conversus est ad Christianam fidem. Qvi nescio an pro avaritia, an pro sapientia exulatus in Græciam, cum inde remearet nostro adhæsit pontifici, glorians se multarum artium callere ingenio, adeo ut ex insciis literarum Philosophos redderet per triennium, & ex cupro formaret aurum obrizum. Facile persvasit ille Archiepiscopo, credere omnia qvæ dixit: adjiciens se subito apud Hammaburg monetam publicam ex auro facturum, & pro denariis, bizantos dari.

(q) al. majestati. (r) al. & id genus aliis, scil. non sapienter. (ſ) al. Dominus. (t) al. Ducis.

tentasset, nihilominus tamen his, qvi morem gererent suæ voluntati, magnificè voluit omnibus compensari laborem. Ita mens alta viri pugnans contra naturam patriæ, qvicqvid usqvam magnificum didicit, hoc habere & ipse voluit. Cujus morbi causas cum diligenter & diu perscrutaret, inveni sapientem virum, ex illa, qvam (u) nimium dilexit, mundi gloria, perductum ad hanc mollitiem animi, qvod in prosperitate rerum temporalium elevatus in superbiam, ad laudem comparandam ignorabat modum; in adversitate autem plus justo contristatus, iracundiæ aut mœrori frena laxabat. Itaqve tam in bono, si misertus est, qvam in malo, si iratus est, in utroqve mensuram excessit. Ejus rei documentum hoc ha- Cap. XL.
beo, qvod in ira furoris sui, aliqvos manu usqve ad effusionem sangvinis percussit, sicut Præposito suo, aliisqve fecit. In misericordia vero, qvæ in hac parte melius largitas dicitur, erat ita profusus, ut libram argenti computans, aliqvando mediocribus personis effundi centum libras edixerit, amplius autem majoribus. Qva de re accidit, ut qvotiescunqve iratus esset, tanqvam leo fugeretur ab omnibus; cum vero placatus esset, palpari posset ut agnus. Citissime autem ad hilaritatem ab ira laudibus mulceri potuit, vel suis vel alienis, & tunc qvasi alteratus ab illo, qvi fuit, arridere cœpit laudatori. Hunc locum sæpe vidimus captari adulatoribus, qvi ex diversis terrarum partibus, in Cameram ejus, velut in sentinam confluxerunt; qvos & ipse ad nasciscendum honorem mundi (x) necessarios Principibus judicavit. Si qvi tamen Palatio & Regi notiores erant, in suam dignatus est [(y) ascire) familiaritatem, reliqvos permisit abire donatos. Ita vero & honestas personas & in ordine sacerdotali fulgentes, ad hoc turpissimum adulationis officium, ambitio suæ familiaritatis illexit. Postremo qvi adulari nesciret, aut fortasse nollet, eum sicut amentem & stolidum à januis exclusum vidimus, ac si diceretur; *Exeat aula, qui vult esse pius.* Et accusator erit, qvi verum dixerit. Porro ita mendaces apud nos prævaluerunt, ut vera dicentibus non cre-
Cap. deretur, etiam si jurarent. Talibus igitur personis plena fuit domus Episcopi. Qvibus ac- Cap. XLI
155. cesserunt cotidie alii Gnathones, Parasiti, Somniatores & Rumigeruli, qvi ea qvæ ipsi confinxerunt, nobisqve placitura rebantur, jactabant sibi per Angelos revelata; jam publice divinantes Hammaburgensem Patriarcham (sic enim vocari voluit) cito Papam futurum. Æmulos vero suos à curia depellendos, ipsum autem solum, diuqve Remp. gubernaturum, atqve ita longævum fieri, ut qvinqvaginta in Episcopatu excederet annos, postremo per illum (z) aurea qvædam secula orbi ventura. Et qvidem hæc, licet ficte ab adulatoribus & pro qvæstu promitterentur; Episcopus tamen qvasi de cœlo sonuissent, vera omnia putabat, (a) trahens ex scripturis qvædam præsagia rerum, qvæ fieri debeant hominibus, data vel in Somniis, vel in Auguriis, vel incommunibus sermonum loqvelis, vel in insolitis elementorum figuris. Qvare dicitur eum morem insvevisse, ut dum cubitum ibat, fabulis delectaretur: cum expergisceretur, somniis: qvotiens vero iter incepit, auspiciis. Aliqvando etiam totum diem somno indulgens, noctu pervigilanter lusit in alea, aut ante mensam sedit. Cumqve ad mensam recumberet, hilariter abundanterqve omnia convivis exhiberi præcepit, ipse à convivis interdum surgens, semper autem ex officio pa-
Cap. ratos habens, qvi advenientes reciperent hospites, (b) & magnopere procurarent. Adglo- Cap. XLII
156. rians hospitalitatem porro magnam esse virtutem, qvæ dum divina mercede non careat, sæpe etiam inter homines habebat maximam laudem. Recumbens autem non tam cibis aut poculis qvam facetiis oblectabatur, ut Regum Historiis, aut raris Philosophorum sententiis. Si vero erat privatus, qvod raro accidit, ut solus & absqve hospitibus maneret, vel Regiis Legatis, tunc fabulis, & somniis, semper autem sobriis otium impendebat loqvelis. Raro fidicines admittebat, qvos tamen propter alleviandas anxietatum curas aliqvando censuit esse necessarios. Cæterum Pantomimos, qvi obscænis corporum motibus oblectare vulgus solent, à suo conspectu prorsus ejecit. Soli Medici cum illo regnabant, cæteris difficilis fuit aditus, nisi causa gravior posceret aliqvos intromitti. Unde etiam accidit, ut videremus ostium thalami sui, qvod primo omnibus patuit ignotis & peregrinis, tali postmodum custodia vallatum esse, ut magnarum rerum Legati, potentesqve seculi personæ, aliqvando pro foribus expectarent inviti per hebdomadam. Præterea inter epulandum familiare habuit magnates carpere viros, notans in aliis stultitiam, in qvibusdam avaritiam, multis autem objiciens ignobilitatem, omnibus vero improperavit infidelitatem, eo qvod ingrati Regi essent, qvi eos de stercore suscitaret, qvem solum ille diligens Imperium pro jure, non pro suo commodo tueri videretur: argumentum esse, qvod illi sicut ignobiles raperent aliena, ipse vero sicut nobilis effunderet sua. Hoc esse apertissimum nobilitatis indicium. Hac invectione pestifera utebatur in singulos, nulliqve demum pe-
per-

(u) nimirum Al. (x) al. necessarios esse. (y) Al. deest. (z) illum virum. (a) tractans. (b) magnopere curavit.

CAP. XLIII. percit, dummodo se omnibus anteferret. Itaqve breviter hoc dicendum est, pro sola, qvam dilexit mundi gloria, pejoratum esse virum illum, de omnibus qvas ab initio habuit virtutibus. Nempe talia & ejusmodi plurima circa ipsum facta sunt illo tempore, qvæ superstitioni vel jactantiæ, seu potius negligentiæ ejus infamiam magnam pepererunt, odiumqve omnium mortalium, præcipue vero Magnatum. Ex qvibus infestissimi erant tam illi Cap. 157. qvam Ecclesiæ nostræ Dux *Bernardus* & filii ejus, qvorum invidia, simultates, & odia, itemqve insidiæ, opprobria & calumniæ traxerunt Archiepiscopum ad hæc omnia, qvæ supra diximus offendicula præcipitem: & qvasi vecordem reddiderunt, dum minor ipsis & cedere videretur. Cessit tamen aliqvando sponte pro officio sacerdotii, cupiens invidiam suam superare beneficiis, & bona reddere pro malis. Sed cum frustra laborasset omnibus modis, ut male nexam cum Ducibus resarciret amicitiam, victus tamen à tribulatione perseqventium, & dolore malorum exulceratus, non semel exclamavit cum Helia, *Domine Deus altaria tua destruxerunt, prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quærunt me interficere.* Cæterum qvam injuste Archiepiscopus (b) talia passus sit, unum satis hic est exemplum ponere: qvo potest videri amicitiam cum invidis nil valuisse conservatam.

CAP. XLIV. Dux avaritiæ stimulo motus in *Fresones*, qvod debitum non inferrent tributum, venit in *Fresiam*, comitem habens Archiepiscopum, qvi ea tantum gratia profectus est, ut discordantem populum Duci reconciliaret. Cumqve Dux Mammonæ cupidus, totam pro censu rationem poneret, nec cum septingentis argenti marcis ullo modo placari posset; mox barbara gens nimio furore succensa, in ferrum pro libertate ruebant. Multi ergo ex nostris ibi perfossi, cæteri fuga sunt defensi, castraqve Ducis & Archiepiscopi direpta, magnus Ecclesiæ Thesaurus ibi dilapsus est. Nihil tamen profuit nobis apud Ducem & suos amicitiæ fides, vel periculo experta, qvo minus Ecclesiam persеqvi vellent. Ajunt ergo Ducem futuri præscium sæpe cum gemitu narrasse, filios suos ad excidium Bremensis Ecclesiæ fataliter destinatos. Vidit enim per somnium ex penetralibus suis egressos in Ecclesiam ursos aprosqve, deinde cervos, ad ultimum lepores. *Ursi, inqvit, & apri erant parentes nostri, modicæ virtutis & timidi: de quibus metuo, ne impugnantes Ecclesiam; divinam incurrant ultionem.* Qvapropter sub obtestatione divini timoris præmonuit eos, ne qvid impium cogitarent adversus Ecclesiam & Pastorem suum, [(c) neve lædant etiam] hunc aut illum, qvorum injuria redundet in Christum. Hæc ille surdis præcepta reliqvit. Nunc de vindicta, statim seqvente peccatores, videamus. Cap. 158.

INCIPIT LIBER QVARTUS.

CAP. I. ANNO Pontificis nostri XVII. *Bernardus* Saxonum Dux obiit, qvi à tempore senioris Libentii jam per XL. annos Slavorum res atqve Nordalbingorum, ac nostras strenue administravit. Post cujus obitum filii ejus *Ordolf* & *Hermannus* hæreditatem patris acceperunt, malo omine Bremensis Ecclesiæ. Illi enim antiqvi memores odii, qvod patres eorum contra eandem licet occulte exercuerunt Ecclesiam, statuerunt aperte jam ultionem repetendam esse in Episcopum, totamqve Ecclesiæ familiam. Et primo qvidem Dux *Ordulfus* vivente adhuc patre, hostili stipatus multitudine, Bremensem in *Fresia* devastavit Episcopatum, hominesqve Ecclesiæ (d) necavit, alios etiam legatos ad se pro pace directos, publice verberari & decalvari jussit; postremo omnibus modis Ecclesiam & suos impugnare, spoliare, cædere ac pro nihilo habere cœpit. Et licet Pontifex, ut debuit, Ecclesiastico zelo exardescens, malefactores anathematis gladio percussit, qverelam tamen ad curiam deferens, nil aliud meruit qvam derideri. Nam & Rex puer à nostris Comitibus primo derisui habitus est. Cap. 159.

CAP. II. Qvapropter Archiepiscopus tempori deserviens, ut conjuratos tantum fratres ab invicem divelleret, *Hermannum* Comitem adoptavit in militem. Cujus satellitio functus in Ungaricam expeditionem, tunc qvasi Magister Regis & Princeps consiliorum profectus est, relicto super negotia regni Coloniensi Archiepiscopo. Restituto autem, in regnum *Salomone*, qvem bello expulerant, Pontifex noster cum Rege puero victor ab (e) *Ungria* regressus est.

CAP. III. TUNC Comes Hermannus aliqvid magnum sperans, ambiensqve beneficium, (f) qvod dare noluit Episcopus, statim in furorem versus, cum exercitu copioso venit contra *Bremam*, ibiqve diripiens omnia qvæ ad manum venerant, soli Ecclesiæ pepercit. Armenta boum & caballorum omnia in prædam cesserunt. Similiter per totum faciens Episcopatum, Cap. 160.

(b) al. Archiepisc. noster. (c) al. deest. (d) al. cæcavit. (e) Ungaria. (f) al. cum id dare nollet Archiep.

tum, homines Ecclesiæ nudos, inopesqve dimisit. Tunc etiam Castella omnia, qvæ Pon-
Cap. 161. tifex futurorum præscius (g) diversis construxerat locis, usqve ad solum diruta sunt. Archiepiscopus eo tempore primatum Curiæ tenebat. Cujus audita qverela, Comes secundum judicium Palatii exilio relegatus, post annum clementia Regis absolutus est. Deinde verò idem Comes *Hermannus*, & frater ejus Dux *Ordulfus*, ad satisfactionem Ecclesiæ venientes, pro delicto suo qvinqvaginta mansos obtulerunt, & terra qvievit paucos dies.

Tunc etiam Rex vastationi Bremensis Ecclesiæ compatiens, transmisit ei ad solatium Cap. IV.
fere centum pallia, cum aliis vasis argenteis, itemqve libris, candelabris, & thuribulis auro paratis. Hæc enim sunt munera qvæ Rex misit ad reædificationem Hammaburgensis Ecclesiæ. Tres calices aureos, in qvibus erant libræ auri decem, unum vas Chrismale argenteum, scutum argenteum deauratum, Psalterium aureis scriptum literis, thuribula & candelabra argentea, dorsalia novem Regalia, casulas XXXV. cappas XXX. Dalmaticas & subtiles XIII. & alia multa, & unum Plenarium, cujus tabula videbatur novem libras auri habere. Tunc etiam *Corbeja* atqve *Lauressa* Cœnobia, pro qvibus diu multumqve Archiepiscopus laboraverat, Ecclesiæ Hammaburgensis præceptis tradita sunt. Tunc etiam diu desiderata in ditionem Ecclesiæ *Lismona* venit, qvæ (h) cortis, ut ajunt, septingentos mansos habere videtur, & maritimas *Hatheloe* regiones in ditione possedit. Pro qva firmiter ex omni parte solvenda, fertur Archiepiscopus *Agneti* Reginæ dedisse (i) novem libras auri, qvoniam hæc in partem suæ dotis commemorabatur. Qvinqvaginta ergo cortes dominicales habuit Archiepiscopus, ex qvibus (k) *Walde* maxima, unius mensis persolvit servi-
Cap. 162. tium, cæterum *Ambergon* minima qvatuordecim dierum. Tanta erat opulentia hujus Epi- Cap. V.
scopi. Potuit Ecclesia nostra dives esse; potuit Archiepiscopus noster *Coloniensi* aut *Mogontino* in omni rerum gloria non invidere. Solus erat *Wirzeburgensis* Episcopus, qvi in Episcopatu suo neminem dicitur habere consortem. Ipse enim cum teneat omnes comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam provinciæ gubernat. Cujus æmulatione noster Præsul statuit omnes Comitatus, qvi in sua diœcesi aliqvam jurisdictionem habere videbantur in potestatem Ecclesiæ redigere. Qvapropter ab initio qvidem illum maximum *Fresiæ* Comitatum à Cæsare adeptus est de (l) *Fivelgoe*, qvem prius habuit Dux *Gotafridus*, & nunc (m) *Ecbertus*. Pensionem annuam dicunt esse mille librarum argenti, qvarum ducentas, ille solvit; atqve est miles Ecclesiæ. Archiepiscopus autem obtinuit eundem Comitatum per decem annos, usqve ad expulsionis suæ diem. Alter vero Comitatus erat (n) *Udonis*, qvi per omnem parochiam *Bremensem* sparsim diffunditur, maxime circa *Albiam*, pro qvo Archiepiscopus *Udoni* tantum obtulit inprecarie nomen de bonis Ecclesiæ, qvod æstimatur singulis annis reddere mille libras argenti, cum utiqve tanta qvantitate precii major posset Ecclesiæ fructus omni anno parari, nisi qvod pro adipiscenda mundi gloria, sufficit nobis, ideo pauperes Cap. VI.
esse, ut divites (o) multos in servitio habeamus. Tertius erat Comitatus in *Fresia*, nostræ Parochiæ vicinus, qvi dicitur (p) *Emisgoe*, pro qvo noster Pontifex Regi pactus est se mille libras argenti daturum. Cujus pecuniæ summam cum facile non posset habere, pro dolor, jussit cruces, altaria, coronas, & cætera ornamenta, Ecclesiæ deponi, qvibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere. Gloriabatur autem pro argentea cito se auream Ecclesiam facturum, omniaqve ablata restituere in decuplum, sicut & prius in destructione claustri visus est egisse. O sacrilegium! Duæ cruces auro paratæ cum gemmis, altare majus & calix, ambo rutilantia ex auro & lapidibus contexta preciosis, confracta sunt, in qvibus erant auri pondera viginti marcæ. Qvas obtulit domina *Emma* Bremensi Ecclesiæ cum aliis pluribus donis. Narravit autem auri faber illa conflans, magno se dolore coactum ad hoc sacrilegium; ut confringeret illas cruces, asserens se ad sonitum mallei audisse qvasi vocem gementis pueri. Tunc autem & tali modo Thesauri Bremensis Ecclesiæ, à veteribus & suo tempore labore magnaqve fidelium devotione collecti, una & miserabili hora proh nihilo sunt pessundati. Vix tamen ex eadem pecunia media pars debiti conflata est. Gemmas sanctarum crucium distractas audivimus, ac qvibusdam meretriculis donatas. Horreo, fateor, omnia sicut facta sunt propalare, eo qvod initium dolorum hæc sunt, gravisqve secuta est vindicta. Ab illo ergo die ruentibus in occasum prosperis, omnia nobis &
Cap. 163. Ecclesiæ adversa fuerunt, ita ut Episcopus noster & sui asseclæ, ab omnibus sicut hæretici exsi- Cap. VII.
bilarentur. At ille omnium voces parvi pendens, simul etiam relicta rei domesticæ cura,

H totus

(g) diversa construxerat regione. (h) al. cors. (i) al. undecim. (k) al. Walde deest. (l) al. Finegoë. (m) al. Ekibrectus. (n) Utonis & sic infra. (o) deest al. hæc vox. (p) Al. hæc addunt: Qvem dum viri Ecclesiæ nostræ defendunt, à Comite Bernhardo Gotescalcus occisus est.

totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur, hac causa, ut ipse retulit, capessendæ Reipub. qværens primatum, qvia Dominum & Regem suum inter manus trahentium, non posset videre captivum. Et jam consulatum adeptus est, jam æmulis remotis solus arcem Capitolii possidet, non tamen sine invidia, qvæ semper gloriam seqvitur. Tunc vero Metropolitanus noster qvædam aurea renovaturus secula, in consulatu suo cogitavit disperdere de civitate Dei omnes qvi operantur iniqvitatem, præcipue illos, qvi vel in Regem manus miserunt, aut Ecclesias deprædasse videbantur. Cujus delicti conscientia cum fere omnes Episcopi & Principes Regni tangerentur, unanimi odio conspirabant, ut ille solus periret, ne cæteri periclitarentur. Igitur omnes simul apud *Triburiam* congregati, cum Rex præsens adesset, Archiepiscopum nostrum qvasi magum & seductorem à Curia depulerunt. Adeo manus ejus contra omnes, manusqve omnium contra illum, ut controversiæ finis usqve ad sangvinem pervenerit.

CAP. VIII. Audientes autem Duces nostri, Pontificem ab ordine Senatorum esse ejectum, magno repleti gaudio, cogitabant & ipsi tempus ultionis invenisse, ut eum à suo penitus alienarent Episcopio, dicentes: *Exinanite usque ad fundamentum in eo, & conteramus eum de terra viventium.* Itaqve multæ insidiæ, multaqve opprobria eorum adversus Episcopum, qvi eo tempore, cum nihil tutius haberet, *Bremæ*, sedit, qvasi obsessus, & custodia inimicorum vallatus. Cumqve tota Ducis familia Pastorem & Ecclesiam, Populum & Sanctuarium Cap. 164.

CAP. IX. derisioni haberent, *Magnus* ante omnes sæviebat, glorians se tandem reservatum esse, qvi rebellem domaret Ecclesiam. *Magnus* ergo filius Ducis collecta latronum multitudine, Cap. 165. non eo modo Ecclesiam impugnare conatus est, qvemadmodum parentes ejus, verum ipsum Ecclesiæ Pastorem persequutus, ut contentionem diutinam finisse videretur, aut membris truncare, aut funditus interficere qværebat Archiepiscopum. Nec tamen illi dolus ad cavendum defuit, auxilium vero in militibus nullum prorsus habuit. Ipso ergo tempore Archiepiscopus à *Magno* Duce obsessus, clam metu suffugit *Goslariam*, ibiqve secure apud *Lotlunam*, in prædio suo per dimidium annum mansit. Castra autem & servitia ejus ab hostibus direpta sunt. Qvibus angustiarum laqveis obstrictus ignominiosum qvidem, sed necessarium cum Tyranno fœdus pepigit, ut qvi hostis erat, miles efficeretur, offerens ei de bonis Ecclesiæ mille mansos & amplius in beneficium. Eo nimirum tenore, ut Comitatus *Fresiæ*, qvorum alterum *Bernardus*, alterum *Ekbertus* invito retinebat Pontifice,

CAP. X. *Magnus* absqve omni dolo, juri Ecclesiæ vindicaret atqve defenderet. Ita prorsus diviso in tres partes Bremensi Episcopatu, cum unam partem *Udo*, alteram partem *Magnus* haberet, vix tertia remansit Episcopo; qvam tamen ipse postea *Bernardo*, aliisqve Regis adu-

64. latoribus distribuens, fere nihil sibi retinuit. Nam & Curtes Episcopi & decimæ Ecclesiarum, unde Clerici & inopes sustentari deberent, omnes cesserunt in usum laicorum, ita ut meretrices cum latronibus usqve hodie luxurientur ex bonis Ecclesiæ, in derisum habentes Episcopum, omnesqve ministros altaris. Tantis igitur largitionibus, sicut hodie videri potest, nihil erga *Udonem* & *Magnum* lucratus est Archiepiscopus, qvam ne expelleretur à suo Episcopatu: à cæteris vero nihil aliud meruit nisi ut *Dominus* vocaretur.

CAP. XI. Hæc nobis prima ruina contigit in Bremensi Parochia, verum trans *Albiam* qvoqve vindictæ magnitudo pervenit; qvoniam Princeps *Godescalcus* eo tempore à Paganis Cap. 166. interfectus est, qvos ipse ad Christianitatem nitebatur convertere. Et qvidem vir omni ævo memorabilis, magnam partem *Slavaniæ* conversam habuit ad divinam Religionem. Sed qvia nondum completæ sunt iniqvitates Amoreorum, neqve adhuc venit tempus miserendi eorum, necesse erat ut venirent scandala, ut probati fierent manifesti. Passus est autem noster Machabæus in civitate *Leontia*, VII. Idus Junii, cum Presbytero *Ippone*, qvi super altare immolatus est, & aliis multis tam Laicis qvam Clericis, qvi diversa pro Christo ubiqve pertulerunt supplicia. *Ansverus* etiam Monachus, & cum eo alii apud (r) *Razisburg* lapidati sunt. Idus Julii passio illorum occurrit. (Qvi cum ad passionem veniret, flagitasse fertur Paganos, ut prius socii, qvos deficere metuebat, lapidarentur. Qvibus coronatis ipse gau-

CAP. XII dens, cum *Stephano* genua posuit:) *Johannes* Episcopus senex cum cæteris Christianis in civi- Cap.

65. tate Magnopoli servabatur ad triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus 167.
cæsus,

Vet. Schol. (64.) Ex omni victu & servitio Episcopali decima Capellano legaliter qvotidie reddebatur, ad sustentationem informatorum & egentium, peregrinorumqve hospitum. Sed Capellanus ad suum fraudulenter usum multa reservans, nihil pauperibus impendit.

(r) al. Riusburg.

Vet. Schol. (65.) Johannes iste peregrinationis amore Scotiam egressus venit in Saxoniam, & clementer à nostro susceptus Archiepiscopo, non multo post in Slavaniam ab eo directus est ad principem Godescalcum. Apud qvem illis diebus commoratus, multa paganorum millia baptizasse narratur.

cæsus, deinde per singulas Slavorum civitates ad ludibrium ductus, cum à Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus ejus projectum est. Caput vero desectum: qvod Pagani conto præfigentes in titulum victoriæ, Deo suo *Redigast* immolaverunt. Hæc in Metropoli Slavorum *Rethre* gesta sunt IIII. Idus Novembr. Filia Regis Danorum apud *Michilinburg*, civitatem Obodritorum, inventa cum mulieribus nuda diu cæsa est: Hanc enim, ut prædiximus, *Godescalcus* Princeps habuit uxorem, à qva & filium
Cap. suscepit *Heinricum*. Ex alia vero *Butue* natus fuit, magno uterqve Slavis excidio genitus. Et CAP. XIII
168. illi qvidem victoria potiti totam Hammaburgensem Provinciam ferro & igne demoliti sunt *Sturmarii* fere omnes aut occisi, aut in captivitatem ducti, castrum *Hammaburg* funditus excisum, & in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces à Paganis truncatæ sunt. Ipso eodemqve tempore *Sliaswig* civitas Saxonum Transalbianorum, qvæ sita est in confinio Danici Regni opulentissima atqve populosissima, ex improviso Paganorum incursu funditus excisa est. Et impleta est nobiscum Prophetia, qvæ ait; *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam; polluerunt templum sanctum tuum Hierusalem*: qvæ prophetiæ in Hierosolymitanæ urbis excidio deplorantur. Hujus vero auctor cladis *Plusso* fuisse dicitur, qvi sororem *Godescalci* habuit, domumqve reversus & ipse obtruncatus est. Itaqve omnes *Slavi* facta conspiratione generali, ad Paganismum denuo sunt relapsi; eis occisis qvi perstiterunt in fide. Dux noster *Ordulfus* in vanum sæpe contra *Slavos* dimicans, per duodecim annos, qvibus patri supervixit, nullam unqvam potuit habere victoriam t totiensqve victus à Paganis, à suis etiam derisus est. Igitur expulsio Archiepiscopi & mors *Godescalci*, uno fere anno contigit: Qvi est Pontificis XXII. (Hæc est Slavorum tertia negatio, qvi primo facti sunt à *Carolo* Christiani. Secundo ab *Ottone*, tertio nunc ab *Godescalco* Principe, & nisi fallor, hæc mala nobis ventura signavit ille horribilis Cometa, qvi ipso apparuit anno circa dies Paschæ.)

Cap. Eodem qvoqve tempore clades illa memorabilis in *Anglia* facta est, cujus magnitu- CAP. XIV
169. do, & qvod Anglia Danis ex antiqvo subjecta est, summa nos eventuum præterire non sinit. Post (s) Regis sanctissimi *Eduardi* mortem, contendentibus pro illo Regno Principibus, *Haroldus* qvidam Anglorum Dux, vir maleficus, sceptrum invasit. Qvod dum sibi 66.
frater ejus nomine (t) *Tosti* ereptum audiret, Regem Nordmannorum auxilio ducit *Haroldum*, Regemqꝫ Scotorum: & occisus est ibi *Tosti*, *Haroldus*, & Rex Hyberniæ cum toto exercitu, à Rege Anglorum. Vix ergo dies octo transierant, & ecce *Wilelmus*, cui pro obliqvo sangvine cognomen est *Bastardus*, à Gallia transfretans in Angliam, lasso victori bellum intulit. In qvo Angli primum victores, deinde victi à Nordmannis, usqve ad finem contriti sunt. (u) *Haroldus* ibi cecidit, & (x) cum eo ex Anglis fere centum millia. *Bastardus* victor in ultionem Dei, qvem ipsi offenderant Angli, omnes fere Clericos & Monachos absqve regula viventes expulit. Deinde ablatis scandalis, *Lanfrancum* Philosophum in Ecclesia posuit doctorem, cujus studio & prius & postmodum in *Anglia* multi ad divinum animati sunt obseqvium.

Cap. In (y) Sveonia per idem tempus Christianissimus Rex (z) *Stinkel* defunctus est, post CAP. XV.
170. qvem duobus *Hericis* de Regno certantibus, omnes Svedorum potentes in bello occubuisse feruntur. 67.
Nam & ambo Reges ibi perierunt. Ita prorsus deficiente omni Regali prosapia, & status Regni mutatus, & Christianitas ibi turbata est valde. Episcopi, qvos illuc Metropolitanus ordinavit, persecutionem metuentes, domi sederunt. Solus Episcopus (a) *Sconiæ* procuravit Ecclesias Gothorum. Et qvidam Sveonum Satrapra *Gniph* ad Christianitatem populum confortavit.

Cap. Illo tempore clarissimus inter barbaros fuit *Svein* Rex Danorum: qvi Reges Nord- CAP. XVI
171. mannorum *Olaph* & *Magnum* constrinxit magna virtute. Inter *Svein* & *Bastardum* perpetua 68.
contentio de Anglia fuit, licet noster Pontifex muneribus *Willelmi* persvasus, inter Reges pacem formare voluerit, Christianitas autem ab illo *Svein* Rege in exteras nationes longe lateqve diffusa est. Et cum multis polleret virtutibus, sola ægrotavit luxuria. Novissi-

(s) reg. Anglorum.

Vet. Schol. (66.) Haroldus iste Nordmannorum Rex ccc. naves magnas habuit, qvæ omnes ibi remanserunt. Insuper massa auri qvam Haroldus à Græcia duxit; ad Bastardum tali fortuna pervenit. Erat autem pondus auri qvod vix bisseni juvenes cervice levarent.

(t) Toste. (u) Haraldus. (x) al. post eum ex Anglia. (y) Svetia.

Vet. Schol. (67.) Duobus Hericis in prælio interfectis Haltzstein filius Steinkil Regis in regnum levatus est. Qvo mox pulso accersitus est Anunder à Ruzzia, & illo nihilominus amoto, Sveones qvendam elegerunt Haqvinum.

(z) Steinkel. (a) Al. Scaniæ.

Vet. Schol. (68.) Rex autem Nordmannorum, duxit filiam Regis Danorum, & facta est pax ad invicem.

mis Archiepiscopi temporibus, cum ego *Bremam* veni, audita ejusdem Regis sapientia, mox ad eum venire disposui, à qvo etiam clementissime susceptus, ut omnes, magnam hujus libelli materiam ex ejus ore collegi. Erat enim scientia literarum eruditus, & liberalissimus in extraneos, & ipse prædicatores suos Clericos in omnem *Svediam* direxit, & *Nordmanniam*, atqve in Insulas, qvæ sunt in illis partibus. Cujus veraci & dulcissima narratione didici, suo tempore multos ex Barbaris nationibus ad Christianam fidem conversos, aliqvos etiam tam in *Svedia* qvam in *Norwegia* martyrio coronatos: ex qvibus, ait, (b) *Hericus* qvidam peregrinus dum apud *Sveones* ulteriores prædicaret, martyrii palmam capitis abscisione meruit. Alter qvidam (c) *Alfardus* nomine inter *Nordmannos* sancta conversatione diu vivens ac latenter, abscondi non potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occisus est ab amicis. Ad qvorum reqvietionis locum magna hodie sanitatum miracula populis declarantur. Igitur ea qvæ diximus, vel adhuc dicturi sumus de Barbaris, omnia illius viri relatu cognovimus.

Cap. XVII Interea noster Archiepiscopus zelo, ut ajunt, Agrippinensis Episcopi à curia per- Cap.
turbatus, *Bremæ* sedit privatus, solitarius & qvietus. Atqve utinam tanta mentis qviete frue- 172.
retur, qvanta corporis fatigatione carebat. Felix, inqvam, si domesticis Ecclesiæ bonis,
avitisqve parentum contentus divitiis, infelicem curiam aut nunqvam vidisset, aut raro visi-
69. tasset. Et de aliis qvidem viris magnis legitur, qvod gloriam mundi contemnentes, Aulam Regiam veluti secundariam Idololatriam refugerint, judicantes nimirum ad hoc philosophicum solitariæ vitæ otium à tempestate seculi & tumultu Palatii, qvasi ad portum & reqviem beatitudinis veniendum. Noster vero Pontifex contraria currebat via, sapientis viri officium æstimans, ut pro salute Ecclesiæ suæ, non solum curiæ labores sustineat, verum etiam si ita necessitas erit, pericula & mortem subire non dubitet. Unde ni fallor primo tempore suo curiam Regis freqventavit, pro exaltanda Ecclesia sua. Circa finem vero perditis aut potius dispersis, qvæ habuit, pro liberando laboravit Episcopio. In qva re sicut illud persvasit ambitus gloriæ; ita istud necessitas imperavit Ecclesiæ, qvæ invidia Ducum hujus patriæ semper impugnata, nunc demum etiam ad nihilum redacta est. Qvam calamitatem sui temporis ipse miserabiliter qvotidie deploravit; speciales ad hoc Psalmos habens constitutos,
Cap. XIIX qvibus in hostes Ecclesiæ posset ulcisci. Qvod autem erga suos Parochianos se tam crude- Cap.
lem exhibuit, qvos potius diligere ac sicut Pastor oves suas procurare deberet, ipse ma- 173.
gnam exposuit rationem, qvam de illius ore nos audivimus, aliaqve (d) didicimus ex aliis.

Germanus autem Archiepiscopi frater, scilicet Palatinus Comes, nomine *Decius*, à Cap.
qvodam suæ diœcesis presbytero interfectus est, eodem anno, qvo & Cæsar defunctus 174.
est, vir bonus & justus, qvi nemini unqvam vel ipse nocuit, vel fratrem nocere permisit. Apparuit enim in fine memorabilis viri, qvi circumstantes obtestatus est pro salute occisoris, qvod & fratri mandavit. Qvi defuncti complens vota, presbyterum qvidem abire per-
misit illæsum, ex eo autem tempore odio habuit omnem familiam Ecclesiæ. Dicunt & a- Cap.
lium fomitem odii, qvod dum aliqvando Pontifex, nescio qvem, de familia superbius agen- 175.
tem, comprehendi jussisset, reliqvi proinde ad insaniam commoti, cubiculum Pontificis armati petunt, etiam vim facturi, nisi redderetur comprehensus, & alia, qvæ furor per-
Cap. XIX svasit iratis. Tertia causa erat, qvod ut Episcopus bonis suis parceret, annum integrum Cap.
aut sæpe biennium à domo peregrinatus est. Post multum vero temporis in Episcopatum 176.
regressus, cœpit rationem ponere cum servis & ancillis suis, invenitqve omnia bona & reditus non minus dissipata, qvam si domi fuisset. Est enim hoc genus hominum, ut bene
describit *Salustius*, mobile & infidum, neqve beneficio neqve metu coercetur. Præterea Cap.
ingurgitationem potus, qvod peculiare vitium est illis gentibus, ita in eis Pontifex a- 177.
bominatus est, ut sæpe de illis dicere fuerit solitus, *quorum venter Deus est*. Nam contentiones & pugnas, oblocutiones & blasphemias, & qvæcunqve scelera majora commiserint
Cap. XX. in ebrietate, in crastinum illi pro ludo habent. Qverebatur etiam usqve ad sua tem- Cap.
pora multos Paganorum erroribus implicitos, ita ut diem sextæ feriæ carnis esu macu- 178.
larent; ut vigilias, solennitatesqve sanctorum, ac venerabilem qvadragesimam, gula, fornicationibusqve polluerent, ut perjuria pro nihilo computent, ut effusionem sangvinis in laude habeant; similiter adulteria, incestuositates, aliæqve naturam excedentes immunditiæ, vix

(b) al. Henricus. (c) Alsuardus.
Vet. Schol. (69.) Multotiens etiam cum fletu asseruit, omnes prædecessores suos in persecutione Ducum, & malitia parochianorum velut in igne recoctos & assatos. *unde non diffido*, inqvit, *me quoque pro veritate ab eisdem esse martyrio coronandum.*
(d) al. dicemus.

Cap. 179. vix culpantur ab aliqvo eorum. Pleriqve enim duas, vel tres, aut innumerabiles tenent simul uxores. Item morticina & sangvinem, & suffocata, carnesqve jumentorum licite utuntur. Postremum est qvod Archiepiscopus apprime doluit super invidia, qvam in advenas habent, & qvod adhuc Duci fideliores erant, qvam sibi aut Ecclesiæ suæ. Hæc & alia populi delicta dum sæpe Metropolitanus in Ecclesia declamatorio sermone fieri prohiberet, illi correptionem paternam derisioni habentes, nec sacerdotibus nec Ecclesiis Dei ullam reverentiam exhibentes, flecti moveriqve neqviverunt. Qvibus rerum causis impellentibus, statuit eis Archiepiscopus, ut populo duræ cervicis, neqve parcendum esset, neqve credendum, ita dicens: *In chamo & freno maxillas eorum constringe*: Rursumqve: *Visitabo in virga iniquitates eorum*: & alia. Itaqve inventa occasione, si qvis eorum offendisset, eum in vincula conjici mox præcepit, aut spoliari omnibus bonis, asserens cum risu, afflictionem corporis animæ utilem; damna bonorum, hoc esse purgationem delictorum. Unde factum est, ut Præpositi operum, qvibus vicem suam commisit, in rapiendo & affligendo modum excesserint. Impletumqve est vaticinium, qvod ait: *Ego iratus sum parum, ipsi vero adjuverunt me in malum, dicit Dominus.* Tunc igitur Bremæ commoratus Pontifex, cum nihil residui haberet, de rapinis pauperum vixit & bonis sanctarum congregationum. Præposituram majorem Episcopii servus ejus qvidam (e) *Stidger* administravit. Is cum dispersis fratrum bonis, propter diaconi homicidium esset depositus, iterumqve restitutus, nec haberet qvod fratribus aut Domino servientibus daret, conscientiæ metu perculsus aufugit (f) iram. Sicqve Præpositura in ditionem Episcopi redacta per vicarios sua qværentes, miserabiliter ipso tempore laniata est. Similiter per singulas fiebat congregationes. Pontifice ergo in Præpositos irato, illis autem in vulgus zelantibus, dissipata sunt omnia bona Ecclesiæ. Hujus cladis solum expers erat Xenodochium, qvod à *S. Ansgario* primitus inceptum, postea succedentium Patrum diligentia usqve ad novissima (g) *Adalberti* tempora salvum permansit & integrum. Et tunc qvidem Vice-Dominus noster, qvasi fidelis dispensator & prudens, ad custodiendas pauperum eleemosynas deputabatur. Non enim audeo dicere, qvantum peccatum sit defraudare pauperum res, qvod alii Canones sacrilegium, alii homicidium vocant: hoc solum fas sit pace omnium dici fratrum, qvia toto septennio, qvo supervixit Archiepiscopus, ex illo famoso & opulento Bremensis Ecclesiæ hospitali, nulla prorsus data est eleemosyna. Qvod ex eo miserabile & inhumanum videtur, qvoniam & tempus incubuit famis, & multi pauperes ubiqve in plateis reperti sunt mortui. Ita intento ad curiam Pastore nostro, sanctissimi vicarii ejus, dominicum vastantes ovile, more luporum in Episcopio grassati sunt, ibi solummodo parcentes, ubi nihil invenerunt, qvod posset auferri.

Cap. 180. CAP. XXI

Cap. 181.

Cap. 182. CAP. XXII

Cap. 183. CAP. XXIII.

Cerneres eo tempore lamentabilem tragœdiam *Bremæ* in afflictione civium, militumqve ac magnatum, item, qvod gravius erat, clericorum & sanctimonialium. Et de nocentibus qvidem juste actum videtur, ut corriperentur; de aliis vero non sic. Primo igitur, si qvis divitum putabatur innocens, ei aliqva jubebantur, ut nocens fieret, vix possibilia, (qvæ dum ille præteriret, aut forte impossibilia) clamaret, statim bonis omnibus exspoliatus est; si murmurare præsumsit, in vincula conjectus. Erat autem videre alios flagris torqveri, multos in nervum mitti; qvosdam pelli à domo, plerosqve in exilium deportari, ac velut in civili (h) Romani *Syllæ* victoria contigit, qvem aliqvis potentum in privato odio infensum habuit, eum sæpe ignorante Episcopo damnavit, qvasi ex ejus præcepto. Tum vero, ne aliqvis ordo aut sexus immunis haberetur in tanto scelere, vidimus solas mulierculas auro vestibusqve nudatas, & infamis prædæ auctores cum Presbyteris vel Episcopis existere. Porro ex illis, qvibus ablata sunt bona sua, aut qvi diutius à qvæstore gravati sunt, compertum est nobis, aliqvos eorum nimio dolore permotos, in amentiam venisse: qvosdam vero nuper divites ostiatim mendicasse. Cumqve rapinarum qvæstio in omnes caderet Episcopo subjectos, non transivit etiam negotiatores, qvi ex omni parte terrarum *Bremam* solitis freqventabant mercibus, eos omnes execranda Vice-Dominorum exactio coegit sæpe abire nudos. Ita civitas civibus, & forum mercibus, usqve hodie defecisse videtur, præsertim cum, si qvid nostris intactum superfuit, hoc servi Ducis radicitus absumpserint. Et hæc omnia cum sæpe antea etiam præsente Archiepiscopo facta sint, intolerabilius autem illo absente ac post diem expulsionis suæ.

Cap. 184. CAP. XXIV.

Multo igitur labore, multisqve largitionibus in vanum consumptis Metropolitanus tandem post triennium expulsionis suæ, voti compos effectus, in pristinum gradum

(e) Al. Sindger. (f) al. propter iram. (g) Domini Adalberti. (h) deest. Al. Romani.

dum Curiæ restitutus est, moxqve succendentibus prosperis, summam rerum, qvod est Vicedominatus, jam septies Consul meruit. Nactus vero locum dignitatis, in qvo magnitudinem animi ostendere posset, jam tunc caute ambulandum erga Principes esse deliberavit, ut non eos sicut prius offenderet. Qvapropter Coloniensi (i) Pontifici primum reconciliari voluit, deinde cæteris, in qvos ipse, vel potius qvi in illum peccasse videbantur. Deinde remotis Ecclesiæ suæ impedimentis, pro cujus exaltatione tam in ambitu Curiæ, qvam in profusione pecuniæ videbatur improbior, non fuit ociosus. Qvo tempore *Plisnam*, *Dusburg*, (k) *Gronigin* & *Sinticum* acqvisivit. *Wildushusen* Præposituram *Bremæ* vicinam prope in manibus habuit, & *Rosaveldon* (l) *Hammaburg* proximam. Cæterum si diutius vitam haberet, cogitavit etiam *Ferdensem* Episcopatum nostræ subjugare Metropoli. Postremo in *Hammaburg* jam aperte laboravit Patriarchatum efficere, aliaqve magna & incredibilia, de qvi-

Cap. xxv bus supra nimis dictum est. Accessit hoc ad gloriam Præsulis, qvod in anno Consulatus sui famosum illud colloqvium Cæsaris cum Rege Danorum ad contumeliam habitum est in (m) *Luneburg*. Ubi sub obtentu fœderis contra *Saxones* arma (n) laudata sunt. Eodem anno restincta est illa conspiratio (o) prima in Regem facta. In qva Dux *Otto* & *Magnus*, devastata per annum *Saxonia*, tandem consilio (p) Archiepiscopi in potestatem se Regis dederunt. Rex Ducatum *Ottonis* *Welpo* dedit, & Archiepiscopus noster bona Ecclesiæ recepit, qvæ ante *Magnus* habuerat. Cap. 185.

Cap. xxvi. Itaqve in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negotiis tamen publicis deesse noluit. A Rheno ad *Danubium*, indeqve in *Saxoniam* cum Rege portatus in lectica. Ajunt qvidam regia sponsione laudatum esse, ut in proxima solennitate Paschali convenientibus apud *Trajectum* Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, qvæ de *Lauressa* vel *Corbeja*, & cæteris desideravit anima ejus. Alii autem asserunt Episcopum callidis à Rege dilationibus protractum esse, qvo scilicet *Lauressam* dimittens, ubicunqve mallet in regno bis tantum suæ reciperet Ecclesiæ donandum: verum ille pertinax institit, dum nil aliud velle respondit, tandem frustrato nisu decidens, una & vitam & *Lauressam* cum cæteris Ecclesiæ bonis perdidit. Cap. 186.

Cap. xxvii. Signa vel prognostica vicinæ mortis ejus plurima fuerunt, tam pavorabilia & insolita, ut nos ipsumqve Pontificem terrefacere viderentur; tam ingentia & manifesta, ut qvisqvis (q) meritorum suorum turbulentiam, valetudinis inconstantiam diligenter intueretur, procul dubio finem dixerit adventasse. Siqvidem mores viri, licet semper à communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum vero in humani intolerabilesqve, & alieni à semetipso videbantur, maxime post diem expulsionis suæ, vel devastationis Parochiæ qvæ subsecuta est. Post illum, inqvam, diem pudore, ira, doloreqꝫ majori qvam sapientem virum decuit, permotus, qvia recuperandi bona Ecclesiæ non invenit consilium, ex nimia sollicitudine multiformium angustiarum, non adeo dicere insanus, sed impos mentis effectus est. Porro qvæ per eum deinde gerebantur, alicujus errantis vel desipientis poterant videri, qvæ ut æstimo, non sani hominis, non sanus juret Orestes. Sicut est illud qvod præfati sumus, qvia noctem integram vigilando, diemqve transegit dormiendo. Item illud qvod à veritate qvidem auditum avertens, ad fabulas & somnia conversus est. Item illud, qvod eleemosynarum oblitus in pauperes, omnia qvæ habere potuit, dispersit in divites, præcipue in Adulatores. Item illud qvod dispersis bonis Ecclesiæ, cum nihil haberet residui, de rapinis miserorum vixit, & legitimis sanctarum congregationum. Item illud, qvod de Præpositura villicationem faciens, & Præposituram de hospitali, non impar illi fuit, qvi diruta ædificat, mutat qvadrata rotundis. Item illud, qvod facilius solito provocatus ad iracundiam, aliqvos manu percussit usqve ad effusionem sangvinis. Multos etiam ignominiosis exasperans verbis, non minus se qvam illos inhonoravit. Talis ille circa finem, à se totus alteratus, & pristina virtute pessundatus, qvid vellet aut nollet, nec sibi, nec ulli suorum poterat satis esse notum. Cæterum talis erat eloqventia ejus usqve in finem, ut si eum audires concionantem, tibi facile persvaderetur, omnia per illum plena ratione, magnaqve au- Cap. 187.

Cap. xxiix. ctoritate fieri. Hanc perniciosam clarissimi viri commutationem, sive digressionem, & apertius deteriorationem, dum per singulas orbis provincias fama volans dispergeret, insignis vir germanus ejus, scilicet Palatinus Comes *Fridericus*, ad corripiendum fratrem, sicut memini, *Lismonam* venit. Sed frustra commonens eum de his qvæ honori ejus attingerent vel Cap. 188.

(i) al. Episcopo. (k) al. Groningen. (l) al. Rosveldon. (m) al. Hammaburg. (n) al. parata. (o) deest al. prima. (p) al. Præsulis. (q) morum.

vel saluti, molestus abscessit, *Nothobaldum* suosqve pares accusans, qvi suis maleficiis illustrem virum circumvenerint, suisqve dementem reddiderint consiliis. Hæc ille. Nos autem vidimus ipsum Pontificem ad tantam illo tempore pervenisse infamiam, ut Magicis inservisse artibus diceretur: à qvo crimine, Jesum testor & angelos ejus, omnesqve sanctos, illum prorsus immunem & liberum esse, præsertim cum maleficos & Divinos, & ejusmodi homines sæpe judicaret esse morte multandos. Qvoniam vero scriptum est: *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris*, arbitror, cum aut malignitate eorum qvos sibi fideles credidit, aut infestatione inimicorum, qvi Ecclesiam ejus impugnabant, à statu solitæ rectitudinis primo lapsum, deinde corruisse totum. Tandem sæva morum perturbatione infractus, cum simul fortunæ exterioribus qvateretur adversis, qvasi navis obruta fluctibus, etiam corpore debilitari cœpit. Dumqve Medicorum auxilio studuit valetudinem recuperare; propter crebra medicaminum tentamenta, in graviorem mox incidit infirmitatem, ita ut semianimis jacens, in extremis jam fuerit desperatus. Qvo etiam tempore ad curiam tendens, gravi casu de eqvo lapsus est. Tunc ille compunctus, cum Ezechia flevit amare, correctionemqve suæ vitæ Deo promittens, solita Christi clementia statim convaluit, totumqve supervivens triennium, multa complevit, non tamen omnia, qvæ promisit. (Ex eo nimirum tempore balneis, qvæ fere qvotidie svevit habere, sale recoctis abstinuit, & reliqvis multis, qvæ gravia esse populo persensit.)

70. Cap. XXIX.

Cap. 189. In illis diebus supervenit, qvædam mulier habens Spiritum Pythonis; hæc voce publica dixit omnibus, celerem Archiepiscopi transitum affore, infra biennium, nisi forte converteretur. Hoc & Medici testati sunt. Erant autem cum Pontifice alii pseudoprophetæ, longe alia promittentes, qvibus melior fides habebatur. Illi siqvidem vaticinabantur, illum tam diu victurum, donec poneret omnes inimicos suos scabellum (r) pedum suorum. Cap. XXX

Vidimus eo tempore apud Bremam cruces sudasse lacrymis. Vidimus Ecclesiam porcos violasse, canesqve, adeo ut vix possent ab ipsa altaris crepidine repelli. Vidimus lupos in suburbanis loci nostri gregatim ululantes, horribili jurgio certasse cum bubonibus. Cumqve somnia Episcopus vehementer attenderet, hæc ab omnibus sinistra nunciabantur Episcopum respicere. Mortui nunqvam tam familiariter locuti sunt cum vivis. Omnia enim mortem protendebant Episcopi. Nam & Hammaburg eodem anno, qvo Metropolitanus decessit, incensa & bis vastata est. Pagani victores totam *Nordalbingiam* deinceps habuerunt in sua ditione, bellatoribusqve occisis, aut in captivitatem ductis, provincia in solitudinem redacta est, ut diceres, in fine boni Pastoris etiam pacem terris ablatam. Cap. XXXI.

Cap. 190. Qvatuordecim ergo dies ante obitum suum *Goslariæ* positus, ex consvetudine sua nec potionibus, nec (ſ) phlebotomis contineri voluit. Qvare gravissimo dysenteriæ morbo correptus, & usqve ad ossa attenuatus, heu prorsus suæ adhuc immemor salutis, negotia reip. usqve ad extremam transitus sui tractavit. Aderat ibi Magdeburgensis Archiepiscopus *Wezcel*, & alii fratres, petentes, ut intromitterentur; qvos tamen ipse, nescio qvibus offensus, excludi præcepit à januis, dicens, se pro immundicia infirmitatis indignum, ut ab ullo videretur. Soli tamen Regi concedebatur aditus ægrotum visitandi, qvem dilexit eo modo & usqve in finem. Illum ergo suæ fidei ammonens, & diuturni servitii, multis generibus commendavit ei Ecclesiam suam & bona Ecclesiæ. Cap. XXXII.

Cap. 191. Interea feralis aderat dies Ægyptiacis cognata tenebris, qva magnus Præsul Adalbertus amaræ mortis vicino pulsabatur nuncio. Sensit & ipse solutionem corporis sui tam virium defectu, qvam dictarum præsagio rerum, instare. Sed cum Medici trepidarent indicare veritatem, solusqve promitteret vitam Nothebaldus, inter spem vitæ metumqve mortis, vir sapiens incertus suiqve oblitus jacuit. Et heu ignorans qvia *dies Domini sicut fur*, ita *in nocte veniet*; & *cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus superveniet interitus*, & alia, qvibus in Evangelio præcipitur, ut vigilemus. *Nescitis*, inqvit, *diem neque horam*. Qva in re memor sententiæ cujusdam sancti, non sine lacrymis huic loco possum aptare. *Jam*, inqvit, *percutitur, jam sine pœnitentia cogitur exire peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei.* Talimodo gloriosus Metropolitanus ille, cum adhuc de vita præsenti speraret, die medio Cap. XXXIII. 71. Cap. XXXIV.

Vet. Schol. (70.) Iste Nothobaldus vir maleficus, adulator & mendax apertissimus erat.

(r) vide qvæ ab aliis hic adduntur, sub finem libri.

(ſ) al. phleptomiis.

Vet. Schol. (71.) Adamatus qvidam medicus genere Salernitanus, fertur ante triduum Archiepiscopo mandasse, obitus sui diem proximum adesse. Qvod ille dissimulans, Nothebaldum solum præ oculis habuit, qvia spospondit ei mutationis suæ horam cito adfuturam.

medio sextæ feriæ, suis ad epulas sedentibus, ipse in agonia solus jacens, exhalavit spiritum. Eheu qvam vellem meliora scribere de tanto viro, qvi & me dilexit, & tam clarus in vita sua fuit. Verum timeo, qvia scriptum est: *Væ illis qui malum dicunt bonum, & bonum malum*, & pereant qvi nigrum in candidum vertunt. Videtur mihi, periculosum esse, ut talis homo, qvi dum viveret, propter adulationes perditus est, ei nos scribentes aut loqventes post mortem adulari debeamus. Asserunt tamen aliqvi, cum ita solus jacuisset, paucos interfuisse arbitros, in qvorum præsentia de omnibus gestorum suorum offendiculis, amaram in novissimo gesserit pœnitentiam, flens & ejulans se dies suos perdidisse. Tuncqve demum cognovit, qvam parva, immo qvam misera est nostri pulveris gloria. *Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni.*

Cap. O fallax humanæ vitæ prosperitas! O fugienda honorum ambitio! Qvid tibi nunc ô Cap.
XXXV. venerabilis pater Adalberte prosunt illa qvæ semper dilexisti; mundi gloria, populorum 192.
frequentia; electio nobilitatis? Nempe solus jaces in alto Palatio derelictus ab omnibus tuis. Ubi autem sunt Medici Adulatores & Hypocritæ? qvi te laudabant in desideriis animæ tuæ, qvi te de hac juraverunt infirmitate convaliturum esse, qvi te usqve ad decrepitam ætatem victurum calcularunt. Omnes, ut video, socii mensæ fuerunt, & recesserunt in die tentationis. Soli remanserunt inopes & peregrini, vini, viduæ & orphani, atqve omnes oppressi, qvi se tua morte fatentur desolatos. Cum qvibus nos veraciter possumus affirmare, tibi neminem deinceps fore comparem in clementia & largitate peregrinorum, in defensione sanctarum Ecclesiarum, & reverentia omnium clericorum, sive qvi [(t) male] potentium rapinas, aut superborum ita perseqvatur præsumtiones. Postremo qvi in divinis humanisqve prudenter (u) disponendis paratior ad omne consilium inveniatur. Si qvid vero in moribus reprehensibile videbatur, hoc magis accidit ex eorum neqvitia, qvibus tu plus justo credidisti, sive qvos inimicos propter veritatem sustinuisti. Illi enim tuum laudabile ingenium in suis depravantes insidiis, ex bono malum effecerant: (ideoqve, oportet nos clementissimum orare Dominum, ut tibi indulgeat secundum multitudinem misericordiæ suæ, teqve in æterna beatitudine collocet, per merita omnium sanctorum suorum, qvorum te patrocinio devote semper commendasti.)

72. Obiit autem clarissimus noster Metropolitanus Adalbertus XVII. Kalend. Aprilis. Cap.
Indictione x. Hic est annus Domini nostri Jesu Christi millesimus LXXII. Alexandri Papæ 193.
Cap. XI. Heinrici Regis qvarti XVII. Præter libros SS. reliqvias, & vestimenta sacra, fere nihil in- Cap.
XXXVI. ventum est in thesauris ejusdem viri. Qvæ tamen omnia Rex accipiens, una cum præce- 194.
ptis Ecclesiæ, tulit etiam manum. S. Jacobi Apostoli (qvam dono Vitalis Venetiarum Episcopi ab Italia Archiepiscopus rediens qvondam secum deportaverat.] Igitur Archiepisco- Cap.
pi corpus magno totius regni stupore à Goslaria Bremam deportatum est, decimo demum 195.
die, qvod est in Annunciatione S. Mariæ, condigna populorum freqventatione, sepultumqve est in medio chori, novæ qvam ipse construxit, basilicæ. Cum tamen illum affirment sæpe ante rogasse, ut sepeliretur in metropoli Hammaburg, qvam sicut prædecessores sui, omni semper amore censuit esse colendam. Ibi namqve dum adhuc viveret, plerumqve totam æstatem transigens: præcipuas solennitates cum magna gloria celebravit. Ibi tempus & locum qvo à nostris Ducibus, seu à proximis Slavorum gentibus, sive à cæteris Arctoæ gentis legatis, adiri posset, ex more constituit. Tantum honorem destructæ urbi, tantumqve amorem habens exhaustæ Matri, ut in illa diceret impletum scripturæ vaticinium, qvæ dicit: *Lætare sterilis, quæ non paris, quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum.*

Cap. Ferunt enim eum ante obitus sui diem, vix tertium decubuisse, qvod à lecto surge- Cap.
XXXVII. re neqviverit. Nam tanta in viro animi fortitudo fuit, ut in gravissima corporis infirmi- 196.
tate, nunqvam ab aliqvo vellet sustentari, nunqvam emitteret vocem doloris. Cumqve jacens in extremis, horam vocationis suæ jam (x) sciret imminere, crebris iteravit suspiriis: *Heu me*, inqviens, *infelicem & miserum, qui tantas largitiones in vanum consumpsi: Potuissem vero fuisse beatus, si ea pauperibus dispersissem, quæ pro gloria sæculi (y) detraxisse me doleo. Nunc autem illum adhibeo testem, cujus oculus intuetur abyssi profunda, quod intentio cordis mei tota fuit pro exaltatione Ecclesiæ meæ, quæ licet mea culpa exigente, vel odio inimicorum prævalente, exterminata nimis videatur,*

sunt

(t) al deest hæc vox. (u) al. disponens.

Vet. Schol. (72.) Nam & ipso anno, qvo ex hac vita decessit, novissimo exitu, post qvem non est reversus, Bremæ cum fratribus capitulum habuit, in qvo Lindgerum Decanum, qvi pro homicidio arguebatur, deposuit, & pro ipsa occasione sermonem de castitate faciens, terribiliter ad ultimum minatus est.

(x) al. sentiret. (y) al. distraxisse.

ſunt tamen amplius quam duo millia manſi, quos ex hereditate mea vel meo labore gratulor Eccleſiæ ad-
jectos. Qvo ſapientis viri ſermone cognoſci poteſt, qvia ſi peccavit in aliqvibus ut homo,
Cap. ſæpe ut bonus homo pænituit de erratis. Cujus rei exemplum habeo unum, qvod in princi- Cap.
197. pio introitus ſui, cum eſſet vir ſuperbisſimus, arrogantia ſua multos ſibi mortales fecit XXXIIX.
contrarios. Unde etiam pro nobilitatis ſuæ gloria unum dixit verbum, qvod utinam non
dixiſſet, *omnes ſcilicet Epiſcopos, qui* (a) *ante eum præſederunt, obſcuros fuiſſe ac ignobiles, ſolum ſe ge-*
neris & divitiarum titulis excellere: Porro *dignum qui majorem ſortiretur cathedram, vel ipſam ſedem*
Apoſtolicam. Talia non ſemel jactantem, viſio magna perterruit, qvam pro ſui magnitudi-
ne, cum & veraciter nobis comperta eſſet, hic adjungere non ſuperſedi.

Vidit igitur nocte intempeſta, ſe in conventum Eccleſiæ raptum, ubi miſſarum ſo-
lennia deberent celebrari, aſtantibus qvatuordecim ſuis ex ordine prædeceſſoribus, ita ut
proximus qvi ante eum fuit *Alebrandus*, perageret ea qvæ ad miſſam fieri ſolent myſteria.
Cumqve lecto Evangelio ſacerdos Dei ad ſuſcipienda offerentium munera converſus per-
veniſſet ad Dominum *Adalbertum*, qvi ſtabat in ultimo chori loco, mox torvis in eum lumi-
nibus intuens, oblationem ejus reppulit, dicens: *Tu homo nobilis & clarus non potes habere*
partem cum humilibus, & abſceſſit in hæc verba. Sane ex illa hora pœnitens ſuper his qvæ
incaute protulit verbis, omnes Prædeceſſores ſuos ingenti veneratione habuit, ſeqve multis
gemitibus teſtabatur indignum ſanctorum conſortio virorum. Unde etiam mox ſtatuit,
per ſingulos anteceſſorum ſuorum anniverſarios dies, de (b) curte *Bromſtede* convivia
dari fratribus pleniſſima atqve pauperibus, qvod prius à penu Epiſcopi exhiberi ſolebat.
Cap. Nam & multa alia pœnitentiæ ſigna reliqvit & converſionis: ex qvibus hoc memorabile Cap.
198. eſt, qvod à vaſtatione Eccleſiæ vel die expulſionis ſuæ, cum ſuperviveret qvinqvennium, XXXIX.
nunqvam balneis uſus eſt, nunqvam hilaris viſus, raro proceſſit in publicum, vel ad con-
vivium, niſi ad curiam iſſet, aut diei feſti neceſſitas popoſciſſet. O qvotiens vidimus cum
planctu faciem turbatam, ſi qvando vaſtationis Eccleſiæ recordatus eſt, ſive cum ipſos va-
ſtatores conſpexiſſet?

Cap. In (c) die itaqve natalis Domini, cum *Magnus* Dux præſens adeſſet, magnaqve re-
199. cumbentium multitudo, hilares convivæ pro ſua conſvetudine finitis epulis plauſum cum
voce levaverunt, Qvod tamen non parum diſplicuit Archiepiſcopo: itaqve innuens
fratribus noſtris, qvi ſimul aderant, præcepit Cantori, ut imponeret Antiphonam, *Hy-*
mnum cantate nobis: At vero laicis denuo perſtrepentibus, inchoari fecit: *Suſtinuimus pacem*
& non venit Domine. Tertio vero cum adhuc in (d) poculis ulularent, iratus valde, levari
menſam præcepit, magna voce pronuncians: *Converte Domine captivitatem noſtram*; reſpon-
dente choro; *ſicut torrens in auſtro.* Ita ille nobis pone ſeqventibus, in oratorium reclu-
ſus, flevit amare. *Non ceſſabo*, ait, *à fletu, donec juſtus judex fortis & patiens liberet Eccleſiam meam;*
vel potius ſuam; quam Paſtore contempto videt miſerabiliter à lupis diſcerpi. Impletum eſt enim deſi-
derium eorum, qui dixerunt: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, & quieſcere faciamus omnes dies
feſtos Dei (*à* (e) *terra*,) *& diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael ultra. Exſurge: quare*
obdormis, Domine, & ne repellas in finem. Quia ſuperbia eorum qui te aderunt, aſcendit ſemper. Miſe-
rere noſtri, quoniam multum repleti ſumus deſpectione. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt,
& ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Hæc & alia nos in illo compunctionis tempore
lamenta ſæpe contemplati ſumus, adeo ut Monachus multotiens fieri deſideraverit: Aliqvan-
do etiam optabat, ut in miniſterio legationis ſuæ, aut in *Slavania*, vel in *Svedia*, ſive in ultima
Island (f) obire mereretur. Sæpe vero talis erat voluntas ejus, (g) ut pro veritate decollari
velle non dubitaverit in Chriſti Confeſſione. Cæterum novit ille cognitor omnium ſecre-
torum Deus, ſi melior fuerit in conſpectu ſuo, qvam coram hominibus apparuit. Homo
namqve videt in facie, Deus autem in corde.

Cap. Ignoſce qvæſo lector, ſi tam diverſi hominis diverſam Hiſtoriam diverſo themate Cap. XL.
200. compaginans, cum non potui breviter aut dilucide, ut ars præcipit, omnem tamen ope-
ram dedi, ut ſcriberem veraciter, ſecundum qvod ſcientia & opinio ſe habet in hac parte.
Qvamvis multa reticens, ad ea feſtinarim, qvæ generaliter poſteris digna ſunt ad ſciendum,
vel ſpecialiter ad retinendum Hammaburgenſi Eccleſiæ utilia. Poſtremo, ſi qva ſunt qvæ
auditori diſpliciant in male geſtis, & fortaſſe pejus deſcriptis, ſummopere te moneo, &
poſtulo, ut dum ſcriptorem vituperas, tu vitioſe dicta corrigas, dumqve, illum, de qvo ſcri-
bitur accuſas, in ſapientis viri caſu tu cautior fias, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.
Cap. In legatione autem Hammaburgenſis Eccleſiæ, qvæ ad gentes fieri ſolet, qvamvis ma- Cap. XLI
201.

(a) al. qvi eum præceſſerunt. (b) al. deeſt. (c) al. feſto. (d) al. populis. (e) al. deeſt. (f) al. abire. (g) Al. qvi
pro veritate vel decollari malle.

gnus Pontifex *Adalbertus* vigilanter omnes prædecessores suos laborasse cognoverit; ipse tamen magnificentius qvam cæteri, potentiam Archiepiscopalem longe lateqve in exteras protendebat nationes. Qvamobrem tractavit sedulo per se ipsum ingredi legationem illam, si qvam, necdum conversis addere perfectionem. Ad qvod laboriosum iter peragendum, solita gloriari cœpit jactantia, *Primum fuisse Ansgarium; deinde Rimbertum; postea* (h) *Unni, se vero quartum Evangelistam postulari.* Qvia cæteros prædecessores suos viderit per suffraganeos, non per se tanto oneri insudasse. Itaqve jam certus eundi, viam suam disposuit taliter finire, ut circuiens latitudinem septentrionis, hoc est, *Daniam, Svediam*, & *Nordmanniam* pertransiens, inde ad *Orchadas*, extremamqve orbis (i) partem *Island* posset attingere. Illi enim suo tempore & labore conversi sunt ad Christianam fidem. A cujus profectione itineris, qvod jam publice moliebatur, ex hortatu prudentissimi Regis Danorum commode reflexus est, qvi dixit ei barbaras gentes facilius posse converti per homines suæ lingvæ, morumqve similium qvam per ignotas, ritumqve nationis abhorrentes personas; nilqve opus illi esse, nisi ut sua largitate & affabilitate redderet illos benevolos & devotos, fidelesqve ad prædicandum gentibus verbum Dei, paratos invenire. In qva exhortatione. (k) Metropolitanus Orthodoxo consentiens Regi, ea largitate, qvam in omnes habuit, multo indulgentius uti cœpit in Episcopos gentium, & legatos orientalium ((l) nationum,) Regumqve. Qvos tanta hilaritate singulos recepit, tenuit, dimisitqve, ut eum, post habito Papa, qvasi multorum patrem populorum ultro universi expeterent, ingentia viro munera offerentes, ejusqve benedictionem reportantes pro munere.

CAP. XLII. Archiepiscopus itaqve in legatione sua talis erat, qvalem & tempora & mores hominum mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita (m) hospitalis, ut parvula *Brema* ex illius magnitudine instar *Romæ* divulgata, ab omnibus terrarum partibus (n) peteretur, maximæ à Septentrionalibus populis. Inter qvos extremi venerant *Islani, Gronlani, Gothorumque & Orchadum* legati, petentes, *ut illuc prædicatores dirigeret*: qvod & statim fecit. Nam & in *Daniam, Svediam & Nordwegiam*, & in Insulas maris ordinavit multos Episcopos; de qvibus & ipse gaudens dicere solebat, *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam.* Qvorum speciosa multitudine tandem exhilaratus Pontifex, primus omnium statuit in *Dania* Synodum celebrare, cum suffraganeis suis, qvoniam & temporis oportunitatem habuit, & Regnum illud sufficientibus abundaret Episcopis, & qvoniam multa corrigi necesse fuerat in novella plantatione, *sicut hoc quod Episcopi benedictionem vendunt, & quod populi decimas dare nolunt, & quod in gula & mulieribus enormiter omnes excedunt.* Ad qvæ omnia, Romani (o) Pontificis fultus auctoritate, Regisqve Danorum promptissimum sperans auxilium, magnificum prorsus ut semper solebat concilium fieri voluit omnium Aqvilonarium Episcoporum. Soli diutius expectabantur Transmarini. Ea res hactenus Synodum remorata est: ad cujus rei fidem præsto sunt Epistolæ, qvas Papa in *Daniam* legavit Episcopis ad Synodum rebellibus; & ipsius Archiepiscopi literæ aliis directæ. Ex qvibus duarum Exemplar hic ponere duxi necessarium. Cap. 202. Cap. 203.

CAP. XLIII. *Alexander Episcopus, servus servorum Dei, omnibus Episcopis in Regno Danorum constitutis, Apostolicæ sedi & Vicario nostro obedientibus, salutem & Apostolicam benedictionem. Hammaburgensis Archiepiscopus venerabilis* (p) *Vicarius, literis & legatis suis conquestus est, quod quidam* (q) Ekbertus *Farriensis Episcopus multis criminibus involutus, ad synodum suam per triennium vocatus, venire contemserit: quod quia consilio quorundam vestrorum dicitur esse factum, mandamus & Apostolica auctoritate præcipimus, ut ab hujusmodi consilio recedatis omnino, cumque ad audientiam prædicti fratris nostri ire ammoneatis, quatenus post factam examinationem canonice judicetur.* Et alia qvibus ibidem præcipitur, ut ei obediant & subjectionem exhibeant. Item alia. *Adalbertus sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, nec non universarum Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis quoque ((r) Ecclesiæ) provisor indignus; W. Roschildensi Episcopo salutem. Ad Synodum quam apud* (s) Slefwig *celebrandum esse constitui, vos venisse, aut nuncium vestrum misisse grato perciperem animo. Sed de hoc alias. Nunc autem fraternitatem vestram latere nolo, quid molestiæ mihi* Adalwardus *Episcopus intulit, quem vobis testibus, qui ordinationi ejus interfuistis*, Sictonensis *Ecclesiæ consecravi Pontificem, quem dum Barbara gens sibi præesse nollet* (t) Scariensem *Ecclesiam invadere cœpit. Peto igitur ut nuncium meum, qui illuc iturus est, ad* Dalbogiensem *velitis Episcopum dirigere. Hæc habui de Synodo quæ dicerem cum & alia multa sint, quæ fastidii causa omitto.* Cap. 204. Cap. 205.

Plures

(h) Al. Unnonem. (i) al. patriam. (k) Metropolitanus noster. (l) al. deest. (m) hospitalis erga omnes homines. (n) al. catervatim pet. (o) al. Papæ. (p) al. vicarius noster. (q) al. Edbertus. (r) deest al. hæc vox. (s) al. Slaswig. (t) al. Scarensem.

Cap. 206. Plures vero ſunt qvos Metropolitanus ad gentes ordinavit; qvorum ſedes & nomina ipſo narrante didicimus. In *Dania* itaqve novem conſtituit. (u) *Ratolfum* ad Sleswig, *Odđonem* ad Ripam, *Chriſtianum* ad Arhuſin, *Heribertum* ad (x) Wibergon, *Magnum* & (y) *Albricum* in Wendilam, * *Eilbertum* in Farriam & Finnem, *Willelmum* in Seland, *Eigmonem* in Scoņiam provinciam. In *Svediam* vero conſecravit ſex: *Adalwardum* & *Acilinum*, item *Adalwardum* & *Tadicum* nec non (z) *Simonem* atqve *Johannem* Monachum. In *Nordwegiam* duos tantum ipſe conſecravit, *Tholf & Sewardum.* Cæterum aliunde ordinatos cum ſibi ſatisfacerent, & ſecum miſericorditer tenuit, & abeuntes hilariter dimiſit. Sicut *Meinardum*, *Oſmundum*, *Bernardum & Aſgotum*, aliosqve multos. Præterea *Turolfum* qvendam poſuit ad Orchadas, (& alium qvendam *Adalbertum.*) *Ileph* ad Island inſulas. (Illuc etiam miſit *Johannem* in Scotia ordinatum.) Sunt enim omnes Epiſcopi qvos ordinavit xx. qvorum tres abortivi, & extra vineam ocioſi remanſerunt, ſua qværentes, non qvæ Jeſu Chriſti. Qvos univerſos glorioſus Archiepiſcopus decenti honore habens, ad prædicandum Barbaris verbum Dei, prece & præmio (a) commonebat. Ita ſæpiſſime vidimus cum (b) ſeptem aut qvinqve ſtipatum Epiſcopis, prout ipſum audivimus dicentem, abſqve multitudine eſſe non poſſe. Cum vero eos à ſe dimiſerat, ſolito (c) mœſtior eſſe propter ſolitudinem videbatur, nunqvam tamen carere maluit vel tribus, qvorum freqventisſimi erant (d) *Tancquardus* Brandenburgenſis, vir ſapiens, & comes Epiſcopi etiam ante Epiſcopatum. Alter erat *Johannes* qvidam Scotorum Epiſcopus, vir ſimplex & timens Deum, qvi poſtea in *Slavoniam* miſſus, Ibidem cum Principe *Gothesſcalco* interfectus eſt. Tertius (e) *Bono* nomen habuit, incertum unde natus, aut ubi ordinatus, qvi ſe tamen peregrinationis amore *Hieroſolymam* ter accesſiſſe jactabat, indeqve *Babyloniam* deportatum à Sarracenis, tandemqve ſolutum, multas per orbem tranſiſſe Provincias. Hos tres, cum non eſſent ejus ſuffraganei, eo qvod ſedes proprias non haberent, majori foviſſe clementia dicitur. Eodemqve benignitatis ſtudio utebatur erga Romanæ ſedis Legatos. Qvorum clientelam & contubernium in ſummo coluit amicitiarum loco; pariter gloriatus ſe duos tantum habere Dominos, hoc eſt, Papam & Regem, qvorum Dominio jure ſubjaceant omnes ſæculi & Eccleſiæ poteſtates; illos nimirum ſibi eſſe timori ac honori. Apparuit hoc in fide viri, qvam ita integram ſervavit utrisqve, ut auctoritati Apoſtolicæ nihil præponens, antiqvi honoris Privilegia ſedi Apoſtolicæ contenderet integra debere ſervari, ejusqve Legatos ſummo recipiendos amore cenſeret. Majeſtatem vero Imperatoriam qvanti faceret, Epiſcopatus ejus teſtis eſt, ideo vel maximè deſtructus, qvod à fidelitate Regis nec minis, nec blandimentis Principum reſcindi potuit. Formidoloſa enim eſt malis Regia poteſtas. Unde etiam freqventes in Regno conſpirationes fieri ſolebant. Qvibus ipſe tamen nec verbo unqvam communicare voluit. Pro cujus fidei merito à Rege qvidem *Major domus* in Palatio conſtitutus, dono ejus multa lucrabatur bona Bremenſi Eccleſiæ, de qvibus ſupra plenius dictum eſt. A Papa vero hoc dignitatis meruit privilegium, ut totum jus ſuum (f) in illum ſucceſſoresqve ejus ipſe transfunderet, adeo ut ipſe per totum Aqvilonem in qvibus oportunum videbatur locis, invitis etiam Regibus, Epiſcopatus conſtitueret, ordinaretqve Epiſcopos ex Capella ſua, qvos vellet electos. Qvorum ordinationes vel ſedes, qvoniam huc uſqve diſtulimus, non incongruum videtur, ſimul etiam DE SITU DANIÆ, VEL RELIQVARUM, QVÆ TRANS DANIAM SUNT, REGIONUM NATURA ſcribere.

CAP. XLIV. 73. — CAP. XLV. — CAP. XLVI. (Cap. 207.)

Cap. 208. PROVINCIA Danorum tota fere in Inſulas diſpertita eſt, ſicut etiam legitur in *geſtis* ſancti *Ansgarii.* Hanc autem *Daniam* à noſtris Nordalbingis flumen *Egdora* dirimit, qvi oritur in profundisſimo ſaltu Paganorum *Iſarnho*, & extenditur ſecus mare Barbarum uſqve ad *Sliam* lacum. Cæterum flumen *Egdora* deſcendit uſqve in Oceanum *Freſonicum*, qvem Romani ſcribunt *Britannicum.* Et prima qvidem pars Daniæ, qvæ *Iutland* dicitur, ab *Egdora* in Boream longitudine protenditur, habens iter tridui, ſi in *Finnem* Inſulam diverteris. 74.
Si autem à *Sliaswig* per directum viam metiris, qvinqve aut ſeptem habes iter dierum. Hæc eſt *Strata Ottonis* Cæſaris uſqve ad mare noviſſimum *Wendile*, qvod uſqve in hodiernum diem ex victoria Regis *Ottinſund* appellatur. Latitudo *Iutland* ſecus *Egdoram* diffuſior eſt,

I 2 inde

Vet. Schol. (73.) Adalwardus ſenior utiqve præfectus eſt Gothiæ, junior ad Sictonam & Ubſolam directus eſt, Simon ad Scritefinges, Johannes ad Inſulas, vigeſimus erat Eizo, qvem ipſe ordinavit in Slavaniam.

(u) al. Rotulfum. (x) al. Viburg. (y) al. Albrittum.
* Al. *Inſulam, Eilbertum in Fionem Inſulam & Falſtriam, Willelmum* &c.

(z) al. Simeonem. (a) al. commendabat. (b) al. qvatuor aut qvinqve. (c) al. moleſtior. (d) al. Tangurad de Brandenburg. (e) al. Bonno. (f) al. Dominus Apoſtolicus in illum.

Vet. Schol. (74.) Saltus Iſarnho à ſtagno incipit Danorum qvod Slia dicitur, & pertingit usqve ad civitatem Slavorum qvæ dicitur Liubicen & flumen Travennam.

inde vero paulatim contrahitur ad formam lingvæ, in eum angulum, qvi *Wendila* dicitur, ubi
Iutland finem habet. Ibi brevissimus in *Nordmanniam* transitus est. Ager ibi sterilis: præ-
ter loca flumini propinqva omnia fere deserta videntur; terra salsuginis & vastæ solitudi-
nis. Porro cum omnes tractus *Germaniæ* profundis horreant saltibus, sola est *Iutland* cæte-
ris horridior, qvæ in terra fugitur propter inopiam fructuum, in mari vero propter infesta-
tionem piratarum. Vix invenitur culta in aliqvibus locis, vix humanæ habitationi oportu-
na. Sicubi vero brachia maris occurrunt, ibi civitates habet maximas. Hanc qvondam Re-
gionem Cæsar *Otto* tributo subjiciens, in tres divisit Episcopatus, unum constituens apud
Sliaswig, qvæ & *Heithebu* dicitur, qvam brachium qvoddam freti Barbari alluit, qvod *Sliam* vo-
cant, unde & civitas nomen trahit. Ex qvo portu naves emitti solent in *Slavaniam* vel in
75. *Suediam*, vel ad *Semland*, & usqve in *Græciam*: Alterum in *Ripa*, qvæ civitas alio tangitur
alveo, qvi ab Oceano influit, & per qvem vela torqventur in *Fresiam*, vel in nostram *Saxo-
niam*, vel certe in *Angliam*. Tertium vero in *Arbusen*, & hunc fretum qvoddam à *Finne* dirimit
brevissimum qvod ab Orientali pelago ingrediens, longis anfractibus inter *Finne* & *Iutland*
protenditur in Boream, usqve ad eandem civitatem *Arbusen*, à qva navigatur in *Finnem* aut
Seland, sive in *Sconiam*, velusqve in *Norwegiam*. Postea vero deficiente hoc Episcopatu, Cap.
qvem tertium posuimus, *Iutland* duos solummodo Episcopatus retinuit, *Sliaswicensem* vi- 209.
videlicet ac *Ripensem*, donec nuper mortuo *Wal* Ripensi Episcopo diœcesis illa in qvatuor dis-
creta est Episcopatus, auctoritatem suam præbente Archiepiscopo. Qvi mox consecra-
vit in Ripa *Oddonem*, in Arhusen *Christianum*, in Wiberg *Heribertum*, in Wendilam *Ma-
gnum*, cui, cum post ordinationem rediret, in Albia naufrago, subrogavit *Albericum*. Hi qva-
tuor Episcopi tunc Ripensem dono *Svein* Regis sortiti sunt parochiam. Archiepiscopus
vero de suis Clericis ordinavit in *Sliaswig Ratolfum*, in Seland *Willelmum*, in Finne *Eilber-* Cap.
tum, qvem tradunt conversum à piratis, *Farriam* Insulam qvæ in ostio fluminis *Albiæ* longo 210.
recessu latet, in Oceano primum reperisse, constructoqve ibi Monasterio fecisse habi-
tabilem. Est enim feracissima, frugum ditissima, volucrum & pecudum nutrix, collem
habet unicum, arborem nullam, scopulis includitur asperrimis, nullo aditu nisi uno, ubi
& aqva dulcis, locus venerabilis omnibus nautis, præcipue vero piratis. Unde nomen
accepit, ut *Heiligeland* dicatur. Hanc in vita sancti *Willebrordi Fosetisland* appellari didici-
mus, qvæ sita est in confinio Danorum & Fresonum. Sunt & aliæ Insulæ contra *Fresiam* &
Daniam, sed nulla earum tam memorabilis. *Fimi* insula est non modica post eam, qvæ *Wen-* Cap.
dila dicitur, in ostio Barbari sinus occurrens. Hæc adhæret regioni qvæ *Iutland* dicitur, 211.
in qvam brevissimus à Iutland est transitus ex omni parte. Civitas ibi magna *Odanse*, In-
sulæ in gyro parvulæ, omnes frugibus plenæ. Et notandum est, si per *Iutland* in *Finnem*
tetenderis, directo in septentrionem viam habes. At vero per *Finnem* transeunti ad *Se-
land*, oriens in faciem occurrit. Duo trajectus sunt in Seland, unus à *Finne*, alter ab *Ar-
busen*, pari uterqve distat spatio. Mare natura tempestuosum, dupliciqve plenum periculo,
ut etiam si ventum habeas prosperum, vix effugias manus piratarum.

Seland insula est in interiori sinu maris Baltici sita, qvantitate maxima. Hæc tam Cap.
fortitudine virorum qvam opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui, cum 212.
latitudo fere sit æqvalis. Civitas ejus maxima *Roschild*, sedes Regia Danorum. Hæc in-
sula æqvali spacio distans à *Finne* vel *Sconia*, per noctem transitur, habetqve ab Occidente
Iutland, civitatem *Arbusen*, *Alaburg* & *Wendilam*, à borea vero, ubi & deserta est, fretum *Nord-
manniæ*, à meridie autem *Finnem* prædictam, & sinum *Slavanicum*, ab ortu qvidem respicit
promontorium *Sconiæ*, ubi est civitas *Lundona*. Aurum ibi plurimum, qvod raptu congeri-
tur piratico. Ipsi enim piratæ, qvos illi *Withingos* appellant, nostri *Ascomannos*, Regi Danico Cap.
tributum solvunt, ut liceat eis prædam exercere à Barbaris, qvi circa hoc mare plurimi a- 213.
bundant. Unde etiam contigit, ut licentia, qvam in hostes acceperunt, sæpe abutantur in
suos,

Vet. Schol. (75) De Ripa in Flandriam ad Cuic-fal velificari potest duobus diebus & totidem noctibus: de Cuic-fal ad Prol in Angliam duobus diebus & una nocte. Illud est ultimum caput Angliæ versus austrum & est, processus illuc de Ripa angulosus inter austrum & occidentem. De Prol in Britanniam ad Sanctum Matthiam uno die, inde ad Far juxta Sanctum Jacobum tribus noctibus. Inde Leskebone duobus diebus inter austrum & occidentem. De Leskebone ad Narvese tribus diebus & tribus noctibus, angulariter inter orientem & austrum. De Narvese ad Arrugnen qvatuor diebus & qvatuor noctibus angulariter inter aqvilonem & Orientem. De Arragun ad Barzalun uno die similiter inter aqvilonem & Orientem. De Barsalum ad Marsiliam uno die & una nocte, fere versus orientem declinando tamen parum ad plagam australem. De Marsilia ad Mezein in Sicilia qvatuor diebus & qvatuor noctibus angulariter inter Orientem & austrum. De Mezein ad Accharon xiiii. diebus & totidem noctibus inter Orientem & austrum, magis appropiando ad austrum.

suos, adeo fide nulla utriqve adinvicem sunt, & sine misericordia qvisqve alterum, mox ut ceperit in jus famulitii vel socio vendit, vel barbaro. Et multa qvidem alia, tam in legibus qvam moribus æqvo bonoqve contraria, *Dani* habent: ex qvibus nihil utile mihi visum est, ut dicerem, nisi qvod mulieres si constupratæ fuerint, statim venduntur. Viri autem si vel Regiæ Majestatis rei, in aliqvo fuerint scelere deprehensi, decollari malunt, qvam verberari. Alia non est ibi species pœnæ præter securem & servitutem, & cum damnatus fuerit lætum esse gloria est. Nam lacrymas & planctum, cæteraqve compunctionis genera, qvæ nos salubria censemus, ita abominantur *Dani*, ut nec pro peccatis suis, nec pro charis defunctis ulli flere liceat.

Cap. 214. A *Seland* in Sconiam trajectus multi, brevissimus in Halsingeburg, qvi & videri potest. *Sconia* itaqve est pulcherrima visu Daniæ provincia, unde & dicitur; armata viris, opulenta frugibus, divesqve mercibus, & nunc plena Ecclesiis. *Sconia* bis tantum habet in spacio, ut *Selandia*, hoc est trecentas Ecclesias, cum *Seland* dicatur habere dimidium, *Finnis* tertiam partem. *Sconia* insula est ultima fere pars Daniæ, undiqve cincta mari, præter unum terræ brachium, qvod ab Oriente continens *Svediam* disterminat à *Dania*, ubi sunt profundi saltus, montesqve asperrimi, per qvos à Sconia *Gothiam* necessario iter agitur, ut dubites utrum sit levius marino discrimine terrestre periculum vitare, an istud illi præponere.

Cap. 215. In eadem regione *Sconiæ* nemo adhuc Episcopus fuit inordinatus, nisi qvod ab aliis partibus qvidam venientes interdum illam procurabant diœcesim. Deinde *Gerbrand* Selandensis Episcopus, & post eum *Avoco*, simul utramqve gubernabant Ecclesiam. Nuper vero mortuo *Avocone*, Rex *Svein* parochiam Sconiensem in duos Episcopatus segregavit, unum, id est, *Lundensem*, *Henrico* tribuens; alterum, id est, *Dalboiensem Eginoni*. Verum istum ordinavit Archiepiscopus. *Heinricus* autem apud Orchadas fuit ante Episcopus, isqve in Anglia Sacellarius Regis *Knut* fuisse narratur. Cujus thesauros in Daniam perferens, luxuriose vitam exegit. De qvo narratur etiam qvod pestifera consvetudine delectatus inebriandi ventris, tandem suffocatus crepuit. Hoc & de *Avocone* factum esse comperimus, similiterqve de aliis. *Egino* vero cum esset vir sapiens & literatus, ac castitate insignis, nunc etiam totum studium ejus exarsit in conversione Paganorum. Qvapropter multos adhuc populos Idolorum cultui deditos, vir ille Christo lucratus est, illos præsertim barbaros, qvi *Pleichani* dicuntur, & qvi in *Hulmo* insula degunt. Qvi omnes ad ejus prædicationem conversi in lacrymas, pœnitentiam sui erroris ita monstraverunt, ut confractis statim Idolis, ultro certarent ad Baptismum properare. Mox etiam Thesauros & omnia qvæ habebant sternentes ad pedes Episcopi, flagitabant, ut hæc dignaretur accipere, qvod trenuens Episcopus, docuit eos ex eadem pecunia fabricare Ecclesias, egenos alere, & redimere captivos, qvi multi sunt

Cap. 216. in illis partibus. Fertur idem vir magnanimus, eo tempore, qvo in *Svediam* persecutio magna Christianitatis incanduit, Scaranensem Ecclesiam, cæterosqve fideles, eo qvod pastore carebant, freqventer visitasse, consolationem ministrans his, qvi in Christum crediderant, incredulis verbum Dei constanter annuncians. Ibi etiam opinatissimum *Fricconis* simulachrum in frusta concidit. Pro qvibus virtutum insignibus, à Rege Danorum magno deinceps vir Dei honore habitus, defuncto mox pingui *Heinrico*, utramqve *Sconiæ* parochiam, scilicet *Lundensem* & *Dalboensem* gubernandam recepit. Qvi mox *Lundæ* sedem Episcopalem constituens, apud *Dalboiam* Præposituram fratrum regulariter viventium esse præcepit. Itaqve duodecim annis in sacerdotio nobiliter exactis clarissimus vir *Egino* à Romana regressus urbe, mox ut domum pervenit, feliciter migravit ad Christum, eodem

Cap. 217. anno qvo noster Metropolitanus & Finnensis Episcopus decesserunt. Nunc autem qvoniam locorum se præbuit occasio, ad rem pertinere videtur, aliqvid de natura *Baltici* maris dicere. Cujus freti mentionem cum supra in gestis *Adaldagi* Pontificis ex scriptis *Einhardi* fecerim, explanationis more utens, ea qvæ ille per compendium dixit, pleniori calamo nostris scienda proponam. *Sinus quidam, inqvit, ab occidentali Oceano versus Orientem porrigitur.* Sinus ille ab incolis appellatur *Balticus*, idemqve *mare Barbarum* seu *pelagus Scythicum* vocatur à gentibus qvas alluit barbaris. Occidentalis autem Oceanus ille videtur, qvem Romani *Britannicum* scribunt, cujus latitudo immensa, terribilis & periculosa, ab occasu complectitur Britanniam, qvæ nunc *Anglia* dicitur: à meridie Fresos tangit, cum ea parte Saxoniæ, qvæ nostræ diœcesi pertinet Hammaburgensi, à solis ortu habet Danos, ostiumqve Baltici maris, & Nordmannos; qvi ultra Daniam consistunt: ab Aqvilone vero idem Oceanus insulas præterlabitur Orchadas, deinde infinitis orbem terræ spa-

 ciis

ciis ambit, sinistrorsum habens Hiberniam Scotorum patriam, qvæ nunc *Irland* dicitur, dextrorsum vero scopulos Nordmanniæ, ulterius autem Insulas *Island* & *Gronland*, ibi terminatur *Oceanus*, qvi dicitur *caligans*. Qvod autem dicit eundem sinum longitudinis incompertæ, hoc nuper apparuit in solertia fortissimorum virorum *Ganund Wolff* satrapæ Danorum, sive *Haroldi* Regis Nordmannorum, qvi magno viæ labore, multoqve sociorum periculo, qvantitatem hujus maris perscrutantes, ancipiti demum jactura ventorum ac piratarum fracti, victiqve redierunt. Affirmant autem Dani, longitudinem hujus ponti sæpe à pluribus expertam, secundo flatu per mensem aliqvos à Dania pervenisse in *Ostrogard* Ruzziæ. Cap. 218.

Latitudinem vero illam ponit, qvæ nusqvam centum millia passuum, excedat, cum in multis ait, locis contractior inveniatur, qvod in ostio ejusdem sinus videri potest, cujus ab Oceano introitus inter *Alaburg* vel *Wendilam* promontorium *Daniæ* scopulosqve *Nordmanniæ* tam strictus invenitur, ut facili saltu per noctem carbasa trajiciantur. Item limitem egressus Danorum idem pontus late brachia tendit, qvæ denuo contrahit è regione Gothorum, qvi à latere *Wilzos* habent. Deinde qvanto interius vadit tanto latius hinc inde diffunditur. Cap. 219.

Hunc, inqvit, sinum multæ circumsident nationes. *Dani* siqvidem ac *Sveones* qvos *Nordmannos* vocamus, septentrionale littus tenent, & omnes in eo insulas. Ad littus autem australe Slavi *Haisti*, aliæqve diversæ incolunt nationes, inter qvos præcipui sunt *Welatabi*, qvi & *Wilzi* dicuntur. Dani vero & Sveones, cæteriqve trans Daniam populi, ab Historicis Francorum omnes *Nordmanni* vocantur, cum tamen Romani scriptores ejusmodi vocent *Hyperboreos*, qvos Marcianus Capella multis laudibus extulit. Itaqve primi ad ostium prædicti sinus, in australi ripa versus nos Dani, qvos *Iuthas* appellant, usqve ad *Sliam* lacum habitant. Unde incipiunt fines Hammaburgensis parochiæ, qvi per maritimos Slavorum populos longo tractu porriguntur usqve ad *Panim* fluvium, ibi limes est nostræ diœcesis. Inde *Wilzi* & *Leuticii* sedes habent, usqve ad *Odoram* fluvium: trans Odoram autem comperimus degere *Pomeranos*. Deinde latissima Polanorum terra diffunditur, cujus terminum dicunt in *Ruzzia* regnum connecti. Hæc est ultima & maxima *Winulorum* provincia, qvæ & finem illius facit sinus. At vero à parte Aqvilonali revertentibus ad ostium Baltici freti, primi occurrunt *Nordmanni*; deinde *Sconia* prominet, regio Danorum, & supra eam tenso limite *Gothi* habitant, usqve ad *Bircam*, postea longis terrarum spaciis regnant *Sveones*, usqve ad terram fœminarum. Supra illas *Wilzi*, *Mirri*, *Lami*, *Scuti*, & *Turci* habitare feruntur usqve ad Ruzziam. In qva denuo finem habet ille Sinus. Itaqve latera illius ponti ab austro Slavi, ab Aqvilone *Svedi* possederunt. Asserunt etiam periti locorum à Sveonia terrestri via qvosdam usqve in Græciam permeasse. Sed barbaræ gentes, qvæ in medio sunt, hoc iter impediunt, propterea navibus tentatur periculum. Cap. 220. Cap. 221. Cap. 222.

Multæ sunt Insulæ in hoc sinu, qvas Dani & Sveones omnes habent in sua ditione, aliqvas etiam Slavi tenent. Earum prima est in capite illius freti *Wendila*, secunda *Morse*, tertia *Thuit*, modico ab invicem intervallo divisæ, qvarta est *Sampse*, qvæ opposita est civitati Arhusen, qvinta *Finnis*, sexta *Seland*, septima qvæ illi adhæret, & qvarum supra memoriam fecimus: Octavam dicunt illam, qvæ Sconiæ ac Gothiæ proxima *Holmus* appellatur, celeberrimus Daniæ portus, & fida statio navium, qvæ à Barbaris in Græciam dirigi solent. Cæterum *Finni* insulæ aliæ septem adjacent minores ab Euro, qvas supra diximus, frugibus opulentas, hoc est *Moiland*, *Imbra*, *Falstre*, *Laland*. Item aliæ omnes sibi vicinæ, cum Laland interius vadat ad confinia Slavorum. Hæ qvindecim Insulæ Danorum regnum aspiciunt, omnesqve jam Christianitatis titulo decoratæ sunt. Sed & aliæ interius sunt, qvæ subjacent Sveonum Imperio: Qvarum maxima est illa, qvæ *Curland* dicitur, iter octo dierum habens, gens crudelissima, propter nimium idololatriæ cultum fugitur ab omnibus: aurum ibi plurimum, eqvi optimi, divinis, auguribus, atqve nicromanticis omnes domus sunt plenæ, qvi etiam vestitu Monachio induti sunt. A toto orbe ibi responsa petuntur, maximè ab Hispanis & Græcis. Hanc insulam in vita Sancti Ansgarii *Chori* nominatam credimus, qvam tunc Sveones tributo subjecerunt. Una ibi nunc facta est Ecclesia, cujusdam studio negotiatoris, qvem Rex Danorum multis ad hoc illexit muneribus. Ipse enim Rex gaudens in Domino recitavit mihi hanc cantilenam. Cap. 223.

Præterea recitatum est nobis, alias plures Insulas in eodem ponto esse, qvarum una grandis *Estland* dicitur, non minor illa de qva prius dixi. Nam & ipsi Deum Christianorum prorsus ignorant, Dracones adorant cum volucribus, qvibus etiam vivos litant homines, Cap. 224.

mines, qvos à mercatoribus emunt, diligenter omnino probatos, ne maculam in cor-
pore habeant, pro qva refutari dicuntur à Draconibus. Et hac qvidem Insula *terræ*
fœminarum proxima narratur, cum illa superior non longe sit à *Birka* Sveonum.

Cap. Illarum autem Insularum qvæ Slavis adjacent, insigniores accepimus tres. Qvarum
225. prima *Fembre* vocatur. Hæc opposita est Wagris. Altera est contra Wilros posita, qvam
Cap. *Rani* vel *Runi* possident, fortissima Slavorum gens, extra qvorum sententiam de publicis 76.
226. rebus nihil agi lex est, ita illi metuuntur propter familiaritatem Deorum, vel potius Dæ-
monum qvos majori cultu cæteris venerantur. Ambæ igitur hæ insulæ piratis & cruentissi- 77.
Cap. mis latronibus plenæ sunt, qvi & nemini parcunt ex transeuntibus. Tertia est illa, qvæ *Sem-*
227. *land* appellari solet, contigua Ruzzis & Polonis: hanc inhabitant Sembi vel Prutzci, homi-
nes humanissimi, qvi obviam tendunt ad auxiliandum his, qvi in mari periclitantur, vel
qvi à piratis infestantur. Aurum, argentumqve pro minimo ducunt, pellibus abundant
peregrinis, qvorum odor nostro orbi lætiferum superbiæ venenum propinavit. Et illi qvi-
dem ut stercora hæc ad nostram forte habent damnationem, qvi per fas nefasqve ad vestem
anhelamus marturinam, qvasi ad summam beatitudinem. Itaqve pro laneis indumentis,
qvæ nos dicimus *Paldones*, illi offerunt tam preciosos martures. Multa ergo possent ex il-
lis populis dici laudabilia in moribus, si solam Christi fidem haberent, cujus prædicatores im-
maniter perseqvuntur. Apud illos enim illustris Bœmorum Episcopus *Adalbertus* marty-
rio est coronatus. Usqve hodie profecto inter illos, cum omnia communia sint nostris,
solus accessus prohibetur lucorum & fontium, qvos autumant Christianorum pollui accessu.
Carnes etiam jumentorum pro cibo sumunt, qvorum lacte vel cruore utuntur in potu, ita ut
inebriari dicantur. Homines cærulei, facie rubea & criniti, præterea inaccessi paludibus,
nullum inter se pati Dominum volunt.

Cap. Sunt & plures aliæ in hoc hoc Ponto Insulæ, ferocibus Barbaris omnes plenæ, ideo- 78.
228. qve fugiuntur à navigantibus. Item circa hæc litora Baltici maris ferunt esse *Amazonas*,
qvod nunc terra fœminarum dicitur: Qvas aqvæ gustu aliqvi dicunt concipere. Sunt
etiam qvi referant eas imprægnari à prætereuntibus negotiatoribus, vel ab eis, qvos inter
se habent captivos, sive ab aliis monstris, qvæ ibi non rara habentur. Et hoc etiam cre-
dibilius est. Cumqve pervenerint ad partum, si qvidem masculini generis fuerit, Cyno-
cephali; si qvid fœminini, speciosissimæ mulieris. Hæ simul viventes, spernunt consor-
tia virorum: qvos etiam, si advenerint, à se viriliter repellunt. *Cynocephali* sunt, qvi ca-
put in pectore habentes, in Ruzzia sæpe videntur captivi, & cum verbis latrant in voce.
Ibi sunt etiam qvi dicuntur *Alani* vel *Albini*, cum canicie nascuntur: de qvibus *Solinus* au- 79.
ctor meminit. Eorum patriam canes defendunt. Si qvando pugnandum est, canibus
aciem struunt. Ibi sunt homines pallidi, virides & macrobii, id est, longi, qvos *Husos*
appellant. Postremo illi, qvi dicuntur anthropophagi, & humanis vescuntur carnibus.
Ibi sunt alia monstra plura, qvæ recitantur à navigantibus, sæpe inspecta, qvamvis hoc no-
stris vix credibile videatur, Hæc habui qvæ de sinu illo Baltico vel Barbaro dicerem, cu-
jus nullam mentionem audivi qvempiam doctorum fecisse, nisi solum, de qvo supra di-
ximus, *Einhardum*. Et fortasse mutatis nominibus arbitror illud fretum ab antiqvis Ro-
manis vocari *Paludes Scythicas*, vel *Meoticas*, sive deserta Getarum, aut littus Scythicum,
qvod *Martianus*, ait, consertum esse multiplici diversitate barbarorum. *Illic*, inqvit, *Getæ*,
Daci, *Sarmatæ*, *Neutri*, *Alani*, *Geloni*, *Anthropophagi*, *Troglodita*. Qvorum errori condo- 80.
lens noster Metropolitanus, statuit *Birkam* illis gentibus Metropolim, qvæ in medio Sveo-
niæ posita contra civitatem Slavorum opposita respicit *Iuminem*, paribusqve spatiis omnes
illius ponti amplectitur oras. In qva civitate primum ex nostris ordinavit. *Hiltinum* 81.
Abbatem, qvem ipse *Johannem* appellavit. Itaqve de Insulis Danorum dictum est satis.
Nunc verò ad Sveonum sive Nordmannorum populos, qvi Danis proximi sunt, conver-
tamus articulum.

Tran-

Vet. Schol. (76.) Reune. Insula est Runorum, vicina Iuminę civitati, qvi soli Regem habent.

Vet. Schol. (77.) De qvarum laude gentium Horatius in Lyricis suis ita meminit: *Campestres itaqve Scythæ melius vivunt & rigidi Getæ, qvorum plaustra vagas trahunt domus, nec cultura placet longior annua. Dos est magna parentum virtus; & peccare nefas, aut pretium est mori.* Usqve hodie Turci, qvi prope Ruzzos sunt, ita vivunt & reliqvi Scythiæ populi.

Vet. Schol. (78.) Cum Rex Sveonum Emund filium suum Emundum in Scythiam ad dilatandum Regnum suum transmisisset, ille navigio in terram pervenit fœminarum. Qvæ mox venenum fontibus immiscentes, ipsum Regem & exercitum ejus tali modo peremerunt.

Vet. Schol. (79.) Qvi lingva eorum Wilzi dicuntur, crudelissimi Ambrones, qvos poëta Gelanos vocat.

Vet. Schol. (80.) A Sconia Danorum navigantibus ad Bircam qvinqve dierum, à Birca & Ruzzia similiter per mare habes iter qvinqve dierum.

Vet. Schol. (81.) Ubi est portus Sancti Ansgarii, & tumulus sancti Unni Archiepiscopi; familiare inqvam hospitium sanctorum nostræ sedis confessorum.

Tranſeuntibus inſulas Danorum, alter mundus aperitur in *Sveoniam* vel *Nordman-* Cap.
niam, qvæ ſunt duo latisſima Aqvilonis Regna, & noſtro orbi adhuc fere incognita. De 229.
82. qvibus narravit mihi ſanctisſimus Danorum Rex; qvod Nordmannia vix qveat tranſiri per
menſem, cum Sveonia duobus menſibus non facile percurratur. Qvod, ipſe inqvit, pro-
baveram qvia nuper ſub *Jacobo* Rege XII. annis in illis regionibus militavi, qvæ altisſimis
ambæ montibus includuntur, magis autem Nordmannia, qvæ ſuis alpibus circumdat Sveo-
83. niam. De Sveonia verò non tacent antiqvi auctores, *Solinus* ſcilicet & *Oroſius*, qvi pluri-
mam partem Germaniæ Svevos dicunt tenere, nec non montana ejus usqve ad Ripheos
montes extendi. Ibi etiam eſt *Albis* fluvius, de qvo *Lucanus* meminiſſe videtur, Qvi ori-
84. tur in prædictis alpibus, perqve medios Gothorum populos currit in Oceanum, inde &
Gotbelba dicitur. Sveonia ergo regio eſt fertilisſima, ager frugibus & melle opimus, ex-
tra qvod pecorum fœtu omnibus antefertur, oportunitas fluminum ſylvarumqve magna,
ubiqve perigrinis mercibus omnis regio plena. Nullis itaqve egere dicas Sveones opi-
85. bus, excepta qvam nos diligimus, ſive potius adoramus, ſuperbia. Omnia enim inſtru-
menta vanæ gloriæ, hoc eſt, aurum, argentum, ſonipedes regios, pelles Caſtrorum, &
Marturum, qvæ nos admiratione ſui dementes faciunt, illi pro nihilo ducunt. In ſola
mulierum copula modum neſciunt. Qvisqve ſecundum facultatem virium ſuarum duas
aut tres vel amplius ſimul habet; divites & Principes absqve numero. Nam & filios ex
tali conjunctione genitos habent legitimos. Capitali verò mulctatur pœna, ſi qvis alte-
rius uxorem cognoverit, aut vi oppreſſerit virginem, ſive qvi alterum bonis ſuis ſpoliave-
rit, aut injuriam fecerit. Qvamvis omnes Hyperborei hoſpitalitate ſint inſignes, præci-
pui ſunt noſtri Sveones; qvibus eſt omni probro gravius hoſpitium negare tranſeuntibus,
ita ut certamen habeant inter ſe, qvis dignus ſit hoſpitem recipere. Cui omnia exhibens
humanitatis jura, qvot illic commorari voluerit diebus, ad amicos ſuos illum certatim per
ſingulas dirigit manſiones. Hæc illi bona in moribus habent. Prædicatores autem veri-
tatis, ſi caſti, prudentes, & idonei ſint, ingenti fovent amore, adeo ut concilio populorum
communi, qvod ab ipſis *Warpb*, à nobis *Thinc* vocatur, Epiſcopos intereſſe non renuant.
Ubi de Chriſto ac Chriſtiana religione crebro audiunt non inviti. Et profecto facile ſer-
mone ad noſtram fidem illi perſvaderentur, niſi qvod mali doctores, dum ſua qværunt,
non qvæ Jeſu Chriſti, ſcandalizant eos, qvi ſalvari poſſent.

86. Populi Sveonum multi ſunt, viribus & armis egregii, præterea tam in eqvis qvam in Cap.
navibus juxta optimi bellatores. Unde etiam ſua potentia cæteras aqvilonis gentes con- 230.
fringere videntur. Reges habent ex genere antiqvos, qvorum tamen vis pendet in po-
puli ſententia, qvod in commune laudaverint omnes, illum confirmare oportet, niſi ejus
decretum potius videatur, qvod aliqvando ſeqvuntur inviti. Itaqve domi pares eſſe gau-
dent. In prælium euntes omnem præbent obedientiam Regi, vel ei qvi doctior cæteris
à Rege præfertur. Si qvando verò præliantes in anguſtia poſiti ſint, ex multitudine Deo-
rum qvos colunt, unum in auxilium invocant: ei poſt victoriam deinceps ſunt devoti, il-
lumqve cæteris anteponunt, Deum autem Chriſtianorum jam communi ſententia fortio-
rem clamant omnibus eſſe; alios Deos ſæpe fallere, illum porro ſemper aſtare certisſi-
mum adjutorem in oportunitatibus.

87. Ex ipſis populis Svediæ proximi ad nos habitant *Gothi*, qvi Occidentales dicuntur, Cap.
alii ſunt Orientales. Verum *Weſtergothia*, confinis eſt provinciæ Danorum, qvæ *Sco-* 231.
nia dicitur. A qva ferunt diebus ſeptem perveniri uſqve ad civitatem Gothorum ma-
gnam *Scarane*. Deinde *Oſtrogotia* protenditur juxta mare qvod Balthicum dicitur, uſqve
88. ad Birkam. Primus Gothorum Epiſcopus *Thurgot* fuit, ſecundus *Godeſcalcus*, vir ſa-
piens

Vet. Schol. (82.) Paulus in geſtis Longobardorum de fœcunditate gentium ſeptentrionalium, & de ſeptemviris qvi in Littore Oceani jacent in Scritefingorum provincia.

Vet. Schol. (83.) Dani, Sveones, & Nordmanni & reliqvi Scythiæ populi à Romanis Hyperborei vocantur, qvas Marcianus multis extollit laudibus.

Vet. Schol. (84.) Gothelba fluvius à Nordmannis Gothiam ſepatat, magnitudine non impar iſti Albiæ Saxonum, unde ille nomen ſortitur.

Vet. Schol. (85.) Qvo etiam morbo Slavi laborant & Parthi, & Mauri, ſicut Lucanus teſtis eſt, & de Mauris Salluſtius.

Vet. Schol. (86) Omnia qvæ inter Barbaros aguntur, ſortiendo in privatis fiunt rebus, in publicis autem cauſis etiam Dæmonum ſolent reſponſa peti, ſicut in geſtis Sancti Anſgarii poteſt cognoſci.

Vet. Schol. (87.) Gothi à Romanis Getæ vocantur, de qvibus Virgilius dicere videtur.

- - - acerqve Gelonus
Cum fugit in Rodopen, atqve in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſangvine potat eqvino.

Hoc uſqve hodie Gothi & Serabi facere dicuntur, qvos ex lacte jumentorum inebriari certum eſt.

Vet. Schol. (88) Qvamvis ante hoc Danorum vel Anglorum Epiſcopi in Svediam prædicarint. Thurgut vero ſpecialiter in Gothiam ordinatus eſt, ad ſedem Scaranenſem.

piens & bonus, nisi qvod domi sedens, otium labori prætulit, tertium autem ordinavit
noster Metropolitanus *Adalwardum* seniorem, vere laudabilem virum. Qvi deinde ad
Barbaros perveniens, sicut docuit, ita vixit. Nam sanctè vivendo ac bene docendo, ma-
gnam gentilium multitudinem ad Christianam convertit fidem. Qvi etiam virtutum cla- 89.
ruit miraculis, ita ut poscentibus in necessitate Barbaris, imbrem de cœlo faceret descen-
dere, & denuo serenitatem venire, & alia qvæ hactenus qværuntur à doctoribus. Is au-
dem vir memorabilis in Gothia permanens, nomen Domini Jesu constanter omnibus præ-
dicavit. Ibidemqve post multos agones, qvos pro Christo libenter sustinuit, victricem
terræ carnem tradidit, Spiritus cœlum petiit laureatus. Post qvem Archiepiscopus ordi-
navit in illas partes, qvendam *Acilinum*, nihil Episcopali nomine dignum ferentem præ-
ter ingentem corporis staturam. Et ille qvidem carnis reqviem diligens, frustra legatio-
nem Gothis mittentibus, usqve ad obitum suum in delitiis Coloniæ permansit. Inter
Nordmanniam & Sveoniam *Warmelani* & *Finwedi* degunt, & alii: qvi nunc, omnes sunt
Christiani, respiciuntqve ad Scaranensem Ecclesiam. In confinio Sveonum vel Nord-
mannorum, contra boream, habitant *Scritefingi*, qvos ajunt, cursu feras præire. Civitas 90.
eorum maxima *Halsingaland* & Halsingaland Regio est. Ad qvam primus est ab Archi-
episcopo designatus *Stenphi* Episcopus, qvem ipse mutato nomine *Simonem* vocavit. Qvi
etiam multos earundem gentium sua prædicatione lucratus est. Præterea sunt alii nume-
ro carentes Sveonum populi, de qvibus ad Christianitatem conversos accepimus solos *Go-
thos*, *Wermelanos* & partem *Scritefingorum*, vel qvi illis vicini sunt.

Cap. Igitur ut brevem Sveoniæ vel Svediæ faciamus descriptionem: Hæc ab occidente
232. *Gothos* habet, & civitatem Scaranen, à borea *Wermilanos*, cum Scritefingis, qvorum caput *Hal-
singaland*, ab austro longitudinem habet illius Baltici maris, de qvo ante diximus: ibi est civi-
tas magna *Sictona*. Ab oriente autem Ripheos montes attingit, ubi deserta ingentia, ubi
nives altissimæ, ubi monstruosi hominum greges, ultra prohibent accessum. Ibi sunt *Ama-
zones*, ibi *Cynocephali*, ibi *Cyclopes*, qvi unum in fronte habent oculum. Ibi sunt illi qvos Solinus
dicit *Himantopodes*, uno pede salientes, & illi qvi humanis carnibus delectantur pro cibo, i-
deoqve sicut fugiuntur, ita etiam jure tacentur. Narravit igitur mihi Rex Danorum sæpe
recolendus, gentem qvandam ex montanis in plana descendere solitam, & incertum esse
unde veniat, semel aliqvando per annum vel post triennium, inqvit, subiti accedunt. Qvi-
bus nisi totis resistatur viribus omnem depopulantur regionem, & denuo recedunt. Aliaqve
multa recitari solent, qvæ brevitati studens omisi, ab his dicenda, qvi hæc se vidisse testantur.

Cap. Nunc de superstitione Sveonum pauca dicemus. Nobilissimum illa gens templum habet, 91
233. qvod *Ubsola* dicitur, non longe positum à *Sictona* civitate vel *Birka*. In hoc templo, qvod to-
tum ex auro paratum est, statuas trium Deorum veneratur populus, ita ut potentissimus eo-
rum *Thor* in medio solum habeat triclinium. Hinc & inde locum possident, *Wodan* &
Fricco. Qvorum significationes ejusmodi sunt: *Thor*, inqviunt, præsidet in aëre, qvi 92.
tonitrua & fulmina, ventos, imbresqve, serena, & fruges gubernat. Alter *Wodan*, id est,
fortior, bella regit, hominumqve ministrat virtutem contra inimicos. Tertius est *Fricco*,
pacem voluptatemqve largiens mortalibus. Cujus etiam simulachrum fingunt ingenti Pri-
apo. *Wodanem* vero sculpunt armatum, sicut nostri Martem sculpere solent. *Thor* au-
tem cum sceptro Jovem exprimere videtur. Colunt & Deos ex hominibus factos, qvos pro 93.

Vet. Schol. (89.) Adalwardus qvoqve à Rege Haroldo invitatus in Norwegiam venit & pro sanctitate & fama virtutum ejus honorifice susceptus est. Cui abeunti Rex tantum pecuniæ obtulit, ut exinde statim ccc. captivos redimeret. Adalwardus autem junior eo tempore veniens in Gothiam, cognominem suum reperit infirmum: cujus exeqvias cum luctu procurans, Sictoniam properavit. Sed postea cum repulsus esset à paganis, invitatus venit ad Scaranen civitatem, qvod nostro Archiepiscopo valde displicuit qvare sicut violatorem Canonum Bremam eum vocavit.

Vet. Schol. (90.) Halsingaland est Scritefingorum regio, sita in altissimis montibus, qvi Riphei dicuntur; ubi nix perpetua durat. Homines ibi gelu recocti, qvi domorum non curant tecta, carne ferarum pro cibo, & pellibus earum pro indumento fruuntur. In Hyperboreis montibus, præter alia qvæ ibi sunt monstra Gryphes etiam leguntur nasci.

Vet. Schol. (91.) Prope illud templum est arbor maxima late ramos extendens, æstate & hyeme semper viridis, cujus illa generis sit, nemo scit. Ibi etiam est fons ubi sacrificia Paganorum solent exerceri, & homo vivus immergi. Qvi dum immergitur, ratum erit votum populi.

Vet. Schol. (92.) Catena aurea templum circumdat pendens supra domus fastigia, lateqve rutilans advenientibus, eo qvod ipsum delubrum in planitie situm montes in circuitu habeat positos ad instar theatri.

Vet. Schol. (93.) Nuper autem Christianissimus Rex Sveonum Anunder, cum sacrificium gentis statutum nollet dæmonibus offerre, depulsus à regno, ibat gaudens à conspectu concilii, qvoniam dignus habebatur pro nomine Jesu Christi pati.

ingentibus factis imortalitate donant, ficut in vita fancti Anfgarii legitur Hericus Rex fecisse, omnibus fcilicet Diis attributos facerdotes, qvi facrificia populi offerant. Si peftis & fames imminet, *Thor* Idolo immolant, fi bellum, *Wodani*, fi nuptiæ celebrandæ funt, *Fricconi*.
94. Solet qvoqve poft novem annos, communis omnium Sveoniæ provinciarum folennitas celebrari. Ad qvam videlicet folennitatem, nulli præftatur immunitas. Reges & popu- Cap.
li omnes, & finguli fua dona ad *Ubfolam* tranfmittunt, & qvod omni pœna crudelius eft, illi 234.
qvi jam induerunt Chriftianitatem, ab illis fe ceremoniis redimunt. Sacrificium itaqve tale eft. Ex omni animante, qvod mafculinum eft, novem capita offeruntur, qvorum fangvine Deos tales placari mos eft, corpora autem fufpenduntur in lucum, qvi proximus eft templo. Is enim Lucus tam facer eft Gentilibus, ut fingulæ arbores ejus, ex morte vel cibo immolatorum divinæ credantur. Ibi etiam canes, qvi pendent cum hominibus, qvorum corpora mixtim fufpenfa, narravit mihi qvidam Chriftianorum, fe LXXII. vidiffe. Cæterum næniæ, qvæ in ejusmodi ritibus libatoriis fieri folent, multiplices funt, & inhoneftæ, ideoqve melius reticendæ.

In eadem provincia nuper res contigit memorabilis, & pro dignitate geftorum lon- Cap.
gè divulgata, pervenit etiam ad notitiam pontificis. Qvidam enim è facerdotibus, qvi ad 235.
Ubfolam Dæmonibus aftare folebat, neqvicqvam juvantibus Diis factus eft cœcus. Cumqve vir fapiens infortunium orbitatis fuæ culturæ Idolorum imputaret, qvæ fuperftitiofe venerans potisfimum Chriftianorum Deum offendiffe videretur, ecce ipfa nocte apparuit fibi virgo decora nimis, interrogans, *fi in filium ejus credere vellet, ut vifum reciperet, abjectis quæ ante colebat fimulachris*. Tunc ille qvi nihil ardui renueret fubeundum pro hoc dono, *ita fe facere*, lætus fpopondit. Ad hæc virgo: *fcito*, inqvit, *certisfimè, hunc locum, ubi nunc tantus innocentium cruor effunditur, in meo dedicandum proxime honore. In qua re ne tibi aliqua dubietatis figna remaneant, in nomine Chrifti, qui eft filius meus, tu recipe lumen oculorum tuorum*. Mox ille lumine recepto credidit, pertranfiensqve totas in circuitu regiones, facili fide paganis perfvafit, ut crederent in eum, qvi cœcum illuminavit.

Qvibus miraculorum caufis impellentibus, ftatim nofter Metropolitanus obediens Cap.
voci, qvi dicit; *Refpicite & levate oculos veftros, quoniam regiones jam albæ funt ad meffem;* ordinavit 236.
in illas partes *Adalwardum* juniorem, de Bremenfi choro affumptum, virum literis & morum probitate fulgentem. Cui etiam per Legatos clarisfimi Regis *Stenkil* fedem pofuit in *Sictona* civitate, qvæ diftat ab *Ubfola* itinere diei unius. Eft vero iter ejusmodi, ut à *Sconia* Danorum per mare velificans, qvinto die pervenias usqve *Sictonam* vel *Bircam*, juxta enim funt. Si vero per terram eas à Sconia per Gothorum populos, & civitatem *Scaranen*, *Telgas* & *Birkam*, completo menfe pervenies *Sictonam*. Relatum eft autem nobis à qvibusdam *Adalwardi* Epifcopi ftipatoribus, cum primum *Sictonam* accesfiffet ad unam miffarum celebrationem, ad manum fibi oblatas LXX. marcas argenti. Tantæ enim devotionis funt omnes populi arcticæ plagæ. Tunc etiam occafione itineris divertit *Birkam*, qvæ nunc in folitudinem eft, ita ut veftigia civitatis vix appareant: qvare nec tumulus fancti *Unni* Archiepi-
95. fcopi potuit inveniri. *Adalwardus* igitur magno prædicandi fervore Evangelii *Svediam* in- Cap.
greffus, omnes qvi in *Sictona* erant & in circuitu, brevi temporis fpatio ad Chriftianam fidem 237.
perduxit. Confpiravit etiam cum fanctisfimo viro *Eginone* Sconienfi Epifcopo; ut pariter adirent Illud templum Paganorum, qvod *Ubfola* dicitur, fi forte aliqvem Chrifto laboris fui fructum ibi poffent offerre; omnia tormentorum genera libenter fufcepturi, ut illa deftrueretur domus, qvæ caput erat barbaricæ fuperftitionis. Illa enim diruta vel potius cremata, fore, ut tota gentis converfio feqveretur. Qvam confefforum Dei voluntatem piisfimus Rex *Stenkil* in populo murmurari fentiens, callide fubmovit eos à tali cœpto, afferens & illos ftatim morte damnandos, & fe à Regno depellendum, qvi malefactores in patriam duxerit, & facile omnes ad Paganifmum relapfuros, qvi nunc credunt, ficut in *Slavania* nuper factum poteft videri. Talibus Regis allocutionibus confentientes Epifcopi, omnes Gothorum civitates peragrabant, idola confringentes, & multa Paganorum millia deinceps lucrantes ad Chriftianitatem. Hæc de *Sveonia* & ceremoniis ejus dicta fufficiant.

Mord-

Vet. Schol. (94.) Novem diebus commeffationes & ejusmodi facrificia celebrantur: una qvaqve die offerunt hominem unum cum cæteris animantibus, ita ut per novem dies LXXII. fiant, qvæ offeruntur animalia.

Vet. Schol. (95.) Adalwardo poftea apud nos defuncto fubrogavit Archiepifcopus qvendam à Ramfola Tadiconem, qvi propter ventris amorem domi famelieffe (fama exili effe) maluit, qvam foris Apoftolus.

Cap. 238. *Nordmannia* sicut ultima orbis provincia est, ita convenienter in ultimo libri loco ponetur à nobis. Hæc à modernis dicitur *Norwegia*. De cujus situ vel magnitudine, cum prius aliqva communiter cum *Sveonia* dixerimus, nunc vero hoc specialiter dicendum est, qvod longitudine sua in extremam septentrionis plagam extenditur hæc regio, unde & dicitur. Incipit autem ex prominentibus scopulis hujus freti, qvod *Balticum* appellari solet: deinde reflexo in Aqvilonem dorso, postqvam ferventis Oceani marginem suo circuit ambitu, tandem in *Ripheis* montibus limitem facit, ubi & lassus deficit orbis. *Nordmannia* propter asperitatem montium, sive propter frigus intemperatum; sterilissima est omnium Regionum, solis apta pecoribus, indeqve fortissimos educat milites, qvi nulla frugum luxuria molliti, sæpius impugnant alios, qvam ipsi molestentur ab alio. Sine invidia cum proximis habitant *Sveonibus*, qvamvis à *Danis*, æqve pauperibus; non impune tentantur aliqvando. Itaqve rei familiaris inopia coacti, totum mundum circueunt, & piraticis raptibus amplissimam terrarum facultatem reportant domum, penuriam suæ regionis tali modo sustinentes. Post susceptam vero Christianitatem, melioribus imbuti scholis, didicerunt jam pacem & veritatem diligere, paupertate sua contenti esse, immo qvæ hæreditant collecta spargere, non ut prius conspersa colligere. Cumqve nefandis maleficiorum artibus, omnes ab initio servirent, nunc cum Apostolo simpliciter confitentur, & hunc crucifixum. Sunt etiam continentissimi omnium mortalium, tam in cibis, qvam in moribus, parcitatem, molestiamqve summopere diligentes. Præterea sacerdotum & Ecclesiarum tantam venerationem habent, ut vix Christianus habeatur, qvi non qvotidie offerat ad Missam, qvam audierit. Verum Baptismus & Confirmatio, dedicationes altarium, & sacrorum benedicto ordinum, apud illos & Danos care omnia redimuntur. Qvod ex avaritia sacerdotum prodisse arbitratur, qvia Barbari adhuc decimas dare, aut nesciunt, aut nolunt, ideoqve constringuntur in cæteris, qvæ deberent gratis offerri. Nam visitatio infirmorum & sepultura mortuorum, omnia ibi venalia. 96. 97. Apud illos igitur tanta morum insignia, sola, ut compertum habeo, sacerdotum corrumpuntur avaritia.

Cap. 239. In multis *Nordmanniæ* vel *Svediæ* locis, pastores pecudum sunt etiam nobilissimi homines, ritu patriarcharum & labore manuum viventes. Omnes vero sunt Christianissimi, qvi in *Norwegia* degunt, exceptis illis, qvi trans arctoam plagam circa Oceanum remoti sunt, qvos adhuc ferunt magicis artibus, sive incantationibus in tantum prævalere, ut se scire fateantur, qvid à singulis in toto terrarum orbe geratur, tunc etiam potenti murmure verborum grandia cete maris in littora trahunt, aliaqve multa, qvæ de maleficis in scripturis leguntur, illis ex usu facilia sunt. In asperrimis etiam, qvæ ibi sunt, alpibus, audivi mulieres esse barbaras, viros autem silvicolas, raro se præbere videndos. Qvi ferarum pellibus utuntur pro vestibus, & loqventes ad invicem frendere magis, qvam verba proferre dicuntur, ita ut vix à proximis intelligi qveant populis. In eisdem montanis agrestium tanta est copia ferarum, ut plurima pars Regionis ex solis vivat silvaticis. 98. Ibi capiuntur Uri, Bubali, & Elaces, sicut in Sveonia: cæterum Bisontes capiuntur in *Slavania* & *Ruzzia*: sola verò *Nordmannia* vulpes habet nigras, & lepores, martures albos, ejusdemqve coloris ursos, qvi sub aqva, ut uri vivunt. Cumqve diversa prorsus & insveta nostris multa ibi videantur, ab ejusdem patriæ incolis hæc & alia plenius dicenda relinqvo.

Cap. 240. Metropolis civitas Nordmannorum est *Trondemnis*, qvæ nunc decorata Ecclesiis, magna populorum freqventatione celebratur. In qva jacet corpus beatissimi *Olaph* Regis & Martyris. Ad cujus tumbam usqve in hodiernum diem maxima Dominus operatur sanitatum

Vet. Schol. (96.) Ab istis Nordmannis qvi trans Daniam habitant, venerunt isti Nordmanni, qvi Franciam incolunt, & ab his nuper Appulia suscepit tertios Nordmannos.

Vet. Schol. (97.) De sepultura Paganorum qvanqvam non credant resurrectionem carnis, hoc tamen est memoriale, qvod more antiqvorum Romanorum busta & exeqvias eorum omni veneratione colunt. Cæterum pecuniam hominis tumulant cum eo, armaqve & cætera qvæ ipse vivens habuit cariora. Qvod etiam de judæis habetur scriptum. Qvi hoc trahunt ex antiqvo ritu gentilium, in qvorum Mausoleis adhuc solent inveniri talia, cum aut in amphoris, aut in aliis vasculis secum thesauros infodere jussissent.

Vet. Schol. (98.) Eadem montana Romani auctores Riphea juga nuncupant, perpetuis horrida nivibus. Scritefingi vivere non possunt absqve frigore nivium qvi feras etiam suo cursu per altissimas nives prævolant. Paulus ergo in Historia Longobardorum affirmat, in ultimis partibus septentrionis Scritefingos septem in qvadam spelunca Oceani jacere qvasi dormientes, de qvibus est opinio diversa, & qvod prædicaturi sunt apud illas circa finem mundi gentes. Dicunt enim aliqvi qvasdam ex xi. millibus virginum, cum sociis suis illuc pervenisse; qvarum cœtus & naves monte obrutæ sunt, ibiqve fieri miracula. Ubi & Ecclesiam construxit Olaus. Olaph itaqve Rex justissimus, primus Nordmannos ad Christianitatem pertraxit. Magnus filius ejus Danos subjugavit. Haroldus frater Olaph neqvissimus, Orchadas suo adduxit imperio, regnumqve suum usqve ad Ripheos montes & Island dilatavit.

tatum miracula, ita ut à longinqvis illuc confluant regionibus, qvi se sancti Martyris meri-
tis sperant posse juvari. Est verò iter ejusmodi, ut ab *Alaburg*, vel *Wendila* Danorum in-
gredientibus navim, per diem mare transeatur ad *Wig* civitatem Nordmannorum: inde
vela torqventur in lævam, circa litora Nordwegiæ, & qvinto die pervenitur ad ipsam civi-
tatem qvæ *Trondemnis* dicitur. Potest autem iri & alia via qvæ ducit à Sconia Danorum ter-
restri itinere usqve ad Trondemnem: sed hæc est tardior in montanis; & qvoniam plena
est periculo, declinatur à viatoribus.

In Nordmanniam primus ab Anglia venit qvidam *Johannes* Episcopus, qvi Regem Cap.
cum populo conversum baptizavit: cui successit *Grinkeil* Episcopus, qvi tunc erat ad *Un-* 241.
99. *wanum* Archiepiscopum Regis *Olaph* legatus. Tertio loco advenit ille *Sigafridus*, qvi &
apud Svedos & Nordmannos juxta prædicavit. Isqve duravit usqꝫ ad nostram ætatem, cum aliis
æqve non obscuris in illa gente sacerdotibus. Post qvorum excessum noster Metropolitanus
petentibus Nordmannorum populis, ordinavit *Tholf* Episcopum in civitate Trondemni, &
Siguardum in easdem partes. *Asgotum* verò & *Bernardum*, licet moleste ferret à Papa con-
secratos, accepta satisfactione dimisit à se donatos. Per qvos usqve hodie verbum Dei
multas lucratur animas ita ut in omnibus provinciis Nordwegiæ, beata mater Ecclesia læ-
tis floreat incrementis. Inter Nordmannos tamen & Sveones, propter novellam planta-
tionem Christianitatis, adhuc nulli Episcopatus certo limite sunt designati, sed unusqvis-
qve Episcoporum à Rege vel populo assumptus, communiter ædificant Ecclesiam, & cir-
cueuntes regionem, qvantos possunt ad Christianitatem trahunt, eosqve gubernant sine
invidia, qvam diu vivunt.

Post Nordmanniam, qvæ est ultima Aqvilonis provincia, nihil habitationis humanæ, Cap.
nisi terribilem visu & infinitum Oceanum, qvi totum mundum amplectitur invenies. 242.
Is habet ex adverso Nordmanniæ insulas multas non ignobiles, qvæ nunc fere omnes
Nordmannorum ditioni subjacent, ideoqve à nobis non sunt prætereundæ, qvoniam Ham-
maburgensem parochiam & ipsæ respiciunt. Qvarum primæ sunt *Orchades* insulæ, qvas
100. Barbari vocant *Organas*: ritu Cycladum illæ sunt dispersæ per Oceanum. De qvibus Ro-
mani Auctores *Martianus* & *Solinus*, ita scripsisse videntur. A tergo Britanniæ, unde infi-
nitus patet Oceanus, Orchades sunt insulæ, qvarum xx. sunt desertæ, xvi. coluntur. Or-
101. chades insulæ pæne xl. junctæ. Item vicinæ sunt Electrides, in qvibus Electrum gigni-
tur. Igitur Orchades inter Nordmanniam & Britanniam ac Hyberniam positæ, frementis Oceani ludibundæ minas derident. Ad qvas à civitate Nordmannorum *Trondemnes*
per diem ferunt navigari posse. Item ab Orchadibus, ajunt, simile spatium sive in *An-
gliam* dirigas, sive in *Scotiam* flectere velis. Ad easdem insulas Orchadas, qvamvis
prius ab Anglorum & Scotorum Episcopis regerentur, noster primus, jussu Papæ, ordi-
navit *Thorulfum* Episcopum, in civitate *Blascona*, qvi omnium curam ageret.

Insula *Thyle*, qvæ per infinitum à cæteris secreta longe sita est in Oceano, vix, ut in- Cap.
qviunt, nota habetur. De qva tam à Romanis scriptoribus, qvam à Barbaris multa refe- 243.
runtur digna prædicari. Ultima, inqviunt, omnium Thyle, in qva æstivo solstitio, sole
cancri signum transeunte, nox nulla, Brumali solstitio proinde nullus dies. Hoc qvidam
senis mensibus fieri arbitrantur. Item *Beda* scribit, in Britannia æstate lucidas noctes haud
102. dubie repromittere, ut si in solstitio, continui dies habeant, senis mensibus, noctesqve è
diverso ad Brumam sole remoto. Qvod fieri in insula Thyle *Pitheas Massiliensis* scribit
103. sex dierum navigatione in Septentrione à Britannia distante. Hæc itaqve Thyle nunc
Island appellatur, à glacie qvæ Oceanum astringit. De qva etiam hoc memorabile ferunt,
qvod eadem glacies ita nigra & arida videatur, propter antiqvitatem, ut incensa ardeat.
Est

Vet. Schol. (99.) Licet ante illum ex nostris Lisdag, Odinkar, & Poppo, apud gentem illam prædicaverunt, possumus hoc dicere qvod nostri laboraverint, & Angli in labores eorum introierunt. Hunc Meinhardum & Albertum alias ordinatos, cum ad se venirent, Archiepiscopus cum muneribus commendavit illis vicem suam tam per Nordmanniam, qvam per Insulas Oceani.

Vet. Schol. (100.) De Oceano Britannico, qvi Daniam tangit & Nordmanniam, magna recitantur à nautis miracula, qvod circa Orchadas mare concretum & ita spissum à sale, ut vix moveri possint naves, nisi tempestatis auxilio; unde etiam vulgariter idem Salum nostra lingva Libersee vocatur.

Vet. Schol. (101.) Hic apparet qvod scriptor hujus libelli fuit ex Germania superiori, unde vocabula pleraqve sive nomina propria, cum ad suam aptare voluit lingvam, nobis corrupit.

Vet. Schol. (102.) Egredientibus à promontorio Danorum Alaburg', narrant iter esse xxx. dierum usqve in Island, minus autem si ventum habeant secundum.

Vet. Schol. (103.) Juxta Island est Oceanus glaciatus & & fervens & caliginosus.

Eſt autem inſula permaxima, ita ut populus intra ſe multos contineat, qvi ſolo pecorum fœtu vivunt, eorumqve vellere teguntur: nullæ ibi fruges, minima lignorum copia, propterea in ſubterraneis habitant ſpeluncis, tecto comuni & victu & ſtrato gaudentes cum pecoribus ſuis. Itaqve in ſimplicitate ſanctam vitam peragentes, cum nihil amplius qværant qvam natura concedit, læti dicere cum Apoſtolo poſſunt, *habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus.* Nam & montes ſuos habent pro oppidis, & fontes pro delitiis. Beata, inqvam, gens, cujus paupertati nemo invidet; & in hoc beatiſſima, qvod nunc omnes induerunt Chriſtianitatem. 104.
Multa inſignia in moribus eorum, præcipue Charitas, ex qva procedit, ut inter eos omnia communia tam advenis, qvam indigenis. Epiſcopum ſuum habent pro Rege, ad cujus nutum reſpicit omnis populus, qvicqvid ex Deo, ex ſcripturis, ex conſvetudine aliarum gentium, ille conſtituit, hoc pro lege habent. De qvibus noſter Metropolitanus immenſas Deo gratias retulit, qvod ſuo tempore convertebantur, licet ante ſuſceptam fidem naturali qvadam lege non adeo diſcordarent à noſtra Religione. Itaqve petentibus illis ordinavit qvendam ſanctiſſimum virum *Isleph.* Qvi ab eadem Regione miſſus ad pontificem, aliqvandiu apud eum retentus eſt cum ingenti prorſus honore, diſcens interea qvibus noviter converſos ad Chriſtum populos ſalubriter poſſet informare. Per qvem transmiſit Archiepiſcopus ſuos apices populo Islanorum & Gronlandorum, venerabiliter eorum ſalutans Eccleſias: pollicens ei propediem ſe venturum usqve ad illos, ut gaudio ſimiliter pleno fruantur. In qvibus verbis egregia, qvam habuit in legatione ſua voluntas Pontificis laudari debet, qvoniam & Apoſtolum diſcimus ad prædicandum verbum Dei velle in Hiſpaniam proficiſci, qvod implere non potuit. Hæc de
Cap. 144. *Island*, & de ultima *Thyle* veraciter comperi, fabuloſa præteriens. Sunt autem plures aliæ in Oceano Inſulæ, qvarum non minima eſt *Gronland*, profundius in Oceano ſita contra montes Svediæ, vel Riphea juga. Ad qvam inſulam à litore Nordmannorum ferunt vela pandi qvinqve aut ſeptem diebus, qvemadmodum ad Island. Homines ibi à ſalo cæ-
Cap. 145. rulei, unde & Regio illa nomen accepit, qvi ſimilem Islanis vitam agunt, excepto qvod crudeliores ſunt, raptuqve piratico remigantibus infeſti. 105.
Ad eos etiam, ſermo eſt, nuper Chriſtianitatem pervolaſſe. Tertia eſt *Halagland* inſula vicinior Nordmanniæ, verum magnitudine cæteris non impar. Hæc in æſtate circa ſolſtitium per qvatuordecim dies continuos ſolem videt ſuper terram, & in hyeme ſimiliter per totidem dies ſole caret. Stupenda res & incognita Barbaris, qvi neſciunt diſparem longitudinem dierum contingere propter ſolis acceſſum & receſſum. Nam propter rotunditatem orbis terrarum neceſſe eſt, ut ſolis circuitus accedens alibi diem exhibeat; alibi noctem relinqvat. Qvi dum aſcenderit ad æſtivale ſolſtitium, ſimili ratione facit auſtralibus. Hoc ignorantes Pagani, terram illam vocant ſanctam & beatam, qvæ tale miraculum præſtat mortalibus. Itaqve Rex Danorum cum multis aliis conteſtatus eſt hoc ibi contingere, ſicut in Svedia & Norwegia, & in cæteris, qvæ ibi ſunt inſulis.

Cap. 146. Præterea unam adhuc inſulam recitavit à multis repertam in illo Oceano, qvæ dicitur *Winland*, eo qvod ibi vites ſponte naſcantur, vinum optimum ferentes. Nam & fruges ibi non ſeminatas abundare non fabuloſa opinione, ſed certa Danorum comperimus relatione. Poſt qvam inſulam terra nulla invenitur habitabilis in illo Oceano, ſed omnia qvæ ultra ſunt glacie intolerabili ac caligine immenſa plena ſunt. Cujus rei *Marcianus* ita meminit: *Ultra Thyle*, inqviens, *navigare unius diei mare concretum eſt.* Tentavit hoc nuper experientiſſimus Nordmannorum Princeps *Haroldus.* Qvi latitudinem ſeptentrionalis Oceani perſcrutatus navibus, tandem caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, immane abysſi baratrum retroactis veſtigiis vix ſalvus evaſit.

Cap. 147. Item retulit nobis beatæ memoriæ Pontifex *Adalbertus*, in diebus anteceſſoris ſui qvosdam nobiles de Freſia viros, cauſa pervagandi maris in Boream vela tetendiſſe, eo qvod ab incolis ejus populi dicitur/ab oſtio *Wirrahæ*, fluminis directo curſu in aqvilonem nullam terram occurrere, præter illud mare qvod *Liberſe* dicitur. Cujus rei novitate perveſtiganda, conjurati ſodales à litore Freſonum læto celeumate ſunt progreſſi. Deinde relinqventes hinc Daniam, inde Britanniam, pervenerunt ad *Orchadas.* Qvibus à læva dimiſſis, cum Nordmanniam in dextris haberent, longo tractu glacialem *Island* collegerunt.

K 3 A

Vet. Schol. (104) Apud illos non eſt Rex, niſi tantum lex: & peccare nefas, aut pretium mori.

Vet. Schol. (105.) Judicant Halagland eſſe partem Nordmanniæ poſtremam, qvod ſit proxima Scritefingis: aſperitate montium & frigoris inacceſſibilis.

A qvo loco maria sulcantes, in ultimum septentrionis axem postqvam retro se omnes, de qvibus supra dictum est, insulas viderunt, omnipotenti Deo & sancto confessori *Willebado* suam commendantes audaciam & viam, subito collapsi sunt in illam tenebrosam rigentis Oceani caliginem, qvæ vix oculis penetrari valeret. Et ecce instabilis Oceani euripus, ad initia qvædam fontis sui arcana recurrens, infelices nautas jam desperatos, immo de morte sola cogitantes, vehementissimo impetu traxit ad chaos. Hanc dicunt esse voraginem abyssi, illud profundum in qvo fama est omnis maris recursus, qvi decrescere videntur absorberi, & denuo removi, qvod fluctuatio dici solet. Tunc illis solam Dei misericordiam implorantibus, ut animas eorum susciperet impetus ille recurrentis pelagi, qvasdam sociorum naves abripuit, cæteras autem removens ex cursu longo ab alteris post terga repulit. Ita illi ab instanti periculo, qvod oculis viderant, opportuno Dei auxilio liberati toto nisu remorum fluctus adjuvarunt.

At jam periculum caliginis evadentes, & provinciam frigoris, ad qvandam insulam altissimis in circuitu scopulis ritu oppidi munitam, insperate appulerunt. Qvam visendo- Cap. rum gratia locorum aggressi, repererunt homines in antris subterraneis meridiano tempore 248. latitantes: Præ qvorum foribus infinita jacebat copia vasorum aureorum, & ejusmodi metallorum, qvæ rara mortalibus & pretiosa putantur. Itaqve sumpta parte gazarum qvam sublevare poterant, læti remiges festine remeant ad naves. Cum subito retro se venientes contemplati sunt homines miræ altitudinis, qvos nostri Cyclopes appellant; qvos antecedebant canes magnitudinem solitam excedentes. Qvorum incursu unus de sociis eorum captus est, & in momento coram eis laniatus, reliqvi verò suscepti ad naves evaserunt, gigantibus [ut ferebant] pone in altum vociferando seqventibus. Tali fortuna comitati Fresones *Bremam* perveniunt, ubi *Alebrando* pontifici ex ordine cuncta narrantes, pio Christo & Confessori ejus Willehado reversionis & salutis suæ hostias immolarunt.

Sunt & alia qvæ non incongrue dicenda essent de illo æstu maris in die bis citato; qvod Cap. miraculum præbet omnibus maximum; ita ut ipsi, qvi arcana rerum perscrutantur Physici, 249. in dubitationem ejus rei cadant, cujus originem ignorant. Cumqve *Macrobius* & *Beda* videantur aliqvid loqvi, *Lucanus* autem se nihil scire fateatur, diversi auctores variis pugnant sententiis: omnes autem incertis abeunt rationibus, nobisqve sufficit cum Propheta clamare: *Qvam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti; impleta est terra, possessione tua.* Et iterum, *Tui sunt cœli, & tua est terra, & tu dominaris potestati maris, & judicia tua abyssus multa, ideoqve jure dicuntur incomprehensibilia.*

Hæc sunt qvæ de natura Septentrionalium Regionum comperimus ad honorem san- Cap. ctæ Hammaburgensis Ecclesiæ proponenda, qvam tanto munere divinæ pietatis præditam 250. videmus, ut innumerabilem populorum multitudinem, qvorum hæc Metropolis facta est, labore suæ prædicationis, ex magna jam parte conversos habeat ad Christianitatem, ibi solummodo ponens evangelizandi silentium, ubi mundus habet terminum. Qvæ salutifera gentium legatio, primum à Sancto Ansgario incœpta, prosperis semper usqve in hodiernum diem aucta est incrementis, usqve ad transitum magni *Adalberti*, per annos circiter ducentos qvadraginta.

Ecce illa ferocissima *Danorum*, sive *Nordmannorum*, aut *Sveonum* natio, qvæ, juxta Cap. beati *Gregorii* verba, *nihil aliud scivit nisi barbarum frendere*, jam dudum novit in Dei laudi- 251. bus alleluja resonare. Ecce populus ille piraticus, à qvo totans olim Galliarum & Germaniæ provincias legimus depopulatas, suis nunc finibus contentus est, dicens cum Apostolo: *Non habemus manentem hic civitatem, sed futuram inqvirimus, & credimus videre bona Domini in terra viventium.* Ecce patria illa horribilis semper inaccessa propter cultum Idolorum, & Scythicæ non mitior ara Dianæ, deposito jam naturali furore, prædicatores veritatis ubiqve certatim admittit, destructisqve Dæmonum aris, Ecclesiæ passim eriguntur, & nomen Christi communi ab omnibus effertur præconio. Nimirum hæc est mutatio dexteræ excelsi, & tam velociter currit sermo Dei omnipotentis, ut à solis ortu & occasu, ab aqvilone & mari laudabile sit nomen Domini, & omnis lingua confiteatur, qvia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris, cum patre & sancto Spiritu vivens & regnans per omnia sæcula sæculorum. Amen.

SUSCI-

SUSCIPE magne tui Præsul munuscula servi,
Quæ tibi & Ecclesiæ fert pleno cordis amore.
Parva quidem sunt hæc, & vix, me judice, digna
Quæ possent oculis releganda placere Catonis.
Nam cum Rhetoricis sermones floribus ornes,
Cum tua lingua sacra sit clavis Bibliothecæ,
Cum divina patrum scrutere volumina cautis
Indiculis, quid verba putem tibi balba valere?
At cum multa Deo placuissent dona potentum,
Sæpe minuta duo viduæ laudata memento.
Et confido etiam, quia commendatio scripti,
Carior inde tibi maneat, dum nil ibi fictum,
Externumqve vides, sed qvavis pagina veram
Ecclesiæ laudem canit Historiamqve Bremensem.
Omne decus sponsi est ubi fertur gloria sponsæ.
Cumqve per innumeros librorum currerim agros
Scire decet qvod ubiqve legis hoc esse aliorum:
Iste tuus liber est, totusqve revolvitur in te,
Tempus ad usqve tuum perducens acta priorum.
Ergo fave votis, parce juvenilibus (a) annis.
Effice qvaso tuo ne spes foret irrita servo,
Qvi pro laude tua non erubet esse poeta.
Nempe tibi fateor venerabilis & bone Pastor,
Si bene non potui, certe veracia scripsi,
Testibus his utens, qvibus hæc notissima res est.
Nec mihi scribendo laudem vel munera quæro,
Qvippe placere tibi reor hoc satis esse labori.
Tum perdendo tuo non esse ignobile claustro,
Qvod minimus fratrum perfecit maxima rerum.
In qvibus Ecclesiæ lucent primordia nostræ,
Arctoumqve salus populorum scripta tenetur.
Tempus erit qvo facta tua celeberrima laudis,
Aut nos, aut aliqvis ex docta plebe tuorum
Pangemus majore lyra, si vita superstes.
Qvamvis nota satis pateant tua gesta per orbem,
Qvæ & sine scriptore vulgabit fama perennis.
Qvem nam præteriit felix electio, qva te,
Prisco more patrum, Pastoris nomine dignum,
Electumqve Deo prodebat Spiritus index,
Cujus tunc festum recolebat turba fidelis:
O qvantis lacrymis populi te vidimus emptum,
Dum prius oppressi votis communibus omnes
Talem te cuperent, immo longe meliorem,


Quam

(a) Al. ausis.

Quam spes ulla foret, vel nostra fides meruisset,
Tu solvis (b) *populi duram à cervice catenam,*
Fasciculosque graves ab onusta plebe repellens,
Afflicta gentis mœrorem in gaudia vertis.
Tu Clerum injusta raptorum fraude gravatum,
In sua restituis, tu nos errore veterno
Eximis, atque suo reddis sacra templa decori.
Tu pacem terris antiqua lite fugatam
Ecclesiis revocas, jam tertia prælia surgunt;
Et discordantes tu jungis ad oscula mentes.
Si quid adhuc superest, quod gaudia publica turbet,
Per te sedari tribuat Deus, adjiciatque
Ut Brema cum Hammaburg per te redimi mereantur,
Quæ diuturna sui flent tempora carceris ambæ;
Hæc à Paganis oppressa, hæc clausa (c) *tyrannis.*
O Lyemare pater faveat tibi gratia Christi,
Nosque tuæ pecudes tibi corde & voce favemus.

(b) al. *solus.* (c) al. *sed illa.*

F I N I S.



INCER-



INCERTI AUTORIS 77.

HISTORIA ARCHIEPISCOPORUM BREMENSIUM,

à Tempore CAROLI MAGNI, usqve ad CAROLUM IV.

HISTORIA ARCHIEPISCOPORUM BREmensium; & de omnium primo Willebado.

I.



AGNIFICUS Carolus Romanorum Imperator, & totius orbis fere Dominator & Domitor, Saxonum gentem ad fidem Christianam per multa bella perduxit, qvi etiam per XXXIII. annos continuos cum eisdem Saxonibus dimicavit: Et tandem bello sopito Prædicatores ad illam gentem nimium Idololatriæ deditam transmisit. Primum omnium beatum Bonifacium Maguntinensis sedis Archiepiscopum, deinde plures alios: Tandem S. Willehadum, primum Bremensis Ecclesiæ Episcopum, ad conversionem gentium destinavit, qvi primus omnium Doctorum maritimas & Boreales Saxoniæ partes & Transalbianos populos per lavacrum regenerationis ad fidei Christianæ puritatem perduxit, & multa millia Paganorum baptizavit. Ipse enim de partibus Angliæ Regni veniens, & martyrium desiderans, legitur multas angustias & persecutiones propter evangelizandi constantiam sustinuisse. Sed beatus Ansgarius, qvartus ejus successor, fideli stilo in libro vitæ actuumqve ejus descripsit; ubi plenius instrui poterit, qvi vitam beati Willehadi scire desiderat. Igitur Dominus & venerabilis pater Willehadus, postqvam ordinationem apostolicam receperat, rexit Ecclesiam Bremensem duobus annis, mensibus tribus, & viginti sex diebus: prædicavitqve tam Phrisonibus qvam Saxonibus: post martyrium beati Bonifacii, per annos triginta qvinqve. Obiit autem senex & plenus dierum in Phrisia, in villa qvæ Blokegen dicitur in Rustringia. Et corpus ejus per Wisuram ad civitatem Bremensem deportatum, in Ecclesia Sancti Petri Apostoli, qvam ipse ædificaverat, sepultum est. Sed successor ejus Willericus corpus sancti Willehadi de primo loco transtulit ad alium locum, & in qvodam oratorio ad austrum, juxta monasterium qvod ipse fecerat, studiose recondidit. Et hoc factum est præ timore piratarum, qvi propter virtutem miraculorum sancti Confessoris corpus auferre nitebantur. In qvo loco per annos fere LXX. qvievit, usqve ad tempora beati Ansgarii qvarti sui successoris, qvi tunc auctoritate sedis Apostolicæ, propter virtutem miraculorum qvæ ibidem gratia divina fiebant, eum transtulit, & in Catalago sanctorum descripsit, & diem depositionis & translationis ejus celebrem esse constituit, cum collaudatione plebis & suorum clericorum. Transitus ejus celebratur festivis gaudiis VI. Idus Novembris Ordinatio vero ejus III. Idus Julii.

II. DE VVILLERICO.

BEATO Willehado immediate successit in Ecclesia Bremensi Dominus Willericus, u-
nus ex discipulis beati Willehadi, Canonicus Bremensis, vir literatus, & in omni
morum honestate præclarus, pro fide Christi miles strenuissimus, cui Carolus Impera-
tor regalia porrexit. Hic Ecclesiam fide tenellam qvinqvaginta annis rexit. Cujus tem-
poribus Ecclesia Bremensis regimine dicitur caruisse pastorali per annos XII. propter no-
vellam gentis Saxonum conversionem, qvi male se patiebantur regi jurisdictione Episcopa-
78. li, maxime cum nullis fere annis à bello vacarent: tandem Saxones ita profligati leguntur,
ut ex his qvi inhabitabant utrasqve ripas Albiæ fluminis, decem milia hominum cum mulie-
ribus & parvulis in Franciam translati sint. Et hic est annus diuturni Saxonum belli XXXII.
qvem Historici Francorum dicunt memorabilem. Qvo tempore disposuit idem Impera-
tor Carolus, ut in Hammenburg Ecclesia construeretur, ut Slavi & Dani, & gentes circum-
positæ ab ipsa Ecclesia, tanqvam à metropoli, in fide Catholica foverentur; sed occupatio
Regni ipsum Imperatorem impedivit ne bonum propositum qvod conceperat, consumma-
ret. Legitur etiam ante tempora beati Ansgarii præfatus pater Willericus Transalbianis
prædicasse & Ecclesiam in Melthorpe freqventer visitasse, usqve ad tempus qvo Hamburg
metropolis facta est. Anno Willerici XXV. moritur clarissimus Imperator Carolus, & Ludo-
vicus filius ejus electus est in Romanorum Imperatorem: qvi voluntatem patris oblitus,
provinciam Transalbianam Bremensi & Verdensi Episcopo commendavit. Anno igitur
Willerici XXXIII. Ludovicus Imperator novam in Saxonia Corbejam exorsus est, religio-
sissimos Franciæ monachos ad id congregavit cœnobium: inter qvos præcipuus fuit bea-
tus Ansgarius pater noster, scientia & meritorum prærogativa præclarus. Interea Wille-
ricus Bremensis Episcopus, strenui pastoris officium gerens, Ecclesias ubiqve per Episco-
patum suum congruis erexit in locis, probatasqve personas in eis instituit, qvi mundo
corde & casto animo omnipotenti Domino famularentur, atqve animas sibi commissas
de fidei puritate, & sancta conversatione fideliter instruerent. Congregavit etiam idem
Dominus Willericus maximum clerum, & de populo magnam Ecclesiæ Bremensi hære-
ditatem acqvisivit, qvi postqvam rexerat Ecclesiam Bremensem, L. annis, senex & ple-
nus dierum obiit; sepultusqve est in Ecclesia beati Petri in Brema, à parte Altaris Aqvilo-
nari, IV. Nonas Maji.

III. DE LUDERICO.

LUDERICUS Episcopus ordine tertius, sedit annis octo: hic dicitur fuisse superbus, anno Luderici III. Ludovicus Imperator obiit. Idem Ludericus qvodam tempore beatum Ansgarium, cujus doctrinæ invidebat & virtutibus, de civitate Bremensi expulit, sicut de eo qvidam scripserunt, post idem Ludericus obiit. Et sepultus est in Ecclesia beati Petri, VIII. Calendas Septembris, tunc Bremensis Ecclesia multo vacavit tempore.

IV. DE ANSGARIO.

TANDEM Ludovicus pius Cæsar inclytus, Hamburgensis Ecclesiæ desolationem miseratus, virum venerabilem Dominum Ansgarium Hamburgensem Archiepiscopum ad Episcopatum Bremensem de consensu Canonicorum Bremensium promovit, & procuratores ad Romanam Curiam transmisit idoneos, qvi unionem Bremensis & Hamburgensis Ecclesiæ procurarunt, sicut Privilegia super his data plenius demonstrant, qvæ in Ecclesia Bremensi fideliter conservantur. Ansgarius autem nunc Danos nunc Transalbianos visitans, innumerabilem utriusqve gentis multitudinem, Divina præeunte gratia, traxit ad fidem Christi: Regem etiam Daciæ baptizavit, & Ecclesiam in Slesewick construxit primam. Deinde Ripensem Ecclesiam fundavit. Et data licentia à Rege baptizato, ut qvisqvis vellet in Regno suo Christianus fieret, infinita gentium multitudo statim per ministerium sancti Ansgarii credidit Domino Jesu Christo: de qvibus hoc memoriale in libris relictum est, qvia plures qvi in aqva baptismi loti sunt, ab omni corporis infirmitate statim liberati, Domino Christo gratias referebant. Post hæc Regem Sweciæ cum suo populo baptizavit. Beatus Ansgarius præfuit Ecclesiæ Bremensi XVIII. annis. Nam antea in Hamburgensi Cathedra sederat XVI. qvi fuerunt simul XXXIV. anni. Totum ejus studium fuit

fuit pro animarum salute. Ipse etiam construxit conventualem Ecclesiam in Rameslo, deinde conventum sanctarum virginum in Barsen, post hoc Hospitalem Bremæ, ubi pauperes recrearentur, & hospites qvicunqve reciperentur. Ubi etiam per se ipsum co- 79.
tidie veniens, infirmis non erubuit ministrare, qvorum plurimos Dei verbo & tactu corporali dicitur sanasse. Ipse similiter transtulit corpus sancti Willehadi in matricem Ecclesiam S. Petri Apostoli, ab primo australi Oratorio, qvo deportatum fuit à Willerico. Et tunc facta sunt illa miracula qvæ per merita beati Willehadi populo ostensa sunt. Ab anno Domini DCCC. LXI. qvi est annus Archiepiscopi ab ordinatione XXX. Sanctus Ansgarius vitam & miracula beati Willehadi fideliter scripsit. Qvi plura de beato Ansgario scire desiderat, ad privilegia Domini Papæ & Imperatoris decurrat. Vitam de se ipso scriptam perlegat diligenter: qvam vitam veridico sermone descripsit suus successor S. Reimbertus more beati Johannis Evangelistæ, qvasi de alio scribens innuit se fidelissimum ejus discipulorum perhibere veritati testimonium, qvam cognovit in verbo Dei. Hunc librum direxit ad fratres cœnobii Corbejæ, beatificans eos qvod talem miserunt, & nobis congratulans qvod talem meruimus suscipere Pastorem. Sedit autem beatus Ansgarius omnes annos XXXIV. & obiit senex & plenus dierum. Cujus depositio summa veneratione colitur III. Nonas Februarii. Obiit autem Anno Domini DCCC. LXV. Indictione XIII. qvi est Ludovici secundi Imperatoris, XXVI. sepultusqve est in Basilica S. Petri Apostoli, ante altare sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ.

V. DE S. REIMBERTO.

SANCTUS Reimbertus post suam electionem ab Archiepiscopo Maguntinensi, consecratus est in Archiepiscopum, & sic venit in Corbejam, vestemqve suscepit cum professione monastica. Cui Adalgarius Abbas illius cœnobii socium concessit nomine Adalgarium, qvi postea & socius prædicationis, & hæres meruit esse dignatatis. Pallium recepit à Nicolao Papa, ferulam pastoralem à Cæsare Ludovico secundo. Hunc S. Ansgarius propter merita sua adoptaverat in filium spiritualem Prophetico spiritu, qvo idem pater plenus erat longe ante prædixit, illum suæ virtutis æmulum. Et in Cathedra Pontificali sibi debere succedere, gratiaqve meritorum in cœlesti Regno consortem fore. Tunc beatus Reimbertus legationis suæ officium, qvod ad prædicandum gentibus verbum Dei, primitus à Decessore suo susceptum est, & postremo sibi jure successionis qvasi hæreditarium pervenit, viriliter est executus. Ipse qvoqve per se, qvoties occupationes aliæ sinerent, eidem legationi insistens; semper autem constitutos habens presbyteros, per qvos & verbum Dei gentiles audirent, & solatium captivi Christiani haberent. Ad Ecclesias inter ipsos Paganos longe constitutas, qvodqve gravissimum erat, marinis discriminibus adeundas, qvæ discrimina ipse freqventius sustinens, cum Apostolo sæpe naufragium pertulit, sæpe etiam alia pericula sustinuit, spe futuræ beatitudinis omnia præsentis vitæ aspera leniens, illudqve Apostolicum continua meditatione revolvens, non sunt condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, qvæ revelabitur in nobis. Anno igitur Domini Reimberti XII. Ludovicus pius Cæsar Magnus obiit. Post cujus mortem effera barbaries laxis regnabat habenis, & multiplicata sunt mala super terram. Tunc urbes cum civibus, Episcopi cum toto grege interfecti, Ecclesiæ illustres cum fidelibus incensæ sunt. Et à Danis & Normannis Saxonia est devastata; Colonia succensa, Aqvisgrani palatium, qvod Carolus gloriose construxerat, stabulum eqvis suis fecerunt, & postea Princeps Urdwich ipsum destruit, & per annos LXXX. devastatum permansit, usqve ad tempora Ottonis Imperatoris. Contigit etiam Paganos illo die judicio Dei ad qvendam pagum Frisiæ devolvi, qvi Norden appellatur, hunc subvertere aggressi sunt. Erat illic eo tempore Venerabilis Archiepiscopus Bremensis Reimbertus, cujus adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, congressi sunt hostibus: Et prostraverunt ex eisdem hostibus 10378. pluribus etiam dum fugæ præsidium qværerent necatis. Ubi collis, in qvo Sanctus oravit Reimbertus dum pugna fieret, perpetua cespitis viriditate notatur: Et lapis in qvo genua flectens brachia posuit, juxta Oslinge vestigium osten- 80.
dit. Item Sanctus Reimbertus, antiqvorum sanctorum more, divina fultus gratia, fertur qvod miracula fecisset: freqventerqve, dum iret in Sveoniam, tempestatem maris sedasse, & cœcum illuminasse per confirmationem, qvam Episcopali more faciebat. Item cujusdam Regis filium à Dæmonio liberasse dicitur. Ubi multis astantibus Episcopis, spiritus immundus clamabat ex ore vexati; Reimbertum solum inter eos digne commis-

sum egisse officium, ipsummet sibi esse cruciatui. Hunc filium Regis Ludovici dicunt fuisse Carolum. Erat autem beatus Reimbertus cum Moyse mitissimus, & cum Apostolo omnium infirmitatibus compatiens: præcipuam curam habebat in eleemosynis pauperum, & captivorum Christianorum redemptionem desiderans. Sunt etiam alia multa de isto sancto in vita sua descripta. Hospitale pauperum à beato Ansgario in Brema constructum, ipse notabiliter auxit, & non solum in Episcopatu, sed ubicunqve erat, pauperibus eleemosynam, cum omni diligentia ministravit; nobile verbum exhortationis suis posteris relinqvens; Non est, inqvit tardandum, ut cunctis pauperibus succurramus; qvia qvis sit Christus, vel qvando ad nos veniat, ignoramus. Gloriam verbi Dei omnibus incessanter ministravit. Et breviter tanqvam Catholicus Pontifex omnibus virtutibus claruit: præcipue in defensione cleri sui; & plebis sibi commissæ sollicitam & indefessam curam exhibebat. Sunt autem multa, qvæ de nostro sancto copiose in libro suo exarata sunt: in qvibus id memorabile est, qvod presbyteri animam defuncti qvi sic in visu sibi apparens, supplicavit, XL. dies in pane & aqva jejunans, à tormentis absolvit. Ipse etiam Conventualem Ecclesiam in solitudine in Burken fundavit, cum Præpositura & Canonicis secularibus, qvos ibi regulariter vivere præcepit, ad honorem Dei & sancti Materniani Confessoris. Tandem Dominus Jesus Christus, cui sincero corde servierat, volens suos fideles labores pia mercede remunerare, infirmitate deficere fecit, & morbo & senio confectus, qvos per se non potuit, per Adalgarium socium suum in Domino confortavit. Obiit anno Domini DCCC. LXXXVIII. Indictione VI. Cujus depositio celebratur III. Idus Junii. Beatus Pontifex Reimbertus ex occasione curæ Pastoralis de monastica perfectione nihil perdidit.

VI. *DE ADALGARIO.*

ADALGARIUS Archiepiscopus, qvi successit B. Reimberto, præfuit Ecclesiæ Bremensi XX. annis. Vitam ejus ex libris beati Reimberti collige. Regalia recepit ab Arnolpho Rege, Pallium à Stephano Papa; seditqve difficili tempore barbaricæ vastationis. Nec tamen legationis suæ ad gentes, ut in Privilegiis legitur, studium omiserat. Post hæc Archiepiscopus senio & infirmitate confectus obiit Idibus Maij. Sepultus est juxta sepulchru n beati Reimberti.

VII. *DE HOIERO.*

HOIERUS Archiepiscopus sedit annis VII. Pallium suscepit à Papa Sergio, Regalia à Ludovico Rege. Hic erat monachus de monasterio Corbejensi Ecclesiæ, in adjutorium Adalgario concessus. De ipso in antiqvis Ecclesiæ libris unus versus est scriptus:

Sanctus & electus fuit Hoger septimus heros.

Veterum traditio narrat ipsum fuisse severissimum in disciplina Ecclesiastica. In diebus illis finita est prosapia Caroli Imperatoris, alienis tenentibus sceptra Regni. Tunc etiam parochia Hamburgensis à Sclavis, & Bremensis Ungrorum impetu demolita est. Et Confessor Dei Hoierus obiit; & sepultus est juxta suum decessorem in Capella sancti Michaelis, ad Orientem Ecclesiæ Majoris. Hujus Archiepiscopi corpus, cum post annos centum & viginti diruta vetustate Capella, præter Cruces pallii, & cervical Archiepiscopi, nihil potuit inveniri: unde à multis creditur, propter ejus sanctitatem ad superos translatum

81. ## VIII. *DE REINVVARDO.*

REINWARDUS sedit uno anno, de cujus vita præter nomen nihil ad manum venit. In diebus illis grande miraculum fertur à posteris Bremæ contigisse, Ungaros scilicet incensis Ecclesiis, Sacerdotes ante altaria trucidasse, clerum vulgo peremptum, aut impune occisos aut ductos in captivitatem. Tunc etiam Cruces à Paganis truncatæ, ludibrio sunt habitæ: sed Deus cujus passio ibi derisa est, incredulos abire non est passus inultos. Nam subita & mirabilis orta tempestas, à semicremis Ecclesiarum tectis, scindulas elevavit, qvas in facies & ora paganorum rotans, dum fugæ præsidium qværunt, aut in fluvium Wiseram præcipitari compulit, aut in manus civium concludi. Nec mora, prostratum gregem boni Pastoris occubitus cito secutus est. Qvi depositus III. Kalend. Octob. una cum prædecessoribus suis, in Ecclesia sancti Michaëlis tumulatus est.

IX. DE

IX. DE UNNONE.

UNNO Archiepiſcopus ſedit annis XVIII. Memoriæ traditum eſt à fratribus, qvod Reinwardo defuncto, Leidradus tunc Præpoſitus Bremenſis electus eſt. Qvi hoc Unnone pro Capellano utens ad Curiam Regis venit, Rex autem Conradus, divino, ut creditur, ſpiritu afflatus, contempta Leidradi præpoſiti & Electi ſpecie, parvulo Unnoni, qvem retro ſtare conſpexerat, virgam paſtoralem obtulit. Cui etiam Johannes decimus, ut privilegium indicat, Pallium dedit. Erat vir, ſicut in electione ac tranſitu videri poteſt, ſanctiſſimus: pro qva ſanctitate Conrado & Heinrico Regibus Romanorum, familiaris & reverendus permanſit. Unde ita & verſu depingitur:

Principibus notus Unno fuit ordine nonus.

X. DE LANCEA IMPERIALI.

ANNO Domini DCCC. XX. Burgundionum Rex Rodolfus, qvi nonnullis annis Italicis imperabat, lanceam qvandam à Sampſone qvodam Comite dono acceperat, qvam Conſtantini Magni, Helenæ filii, fuiſſe dicebat, qvæ excepta cæterarum ſpecie lancearum, novo qvodammodo opere, novaqve elaborata arte & figura. juxta mediam ſpinam habuit utrobiqve qvaſi feneſtram, & in medio crucis ex clavis, manibus & pedibus Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti affixis. Hinricus itaqve Romanorum Rex, genere Saxo, filius Ottonis Ducis, audiens Rodolfum tam cæleſte donum habere, ut erat domini timens, totius religionis amator, legatis directis temptavit ſi præmiis aliqvibus poſſet illud acqvirere. Qvod cum Rex Rodolfus modis omnibus ſe nunqvam acturum diceret, Rex Hinricus, qvia hunc muneribus mollire neqviverat, minis terrere magno opere curabat. Omne qvippe Regnum ejus cæde ac incendiis ſe depopulaturum eſſe minabatur. Qvia vero munus, qvod petebatur, illud erat, qvod cœleſtibus terrena conjunxerat, Rodolfi Regis cor Deus emollivit, juſtoqve Regi, juſtaqve petenti, protinus tradidit. Qvanto autem amore Rex Hinricus prædictum cœleſte munus dilexerit, cum in multis rebus, tum in hoc maxime claruit, qvod hujus datorem non ſolum auri argentiqve muneribus, verum etiam Svevorum provinciæ parte non minima honoravit. Hac igitur occaſione, immo Dei voluntate, ſanctam Rex Hinricus adeptus eſt lanceam, per qvam ipſe de hoſtibus ſæpius triumphavit, eamqve filio ſuo Ottoni Magno decedens cum Regno reliqvit. Ipſaqve eſt, qvæ ex tunc hodieqve in Imperatorum tutela ſolet manere.

XI. MIRACULUM.

TEMPORE Zachariæ Papæ Carolus Tyrannus, qvi multa mala fecit Epiſcopis, obiit: De cujus ſepulchro ſerpens exivit, & corpus non eſt inventum. Præſens erat beatus Bonifacius, qvem Papa Zacharias primum fecit Archiepiſcopum Maguntinenſem. Cum antea tam Maguntia, qvam Colonia Eccleſiæ ſubjectæ fuerint Wormacienſi Eccleſiæ, qvare autem Wormacienſis Eccleſia tali privata fuerit dignitate, à memoria hominum eſt elapſum: dicitur tamen illud ob qvoddam valde enorme crimen illius Eccleſiæ Archiepiſcopi contigiſſe. 82.

IGITUR Archiepiſcopus nihil aſperum aut grave formidans pro amore Chriſti latitudinem ſui Archiepiſcopatus per ſe ipſum circuire elegit; qvem ſecuti ſunt plurimi Canonici Bremenſes, ſecum & in carcerem & in mortem ire paratos dicentes pro nomine Chriſti. Poſtqvam autem ad Danos perveniret, Haroldum Regem baptizavit cum Danorum multitudine, cujus adjutorio omnes Danorum Inſulas circuibat, Verbum Domini gentibus annuncians; & fideles, qvos ibi invenit captivos, in Domino confortavit. Deinde venit in Sveoniam, & invenit ibi qvos beatus Anſgarius baptizaverat, ad Paganiſmum relapſos, qvi à ſancto patre Unnone ſunt ad fidem Chriſti iterum converſi. Tandem non ſine maximo labore pervenit ad Birkam oppidum Gottorum, in medio Sweoniæ poſitum, qvo jam poſt obitum ſancti Anſgarii annis LXX. nemo doctorum auſus eſt pertingere, præter ſolum, ut legitur, beatum Reimbertum, qvia perſecutio Paganorum multos retinuit. Perfecto autem ſuæ legationis miniſterio, cum tandem redire diſponeret, Evangeliſta Dei apud Birkam ægritudine correptus, ibidem feſſi corporis tabernaculum depoſuit. Et ſperatur anima ejus cum ſanctis animabus reqvieſcere in Domino. Tunc diſcipuli Pontificis exeqvias ejus cum gaudio ſimul & fletu procurantes; cætera qvidem membra ſepelie-

lierunt in eodem loco vel oppido Birca, solum caput reportantes Bremam; qvod decenti honore condiderunt in majori Ecclesia, coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu in Scythia, ut scribitur, circa medium Septembris. Iste magnus Christi Confessor exemplum dedit suis successoribus, ut nulla maris & terræ pericula devitare debeant pro cœlesti gloria obtinenda.

XII. *DE ADALDAGO.*

ADALDAGUS Archiepiscopus Bremensis, præfuit Ecclesiæ nostræ LIV. annis. Iste est qvi nobis rempublicam restituit, genere illustris, ætate juvenis, decorus specie; morum probitate speciosior. A choro sumptus est Hildensemensis Ecclesiæ, consanguineus & discipulus beati Adalwardi Verdensis Episcopi, cujus tunc vita probata, fama illæsa, & fides erat in Palatio cognitissima: Qvem dicunt etiam doctrina & miraculis celebrem, & Slavorum populis eo tempore prædicasse, qvo noster pater Unno venerabilis Archiepiscopus ad Scythas legatus extitit. Ejus Adalwardi opere & testimonio commendatus in Curia Imperatoris Adaldagus, Regalia accepit ab Imperatore Ottone: & Pallium à Leone VII. Sic iste pater venerabilis Adaldagus primo ingressus est Episcopatum Bremensem, longo prius tempore potestatibus ac judiciaria manu compressum, præcepto Regis absolvi, & ad instar reliqvarum urbium immunitate, simulqve libertate fecit donari. Tunc Archiepiscopus noster obtinuit à Papa, ut Ecclesiæ suæ confirmaret omnia, qvæ à prædecessoribus suis Gregorio, Nicolao, Sergio & cæteris Apostolis Bremensi Episcopatui concessa sunt. Tunc Archiepiscopus noster primo ordinavit Episcopos, in Daniam ad Slesewig, ad Ripam, & ad Arhusam. Nempe studium ejus totum fuit in conversione gentium, in exaltatione Ecclesiarum, in salute animarum: propter qvod ab omnibus amabatur. Eo tempore Archiepiscopus noster cum Imperatore in Italia per qvinqvennium moram faciens, magnum lucrum de peregrinatione sua Ecclesiæ Bremensi reportavit, sicut hoc ex privilegiis super hoc obtentis perpendi potest manifeste. Sed clerus & populus Bremensis eundem Pastorem cum nunciis & literis revocaverunt, qvia sustinere non poterant ejus absentiam diuturnam. Cui venienti tam extranei, qvam cives cum clericis occurrerunt, itinere trium dierum, cum gaudio flentes, & clamantes; Benedictus qvi venit in nomine Domini. Tunc duxit in Comitatu suo Benedictum Papam, ab Ot-
83. tone Imperatore indebite remotum, qvem in oppido Hamburgensi in magno honore tenuit usqve ad obitum ejus, qvi dicitur fuisse vir literatus & sanctæ conversationis. Tandem Romani ducti pænitentia de illius sancti viri expulsione, cum Imperatore eum revocarunt, sed nuncii eum mortuum invenerunt, cum venissent Hamburgum. Transitus ejus IV. Nonas Julii describitur. Hæ sunt reliqviæ sanctorum, qvas Adaldagus de urbe Roma ab Italia reportavit, Corpora Qviriaci & Cæsarii diaconorum; Item Victoris & Coronæ, Cancianorum, Fœlicis & Fœliciani, Cosmæ & Damiani martyrum, qvorum festa agi constituit per Diœcesim suam, ipsas reliqvias cum multa devotione distribuit. Maxima tamen pars apud Ecclesiam Bremensem remansit. Ecclesiam in Heslingh in honorem beati Viti martyris construxit, & ibidem congregationem castarum virginum collegit. Ubi nobilissima Christi virgo Wendilgart, & pater ejus Haddo nomine, totum patrimonium obtulerunt Deo & sancto Martyri Vito: Item in Ostringia Frisiæ in loco Repesholt dicto, Conventum Canonicorum secularium statuit in honorem sancti Mauritii martyris: & Hospitale in Brema multis reditibus auxit, adeò ut præter hospites, qvi freqventer ibi suscipiebantur, qvotidie pascerentur in hospitali eodem XXIV. pauperes. In ipso tempore Magnus Otto Imperator inclytam urbem Magdeburg super ripas Albiæ fluminis condidit, qvam Slavis Metropolim statuens, Albertum summæ sanctitatis virum, ibidem de licentia sedis Apostolicæ consecrari fecit Archiepiscopum. Novissimis itaqve Adaldagi temporibus Christianitas in Dania turbata est, & facta conspiratione Christianitatem abnegantes. Adaldagus obiit III. Kalend Maji, Indictione I. Anno sacerdotii LIV. Sepultus est in Ecclesia Bremensi, à capite Leuderici Episcopi.

XIII. *DE LIBENTIO.*

ANNO Domini DCCCC. XXXVIII. Libentius fit Episcopus, & sedit annis XXV. pallium suscepit à Papa Johanne XV. Virgam pastoralem ab Ottone III. Primus omnium consecratus est à Suffraganeis. Erat itaqve vir literatissimus, & omni morum probitate decoratus.

ratus. Ab Italia qvondam secutus Adaldagum, cujus etiam vitam æmulatus & magisterium, solus ex dispositione tanti patris dignus inventus est, cui Bremensis cura Parochiæ crederetur. Erat enim vir tantæ castitatis, ut raro se mulieribus videndum præbuerit; tantæ abstinentiæ, ut pallida jejuniis ora portaverit; tantæqve humilitatis & charitatis, ut in claustro, sicut unus fratrum, vixerit. Multæ nimirum virtutes ejus; qvippe contentus acqvisitis, raro curiam adiit pro acqvirendis; domi sedens qvietus, parochiæ suæ curam egit diligentissimam, totumqve studium ad lucrum vertens animarum, districtissima regula omnes congregationes suas custodivit. Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitalis, fratribus & infirmis qvotidiano ministrans obseqvio: ipse qvoqve vice sua Xenodochium nepoti suo commendavit Libentio. Dum adhuc pax esset in Slavia, Transalbianos populos freqventer visitavit, & matrem Hamburg paterno fovit amore. Legationem suam ad gentes, ut prædecessores ejus, studiosè exeqvutus est, licet dierum obstaret malitia. Qvo tempore cum persecutionem Christianorum in Dania Rex Swein exercuisset, supplicibus Archiepiscopus legatis, crebrisqve muneribus laborabat, qvatenus ferocis Regis animum mansvetum redderet Christianis. Qvibus ille rejectis, in sua nimirum crudelitate ac perfidia sævire non cessavit. Temporibus istius Libentii Brema muro muniri cœpit. Eodem tempore Venerabilis Comes Henricus in Hersfevelde, [vel urbanius Rossenvelde dicitur] Præposituram fecit, annuente Archiepiscopo, & Ecclesiam consecrante. Hæc facta sunt ultimo tempore senioris Libentii, sub Duce Bernardo filio Hermanni, qvi populum Slavorum graviter afflixit. Qvo tempore etiam contentio Bernarii, Verdendis Episcopi, de Ramesloh coram Papa Sergio est terminata. Ramesloh sita in Episcopatu Verdensi, non longe à vico Bardorum, cujus ordinationem & jus gubernandi, cum Verdensis Episcopus reposceret, Apostolicæ sedis Decreto cessit ab incepto. 84.
Tunc etiam Slavi à Christianis Judicibus plus justè compressi, excusso tandem jugo servitutis, libertatem suam armis defendere sunt coacti. Primo autem totam Nordalbingiam depopulati sunt. Deinde reliqvam peragrantes Slavoniam, omnes Ecclesias incenderunt, & ad solum usqve diruerunt. Sacerdotes autem reliqvosqve Ecclesiarum ministros, variis necantes suppliciis, nullum trans Albiam Christianitatis vestigium reliqverunt. Apud Hamburg eo tempore multi ex clero & civibus in captivitatem abducti sunt, plures etiam interfecti propter odium Christianitatis. Interea Libentius Archiepiscopus de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinavit Episcopos, qvorum nomina & sedes incertæ sunt, qvia tempus persecutionis incubuit. Post obitum vero Adaldagi, tota regio Jutlandia in duos Episcopatus bipartita est, tertio apud Arhusen deficiente. Obiit autem Libentius anno Domini Millesimo tredecimo, Indictione II. Et sepultus est in medio chori ante gradus sanctuarii, [pridie Nonas Januarii.]

XIV. *DE UNVVANO.*

UNWANUS sedit annis XVI. ferulam suscepit ab Hinrico Imperatore, pallium à Papa, majore Benedicto. Iste Unwanus primus omnium ad canonicam traxit congregationes regulam, qvæ antea qvidem mixta ex Monachis vel Canonicis conversatione degebant. Iste per simoniacam pestem intronizatus dicitur, eo qvod magnam habuerit hæreditatem, cujus partem ipse invitus Imperatori dimisit, partem verò alteram Ecclesiæ suæ obtulit, qvam pie gubernavit, tertiam parentibus dimisit. Hic etiam omnes ritus Paganicos in hac regione funditus amovit. Ita ut ex lucis, qvos paludicolæ stulta freqventabant reverentia, faceret Ecclesias XII. renovari. Ex qvibus etiam Basilicam sancti Viti extra oppidum construi, & Capellam S. Willehadi combustam jussit reparari. Ipso tempore fertur aggerem Bremensem firmatum contra insidias & impetum inimicorum, præcipueqve Dux Bernardus Henrico Imperatori ausus est rebellare, & turbavit omnes Ecclesias Saxoniæ. Ex illo enim tempore, qvo Dux in Saxonica constitutus est regione, nunqvam discordia inter Archiepiscopum & Ducem cessavit, illo impugnante Regem & Ecclesiam, isto pro salute Ecclesiæ certante. Hæc æmulatio partium dum prius occulta esset, ex eo tempore vires accepit, & crevit in immensum. Bernardus enim Dux tam avitæ humilitatis, qvam paternæ religionis oblitus; Primo qvidem per avaritiam gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad necessitatem Paganismi coegit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor totam secum ad rebellandum Cæsari movit Saxoniam. Novissime surgens in Christum, Ecclesias impugnavit, præcipue Bremensem, qvæ ditior eo tem-

tempore cæteris, & Hamburgensem, qvæ remotior videbatur à manu Imperatoris. Hujus impetum viri, Unwanus taliter sua magnitudine refregit, ut præ pudore sapientiæ ac libertatis Episcopi, cogeretur & ipse Dux Ecclesiæ, cui ante adversatus est, deinceps hilaris & benevolus existere in omnibus. Ergo habito Unwani consilio, rebellis tandem flexus Princeps, Scaltinburg Cæsari Henrico supplex dedit manus. Moxqve favente Unwano, Slavis tributo subactis, pacem reddidit Nordalbingis, & Ecclesiæ Hamburgensi. Ad cujus restaurationem Unwanus post Slavonicam cladem, civitatem & Ecclesiam fecit novam, simul ex singulis congregationibus suis, qvæ virorum essent, tres eligens fratres. Ita ut XII. fierent, qvi in Hamburg Canonica degerent conversatione, populum ab idololatriæ revocantes errore. Ordinavit etiam in Slavia, mortuo Reimberto, Bennonem, virum prudentem, qvi de fratribus Hamburgensis Ecclesiæ electus, in populo Slavorum multum prædicando fructum attulit.

MIRACULUM.

ANNO Domini M. XXI. in villa Colobizce in Saxonia, in Monasterio sancti Magni Martyris, completis matutinis, cœperunt chorizari XV. viri & III. mulieres in cœmiterio. Presbyter cum missam primam inchoaret, non cessaverunt à cantilenis & cho-
85. rea; donec ipse, volens insolentiam eorum compescere, accessit ad eos, rogans ut qviescerent: Nolebant, & presbyter dictus Ecbertus, sic est eis imprecatus. Utinam potentia Dei & meritis sancti Magni martyris sic inqvieti annum ducatis: qvi verba ejus subsannantes perstiterunt cantando. Erat una trium mulierum, filia presbyteri, nomine Merfindis, qvam jubente patre frater matris ejus Johannes, brachio apprehendens nitebatur eam à chorea extrahere, & brachium ejus extraxit de corpore, nec inde gutta sanguinis emanavit. Sed tamen in cantando & pedibus strependo, cum aliis per annum in chorea permansit. Sex mensibus evolutis, terræ usqve ad genua sunt immersi. In toto anno illo nec biberunt nec comederunt, nec pluvia eos rigavit, fiebant tegumenta super eos, qvæ statim aura dejecit. Vestimenta eorum & calceamenta non sunt attrita, ungues & capilli non creverunt. Anno evoluto demersi erant in terra usqve ad latera. Tunc die nativitatis Domini veniens ibidem Herbertus Coloniensis Archiepiscopus, orationem fudit super eos, & à ligatura, qva se invicem manibus tenebant, solvit, & ante altare Sancti Magni ductos reconciliavit. Ante altare autem gravissimus eos sopor invasit, & ibidem tribus diebus, & totidem noctibus continuis dormierunt. Unus autem ex ipsis, Johannes nomine, cum filia presbyteri, & cum duabus aliis fœminis, ante Archiepiscopum solo prostrati, statim spiritum emiserunt. Alii post exsuscitationem se levantes, ad propria sunt reversi, cibum sumentes. Sed in recordationem hujus signi mirifici, usqve in diem mortis non sunt à tremore corporis liberati. Unus eorum, qvi Otbertus nomen habuit, hoc factum postea pluribus indicavit. Alii se emendaverunt, & profecerunt in tantum, ut ex divina gratia post mortem miraculis coruscarent.

Unwanus Archiepiscopus thesaurum Ecclesiæ diu sollicitèqve collectum, & qvasi minus necessarium si intra parietes clauderetur, ad commodum legationis ita curavit expendere, ut ferocissimos Aqvilonis Reges hilaritate suorum munerum, ad omnia qvæ voluit, benignos obedientesqve haberet. Swein Regi Danorum Knut filius ejus successit, qvi devicto Adelrad rege Anglorum, victor ab Anglia rediens, in ditione sua per annos multos Regnum Daniæ & Angliæ possedit. Qvo etiam tempore multos in Daniam ab Anglia adduxit Episcopos. De qvibus, Bernardum posuit in Sconiam, Gerbrandum in Selandiam, Reinherum in Finne. Qvod zelatus Unwanus Gerbrandum redeuntem ab Anglia, qvem ab Enoldo Anglorum Archiepiscopo esse ordinatum cognovit. Ille vero, ut necessitas persvasit, satis faciens, fidelitatem Bremensi Ecclesiæ cum subjectione debita spondens, familiarissimus deinceps Unwano effectus est. Per qvem etiam legatos suos, ad Knut Regem cum muneribus transmittens, congratulatus est ei de rebus bene gestis in Anglia; sed corripuit eum de præsumptione Episcoporum, qvos transtulit ex Anglia. Qvod Rex gratanter accipiens, ita postmodum conjunctus est Archiepiscopo, ut ex ejus sententia omnia deinceps facere maluerit. Eo tempore cum esset pax firma inter Slavos & Transalbianos, Unwanus Archiepiscopus Hamburg renovavit, clerumqve dispersum collegit, magnamqve ibidem tam civium qvam fratrum multitudinem adunavit. Itaqve cum Duce Bernardo freqventer inhabitans, sæpe dimidium annum vixit in Hamburg, gloriosissimum Regem Knut invitans ad colloqvium, Slavorumqve satrapas, Uto-

Utonem & Sedericum. Accepit etiam ibidem nuncios Olaph, Regis Nordmannorum, cum muneribus petentes suppliciter, ut Episcopos ejus benigne reciperet, suosqve ad eum transmitteret, qvi rudem Nordmannorum populum in Christianitate confortarent. Tali modo Unwanus, domi forisqve clarus, legationem suam in gentibus implevit. Anno Domini M. XXIX. Unwanus obiit VI. Kalend. Februarii Indictione XII. Sepultus est juxta suum prædecessorem à latere sinistro.

XV. DE LIBENTIO II.

LIBENTIUS secundus sedit annis fere qvatuor. Is cum esset nepos alterius Libentii & tunc major domus præpositus, favore Gislæ Imperatricis ferulam suscepit à Cæsare Conrado; Pallium vero à Papa Joanne XIX. vir simplex, & rectus, ac timens Deum. Cumqve omnibus affabilis esset, singulari qvodam amore clerum dilexit, inopumqve necessitatibus erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen redimens ab incolis terræ, & fratribus XXX. ex eo per annum dari convivia statuit. At vero Xenodochii talem omnino sollicitudinem curavit habere, ut in parte hac sola negligentias omnium prædecessorum sanare videretur. Adeo redundavit Episcopatus & Præposituras & Xenodochium, ut vix egens qvisqvam posset inveniri. Sed forte hoc incredibile videtur his, qvi hujus temporis egestatem vident, nec fortasse tunc qvisqvam crederet ea futura, qvæ nunc facta videntur. Libentius itaqve bonus in Præpositura, multo melior in cathedra, legationem suam ad gentes ferventi animo ingressus est. Et primo omnium concilians sibi Knut Regem Danorum, in Zelant Gerbrando subrogavit Avoconem, in Aldenburg ordinavit Meinherum. Turgoto autem successorem posuit de Rameslo Godescalcum Episcopum. Illis namqve diebus beatissimus Turgot Episcopus pro labore prædicationis Bremæ cum Archiepiscopo diutius consistens, asperrimo lepræ percussus morbo, diem vocationis suæ cum magna expectavit patientia, tandemqve bono consummatus fine, in sancti Petri est sepultus Basilica, aderant cum Archiepiscopo prædicatores inclyti Odinkar junior, Sifrid à Swedia, Rodolf à Nordmannia Episcopi, narrantes ei, qvanta fecerit Dominus in salute gentium, qvæ convertebantur cotidie ad Dominum. Qvos Libentius, ut par fuit, honorifice dimissos, ad prædicationem denuo misit. Eo tempore, virtute Regis Knut & Bernardi Ducis, pax firma trans Albiam erat, & Libentius crebro Hammaburg visitabat. Interea Libentius piis operibus semper intentus, Ecclesiam suam Episcopaliter exornavit, & filios Ecclesiæ pastoraliter educans, omnibus erat acceptus, etiam qvod difficile est, principibus. Suo ergo tempore Bernardus Dux, & frater ejus Theotmarus, exhortante piissima Emma, qvæ Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiæ multa bona fecerunt, suumqve Thesaurum Deo & genitrici ejus, sanctoqve Willehado confessori, eadem Emma fere totum obtulit. Eodem anno Libentius ægrescens, in festivitate sancti Bartholomæi, duas celebravit missas, finitoqve pro more psalterio, eadem die gaudens migravit ad Dominum. Cujus obitus contigit Indictione XIII. VIII. Kalend: Septemb. anno Domini M. XXXII.

86.

XVI. DE HERMANNO.

HERMANNUS vix sedit annis tribus, ferulam suscepit à Cæsare Conrado, Pallium à Papa juniore Benedicto. Ab Halberstadensi choro electus, ejusdem Ecclesiæ Præpositus fuit. Vir miræ simplicitatis, sed parum habens prudentiæ serpentis, ideoqve facile decipiebatur à clientibus. Raro parochiam visitavit. Semel Hamburg accessit, & tunc cum exercitu veniens, Episcopatum qvasi non suum spoliavit, abiensqve velut terram salsuginis dereliqvit. Rapacitatis incentor, & auctor consiliorum, qvidam Macco fuit, Archiepiscopi vicedominus. Cæterum nobiles & insignes viros habuit Capellanos Theodoricum, & Swidgerum. Iste Swidgerus ex Babenbergensi Episcopatu assumptus est in sedem Apostolicam, rejectis ex ordine tribus Schismaticis, dictusqve est Clemens. Subdiaconus Archiepiscopi erat Albertus, postea Bremensis Archiepiscopus, jam tunc minax vultu & habitu, verborumqve altitudine audientibus suspectus. Hermannus ergo parvipendens omnia, qvæ in Episcopatu invenit, primo qvidem Musicum Gwidonem Bremam adduxit, cujus industria melodiam, & claustralem disciplinam correxit. Qvod solum ex ejus prospere cessit operibus. Deinde antiqvissimum sancti Michaelis oratorium diruens, corpora trium prædecessorum ejus, Adaldagi, Hogeri, & Reinwardi, ab eo loco sustulit, ac recondidit in majori basilica sub ipso tribunali. Hermannus Archiepiscopus magnum ingressurus opus, murum civitati Bremensi circundare voluit, vixqve jactis fundamentis, cum

M opere

87. opere vitam finivit, iv. Kalend. Octob. corpusqve ejus subterratum est in medio Chori, obiit autem anno Domini M.XXXV.

XVII. DE BEZELINO.

Bezelinus cognomento Alabrandi, sedit annis decem. Iste assumptus est ex Ecclesia Coloniensi, vir omnium bonorum genere decoratus, Episcopali dignus officio, dilectus Deo & hominibus. Ipsiqve Conradus Imperator baculum obtulit, & Benedictus Papa pallium transmisit. Ordinatus est autem à suffraganeis & aliis VII. Saxoniæ Episcopis, in urbe Hamburg cum ingenti gloria. Hic ergo cum omnibus esset talis, qvalem singuli desiderabant, singularem curam & amorem super Clericos habuit, de qvibus nec tolerare poterat, ut cuiqvam malum diceretur verbum. Nam & Claustrum renovavit, & Canonicis mensam primus instituit: Prius enim cum Præbenda fere tenuis videretur, triginta convivia, qvæ Libentius Episcopus per annum dari statuit, adjectis ex sua parte qvibusdam decimis, ita ordinavit ut albus detur fratribus panis ultra solitam annonam cotidie, in dominicis vero diebus unicuiqve duplex mellitæ copia. Nam & vinum dari fratribus contra naturam Saxoniæ disposuit, qvod etiam in diebus suis fere peregit. Composita igitur mensa manum vertit ad Claustrum, qvod dum prius ligneum esset, lapideum fecit: forma, ut mos est, qvadrata, vario cellarum ordine distinctum, & visu delectabile. Deinde murum civitatis à prædecessore suo Hermanno orsum, in gyro construens aliqvibus in locis cum usqve ad propugnacula erexit; aliisqve qvinqve aut septem cubitorum altitudine semiperfectum dimisit. Cui etiam ab occasu porta grandis inhæsit, superqve portam firmissima turris, Italico munita opere, & septem ornata cameris ad diversam oppidi necessitatem. Eodem tempore Bezelinus dum prædicta Bremæ operis insignia relinqveret, mox ad Ecclesiæ Hamburgensis ædificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cladem Slavonicam, qvam supra contigisse retulimus, Unwanus Archiepiscopus & cum eo Dux Bernardus Claustrum nobile de ruinis antiqvis civitatis elevantes Ecclesiam & diversoria omnia construxerunt lignea. Bezelinus vero pontifex adversus crebras hostium incursiones aliqvod fortius præsidium pro inopia loci necessarium arbitratus, primus omnium Ecclesiam, qvæ constructa erat in matris Dei honorem, lapide qvadrato ædificavit. Aliam deinde sibi domum fecit lapideam turribus & propugnaculis valde munitam, cujus æmulatione operis Dux provocatus & ipse domum in eodem loco paravit. Eo tempore Bezelinus pro legatione sibi ad gentes credita, more prædecessorum suorum sollicitus, coadjutores prædicationis suæ ordinavit Episcopos, Rodolphum ex capellanis suis in Zlezewig, Abelinum in Slavaniam, Wal à Bremensi choro in Ripam. Trans Albiam suo tempore ac per totum regnum pax firma erat. Princeps Sclavorum Anatrog, & Gneus, & Ratibor pacifice ad Hamburg venientes Duci ac Præsuli militabant. Sed cum diverso animo in gente Winulorum Dux & Episcopus laborarent, Duce scilicet pro tributo, Pontifice vero pro Christianitate augenda, jamdudum sacerdotum studio Christiana ibidem religio convaluisset, si conversionem gentis avaritia Principum non præpediret. Eo tempore Hermannus nobilissimus Coloniensis Archiepiscopus veterem de Brema qverimoniam renovavit: Sed ipse tam auctoritate Bezelini, qvam triennali silentio repulsus; Archiepiscopo satisfecit, & per integrum mensem eum secum Coloniæ habuit in convivio. Illo etiam tempore Swein Nordmannorum Rex dum in Angliam iter ageret, maritima Hatheleriæ navibus appulit; qvem proxima qvæqve locorum more piratico vastantem, milites qvidam Bezelini Archiepiscopi capiunt, & in præsentiam ejus protrahunt. Ille vero captivum cum honore recipiens Bremam duxit, & juncta secum amicitia, post dies aliqvot Regem donatum permisit abire: qvi reversus in patriam, retulit suis de regio pontificis apparatu, & thesauro Ecclesiæ inæstimabili, summa laude prædicans illum, forma corporis & liberalitate animi omnibus acceptum. Pro hac enim à Duce Bernardo, ac ejus germano
88. Thithmaro valde honoratus est. Solis invisus erat malefactoribus, sicut Uthoni Marchioni, cujus superbiam sua confudit magnanimitate. Ipso tempore Aschomanni & piratæ per ostium Wiseræ progressi, usqve ad Lismonam venerunt, insperate omnia vastantes. Inde ad naves redeuntibus bellum ad Annon illatum est, ibiqve maxima pars eorum trucidata est, Eodem tempore filius Olaph martyris, Magnus nomine, regnavit in Dania simul & Norwegia, ad qvem Bezelinus usqve ad Slezewig pro colloqvio venit, habens in comitatu suo Ducem Bernardum de Saxonia, & Tithmarum Episcopum Hildensemensem, & Rodolphum ejusdem civitatis Episcopum. In qvo colloqvio soror Magni Regis,

Ordel-

Ordolpho filio Ducis, desponsatur. In diebus illis nobilissima senatrix Emma obiit, uxor qvondam Luidgeri Comitis, & soror Menwercki Episcopi Paderburnensis, sed vidua jam per annos XL. qvæ ingentem thesaurum, qvem habuit, totum fere pauperibus & Ecclesiis dispersit. Qvæ dum adhuc viveret, Bremensi Ecclesiæ cortem Stiplaga juxta Rhenum dedit, Lismona vero in partem cessit Imperatoris, pro qva Gisla Regina eo tempore Bremam accedens, fratribus multa bona fecit, & Ecclesiæ & omnibus indigenis, deinde Lismonam cum Archiepiscopo visitavit. Anno Archiepiscopi penultimo domus S. Petri conflagravit, ejusqve flamma incendii claustrum cum officinis, urbem cum ædificiis totam consumpsit, veterisqve habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacræ thesaurus Ecclesiæ, ibi libri & vestes, ibi omnia ornamenta consumpta sunt. Ex illo tempore fratribus, qvi ante Canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, regula sanctorum per multa prius secula studiose conservata, primo negligentius haberi cœpit: deinde funditus abjecta consenuit. Et sunt ab ordinatione sancti Willehadi, cum Bremensis Ecclesia fundata est, usqve ad finem Bezelini, qvando eadem Ecclesia combusta est, anni fere CC. LXX. Combusta autem est III. Idus Septemb. Eodem tempore Archiepiscopus in Frisiam iter egit. Qvi conflagratione Ecclesiæ audita, mox pedem retorsit, jactisqve seqventi æstate fundamentis ad formam Coloniensis Ecclesiæ disposuit ipsius magnitudinem perficere: & profecto, si longiorem vitam sibi fata concessissent, omne opus Ecclesiæ paucis perfecisset annis. Tanta erat illius animositas, & in omni opere instantia, præcipue vero in templi ædificatione. Porro sola æstas, qva inceperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ jacta, columnas & arcus earum, lateraqve in altum erecta vidit. Anno M. XLII. transacta hyeme, cum jam Paschalis immineret festivitas, beatissimus Pontifex Bezelinus, qvi & Alabrandus, pridie ante Dominicam cœnam, non inscius vocationis suæ, ab Ecclesia Schirinbeke Bremam nudis pedibus accessit. Ubi multa oratione cum lachrymis effusa, Deo & sanctis ejus commendavit Ecclesiam: Cumqve jam febribus tangeretur, navigio ad Buccensem delatus est Præposituram, ibiqve VII. supervixit diebus. Contigit autem depositio ejus circa diem XVII. Kal. Maji, Indictione XI. Corpus ejus cum ingenti luctu Bremam deportatum, in medio novæ, qvam ipse tunc orsus est, basilicæ tumulatum est.

XVIII. *DE ALBERTO I. MAGNO.*

ALBERTUS Archiepiscopus Bremensis sedit annis XXX. virgam pastoralem suscepit ab Henrico Imperatore, pallium à supradicto Papa Benedicto, ordinatio ejus facta est Aqvisgrani, Cæsare præsente cum Principibus, astantibus etiam XII. Episcopis manum imponentibus. Iste nobilissimus genere, Halberstadensis primus præpositus erat, ingenio acri, memoriæ celebris, eloqventiæ singularis, forma corporis speciosus, castitatis amator, largitatis ejusmodi, ut petere haberet indignum, tarde autem, aut humiliter acciperet, prompte verò hilariterqve sæpe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, qvam solis exhibuit servis Dei, pauperibus & peregrinis, adeo ut sæpe anteqvam cubitum iret XXX. & amplius medicantibus ipse genu flexo pedes lavaret. Principibus autem seculi & coæqvalibus suis humiliari nullo modo voluit. Anno igitur suæ ordinationis primo, videns basilicæ noviter inceptæ opus immensum vires qværere maximas, nimis præcipiti usus consilio, statim murum civitatis à prædecessoribus suis orsum & qvasi 89. minus necessarium, destrui fecit, lapidesqve in templo jussit poni. Tunc etiam turris speciosa, qvæ septem cameris ornata fuerat, funditus diruta est: Claustrum qvoqve qvod lapide polito constructum, pulchritudine sua visus contuentium refecit, absqve mora dissipari præcepit, qvasi aliud pulchrius cito facturus. Cogitavit enim, ut ipse fratribus sciscitantibus de ea re aperuit, refectorium, dormitorium, cellarium & cæteras fratrum officinas, per omnia ex lapide facere, si locus aut otium suppeditarent. Ad qvæ omnia, cum sibi cuncta ad manus fore gloriaretur, solam clericorum & lapidum penuriam qverebatur. Interea fervet opus, surgit Ecclesiæ murus; cujus formam antea Alebrandus ad instar Coloniensis incepit. Ipse enim ad exemplum Beneventanæ domus cogitavit perducere. Anno Domini M. XLVI. Henricus Rex Italiam ingressus, à Romanis pacifice suscipitur, Papas tres, qvi pro Apostolica sede certaverunt, Benedictum, Gratianum, & Sylvestrum, synodaliter deposuit, & Swidgerum Bauenbergensis Ecclesiæ secundum Episcopum, Papam constituit: à qvo ipse & uxor ejus Agnes in sancto Dominicæ natalis die imperiali benedictione sublimantur. Huic synodo interfuit Albertus Archiepiscopus, ad cujus petitionem Swidgerus Papa, qvi & Clemens vocabatur, renovavit Ecclesiæ Bremensi

mensi & Hamburgensi omnia privilegia, qvæ dudum à Romana sede concessa sunt. An-
no Domini M.XLIX. qvi est Alberti Bremensis Archiepiscopi VII. incepti operis in Brema
moles est à fronte levata, ac principale sanctuarii altare in honorem sanctæ Mariæ est de-
dicatum. Nam secundum, in occidentali abside, in honorem sancti Petri Apostoli di-
sposuit, sub cujus invocatione legitur antiqva basilica fuisse extructa. Emergentibus ita-
qve multis Archiepiscopo angustiis, opus imperfectum usqve ad XXIV. pontificii ejus an-
num permansit: & tunc demum templi parietes dealbabantur, occidentalisqve crypta
sancto Andreæ dedicata est. Et qvoniam Pontifex vidit Ecclesiam, Episcopatumqve
suum, qvem prædecessoris suis Adaldagi prudentia liberaverat, iniqva Ducum potentia
iterum vexari, summo nisu reddere conatus est eandem Ecclesiam pristinæ libertati, ita
ut nec Dux, nec Comes, nec aliqva judicialis persona aliqvam jurisdictinem nec potesta-
tem in suo haberet Episcopatu. Qvod nisi per odium fieri neqvivit, dum correpti pro
neqvitia Principes, ad iram magis accenderentur. Bernardus enim Dux, cum pro nobi-
litate sua ac sapientia suspectum haberet Pontificem, sæpe fertur illum dixisse, qvasi ex-
ploratorem in has regiones positum, qvi infirma terræ alienigenis & Cæsari esset prodituru-
rus: ideoqve dum ipse aut aliqvis filiorum ejus advixerit, Episcopum nunqvam bonum in
Episcopatu diem habiturum. Qvod in Episcopi pectus verbum altius, qvam qvisqvam
ratus erat, descendit. Itaqve ex eo tempore ira & metu anxius moliri atqve in animo ha-
bere cœpit ea, qvæ Duci & suis profutura non essent. Dissimulatoqve ad tempus animi
dolore, cum alia via consilium non inveniret, totus ad auxilium Palatii confugit, nec sibi,
nec Ecclesiæ pepercit, Cæsarem & alios suos aulicos placando, dummodo id efficeret, qvo
Ecclesia posset liberari. Proinde tantos in curia labores toleravit, tantisqve ubiqve terra-
rum expeditionibus cum suis sponte desudavit, ut infatigabilem ejus constantiam mira-
tus Cæsar, ad omnia Reipublicæ consilia eum habere primum maluerit. Expeditiones
verò ejus, qvas in Ungariam, Slavaniam, Italiam & Flandriam cum Cæsare fecit, multæ
erant: qvæ singulæ magnis Episcopii sumptibus, multisqve familiarum oppressionibus,
exigebantur.

Anno Domini M.L. Albertus Archiepiscopus Imperatorem ab Italia revertentem
Bremam vocavit, occasione data, qvasi Lismonam visere deberet, vel Regem Danorum
ad colloqvium invitaret: sed revera ut Ducum fidem exploraret. Imperator autem Bre-
mæ regio, ut decuit, apparatu exceptus, Curtem, qvæ Balga dicitur, fratribus obtulit, Ec-
clesiæ verò Comitatum Fresiæ concessit. Inde Lismonam veniens, per insidias à Ditma-
90. ro Comite circumventus, sed Archiepiscopi studio defensus est. Qvare idem Comes à
Cæsare in jus vocatus, cum se duello expurgare mallet, à satellite suo est interfectus. Cu-
jus mortem germanus ejus Dux, filiiqve illius, zelantes in Archiepiscopum, ex eo tem-
pore ipsum & Ecclesiam, Ecclesiæqve familiam lethali profecuti sunt odio. Cumqve pax
ficta interdum utrasqve conciliasse videretur partes, nihilominus tamen illi, qvi Ducem
seqvebantur, antiqvi memores odii, qvod patres eorum in Ecclesiam exercuerunt, ipsam
inqvietare & impugnare non cessabant, affligentes omnibus modis. Archiepiscopus au-
tem è contra bonis certans studiis, & beneficiis redimens tempus, qvoniam dies mali erant,
pacem cum Ducibus fecit. Deinde verò sollicitudinem gerens parochiæ, aliqvod ma-
gnum dignumqve cogitavit ubiqve nobilitatis suæ monumentum relinqvere. Igitur ma-
gnis animi & sumtuum conatibus pugnans, ut Bremam cæteris coæqvaret urbibus, sta-
tim ex bonis, qvæ ipse acqvisivit, duas fecit Præposituras, unam sancto Willehado, ubi
corpus ejus aut reqviescit, aut translatum est, alteram sancto Stephano, cujus se famulum
multotiens gloriabatur. Has duas construxit à principio, verum etiam alias postea fecit,
hoc est, in Bremis tertiam sancto Paulo, de bonis qvæ hospitali pertinebant Liastmonæ:
qvartam de prædio ejusdem cortis: qvintam voluit fieri apud Stathe: sextam verò trans
Albiam in Sullenberg: septimam qvoqve incepit in Aspice, qvi locus in Mindensi pa-
rochia est sylvestris & montosus: Octava est Abbatia Gozzicana juxta Salam fluvium, qvæ
fundata est à parentibus Archiepiscopi. Alia etiam plurima diversis locis inchoavit ope-
ra, qvorum pleraqve ipso adhuc vivente defecerunt, & Reipublicæ negotiis intento, sicut
illa domus lapidea, qvæ in Aspice ipso præsente subito casu lapsa corruit. Cætera verò
ex raptu vel negligentia præpositorum dissipata probantur, in qvos comperta fraude atro-
citer aliqvando ultus est Archiepiscopus. Et res qvidem domesticæ à principio ab illo
bene & laudabiliter provisæ sunt, hoc autem foris pro legatione gentium egit. Statim ut
ingressus est Episcopatum, ad reges Aqvilonis pro amicitia legatos misit. Epistolas qvo-
qve commonitorias per omnem sparsit Daniam, sive Nordmanniam, ac Svediam, & us-
qve

qve in fines terræ, exhortans Episcopos & presbyteros in illis partibus degentes, ut Ecclesias Domini nostri Jesu Christi fideliter custodirent, atqve ad conversionem paganorum intrepidi accederent. Eo tempore cum Rex juvenis Svein tria pro libitu suo regna, Danorum videlicet, Nordmannorum, & Anglorum teneret, mox succedentibus prosperis, Regis cœlestis est oblitus: qvia consanguineam suam à Svedia duxit uxorem. Qvod dum Alberto Archiepiscopo valde displiceret, furentem Regem, missis ad eum legatis, de scelere tanto terribiliter increpavit; postremo ni resipisceret, excommunicationis gladio feriendum esse minatus est. Tunc ille in furorem conversus, omnem Hamburgensem parochiam vastare & exscindere minabatur. Ad qvas minas imperterritus Archiepiscopus, arguens & obsecrans, perstitit immobiliter, donec tandem per literas Papæ Danorum tyrannus flexus, libellum repudii dedit consobrinæ.

Anno Domini M. LI. Synodus generalis habita est apud Maguntiam, præsidente Domino Leone Apostolico & Henrico Imperatore, cum Episcopis Bardone Moguntino, Everhardo Trevirensi, Hermanno Coloniensi, Alberto Bremensi, Engelhardo Magdeburgensi, cæterisqve provinciarum sacerdotibus. In qva qvidem Spirensis Episcopus Subico, cui adulterii crimen intendebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Præterea multa ibidem sancita sunt ad utilitatem Ecclesiæ, præ qvibus simoniaca hæresis & nefanda sacerdotum conjugia Olographa synodi manu perpetuo damnata sunt. Albertus Archiepiscopus Bremensis eo tempore, qvo tam clari in Ecclesia homines fuerunt, sapientiæ ac virtutum merito fere omnes præcelluit. Tantus itaqve apud Papam, talis apud Cæsarem habebatur, ut de rebus publicis absqve ejus consilio nihil ageretur. Qvapropter, nec in procinctu belli, ubi vix locum habet Clericus, Imperator illum sibi deesse noluit, cujus inexpugnabile consilium sæpe ad evitandos expertus est inimicos. Eodem anno majus altare tribunalis Bremæ dedicatum est in honorem genitricis Domini nostri Jesu Christi. Eodem tempore Cæsar Henricus ingentibus regni divitiis utens, in Saxonia Goslariam fundavit, qvam de parvo, ut dicitur, molendino vel tugurio formans, in tam magnam, sicut nunc videri potest, civitatem bono auspicio & celeriter perduxit. In qva etiam sibi construens palatium, duas omnipotenti Deo congregationes instituit, unam donans ex his regendam tenendamqve Pontifici, eo qvod illi individuus comes vel cooperator in omnibus existeret. Tunc etiam sibi data est spes acqvirendi vel accipiendi Comitatus, & Abbatias, vel prædia, qvæ magno deinceps Ecclesiæ periculo mercata est Bremensis Ecclesia; utpote cœnobia Lauressæ & Corbejæ. Comitatus autem Bernardi & Egberti: prædia vero Suiticum, Plisna, Groningmor, Dispergum & Lismona. Qvibus jam dubia fide possessis, arbitratur Archiepiscopus, se aut per mare ambulaturum, aut per terram navigaturum; postremo omnia, qvæ in animo habuit, facile perfecturum, præsertim eo fultus adminiculo, qvod potentissimus Papa Leo corrigendis Ecclesiæ necessitatibus, venit in Germaniam, qvem sciret sibi pro veteri amicitia nihil negaturum, qvod jure cuiqvam præstari deberet.

Anno Domini M. LI. Jacobus, Sveonum Rex Christianissimus, obiit, & successit ei frater ejus Emund Gamul pessimus. Nam iste à concubina Olaph natus erat, & cum baptizatus esset, non multum de Christiana religione curavit. Habuitqve secum qvendam Episcopum, nomine Osmund Acephalum, qvem dudum Sigafridus, Nordmannorum Episcopus, Bremæ scholis docendum commendavit. Qvo egresso, Bremense claustrum, regula, disciplina fratrum, & concordia defecit, Acephalis omnia turbantibus. Verum his postea beneficiorum oblitus Romam pro ordinatione accessit; indeqve repulsus, per multa loca circumivit erroneus, & sic demum meruit à qvodam Poloniæ ordinari Archiepiscopo. Qvi veniens in Svediam, jactavit se à Papa consecratum ad illas partes Archiepiscopum. Sed cum Albertus Archiepiscopus legatos suos ad Regem dirigeret Emundum, invenerunt ibi eundem gyrovagum Osmund, crucem Archiepiscopali more ante se ferentem. Audierunt etiam, qvod barbaros adhuc neophytos non sana doctrina fidei Christianæ corruperit. Qvorum ille territus præsentia, solitis Regem populumqve dolis impulit, ut legati repellerentur, qvasi Apostolici domini non habentes sigillum. Erant autem legati fratres Bremensis Ecclesiæ; qvorum potissimus fuit Adalwardus, Bremensis claustri Decanus, verum tunc Sveonum genti ordinatus Episcopus. Hos igitur à Sveonibus taliter expulsos, qvidam Regis nepos, nomine Steinkeil, prosecutus suppliciter se commendavit orationibus eorum. Iste namqve solus super fratres misericordia motus, obtulit eis munera, transmisitqve eos per montana Svedorum salvos, usqve ad sanctissimam Gude Reginam, qvæ à Rege Danorum pro consangvinitate separata, in prædiis suis trans Daniam com-

commorabatur, hospitalitati eleemosynisqve vacans, & cæteris sanctitatis insistens operibus. Qvæ legatos cum ingenti honore, qvasi à Deo missos, recipiens, magna per eos xenia Archiepiscopo misit. Interea Sveones, qvi Episcopum suum repulerant, divina ultio subsecuta est. Et primo qvidem filius Regis, nomine Amund, à patre missus ut dilataret imperium, cum ad Amazonas pervenisset, veneno, qvod illæ fontibus immiscuerunt, tam ipse qvam exercitus ejus perierunt. Deinde cum aliis cladibus, tanta etiam siccitas & frugum sterilitas Sveones afflixit, ut missis ad Archiepiscopum legatis, episcopum suum cum satisfactione reposcerent, fidem gentis pollicentes. Gavisus ergo pontifex, petenti gregi Adalwardum præfecit pastorem. Qvi perveniens in Sveoniam, tanta omnium acceptus est alacritate, ut gentem Wirnilanorum & Scritifingorum integram Christo lucratus, etiam miracula virtutum in populo fecerit. Eodem tempore mortuus est Amund, Rex Sveonum: Post qvem Steinkil, nepos ejus, levatur in regnum, qvi fidelis erat Domino Jesu Christo. Adalwardus Episcopus à Rege Haroldo invitatus venit in Nordmanniam, ibiqve cor-
92. pus cujusdam viri, qvi ante annos LX. defunctus est, nec omnino putrescere potuit, facta absolutione reconciliationis, mox in pulverem redegit. Erat enim ille homo qvondam à Libentio Archiepiscopo propter piraticam excursionem excommunicatus, sicut ipsi Adalwardo per visionem revelatum est.

Anno Domini M.LVII. Heinricus qvartus, Heinrici Imperatoris filius, LXXXVII. ab Augusto, regnare cœpit, & regnavit annis XLII. Saxones congregato exercitu, gentem efferam Witiciorum hostiliter invaserunt, diversisqve malis eam affligentes, Romanæ ditioni subdiderunt, & acceptis obsidibus, ad propria redierunt. Ex illo tempore Bremensem Ecclesiam omnes calamitates oppresserunt, Alberto Archiepiscopo tantum curiæ negotiis intento. Ad gubernacula enim regni mulier cum puero magno imperii præfuit detrimento. Indignantes enim principes, aut muliebri potestate constringi, aut infantuli ditione regi, primo qvidem communiter vindicarunt se in pristinam libertatem, ut non servirent, deinde, contentionem moverunt inter se, qvis eorum videretur esse major, postremo armis audacter sumptis, Dominum & Regem suum deponere moliti sunt. Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, Albertus Bremensis, & Anno Coloniensis Archiepiscopi, Consules declarati sunt, & in eorum consilio deinceps summa rerum pendebat.

Anno Domini M.LVIII. in Norwegia Rex Haraldus crudelitate sua omnes Tyrannorum furores excessit illo tempore. Multæ enim per illum Ecclesiæ dirutæ, multi Christiani ab illo per supplicia sunt necati. Oblationes qvoqve ac thesauros, qvi summa fidelium devotione, ad tumulum fratris sunt collati, ipse unca manu corradens, militibus suis dispersit. Pro qvibus causis Albertus Archiepiscopus legatos suos direxit ad eundem Regem, literis suis tyrannicas ejus increpans præsumptiones, specialiter vero admonens de oblationibus, qvas non liceret cedere in usus laicorum; & de Episcopis, qvos vel in Gallia contra fas, se contempto, fecit ordinari, cum per eum auctoritate sedis Apostolicæ jure consecrari deberent. Ad hæc mandata tyrannus commotus in iram, legatos Pontificis spretos abire præcepit, dicens, se nescire, qvis sit Archiepiscopus, aut potens in Norwegia, nisi solus Haroldus. Et alia plura deinde fecit & dixit, qvæ superbiæ ejus proximam intendebant ruinam Nam & Papa Alexander, confestim missis ad eundem Regem literis, præcepit, ut tam ipse, qvam Episcopi sui Vicario sedis Apostolicæ dignam exhiberent subjectionis reverentiam. Seqvitur rescriptum literarum Apostolicarum:

Alexander Episcopus, servus servorum Dei, Haroldo, Nordmannorum Regi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Qvia adhuc rudes in fide existitis, & in Ecclesiastica disciplina qvodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesiæ commissum est regimen, divinis admonitionibus vos freqventius visitare. Sed qvia ab longarum difficultatem viarum per nos hoc agere minime valemus, sciatis, nos Alberto Bremensi Archiepiscopo, vicario nostro, hæc omnia firmiter commisisse. Prædictus itaqve venerabilis Archiepiscopus, legatus noster suis nobis est conqvestus Epistolis, qvod Episcopi vestræ provinciæ aut non sint consecrati, aut data pecunia contra Romana privilegia, qvæ suæ Ecclesiæ sibiqve data sunt, in Anglia vel in Gallia pessime sint ordinati. Unde ex auctoritate Apostolorum Petri & Pauli vos admonemus, ut sicuti Apostolicæ sedi reverentiam subjectionis debetis exhibere, ita præfato venerabili Archiepiscopo, vicario nostro, & vice nostra fungenti, vos vestriqve Episcopi impendatis, &c.

His

His apud Nordmanniam gestis, magnopere studuit Archiepiscopus, ut Regi Danorum conciliaretur, qvem prius offensum habuit in repudio consobrinæ; Scivit enim si talem ad se colligeret virum, leviorem sibi ad cætera, qvæ in animo gessit, introitum fore. Venit igitur Sliaswig, ubi facile notus, & superbo Regi reconciliatus, muneribus atqve conviviis certavit Archiepiscopalem potentiam regalibus anteferre divitiis. Deniqve ad confirmandum pactum fœderis, sicut mos est inter barbaros, habito vicissim per octo dies convivio, & rebus Ecclesiasticis ibi dispositis, pontifex cum gaudio domum reversus, persvasit Cæsari, ut evocatus Rex Danorum in Saxoniam, uterqve alteri perpetua confœderaretur amicitia. Cujus confœderationis beneficio multum lucri Bremensis Ecclesia suscepit, & legatio borealium nationum, cooperante Svein Rege, prosperis semper aucta est incrementis. Trans Albiam qvoqve, & in Slavania, adhuc res Ecclesiæ magna gerebantur prosperitate. Godeschalcus enim de qvo supra dictum est, vir prudentia & fortitudine prædicandus, accepta in uxorem filia regis Danorum, Slavos ita perdomuit, ut eum qvasi Regem timentes tributum offerrent, & pacem cum subjectione peterent. Qva temporis occasione Hamburg pacem habuit, & Sclavania sacerdotibus Ecclesiisqve plena fuit. Godeschalcus igitur vir religiosus & timens Deum, Archiepiscopo etiam familiaris, Hamburg solvendorum causa votorum solitus erat freqventer venire. Proculdubio in omni Slavania nemo unqvam surrexit potentior, & tam fervidus Christianæ religionis cultor. Igitur omnes Slavorum populi, qvi ad Hamburgensem pertinent curam, toto tempore, qvo Godeschalcus supervixit, Christianam fidem devote coluerunt. Tunc etiam per singulas urbes cœnobia fiebant sanctorum virorum canonice viventium, item Monachorum atqve sanctimonialium, sicut testantur hæc, qvæ in Lubice, Aldenburg, Racisburg, Leontio, & in aliis civitatibus singula videntur. In Magnopoli vero, qvæ est civitas Obodritorum, tres Deo servientium dicuntur fuisse congregationes. Gratulabatur ergo Archiepiscopus de novella plantatione Ecclesiarum, misitqve de suis Episcopis & presbyteris viros ad principem Godeschalcum sapientes, qvi rudes in Christianitate populos confortarent. Ordinavit autem in Aldenburg, defuncto Abelino, Eizonem Monachum. Johannem Scotum constituit in Magnopoli. Aristonem qvendam ab Hierosolymis venientem, in Racisburg destinavit. Sicqve Aldenburgensis Ecclesia in tres divisa est Episcopatus, qvod qvidem Imperiali minime factum institutione, sed Alberti Archiepiscopi adinventione. Ipse enim vir magnificus & præpotens in regno, cum Papam & Cæsarem propitios, atqve voluntati suæ per omnia consentaneos haberet, in omnibus borealibus regnis Daniæ, Svediæ & Norwegiæ functus est auctoritate Archiepiscopali, & legationis Apostolicæ ministerio. Nec his contentus, patriarchatus honorem asseqvi voluit, atqve infra terminos suæ parochiæ XII. statuere Episcopatus disposuit. 93.

Anno Domini M. LXII. Bernardus dux Saxonum obiit, qvi à tempore senioris Libentii jam per XL. annos Slavorum atqve Nordalbingorum res strenue administravit. Cujus hæreditatem Ordolphus & Herimannus filii ejus, inter se partiti sunt. Hi ergo memores antiqvi odii, qvod patres eorum, licet occulte, contra Bremensem Ecclesiam exercuerunt, statuerunt aperte jam ultionem repetendam in Episcopum, totamqve Ecclesiæ familiam. Et qvidem Dux Ordolfus vivente adhuc patre, hostili stipatus multitudine, Bremensem in Fresia devastavit Episcopatum, hominesqve Ecclesiæ cæcavit, alios etiam legatos ad se pro pace directos, publice verberari & decalvari jussit. Postremo omnibus modis Ecclesiam & suos impugnare, spoliare, cædere, & pro nihilo habere cœpit. Archiepiscopus ergo qverelam ad curiam deferens, nihil aliud meruit, qvam derideri. Nam & Rex puer à Duce & fratre ejus primo derisui habitus est. Qvapropter Archiepiscopus, ut fratres ab invicem divelleret, Herimannum Comitem adoptavit in militem, profectusqve eo in Ungaricam expeditionem cum Rege, qvasi princeps militiæ ejus, relicto super negotia Regni Annone, Coloniensi Archiepiscopo. Restituto autem in Regnum Salomone, qvem Ungari bello expulerant, Albertus cum Rege puero victor ab Ungaria regressus est. Tunc Comes Herimannus magnum ambiens beneficium, qvod dare noluit Episcopus, statim in furorem versus est, venitqve contra Bremam cum exercitu copioso, diripiensqve omnia, qvæ ibi erant, soli pepercit Ecclesiæ. Castella verò omnia, 94.
qvæ Pontifex diversis construxerat locis, diruta sunt. Archiepiscopus eo tempore primatum Curiæ tenebat. Cujus audita qverela, Comes secundum judicium palatii exilio relegatus, post annum clementia Regis absolutus est. Deinde verò idem Comes, & frater ejus Ordolphus, ad satisfactionem Ecclesiæ venientes, pro delicto suo L. mansos obtulerunt, & terra qvievit dies paucos. Tunc etiam Rex vastationi Bremensis Ecclesiæ con-

condolens, transmisit ad solatium fere centum pallia, cum aliis vasis argenteis, itemqve libris, candelabris, & thuribulis auro paratis. Hæc autem sunt munera, qvæ Rex misit ad reædificationem Ecclesiæ: tres calices aureos, in qvibus erant libræ auri x. unum vas Chrismale argenteum, scutum argenteum, deauratum, Psalterium aureis scriptum literis, thuribula & candelabra argentea, dorsalia IX. regalia, casulas XXXV. cappas, Dalmaticas & subtiles XIV. & unum plenarium, cujus tabula IX. libras auri habuit, & alia multa. Tunc etiam Corbeja atqve Lauressa cœnobia, pro qvibus diu multumqve Episcopus laboraverat, Ecclesiæ Bremensis præceptis tradita sunt. Tunc & Lismona in ditionem venit Ecclesiæ, qvæ cortis septingentos mansos habet, & maritimas Hatheleriæ regiones possidet, pro qva solvenda Archiepiscopus Agneti Reginæ dedit IX. libras auri, qvoniam hæc in partem suæ dotis cessit. Qvinqvaginta ergo Cortes dominicales habuit Archiepiscopus, ex qvibus Walde maxima unius mensis persolvit servitium, cæterarum Wibergon minima XIV. dierum. Tanta erant opulentia hujus Episcopi. Statuit autem omnes Comitatus suæ parochiæ, qvi in sua diœces. aliqvam jurisdictionem videbantur habere, in potestatem Ecclesiæ redigere, ad instar aliorum Præsulum, & maxime Wirceburgensis, qvi in Episcopatu suo neminem dicitur consortem habere. Ipse enim cum teneat omnes Comitatus suæ parochiæ, Ducatum etiam provinciæ gubernat. Qvapropter ab initio qvidem illum maximum Fresiæ Comitatum de Fivelgoe à Rege adeptus est, qvem prius habuit Dux Gotafridus, tunc verò Ecbertus. Pensionem annuum dicunt esse mille librarum argenti, qvarum CC. Ecbertus solvit, fuitqve miles Ecclesiæ. Archiepiscopus autem obtinuit eundem Comitatum per X. annos, usqve ad expulsionis suæ diem. Alter Comitatus erat Udonis; qvi per omnem parochiam Bremensem sparsim diffunditur, maximè contra Albiam, pro qvo Archiepiscopus Udoni tantum obtulit de bonis Ecclesiæ, qvi singulis annis mille libras argenti solvit. Cum utiqve tanta qvantitate pretii major posset fructus Ecclesiæ omni anno parari: nisi qvod sufficit, ideo pauperes esse, ut divites servos habeant. Tertius erat Comitatus in Fresia, Bremensi parochiæ vicinus, qvi dicitur Emisgoe; pro qvo Archiepiscopus Regi pactus est, se mille libras argenti daturum. Cujus pecuniæ summam cum facile non posset habere, jussit cruces, altaria, coronas, & cætera ornamenta Ecclesiæ deponi. Qvibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere. Gloriabatur autem, pro argentea cito se auream facturam Ecclesiam, omniaqve ablata restituere in decuplum, sicut & prius in destructione claustri visus est egisse. Tunc & ornamenta aurea, qvæ obtulit domina Emma, confracta sunt. Aurifaber autem illa conflans, ad sonitum mallei audivit qvasi vocem gementis pueri. Tali modo thesauri Bremensis Ecclesiæ à veteribus summo labore, magnaqve fidelium devotione collecti, tunc pro nihilo sunt pessundati, Vix tamen ex pecunia eadem media pars debiti conflata est. Gemmæ autem distractæ qvibusdam meretriculis donatæ sunt. Ab illo ergo die ruentibus in occasum prosperis, omnia Bremensi Ecclesiæ adversa fuerunt: Archiepiscopus & sui ab omnibus sicuti hæretici exsibilabantur. At ille omnium voces parvi pendens, simul etiam relicta rei domesticæ cura, totus in curiam vehemens, & in gloriam præceps ferebatur.

Anno Domini M.LXVI. Albertus Archiepiscopus consulatum curiæ adeptus est, æmulisqve remotis, solus primatum arcemqve Capitolii possedit, non tamen sine invidia, qvæ semper gloriam seqvitur. Tunc verò qvædam aurea renovaturus secula in consulatu suo, cogitavit disperdere de civitate Dei omnes operantes iniqvitatem, præcipue illos, qvi vel in Regem manus miserunt, aut Ecclesias deprædasse videbantur. Cujus
95. delicti conscientia cum fere omnes Episcopi & Principes regni tangerentur, unanimiter conspirabant, ut ille solus periret, ne cæteri periclitarentur. Igitur omnes Triburiæ congregati, cum Rex præsens adesset, Albertum Archiepiscopum, qvasi seductorem & magum, à curia depulerunt. Audientes autem Duces Ordulfus & filius ejus Magnus, Comesqve Herimannus, Pontificem ab ordine Senatorum esse ejectum, gavisi sunt, atqve ut eum penitus à suo Episcopatu depellerent, cogitabant. Ipse autem eo tempore cum nihil tutius haberet, Bremæ sedit, inimicorum custodia undiqve vallatus. Cumqve tota Ducis familia pastorem & Ecclesiam perseqverentur, Magnus ante omnes sæviebat, glorians se reservatum esse, ut rebellem domaret Ecclesiam. Ajunt Ducem Bernardum, futurorum præscium, hoc ipsum sæpe cum gemitu narrasse, qvi in extremis positus dixit, filios suos ad excidium Bremensis Ecclesiæ fataliter destinatos. Vidit enim per somnum, ex penetralibus suis egressos in Ecclesiam ursos, aprosqve, deinde cervos, ad ultimum lepores. Ursi, inqvit, & apri erant parentes nostri, fortitudine, sicut dentibus-

bus armati: Cervi sumus ego & frater meus, solis decori cornibus: Lepores autem sunt filii nostri, modicæ virtutis & timidi. De qvibus metuo, ne impugnantes Ecclesiam, divinam incurrant ultionem. Qvapropter sub obtestatione divini timoris, præmonuit eos, ne qvid impium cogitarent adversus Ecclesiam & Pastorem, neve læderent etiam hunc aut illum, qvorum injuria redundet in Christum. Hæc illæ surdis auribus præcepta reliqvit. Magnus enim filius Ordulfi Bernardi, collecta latronum multitudine, non eo modo Ecclesiam impugnare conatus est, qvemadmodum parentes ejus, verum ipsum Ecclesiæ pastorem persecutus, ut contentionem diutinam finisse videretur, aut menbris truncare, aut funditus interficere qværebat Episcopum. Nec tamen illi dolus ad cavendum defuit, auxilium vero in militibus nullum habuit prorsus. Ipso ergo tempore Archiepiscopus à Magno Duce obsessus, clam metu fugit Goslariam, ibiqve secure apud Lochtunam in prædio suo per dimidium annum mansit, castra autem & servitia ejus ab hostibus direpta sunt. Tandem fœdus cum Magno pepigit, offerens ei beneficium de bonis Ecclesiæ mille mansos & amplius, ut qvi hostis erat, miles fieret, eo nimirum tenore, ut Comitatus Fresiæ, qvorum alterum Bernardus, alterum Ecbertus invito retinebat pontifice, Magnus absqve omni dolo juri Ecclesiæ vendicaret, atqve defenderet. Ita prorsus diviso in tres partes Episcopatu Bremensi, unam partem Udo, alteram partem Magnus possedit, tertia vero vix remansit Episcopo, qvam etiam ipse postea Bernardo, aliisqve Regis adulatoribus distribuens, fere nihil sibi retinuit. Nam & curtes Episcopii, & decimæ Ecclesiarum omnes cesserunt in usum Laicorum. Tantis ergo largitionibus nil erga Udonem & Magnum lucratus est, qvam ne expelleretur à suo Episcopatu à cæteris vero nihil aliud servitii meruit, nisi ut Dominus vocaretur. Eo tempore Godeschalcus, de qvo supra dictum est, à Sclavis est interfectus, qvos ipse ad Christianitatem nitebatur convertere. Et qvidem vir omni ævo memorabilis magnam partem Slavorum converterat ad divinam religionem. (Passus est autem in urbe Leontia, qvæ & Lenzin, VII. Idus Junii cum presbytero Ippone, qvi super altare immolatus est, & aliis multis tam Laicis, qvam Clericis, qvi diversa pro Christo tulerunt supplicia.) Asſverus etiam Monachus, & cum eo alii apud Racisburg lapidati sunt. Qvi cum ad passionem venisset, rogavit paganos, ut prius socii, qvos deficere metuebat, lapidarentur. Qvibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano genua posuit. Hujus sancti Asſveri servatur brachium integrum apud Stadium, in Ecclesia beatæ Virginis. * Slavi igitur potiti Victoria, totam Hamburgensem parochiam ferro & igne demoliti sunt: Sturmarii & Holsati fere omnes aut occisi, aut in captivitatem ducti: Castrum Hamburg funditus excisum est, & in derisionem Salvatoris nostri etiam Cruces à paganis truncatæ sunt. Civitas etiam Sliaswig excisa est funditus. Hujus auctor cladis Plusso dicitur fuisse, qvi sororem hujus Godeschalci habuit, domumqve reversus, & ipse obtruncatus est. Itaqve omnes Slavi, facta conspiratione, ad paganismum denuo sunt relapsi, eis occisis, qvi perstiterunt in fide. Dux Ordulfus sæpe contra Slavos dimicans, per XII. annos, qvibus patri supervixit, nullam obtinuit victoriam. Igitur expulsio Archiepiscopi, & mors Godeschalci, anno Henrici regis VIII. Archiepiscopi XXII. præsenti anno Domini contigit. Ab hoc autem Anno vacavit sedes Aldenburgensis Lubeke, annis LXXXIV. Hæc est Slavorum tertia negatio; qvos primo Carolus convertit, secundo Otto tertius, tertio vero tunc Princeps Godschalcus. Et hæc mala signavit ille horribilis Cometa, qvi ipso anno apparuit circa dies Paschæ. Eodem qvoqve anno clades maxima per Wihelmum Nordmannicum in Anglia facta est. 96.

Anno Domini M.LXVII. surrexerunt de populo Holsatorum amplius qvam DC. familiæ, transmissoqve amne, abierunt via longissima, qværentes sedes opportunas, ubi furorem persecutionis declinarent: veneruntqve in montes Harthicos, & manserunt ibi ipsi & filii & nepotes eorum usqve in hodiernum diem. Eodem tempore Albertus, Bremensis Archiepiscopus, zelo, ut ajunt, Coloniensis Episcopi à curia perturbatus, Bremæ sedit privatus, solitarius & qvietus. Cum autem nihil residui haberet, de rapinis pauperum vixit, & de bonis sanctarum congregationum. Toto autem septennio, qvo supervixit Archiepiscopus, ex illo famoso & opulento Bremensis Ecclesiæ hospitali nulla prorsus data est eleemosyna. Qvod ex eo miserabile & inhumanum videbatur, qvoniam & tempus famis incubuit, & multi pauperes ubiqve in plateis reperti sunt mortui.

Anno Domini M. LXVIII. Albertus Archiepiscopus post triennium expulsionis suæ voti compos effectus, in pristinum curiæ gradum restitutus est. Moxqve succedentibus prosperis, summam rerum, qvod est Vicedominatus, jam septies Consul meruit. Deliberans vero jam tunc caute ambulandum esse erga Principes, ut non eos, sicut antea, offenderet.

N deret.

deret, Coloniensi primum Pontifici reconciliari voluit, deinde cæteris, in qvos ipse, vel qvi in ipsum peccasse videbantur. Deinde remotis Ecclesiæ suæ impedimentis, pro cujus exaltatione tam in ambitu curiæ, qvam in profusione pecuniæ videbatur improbior, non fuit ociosus. Qvo tempore Plisnam, Dusburg, Groningin & Sincicum acqvisivit. Wildeshusen præposituram, Bremæ vicinam, prope in manibus habuit, & Rosenvelde Hamburg proximam. Disposuit vero Archiepiscopatui suo XII. subjicere Episcopatus, qvos ex sua divideret parochia, propter eos suffraganeos, qvos in Dania cæterisqve gentibus Bremensis tenet Ecclesia, ita ut primus esset in Palmis, secundus in Hilgenstat, tertius in Racisburg, qvartus in Aldenburg, qvintus in Mikilinburg, sextus in Stade, Septimus in Lismonia, Octavus in Wildeshusen, nonus in Bremis, decimus in Ferda, undecimus in Ramsola, duodecimus in Fresia. Nam Ferdensem Episcopatum se facile posse adipisci, non semel gloriatus est. Postremo autem in Hamburg jam aperte laboravit Patriarchatum efficere. Henricus Rex adolescentiæ usus libertate, Saxoniam solam ex omni Romano imperio cœpit incolere, Principes despicere, nobiles opprimere, inferiores sustollere, venatui, lusibus, cæterisqve hujusmodi exercitiis plus qvam justitiis faciendis, ut accusatus est, operam dare, filias illustrium, qvibuslibet obscure natis conjugare, privata præsidia, nimirum potentibus regni non satis fidens, instituere. His discordiæ seminariis contigit Regi qvamplurimos insidiatores tam vitæ qvam regni succrescere. Qvi tamen cum maturitatis nec dum plene attigisset annos, erant qvi non tam ipsum, qvam Albertum Bremensem Archiepiscopum culpandum judicarent, qvod ejus consilio hæc omnia ageret.

Anno Domini M. LXIX. Agnes Imperatrix, mater Regis Hinrici, obiit. Eodem anno famosum illud colloqvium Hinrici Regis cum Rege Danorum habitum est in Luneburg, ubi sub obtentu fœderis, contra Saxones arma laudata sunt. Eodem anno restincta est illa conspiratio prima in Regem facta. In qva Dux Otto & Magnus, devastata per annum Saxonia, tandem consilio Archiepiscopi in potestatem Regis se dederunt. Archiepiscopus autem bona Ecclesiæ recepit, qvæ ante Magnus habuerat.

97. Anno Domini M. LXX. Albertus Archiepiscopus in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negotiis tamen publicis deesse noluit, à Rheno ad Danubium, indeqve in Saxoniam cum Rege portatus est in lectica. Dicunt qvidam, regia sponsione laudatum esse, ut in proxima solennitate paschali, convenientibus apud trajectum Rheni Principibus, ibi confirmarentur ei omnia, qvæ de Lauressa vel Corbeja & cæteris desideravit anima ejus. Alii autem asserunt, callidis à Rege dilationibus protractum esse, qvo scilicet Lauressam dimittens, ubicunqve mallet in regno, bis tantum suæ reciperet Ecclesiæ donandum. Verum ille pertinax incepti, dum nihil aliud velle respondit, tandem frustrato nisu decidens, una & vitam & Laressam cum cæteris Ecclesiæ bonis perdidit. Siqvidem mores viri licet semper à communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum tamen inhumani, intolerabilesqve, & alieni à semetipso videbantur, maxime post diem expulsionis suæ, vel parochiæ devastationis. Post illum inqvam diem, ira, pudore, doloreqve majori, qvam sapientem virum decuit, permotus, qvia recuperandi bona Ecclesiæ non invenit consilium, ex nimia sollicitudine impos mentis effectus est. Porro qvæ per eum deinde gerebantur, alicujus errantis vel desipientis videbantur, sicut est illud, qvia noctem integram vigilando, diem transegit dormiendo: illudqve, qvod à veritate auditum avertens, ad fabulas & somnia conversus est: Item illud, qvod eleemosynarum oblitus in pauperes, omnia qvæ habere potuit, dispersit in divites præcipue in adulatores; & qvod dispersis bonis Ecclesiæ, cum nihil haberet residui, de rapinis miserorum vixit, & legitimis sanctarum congregationum, & qvod de præpositura villicationem, & de hospitali præposituram fecit. Illud etiam qvod facilius solito provocatus ad iram, aliqvos manu percussit usqve ad effusionem sangvinis. Multos etiam ignominiosis exasperans verbis, non minus se qvam illos inhonoravit. Talis ille ante finem, à se totus alteratus, & pristina virtute pessundatus, qvid vellet, qvid nollet, nec sibi, nec ulli suorum satis poterat esse notum. Cæterum talis erat eloqventia ejus usqve in finem, ut si eum audires concionantem, tibi facile persuaderetur, omnia per illum plena ratione, magnaqve auctoritate fieri. Igitur insignis vir, germanus ejus, scilicet Palatinus Comes Fredericus, audita fama deteriorationis viri, ad corripiendum fratrem usqve Lismoniam pervenit. Sed frustra commonens eum de his, qvæ honori ejus attingerent vel saluti, molestus abscessit: Nothebaldum, qvi erat vir maleficus, adulator, & mendax apertissimus, suosqve pares accusans, qvi suis maleficiis illustrem virum circumvenerunt, suisqve dementem reddiderunt consiliis. Pontifex autem eo tempore ad tantam pervenit infamiam,

niam, ut magicis inservisse artibus diceretur. In principio autem introitus sui unum dixit verbum, qvod utinam non dixisset: Omnes scilicet Episcopos, qvi ante eum præsederunt, obscuros fuisse ac ignobiles, solum se generis & divitiarum titulis excellere; porro, dignum, qvi majorem sortiretur cathedram, vel ipsam sedem Apostolicam. Talia non semel jactantem visio magna perterruit. Vidit igitur nocte intempesta, se in conventum Ecclesiæ raptum, ubi Missarum solennia deberent celebrari, astantibus XIV. suis ex ordine prædecessoribus, ita ut proximus, qvi ante eum fuit, Alebrandus perageret Missarum solennia. Cumqve lecto Evangelio, sacerdos ad suscipienda offerentium munera conversus pervenisset ad Albertum, qvi stabat in ultimo chori loco, mox torvis in eum intuens luminibus oblationem ejus repulit, dicens: Tu homo nobilis & clarus non potes habere partem cum humilibus. Et abscesit in hæc verba. Sane ex illa hora pœnitens super his, qvæ incaute protulit, verbis, omnes prædecessores in ingenti veneratione habuit, seqve multis gemitibus testabatur indignum sanctorum consortio virorum. Unde etiam mox statuit, per singulos antecessorum suorum anniversarios de curte Bramstede convivia fratribus dare plenissima, atqve pauperibus. Nam & alia pœnitentiæ signa reliqvit, sicut est illud, qvia post diem vastationis Ecclesiæ, sive expulsionis suæ, nunqvam balneis usus est, nunqvam hilaris visus, raro processit in publicum, vel ad convivium, nisi ad curiam isset, aut diei festi necessitas poposcisset. Multotiens etiam amarissime flevit, si qvando va- 98.
stationis Ecclesiæ recordatus est, sive cum ipsos vastatores conspexit. In die itaqve natalis Domini, cum Dux Magnus præsens adesset, magnaqve recumbentium multitudo, hilares convivæ, finitis epulis, plausum cum voce levaverunt: qvod tamen non parum displicuit Archiepiscopo. Itaqve innuens fratribus, qvi tum aderant simul, præcepit cantori ut imponeret antiphonam: Hymnum cantate nobis. At vero laicis denuo perstrepentibus, inchoari fecit, Sustinuimus pacem, & non venit, Domine. Tertio vero cum adhuc in poculis ulularent, iratus valde, levari mensam præcepit, magna voce pronuncians: Converte Domine captivitatem nostram; respondentibus fratribus, Sicut torrens in Austro. Ita fugiens in oratorium, seqventibus fratribus, inclusus flevit amare. Hæc & alia in eo compunctionis lamenta videbantur, adeo ut Monachus multotiens fieri desiderarit, aut in ministerio legationis suæ in Sclavania, vel in Swedia, sive Islandia mori optaverit, aut pro Christo decollari mereretur. Tandem sæva morum perturbatione infractus, cum simul fortunæ exterioribus qvateretur adversis, etiam corpore debilitari cœpit. Dumqve medicorum auxilio studuit valetudinem recuperare, in graviorem mox incidit infirmitatem. Qvo etiam tempore ad curiam tendens, gravi casu de eqvo lapsus est. Tunc ergo compunctus, flevit amare, correctionemqve vitæ suæ Deo promittens, statim convaluit, totumqve supervivens triennium, multa complevit, non tamen omnia qvæ promisit. Ex eo nimirum balneis, qvæ fere cotidie suevit habere, sale recoctis abstinuit, & reliqvis multis, qvæ populo gravia esse persensit. In istis diebus pervenit qvædam mulier, habens spiritum Pythonicum. Hæc voce publica dixit omnibus celerem Archiepiscopi transitum affore infra biennium, ni forte converteretur. Hoc & medici testati sunt. Erant autem cum Pontifice Nothebaldus, & alii Pseudoprophetæ, vaticinantes illum tam diu victurum, donec poneret omnes inimicos ad scabellum pedum suorum: qvibus melior fides adhibebatur. Visæ sunt eo tempore apud Bremam cruces sudasse lachrymis, porci canesqve violasse Ecclesiam; adeo ut vix possent ab ipsa altaris crepidine repelli. Visi sunt & lupi in suburbanis locis gregatim ululantes, horribili jurgio certasse cum bubonibus. Hæc ab omnibus sinistra nunciabantur in Episcopum respicere. Qvatuor autem dies ante obitum suum Goslariæ positus, ex consuetudine sua nec potionibus nec phlebotomiis contineri voluit. Qvare gravissimo dysenteriæ morbo correptus, & usqve ad ossa attenuatus, suæ adhuc immemor salutis, Reipublicæ negotia usqve ad extremam transitus sui horam tractavit. Aderat ibi Magdeburgensis Episcopus Wezel, & alii fratres, petentes, ut intromitterentur: qvos tamen ipse excludi præcepit à janius, dicens se præ immundicia infirmitatis indignum, ut ab aliqvo videretur. Soli tamen Regi concedebatur aditus ægrum visitandi, qvem dilexit etiam usqve in finem. Illum ergo suæ fidei admonens, & diuturni servitii, multis genitibus commendavit ei Ecclesiam suam. Adamatus qvidam medicus ante triduum mandavit Archiepiscopo, obitus sui diem proximum adesse. Qvod ille dissimulans, Nothebaldum solum præ oculis habuit, qvia spopondit ei mutationis suæ horam cito affuturam.

Anno Domini M.LXXII. Albertus Archiepiscopus, cum adhuc de præsenti vita speraret, die medio sextæ feriæ, suis ad epulas sedentibus, in agone solus jacens exhalavit

 spiri-

spiritum XVII. Kalend. Aprilis, Indictione X. anno Alexandri Papæ XI. Henrici Regis qvarti XVI. Præter libros sanctorumqve reliqvias & vestimenta sacra, fere nihil inventum est in thesauris ejusdem viri. Qvæ tamen omnia Rex accipiens, una cum præceptis Ecclesiæ, tulit etiam manum sancti Jacobi Apostoli, qvam dono Vitalis, Venetiarum Episcopi, ab Italia Archiepiscopus rediens qvondam secum deportaverat. Igitur corpus Archiepiscopi magno totius regni stupore à Goslaria Bremam deportatum est decimo demum die, qvod est in annunciatione sanctæ Mariæ, sepultumqve est in medio chori, novæ, qvam ipse construxit, basilicæ. Asserunt tamen qvidam, qvod cum ita solus jacuisset, de omnibus gesto-
99. rum suorum offendiculis amaram gesserit pœnitentiam, flens & ejulans, se dies suos perdidisse. Eodem anno Hamburg bis incensa & bis vastata est. Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in sua ditione, bellatoribusqve occisis, aut in captivitatem ductis, provincia in solitudinem redacta est. Hanc Pontifex Albertus, sicut prædecessores sui, omni semper amore censuit esse colendam: Ferturqve sæpe antea rogasse ut in ea sepeliretur. Ibi namqve dum adhuc viveret, plerumqve totam æstatem transigens, præcipuas solennitates cum magna gloria celebravit. Ibi promotiones Ecclesiasticorum ordinum legitimis temporibus implevit. Ibi tempus & locum, qvo à Principibus, seu à Slavorum gentibus, sive à cæteris arctoæ gentis legatis adiri posset, constituit.

XIX. *DE LIEMARO.*

LIEMARUS, natione Bavarus, sedit annis XXX. hic de ministerialibus Henrici Regis IV. originem trahens, vir literatus & prudens, Episcopatum suscepit ab ipso Henrico, adhuc exulante Pontificum electione. Ordinatus est autem à suffraganeis, pallium ei misit Papa Alexander.

Anno Domini M. LXXXI. Henricus Rex Romam profectus est, habens in comitatu suo Liemarum Bremensium Archiepiscopum, penes qvem tunc summa consilii erat, & resistente sibi Papa Hildebrando cum Romanis, ante Castellum Sancti Petri castra posuit: ubi etiam crebris per biennium incursibus Romanorum infestatus, parva manu multa viriliter peregit.

Anno Domini M. LXXXIX. Imperator nuptias Coloniæ celebrat, qvandam Uttonis Marchionis viduam ducens uxorem. Post hæc obsedit castrum Glisce: sed Albertus Marchio eum inde fugavit, ibiqve occisus est Burchardus, Lassanensis Episcopus, qvi lanceam regalem ferebat. Ibi etiam Liemarus, Bremensis Archiepiscopus, captus est à Comite Ludero, qvi postea regnavit, qvi dedit pro redemptione sua Advocatiam Bremæ, & CCC. marcas argenti, & ita restitutus est Episcopatui suo. Hic basilicam, qvam Albertus prædecessor suus cœperat ædificare, de incendio villæ parumper maculatam, funditus destruxit, & à fundamentis hanc, qvæ hactenus cernitur, construxit. Illis temporibus claruit Anselmus, Cantuariensis Archiepiscopus. Eclipsis solis facta est IX. Kal. Octobris, hora tertia diei, & Draco visus est, & mortalitas magna subsecuta est.

Anno Domini M. XCVIII. XII. Kalend. Aprilis, [Indictione VI. epacta XV. concurrente IV.] sumpsit initium Cistertiense collegium.

Anno Domini M. C. instituta est congregatio Monachorum in Hersenvelde.

Anno Domini M. CI. Liemarus Archiepiscopus obiit XVII. Kalend. Junij.

XX. *DE HUMBERTO.*

HUMBERTUS Archiepiscopus Bremensis, sedit annis tribus, postea obiit, anno Domini millesimo centesimo qvarto, in Brema est sepultus, vir simplex & rectus apud Deum & homines.

XXI. *DE FREDERICO.*

FREDERICUS Archiepiscopus Bremensis, sedit annis octo. Iste obiit anno Domini M. CXXIII. III. Kal. Februarii. Luderus Dux Saxoniæ Castrum Vordæ ædificavit ab annis Domini M. CXII. Eodem tempore Eilmarus junior, Comes de Aldenburg, filius Eilmari & Rikencen, filiæ Idæ de Elstorpe, movit qvæstionem de hæreditate ejusdem Idæ contra Principes Stadenses, Udonem Marchionem & filium ejus Henricum, qvi eandem hæreditatem, qvoad vixerunt, qviete possederunt. Sed Comes Fridericus eum à qvæstione summovit. Ista namqve Ida, nobilis fœmina de Svevia nata, in villa Elsthorpe ma-

manens, hæreditatem habuit, quæ adhuc hæreditas Idæ dicitur. Hæc fuerat filia fratris Imperatoris Henrici III. filia quoque sororis Leonis Papæ, qui & Bruno. Hæc nupsit Lippoldo, filio Dominæ Glismodis, & peperit Odam sanctimonialem de Rinthelen, quam 100.
postea claustro absolvit, recompensans, villam Stedestorp prope Heslinge pro filia, & tradidit Regi Ruziæ, cui peperit filium Warteslaw. Sed Rege mortuo, Oda infinitam pecuniam in oportunis locis sepeliri fecit, & in Saxoniam rediit cum filio & parte pecuniæ, & sepultores occidi fecit, ne proderent, & cuidam nupto peperit filiam Harmam, matrem Comitis Burchardi de Lucken, quem postea Hermannus, Landgravius de Wincenburg, in dolo occidit, cum esset vasallus suus. Warteslaw autem revocatus in Ruziam, pro patre regnavit; & ante obitum suum recuperavit pecuniam, quam mater absconderat. Habuit etiam Ida filium Ecbertum Comitem, quem primus Udo, Marchio Wistede, prope Elstorpe occidit, cum tamen esset cognatus suus. Ida vero orbata hæredibus, Romam profecta est ad avunculum suum Papam Leonem, & salubribus monitis dimittendi debitoribus suis debita ab ipso instructa, rediit Elstorpe, plenarie Udoni dimittens injuriam de nece filii: & ut quietius suis posset frui possessionibus, ipsum Udonem suum hæredem fecit, adoptans eum in filium: qui etiam versa vice de hæreditate sua ccc. mansos Idæ dedit possidendos quam diu viveret, (curiam videlicet Tuschensen, curiam Otfredhessen, curiam Hulsinge, curiam Wasten, curiam Bumen, curiam Rotholvingenhusen, curiam Slimæ, curiam Ripe: & præterea pecuniam; pro cujus parte, scilicet pro L. Marcis, obsignavit Frogersen & Frankenbursteld Ecclesiæ Heslinge, quæ eodem titulo adhuc possidentur.) Ida vero duos habuit maritos absque Lippoldo, scilicet Comitem Dedonem, & Comitem Eltherum Album, quorum uterque in Thietmarschia occisus est, cum esset ibi Comes. Alter eorum de Ida genuit filiam Rikencen, quam duxit Eilmarus, Comes de Aldenburg, genuitque ex ea filium Eilmarum, sicut prædictum est. Item Ida peperit Akariman, matrem Burchardi de Lucken. Item Idæ fuit filius Burchardus, Treverensis major Præpositus, qui postea in Archiepiscopum est electus. Hic ædificavit lapideam structuram in Elstorp. Ida ergo mortua, devoluta est hæreditas ad prædictum Udonem, Marchionem primum, cui etiam competebat alia ratione. Nam cum nullus de ejus sangvine hæreditatem illam sibi multo annorum spatio vendicaret, in jus regiæ potestatis cessit. Et prædictus (Udo) tenuit Comitatum Stadensem ab Ecclesia Bremensi in beneficio, qui Comitatus erat illam hæreditatem continens. Hanc igitur prædicti Principes, Udo primus & secundus, & filius secundi Henricus, absque ulla contradictione usque in præsentem Domini annum possederunt, quo videlicet anno Eylmarus junior de Aldenborg eam impetens à Frederico, qui Com etiam Stadensem à sæpedictis Principibus in admininistratione tenuit, transactione de rebus dominorum suorum facta, à quæstione summotus est. Hujus namque Frederici avia & mater de Anglia navigantes, in Comitatu Stadensi naufragium passæ sunt; & secundum prisci juris rigorem tam homines quam res Regiæ ditioni sunt mancipati. Suggessit ergo Dux Friderico, Bremensi Archiepiscopo, ut ipse Comitem Fridericum Ecclesiæ suæ mancipium evincere satageret. In Bremensi quippe Ecclesiæ Comitatu avia & mater sua prætextu naufragii, servituti sunt addictæ.

XXII. *DE ADALBERONE.*

ADALBERO Archiepiscopus Bremensis sedit annis xxiv. Henricus Marchio puer veneficio interiit. Quo defuncto, Comitatum Stadensem, quem prius Fridericus habuit in administratione, obtinit per pecuniam ab Archiepiscopo Alberone in beneficio.

Anno Domini M. CXXXIII. surrexit eo tempore Sacerdos quidam Vicelinus nomine, & venit ad Regem Slavorum Lubeke, rogavitque dari sibi facultatem prædicandi verbum Dei infra terminos ditionis suæ. Dedit autem Dominus illi intellectum & cor docibile: Orationi etiam sæpius vacans, omnium sanctorum suffragia efflagitabat, præcipue verò Beati Nicolai, cui specialius se mancipaverat. Unde etiam contigit, ut vice quadam ejusdem natalitia celebraturus, in Oratorio sanctæ Brigidæ socios convocarit; ubi ve- 101.
spertino & matutino officio solenniter expleto, Angelicæ voces à quibusdam auditæ sunt, psallentes juxta morem Cleri responsorium: Beatus Nicolaus jam triumpho potitus. Iste Vicelinus sub Friderico Archiepiscopo vocatus Bremam, ibique scholas strenue rexit. Postea cum quodam juvene Thietmaro perrexit in Franciam, & studuit sub Magistris Rodolpho & Anselmo. Tribus igitur annis in studio transactis, reversi sunt. Thietmarus in Bremis fit Canonicus, Vicelinus Magdeburg ad Nordbertum veniens, fit sacerdos. Deinde

inde venit Bremam ad Archiepiscopum Alberonem, à qvo legationem accepit ad gentes Slavanicas, cum Rodolpho Hildensemensi & Ludolpho Verdensi Canonicis. Hi Hinricum Regem repertum in Lubecke convenerunt, rogantes dari sibi facultatem prædicandi verbum Dei. Qvi nihil titubans, viros dignissimos coram gente sua magnis honoribus extulit, deditqve eis Ecclesiam Lubeke, ubi tuta secum statione possent consistere, & agere qvæ Dei sunt. Redeunt in Saxoniam ordinaturi de rebus suis, & præparaturi se ad iter Slavicum. Eo tempore Archiepiscopus Adalbero pertransiit Albiam, venitqve Meltorp, & Vicelinus cum eo. Venerunt ad eum cives de Faldera, rogantes dari sibi sacerdotem. Archiepiscopus acceptum per manus Vicelinum, commisit eum cuidam Marchrado præpotenti viro: sicqve abiit cum ipsis. Dedit autem ei Dominus gratiam in conspectu gentis illius, statimqve ut prædicare cœpit, multa populi caterva ad pœnitentiam confugit.

Anno Domini M. CXXXV. Fridericus, Comes Stadensis, obiit Idibus Aprilis.

Anno Domini M. CXXXVI. Lotharius Imperator Hertzevelde veniens, pecuniam, qvam Fredericus Comes Stadensis, eidem monasterio contulerat, scilicet DC. marcas argenti, de altari sanctæ Mariæ abstulit, ordinatisqve rebus dedit Ducatum Saxoniæ Henrico genero suo, Bavariæ.

Anno Domini M. CXLII. suscitavit Deus spiritum trium fratrum, Dudonis, Adekonis, & Richerti, ut novellam plantationem in suburbio Stadensi erigerent, capellam ibi ligneam construentes, qvam Albero Archiepiscopus Bremensis, anno Pontificatus sui XIX. VI. Nonas Julii dedicavit, & Conradus, Abbas Hertzeveldensis, virum venerabilem Aldalwardum, cum Elvero, Godeschalco & aliis fratribus ibidem transmisit. Dedicata est autem Ecclesia lignea in nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, & perpetuæ virginis, Petri & Pauli Apostolorum, Johannis Apostoli & Evangelistæ, Viti, Cosmæ & Damiani martyrum. Statuitqve Albero Episcopus, ut iidem tres fratres cum uxoribus, & filiis & filiabus, & reliqva progenie, & familia ipsorum, ibidem in perpetuum reciperent sacramenta Ecclesiæ, & sepulturam. Concessit etiam, omnes colonos Ecclesiæ ab omni censu, expeditione, villæ vel urbis munimine, & petitione precaria, liberos & immunes.

Anno Domini M. CXLIV. Rodolphus junior, Comes, in Thietmarsia occisus est in Cometia sua, & frater suus Hartvicus, major præpositus Bremensis, dedit omnem hæreditatem suam Bremensi Ecclesiæ, ut concederetur sibi Comitatus Bremensis. Et sic Bremensis Ecclesia, qvæ Principes Stadenses in qvieta possessione longo tempore tenuerant, in suum dominium recepit, hæreditatem videlicet Principum, & Idæ & Hartwici, per solennem & legalem donationem. Investitus est ergo Hartwicus Præpositus, & Fridericus Palatinus, sororius suus, suscepit pallium à Rege Conrado, & statutum est, ut esset coadjutor suus, & judicaret pro eo in placitis Principalibus. Dux autem Henricus adhuc puer per tutores suos conqvestus est Regi, & omnibus Principibus, qvod Archiepiscopus Albero matri suæ promisisset, qvod si moreretur Rodolfus, filio suo Duci conferret Comitatum. Unde post multas qverelas secundum mandatum Regis convenerunt Rameslo ad causæ definitionem. Archiepiscopus præfuit in Judicio una ex parte, puer Dux ex alia. Præpositus & Palatinus constiterunt ad negotii ventilationem. Auditores aderant Thietmarus Verdensis Episcopus, Albertus Marchio, Comes Hermannus de Winceberg, & frater suus, Heinricus de Asle, & magna multitudo militum. Ibi in litis contestatione homines Ducis arma rapuerunt, & seditione facta Archiepiscopum captivaverunt, & aliqvamdiu Lunenburg in captivitate detinuerunt, ut aliqvid extorqverent ab eo. Tandem videntes, qvod moveri pœnis vel minis non posset, liberum abire permiserunt. Præpositus Hartwicus ab Hermanno de Luchore captus, cum sperarent homines Ducis, qvod ipsis esset præsentandus: & cum jam intentarent ei mortem, adductus est ad Marchionem Albertum, & sic liberatus. Tempore Imperatoris Henrici II. Henricus Calvus, qvi mansit in Hertzvelde castro bonus & mansuetus, uxorem habuit Hildegardam qvibus filius solus fuit superstes Henricus, Canonicus in Hildensem. Hic cum à suis à Clericatu tractus esset, ut apostasiam eleemosynis redimeret, destructo castro Hersevelde, tempore Libentii senioris, Archiepiscopi Bremensis, & Benardi, Ducis Saxoniæ, fecit ibidem Conventum Clericorum. Hic qvasi damnatus esset legum censura, ter se redemit prædiis, ornamentis & aliis possessionibus, & omnia contulit eidem Ecclesiæ; fecitqve ibidem Præposituram, annuente Libentio Archiepiscopo, & Ecclesiam consecranre. Hic appellatus est Bonus Henricus, & genuit duos filios, Sifridum Comitem, qvi Stadium ædificavit. Hic à piratis capto castro, cum fratre comprehensus est. Frater cum in transtris compedibus vinctus sederet, in navem piscatoris saliit, & abductus salvatus est. Piratæ siqvidem dederant

102.

pacem

pacem volentibus redimere captivos, & ita patuerat aditus piscatori. Barbari ergo de fuga Principis offensi, fratri videlicet Sifrido, utramqve manum amputaverunt, & omnes captivos diversis pœnis peremerunt. Elapsus autem, finitimos colligens piratas vicit, & qvos vivos comprehendit, suspendit prope Stadie, in loco, qvi ab eodem eventu dicitur Wargaburg. Mutilatus autem liberatus est, & uxorem duxit de Bavaria, & genuit Sifridum filium, fratre mortuo sine hærede. Iunior Sifridus uxorem accepit Adalam, & dedit Herseveldo bona Trebenece prope Berneburg. Hic genuit Comitem Luderum, qvi accepit uxorem Alheidim, amitam Rodolfi, qvem Saxones elegerunt in Regem contra Henricum, genuitqve ex ea Udonem primum qvi factus est Marchio. Hujus Udonis tempore Comitatus Stadensis donatus est Bremensi Ecclesiæ, & susceptus ab isto in pheudo.

Albero, Bremensis Archiepiscopus Adalwardum primum Abbatem sanctæ Mariæ in Stadio consecravit, cum Abbate Rosenveldense pridie Nonas Julij.

Anno Domini M. CXLVIII. Albero Archiepiscopus obiit.

XXIII. DE HARTVVICO.

HARTWICUS, major præpositus Bremensis, Rodolphi Marchionis filius, eligitur in Archiepiscopnm; & sedit annos XX.

Anno Domini M. CXLIX. Hartwicus Archiepiscopus, qvia pax erat in Slavia, proposuit reædificare sedes Episcopales, qvas barbaricus furor olim destruxerat, scilicet Aldenburgensem, id est Lubeke, Racisburgensem, Mikilinburgensem, id est Swerin. E qvibus Aldenburgensem Magnus Otto primus instituerat, subjiciens ei Polabos, Obotritos à terminis Holsatorum usqve ad flumen Panem & civitatem Demin. Imposuitqve in Aldenburg primum Pontificem Marconem. Post hunc secundus erat Egwardus, tertius Wago, qvartus Ezike, qvintus Folchardus, sextus Rembertus, septimus Benno, Octavus Meinerus, nonus Abelinus, decimus Ezo. Hujus temporibus surrexit in Hamburgensi Ecclesia magnus Adelbertus, qvi de peregrinis Episcopis, qvos in mensa sua habebat, Johannem statuit Mikilinburg, Aristonem Racisburg, atqve in hunc modum Aldenburgensis sedes in tres divisa est Episcopatus. Postqvam igitur permittente Deo propter peccata hominum Christianitas adnullata est in Slavia, vacaverunt hæ sedes annos LXXXIV. usqve ad tempora Hartwici Archiepiscopi. Qvi propter generis nobilitatem duplici principatu clarus, magno studio enisus est, pro recuperandis Suffraganeis Episcopis universæ Daciæ, Norwegiæ, Swediæ, qvos Hamburgensi Ecclesiæ qvondam pertinuisse, commemorat antiqvitas. Sed cum obseqviis & variis largitionibus apud Papam & Cæsarem nihil profecisset, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est jam pridem oblitos Episcopatus Slaviæ suscitare. Accitum autem venerabilem sacerdotem Vicelinum, Aldenburgensi sedi consecravit Episcopum, cum jam esset ætate provectus, & mansisset in terra Holsatorum annis XXX. In Mekilinburg ordinavit Suchardum. 103.

Anno Domini M. CLII. regnavit Fredericus LXXXVI. ab Augusto, filius Friderici Ducis, potens sapientia & fortitudine. Rex Wirceburg conventum habuit, ibiqve Hinricum Ducem & Albertum Marchionem discordantes pacificavit, & principes expeditionem in Langobardiam jurare fecit. Circa idem tempus Dux Saxoniæ Henricus Vicelino Aldenburgensi Episcopo graviter institit, ut ferulam pastoralem ab eo reciperet: qvod Bremenses omnino dissvaserunt. Fecit tamen, ne Episcopatus periclitaretur. Vicelinus sedit annis qvinqve. Vicelino Episcopo successit Geroldus, natus de Svevia, Capellanus Ducis.

Anno Domini M. CLV. proficiscente Rege Frederico versus Romam, Dux post se vocavit Geroldum Aldenburgensem electum, ut secum Romam iret: Siqvidem Hartwicus Archiepiscopus ipsum noluit consecrare, qvia qvasi per Ducem & Ducissam electus erat. Nam Archiepiscopus & Dux minus sibi faventes erant ad invicem, qvia Dux bona Episcopalia ad libitum occupans, qvasi pro capellano Archiepiscopum reputabat. Veniente itaqve Rege Frederico prope Romam, miserunt Romani lagatos suos ad Regem in castra, qvi dicerent, paratum esse Senatum & universos cives urbis ad eum excipiendum cum triumphalibus pompis, siqvidem Imperatorio more sese exhibuisset. Qvo percontante modum, qvo sese exhibere deberet, illi ajebant: Regem propter imperiale fastigium Romam venientem, decere venire more suo, hoc est in curru aureo, purpuratum, agentem præ curru suo Tyrannos bello subactos, & divitias gentium. Præterea oportere eum honorare urbem, qvæ caput est orbis, & mater imperii, & dare Senatui, qvæ edictis præfixa sunt, videlicet XX. mil-

millia librarum argenti, ut per hoc suscitentur animi Senatus ad benevolentiam, & exhibeant ei honorem triumphalem, & qvem electio Principum regni creavit Regem, auctoritas Senatus perficiat Cæsarem. Tunc Rex subridens: Grata, inqvit promissio, sed cara emptio. Magna reqviritis, ô viri Romani, de exinanita camera nostra. Puto autem, qvia occasionem qværitis adversum nos, imponendo non imponenda. Consultius verò agetis, si his omissis, amicitiæ potius, qvam amorum ceperitis experimentum. At illi pertinacius instabant, jura civitatis nullatenus irritanda, alioqvin urbis introitum obserandum. Rex autem reverenter vocavit Dominum Adrianum Papam in castra, propter participationem consilii. Siqvidem Romani Papam in multis offenderant. Veniente ergo eo in castra Rex festinus ei occurrit, & descendenti de eqvo tenuit strepam, duxitqve per manum in tentorium: factoqve silentio, locutus est Dominus Bavenbergensis Episcopus verbum ex ore Regis & Principum, dicens; Honorabilem sanctitatis tuæ præsentiam, Apostolicæ Pontifex, sicut dudum sitienter desideravimus, ita nunc lætanter suscipimus: gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qvi nos deduxit, & adduxit in hunc locum, & sacratissima visitatione tua dignos fecit. Notum igitur tibi esse volumus, reverende Pater, qvia omnis Ecclesia, de finibus orbis propter honorem regni collecta, adduxerint Principem suum ad tuam beatitudinem proyehendum ad culmen imperii: Siqvidem est nobilis, prudens, victoriosus, Deum timens, pacificus, catholicæ cultor fidei, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ venerator. Ecce te venientem suscepit intrepidus sanctissimis tuis vestigiis humiliter inclinatus. Ergo venerande Pater, tu circa ipsum peragas, ut qvæ ei desunt de plenitudine Imperialis culminis, per tuæ benedictionis munificentiam suppleantur. Frater, ait Papa, verba sunt, qvæ loqveris. Princeps tuus debitam beato Petro hac vice non exhibuit reverentiam: nam sinistram nobis strepam tenuit, cum dexteram debuerit tenuisse. Rex se excusat, asserens, se
104 in tenendis strepis minimum studuisse, & hunc defectum non ex indevotione, sed ex inscientia provenisse. Tu, inqvit, sancte Pater primus es, qvem tali sumus obseqvio venerati. At Papa, Rex vester per ignorantiam minima negligit, qvomodo maxima expediet? Rex aliqvantulum motus ait; Vellem instrui, mos iste utrum ex benevolentia sit, an ex debito? Si ex benevolentia, causari non potero super eo, qvæ feci non de jure, sed de arbitrio. Si ex debito, qvid refert inter strepam dextram & sinistram, dummodo servetur humilitas, & Princeps ad pedes summi Pontificis incurvetur? Inter hæc & talia sine osculo recesserunt. Rex iterum hortatu Principum Papam revocat, & reverenter suscipiens redeuntem, strepam dextram Papæ tenuit, & sederunt. Omnibus super hoc exhilaratis, iterum Papa: Princeps, ait, vester reqvirat beato Petro Apuliam, qvam Wilhelmus Siculus per vim possidet, & sic ad nos redeat coronandus. Ad hæc Princeps: Sancte pater; super vires nostras est, qvæ postulas, attriti sumus laboribus & expensis, qvaliter nunc Apuliam reqviremus? Opus consecrationis impleas, ut sic ad patriam redeamus, respiremus paululum de labore, postmodum ad agenda, qvæ debemus, redibimus expediti. Papa consensit, consilium fit de introitu urbis, & cavendis insidiis Romanorum. Dux autem Henricus accessit ad Papam, supplicans consecrari suum electum Geroldum. Renuit Papa, sollicitatus per literas Archiepiscopi Hartwici. Mane facto, præcedente Papa cum Cardinalibus, Rex venit cum omni exercitu suo, & Papa suscepit eum ad gradus, intrantesqve domum Petri, aggressi sunt opus consecrationis. Miles armatus vallabat templum contra insolentiam Romanorum. Post consecrationem Imperator urbe egreditur, & militia reficitur. Inter prandendum Romani irrumpunt in castra Ducis; proxima muris. Sed Duce cum suis fortiter resistente, victoriam obtinuit gloriose. Papa ergo cum muneribus ei mandavit: Cras consecrabo electum tuum, & factum est ita.

Anno Domini M. CLX. Fredericus Imperator cum Mediolanensibus pugnavit, vexillum beati Ambrosii auferens, plurimis occisis cum victoria remeavit. Henricus Dux Episcopos in Slavia ordinatos investivit, Geroldum in Aldenburg, Bernonem in Magnopolin, qvi translatus est in Sverinensem urbem.

Anno Domini M. CLXII. Mediolanum Imperatori traditur. Floruit tunc temporis Petrus Longobardus, qvi fecit librum Sententiarum.

Anno Domini M. CLXIII. Imperator tam Rolandum qvam Octavianum vocat ad judicium, curiam indicens Bisunziæ. Venit Imperator, venit Rex Daciæ Waldemarus, in cujus Comitatu Dux Dorius erat, qvem ipse postea submersit, qvia regnum affectavit. Ibi Waldemarus duo regna, Daciæ & Sveciæ ab Imperatore suscepit. Venit Hartwicus, Bremensis Archiepiscopus, conqverens ibidem, qvod tria regna Daciæ, Sveciæ, Norwegiæ se de sua sede abstraxerint violenter, cum jure deberent suam Synodum observare. [Henricus Dux

Dux castrum Werle cepit.] Deinde vocatis Episcopis, Geroldo Aldenburgense, Evermodo Racisburgense, Bernone Magnopolitano, locutus est eis, ut ab ipso reciperent suas dignitates, & fecerunt. Postulante autem Geroldo Episcopo, Dux sedem transtulit de Aldenburg in Lubeke, statuens ibi XII. prabendas, & præpositum Athelonem, cujus est tertia decima. Ibi Rugiani venerunt ad gratiam Ducis. Geroldus Episcopus Lubicensis obiit, cui successit Conradus, Abbas de Reddageshusen.

Anno Domini M. CLXIV. Hartwico Archiepiscopo Conradum Episcopum, in Stadio consecratum, adhuc secum in Horburg detinente, XIV. Kal. Martii orta est tempestas maxima & maris abundantia, & involvit aqva omnes fines maritimos Fresiæ, Hadeleriæ, & omnem terram palustrem Albiæ & Wirræ, & submersa sunt multa millia hominum & jumentorum. Submersus est etiam Richbertus, Advocatus Stadensis. Reinoldus Coloniensis electus corpora trium Magorum, ut dicitur, de Mediolano Coloniam adduxit.

Anno Domini M. CLXVII. Christianus, Comes de Aldenburg, Duci Henrico se opponens, castrum Wege evertit. Bremam intravit, Bremenses eum recipiunt, volentes jugum Ducis excutere. Dux collecto exercitu, Bremam adiit. Sed Christianus vada occupans fluminis Getæ, Duci transitum prohibuit virtuose. Ibi uterqve sedit exercitus qvatuor diebus. Qvinta die Christianus qvatuor instauravit acies pugnaturus. (Dux terga vertens, abiit. Postea cum magno exercitu revertitur.) & Christianus se recepit in Aldenburg, nihil timens. Postea Aldenburgenses bello se fodiunt intestino, ita ut sacerdote Missam celebrante Fresones calicem effunderent, & deferrent. Unde eadem urbs in manus Henrici Ducis data est, eamqve obtinuit usqve dum ab Imperatore humiliaretur. 105.

Hartwicus Archiepiscopus dedicavit monasterium beatæ Virginis prope Stadium VI. Kal. Octob.

XXIV. *DE SIFRIDO, ET OTBERTO ELECTO, & Baldewino intruso.*

ANNO Domini M. CLXVIII. Hartwicus Archiepiscopus Bremensis obiit, VIII. Nonas Octobris: & duo sunt electi, Sifridus Alberti Marchionis filius, & Otbertus Decanus, & factus est maximus tumultus in Brema, Gnucelino de Zuerin ex parte Ducis insaniente, ita ut Sifridus electus in Aldenburg cum Præposito se transferret. Alii fugerunt Horburg. Imperatore curiam habente in Bauenberg, duo electi Bremenses destituti sunt, & de voluntate Ducis Baldewinus, Halverstadensis Præpositus, est intrusus. Sifridus fit Episcopus in Brandenburg. Baldewinus licet senex bona Ecclesiæ Duci concessit & suis. Pallium a Paschali accepit, in schismate consecratus, vel potius execratus.

Anno Domini M. C LXXI. Thomas, Cantuariensis Archiepiscopus à militibus Henrici, Regis Angliæ, occiditur in templo.

Christianus Moguntinus Archiepiscopus, Imperialis aulæ Cancellarius & sedis Apostolicæ legatus, cum Brabantinis per Lombardiam & Thusciam omnia depopulans, Bononienses invasit, & in eqvo residens, indutus thorace, & desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, & in manibus clavam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur stravisse novem homines propria manu. Vidit Henricus Scholasticus Bremensis, qvi tum XXXV. annorum Notarius fuerat ejusdem Christiani, eundem Archiepiscopum XXXVIII. melioribus terræ dentes cum pertica manu propria excussisse. Fugiunt Bononienses, Archiepiscopus civitatem obsidet, exercitus Bononiensibus insultat. Papa Paschalis strenuitatem viri amplectens, sic ei scribere solebat: *Paschalis Episcopus, servus servorum Dei, Christianissimo Christiano, sedis Apostolicæ legato, Imperialis aulæ Cancellario, & Romanæ Ecclesiæ filio fidelissimo salutem*, &c. Die seqventi post victoriam, Archiepiscopus, indutus pontificalibus, magnam fecit solennitatem ob victoriæ memoriam; & ipse assistens aræ, qvæ est extra muros Bononiæ, ubi qvidam Episcopus Aqvileiæ ædificavit præclarum palatium de marmore, & templum honorabile marmoreum, celebravit solenniter divina. Astabant ad solennia CCC. milites, omnes Monachi apostatæ, & fere tot Moniales ejusdem sectæ, & præclare cantabant: Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebremus in honore Thebæorum martyrum. Epistola: Sancti per fidem. Gratia: Gloriosus Deus. Versus: Dextera tua Domine. Alleluja: Vox exultationis. Seqventia, Agone. Evangelium: Cum audieritis prælia, &c. Post; Ite missa est, Archiepiscopus & sui acceptis obsidibus, & infinita pecunia, cum multa præda ivit Anconam, obsidens illam fere per biennium.

Christianus Archiepiscopus licet Teutonicus, scilicet Thuringus, disertus extitit & facundus, vir largus & illustris, utens lingua Latina, Romana, Gallica, Græca, Apulica, Lombardica, Brabantica, & lingua materna. Nulla civitas, nulla urbs ei resistere audebat. Henricus prædictus Scholasticus retulit, se veraciter audivisse, qvod asini sui exercitus ma-
106. jores haberent expensas qvam omnis familia Imperatoris, qvæ tamen opulentissima videbatur. Clerici & fœminæ exercitus ejus duo castra munitissima ceperunt. Iste Christianus Anconam tunc obsessam fame sic affecerat, ut calceorum & scutorum coria devorarent. Subjugavit etiam Ferrariam & Ravennam. Terra circa Bremam arsit graviter, in æstate fervida fere per mensem, & per se cessavit. Eqvus locutus est sessori suo dicenti, Bibe diabole; Invitum me poteris ad aqvam minare, sed invitum non poteris adaqvare.

Anno Domini M. CLXXVII. circa idem tempus Imperator Mediolanensibus offensus, Principes in auxilium vocavit, & præcipue Henricum Ducem. Qvi cum ei difficilis esset, ad pedes ejus procidit, qvem Dux levare contempsit. Sed Imperatrix eum levavit, dicens: Surge mi Domine, memor esto casus hujus, & memor sit Deus. Obiit Alwardus, Abbas Stadensis, & de voluntate Ducis qvidam simplicissimus homo, Hertsevelde enutritus, Godeschalcus prior, præfuit Ecclesiæ tribus annis. Sed fortuna Ducis à tempore, qvo Imperatorem levare contempsit, labefactari cœpit.

XXV. DE MAG. BARTHOLDO.

ANNO Domini M. CLXXVIII. obiit Baldewinus, Archiepiscopus Bremensis, cum ipso die esset depositionis suæ literas accepturus, & Magister Bertholdus eligitur, solo Ottone Præposito appellante, Evermodus Episcopus Raceburg obiit, cui successit Sifridus, Præpositus Jericontinus.

Anno Domini M. CLXXIX. celeberrimum concilium congregatum est Lateranis ab Alexandro Papa XX. Pontificatus sui anno: cessitqve à schismate Johannes Calixtus, & factus est Episcopus Beneventanus. Archiepiscopi pallia accepta à schismaticis abjecerunt. Christianus Moguntinus, & Philippus Coloniensis per manum Hyacinthi Cardinalis receperunt nova pallia, refutantes omnem hæresin, & schisma, præcipue Octaviani, Widonis & Johannis, sic dicente qvolibet; Ego N. anathematizo & refuto omnem hæresin, extollentem se adversus sanctam Romanam Ecclesiam Catholicam, præcipue vero schisma Octaviani, Widonis & Johannis, & ordinationes eorum irritas judico, & eis contradico, & modo & in antea me obediturum juro, & promitto fidelitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino meo Alexandro, & successoribus ejus, juste intrantibus, ipsiqve serviam absqve omni malo ingenio contra omnem hominem, secundum ordinem meum. Consilia ejus, qvæ mihi scripto certo mandaverit, vel ipse commiserit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis aut membrorum. Legatum Ecclesiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & juvabo expensis. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. His verbis dabantur Pallia: In nomine patris, & filii & Spiritus sancti, & in honore Dei genitricis Mariæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ Ecclesiæ Romanæ, & Domini Alexandri Papæ, tradimus tibi Pallium, sumptum de beatissimo corpore Petri Apostoli, ut eo utaris in confectione sacramentorum, & corporis & sangvinis Domini, & consecratione Ecclesiarum & Chrismatis, & ordinatione Clericorum, & celebratione synodorum, secundum Ecclesiæ tuæ consvetudinem, Amen. In eodem concilio Bertholdus, Bremensis electus, petivit consecrationem, certissimus ordinari. Sed pridie sederat in concilio inter Episcopos inflatus, cum tamen non esset presbyter. Unde magnam contraxit invidiam. Et Magister Gerardus sic pro eo allegabat: Domine pater, Ecce Bremensis Ecclesia concordi & unanimi voto offert tibi sponsum suum Magistrum Bertoldum, virum undiqve dignum & moribus approbatum, scientia decoratum, liberalibus artibus instructum, utriusqve testamenti pagina eruditum, decretorum legumqve industria peritum virum, ut apparet, personatum canonice, & sine omni contradictione electum; petitqve hodie à te accipere gradum sacerdotii, & cras Episcopalem benedictionem. Papa breviter: Credimus tibi bene, Magister, sed dictum est, manum nemini cito imposueris. Loqvemur cum fratribus
107. nostris, audiemus etiam diligentius modum electionis. Examinantur Bremenses per duos Cardinales, Reinerum Papiensem & Johannem Neopolitanum, & inventi sunt discordare. Papa in consistorio suo sententiatus est: Fratres, vidi vestrum electum, placet persona, placet sententia, placet eloqventia, placent etiam, qvantum novimus, mores, verum modus electionis displicet, præsertim qvia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed aco-

acolytharum, electus, qvo gradu, secundum rigorem juris, licet contrahere matrimonium qvod canonicis obviat institutis. Audivimus etiam super hæc appellationem factam, qvam coactus est resignare appellator. Insuper denuo se fecit eligi, & secunda electio cassavit primam. Præterea electus vester ante sacros ordines suscepit regalia de manu Imperatoris. Hæc non admittunt dispensationem de facili, & alia qvæ præterimus. Inde est, qvod electionem vestram infirmamus, & irritam judicamus. Data sententia, volenti loqvi deposito, non est data audientia, sed ostiarii clamabant: levate, levate, levate.

Eodem anno Sifridus, Brandenburgensis Episcopus, in sedem Bremensem eligitur, filius Alberti Marchionis, & sedit fere annis qvinqve. Nam antea in Brandenburg annis xv. sedit. Media qvadragesima Imperator in Gheyslehusen Electionem Sifridi Bremensis confirmavit.

In supradicto consilio Laterani erant à Papa consecrati Episcopi duo Anglici, & duo Scoti: unus solo eqvo venerat, alter pedes cum solo pedite. Erat ibi etiam Hybernicus, qvi Henrico, Scholastico Bremensi, retulit, se non habere alios reditus, præter tres vaccas lactantes, qvas in defectu lactis parochiani sui per alias innovabant.

Anno Domini M. CLXXXIII. qvidam Bremensium, scilicet Thidericus Decanus, Hartwicus Custos, postea Archiepiscopus & Segebado sancti Pauli Abbas, Hermannus Præpositus de Burken: & Eylo Præpositus sancti Wilhadi, & alii, qvos Sifridus sublimaverat honoribus, conspiraverunt contra eum, mittentes ad curiam Romanam Henricum Canonicum, dictum Dobelstein, eo qvod aleator esset. Hic ubi erat incognitus, scivit in se fingere neqvissimam sanctitatem. Sed Hinricus, Scholasticus Bremensis, ei in curia restitit, & sufficienter Archiepiscopum excusavit, videlicet qvod varium non ferret, nec cum suis vestibus alicui erogatis, mantellum cleri aut militis induisset, & qvod inde auratis phaleris non incederet, nisi eqvo suo dato, eqvum servi aut militis ascendisset. Et idem Henricus multas alias frivolas objectiones elisit. Imperatore curiam habente Erfordiæ, in Palatio, sub qvo erat cloaca fractis trabibus submersi sunt in cloaca octo Principes & multi Nobiles, & plus qvam centum milites, nullo Episcopo vel Clerico qvidqvam passo. Imperator vix evasit. Qvidam Comes, Henricus de Schwartenburg potens, ibi profundius corruit. Qvi semper sic juravit; Si hoc fecero, vel dixero, submergar in latrina. Anno M. CLXXXIV. obiit Sifridus Archiepiscopus Bremensis.

XXVI. *DE HARTVVICO II.*

Anno Domini M. CLXXXIV. Sifrido Archiepiscopo successit Hartwicus secundus. Cui Imperator contulit regalia, Lucius Papa consecrationem.

Anno Domini M. CLXXXVIII. Abbas Joachim sic de Antechristo prophetavit: Cum fuerint completi M. CCLX. anni, nascetur Ante-Christus, & hic pro sanctissimo habebitur. Eodem anno Bardewich à Duce destruitur.

Anno Domini M CLXXXX. Bremenses & Navalis exercitus per mare se moverunt. Woldemarus Slesvicensis Episcopus Regnum Daciæ sibi voluit usurpare, qvem Rex capiens vinculavit. Bremenses Canonici à Burgensibus multa incommoda pertulerunt; propter Hartwicum Episcopum tunc receptum.

Anno Domini M. CLXXXXVII. Hartwicus Archiepiscopus de terra promisssionis, Venetiam navigans, in Bremam perrexit, deferens ibi reliqvias sanctæ Annæ & gladium Petri, qvo Malcho auriculam amputavit. Canutus, Rex Danorum, mittens fratrem suum Woldemarum Ducem, Hamburg & Stadium proposuit expugnare. Sed Archiepiscopus 108. Hartwicus & Comes Adolphus ei apud Eyderam obstiterunt, Rodolphus Bremensis Decanus à qvodam vili fabro in Fresia in villa Dithusen cultro est perfossus: & eadem nocte. scilicet Urbani, mortuus est. Bertoldus, Livoniensis Episcopus, à paganis occiditur. Cui Albertus Bremensis Canonicus subrogatur. Iste Albertus civitatem Righe ædificavit.

Anno Domini M. CCIV. Stedingi cœperunt Comiti Mauritio & aliis Dominis suis rebellare. Hartwicus Archiepiscopus in Stadio recipitur. Hermannus Monasteriensis Episcopus obiit. Cui Otto Bremensis Ecclesiæ Præpositus subrogatur.

Anno Domini M. CCVII. Hartwicus Bremensis Archiepiscopus, congregato exercitu, Stedingos invasit, sed pecunia accepta rediit, & post breve tempus obiit.

XXVII. *DE VVOLDEMARO EPISCOPO Slesvicensis Ecclesiæ.*

ANno Domini M. CCVIII. Woldemarus, Slesvicensis Episcopus, à Bremensibus eligitur, & qvidam Canonicorum & ministerialium pro eo ad Romanam curiam diriguntur. Sed qvia illicentiatus à Papa recessit, Papa eum utroqve Episcopatu privavit. Venit tamen, & qvibusdam sibi faventibus, sedem Bremensem occupavit. Woldemarus civitatem Stadensem; cujus turres & domos tempestas modicum ante dejecerat, expugnavit, & rebus omnibus in inventione Stephani die Dominica spoliavit.

XXVIII. *DE GERARDO.*

ANno Domini M. CCXI. Papa Gerardum Osnaburgensem Episcopum in Bremensem Archiepiscopum confirmavit. Sed Dux Bernardus Waldemarum qvasi ex voluntate Imperatoris Bremam reduxit, & civitas propter eum supposita est interdicto. Stedingi invalescunt, castrum Munzouve & Sehusen destruunt, castrum Hagena obsident. Comes Hinricus de Hoya plurimos Stedingorum cepit & occidit, cum cohortatu Woldemari terram rapinis & incendiis devastarent. Gerhardus Episcopus Scluter ædificat. Stedingi Stotele destruunt. Imperator cum fratre & Marchione de Brandenborg & Woldemaro obsedit Hamborg, & in pace recepit. Rex Danorum cum multis navibus Albiam intrat, Stadium invasurus, sed prohibet Palatinus. Postea idem Rex Danorum Albiam glacie rigentem transiens, Stadium expugnare voluit: sed anteqvam gelu solveretur rediens, totas vires suas in Hamburg convertit. Fecit itaqve castrum secus Albiam infra urbem, & Comes Albertus aliud supra urbem. Unde Hamburgenses affecti tædio se dederunt. Stedingi in gravamen Bremensium, Gerardo Episcopo & ministerialibus sociantur: contra qvorum insultus Bremenses Ducem Henricum invitant. Statim Gerardus Episcopus & Comes Albertus castrum super Schwenge ædificant, sed Dux Heinricus mox illud evertit. Bremenses postea cum Stedingis, Woldemaro ejecto. Gerardum Episcopum introducunt. Unde Imperator cum fratre Bremensem provinciam diruit & incendit. [Castrum Vorda à Bremensis Ecclesiæ ministerialibus occupatur.] Apud Franckenevorde Gerardus Bremensis Archiepiscopus, pro pace inter se & Ducem facienda citatus, moritur: & præfuit Bremensi Ecclesiæ VIII. annis.

XXIX. *DE GERARDO.*

GERARDUS, Palburnensis Præpositus, Bernardi de Lippia, primo Comitis, post Abbatis, demum Episcopi, filius in Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopum eligitur. Castrum Otterenberge à Bremensi Archiepiscopo obsidetur, & capitur. Hermannus, Abbas sancti Pauli in Brema, in Episcopatum substituitur Leasensem Horborg destruitur.

Anno Domini M. CCXXV. fuit validissima fames. Comes Adolphus auxilio Gerardi Archi-Episcopi, Heinrici Comitis Zwerini, & Heinrici de Werle, invitatus etiam à po-
109. tentioribus Holsatiæ, Albiam pertransiit, terram occupat Transalbinam. Comes Albertus à Comite Hinrico de Zwerin in prælio capitur, & cum Rege Danorum avunculo suo custodiæ mancipatur.

Anno Domini M. CCXXVII. Hinricus Dux, & Palatinus Rheni, sine filio obiit, & Bremensis Archiepiscopus Comitatum Stadensem obtinuit. Rex Danorum à Bremense Archiepiscopo, Duce Saxoniæ Alberto, & comitibus Hinrico de Zwerin, & Adolfo de Schowenburg, Slaviæqve Dominis, in Bornhovede prælio devincitur die Mariæ Magdalenæ. Hinricus, Raceburgensis Episcopus, obiit, cui Lambertus, Bremensis Canonicus, [& Hamaburgensis] successit. Hic unam Missam die assumptionis Beatæ Mariæ celebravit, & unum cœmiterium dedicavit, & eodem anno . . . . Godeschalcus, ejusdem Ecclesiæ Præpositus, successit. Wulbrando, Paderburnense Episcopo, in sedem Trajectensem translato, Bernardus, Embricensis Præpositus, Paderburnæ in Episcopum eligitur, & Bremæ à fratre suo, Bremensi Archiepiscopo, ordinatur. Hic erat filius nobilis Bernardi, Domini de Lippia, qvi à suæ juventutis tempore, in omnibus dominii vel militiæ suæ actibus strenue segessit, ita ut circa maturam ætatem, qvamvis esset debilis & contractus, in sporta ad prælium deferretur, & inimicos potita victoria superaret. Hic laudabilem vitam qvo ad seculum, laudabilius in Deo complens, apud Wandehart Cisteriensi Ordini se reddidit, & primum ibidem

ibidem factus Abbas, non modicum post in Livoniam profecturus, Selonienſibus populis Epiſcopus conſecratur, ita ut in vinea Dei egregie prædicando fideliter laboraret. Mira res, Otto, Trajectenſis Epiſcopus, Bernardum patrem ſuum in Epiſcopum conſecravit. Idemqve Gerardus alium fratrem ſuum in Epiſcopum Padeburnenſem, ſicut jam prænominavimus, Bremæ ordinavit. Ab eodem Archiepiſcopo Bremenſi Hamburg recipitur. Anno Domini M. CC XXIX. Albertus, Livonienſis Epiſcopus, obiit, & Bremenſis Eccleſia jure ſuo potita, Magiſtrum Albertum, Bremenſem Scholaſticum, in Epiſcopum elegit, qvi poſtea factus eſt Primas in Hybernia. Sed Rigenſes Canonici alium ſcilicet Nicolaum elegerunt, diuqve fuit alterinſecus coram judicibus, impetratis à ſede Apoſtolica, litigatum. Tandem Papa Bremenſibus ſilentium impoſuit pro ſua, ut dicitur, voluntate.

Anno Domini M. CC XXX. Bremenſis Archiepiſcopus Stedingorum inſolentiam repreſſurus, die natali Domini valido bello eos aggreditur, ibiqve frater ejus Hermannus, Dominus de Lippia, vir utiqve ſapiens & illuſtris, ſolus occiditur. Unde ſubita confuſione facta, ille totus bellicus apparatus diſſolvitur.

Bremenſis Archiepiſcopus caſtrum Slutere, contra Stedingos ædificat, ſed ipſi illud protinus everterunt.

Anno Domini M. CC XXXIII. Crux contra Stedingos ubiqve auctoritate Apoſtolica prædicatur, & à multis accipitur. Orientalis Stedingia à peregrinis, occiſis Stedingorum plurimis, devaſtatur, Borchardus, Comes de Aldenburg, à Stedingis pene cum CC. proſternitur peregrinis, relinqvens poſt ſe hæredem Henricum Bogenarium. Dominus de Brunſwich, Bremenſi Eccleſiæ contrarius, Cometiam Stadenſem interea populatur. Fames validiſſima in Livonia, ita ut homines ſe invicem comederent, etiam fures à patibulis abſtracti magna aviditate devorabantur.

XXX. DE HINRICO DUCE BRABANTIÆ *contra Stedingos.*

ANNO Domini M. CC XXXIV. Hinricus, Dux Brabantiæ, & Florentius, Comes Hollandiæ, Bremæ exiſtentes, contra Stedingos viriliter ſe accinxerunt, tanqvam contra inimicos manifeſtos Eccleſiæ. Nam ſicut probatum eſt ſuper eos, & per Mindenſem, Lubicenſem, Raciſburgenſem, Epiſcopos, Papæ auribus intimatum, ipſi doctrina matris Eccleſiæ penitus vilipenſa, ipſius libertatem conculcaverunt, nulli parcentes ſexui vel ætati. Qvæſierunt reſponſa dæmonum, ſimulachra fecerunt cerea, conſulentes etiam in ſuis ſpurcitiis erroneas Pythoniſſas, & qvod deterius eſt, viaticum ſalutis æternæ horribilius, qvam deceat exprimi, pertractantes. 110. Clericos etiam & religioſos impie lacerantes cruciabant omni genere tormentorum. Nec propria eis ſufficit perditio; ſed omnes, qvos poterant, & maxime ruſticos, in foveam ſuæ perfidiæ ſecum trahere nitebantur. Sicut Lucifer lucis æternæ lumine deſtitutus, caduca ſuperbia procurante cœlo contineri neqviens, eo qvod perpetuæ cæcitatis tenebras incurriſſet, cum ſit perditus & miniſter perditionis effectus, ne ademptas ſibi delicias ſempiternas poſſit conditionis humanæ dignitas adipiſci [qvia ſolent miſeri proſperitate felicium cruciari] illam in profundum perfidiæ ab altitudine fidei dejicere nititur, ut ſecum in lacum ſuæ miſeriæ deducatur exiſtimans, per hoc ſuæ damnationis cumulum minorari, cum ſoleat afflictis qvoddam afferre ſolatium, grata miſeris ſocietas miſerorum. Ita miſeri & miſerabiles Stedingi, ponentes ſibi omnino Deum contrarium, ſuis perſuaſionibus, & malis exemplis graviter infecerunt populum Chriſtianum, ita ut infinita ruſticorum multitudo, tam in remotis, qvam in vicinis provinciis conſtituta, verbotenus eos defenderet, & ſi ſe oportunitas obtuliſſet, prompto animo proterviæ eorum auxilium attuliſſet. Sed Deus miſericordiarum dominus, ſuis fidelibus inſpiravit, ut ad prædicationem crucis ſe viriliter accingerent; ad exterminium tam reprobæ nationis, illa gaudentes indulgentia, illoqve privilegio, qvæ accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur. Itaqve Bremenſis Archiepiſcopus, Dux memoratus & Comes, peregrinorumqve non modica multitudo, VI. Kalend. Julij die ſabbati proceſſerunt unanimiter contra ipſos, tanqvam divinæ potentiæ & patientiæ abuſores, parati occumbere, vel ipſos cum eorum nefandis operibus, ad honorem & gloriam Jeſu Chriſti & Eccleſiæ, penitus abolere. Illi econverſo tanqvam ferinis uberibus enutriti, ad hoc crudelius ſæviebant, & in ſuo Aſmodet ponentes fiduciam, non diffidebant ſe poſſe reſiſtere potenti brachio Domini Zebaoth, & tantæ multitudini ſignatorum. Et mira & miſeranda pertinacia obſtinati, non ceſſabant adhuc claves Eccleſiæ ſceleſtis labiis turpiter blaſphemare. Bolcke de Bardenflete, Tammo de Huntorpe, Thedmarus de Aggere, & alii peſſimi maleſvaderunt,

runt, ut vitam & patriam defenderent, ipsos fortiter hortabantur, dicentes, qvod ipsos aut oporteret succumbere, aut sicut canes rabidos insanire. Transierunt autem medio tempore peregrini Othmundam fluvium, pontem de navibus facientes, & cum transierant, sapienter suas acies ordinabant. Stedingi ut amentes effecti, ac qvadam insania ventilati, non timuerunt signatorum multitudinem, nec spiritualem nec materialem gladii potestatem, sed ordinata qvidem acie, inordinata autem mente, tanqvam furibundi canes processerunt obviam peregrinis. Dux Brabantiæ & Comes Hollandiæ primo congressu pestilentes illos super agrum Oldenesche, ubi convenerant, viriliter invaserunt: sed ipsi summo conamine se defenderunt. Statim Comes de Clivo cum suis à latere irruens super illos, ipsorum aciem dissipavit. Clerus qvi eminus astans, rei exitum exspectabat, Media vita, & alia miserationis carmina, cum mœrore canebat, & pro crucis victoria supplicabat. Nec mora, illi insipientes & maligni evanuerunt in cogitationibus suis, qvia ab exercitu Domini opprimuntur, hastis perfossi, gladiis percussi, eqvorum pedibus conculcati. Et ita manus Domini invaluit super eos, ut in brevi spacio eorum VI. millia interierint. Plurimi ex eis fugæ præsidium postulantes, in proxima fovea & in Wisera se submerserunt. Si qvi evaserunt, sub cœli ventis qvatuor sunt dispersi. Sic pertinacia eorum facta est coram ipsis in laqveum, & in retributionem, & in scandalum. Comes Hinricus de Oldenborg ibidem cecidit, & cum eo peregrini aliqvi circiter novem. Sed Comes Hollandiæ domum veniens, in tornamento apud Novimagium est occisus. Rex Daciæ pro oppressione Lubicensium super fluvium Travenæ ædificat duo castra.

Anno Domini M. CCXXXV. Dux Otto de Brunswich circa festum Martini Bremam ob-
III. sedit, & factis exactionibus & incendiis, rediit. Castrum Otterenberge Duci traditur à qvibusdam, qvi illud ceperant qvadam nocte.

Anno Domini M. CCXXXVI. Bremensis Archiepiscopus & Dux de Brunswig reconciliati sunt, & promissa est pax perpetua inter Ecclesiam & Ducem, & Duci qvædam feuda sunt porrecta. Otterenberge & Horborch destruuntur; Monasterium in Hertzvelde IV. Kalend. Maji totaliter incendio deflagravit. Beata Elizabeth in Marpurg translata est Kal. Maji, præsente Imperatore & multis Principibus. Tanta ibi erat multitudo hominum qvantam se nemo unqvam meminit pariter aspexisse. Oblatio auri & argenti sine fine. Eodem anno in die Pentecostes soror Regis Boemiæ, Domina Agnes, hortatu Minorum fratrum se reddit ordini pauperum Dominarum de regula sancti Francisci in Praga, spreto propter Christum Imperatore Frederico, qvi eam in conjugem ante postularat. Postea Imperator duxit sororem Regis Angliæ.

XXXI. *QVI ELIGANT IMPERATOREM.*

ANNO Domini M. CCXL. Gregorius Papa insolentias Imperatoris contra Ecclesiam metuens, Principes super electione alterius sollicitavit, sed nihil perfecit, qvia qvidam Principum ei rescripserant: Non esse sui juris, Imperatorem substituere, sed tamen electum à Principibus coronare. Electio enim ad istos dignoscitur pertinere. Ex prætaxatione Principum & consensu eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus & Coloniensis Episcopi. Trevirensis enim licet de Alemannia non sit, ratione antiqvitatis eligit: qvia cum eadem civitas à filio Nini, qvem noverca ejus stuprum ab eo desiderans, à Babylone fugavit, sit constructa, Abraham Patriarcha trium annorum existente, etiam est à tempore Petri Apostoli in fide Catholica solidata. Palatinus Rheni eligit, qvia Dapifer est; Dux Saxoniæ, qvia Marschalcus; & Margravius de Brandenburg, qvia Camerarius. Rex Boemiæ, qvia Pincerna est, non eligit, qvia Teutonicus non est. Bernardus, Paderburnensis Episcopus, obiit, cui Simon, frater Domini Bernardi de Lippia, successit; & frater ejusdem Simonis, scilicet Otto, major Præpositus Bremensis, Monasteriensi Episcopo subrogatur.

Anno Domini M. CCXLIX. Rex Franciæ cum pluribus suis regni militibus terram sanctam adiens, circa octavam Pentecosten obtinuit Damiatam, qvem Fridericus Imperator multis dicitur obseqviis adjuvisse.

Anno Domini M. CCL. feria III. post octavam Paschæ, scilicet Non. Aprilis, Rex Franciæ conflictum habuit cum Soldano super Nilum, ubi occisa sunt in parte Regis centum & sexaginta millia Christianorum: Rex autem captus est, & reddidit Damiatam, & se ipsum redemit centum millibus marcarum. Præterea venerant Regi recenter XIII. vasa plena Bisantiis, & tantæ magnitudinis, qvod sex boves vix trahere poterant unum vas per

duo

duo milliaria uno die. Hæc pecunia tota transiit ad Soldanum. His auditis rumoribus, prophetiam Abbatis Joachimi qvidam reduxerunt ad memoriam, qvi dixit: Superabitur Francus, capietur summus Pontifex, prævalebit imperans Alemannus. Sed frater Alexander in expositione Apocalypseos eandem prophetiam tangens, subjicit sic: Sed Ecclesia orat, ut qvod dictum est in ultionem, transeat in salutem. Dux Albertus [Horeborch] reædificat, patris violans juramentum.

Anno Domini M.CCLV. milites de Bederekesa, pluribus in auxilium evocatis, Worthsatos Fresones invaserunt audacter, & qvidem prima vice terram intrantes, domos plurimas exusserunt. Secunda autem vice, scilicet IV. Idus Septembris, iterum eis terram intrantibus, & qvasi de victoria securis, occurrerunt Fresones, & fere nudi inarmatos impetum facientes, in fugam eos verterunt inopinabilem, cæsis ibidem plurimis, inter qvos erant nobiles aliqvi, milites multi, prædones famosi. Imperator Fredericus mortuus est, ab Archiepiscopo Palarmitano absolutus, & in Sicilia tumulatus. Fredericus Dominus in Haseſthorp de laicatu ad Clericatum ascendit, & inter cætera virtutum opera, villam Worthemensem cum omnibus suis attinentiis contulit Ecclesiæ beatæ Virginis in Stadio, ejusdem loci Theodorico Abbate eum exhortante.

Anno Domini M. CCL. circa diem Laurentii, de Erico, Rege Daciæ, rumores infortunati succreverunt, qvibusdam dicentibus, Regem captum, qvibusdam mortuum. Tandem veritas innotuit, qvod cum secure luderet in alea, in domo qvadam super aqvam posita, venit super eum inopinate Dux Abel, frater ejus, qvi amicabiliter eum ibidem invitaverat, & captum hostiliter projecit in naviculam, ad locum illum ex industria deportatam. Delatus est in medium aqvæ, qvæ dicitur Sli: & Lago qvidam de Danorum potioribus, Duci dilectus, cum altera nave celeriter adveniens, eum decollari fecit, & corpus, multo ferro onustum, in profundum illius aqvæ submersit. Rex tamen cum mortem inevitabilem vidit, sacerdotem petiit, & obtinuit, & facta confessione, ut dicunt, intime decollatori flagitium indulsit, & jam decollandus dixit: Frater meus, sicut ante Deum heu merui, turpem mihi ingerit mortem; sed ipse si se non emendaverit, sentiet turpiorem. Istud contigit in nocte Laurentii. Non multum post corpus inventum est à Prædicatoribus ipso ferro onustum, & capite adhuc ad collum pendente. Sepelierunt eum Prædicatores in Ecclesia sua Slesvic. Postea frater ejus Dux Abel fecit eum extumulari, & ibidem in nova monialium Ecclesia sepeliri. In die omnium sanctorum Abel coronatur in Regem, uxor ejus Mechildis in Reginam, filio eorum Waldemaro adhuc puerulo [qvem redeuntem de Rothomago Coloniensis Archiepiscopus ceperat] adhuc in captivitate detento. Postea die Apostolorum Petri & Pauli Rex Danorum Abel, Strantfresones ob insolentiam eorum volens compescere, inopinata morte ab eis est occisus. Christophorus frater ejus, ei in regno successit. Lago qvem prædiximus, cum regali corona & multa pecunia, ab Abel collecta, fugit in Holsatiam: non multo post tempore & ipse occisus est.

XXXII. *DE GERARDO.*

GERARDUS Archiepiscopus Bremensis, præ nimia senectute debilitatus, ita ut in vehiculo per novem annos de loco ad locum duceretur, cum consensu & voluntate Canonicorum & Ministerialium Bremensis Ecclesiæ Simonem Paderburnensem Episcopum, filium fratris sui tutorem constituit, qvi præfuit Ecclesiæ Bremensi VII. annis. Castrum Langwedel ædificavit contra malitiam Ducum. Hic Simon bellicosissimus hominum fuit. Guerras & discordias dilexit. In bello nunqvam victoriam obtinuit, sed amisit. Fuit enim tutor Coloniensis Ecclesiæ tempore Engelberti Archiepiscopi. Tandem Gerardus Archiepiscopus, cum sedisset in Ecclesia Bremensi XXXIX. annis, plenus dierum in Castro Vorden obiit. Reductus est ad civitatem Bremensem, & in Ecclesia honorifice sepultus.

XXXIII. *DE HILDEBOLDO.*

MORTUO Gerardo Archiepiscopo, Canonici Bremensis Ecclesiæ & alii electores cum ipsis convenerunt de electione futuri Pontificis tractaturi: & cum concordare non possent, major & sanior pars Dominum Hildeboldum filium Comitis de Wunstorpe Archidiaconum Rustringiæ in Episcopum elegit. Altera verò pars, videlicet Scholasticus, Custos & Cantor, & qvidam alii, Gerardum de Lippia præpositum Bremensis Ecclesiæ in Episcopum elegit: dicentes se habere plenum jus in electione, sicut ante habuerunt in electione

ne Episcopi Gerardi. Simon igitur tutor qvondam Domini Gerardi detinuit Castrum Langvedel, qvod Episcopus Hildeboldus cum amicis suis obsidens, qvadringentis marcis redemit. Similiter Castrum Vorde pro eadem summa pecuniæ à qvibusdam militibus obsessum comparavit. Demum Simon Episcopus & tutor, consilio usus, Stedingiam intravit & cum ipsis conspirationem fecit, multaqve mala intulit hominibus Bremensis Ecclesiæ.
113. Tandem collecto exercitu versus Wildeshusen est profectus, qvod intelligentes Comites de Oldenborch, & Comes Hinricus Boghenarius, contra ipsos similiter processerunt armata manu: in loco qvi dicitur Munderlo pugnaverunt, & plurimos ex ipsis occiderunt, propter qvod Simon Episcopus confusus de terra furtive recessit, indutus cappa monachali. Deinde Episcopus Hildeboldus iter arripuit ad Curiam Romanam, pro confirmatione sua obtinenda; contra qvem missus fuit Godefridus, beati Willehadi Decanus, & qvidam Canonici cum eo, ut confirmationem, propter contemptum ipsorum, impedirent. Et cum essent in Romana Curia constituti, Hildeboldus & qvidam Canonici sui, Godfridum Decanum fraude circumvenerunt, promittentes munera & dignitates, ut ipsis literas suas præsentarent, qvod & fecit; eisdem literas suas assignando; promiserunt etiam eisdem, ut qvidqvid juris haberet Capitulum beati Willehadi in Electione Episcopi, deberet de cætero possidere pacifice & qviete; qvod eisdem fuit minime observatum. Igitur Hildeboldus, obtenta confirmatione sua, ad propria est reversus: ingrediens civitatem Bremensem, cum lætitia est receptus. Tandem procedente tempore discordia inter Episcopum & Burgenses est exorta, ita ut Episcopus cum consilio qvorundam Ministerialium ædificavit Versflete, pro qva ædificatione est magna gverra facta, ita ut plurima loca incendiis & rapinis devastarentur. Maxima etiam strages Frisonum facta est. Et ista discordia multo tempore perduravit. Tandem favente Deo Episcopus usus consilio discretorum, cum Burgensibus & Frisonibus concordiam fecit. Et magna pecunia data fuit Frisonibus pro homicidiis ipsorum, ita ut qvi fratrem vel cognatum suum amiserat, vix fertonem vel dimidium reciperet pro eodem. Iste Hildeboldus gloriose Ecclesiam Bremensem rexit, & eam potestate & divitiis ampliavit. Nam oppidum Wildeshusen cum qvadam calliditate obtinuit, promissa pecunia à qvibusdam civibus, qvam tamen postea ab eisdem extorsit, cum præfatum oppidum obtinuisset. Item, idem Episcopus recipiens pecuniam à Duce Daciæ, obsedit civitatem Slesewik, non tamen sine damno, qvia qvidam de suis ibidem fuerunt occisi, & alii vulnerati. Et dicitur qvod iste fuerit primus Episcopus, qvi salarium recepit pro exercitu adducendo. Item fuit homo elatæ mentis, qvia cum Albertus & Johannes fratres Duces de Brunswik cum maximo exercitu transmisissent pontem Verdensem, intendentes malum inferre Ecclesiæ Bremensi, Dominus Hildeboldus ipsos non timens, misit milites & cives Bremenses, qvi cum eisdem Ducibus placitaverunt & terram exeuntes cum pace ad propria sunt reversi. Rexit autem Ecclesiam Bremensem XV. annis mensibus tribus, & in civitate Bremensi obiit: sepultus est qvoqve in Ecclesia Bremensi, relinqvens Ecclesiæ pacem & divitias copiosas.

XXXIV. DE GISELBERTO.

HILDEBOLDO Archiepiscopo viam universæ carnis ingresso, Canonici Bremensis Ecclesiæ ad electionem procedentes, Giselbertum, dictum de Brunchorst, filium materteræ Hildeboldi, in Episcopum concorditer elegerunt. Infra breve tempus dispositis negotiis suis, ad Dominum Papam est profectus, qvia Papa Gregorius decimus apud Lugdunum prælatorum consilium convocaverat, tractaturus de subsidio terræ sanctæ. Statuensqve decimam persolvi per VI. annos continuos ab Ecclesia universali. Ab isto Gregorio Giselbertus recepit ordinem sacerdotalem, & confirmatus fuit ab eodem, cum lætitia reversus est, & à Bremensibus honorifice est receptus. Secularis judicii potestatem à Rege Rodolpho postmodum obtinuit. Iste Giselbertus Kedingos, qvi se Hildeboldo ante mortem suam opposuerant, convocatis militibus & famulis in Stadio ad torneamentum cum qvadam subtilitate Kedingos detinuit. Terram ipsorum cum eisdem militibus intrans ipsos potenter subjugavit, qvosdam capiendo, & alios occidendo: fortuna favens Giselberto eidem arrisit, qvia in omnibus suis factis fere usqve ad ultimum tempus vitæ suæ prosperatus fuit. Cives Bremenses multum dilexit, & seditiones inter ipsos exortas propriis ex-
114. pensis & laboribus ad concordiam revocavit; in tantum enim eos promovit, ut à militibus rusticorum Episcopus vocaretur; qvod postea totum in contrarium est conversum. Cum ergo Dominus Giselbertus in die cœnæ Domini Chrisma consecrasset, & divinum officium per-

egis-

regisset, residens in palatio qvidam ministerialium, qvi vulneravit aurifabrum in civitate Bremensi, ad palatium Episcopi pervenit causa refugii: qvod intelligentes cives Bremenses, in iram sunt commoti, circumvallantes cum armis palatium Domini Episcopi. Ipse vero Dominus Episcopus secessit de palatio. Præfatus vero ministerialis cum familia Episcopi cœpissent palatium defendere, sed cives cruentes supposuerunt ignem in medio palatii, coniacentes & confringentes fenestras, & januas, & omnia interiora, & utensilia palatii. Tandem cum se non potuerunt defendere, dederunt se in manus consulum, qvi duxerunt eos in cameram, in foro civitatis, ut eos de manibus coinqvinatorum eriperent, furiosi autem hujus tumultus incentor fuit Reyneke Brushauer, qvi postea fuit de meritis ad caudas eqvorum ligatus, & per civitatem distractus, & extra civitatem in loco supplicii rota fractus. Veruntamen Dominus Archiepiscopus paratus fuit pro suo ministeriali satisfacere, & exhibuit se paratum ad omnia, qvæ dicti cives eligere voluissent. Eodem die cum ira & turbatione exiens civitatem cum suis, de cætero ministerialibus adhæsit, amorem & favorem, qvem Burgensibus exhibuerat, in milites convertendo. Satisfecerunt tamen postea eidem Archiepiscopo Bremenses, qvia tam viri qvam mulieres occurrentes nudis pedibus provoluti cum vexillis & crucibus honorifice receperunt. Fuit enim Dominus Giselbertus homo mitis, clemens, & pius, injuriarum immemor præteritarum; suis injuriatoribus reconciliatus breviter & in bono. Ex hoc autem tempore civitati Bremensi mala plurima evenerunt, qvia qvidam Burgenses potentiores & potiores de civitate per violentiam sunt expulsi, qvi postea auxilio ministerialium ad civitatem Bremensem armati venientes, damna plurima intulerunt incendiis & rapinis. Cives autem sumtis viribus hujusmodi rapinas & incendia viriliter vindicabant, & dictos expulsos publicatis bonis eorum exilio perpetuo condemnabant. Frisones etiam Wurstati & Rustringi violenter naves Burgensium invadentes, bona ipsis abstulerunt; qvosdam vulnerantes, qvosdam occidentes: eis mala plurima & irrecuperabilia intulerunt. Nam inter se discordiam & bella gravissima plusqvam per annos XII. habuerunt. Tandem pax facta est, cum damno civitatis & dispendio nimis gravi. Eo tempore mortuus est Christianus Comes de Oldenborgh apud S. Stephanum in civitate, & deductus ad monasterium Hude, & ibidem est sepultus. Iste Christianus fuit cognatus Domini Archiepiscopi Giselberti, & in tempore juventutis suæ fuerat Scholasticus Ecclesiæ Bremensis, propter qvod pacem & concordiam cum Ecclesia & civitate Bremensi habuit, ubicunqve potuit discordias evitabat. Iste jucundus & affabilis vinum dilexit, hospes fuit splendidus expensarum; societatemqve clericorum plurimum affectabat: Omni die horas Canonicas beatæ virginis & sancti Spiritus cum septem psalmis, tanqvam presbyter decantabat. Jutta Comitissa uxor sua anno elapso post mortem suam in Rastendensi Ecclesia est sepulta. Item Comes Otto frater prædicti Christiani bellicosus fuit homo, gaudens incendiis & rapinis, & qvanqvam plures habebat terrarum Dominos inimicos, minime timuit & curavit. Tempore pacis parcus fuit in expensis, sed tempore discordiæ militibus & famulis expensas & stipendia largiter erogabat. Isto tempore tanta charistia frumenti fuit Bremæ, qvod plaustrum siliginis pro XII. marcis argenti emebatur, nullus tamen pauperum mortuus fuit de charistia memorata. Item, Giselbertus Archiepiscopus audax fuit contra inimicos, & satis humilis & tractabilis ad loqvendum. Consanguineis suis in multis faciebat bene, qvi etiam indigebant. In tantum erat intentus secularibus, qvod spiritualia non curavit: Divinum officium non multum curans: Raro ordines celebravit. Tringint annis rexit Ecclesiam honorifice, & defendit potenter: Et eadem castris, ædificiis, & divitiis ampliavit. Nam & castrum Thedinghusen, ædificavit: Item novam civitatem apud 115.
Buxtehude firmam & munitam: Item, Castrum Otterenberge: Item, castrum Rempempee, qvod postmodum pro qvibusdam bonis Domini Hinrici de Barmstede ultra Albiam constitutis permutavit. Item turrim ædivicavit in castro Vorden. Item, pulchrum grande palatium in civitate Bremensi; Item, domum lapideam in Stadio: Item, castrum Langvedel renovavit, domum ibidem ligneam, pulcherrimam construendo. Alia etiam bona fecit, qvæ longum esset enarrare. Item, claustrum monialium in Mechelen transtulit ad locum, qvi dicitur Wolde, & id fideliter promovendo, de suis propriis reditibus tribuendo ipsius claustri reditus ampliavit. Item ædificavit altare in Ecclesia Bremensi, apud sepulchrum prædecessorum suorum: Sacerdoti ibidem servienti deputans reditus sufficientes. Et de reditibus ipsius altaris memoriam suam & parentum suorum statuit Canonicis & Vicariis ministrari. Item benignus erat, & petitiones se petentium libenter exaudiebat. Item Comes Otto senior de Oldenborgh, qvi in castro Berna morabatur, ac potestate & divitiis abundavit, fuit avunculus Hildeboldi & Giselberti Episcoporum. Item, Henricus Comes

de Hoia obiit, qvi bellicosus fuit, & severi animi, & multas discordias contra Hildeboldum & contra Borchardum Comitem de Welpia filium avunculi sui habuit. Iste Henricus xxv. plures habuit legitimos, qvorum nullus in ætate ad annum qvinqvagesimum supervixit. Cum autem Giselbertus in ultimo anno ætatis suæ morbo calculi & aliis infirmitatibus gravaretur; & præ nimia debilitate in curru duceretur, Kedingi & homines septem parochiarum ultra Albiam sitarum se Giselberto opposuerunt; nec poterant aliqvo modo per ipsum, neqve per alios ad concordiam & obedientiam revocari. Ipse magnum exercitum congregavit, auxilio Ducis Saxoniæ, & Ducis de Lunenborch, & Comitum Holsatiæ, & ministerialium Bremensis Ecclesiæ. Hi procedentes armati contra prædictos homines, ipsos in bello devicerunt, plurimos ex ipsis occidendo, alios capiendo; terram devastantes rapinis & incendiis. Propter hanc stragem hominum factam, & damna eis illata, Giselbertus multum doluit, & magnam pœnitentiam egit, sicut illi qvi morte sua præsentes aderant, protestantur. Sedit autem Giselbertus XXXIII. annis, mensibus tribus, & tribus diebus: & mortuus est in castro Vorden: Deductusqve est ad civitatem Bremensem; & in medio Ecclesiæ sepultus est, anno Domini M. CCCVI.

XXXV. DE HEINRICO DE GOLTORN.

ANNO Domini M. CCCVI. mortuo Giselberto Archiepiscopo, Canonici Bremenses ad electionem Pontificis processerunt; & cum per plures dies diversos habuissent tractatus super electione Pontificis, & illi nobiles qvi desiderabant præsulatum, non poterant per concordem electionem obtinere. Sed Heinricum Goltorn Decanum Ecclesiæ Bremensis, in Episcopum concorditer elegerunt. Iste Heinricus originem duxit de genere ministerialium honestorum; mente fuit qvietus, facetus moribus, & expensarum honestus distributor: habens in sua curia diversi generis aviculas & columbas. Qvi cum præ nimia debilitate corporis & senectute non posset Romanam curiam visitare, misit Cantorem Bremensis Ecclesiæ & alios Canonicos & viros literatos ad Curiam pro sua confirmatione obtinenda. Illis existentibus in curia Romana, prædictus electus Heinricus versus Stadium est profectus, & in reversione febre est correptus, in Castro Vorden obiit. Deductusqve ad civitatem Bremensem, & cum honore sepultus est in Ecclesia Bremensi, apud Hildeboldum Archiepiscopum, cujus fuerat Capellanus. Sedit autem idem Heinricus per menses qvatuor in Episcopatu. Cantor autem mortuus fuit in via revertendi: Socii autem sui ad propria sunt reversi.

116. XXXVI. DE BERNARDO DE VVELPE, & Florentino de Bronckhorst.

ANNO Domini M. CCCVII. mortuo Heinrico electo Bremensi, Canonici de electione futuri pontificis tractaverunt; & cum pluribus diebus laborassent, non poterant in unam personam aliqvatenus concordare. Tandem qvidam ex ipsis Bernhardum filium Comitis de Welpa Præpositum Bremensis & Magdeburgensis Ecclesiarum in Episcopum elegerunt: Alii vero Florentinum dictum de Brunckhorst Scholasticum Bremensem elegerunt. Seniores verò discretiores supersederunt, nolentes in discordia eligere, attendentes qvod de discordi electione prælatorum mala plurima solent Ecclesiis provenire. Bremenses verò cives Præposito adhæserunt; Ministeriales autem Scholastico. Isti duo Præpositus & Scholasticus, collecta pecunia qvam habere poterent, ad Curiam Romanam sunt profecti. Romana autem Curia erat in Regno Franciæ, in civitate Pictaviensi, ubi præsidebat Papa Clemens qvintus, qvondam Archiepiscopus Burdegalensis. Igitur dum præfati Præpositus & Scholasticus pro Episcopatu in Curia litigant diebus multis, Scholasticus diem clausit extremum ibidem. Sed & Otto nobilis de Depholte, Canonicus Bremensis, qvi & ipse erat Episcopatum expectans, ibidem obiit. Præpositus vero senex & plenus dierum, videns cognatum suum Ottonem, & adversarium suum obiisse, tædio litis & exulatus affectus & cedens laboribus & expensis, ad propria rediit, & postea in Bremen correptus febribus, persolvit debitum omnis carnis. Papa igitur qvia provisio de Archiepiscopatu Bremensi ad ipsum fuerat devoluta, providit Ecclesiæ, mittens Johannem Dacum, dictum Fursat, qvondam Archiepiscopum Budensem, hominem literatum, senem, sed omnino discordem, tamen cum nullo concordem; qvi Ecclesiam Bremensem & totam provinciam duxit in tribulationes diversas, & devastationes irrecuperabiles, & pericula nimis multa, sicut patebit lucidius dum ipsius vitam fuerimus prosecuti.

XXXVII.

XXXVII. DE JOHANNE ARCHIEPISCOPO.

Si quis Archipræsulis Johannis Bremensis
Scire vult originem, qui quondam Budensis,
Fuit Archipontifex, & post hoc Rigensis,
Priusque Præpositus erat Roschildensis;
Credat viro simplici rithmata scribenti,
Et à narratoribus veris audienti,
Conversationibus plus experienti,
Quædam suis oculis etiam videnti.
Erat Dacus nobilis sanguine Regalis
*Ex matre; sed genitor miles * civeralis,*
Clericus egregius, inventus vix talis
Artium & jurium professor æqualis.
Hic cum Lundis primitus Archipræsulavit,
Nicolaus quartus hunc Romæ confirmavit.
Plures probos Clericos beneficiavit,
Quos Rex dignos sensuit ipse reprobavit.
Cum Rex Clericum jugiter indignans turbaret,
Atque Regem sanctus homo juste increparet,
Delictaque procerum stricte objurgaret,
Contigit ut Rex ipsum vinculis nodaret, 117.
Qui constanti animo nihil titubavit,
Sed nec in periculo tali vacillavit,
Regemque & complices excommunicavit;
Quem Rex quantum potuit amplius arctavit,
Sicque per biennium carcere tenetur.
Scriptum Apostolicum ipsum non tuetur,
Celestinus Pontifex summus non timetur,
Rex inflatus animo Deum non veretur,
Per amicos igitur funes transmittuntur,
Et limæ per quas dura vincula roduntur,
Custodesque precio vinoque vincuntur,
Sic evadit pontifex, hostes confunduntur.
Rex Ericus omnia sua deprædavit,
Per fratrem Christophorum prædia vastavit,
Fautorum Pontificis quosdam inhonoravit,
Et diris exiliis quosdam condemnavit.
Archipræsul petiit curiam Romanam,
Quem recepit pontifex tanquam ovem sanam,
Qui pro bono publico suam dedit lanam,
Et nudus ejectus est non propter rem vanam.
Papa Bonifacius Octavus miratur
Hominis constantiam, atque sic affatur:
Nunquam vidi similem, prece non mutatur,
Hostibus terribilem, minis non fugatur.
Rex Martinum Dacum mox contra ipsum misit,
Clericum egregium, cui & commisit,
Expensis non parcas, nec cura tibi sit,
Dummodo depositus noscatur ubi sit.
Martinus Parisius hic Canonicavit,
Qui significandi tunc modos compilavit.
Hunc Rex prece, munere, sibi sociavit,

Et sic contra Præsulem Romam destinavit.
Hinc objectionibus invicem prolatis,
Et responsis plurimis passim ventilatis,
Præsulis sententiis à Papa firmatis,
Laborat ulterius pro damnis illatis.
Interdictum ponitur in Regno Danorum,
Quod duravit spacio plus quam sex annorum,
Interimque curia gratiam ac favorem
Regi reddit, forsitan gratia Danorum.
Papa petit ut Præsul resignet Præsulatum,
Cum habere nequeat tutum sibi statum,
Promittit quod faciat majorem prælatum,
118. *Ubicunque viderit fore sibi gratum.*
Quadraginta namque Rex millibus marcarum
Damnatur, ut Præsuli reddat, vice quarum
Compescentur omnia, & injuriarum
Sopiantur stemmata, sic finis causarum.
Tunc Præsul Parisius sese transferebat,
Ubi pingues redditus cum nummis emebat,
Et quieti deditus private vivebat:
Isernus Episcopus Lundis præsidebat.
Papa Bonifacius de vita migravit,
Benedictus undenus papatum intravit,
Johannem Episcopum coram se vocavit,
Rigensem Ecclesiam sibi tum donavit.
Quam dum nimis celebrem audet resignare
*Indignatus Pontifex jussit * stare,*
Sic Johannem Præsulem fecit exspectare;
Sed post annum mortuus nil valebat dare.
Clemens quintus eidem successit Papatu
Qui Johannem noverat facie, relatu,
Bremensique judicat dignum Præsulatu,
Bremensis Ecclesia curia vacabat
Per mortem Florentii, qui hanc aspirabat,
Bernardique Præpositi, qui sponte cessabat;
Hos discors electio crinibus ligabat:
Præsul ad Provinciam humili adventu
Hudam venit, primitus manens cum conventu,
Clerus, plebs, & proceres ipsum Beneventu
Ad Bremensem cathedram ducunt cum concentu.
Qui mox municipia cathedræ petivit,
Et præsedit pheudis sicut bene scivit,
Hominum homagia jurando quæsivit,
plurimaque præsidia statim acquisivit,
Præsuli obediunt populus & clerus,
Nam venisse visus est ut judex severus
Iniquos deprimere, & ut pastor verus
Piis benefacere, malis esse ferus.
Cumque prope Wiseram pluribus sopitis,
Transisset ad Albiam hostibus invitis,
Venisset ad Stadium ipsis perauditis,
Petivit subsidium verbis delinitis.
Hamburgensis Præpositus primus contra dixit,

Ne

Ne darent præsidium: hic quam diu vixit
Durus mansit æmulus præsul eum fixit;
Hominis sapientia miratur quis hic sit.
Ludowicus igitur temptat appellare, 119.
Cum tota diœcesis prompta sit donare.
Hoc est Hamburgensium semper rebellare,
Qui sedi Bremensi se volunt æquare,
Vorden petit protinus à tyranno Hinrico
De Borgh qui hoc tenuit, & hoc ex iniquo,
Cui sui consulunt ut fido amico,
Qui cedat vir, inimicis, severo, antiquo,
Hic Hinricus ipsius hostis clericorum.
Polluit Ecclesias etiam monasteriorum
Conculcavit fœminas, sed nec seniorum
Facies erubuit neque prælatorum.
Claustra deprædatus est, clericum captivavit,
Terras populatus est, milites vexavit.
Captivos quos tenuit horride tractavit,
Aquis, igne, frigore ferroque necavit.
Infestus in nobiles, nullum verebatur,
Crudelis in pauperes, multum timebatur;
Largus ad satellites, quos & hortabatur,
Ne timerent proceres, & in his lætabatur.
Hunc Hinricum ipsum præsul exterrebat,
Mandans ut quiesceret: & hoc faciebat
Aliquanto tempore, sed post hunc dolebat,
Quod Vorden dimiserat, plusque sæviebat,
Promissa quæ spoponderat statim violavit,
Et ut canis rabidus, morsus duplicavit,
Quem præsul pro crimine mox excommunicavit:
Sed ipse sententias minime curavit.
Fit confœderatio cum Luneburgense
Duce Friderico, præsuleque Verdense:
Danninse castrum obsident statim primo mense,
Et Tyrannum impetunt minis, armis, ense,
Danninse castrum passim dure impugnatur,
Machinis petrariis donec dissipatur.
Horneborch castellulis tribus circumdatur,
Captusque solivagus Hinricus portatur,
Mittitur in carcerem Vordis in profundo,
Suique satellites sparguntur in mundo,
Divino judicio; quia fœdo fundo
Radicati fuerant, canni ut arundo.
Fit quies à præliis, paxque nunciatur.
Cuncti gaudent populi, terra seminatur.
Præsul benedicitur, Te Deum cantatur;
Justusque reficitur, impius turbatur.
Post hoc quidam nuncius venit cum mandatis 120.
Romani Pontificis sibi non ingratis,
Ut causam decideret bellis mitigatis,
Quam Rigensis habuit cum cruce signatis.
Præsul se disposuit protinus ad eundum,
Dolent omnes subditi, dicunt non jocundum,

Quod linquat Ecclesiam, subeat profundum,
Sed Papa per literas mandat redeundum,
De quo gaudent plurimi, sperant profuturum,
Et quod in concilio se opponat murum
Pro suis Ecclesiis contra fraudes furum,
Qui temptant suffodere statum ejus purum.
Vadit ad consilium Vigenense forum,
Committit Ecclesiam viris honestorum
Morum, quorum gratia nihil indecorum.
Borchardum Rustringiæ tunc archilevitam
Ac Johannem parvulum virum juris scitam
Præfecit vicarios, mandans ut sopitam
Servarent Ecclesiam per quietam vitam.
Quod fecerunt strenue cunctis complacendo,
Et statum Ecclesiæ provide regendo,
Raptores & impios prudenter arcendo,
Pios ac pacificos dulciter fovendo.
Sic per annos aliquot prospere florebat
Terra per vicarios, plebs pace gaudebat,
Visitat provinciam prout imminebat,
Ipsorum sententiam clerus extimebat.
Præsul de consilio reversus est Vordis,
Fortuna contraria tristem motum cordis
Infert, nam Otto Scoko comitator sordis
Fit desertor fidei, mentisque vecordis,
Castrum tradit Horneborch Hinrici amicis,
Viris subversoribus crucis inimicis.
Qui Verdense oppidum devastatis vicis
Incendunt & spoliant, nec parcunt mendicis:
Qualiter se milites nostri habuere
Ad castrum superius primi confugere,
Hostibus cum poterant nihil nocuere,
De ipsis hic æstimo melius tacere.
Præsul Bremam introit propter tutum statum,
Et Martinum Langwedel ponit advocatum;
Post de Hoya Comitem vexant citatum,
Tedinghusen castrum repetit ablatum,
Ubbonem presbyterum Bremis captivavit,
121. *In quo cives, consules, clerumque turbavit,*
Langwedel se transtulit ubi habitavit,
Et contra Capitulum plurima temptavit:
Dedalem Canonicum censet removendum,
Borchardum Rustringiæ non restituendum,
Qui dispensatorium duxit ostendendum,
Præsul sibi prætulit virum contemnendum.
Quosdam de Bremensibus per proscriptionem
Damnat, propter clerici clam occisionem,
Qui præbebat congruam satisfactionem,
Sed quærebat Pontifex diram ultionem.
Johannis de Delmenhorst nummorum crumenam
Solvatur pro consule, sed pro his avenam
Aufert, contra quod præsul tulit banni pœnam.
Ex quo Comes concipit mentem motu plenam.

Sub-

Subjectam provinciam plurimum turbavit,
Nam ipsorum electos semper reprobavit,
Quos & pro pecuniis excommunicavit.
Visitans quam petiit, qui & appellavit.
Cum turbasset nobiles, clerum & prælatos,
Consules, Canonicos, viros literatos,
Conquesti sunt insimul omnes se vexatos,
Se demonstrant protinus acriter ingratos.
Quanta tunc formata sunt appellationes
Vix possent conscribere sex tabelliones.
Quæruntur & suppetunt adinventiones,
Quibus pelli valeant suæ sanctiones.
Ordinant in Langwedel centum armatorum,
Pro quibus exposuit munimen castrorum,
Nihil sibi profuit conatus eorum,
Nam post mensem defecit copia ciborum.
Ponit amicabiles hinc compositores,
Nec quod illi ordinant suos mutat mores,
Tunc multiplicati sunt præsulis dolores,
Omnes esse clamitat viles proditores.
Festinat Thitmarciam litigando lassus,
Et omnem miseriam fuit ibi passus.
Veneris efficitur labor ejus cassus.
Contra ipsum murmurat altus ut & bassus.
Vorden vadit protinus ubi captivatur,
Et à muliercula fuste verberatur,
Wildeshusen petiit, nec sicut prosperatur,
A Clactone de Oytis capitur & ligatur.
Cum sic in Wildeshusen nemini placeret,
De juratis propriis nullus adhæreret, 122.
Suasque sententias nemo qui timeret,
Redeundo Frisiam turbatur & meret.
Johannem Scholasticum eligunt tutorem
Bremensis diœcesis genitum priorem.
Nobilis de Luneborg qui se defensorem
Gerit, castra possidet, nec curat majorem.
Johannes scholasticus dimittit Hinricum,
Hominem sacrilegum, in cunctis iniquum,
Elegit in socium & fecit amicum.
In quo turbat Præsulum ejus inimicum;
Marcellum presbyterum Vordis carceravit,
Pro quod quoque præsulis chartas lectitavit
Advocatus Vordis hunc carcere necavit.
Nec Papa, nec Præsul hoc digne vindicavit.
Præsul petit Curiam, quærit litigare,
Atque suos æmulos citando vocare:
Quorum quidam veniunt, quidam domi stare
Censent, & per Syndicos causam comprobare:
Johannes vicesimus secundus valentem
Judicat Præsulem nequaquam dementem,
Ipsumque restituit, sed insipientem
Statuit Vicarium nil proficientem.
Proponuntur jurgia, lites contestantur,

Verba

Verba volant , plurima acta replicantur,
Non fertur sententia , tempora mutantur:
Sed tandem litigia promisso sedantur.
Promittunt præsidia sibi dare quita
Quæ ipse exposuit pro servanda vita:
Admittunt vicarios ut sic sint sopita
Cuncta quæ commiserant , sed non servant ita.
A Papa de Curia quiti dimittuntur,
Redeunt ad propria , promissa scinduntur:
Tutor post hæc moritur , castra redimuntur
Per quosdam vicarios qui tunc statuuntur.
Nicolaum Ketelhot præsulem Verdensem
Posuit Vicarium , qui produxit ensem,
Castra demolitus est non multum post mensem,
Rode atque Culena dans pacem forensem.
Quem præsul intelligens de pace laudari
Judicat desidem dignum reprobari,
Indignosque censuit pace jocundari;
Hostes pacis asserens pace abdicari:
Sed quia Vicarios crebro variavit,
123. *Et quos modo statuit crastino mutavit:*
Statutorum animus multum vacillavit,
Propter quod Episcopus nihil prosperavit.
Ex hac causa perdita nihil bonitatis
Accidit Ecclesiæ , sed consumpta gratis
Sunt marcarum millia plura quam credatis,
De quibus nunc æstimo dictum esse satis,
O fortuna misera quare sic amaris,
Quæ ad ictum oculi crebro variaris,
Ut luna instabilis currís , immutaris,
Et ut aura tenuis ventis agitaris:
Tuque non jam diviti panem denegasti:
Sed neque artifici gratiam præstitisti:
Virum fortem , nobilem in bello turbasti:
Doctum , sanctum , mysticum , Tu infatuasti.
Vir ille ditissimus sæpe jactitavit,
Quod centena millia marcas congregavit,
Ejus utensilia argentum ornavit,
Fortuna contraria cunctis spoliavit.
Erat peritissimus artium & juris,
In quibus profecerat , studiis & curis,
Fortuna contraria falsatis figuris,
Submittit in varia vacando scissuris,
Præsidens judicio nullum metuebat,
Apparens in publico pulchre incedebat,
Manens in palatio sociis gaudebat:
Fortuna contraria cuncta rescindebat.
Ipsius religio multum mirabatur,
Pergens in itinere crucem sequebatur,
Vestitu Pontificis rite utebatur,
Fortuna contraria cuncta deprædatur.
Pontifex hic moritur in Avinione
Et thesaurus rapitur sub hac ratione,

Quod

Quod sublatus dicitur in intestatione:
Heu quot damna patimur hac dissensione!
Quo huic Ecclesiæ tanta sunt oblata
Nescio cur accidit ob cujus peccata,
Sic cessatur & pereunt cum fortuna fata,
Sic amata transeunt similiter & ingrata.
Si tu præsul inclyte legem Jesu Christi,
Legem tuam destruens, bene custodisti,
Ad Christum certissime post mortem venisti:
Alioquin moriens cuncta perdidisti.

XXXVIII. DE BURCHARDO GRELLEN. 1324.

ANNO Domini M. CCCXXXVII. tempore Domini Johannis Papæ XXII. pontificatus sui Anno XI. pridie Michaelis Archangeli provisum fuit Domino Borchardo Grellen, Archidiacono Rustringiæ, de Archiepiscopatu Bremensi, tali modo.

CUM Bremensis Cathedra cura vacaret,
Per mortem Pontificis Johannis, & staret
Confusum negocium, nemo qui speraret
successum tam prosperum, sicut nunc apparet:
Burchardum Rustringiæ nunc Archilevitam
Omnes petunt protinus propter dignam vitam,
Persona, scientia, pulchre redimitam,
Moribus, industria, gratia politam:
Virum venerabilem, magnæ probitatis,
Valde consimilem, multæ largitatis,
Humanum, affabilem, quem cum fortunatis,
Deus fecit habilem societ beatis.
Hic ortus de civibus plurimum honestis,
Probis & divitibus, largis & modestis,
Ornatusque fratribus, quos tulit cælestis
Rex ad se, ne longius hic essent cum mæstis.
Fratrem sibi præstitit virum honestatis,
Vocke Grelle nomine gratiosum satis,
Qui placere studuit bonis & ingratis,
Hic fuit solatio præ cunctis cognatis.
Cum primum Parisius juvenis floreret,
Gratus esset sociis, ingratis placeret:
Artes statim didicit, & ut has doceret:
Magister effectus est, nemo qui doleret,
Dum legens in cathedra primum doctoraret,
Præbenda transmissa est Bremensis apparet,
Ergo quod honoribus futuris hilaret,
Jam præsens auspicium sicut modo claret,
Passim assecutus est titulos honorum
Per gradus Canonicos atque Rustringorum,
Archidiaconatum, & quod plus decoret,
Summum Vicariatum regimen multorum.
Igitur, ut dictum est; cum sedes vacaret,
Nemo qui confidet quisque desperaret.
Sed nec ipse penitus ad hanc aspiraret,
Actum est divinitus ut sors vigilaret,
Bremense Capitulum, Clerus & Prælati,
Abbates, præpositi, viri literati.

Q Con-

Consules & judices , nobiles magnati,
125. *Magistri Parisius cuncti nominati,*
Prompte scribunt literas Papæ supplicantes
Johanni Vicesimo secundo , rogantes
Ut virum hunc præferat , contestificantes,
Quod vix sit utilior omnes acclamantes.
Horum testimonia Papam commoverunt,
Quæritur an sit nobilis pro quo scripserunt,
An sit natus divitum qui præferri quærunt,
An sit tantus clericus quod promoverunt.
Respondit humiliter se non eminere
Sanguine, divitiis , nec tamen egere:
Sed de mediocribus genitum syncere,
Qui sponte nobilibus multum serviere.
Sed nec magisterio divinæ scripturæ,
Nec legum ac Canonum fungi præfecturæ,
Ut tamen proficeret esset sibi curæ,
Scripturasque disceret spe vitæ futuræ,
Sed quia diœcesis per dissensionem
Esset facta tenuis ad tributionem,
Non possit efficere longam mansionem,
Papa probat tacitus viri rationem.
Dixit Papa insuper quod non inhæreret
Si sua conditio sibi displiceret,
Dummodo Ecclesiæ cito provideret,
Nam de plus idoneo plurimum gauderet.
His responsionibus Papa plus est motus,
Contulit cum fratribus , hic homo devotus
Sufficit Ecclesiæ , sic ergo promotus
Ut sit Præsul inclytus servus Dei totus;
Sic in binis mensibus fuit expeditus
Ut serviret curiæ parum requisitus,
Ordinatur presbyter adeo perscitus.
Consecratur Pontifex sacris insignitus.
Hinc adepto pallio sine pactione,
Post sex menses rediit cum devotione:
A cunctis recipitur absque scissione,
Sed cum æmulantium murmuratione.
Nihil tamen æmuli publice temptabant,
Sed dolent quod primitus non evigilabant,
Et pro sorte simili elaborabant:
Discreti & providi laudes Deo dabant.
Expensis solennibus cunctis ministratis,
Donis & munusculis Præsuli oblatis,
Præsidebat feudis quibus perpetratis,
126. *Castra petit cathedræ intendit ablatis*
Vorden atque Hagene mox recuperavit,
Promissa pecunia verbis placavit,
Pro castellis aliis quæ & commendavit,
Probis militaribus , sicque lis cessavit.
Cum optata singuli pace fruerentur,
Commoventur æmuli, timent & verentur,
Præsulis potentiam , sed male moventur

Pacis

Pacis adversarii nunquam jocundentur.
Hostes sibi concitant terram Kedingorum,
Qui trans Ostam habitant cœtum malignorum,
Ut rebelles sedeant, & exemplo horum
Albenses recalcitrant, qui spectant ad forum:
Præsulis industria malignos confudit,
Armis & potentia ipsos circumcludit,
Incendit & spoliat, vulnerat, & cudit,
Sic cum viris perfidis seriose ludit;
Contra ipsos congregat multos armatos
Saxones, Tetmaricos, Westfalos, Holtsatos,
Fortiter exterminat viros abdicatos,
Binis castris obsidet strictius artatos,
Ostenhagen comparat suum per argentum,
Kikindeelbe construit forte munimentum,
Ut viris rebellibus sint in detrimentum,
Ac obedientibus tutum fulcimentum.
Postquam sic prævaluit cuncta sunt pacata,
Pax terra convaluit omnibus optata,
Sic hostis obmutuit, nec movetur spata,
Boni gaudent, dulci pace reformata.
Sic regit Rempublicam quod satis timetur,
Sicque fovet Ecclesiam ut juste ametur,
Devitat sententias ut promissis stetur,
Placet, & sic quilibet amicus servetur.
Si Deus omnipotens ipsum adjuvare
Vellet contra Frisones, qui nunc rebellare
Cœperunt Ecclesia, nemo compensare
Posset sortem Præsulis, vel digne laudare:
Oremus altissimum pacis largitorem,
Ut juvet hunc præsulem pacis amatorem,
Ut compescat citius Frisonum furorem,
Et vivat diutius ad Christi honorem:
Istud est principium Præsulis Bremensis,
Finem qui conspexerit in armis extensis
Verum vero conferat verbis inoffensis,
Ne mendax appareat, aut fictor forensis. 1127.
Frisonum rebellio diu perduravit,
Sed ignis & gladius hos humiliavit,
Sangvis multus fusus est, aqua subintravit,
Terra desolata est, pauper exulavit.
Sed cum gwerra Frisonum extitit sopita,
In acetum vertitur fortuna mellita,
Præsul mitis deficit, fit amara vita.
Nam sors hujus seculi suos tractat ita.
Suburbana Langwedel cum advocatia
Spoliatur, uritur per Verdenses, quia
Non est qui resistat his in peccati via:
Quis in culpa fuit videat Maria.
Tedingshusen traditur Comiti Hinrico
Pro nummis, ut dicitur, quod tamen non dico
Sed si castrum tradidit sibi ut amico
Patet si restituet & sine obliquo.

Wildeshusen , Hagene Liborius miles
Et Swagerus Præsulis tenet ut serviles:
Si Præsul exposuit illos quasi viles;
Bonum est quod liberent hos viri viriles.
Fotco Grelli moritur anima Borchardi
Qui astabat præsuli more leopardi:
Hic narratur mortuus in fato Odardi.
Postquam frater moritur , sicut est prædictum,
Præsul anno altero dolens se relictum,
Sicque Bremis obiit , quod nec morte victum
Credimus in anima , sed Christo addictum.
Mox ut ejus anima à carne migravit,
Castrum in Kedingia quod ædificavit,
Turba malignantium protinus vastavit,
Quorum adhuc vitium nemo vindicavit,
Sed castrum quod fecerat contra Hadeleros.
Viros diabolicos in fide non veros,
Conservatur hodie per viros sinceros,
Dictos de Bederikesa hostibus severos.
Sed quale condiderit præsul testamentum,
Scriberem si caperem inde documentum:
Mirum est si habuit aurum & argentum,
Quod sic more pulveris volavit in ventum.
O fortuna mobilis cur sic spoliasti,
Robustos quos primitus tantum exaltasti,
Viros quos favoribus vulgi sublimasti,
Mox tantis honoribus & vita privasti
128 *Sic tractasti Julium Cæsarem , Augustum,*
Alexandrum , Darium , Herculem robustum,
Hectorem , Pompejum & Jovem venustum.
Si duobus millibus annis quis gauderet,
Augusti potentiam in pace teneret,
Et thesauros plurimos Crœsi possideret,
Si morte perderet vacuus maneret,
Si vis in delitiis esse cum beatis,
Fuge mundi prospera , luge pro peccatis.
Amicos de Mammona fac iniquitatis,
Sic habebis gaudia summæ claritatis.

XXXIX. DE OTTONE.

MORTUUS est Borchardus Bremensis Archiepiscopus anno Domini M. CCCXLIV. in prima vigilia assumptionis S. Mariæ.

Et post mensem Ottonem Comitem de Oldenborgh, Decanum Ecclesiæ Bremensis, concorditer elegerunt in Archiepiscopum, qvi confirmatione sua à sede Apostolica videlicet Papa Clemente VI. obtenta Ecclesiam suam pacifice gubernavit, & qvia senio gravatus personaliter diœcesim suam visitare postposuit: Sed per Officiales suos tam spirituales qvam seculares gubernare disposuit. Unde qvidam ministeriales & eorum servitores hujusmodi advocatos Officiales minime formidantes, vim & injurias nonnullis, & specialiter impotentibus, qvi se ab ipsorum injuriis defendere non poterant, intulerunt. Contigit autem ut qvidam cursor & nuncius de Oldenborch ad dictum Dominum Archiepiscopum cum literis veniens, ipsum nomine suorum nobilium cognatorum & aliorum nomine honorifice, ut decuit, salutaret, & alia sua commissa negotia propalaret, unde inter cætera ab ipso de statu suæ diœcesis interrogatus respondit dicens, Reve-

Reverende pater non multum bene, qvia vix aliqvo tempore pauper & impotens absqve molestia & rapina valeat diœcesim pertransire. Qvo audito, furore repletus, vocavit Advocatum suum, nomine Beverbeke, verbis iracundis inclamando, dicens, Tu mihi semper dicis de pacifico & bono statu diœcesis meæ: audi istum pauperem conqverentem. Respondit; Chare domine, iste & sui similes dicunt qvicqvid poterunt, ut dona & munera habere valeant & reportent. Dicens ad illum nuncium; Veni ad coqvinam, ut manduces, qvem nuncium idem Advocatus posuit in turrim & cippum, & per aliqvod tempus ibidem in tribulatione & angustia fecit permanere: qvi tandem per ipsum deductus docuit eum, & per juramentum suum præstitum adstrinxit, qvaliter Domino suo de statu suæ diœcesis deberet respondere. Unde introivit ad Dominum, ac si iterum de Oldenborch veniret, salutatione & aliis doctis negociis propositis & expeditis idem, Dominus Archiepiscopus de statu suæ Diœcesis interrogavit. Qvi respondit: Domine Bremensis, in vita hominum non ita bene sicut modo stat. Ita senium suum per suos officiales & ministros fuit deceptum & illusum.

XL. DE GOTFRIDO COMITE *de Arensberg.*

ANNO Domini M. CCCXLIX. Domino Ottone Archiepiscopo viam universæ carnis ingresso, Electores Archiepiscopi Bremensis nobilem Mauricium Comitem in Oldenborch, Decanum Ecclesiæ Bremensis, patruum dicti Ottonis Archiepiscopi prænarrati, concorditer in Archiepiscopum elegerunt: qvi mittens legatos suos ad sedem Apostolicam, qvæ sedes in Avinione erat, pro confirmatione obtinenda. Interim autem nobilis Gotfridus Comes de Arensbergen, Episcopus Osnaburgensis, per suos apud sedem Apostolicam laboravit: & Ecclesiam Bremensem ab eadem sede, videlicet Innocentio VI. 129.
in Avinione obtinuit & impetravit: qvi cum literis Apostolicis ad civitatem Bremensem veniens, per Capitulum & civitatem, ut verus Dominus admissus fuerat & receptus. Dominus Mauricius munitiones & castra diœcesis in possesfione habens firmiter tenuit & possedit. Dominus Gotfridus duntaxat Castrum Tedinghusen in possessionem acqvisivit. Unde oritur magnum bellum & discordia inter Dominos Archiepiscopum & Mauricium, ita qvod Bremenses & Stadenses adhæserunt Domino Gotfrido Archiepiscopo, tanqvam vero Domino. Dominus Mauricius vero in adjutorium suum habuit vasallos diœcesis, tunc valde potentes, & nobiles suos cognatos & amicos; Bremenses & Stadenses receperunt ad se nonnullos stipendiarios & armigeros, & non modicum damnum utrimqve unus alteri intulerunt. Dominus Mauricius coqvinam suam in Huda contra Bremenses posuit; in Vorde contra Stadenses, ubi strenuum militem Dominum Hinricum de Issendorpe habuit exercitus sui provisorem. Unde Bremenses ædificaverunt pontem trans Lesmonam; & Castrum pro hujusmodi pontis defensione, non modicis laboribus & expensis: etiam posuerunt magnam navim, vulgariter dictam Kogge, cum armatis viris, pro custodia pontis, ne ab adversariis suis destrueretur: qvi Bremenses cum suis, & adjutorio Domini Gotfridi Archiepiscopi, trans Lesmonam venientes, magnum damnum ibidem habitantibus in spoliis & incendiis intulerunt. Deinde Dominus Mauricius, congregatis suis fautoribus & amicis, ultra nongentos armigeros, cum magno exercitu venit ante civitatem. Bremenses transfoderunt munitiones factas ante civitatem prope Ecclesiam Sancti Reimberti, aut hospitale leprosorum: unde cum potestate sua & stipendiariis Bremenses exeuntes, ipsis ante fossam resistere ne intrarent prætendentes. Qvi tamen manu forti intraverunt, & aliqvos de Bremensibus captivarunt, aliqvos occiderunt: ubi occisus fuit Carnapp. de Luneberge miles, qvi fuit dux exercitus Bremensis; & reliqvi fugerunt, & si subsidium & defensionem inter sepes non habuissent, qvasi omnes capti & interfecti fuissent. Qvi Dominus Mauricius ex tunc cum suo exercitu venit ante valvam orientalem, & destruxit ibi solennia ædificia ibidem constructa in modum parvæ civitatis, inter civitatem & monasterium sancti Pauli, & ibidem creavit & insignivit milites Comitem Conradum de Oldenborch suum patruum, Engelbertum de Marchia, Ottonem de Line, Henricum de Ydsendorpe, Martinum de Huda. Deinde etiam pluribus in via destructis, venit ad pontem Lesmonam, qvem destruxit, navim cum armigeris ibi positis debellavit; castrum in Borch expugnavit & destruxit. Præterea denuo veniens ante civitatem Bremensem, eam expugnare intendens, dum veniret

ret civitatem qvasi desolatam & apertam invenit; sui intrantes per aliqvod spacium neminem invenerunt, sed domos clausas viderunt: & fuit in pestilentia magna, videlicet Anno Domini M. CCCL. quæ tunc ita gravis fuit & horribilis, qvod qvandoqve una die ducentia funera sepeliebantur ibidem. Unde sui dixerunt, si modo civitatem Bremensem habere volueritis, eam absqve magno labore, & sine gravi periculo expugnare poteritis & habere. Qvi misericordia motus, divino timore perterritus beneficia habita, & in posterum habenda animo revolvens, dixit: Non velit hoc Deus, ut addam afflictionem afflictis: Deus affligit illos, sicut nos omnes affligere potest; nec faciam hoc malum ut virgines & honestæ mulieres opprimantur & de honestentur: recordor me plurima gaudia & solatia in ea habuisse, & mihi præstitisse, sicut in futuro, divina favente gratia habere potero. Si modo sumus inimici, poterimus amicari & concordes fieri & amici. Deinde post aliqva curriculorum tempora communitas Bremensis ad se reversa, videns & considerans immensa damna, labores passos & expensas, adierunt Consulatum, petentes & hortantes meliori via, qva poterunt, concordiam & pacem cum Domino Mauricio ordinarent. Qvi vero Consulatus, cum Capitulo & aliis suis coadjutoribus, modo & forma pacis excogitatis & deductis, ita fuit ordinatum, deductum & conclusum, qvod
130. Dominus Gotfridus deberet in honore & gradu Archiepiscopatus permanere: Sed Dominus Mauritius deberet Diœcesim regere, & exinde Domino Gotfrido Archiepiscopo honeste & decenter in cunctis sibi & honoris sui gradibus debitis & necessariis providere. Post hoc aliqvibus annis evolutis, Dominus Gotfridus Archiepiscopus de Domino Mauricio conqvestus fuerat, qvod ipsum ita decenter non tractaret, nec provideret, ut statui suo congrueret & deceret. Qvapropter se transtulit ad Gerardum Comitem in Hoya, & Castrum Tedinghusen sibi præsentavit. Deinde qvinqve annis elapsis oritur bellum & discordia inter Comitem Gerardum & Bremenses, propter qvosdam litones, qvos de Civitate Bremensi postulavit. Unde Bremenses Dominum Mauritium & Capitulum propter alienationem Castri in Tedinghusen in adjutorium habuerunt. Qvi Ecclesiam in Lullenhusen & turrim incastellarunt & fortificaverunt contra Tedinghusen, & multa & enormia damna Comiti intulerunt, ita qvod valde modicum incombustum & non spoliatum in tota mansit Comitia, & plures vasalli Comitis ab ipso recesserunt, & diœcesi Bremensi se adunarunt: qvi omnes in castellanos in Tedinghusen recepti fuerant, & specialia loca & habitationes ipsis in Castro ibidem deputata, & hæreditario jure perpetuo possidenda erant assignata. Deinde in crastina Gervasii & Prothasii Bremenses reisam facientes in Comitia Gerardus Comes insequutus fuerat eos, & convenerunt apud Alram juxta Verden inierunt conflictum magnum diu durantem, demum Comes Bremens. devincit & captivavit de Bremen C. & L. cives ditiores civitatis Bremensis cum qvibusdam armigeris erant captivati & plures fuerant occisi. cæteri fugierunt. Adhuc non inierunt concordiam, sed durius litigabant, & postea plus qvam prius. Anno elapso navigio Thedynckhusen expugnarunt, & obtinuerunt anno Domini M. CCCLVIII. Eodem anno fuit inundatio magna in die sancti Viti, præmissa & dissensione duorum Godfridi Archiepiscopi & Mauritii decani ortum habuerunt. Unde dictus Dominus Godfridus Archiepiscopus videns qvod potentiæ Domini Mauritii resistere non valeret, cogitavit sibi opponere fortiorem. Unde de consilio sæpedicti Domini Gerardi comitis concordavit cum Magno duce Brunswickcensi, & Domino Alberto filio suo canonico Magdeburgensi Ecclesiam Bremensem.. Anno Domini M. CCCLIX. resignavit, cui Innocentius Papa VI. in curia Aviniocensi providit, & eum confirmavit.

Anno Domini M. CCCLXIII. post octavas Epiphaniæ Dominus Albertus Archiepiscopus, Ducis Magni de Brunswick filius, cum magno exercitu contra potentiam & Warandiam Domini Mauritii Decani in parte Utheshorne diœcesis Bremensis intravit, & sic ante castrum Vorde, in qvo tunc fuit Dominus Mauritius cum patruo suo Chonrado Comite in Aldenborch, & aliis suis coadjutoribus se posuit, & expugnare proposuit, ubi magnus conflictus tam ab intra, qvam ab extra fuit; ubi ab exercitu Archiepiscopi fuit interfectus, nobilis à Warbargen & alii. Illo tempore in nocte Marcelli Papæ fuit ventus validissimus; proijciens turres & ædificia fortissima. Ibidem concordati fuerant Dominus Adalbertus & Mauritius.

Anno Domini M. CCCLXV. in die Praxidis virginis sæpedictus Mauritius una cum Gerardo & Christiano in Aldenborch & Conrado de Bruckhusen domicello & comite septingentis armigeris electis ceciderunt in Rustringia prope Blexeim & omnes interfecti fuerunt nullo evadente. Non enim potuerunt, qvia Wisera fuit ex una parte & inimici parte ex altera.

Anno

Anno Domini M. CCCLVI. feria sexta Pentecostes Dominus Albertus Archiepiscopus ex inductione & traditione qvorundam civium proscriptorum & expulsorum, & nonnullorum inhabitantium de nocte intravit civitatem Bremensem sibi apertam & obtinuit per aliqvod tempus, & incastellavit portam orientalem & civibus & circumhabitantibus magnum damnum intulerunt qvi extra fugierunt cum industria qva potuerunt, fideles qvi intra fuerunt in civitate pro redemptione, ut secretius poterant, laborarunt, & divinum auxilium pro maximo adjutorio assumpserunt, voventes Domino nostro Jesu Christo, matri ejus benedictæ virgini Mariæ, qvod sabbato ante Petri & Pauli vellent perpetuum festum in civitate in omnibus Ecclesiis instituere omni anno solenniter peragendum, si Deus victoriam & libertatem civitati & Bremensibus in ipsis dignaretur concedere & tribuere. Qvare eodem sabbato una cum nobili Conrado Comite in Aldenborch animose & viriliter armata manu civitatem intrantes victoriam obtinentes portam incastellatam expugnantes, hostes fugantes, civitatemqve divino adjutorio opitulante pristinæ libertati restituendo traditores qvosdam occiderunt, qvosdam rotis affixerunt. 131.

Anno Domini M. CCCLXXVI. in die beatæ Agathæ oritur lamentabile crimen & discordia inter dominum Albertum & Capitulum Bremense. Decanus de Tzesterszulete objiciebat sibi qvod esset hermaphrodita ex qvo magnam incurrit infamiam, ita qvod hujusmodi infamiæ periculum ad delendum & famam recuperandam intravit balnea in civitate Bremensi & Hamburgensi se videri & palpari fecit ad ostendendum hujus criminis & objecti se esse innoxium. Hic gulosus fuit & bona Ecclesiæ mirabiliter dilapidavit & castra impignoravit ad tantam inopiam devenit, qvod in Romana curia pro debitis & condemnatis Capitulum desolutionibus Odoardus clericus allegari fecit. Illo tempore fuit schisma in Ecclesia Dei, & in cœpit anno Domini M. CCC.... & duravit usqve ad annum Domini. *..& exordium habuit curia Romana Avinione in Francia c. & LI. annos, demum in Papam electus Gregorius XI. vir multum justus, pius, & devotus, concepit in mente, qvod Ecclesia Romana à papatu longo tempore fuerat desolata. Unde ferventi dilectione accensus, volens visitare beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina, curiam suam Romam transtulit, & ibidem in Domino defunctus est. Cum autem Cardinales ad electionem novi Papæ convenissent, Romani magnum tumultum in eos excitantes, valida voce clamaverunt, Romanum volumus, ad minus Italianum. Qvare, ut qvidam dixerunt, qvod compulsi elegerunt Abbatem Marcilensem Urbanum sextum, qvi multum rigidum se ostendit, ut qvidam Cardinales ab ipso in Franciam recesserunt, & alium Papam, Petrum de Luna, qvi Cardinalis fuit, qvem Clementem appellaverunt, in secundum Papam proclamaverunt. In Romana autem sede hujusmodi schismatis tempore fuerunt in Papatu, Urbanus sextus, Bonifacius nonus, Innocentius septimus, Gregorius duodecimus, Alexander qvintus, Johannes XXIV. cujus tempore, videlicet anno ejus * congregatum fuit concilium Constantiense, in qvo concilio fuit Papa Johannes prædictus cum Cardinalibus suis. Et Cardinales qvidam antipapæ, & prælati, qvasi totius mundi Imperator Sigismundus, cum principibus secularibus, qvi Imperator diligentissime pro unione laboravit. Qvi antipapa nomine Benedictus, fuit tunc in regno Arragonum; ad qvos patres Imperator prædictus, pro unione facienda, & existente in dicendo personaliter venit cum solemni exercitu, ut suam imperialem decuit majestatem, non modicis laboribus & expensis. Qvi Papa Johannes in mentem versus retrò gradum mutato habitu clam recessit; sed in via apprehensus ad concilium reductus, & in firma custodia postea reservatus. Cum vero concilium ultra tot annos durasset, & concilium proinde cuncta ordinasset, Papa Johanne propter certas causas deposito, & Antipapa prophano & schismatico declarato, strenuum virum, justum & pium Oddonem de Columna, qvi Martinus qvintus appellatus in summum Pontificem concorditer exaltarunt. § ANNO Domini M. CCCLXX.... præmissa tempore Alberti Archiepiscopi initium, sed suo tempore finem minime habuerunt, ut in seqventibus apparebit. Hic Archiepiscopus Albertus anno Domini CIↃ. CCC. XCV. mensis Aprilis die XIV. in Castro ... Vorde diem suum clausit extremum, & sepultus est in Ecclesia Bremensi, in medio Ecclesiæ.

EXPLICIT.

DE

132. # DE ECCLESIA BREMENSI VETUS SCRIPTUM.

Gloriosa dicta sunt de sancta Bremensi Ecclesia, quæ inclyta, solemnis & egregia cæteris Aqvilonarium nationum, ac totius Alemaniæ inferioris Ecclesiis præfulget ab antiqvo. Sed ut radios suæ sanctitatis & gloriæ, ad vicinas Ecclesias transmittere valeat clariores, qvædam de ejus prærogativa, sanctitate, & beatitudine sub compendioso sunt recitanda eloqvio. Ipsa namqve metropolitana Ecclesia est, ter sancta qvaterqve beata. Sancta origine, sancta nomine, sancta loco: beata miraculis, beata divinis officiis, beata reliqviis, & beata indulgentiis. Ipsa enim primo est sancta origine, ex eo qvod Beatus Willehadus, primus Episcopus dictæ Ecclesiæ, vir miræ abstinentiæ, qvi cotidie Missam cum lachrymis celebravit ac jejuniis, vigiliis, orationibus, & bonis operibus, devotus semper insistebat. Et qvasi stella matutina in medio nebulæ, qvasi Luna plena in diebus suis lucet, & qvasi Sol refulgens, sic vir iste refulsit in populo Dei. Cujus vita inclyta cunctas istas illustravit regiones. Nam ejus esca non erat aliud nisi poma, & fructus autumnales, & potus fuit aqva. In ipsa Ecclesia sedem instituit primam cathedralem. Ac Sanctus Karolus Magnus, Imperator, comperta sanctitate ipsius beati Willehadi, eandem Ecclesiam Regia munificentia largifluis fundavit bonorum temporalium possessionibus: ac eidem Ecclesiæ etiam dedit suæ Regiæ Majestatis eximia insignia, qvæ in eadem Ecclesia honorifice conservantur; videlicet Crucem argenteam deauratam, lapidibus pretiosis redimitam, coram qva devote adoravit Crucifixum Dominum nostrum Jesum Christum, in qvo est salus, vita & resurrectio nostra, ac etiam ipsius sancti Karoli trabeam seu tunicam Imperialem, in qva Evangelium in eadem Ecclesia, in summis festis, ob ipsius reverentiam solemniter legitur, ac flasculam ejus argenteam deauratam, imaginibus diversis benè redimitam, ac chirothecas & calceamenta ipsius qvibus utebatur in sua Regia Majestate, & etiam Psalterium Divæ ipsius conjugis literis aureis bene & subtiliter conficatum. Sanctitas etiam originis dictæ Ecclesiæ apparet ex eo, qvia dicto Beato Willehado successit sanctus Ansgarius, primus istius Ecclesiæ Archiepiscopus, sedis Romanæ Legatus in ultima terræ, vir magnæ sanctitatis, cujus anima rapta in cœlum vidit manifestissimas & verissimas notabiles visiones, de statu totius cœlestis Curiæ, & de pœnis purgatorii, & etiam alias utiles visiones, ex qvibus fuit cœlitus inspiratus spernere hujus vitæ contagia, & anhelare ad regna cœlestia, qvi Ecclesiam collegiatam Rameslon, & Monasterium in Bersen, & magnum hospitale in Brema construxit pro pauperibus recreandis, prout ex vita sua multum pulchre deducitur. Cui qvidem beato Ansgario immediate successit Beatus Reimbertus, secundus Archiepiscopus dictæ Ecclesiæ, qvem Beatus Ansgarius commendavit, sic inqviens: Dignior est Reimbertus dignitate Archiepiscopali, qvam ego Archidiaconatus officio, qvi Regem Daciæ baptizavit, & Ecclesiam Ripensem fundavit, & qvia plures infirmos, qvos ibidem sacro baptismatis fonte purificavit, etiam ab omni corporis ægritudine sanavit. Ipse etiam Regem Sveciæ baptizavit, & totum ejus Regnum in fide Christi solidavit, & ipse inter cætera sanctitatis miracula legitur tempestatem maris sedasse, & hominem à Dæmonio liberasse, scilicet Karolum filium Lodewici Imperatoris, nec non cœcum illuminasse per signum Crucis, qvod Episcopali more faciebat. Etiam anno Pontificatus Domini Reimberti duodecimo Ludewicus Pius Cæsar obiit. Post cujus mortem multiplicata sunt mala super terram, ita qvod à Danis & Normannis urbes cum civibus, Episcopi cum cleris, interfecti sunt. Et Ecclesiæ cunctæ incendio perierunt, Saxonia, Colonia, Aqvisgranum, civitates ab
133. eisdem destructæ sunt. Palatium qvod Karolus Imperator Aqvisgrani gloriose construxerat, stabulum eqvis suis fecerunt.

DE

DE BENEDICTO. V. PONtifice Romano.

JOHANNE XII. mortuo Benedictus V. Cardinalis creatur Pontifex à Clero, ac populo, idqve illorum arte effectum est, qvi de factione Johannis mortui odio habebant Leonem, qvod in Johannis profugi locum esset suffectus. Electo Benedicto, Legati ad Imperatorem mittuntur, qvi tum Spoleti erat. Imperatorem rogant, ut electionem Benedicti confirmaret. Otto iratus Romanis, Legatos à se repulit, addens se potius imperium perditurum, qvam passurum ut Leo Pontificia sede dejiceretur. Romani contemptis minis Imperatoris, electionem Benedicti ratam haberi volunt. Otto contractis copiis rediit Romam, urbem obsidione cingit, & qvicqvid extra mœnia est, igne & ferro depopulatur, redigitqve Romanos ad tantam inediam, ut præ inopia modius furfuris aureis triginta venierit, coactiqve sint edere asininas & eqvinas carnes. Deinde Ottone foris, & fame intus civitatem oppugnante, fessi malis IX. Kalend. Julij portas urbis Ottoni aperiunt, & electum pontificem Benedictum Imperatori dedunt, Leonem ante electum recipiunt, & solenni more in Pontificiam sedem reponunt. Tum Otto, ut dissidium Ecclesiæ tolleret, Leoni auctor fuit, ut conventum advocaret, ac coram Benedictum adesse juberet. Episcopis in Lateranum congregatis Benedictus Pontificalibus vestimentis indutus accessit. Qvo viso Benedictus Cardinalis archidiaconus ira commotus ita est percontatus: Qvo tu tandem jure, qvaqve lege Benedicte ausus es pontificia ornamenta inducere, Leone hoc ipso superstite, qvem tu nobiscum, accusato atqve damnato Johanne, ad dignitatem pontificiam evexisti? num inficiari potes, te apud Imperatorem jurasse, nunqvam sine illius, aut filii ipsius auctoritate pontificem electurum? Cui Benedictus respondit: Siqvid deliqvi, peto à vobis, ut misericordia capiamini mei. Tum Otto: Æqvum est, inqvit, patres, homini, si noxam suam confiteatur, vestram misericordiam impertire. Qvo audito Benedictus confestim se ad Leonis atqve Ottonis pedes abjecit, seqve peccasse asseruit: atqve ultro indumentum pontificale deposuit, ferulamqve, qvam manu tenebat, Leoni porrexit, Leo ferula fracta, & populo ostensa, planetam detraxit, eumqve ad pedes sedere jussum, pontificatus, & presbyteratus honore privavit, ac diaconum relictum in Germaniam ire in exilium imperavit. Romanorum præpotens Imperator Augustus valentiorem sibi in Christo Dominum Apostolicum nomine Benedictum, qvem nullus absqve Deo judicare potuit, injuste, ut spero, inqvit Ditmarus, accusatum deponi consensit, &, qvod utinam non fecisset, exilio ad Hamburg relegari præcepit: qvosdam factiosos capite truncat, obsides & juramentum ab aliis accepit, qvod nihil eorum immutaturi essent, qvæ ipse Romæ constituerat. Rebus omnibus prudenter compositis refert pedem ad Germanos. Benedictum V. pontificali dignitate per Leonem privatum, abducit secum. In Germaniam cum esset ventum, Hammenburgensis Archiepiscopus Adaldago Imperatoris Cancellarius missionem petiit ab Ottone: Otto dimisit eum, tradiditqve ei Benedictum, ut secum abduceret ad sui Episcopatus ditionem, servaretqve eum perpetuo. Adaldago Imperatori paret, abducitqve Benedictum Hamburgum, ubi Benedictus qvasi in insulam ad exulandum deportatus, mœrore animi confectus, obiit, sepultusqve in Ecclesia cathedrali. Raco autem de Bremen Imperatoris Ottonis tertii capellanus, jussu dilecti senioris sui, ossa supradicti, Papæ Benedicti sicut ipse prælocutus est, de Hamburg Romam reduxit. Namqꝫ pater venerabilis, Dominus inqvam Apostolicus, dum in exilio esset, in Christi servitio studiosus, & adhuc aqvilonaris hæc pars optata pace gauderet: Hic inqvit, fragile corpus meum debet resolvi, & post hæc omnis ista regio gentili gladio desolanda, ferisqve inhabitanda relinqvetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: qvandocunqve vero domi
resideo, Apostolica intercessione paganos qviescere spero. Tumulatus in choro Ham- 134.
burgensis Ecclesiæ cernitur: extructoqve postea, ut cerni posset, eminenti sarcophago, cujus inscriptio annorum facit errorem. Nam obitus ejus contigit anno DCCCCLVI. vel circa: sed inscriptio hinc longe discedit. Certum est tamen, in pace sine martyrio qvievisse. Hoc Romanorum historiæ testantur, hoc loqvuntur annales nostri, hoc ipsum tumuli testatur inscriptio, incisa lapidi in choro cathedralis Ecclesiæ Hammenburgensis.

EPITAPHIUM
BENEDICTI PP. V.

BENEDICTUS PAPA, QVI DE SEDE APOSTOLICA PER VIOLENTIAM AMOTUS, ET POST CUM REVOCARETUR OBIIT HAMBURGI, ANNO DOMINI D. CCC. QVADRAGESIMO PRIMO, QVARTO NONAS IVLII. ET SEPULTUS * EST HIC.

VERSUS ANTIQVI DE EPISCOPO VICELINO.

GESTA Patris primi bona Pontificis Vicelini
Isto tantillo comprehendit musa libello
Saxonia vicus Quernhamele sit benedictus
Qui genuit talem, dedit experientia qualem
Wisara lactentem novit bene, Brema docentem
Albia transvexit juvenem, qui nos bene rexit,
Defuncti vero cineres adlambit hyrundo.
ANNO milleno centeno bis duodeno
Completo, verbum quo subluxit caro factum,
Dum verno sole post brumam progrediente,
Cancri ferventis calor esset solstitialis,
Doctorem mirum Deus advexit Vicelinum
Istas in partes, sathanas ubi triverat artes,
Instituens furtis homines utique rapinis,
Et scelerum morbis, quibus impius interit orbis.
Hammaburgensem tunc rexit Adelbero sedem,
Qui desperatos medicum direxit ad egros,
Illustremque virum supradictum Vicelinum,
Ad Nordalbingos transmisit fraude malignos,
De Bremense schola raptum sub spe tamen illa,
Ut disciplinam melius qui rexerat illam,
Vir prudens, castus, humilis, patiensque, modestus,
In verbis certus, pius, & sermone disertus,
In cura populi qui commissus foret illi,
Ex hoc argueret pravos, stultosqve doceret.
Formam praeberet morum, mitesque foveret.
Qui vir perfectus, discretus, cordeque rectus,
135. *Lumbos succinxit ut praesul Athelbero jussit,*
In domino fisus, Albim transire paratus.
Transiit ut flumen, secum tulit utile lumen,
Instans doctrina, sibi quae fuit ars medicina:
Infundens oleum curans impendere vinum,
Hos quos curavit ad spem vitae reparavit.
VVipenthorp venit, ibi sedem ponere coepit,
Clerum collegit, fratres sub jura redegit.
Relligio crevit, quam disciplina subegit,

Eccle-

* Ossa Benedicti interjecto tempore Romam relata sunt curante Racone Bremensi Episcopo, jussu Ottonis III. Imp. ut narrat Ditmarus Martisburgensis licet in qvod Templum reliqviae Benedicti depositae sint, non addit. Vide Baronium & Ant. Pagium ad A. C. DCCCCXCIX. Caeterum istud monumentum Hamburgense recentius esse, nec ducentorum annorum ferre aetatem, singulari diatriba, Kiloniae A. MDCLXXV. edita demonstravit Vir Historiae patriae callentissimus Otto Sperlingius.

Ecclesiaque locum mutavit nomen & ipsum,
Quam modicam reperit in majorem reparavit.
Nomen adoptavit de jure, Novumque vocavit,
Idque monasterium bene convenientibus aptum
Christo devovit fieri, cui vivere novit.
Augustinus erat hos qui per scripta regebat;
Nam normam vitæ clero determinat ipse.
Illum qui misit ut præsul Athelbero vidit,
Ecclesiam sane per eum bene fructificare,
Perque virum talem divinam crescere laudem.
Hac latus venit, altareque sanctificavit.
Inceptaque domus titulo satis exhilaratus,
Et dotes auxit & honores accumulavit,
Villam cum decimis, bannum cum parochianis,
Pastori primo condonavit Vicelino,
Commissa cura populi cum præpositura
Et bis septenas in parochia bene cultas
Adjecit villas, decimas quoque contulit illas,
Inque locis quicquid accrescere postea possit
Incultis in eas simul & collata potestas.
Ecclesiam Bishorst illi subjecit & Ichhorst.
Bishorst cum bannis, bannos cum parochianis.
Cum Wicfletensi decima bannum dedit illi,
Et decimas Gestre, retinet quas littus utrumque.
Ichhorst cum bannis, bannos cum parochianis.
Bredenberg decimam claudit, Stura Lutesouunam,
Et Sladen & VVilstram claudit cum VValburgou unam.
Præsulis has decimas donavit larga voluntas.
Et Bishorstensis decimatio tota paludis
Additur, & quæque fratrum labor occupat agri.
Eruit & quæque suus agricultor ubique.
Hoc quoque promisit ut si quis pastor obibit,
Ne lis contingat, electio libera fiat,
Et sit cunctarum rerum respectus ad ipsum,
Subjectusque locus sit successoribus ejus, 136.
Hammaburgensi qui præsideant bene sedi.
Talia collata pia præsul Athelbero dona
Chartas conscriptas, & res in scripta redactas
Bullis firmavit, bannoque suo stabilivit.
Inde videns domini præsul studium Vicelini
Ad convertendas animas & salvificandas,
Illi vicinas placuit committere terras,
Lucrari gentes Christo, simulachra colentes,
Ut vice pontificis solventis sive ligantis
Verba Dei sereret, credentes multiplicaret.
Tunc Heinricus erat qui Slavis imperitabat,
Vicinæ genti sibi jure suo famulanti,
Hunc prudens adiit doctor suadereque cœpit,
Ut propter summi pateretur præmia regni
Idola deponi, Christoque Deo famulari,
Ecclesiasque strui, per regnum delubra tolli.
At rex Heinricus fidei non fictus amicus
Audit gratanter quæ suaserat ille decenter;

Jureque regali , de causa spirituali,
Ut decuit toti præfecit eum regioni,
Idola destruere , fidei portas aperire,
In fidei verbis deponere colla superbis,
Ecclesias struere , perversos quosque docere.
His homo firmatus , omni virtute probatus,
Ecclesiam Bucue veteri fundavit in urbe;
Misit eo fratres missas reverenter agentes
Officiumque suum ; Ludolfum , Brun , Herimannum,
Principe vivente pacem fratres habuere.
Defuncto rege mala protinus invaluere.
Ergo concussus animo doctor reverendus,
Regem Romanum perrexit adire Luiderum.
Gestas exposuit res , & votum patefecit,
Pro Christo plures se velle subire labores,
Ut tantum Christus cunctis fieret manifestus.
Quem bene suscepit Cæsar pius , atque remisit
Conditione bona , non imminuens ei dona,
Quantis Slavorum rex investiverat illum.
Adjecit tamen his majestas imperialis
Indigenis terræ concedens vel sua quæque
Prædia vendendi , vel quæque volent tribuendi
Ecclesiæ cuique quam construeret pater iste.
Insuper Holtsatis loca per nemorosa locatis
Hæc est libertas , hæc est concessa potestas,
137. *Hoc etiam donis Cæsar superaddidit istis,*
Ne gravet ulla suos exactio durâ colonos;
Chartis inscripsit hæc & bulla stabilivit.
Addidit ad grandem Christi genitricis honorem
Pro prece consortis thalami manus imperialis
In Sigebergensi villa loca congrua patri:
Ut sub castello conversos collocet illo,
Prædia villarum donans illis aliquarum.
Nomina villarum sunt hæc subter positarnm:
Est Sigebergensis illorum villa forensis,
Vicus Bikeri , cum Zvisla vicus Hageri,
Cum VVitenburna bina vicus Moikigga,
Et quas incultas sibi possunt addere villas,
Quas pariter funis amplectitur imperialis.
Castri namque jugum quo tendant solis ad ortum
Terminus Holtorum fines præfigit earum
Solis ad occasum , fuit hoc regi bene suasum,
Commoda terrena dare præ cælestibus illa.
Scriptis firmavit hæc & bulla solidavit.
Cæsar ut hæc fecit vires pater inde recepit
In Sigebergenses intendere cœpit honores,
Fundavitque domum , domino conscivit in unum
Qui pro spe regni parerent relligioni,
Fecit conventum, bene cœpit habere proventum,
Omnibus indixit omni quo tempore vixit,
Cæsaris ut memores & reginæ simul omnes,
Et Sigebergenses , pariterque Monasterienses,
Orent his veniam flectentes judicis iram,

Pro

Pro multis donis, quæ causa relligionis
Ecclesiis illis tribuere, Deique pusillis.
Sic semen jactum succrevit centuplicatum,
Ad Travennam jactum cœpit contingere penum,
A modico fluvio, qui vulgo vocatur Hyrundo,
Ad mare nimbosum, quod vergit solis ad ortum,
Ramos extendit, in cor maris inde tetendit,
Ecclesiis positis accrevit turba fidelis,
Aldenburg, Sarov, Plunen, Burnhavede, Bosov,
Cum Hamaresthorphe, Suslen, VVendsina, Tadesla,
Sed post hæc annis viginti quinque peractis,
Per quos ingenuus vir & illustris Vicelinus
Multos sudores tulerat variosque labores,
Et Christi cultum plantarat sangvine fratrum,
Hammaburg Hartwicus præsedit nobilis ortus,
Qui divestitam dum sedem Metropolitam
Cerneret, ac gentes sibi subtractas boreales, 138.
Danos cum Svedis, Nordmannos cum Scridevindis.
Hammaburgensem reparari nisus honorem,
Est perscrutatus hoc munere quis foret aptus.
Strenuus in rebus tunc inventus Vicelinus
Est sublimatus in honorem pontificatus,
Aldenburgensis locus est per eum renovatus,
Et præsul dictus est Antiquipolitanus.
Est Evermodus Racesburg sede levatus,
Tertius est dictus Einhard Magnopolitanus,
Hi tres pontifices auxerunt Hamburg honores.
Istos Hartwicus promovit nobilis ortus,
Clarus ut exinde foret Archiepiscopus ipse,
Et successores reperirent sedis honores.
Ergo prædictus vir Apostolicus Vicelinus
Sic exaltatus in honorem pontificatus,
Extulit in culmen condonatum sibi lumen,
Lumen in Ecclesiis, & clero relligionis,
Lumen honestatis populo fuit & pietatis.
Primos sudoris fructus propriique laboris
Et Sigebergensem clerumque Monasteriensem,
Affectu patris refovebat amoreque matris,
Et lac maternum præbens panemque paternum,
Sumptus carnales dans his & spirituales,
Moribus & vita fuit omnibus unica forma,
Hinc videns portas fidei clementer apertas
Slavorum populo quem foverat ipse tenello
In fidei norma, fit & illis amodo forma,
Quomodo mente bona contemnant idola vana,
Christum vero Deum credant qvi regnat in ævum.
Promovit clerum pro curis Ecclesiarum,
Pastores posuit in eis quas ipse dicavit,
Deque monasterio proprio sibi collocat isto
Natu majores in claustrum Sigeberg omnes.
Illic præpositus Ludolf, Thietmarque decanus
De Brema raptus, Rachel complexibus aptus.
Presbyter & Flandrus ibi Volcar claviger aptus,

Et reliqui fratres ibi , cum pueris seniores.
Cessit & in Kevena Lindmundo præpositura.
Presbyter aptus ei Meinbrandus fit comes illi.
Hinc quoque subtracti sunt fratres per loca sparsi.
Aldenburgensis Brun, Helmold erat Bosowensis
Et Eilaph Suslensis, Herioldus Burnhavedensis,
Et Bisihorstensis Herman, Ecbrecht Porokensis:
139. Tales quippe viros elegerat ille sacerdos,
Miserat in multam quem præsul Athelbero messem,
Qui secum sererent, & messem multiplicarent.
Sed pene dejecta domus hac, sic est reparata:
Eppo Frisensis prior, & vir spiritualis,
Ut domino vovit immobilis ipse remansit.
Reimbertus mansit etiam quem Flandria misit.
Tunc juvenum numerus sensim succrevit adauctus,
Qui disciplinis instructi relligionis,
Servantesque locum cœperunt sistere gressum.
Post hæc fervente studio pietatis ubique,
Præpositum nostrum seu pontificem VVagerorum
Et labor absumpsit multus, seniumque gravavit,
Corpore defecit, graviter langvescere cœpit.
O quam judicia nobis divina tremenda!
Lectulus excepit quem morbus pondere pressit;
Lingva privavit, langventia membra resolvit,
Detinuitque duos junctis sex mensibus annos,
Hunc ægrum fratres tenuere monasterienses,
Suntque velut patri sibi dilecto famulati;
Ut consummatus est & velut igne probatus,
Ille vir egregius est tandem carne solutus,
Spiritus exceptus cœlesti sede receptus,
In medio mensis qui dicitur esse Decembris:
Idibus ejusdem præsul defungitur idem,
Anno milleno centeno ter duodeno,
Addas his annos bis dinumerando novenos,
A patre transmissus ex quo Deus est homo factus:
Hammaburg sedit tunc Archiepiscopus Hartwich,
Cæsar & Augustus Romanus erat FritHericus.
Dux erat Heinricus, comes Holsatensis Adolfus,
Filius Ammonis Marcradus erat regionis
Præfectus, patriæ prudens vexillifer ipse.
Annus erat quintus ipsius pontificatus,
Qui præsul dictus est Antiquipolitanus,
Ecclesiæ primus pastor nostræ Vicelinus,
Cujus & adventus fuit hac tricesimus annus.
Corpus in Ecclesia positum coram crucis ara
Fratres Ecclesiæ digno venerantur honore;
Et plures hodie venientes officiose
Vota vovent domino, reddunt sua vota sepulto.
Eppo præpositus hunc est virtute secutus,
Cum poppuli cura remanens in præpositura,
Iste domum domini fabrica perfecit in omni.
140. Vixit sex annis in cultu relligionis,
Sextum post annum cura linquens Hermannum.

Qui bis septenis post illum præfuit annis,
Et sua dum vixit satis apte tempora rexit.
Hujus temporibus Hartwicus præsul honorus,
Templum sacravit, & dotes amplificavit,
Cunctaque firmavit quæ præsul Athelbero scripsit.
Tunc quoque præpositus defecit morte Luidolfus,
Et Siggebergenses consensu convenientes
Sumunt prælatum sibi Bremensem Thidericum.
Præposito vero defuncto post Herimanno,
Diraque mors omnes ut consumsit seniores
Suppositis humeris onus absumsere laboris:
Quos bona pastoris schola prima monasteriensis
Foverat infantes & noverat insipientes,
Artibus & studiis simul informarat honestis,
Quas Augustini lex cum monitis Vicelini
Instituit pariter, & vivere convenienter,
Ut memores patrum leges teneant seniorum,
Participes morum sint hæredesque laborum,
Ut donum regni mereantur jure perenni,
Aldenburgensi transmittitur à duce sedi
Geroldus Svevus, qui sedem pontificatus
Aldenburgensem primus fecit Liubicensem.
Conradus sedem germanus frater eundem
Post illum tenuit, Heinrico vero reliquit
Flandria quem misit: hos dux in sede locavit.
Post hos præpositum Sigebergensem Thiedericum
Collocat in sedem Cæsar Fritheric Liubicensem.
Vita decessit ubi præsul nobilis Hartwich
Baldwinum sedi Cæsar misit dominari,
Qui post subtractus a vita morteque raptus,
Sifrido sedem dimisit pontificalem
Qui de Brandenburg translatus sedit in Hamburg.
Tunc de Bruneswich dux famosissimus Heinrich
Culmine privatus est & ditione ducatus,
Suscepit regimen Anahaldensis Comes idem,
Bernhardus, cui germanus & ille Sifridus
Hammenburgensis fuit, Ottoque Saltwidelensis.
Sed post hæc ternis ubi sedi præfuit annis
Sifridus moritur, Hartwicus sede levatur.
Hic mirare Deum, qui vivens nunc & in ævum,
Disponit totum justum moderamine mundum,
Exaltans humilem, propulsat sede potentem,
Omnibus in morum dans culmine spem meliorum. 141.
Utlede progenito datur infula pontificalis,
Cujus conditio fuit ordo monasterialis.
Iste manus mittens ad fortia quæque deinceps,
Est satis inventus industrius atque paratus
In causis rerum sane discernere verum.
Hic res Ecclesiæ statuens non dilapidare,
Jussum papale servavit & Imperiale;
Nam non exhausit sibi credita, sed magis auxit.
Hic quoque Birsenses dictas dudum moniales
Ejecit quasdam, maculaverant quia famam

Vito

Vita communis & celibis atque salubris:
Quasdam collegit & eas sub jura redegit,
Fecit claustrales velut decuit moniales,
Harum cum cura suscepta præpositura.
Dominus Thietmarus tulit impositum sibi pondus
Claustri Birsensis, prior ante Monasteriensis.
Qui disciplinam reputans animæ medicinam,
Portas extruxit, valvas appendere cœpit,
Vectes opposuit, & clavibus ostia clausit,
Crudelis patulas ne mors ingressa fenestras
Obruat incautas æterno lumine privans,
Tollat corruptas perimens & crimine captas.
Cujus cernentes illa studium moniales,
Sub vigili cura susceperunt sua jura,
Jura tenenda bonis habitu sub relligionis,
Et disciplinæ cervices supposuere,
Anno milleno centeno bis quadrageno
Adjectis annis à Christi tempore quinis,
Hæc est divinæ sacra commutatio dextræ,
Quæ bona sunt solidans, mala pellens; tempora mutans.
Est ad cor magnus Vicelinus & hic revocandus,
Pro studio cujus Deus est reverenter amandus.
Nam, velut elucet, sibi credita vinea floret,
Floret adhuc, ramos quia profert multiplicandos,
Hammaburgenses hoc norunt & Statherenses.
Non ignorat eum tenuit quem Brema magistrum,
Aldenburgenses hoc dicunt & Plunienses,
Hoc Sygebergenses ostendunt & Lubicenses,
Racesburgenses affirmant & Diminenses,
Contradicentes non sunt his Magnopolenses,
Non sunt Milenses cum Sleswic ista negantes.

142. EPITAPHIUM


ARCHIEPISCOPI GOTFRIDI INCISUM

Lapidi in Choro Veteris Monasterii S. Georgii, Stadii.

ANNO *Domini M. CCC. LXIII. in die Beatæ Barbaræ obiit venerabilis Pater, Dominus Godefridus nobilis de Arnesberghe, sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, hic sepultus. Orate pro eo, qui per XII. annos injustas injurias à suis fuit passus: sed tribulantes eum graviter à Deo puniti fuerunt.*

FINIS.

PRI-



PRIVILEGIA ARCHIECCLESIÆ HAMMABURGENSIS.

I. *HLUDOVICI IMP. PRIVILEGIUM, Ecclesiæ Hammaburgensis concessum.* 143.



IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri JESU Christi. Hludovvicus divina favente & propitiante clementia Imperator Augustus.

Si specialibus cujusqve fidelium nostrorum necessitatibus prospectius subveniendum esse, Imperialis auctoritas monstrat, qvanto magis ad debitam generalitatis providentiam æqvum dignumqve pertinet, ut Ecclesiæ Catholicæ atqve Apostolicæ, qvam Christus pretioso sanguine redemit, eamqve nobis tuendam regendamqve commisit, piam ac sollicitam in cunctis oportet gerere curam, & ut in ejus prospectu, vel exaltatione congruam exhibeamus diligentiam, novis ad ejus necessitatem vel utilitatem atqve dignitatem pertinentibus rebus, nova imo necessaria & utilia provideamus constituta. Idcirco sanctæ Dei Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris certum esse volumus, qvaliter divina ordinante gratia nostris in diebus, Aqvilonaribus in partibus, in gentibus videlicet Danorum, Svecorum, Norweon, terræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon, & omnium Septentrionalium & Orientalium Nationum magnum cœlestis gratiæ prædicationis sive adqvisitionis patefecit ostium. Ita ut multitudo hinc inde ad fidem Christi conversa, mysteria cœlestia, Ecclesiasticaqve subsidia desiderabiliter expeteret. Unde Domino Deo nostro laudes immensas persolventes extollimus, qvi nostris temporibus & studiis sanctam Ecclesiam, sponsam videlicet suam in locis ignotis sinit dilatari atqve proficere. Qvamobrem una cum sacerdotibus cæterisqve Imperii nostri fidelibus hanc Deo dignam cernentes causam valde necessariam, atqve futuræ Ecclesiæ dignitati proficuam, dignum duximus, ut locum aptum nostris in finibus evidentius eligeremus, ubi sedem Archiepiscopalem, per hoc nostræ auctoritatis præceptum statueremus, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum facilius uberiusqve capere valerent, & sitientes salutis gratiam præ manibus vel oculis haberent, insuper & magnorum progenitorum nostrorum sacra lucrandi studia nostris in diebus nunqvam deficerent. Progenitor etenim noster gloriosæ memoriæ KARULUS omnem Saxoniam Ecclesiasticæ religioni subdidit, jugumqve Christi adusqve terminos Danorum atqve Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasqve gentes Danorum sive Winedorum ultimam Saxoniæ partem sitam & diversis periculis, temporalibus videlicet & spiritualibus, interjacentem perspiciens, Pontificalem ibidem sedem fieri decrevit trans Albiam. Unde postqvam terram Transalbianorum laxata captivitate, qvam ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis patratam per septennium passi sunt, ne locus ille à barbaris invaderetur Ekeberto Comiti restituere præceperat, non jam vicinis Episcopis committere voluit. Sed ne qvisqvam eorum hanc sibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus qvendam Episcopum Amalarium nomine direxit, qvi primitivam Ecclesiam ibidem consecraret. Sed & eidem Ecclesiæ sacras reliqvias ac plura Ecclesiastica munera pia largitate specialiter destinare curavit. Postmodum verò captivis optatam ad patriam undiqve confluentibus eandem parochiam cuidam presbytero Heride nomine specialiter commendavit, qvem uni- 144.

Hoc Privilegium edidit etiam Philippus Cæsar in Tri-Apostolatu Septentrionis, Colon. 1642. 8. & Petrus Lambeci lib. 2. rerum Hamburg. p. 314. Joachimus Joh. Maderus ad Adamum Bremensem p. 179.


universæ Transalbianorum Ecclesiæ, ne ad ritum relaberetur gentilium, vel qvia lucrandis adhuc gentibus locus ille videbatur aptissimus, disposuerat consecrari Archiepiscopum ut ipsi occasione vel auctoritate summa in ipsis terminis gentium, sedulitate prædicandi sancta multiplicaretur Ecclesia dum vicinorum ipsius novitatis Episcoporum multa latitudinis cura non sufficiebat discurrere per omnia. Delegavit etiam eidem presbytero qvandam cellam Rodenach vocatam, qvatenus eidem loco periculis circumdato fieret supplementum. Sed qvia consecrationem jam dicti viri, velox ex hac luce transitus pii genitoris nostri fieri prohibuit. Ego autem, qvem divina clementia in sedem regni ejus asciverat, cum in multis Regni negotiis insisterem, hoc qvoqve prædictum patris mei studium, velut Regni id finibus minus caute attenderem, prædictam parochiam vicinis Episcopis interim commendavi. Nunc autem tam propter supra scripta Ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, qvam & propter votum pii genitoris nostri, ne qvid ejus imperfectum remaneat, statuimus una cum consensu Ecclesiastico præfata ultima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum universa Transalbianorum Ecclesia, proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem, cui & primum præesse, atqve solenniter consecrari per manus Drogonis Metensis, & summæ sanctæ Palatinæ dignitatis præsulis Ansgarium fecimus Archiepiscopum, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Treverensi, & Otgaro Moguntiensi, cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii nostri præsulibus congregatis: assistentibus qvoqve specialiter & consentientibus atqve consecrantibus Helingando sive Willerico Episcopis, à qvibus jam dictæ parochiæ partes, à nobis & à patre nostro sibi olim commendatas recepimus. Cui videlicet Ansgario tam nostro, qvam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate hanc Deo dignam in præfatis gentibus commisimus legationem ac proprii vigoris ascribere decrevimus dignitatem. Et qvia casus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne qvisqvam Episcoporum aliqvam sibi trans Albiam,, vel alicubi in prædicta parochia vindicet potestatem, certo limite circumscriptum esse volumus, videlicet ab Albia flumine deorsum usqve ad mare Oceanum, & sursum per omnem Slavorum provinciam usqve ad mare qvod Orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes qvoqve paludes, infra fine juxta Albiam positas, cultas & incultas infra terminos ejusdem parochiæ ponimus; ut Transalbiani se & sua ab incursu paganorum, qvi sæpe timendus est, securius in his locis occultare qveant. Et ut hæc nova constructio periculosis in his locis cæpta, subsistere valeat, qvandam cellam Turholt vocatam tam huic novæ constructioni; qvam Archiepiscopi successorumqve suorum in gentibus legationi perenniter servituram ad nostram nostræqve sobolis perpetuam mercedem divinæ offerimus Majestati. Res itaqve præfatæ sedis, & jam dicti monasterii sub plenissima defensione, & immunitatis tuitione volumus ut consistant, ut liceat venerabili Archiepiscopo prædicto suisqve successoribus ac omni clero sub eorundem regimine constituto, qviete in Dei servitio gerere, & pro nobis proleqve nostra atqve statu totius Imperii divinam misericordiam exorare. Et ut hæc autoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & sigilli nostri impressione signare jussimus.

Signum Hlodo-  *wici piissimi Imperatoris.*

Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovi.

145. Data Idus Maij, Anno XXI. Imperii Domini Hlodowici piissimi Augusti, Indictione XII.

Actum Aqvisgrani in Palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen. Anno Domini Jesu Christi, DCCCXXXIV.

II. DE

II. DE CONFIRMATIONE ANSGHARII AR chiepiſcopi per Papam Gregorium IV.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnium fidelium dignoſcentiæ certum eſſe volumus, qvaliter beatæ memoriæ præcellentisſimus Rex KARULUS tempore prædeceſſorum noſtrorum divino afflatus ſpiritu, gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, jugumqve Chriſti, qvod ſuave ac leve eſt, ad usqve terminos Danorum ſive Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ultimamqve regni ipſius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula conſtitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentilium, vel etiam qvia lucrandis adhuc gentibus aptisſima videbatur, proprio Epiſcopali vigore fundare decreverat. Sed qvia mors effectum prohibuerat, ſuccedente ejus præcellentisſimo filio Hludewico Imperatore Aug. pium ſtudium ſacri genitoris ſui efficaciter implevit. Qvæ ratio nobis per venerabiles Ratoſum ſive Vernoldum Epiſcopos, nec non Geroldum comitem vel miſſum venerabilem relata eſt, confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam providentiam cognoſcentes, inſtructi etiam præſentia fratris filiiqve noſtri Anſcharii, primi Nordalbingorum Archiepiſcopi per manus Drogonis Metenſis Epiſcopi conſecrati, ſanctum ſtudium magnorum Imperatorum, tam præſenti auctoritate, qvam etiam pallii datione, more prædeceſſorum noſtrorum roborare decrevimus, qvatenus tanta auctoritate fundatus prædictus filius noſter, ejusqve ſucceſſores lucrandis plebibus inſiſtentes adverſus tentamenta Diaboli, validiores exiſtant, ipſumqve filium noſtrum jam dictum Anſcharium & ſucceſſores ejus legatos in omnibus circumqvaqve gentibus Danorum, Sveonum, Nortwehorum, Farriæ, Gronlandan, Halſingolandan, Islandan Scridevindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum qvocunqve modo nominatarum delegamus. Et poſito capite & pectore ſuper corpus & confesſionem ſancti Petri Apoſtoli, ſibi ſuisqve ſucceſſoribus vicem noſtram perpetuo retinendam, publicam evangelizandi tribuimus auctoritatem ipſamqve ſedem Nordalbingorum, Hammaborch dictam, in honore ſancti Salvatoris, ejusqve intemeratæ genitricis Mariæ conſecratam, Archiepiſcopalem eſſe decernimus. Conſecrationem verò ſuccedentium ſacerdotum donec conſecrantium numerus ex gentibus augeatur, ſacræ palatinæ providentiæ interim committimus. Strenui verò prædicatoris perſona, tantoqve officio apta in ſucceſſione ſemper eligatur, omnia vero à venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata noſtra etiam auctoritate pia ejus vota firmamus, omnemqve reſiſtentem, atqve piis noſtris his ſtudiis qvolibet modo inſidiantem, anathematis mucrone percutimus, atqve perpetua ultione reum diabolica ſorte damnamus, ut culmen Apoſtolicum more prædeceſſorum noſtrorum cauſam Dei pio affectu zelantes ab adverſis hinc inde partibus tutius muniamus. Et qvia te charisſime fili Anſchari Divina clementia nova in ſede primum diſpoſuit eſſe Archiepiſcopum, nosqve pallium ad miſſarum ſolemnia celebranda tribuimus, qvod tibi in diebus tuis, uti & Eccleſiæ tuæ perpetuo ſtatu manentibus privilegiis uti largimur. Sancta Trinitas vitam tuam conſervare dignetur incolumem, atqve poſt ſeculi amaritudinem ad perpetuam perducat beatitudinem, Amen.

Maderus p. 135. 146.

III. LEO PAPA ANSCHARIO EPISCOPO.

LEO Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, beatisſimo Anſchario ſanctæ Hammaburgenſi Eccleſiæ Archiepiſcopo, æternæ vitæ beatitudinem.

Maderus p. 137.

QVONIAM Apoſtolicæ dignitatis eſt, non ſolum Eccleſias fundare, ſed & ab aliis Eccleſiarum ſpiritualibus architectis fundatas ſublimare, dignum duximus frater charisſime, pro petitionis tuæ voto aures debitæ benignitatis tuæ inclinare. Concedimus igitur ſicut à prædeceſſore noſtro beato Gregorio conceſſum eſt, ſcilicet ut gentes Wimodiorum, Nordalbingorum, Danorum, Norwenorum, Svevorum vel qvascunqve ſeptentrionalium nationum jugo fidei prædicatione tua ſubdideris, ad ſedem Hammaburgenſem ſpirituali dominatione posſideas & omnibus ſucceſſoribus tuis ad eandem ſedem perpetuo posſidendas relinqvas. Decernimus qvoqve tibi & omnibus ſucceſſoribus tuis ad ſedem Hammaburgenſem, uſum pallii in feſtis & temporibus, à prædeceſſore noſtro tibi denominatis, ſcilicet in Paſchate, in Pentecoſte, in Natale Domini, in Aſſumptione, in nativitate, in purificatione ſanctæ Mariæ, in Natalitiis Apoſtolorum & dominicis diebus, & omnibus feſtis, in diœceſi tua celebribus. Ornari qvoqve caput tuum mytra, portari ante te crucem. Age ergo

ergo frater beatissime opus bonum qvod incœpisti, nec desistas donec perficias. Funda in locis opportunis Ecclesias, consecra presbyteros, & per disterminatos ordina Episcopos, qvorum omnium tu Archiepiscopus existas; omnesqve supradictarum nationum amplius profuturi Episcopi, cum subjectis sibi plebibus tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hammaburgensem perpetua subjectione & obedientia subjecti permaneant. Præterea tibi & sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ, & omnibus successoribus tuis auctoritate Apostolica firmamus, qvæcunqve Ecclesiæ tuæ jam à Christicolis tradita sunt, vel amplius delegata fuerint in parochiis, in prædiis, in omnibus rebus mobilibus vel immobilibus, in mancipiis utriusqve sexus ut ea Ecclesia prædicta inviolabili potestate perpetuo possideat. Si qvis autem contra hujus nostræ auctoritatis privilegium ire tentaverit, & qvoqvomodo in parte vel in toto frangere nisus fuerit, etiamsi sit Apostolicæ dignitatis persona, æterna excommunicatione cum Juda traditore Domini pereat, nisi resipiscat, & Ecclesiæ Hamburgensi satisfaciat. Data per manum Stephani Cancellarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ mense Martio, Indictione XII.

IV. *NICOLAUS* PP. DE CONFIRMATIONE Ramesloa.*

Maderus p. 189. NICOLAUS Episcopus, servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentis scilicet temporis & futuri. Qvisqvis Dominum & Redemptorem nostrum Jesum Christum de sinu patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide descendisse non dubitat, profecto non ignorat, omnes qvi ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipue nos, qvi per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum retinemus, hominibus debere lucrandis insistere, & per universas gentes verbi semina serere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem qvia Hludewicus sublimissimus Rex per Salomonem venerabilem Episcopum civitatis Constantiæ nostro studuit Apostolatui intimare, qvod piæ memoriæ Hludowicus Imp. genitor suus qvendam monachum nomine Anscharium de monasterio Corbeja tulisset, & collocasset eum juxta Albiam fluvium in confinibus Sclavorum & Danorum, atqve Saxonum, in castel-
147. lo Hammaburg, annuente ac solennia sedis Apostolicæ privilegia præbente prædecessore nostro beatæ memoriæ Papa Gregorio, cujus etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo sedes constituta est Archiepiscopalis, in castello superius memorato Hammaburg; & in eadem qvoqve sede accepto à sede Apostolica pallio, Archiepiscopus primus est ordinatus Anscharius. Cui à præfato Pontifice delegata est cura seminandi verbum Dei, & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis, & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis est à præfato filio nostro Hludowico Rege per jam dictum Salomonem Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ bullata. Per cujus tenorem paginæ hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam fati Regis per fidelem virum Salomonem scilicet Episcopum intimavit. Verum qvia KARULUS Rex frater sæpe dicti Regis Hludowici abstulit à prænominato loco, qvi dicitur Hammaburg monasterium, qvod appellatur Turholt, utpote qvod post partitionem inter fratres suos in regno suo conjacere videbatur, situm in Occidentali Francia; qvod illis genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis ejus dederat, cœpere, sicut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus qvippe necessariis sumptibus ab ipsis recesserunt gentibus, & eadem ad gentes legatio per hujusmodi factum defecit. Ipsa qvoqve metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto judicio, per barbarorum sævitatem prorsus devastata est. [Contigit namqve ex improviso piratas advenientes civitatem navigio circumdedisse, filius vero noster Archiepiscopus Anscharius ibi positus, cum his qvi aderant in urbe ipsa vel in suburbio manentibus primo qvidem audito adventu eorum locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium, sed impellentibus paganis & civitate jam obsessa cum eis resisti non posse conspexit, qvomodo pignora sanctarum reliqviarum asportarentur præparavit, sicqve ipse clericis suis huc illucqve fuga disper-

* *Nicolai* I. Papæ diploma aliud de conjunctione Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis Lindenbrogio præteritum edidit Albertus Cranzius lib. 2. Metropol. c. 38. seq. Philippus Cæsar in appendice tri-Apostolatus Septentrionis p. 182. Petrus Lambecius lib. 2. rerum Hamburg. p. 378. Joachimus Johannes Maderus ad Adamum Bremensem p. 194. Apud eosdem meminit etiam Papæ *Formosi* rescriptum ad Adalgarium Archiep. super Bremensi Ecclesia Coloniæ suffraganea & *Sergii* III. Confirmatio privilegiorum Ecclesiæ Hamburgensis. Vide Lambecium lib. 2. p. 412. 419. Maderum p. 199. 202.

spersis etiam sine cappa sua vix evasit. Deniqve hostes arrepta civitate ac succensis omnibus & direptis egressi. His ita peractis, cum filius noster jam dictus Anscharius multis esset pressuris & calamitatibus oppressus, & fratres congregationis ejus una cum sanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucqve vagarentur, & nusqvam sedem haberent qvietam, matrona qvædam nomine Ikia, divino amore tacta ex sua hæreditate possessiuncu-lam ei tradidit in sulva Ramesloa nominata in pago Berdangoa, in Episcopatu Waldgarii Verdensis Ecclesiæ Episcopi, ubi & cellam construxit, & reliqvias sanctorum una cum fratribus qvi supererant collocavit. Qvamobrem Clementisimus Rex jam sæpe dictus Hlodowicus qværere cœpit qvomodo ei solatium subsistendi faceret, qvo legationis suæ mandatum perficere posset. Et qvia in eadem provincia cellam nullam huic legationi habebat congruam, suggerere studuit prædicto Waldgario Verdensis Ecclesiæ Episcopo, ut ejus permissione ei liceret in supradicto loco Ramesloa monasterium ex suis impensis construere, ubi fratres, qvi tanta clade superfuerant, sustentarentur, & ipse locum suspirandi, & si qva unqvam facultas suppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci Hammaburgensem Ecclesiam restaurandi, haberet sub suo successorumqve ejus regimine & potestate mansurum. Cui qvidem rei ipse admodum contrarius extitit. Qva de causa postmodum in Wormatia civitate positus duobus Regibus Hludowico & Hlotario præsentibus Archiepiscopis Ebone Remensi, Hetti Treverensi, & Otgario Mogontiacensi, cum plurimis aliis generali interventu utriusqve regni præsulibus congregatis hæc eadem res posita est. Qvod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut prædictus Pontifex Walgarius hoc ipsum sua auctoritate concederet & firmaret, cuncti rogaverunt. Qvi primo qvidem fortiter his reniti cœpit, justum non esse multipliciter asserens, ut honorem suæ sedis in aliqvo minueret, postremo tamen & ipsis Regibus & cunctis Episcopis ibi aggregatis pro hoc ipso eum rogantibus & omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus respondit, si Apostolica auctoritate firmaretur, ex se qvoqve ratum esse.) Unde persæpe nominatum venerabilem missum, Salomonem videlicet Constantiæ civitatis Episcopum hoc relatum est confirmandum, ac postulatum est nostra auctoritate roborandum. 148. Nos igitur id subtili perpendentes examine, animadvertimus propter instantem necessitatem, & animarum lucra in gentibus demonstrata utile fore. Omnia enim qvæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & divinis non resultant præceptionibus, licita & facienda esse non dubitamus: maxime in tam novellæ Christianitatis plantatione, in qva varii solent eventus contingere. Qvamobrem omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & hoc nostro decernimus decreto, secundum reverendissimi Regis Hludowici votum, & prænominati Episcopi Waldgarii, aliorumqve Episcoporum consensum, ut prædictum monasterium Ramesloa nominatum, sub potestate & regimine Anscharii Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi, ejusqve successorum perpetualiter consistat. Nullus ergo Fardensis vel qvilibet Episcopus ullam sibi deinceps in eodem monasterio vindicet potestatem. Qvinimo & ipsi & omnibus svademus, & veræ religionis cultoribus, ut sacra hac legatione fungentibus adjutorio & solatio sint, qvatenus pro gratia hujus beneficii plenam mercedam recipere mereantur, ab eo qvi dixit, *Ite docete omnes gentes.* Et: *Quicunque receperit vos, me recipit.* Itaqve omnia à dilecto filio nostro Rege Hludovvico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et qvia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem qvoqve adversantem vel contradicentem atqve piis his nostris studiis qvolibet modo insidiantem anathematis mucrone percutimus, atqve perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus, ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, causamqve Dei pio affectu zelantes, ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Observator vero & custos hujus nostræ salutiferæ præceptionis benedictionis gratiam à beato Petro Apostolorum Principe, & cœlestis retributionis æternæ gaudia à justo judice Domino Deo nostro conseqvi meretur. Scriptum per manum Leonis notarii, regionarii & scriniarii sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Majo, Indictione XII. Datum Kalend. Junii per manus Tiberii primicerii, sanctæ sedis Apostolicæ. Imperante Domino * piissimo Papa. Anno pontificatus ejus V. Indictione XII.

V. HEINRICUS DE COMMUTATIONE ONONIS EPISCOPI & VVALLERICI.

H. Meibomius in appendice ad Wittekindum p. 116. Maderus ad Adamum Bremensem p. 204.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri, tam præsentes qvam etiam & futuri, qvaliter nos rogatu Ununonis

nonis Hamburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi, qvandam commutationem inter se, & qvendam nobilem virum nomine Willarium, fieri permisimus. Tradidit etiam præfatus Willarius cum manu Rasmadæ conjugis suæ, & Thoadulphi filii ejus, ad prædictum episcopatum in manum ipsius Ecclesiæ Episcopi Unnonis, & Ulfridi sui etiam advocati, qvidqvid proprietatis in locis Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, Walle, Magulun, Rikinburgi & Damisla nuncupatis habere visus est, cum curtilibus, ædificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, & omnibus qvæ dici aut nominari possunt appendiciis, contra eam recompensationem, qvam ab eodem episcopatu sibi traditam accepit, & nostræ auctoritatis scripto confirmatam adqvisivit. Eandem vero commutationem ejusdem Episcopi petitione hac scripto confirmari jussimus, & ut hoc nostræ confirmationis præceptum à fidelibus nostris verius credatur, ut diligentius observetur manu nostra subtus illud firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari præcepimus. Data IX. Kalend. Junii, Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXV. Indictione VIII. Anno autem Heinrici Regis XVII. Actum Diusburg in DEI nomine, Amen.

149.

VI. *OTTO. DE LIBERTATE LOCI Privilegium.*

Meibomius p. 116. Maderus p. 206 Allegatus ab Adamo Bremensi lib. 2. c. 1.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina vavente clementia Rex. Qvi mundiali potestate præditi, qvibuscunqve necessariis regentium suffragari festinant, divinam sibi nihil refragari certissime sciant. Ideoqve non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum, qvia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus, & amplificationem, æternalisqve proventuram perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum sagacitas, qvod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, adiens excellentiam serenitatis nostræ, expetivit à nostra pietate talem libertatem & tuitionem monasteriis, in ejus Episcopio consistentibus, qvalem cætera per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Cujus justa & rationabilis videtur petitio, ad honorem sanctæ Dei genetricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessiones, qvas concesserant anteriores Francorum Reges, cæterisqve monasteriis ad hanc diœcesim pertinentibus, idem Ramaslaum, Bremum Biresinum, & Bukkenum, videlicet ut nullus judex publicus, vel qvælibet judiciaria potestas aliqvam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus monasteriorum, litis videlicet & coloniis, vel eos aliqvis capitis banno ob capitis furtum, vel qvocunqve banno constringat, aut aliqvam justitiam facere cogat, nisi Advocatus Archiepiscopi, qvamdiu eos corrigere valuerit. Qvod si qvispiam illorum incorrigibilis extiterit, tunc abadvocato eidem præsentetur, judiciariæ potestati, cæteri vero in subditione Archiepiscopi permaneant. Si verò aliqvis ex libertis voluerit Jammundling vel litus fieri, aut etiam colonus ad monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum, non prohibeatur à qvalibet potestate, sed habeat licentiam nostra auctoritate, habeat qvoqve potestatem prædictus Adaldag, successoresqve ejus Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi super liberos & Jamundlingos monasteriorum supradictorum, in expeditionem sive ad placitum Regis. Donamus qvoqve clericis Hammaburgensis Ecclesiæ potestatem inter se sive aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut hæc auctoritatis nostræ concessio à fidelibus nostris verius credatur, & per succedentia tempora diligentius observetur, manu propria subtus eam firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Data II. Kalend. Julii, Anno Domini DCCCC. XXXVII. Indictione X. anno regni Ottonis piissimi Regis I. Actum in Werlaha in DEI nomine.

VII. *OTTONIS REGIS DE CONFIRMATIONE Bonorum Bremæ Hammaburg, Buckam, Birsinen, Ramasle, pertinentium.*

Meibom. p. 117. Maderus p. 207.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Rex divina opitulante clementia. Dignoscat omnium fidelium nostrorum sagacitas, qvaliter nos pro mercede vitæ permanentis, & per interventum charæ conjugis nostræ Edgidæ, ad qvod Thiethari fidelis nostri

ftri, in proprium damus ad locum nominatum Hammaburg qvicqvid in locis sic nominatis, Bremun, Birsina, Ramaslo, Buckni, proprietatis, hucusqve habere visi sumus, in terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, molendinis, piscationibus, aqvisrivarum decursibus, viis & inviis, qvæsitis, & inqvirendis, omnibusqve ad præfata loca, jure legitimeqve pertinentibus, firmiter in proprietatem donavimus, ad utilitatem Hammaburgensis Ecclesiæ Episcoporum. Inde etiam munificæ largitatis nostræ, scriptum fieri jussimus, per qvod volumus firmiterqve jubemus, qvatenus Archiepiscopi Hammaburgensis Ecclesiæ habeant potestatem qvicqvid illis placuerit faciendum. Et ut hoc à fidelium nostrorum industria verius credatur, ac per succedentium temporum curricula diligentius observetur, manu nostra subtus illud confirmari curavimus, & annuli nostri impressione consignari jussimus. Data VI. Idus Aug. Indictione X. Anno Dominicæ incarnationis DCCCC.XXXVII. Anno autem Ottone regnante Rege II. Actum in Walahuson, Amen. 150.

VIII. *PRIVILEGIUM OTTONIS IMP. DE ECclesiis, Hamburgensi Ecclesiæ suffragantibus.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente Clementia Imp. Aug. Qvum Imperatoriæ dignitatis officium esse constet, ut erga divini cultum officii pervigili cura insistant, & qvidqvid augmentum sanctæ Christianæ religioni adhibere potuerint, indesinenter in hoc studeant. Idcirco nos interventu dilecti Archiepiscopi nostri Adaldagi prosperitate & incolumitate imperii nostri, qvidqvid proprietatis in marca vel regno Danorum ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Slieswigensem, Ripensem, Arusensem, vel adhuc pertinere videtur, vel futurum adqviratur, ab omni censu vel servitio nostri juris absolvimus, ut & Episcopis præscriptarum Ecclesiarum, absqve ulla Comitis vel alicujus fisci nostri exactoris infestatione serviant & succumbant, volumus & firmiter jubemus. Servos verò & colonos in eisdem proprietatibus habitantes, nulli nisi eisdem Episcopis servituros ab omni etiam nostri juris servitio absolvimus, & sub nullius banno vel disciplina illos nisi sub illarum Ecclesiarum advocatis esse volumus. Et ut hoc auctoritatis nostræ præceptum firmum & inconvulsum permaneat, hanc chartam conscribi, annuliqve nostri impressione sigillari jussimus, qvam & manu propria subtus firmavimus. Data VI. Kalend. Julii. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXV. Indictione VIII. Anno Domini Ottonis Imperii IV. Regni autem XXX. Actum Magadeburch in Dei nomine. Amen.

Meibom. p. 125. Maderus p. 208. Allegatur ab Adamo Bremensi lib. 2. cap. 2

IX. *OTTO IMP. ADALDAGO, DE LIbertate loci.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto Dei clementia Imperator August. Si religiosorum obtemperaremus votis, nostræ liberalitatis loca divino cultui mancipata largitate donaremus, ad æternæ recompensationis præmium indubitanter id nobis credimus profuturum. Qvare omnibus constet nos pro Dei amore venerabilis Adaldagi Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitatibus annuentes, construendi mercatum in loco Bremun nuncupato illi concessisse licentiam, bannum & theloneum nec non monetam, totumqve qvod inde regius Regi publice fiscus obtinere poterit prælibatæ conferimus sedi; qvin etiam negotiatores ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinia condonavimus, præcipientes hoc imperatoriæ autoritatis præcepto qvo in omnibus tali patrocinentur tutelæ, & potiantur jure, qvali cæterarum regalium institores urbium. Nemoqve inibi aliqvam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & qvem ipse ad hoc delegaverit manu nostra signato, & annuli nostri impressione roborato. Acta IV. Idus Augusti. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXVI. Indictione VIII. Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris Regni XXXI. Imperii verò IV. Actum Mersburg in Dei nomine feliciter.

Meibom. p. 127. Maderus p. 210

X. *OTTO REX ADALDAGO DE LIBERtate loci Privilegium.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum noverit industria, qvaliter Adaldagus, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ

Maderus p. 211.

clesiæ Archiepiscopus nostram regiam deprecatus est dignitatem per fidelem suum missum,
151. nomine Wigbertum, qvatenus præcepta à nostris antecessoribus suæ sanctæ Ecclesiæ antea collata, nostra tuitione confirmarentur. Cujus petitionem, qvia justam esse cognovimus, pii genitoris nostri Ottonis scilicet Imperatoris consilium, qvid inde nobis faciendum esset, investigavimus; ipse verò non solum consilium dabat, verum etiam, ut ita ageremus præcipiebat, maxime qvia qvosdam si hæc in qvoqvam frangere possent tentantes audivit. Qvapropter concedimus prædicto monasterio, cum omnibus aliis monasteriis sibi subditis, videlicet Bremun, Bukkun, Bircsivum & Haramusla, cum cunctis illorum adjacentiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aqvis, aqvarumve decursibus, mancipiis, aliisqve qvæ uti possunt, omnes concessiones, qvas priores Imperatores concesserant, ut semper sub tuitione perpetualiter sint, & qvicqvid modo habeant, vel deinceps aliqvo modo adqvirere possint, ut eis eorumqve Episcopo libere serviant, omni judiciaria potestate remota. Concedimus insuper ut nullus Dux neqve Marchio, vel Comes aut alia qvædam judiciaria potestas ullam sibi in prædictis omnibus usurpent potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus, & advocati qvos ipse elegerit. Ipsi verò advocati nostro banno constringant omnes viros prædictarum Ecclesiarum ad omnem justitiam faciendam. Et ut hæc nostra concessio firma & inconvulsa permaneat, hanc jussimus cartam conscribi; & annuli nostri impressione subtus firmari; qvam & manu propria subtus firmavimus. Data VI. Kal. Novembr. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXVII. Indictione X. Anno serenissimi Regis Ottonis VII. Actum Veronæ in DEI nomine. Amen.

XI. *OTTO IMP. ADALDAGO DE ELECTIONE Episcopi & libertate Monasteriorum.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Imperator Aug. Qvi mundiali potestate præditi qvibuscunqve necessariis regentium suffragari festinant, divinam sibi nihil refragari Clementiam certissime sciant. Ideoqve non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum clementer. Qvia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus, & amplificationem æternalisqve proventuram perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium qvam futurorum sagacitas, qvod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, adiens excellentiam nostræ serenitatis, expetivit à nostra pietate talem libertatem & tuitionem monasteriorum in ejus Episcopio consistentibus, qvalem cætera Archiepiscoporum per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Ejus namqve qvia justa & rationabilis esse petitio videbatur, ob remedium & memoriam animæ piissimi genitoris nostri Domini Ottonis serenifs. Imp. Aug. atqve intuitu dilectissimæ genitricis nostræ Dominæ Adelheidis, ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburg est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessiones, qvas concesserant anteriores Francorum Reges & Imperatores, cæterisqve monasteriis ad hanc diœcesin pertinentibus, id est, Ramaslahun, Bremun, Birchisinum, Bukkun, videlicet; ita scilicet, ut semper nostra sub tuitione sint perpetualiter, & qvidqvid modo habeant, vel deinceps aliqvo modo adqvirere posfint, ut eis eorumqve Episcopo libere serviant, omni judiciaria potestate remota. Concedimus insuper ut nullus Dux, neqve Marchio, vel Comes, aut alia qvælibet judiciaria potestas aliqvam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus monasteriorum, litis videlicet & colonis, atqve jamundilingis, vel eos aliqvis capitis banno ob capitis furtum, vel capitis, vel alio qvolibet banno constringat, aut aliqvam justitiam facere cogat, nisi advocati Archiepiscopi supra nominati, qvos ipse velit & constituat advocatos. Ipsi verò advocati prædictos homines banno nostro ob capitis furtum recte faciendi constringant. Donamus qvoqve clericis Hammaburgensis Ecclesiæ
152. potestatem inter se sive aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut nostræ auctoritatis hoc præceptum firmum & stabile permaneat, chartam hanc conscribi, & annuli nostri impressione signari jussimus; qvam & manu propria subtus firmavimus. Data V. Kal. Octobr. Dominicæ incarnationis DCCCCLXXIV. Indictione I. Anno regni Domini Ottonis XI. Imperii autem VI. Actum Magadaburch, in Domino feliciter, Amen.

XII. OTTO

XII. OTTO IMP. ADALDAGO DE CONstructione Ripesholt.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Imp. Aug. Specialibus fidelium nostrorum necessitatibus pie subveniendum esse Imperatoria auctoritas monstrat; qvanto magis his, qvæ ad divinum cultum pertinent oportet nos gerere curam. Qvapropter omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis nostrisqve fidelibus compertum esse volumus, qvia Adaldagus Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus per suum missum innotuit serenitati nostræ, qvod duæ sorores, una Reyngerd vocata, altera Wendila in Fresia, in pago Astringa, in comitatu Bernhardi ducis tradidissent omnem hæreditatem suam ad Ecclesiam Bremensem, cum suis advocatis: ea scilicet conditione ut eam diebus vitæ suæ possidere debuissent. Qvo facto, una earum Reyngard divino jussu obiit. Qva defuncta, alia qvæ supervixit Wendila, divino amore compuncta totum qvod habuit præfatæ Bremensi Ecclesiæ dimisit, duas videlicet curtes Hrepesholt & More, cum omnibus suis pertinentiis, aliisqve omnibus rebus, in diversis locis jacentibus, petens ab eodem Archiepiscopo ut in eadem hæreditate monasterium construeretur, & congregatio Clericorum. Hoc libenter faciens cesfit eidem monasterio Hrepesholt nominato qvandam partem decimarum; eo scilicet modo, ut Clerici qvos illic divinus amor aggregasset, regulam & ordinem clericorum in Bremensi Ecclesia Deo servientium perpetua sua in conversatione servarent. Super qva re prædictus Venerabilis Archiepiscopus per suum missum Wigbertum nomine postulavit celsitudinem nostram, hæc pia studia, nostra etiam auctoritate roborare. Cujus videlicet petitioni, qvia nobis pia ac rationabilis visa est, assensum præbentes decernimus atqve jubemus, ut prædictus locus, vocabulo Hripesholt habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad Ecclesiam Bremensem, sub cura ac dispositione ejusdem loci Archiepiscopi, cum omnibus qvæ eidem Ecclesiæ, vel à prædicto Archiepiscopo de rebus Episcopii collata, vel ab aliis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ nunc collata, aut deinceps conferenda sunt. Insuper & omnes res præfatæ Ecclesiæ ab omni censu nostri juris absolvimus. Concedimus ut res prædictæ Ecclesiæ ipsi liberè serviant, omni judiciaria potestate remota. Et ut hæc nostra auctoritas firma atqve inconvulsa permaneat, jussimus hanc cartam conscribi, & annuli nostri impressione signari, qvam & manu propria subtus firmavimus. Data v. Idus Junii, Anno Dominicæ incarnationis D. CCCCLXXXIII. Anno vero regni II. Ottonis XXV. Imperii autem XV. Actum Veronæ feliciter, Amen.

XIII. OTTONIS REG. DE LIBERtate Ripesholte.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Rex. Si specialibus fidelium nostrorum necessitatibus pie subveniendum esse Regia auctoritas monstrat: qvanto magis his, qvæ ad divinum cultum pertinent oportet nos gerere curam. Qvapropter omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, nostrisqve fidelibus compertum esse volumus, qvia Adaldagus Bremensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus innotuit serenitati nostræ, qvod duæ sorores, una Reyngart vocata, altera Wendila in Fresia, in pago Astringa, in comitatu Bernhardi Ducis, tradidissent omnem hæreditatem 153
suam ad Ecclesiam Bremensem, cum suis patronis & advocatis, ea scilicet conditione, ut eam diebus vitæ suæ possidere debuissent. Qvo facto una earum Reyngart divino jussu obiit, qva defuncta alia, qvæ superuixit Wendila, divino amore compuncta, totum qvod habuit, præfatæ Ecclesiæ dimisit, duas videlicet curtes Ripesholt & in More, cum omnibus suis pertinentiis, ædificiis, terris cultis & incultis, mancipiis utriusqve sexus, areis, campis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, piscationibus, aucupiis, aqvis, aqvarumve decursibus, molendinis mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, cunctisqve aliis appendiciis, qvæ adhuc dici aliqvo modo aut nominari possunt. Petens ab eodem Archiepiscopo, ut in eadem hæreditate monasterium construeretur, & congregatio clericorum. Hoc libenter faciens concessit eidem monasterio Ripesholt nominato, qvandam partem decimarum, eo scilicet modo ut clerici, qvos illuc divinus amor congregasset, regulam & ordinem clericorum in Bremensi Ecclesia servientium Deo perpetuo sua in conversatione servarent. Super qva re prædictus venerabilis Archiepiscopus adiit celsitudinem nostram postulans hæc pia studia nostra etiam auctoritate

tate roborari. Cujus videlicet petitioni. qvia nobis pia ac rationabilis visa est, maxime ob hoc, qvod piæ memoriæ genitorem nostrum Ottonem scilicet Imp. hæc eadem suo præcepto firmasse cognovimus, assensum præbentes, prædictum monasterium in nostram tutelam suscipimus atqve mundiburdium; præcipientes hoc regali decreto, ut præfatus locus vocabulo Repesholt habitatio clericorum perpetuo fiat, pertinens ad Ecclesiam Bremensem, sub cura ac dispositione ejusdem loci Archiepiscopi, cum omnibus qvæ eidem Ecclesiæ de rebus Episcopii collata, vel ab aliis Dei fidelibus nunc collata, aut deinceps conferenda sunt. Insuper & omnes res præfatæ Ecclesiæ ab omni censu juris nostri absolvimus; & ut eidem Ecclesiæ libere serviant, omni judiciaria potestate remota firmiter hac regali præceptione jubemus. Donamus etiam ad hæc præfato Archiepiscopo, interventu Bernhardi Ducis qvædam nostri juris mancipia, litam videlicet Thietsuidem dictam, cum filiis ejus & filiabus omniqve progenie, qvæ ex iis per successura tempora fuerit procreata. Omnem etiam eorum possessionem, seu adqvisitionem ei in proprium tradimus, eo scilicet tenore, ut ipse dehinc potestatem habeat, sive retinendi, dandi, vendendi, commutandi, seu qvodcunqve sibi libitum fuerit inde faciendi. Si qvis autem hæc nostra decreta subdolis machinationibus, falsisve disputationibus aliqvo modo irritaverit, Regiæ nostræ majestati se rebellare certissime noverit. Et ut hæc nostra auctoritas firma & inconvulsa permaneat, hanc cartam conscribi, manuqve propria confirmatam annuli nostri impressione jussimus assignari. Data XIII. Kalend. April. Anno Dominicæ incarnationis D CCCC LXXXVIII. Indictione I. Anno autem III. Ottonis regnantis V. Actum Wigeldeshusen feliciter in Dei nomine, Amen.

XIV. OTTO IMP. ADALDAGO DE LIBERtate Monasteriorum in Regno Danorum.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto Dei Clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum, tam præsentium qvam futurorum piæ devotioni pateat, qvomodo nos ob petitionem & interventum dilecti nostri Adaldagi, Bremensis Ecclesiæ videlicet venerabilis Archiepiscopi, ac pro statu & incolumitate Regni nostri, qvidqvid proprietatis in Regno Danorum, ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Sliesvicensem, Ripensem, Arusensem, Ottonesvigensem, vel adhuc pertinere videtur, vel in futurum adqviratur, ab omni censu vel servitio nostri juris absolvimus; & ut Episcopis præscriptarum Ecclesiarum absqve ulla comitis, vel alicujus fisci nostri exactoris infestatione serviant & succumbant, volumus & firmiter jubemus. Insuper concedimus prædictarum Ecclesiarum Episcopis, ut potestatem habeant emendi agros, possessiones, & prædia in omnibus Regni nostri partibus, ubicunqve velint aut possint. Servos vero & colonos in eorum proprietatibus habitantes, nulli nisi iisdem Episcopis servituros, ab omni etiam nostri juris servitio absolvimus, & sub nullius banno vel disciplina illos, nisi sub illarum Ecclesiarum advocatis esse volumus. Adhoc etiam omnes fideles nostri dinoscant, qvod nos Folgberti - - - - Ecclesiæ Episcopi - - - - sive qvalicunqve paratu euntibus in nostri regni finibus theloneum prorsus perdonavimus. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum firmum atqve inconvulsum permaneat, hanc cartam conscribi, annuliqve impressione signari jussimus; qvam & manu propria - - - - firmavimus. Data XV. Kalend. Aprilis, Anno Dominicæ incarnationis D CCCC LXXXVIII. Indictione I. Anno autem III. Ottonis regnantis V. Actum Wildeshusen in Dei nomine feliciter, Amen.

(154 in margin beside "dia in omnibus Regni nostri partibus")

XV. *OTTO III. IMP. DE CURIA STIPENLO.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Otto superna favente Clementia, Romanorum Imper. Aug. Omnium fidelium nostrorum, tam præsentium, qvam futurorum noverit universitas, qvod nos, interventu ac petitione B. nostri amabilis Ducis, & dilectissimi capellani nostri Magnwardi, Liutgero Comiti dedimus curtem, qvæ vocatur Stipenlo, in comitatu ipsius Liutgeri comitis, & in pago Westfalon sitam, qvam cum omnibus utilitatibus, areis, ædificiis, utriusqve sexus mancipiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, venationibus, aqvis, aqvarum decursibus, piscationibus molendinis, viis, inviis, exitibus sive reditibus, tam qvæsitis qvam inqvirendis, sibi in proprium tradidimus, eo tenore, ut idem Liutgerus Comes de eodem prædio liberam habeat faciendi qvod velit potestatem, sive illud tradere, commutare, vendere seu

magis

magis sibi obtinere voluerit. Et ut hæc traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data v. Kalend. Maji. Anno Dominicæ incarnationis Millesimo primo, Indictione xiv. Anno tertii Ottonis regni xiv. Imperii v. Actum Ravennæ feliciter, Amen.

XVI. *OTTO III. DE TRADITIONE Monasterii Ramesloh.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto servus aliorum. Omnium fidelium Christi & nostri Imperii solers sciat intentio, qvod nos interventu Maginwardi sanctæ Aqvisgranensis Ecclesiæ Cardinalis, nostriqve Capellani amabilis, maxime autem propter Dei omnipotentis amorem ipsius justitiam intuentes per hoc nostrum imperiale privilegium largimur, & confirmamus sanctæ Brimiacensi Ecclesiæ, ad honorem sancti confessoris Christi Willoldi constructæ, monasterium Ramesloh dictum, sicut sui rectores habuerunt, cum omnibus illò rite aspicientibus & integritate sua. Eo tenore ut Archiepiscopus Liebitzo omnesqve sui successores eodem monasterio fruantur, & prout voluerint, disponant: tamen timorem Dei præ oculis habentes. Et ut hujus nostræ auctoritatis confirmatio firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes sigillare præcepimus. Data viii. Kalend. Augusti, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo primo. Indictione xiv. Anno iii. Ottonis regni xiv. Imperii vi. Actum Paterno feliciter, Amen.

XVII. *HEINRICUS SECUNDUS LIEBIZONI de libertate Monasteriorum & electione Episcopi, de mercatu & moneta Bremensi, & de pace mercatorum.* 155.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Si pias petitiones sacerdotum prona devotione ad effectum duxerimus, id procul dubio ad statum præsentis vitæ & æternæ beatitudinis præmia capescenda nobis profuturum credimus. Qvapropter omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum noverit industria, qvaliter vir venerabilis Liebizo, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostris obtutibus præsentari fecit præceptum beatæ memoriæ senioris & antecessoris nostri Ottonis tertii Imperatoris Augusti, in qvibus continebatur, qvomodo ipse pro divino amore monasteriis in ejus Episcopio consistentibus Imperiali authoritate libertatem & tuitionem concessisset, rogavitqve celsitudinem nostram, ut nos denuo nostra præceptione eadem monasteria & omnia illuc aspicientia confirmaremus. Nos vero ejus justæ & rationabili petitioni assensum præbentes interveniente dilecta conjuge nostra & regnorum consorte Conigunda, ad honorem sanctæ Dei genetricis Mariæ, cui locus ille Hammaburgh est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessiones qvas concesserat piæ memoriæ præfatus senior noster Imperator, cæterisqve monasteriis ad hanc diœcesim pertinentibus, id est, Bremum, Buckum, Ramaslaum, Birchisinum, Hasalinge, Ripisholt, ea videlicet conditione, ut semper sub tuitione nostra sint perpetualiter, & qvicqvid modo habent, vel deinceps aliqvomodo adqvirere possint, eis eorumqve Episcopo libere serviat, omni judiciaria potestate remota. Concedimus insuper præfato Archiepiscopo ejusqve successoribus licentiam construendi mercatum in loco Bremum nuncupato, bannum & theloneum necnon monetam publici ponderis & puri argenti, totumqve qvod inde regius Reipublicæ fiscus obtinere seu aliqvomodo ad nostrum Regium jus pertinere poterit, prælibatæ Bremensi conferimus sedi. Qvin etiam negotiatores, ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinio condonavimus præcipientes hoc Regiæ auctoritatis præcepto, qvo in omnibus tali patrocinentur tutela & potiantur jure, qvali cæterarum regalium institores urbium per nostrum regnum potiri noscuntur. Nemoqve inibi aliqvam sibi vindicet potestatem, nisi præfatæ sedis Archiepiscopus, & advocatus, qvem ipse ad hoc delegaverit. Ad hæc concedimus, ut nullus Dux, neqve Marchio, vel Comes aut alia qvælibet judiciaria potestas, in supradictorum hominibus monasteriorum Hammaburg videlicet Bremum, Buckum, Ramaslaum, Birchusinum, Hasalinge, Repesholt, aliqvam potestatem sibi usurpet, litis scili-

scilicet & colonis atqve jamundilingis, vel eos aliqvis capitis banno, ob capitis furtum, vel alio qvolibet banno constringat, aut aliqvam justitiam cogat facere, nisi Advocati Archiepiscopi prænominati qvos idem ipse velit & constituat advocatos; Ipsi vero advocati prædictos homines banno nostro constringant ad omnem justitiam faciendam. Donamus qvoqve Hammaburgensis Ecclesiæ prædictorumqve monasteriorum illò pertinentium clericis potestatem eligendi inter se sive aliunde si necessitas exposcat Episcopum, æqvo tamen Regis consensu. Et ut hoc regiæ nostræ auctoritatis præceptum à Dei nostrisqve fidelibus verius credatur, ac per successura tempora inconvulsum diligentius observetur, hanc chartam conscribi, manuqve nostra roboratam sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Data VIII. Kal. Junii, Anno Dominicæ incarnationis M III. Indictione I. Anno vero Domini Heinrici Regis I. Actum Gebhildehusen.

156 XVIII. *HEINRICI IMPERATORIS DE LIbertate locorum Breme, Hammaburg, Buckaun, Birsne, Ramaslo, Ripesholt.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si petitiones sacerdotum pias prona devotione ad effectum duxerimus, id procul dubio ad statum præsentis vitæ & æternæ beatitudinis præmia capessenda, nobis profuturum credimus. Qvapropter omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum noverit industria, qvaliter vir venerabilis Unato Hammaburgensis Ecclesiæ Archipræsul, qvem nos eidem præfecimus nostris obtutibus præsentari fecit, præcepta beatæ memoriæ senioris & antecessoris nostri Ottonis tertii Imperatoris Augusti, in qvibus continebatur, qvomodo ipse pro Dei amore monasteriis in ejus Episcopio consistentibus imperiali authoritate libertatem & tuitionem concessisset, rogavitqve Celsitudinem nostram, ut nos denuo nostra præceptione eadem monasteria, & omnia illuc pertinentia confirmaremus. Nos vero ejus justæ & rationabili petitioni assensum præbentes, dilectæ contectalis nostræ Chunigundæ videlicet Imperatricis augustæ interventione, ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburg est consecratus, eidem loco Hammaburgensi concedimus, cæterisqve monasteriis ad hanc diœcesim pertinentibus, id est Bremun, Buckun, Rameslaum, Birchusinum, Heslinga, Ripesholt, qvicqvid senior & antecessor noster, suiqve antecessores Reges videlicet & Imperatores eisdem monasteriis donando aut roborando concesserant, ea videlicet conditione ut semper sub tuitione nostra sint perpetualiter, cum omnibus pertinentiis suis, qvæsitis vel inqvirendis. Concedimus insuper præfato Archiepiscopo ejusqve successoribus licentiam constituendi mercatum in loco Bremun nuncupato, in qvo nunc Archiepiscopatus existit, cum banno & theloneo atqve moneta publici ponderis & puri argenti, totumqve qvod inde ad fiscum nostrum pertinere dinoscitur prælibatæ Bremensi conferimus sedi. Qvin etiam negotiatores ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinio condonamus, præcipientes hoc imperialis auctoritatis præcepto, qvo in omnibus tali tutela & jure potiantur, qvali majorum videlicet civitatum institores per nostrum regnum potiri noscuntur, nemoqve inibi aliqvam sibi vindicet potestatem, nisi præfatæ sedis Archiepiscopus & advocatus, qvem ipse elegerit. Ad hæc imperiali edicto jubemus, ut nullus Dux neqve Marchio, vel Comes, aut alia qvælibet judiciaria potestas, in supradictorum monasteriorum hominibus Hammaburg, Bremun, Buckum, Ramaslaum, Birchusinum, Haeslinga, Repesholt, vel in cæteris pertinentiis eorundem, aliqvam potestatem sibi usurpet, seu in litis, colonis, atqve jamundilingis, vel eos aliqvis capitis banno constringat, aut aliqvam justitiam cogat facere; nisi advocati Archiepiscopi prænominati, qvos ipse velit & constituat advocatos. Ipse vero advocati homines præfatos banno nostro constringant, ad omnem justitiam faciendam. Et ut hæc nostra donatio à Dei nostriqve fidelibus vera esse credatur, ac per successura tempora inconvulsa diligentius observetur, hanc chartam conscribi, manuqve nostra roboratam sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Data XII. Kalend. Decembris, Indictione XII. Anno Dominicæ incarnationis M XIV. Anno autem Domini Heinrici secundi regnanti XIII, Imperii vero I. Atistedi actum feliciter, Amen.

XIX. *CHUNRADUS* II. *BECELLINO DE mercatu Bremensi, & mercatoribus ab Episcopo iudicandis.* 157

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Chunradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, omnibus divini nostriqve nominis amatoribus, tam futuris, qvam præsentibus, perspicuum esse cupimus, qvaliter nos ob minime denegandam petitionem dilectissimæ conjugis nostræ Gyslæ Imperatricis Augustæ, nec non ob amabilem interventum charissimæ prolis nostræ Heinrici Regis, Becelino sanctæ Bremensis Ecclesiæ venerabili nobisqve amabili Archiepiscopo mercatum in eodem loco cum theloneo, numismatibus, nec non omnibus utilitatibus, ad mercatum pertinentibus, habere concessimus: ea videlicet lege, ut bis in anno omnes qvi illuc causa mercandi veniant, una vice VII. dies ante Pentecosten, secunda vice similiter VII. dies ante festivitatem sancti Willehadi ibidem corporaliter reqviescentis, annualem mercatum illic habeant. Bannum autem nostrum super omnes hos illuc venientes, ut illuc eundo & redeundo habeant pacem, facimus. Eundemqve bannum nostrum prædicto Archiepiscopo ob suum fidele servitium ea ratione concedimus, ut si in hoc statuto tempore ex illuc venientibus aliqva temeritas evenerit, inde justitiam faciendi neqve Dux, neqve Comes, neqve aliqvis hominum præter ipsum & suos successores licentiam habeant. Et ut hæc nostra concessio stabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc paginam inde conscribi, eamqve sigilli nostri impressione præcepimus insigniri. Data XVII. Kal. Octobr Anno Dominicæ incarnationis MXXXV. Indictione III. Anno autem Domini Chunradi II. regni XI. Imperii vero IX. Actum Magedeburch.

XX. *DATUM BECELLINO ARCHIEPISCOpo à Chunrado Rege de mercatis, monetis & theloneis.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Chonradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Sollicitudo Imperialis potentiæ, qvæ nos post excessum divæ memoriæ Regum & Imperatorum divinæ dispositionis cuncta regentis non ignara respexit, monet & instigat, Ecclesiis Dei in regno nostro circumqvaqve constructis tanto vigilantius prudentiæ nostræ curam impendere, qvanto constat in nostri ordinis promotione cœlestis gratiæ beneficia nos indulgentius percepisse. Ex hoc enim lucri potissimum præmium confidimus, si venerabilia loca oportuno tempore ad meliorem fuerint statum Deo juvante nostraqve potentia cooperante perducta. Qvapropter noverint omnes nostri Christiqve fideles, qvaliter nos pro remedio animæ nostræ, & ob interventum dilectæ contectalis nostræ Gislæ, Imperatricis Augustæ, nec non charissimæ prolis nostræ Heinrici Regis Burgundionum, Becelino viro venerabili Hammaburgensi Archipræsuli, suis successoribus licentiam dedimus construendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilangoa: eo scilicet tenore, ut advocatus ejusdem Ecclesiæ his diebus qvibus annualis mercatus inibi celebrari & confluentia populi maxime solet fieri, videlicet in festivitate sancti Viti martyris potestatem habeant banno nostro constringendi omnes, qvi illuc convenerint ad omnem justitiam faciendam. Theloneum autem & qvidqvid ad nostrum Imperiale jus pertinet, ob amorem prædicti martyris, cui idem locus est consecratus, eidem Ecclesiæ & sanctimonialibus ibidem degentibus libere utendum, & pro nostra perpetua memoria imperiali largitione concedimus. Addidimus etiam pro voto & petitione ejusdem venerabilis viri, qvoniam fidelem eum 158 in omni negotio nostro comperimus, ut potestatem habeat, si qvando rei necessitas exposcat, vel utilitas in loco Stadum nominato, in prædio Ecclesiastico, mercatum ex integro construendi, bannum & theloneum, nec non etiam monetam, & qvicqvid inde Regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit, prælibatæ Hammaburgensi conferimus sedi. Homines vero qvi in prædicto prædio qvoqvomodo sibi habitacula faciunt, sub banno & constrictione advocati Episcopalis, nec alicujus alterius manere decernimus. Et ut hæc benevolentiæ nostræ traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc chartam conscribi, manuqve propria roboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Data IV. Idus Decembr. Indictione VII. Anno Dominicæ incarnationis MXXXVIII. Anno autem Domini Chunradi secundi regni XV. Datum Nerestein. Feliciter, Amen.

XXI. *CONFIRMATIO IMP. HEINRICI, BEcelino Episcopo, de Mercatu Heslingoa.*

IN nominæ sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Sollicitudo regalis potentiæ quæ nos post excessum divæ memoriæ Regum & Imperatorum divinæ dispositionis cuncta regentis non ignara respexit, monet & instigat, Ecclesiis Dei in regno nostro circumqvaqve constructis, tanto vigilantius prudentiæ nostræ curam impendere, qvanto constat, in nostri ordinis promotione cœlestis gratiæ beneficia nos indulgentius percepisse. Ex hoc enim potissimum lucri præmium apud conditorem omnium dominum promereri confidimus, si venerabilia locá oportuno tempore ad meliorem fuerint statum Deo adjuvante à nobis perducta. Qvapropter noverint omnes Christi nostriqve fideles, qvaliter nos pro remedio animæ patris nostri piæ memoriæ Imperatoris Chunradi, Becelino viro venerabili Hammaburgensi Archipræsuli suisqve successoribus licentiam à prædecessoribus nostris datam confirmamus, construendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilongoa, eo scilicet tenore, ut advocatus ejusdem Ecclesiæ his diebus qvibus annualis mercatus inibi celebrari, & confluentia populi maxime solet fieri, videlicet in festivitate sancti Viti martyris, potestatem habeat banno nostro constringendi omnes qvi illuc conveniunt ad omnem justitiam faciendam. Theloneum autem & qvidqvid ad nostrum regale jus pertineat, ob amorem prædicti martyris cui idem locus est consecratus, eidem Ecclesiæ & sanctimonialibus ibidem degentibus libere utendum pro nostra perpetua memoria stabiliendo corroboramus & confirmamus. Sub hac etiam confirmatione pro voto & petitione ejusdem venerabilis viri, qvoniam eum fidelem in omni negotio nostro comperimus, ut potestatem habeat, si qvando rei necessitas exposcat vel utilitas, in loco Stadum nominato, in prædio Ecclesiastico mercatum construendi ex integro, bannum & theloneum, nec non etiam monetam & qvidqvid inde Regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit, prælibatæ Ecclesiæ Hammaburgensi stabilimus. Homines vero qvi in prædicto prædio qvoqvomodo habitacula faciunt sub banno & constrictione advocati Episcopalis, nec alicujus alterius manere decernimus. Et ut hæc nostræ benevolentiæ confirmatio stabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc cartam conscribi, manuqve propria roboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data III. Idus Maji. Indictione VIII. Anno Dominicæ incarnationis MXL. Anno autem Domini Heinrici Regis tertii ordinant. XIII. regni primo.

159 XXII. *PRIVILEGIUM DE FUNDATIONE Gozensis Monasterii.*

NOTUM sit omnibus tam futuris, qvam præsentibus Christi fidelibus, qvod ego Albertus, Sanctæ Bremensis Ecclesiæ metropolitanæ Archiepiscopus, fratresqve mei Dedo & Fridericus Palatini præsides, hoc cœnobium Gozeka, qvod in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in honorem sanctissimæ Mariæ virginis genitricis Dei, & beati Michaëlis Archangeli, pro remedio animarum nostrarum & patrum nostrorum vel parentum ex patrimonio nostro construximus, cum omnibus pertinentiis suis sanctæ Ecclesiæ Bremensi tradidimus, hoc videlicet, statuentes, & officii nostri auctoritate confirmantes, ut ordo monasticus, qvem secundum beati Benedicti regulam hic instituimus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea fratres hic servientes, secundum Dei timorem & regulam beati Benedicti liberam habeant electionem, sed electus Bremensi Archiepiscopo præsentetur. Decrevimus insuper, ut qvisqvis in hac stirpe nostra laicus cæteris ætate provectior fuerit, hic nostra constitutione huic loco advocatus constituatur. Si vero evenerit, qvod absit, ut talis de stirpe nostra deficiat qvemcunqve Abbas cum consilio fratrum ad defensionem & utilitatem loci expetierit, hunc Archiepiscopus Bremensis advocatum constituat. Qvi advocatus non qvæ sua sunt, qværat, nec populum suæ tuitioni commissum violenter aut injuste opprimat, sed omnia cum

cum consilio Abbatis agat, atqve disponat, nec extra ejus voluntatem aliqvid in populo præsumat. Ordinamus etiam atqve statuimus, ut in monumentum & confirmationem hujus deditionis, ad supplementum monachorum, hic Christo Regi militantium, qvadraginta libræ argenti Frisicæ monetæ levioris & totidem lanei panni ex ærario Bremensis Archiepiscopi annuatim persolvantur. Ut autem hæc rata & inconvulsa permaneant per succedentem generationem in testimonium posteris, literis jussimus commendari, & sigilli nostri impressione firmari. Testes hujus rei sunt isti; Burchardus Halberstadensis Episcopus, Eppo Cicensis Episcopus, Wintherus Mersburgensis Episcopus; Harolfus, Adelbertus, Svidegerus, Adolfus Canonici Bremenses. Dedo Marchio, & fratres ejus Gero, Timo, Comites de Bren. De liberis hominibus Rudolfus de Gostilice, Fridericus de Lesvick, Helinpertus de Widesendorpe, Sigeboto de Stuven. Ministeriales Bremenses, Sibecko & frater ejus Gerungus & Godescalcus, Mecelinus. Data III. Kal. Octob. Anno incarnationis Domini MLIII. Indictione III. Episcopatus Domini Alberti Archiepiscopi, Anno VIII. Actum Gozeka in Christi nomine feliciter, Amen.

XXIII. *HEINRICUS ADALBERTO DE COmitatu Pagis Hunesga & Fivilga.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Maderus p. 222. Si loca divinis cultibus mancipata, more antecessorum nostrorum Regum & Imperatorum ditare & sublimare curamus, æternam retributionem nobis inde futuram liqvido credimus. Qvocirca omnium Christi nostrorumqve fidelium tam futurorum qvam præsentium noverit industria, qvaliter nos pro remedio beatæ memoriæ patris nostri Heinrici tertii, Regis secundi Romanorum Imperatoris Augusti, & ob interventam dilectæ matris nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, nec non ob petitionem & devotum ac fidele servitium Adalberti venerabilis Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi qvæ est constructa in honorem sancti Salvatoris & sanctissimæ ejus genitricis Mariæ virginis, qvendam nostri juris Comitatum, scilicet in pagis Hunesga, & Fivilga cum eodem jure omniqve utilitate qvam antecessores nostri habuerunt, vel ullo modo in futurum inde poterit provenire, ad usum ejus dictæ Ecclesiæ in proprium tradidimus, & condonavi- 160 mus. Insuper etiam eidem Archiepiscopo licentiam & potestatem concessimus, in eodem comitatu duos mercatus constituendi, unum videlicet in Wincheum, & alterum in Gerleviswert, cum monetis & theloneis tam in aqva, qvam in terra, & in omni districtione qvæ ad forum & Regiam pertinet potestatem; ita qvidem ut nullus Judex aut exactor, vel ulla alia persona, præter libitum prædicti Archiepiscopi Regiam nostram traditionem invadere, aut irritam facere præsumat. Hanc autem traditionem tali ratione firmavimus, ut præfatus Archiepiscopus & successores illius de prænominatis rebus liberam deinceps potestatem habeant tenendi, vel qvidqvid illis ad usum Ecclesiæ prænominatæ placuerit inde faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscriptam, manu propria, ut infra videtur roborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data VII. Kal. Maji. Anno Dominicæ incarnationis MLVII. Indictione X. Anno autem Domini Heinrici IV. Regis ordinant. III. regni primo. Actum Werede in Dei nomine feliciter, Amen.

XXIV. *DIPLOMA FUNDATIONIS Cœnobii Rastandensis.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Adelbertus sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis Legatus, nec non universarum Orientalium ac Septentrionalium nationum Archiepiscopus, Hammaburgensis qvoqve Ecclesiæ provisor indignus, universis natis videlicet & nascituris in Christo fidelibus fidelem orationem & sempiternam salutem in Christo. Sicut Ecclesiasticæ religioni derogantes zelo justitiæ accensi debemus arguere, ita piis fidelium affectibus etiam in omnibus consensum præbere verum est & necessarium, ad honestissima qvæqve appetenda divinitus illos allicere, tum si qvæ petierunt cumulo dilectionis augere. Unde præsentium & futurorum sciat universitas, qvaliter nos Hunonis gloriosi Comitis, suæ conjugis æqve venerabilis Guillæ petitionem

nem adimplentes, Basilicam in pago Ammiri, in loco Rastede appellato, sub invocatione sanctissimi confessoris & Episcopi Odalrici constructam, à nostra auctoritate stabilem & in perpetuum legalem esse decrevimus, determinantes ad eam villas, qvarum hæc sunt nomina; Netene, Hana, Bekenhusen, Lemede, Bredehorne, Loyge, Ostenhorst, Hannichus, Mirihusen, Rastede, ea conditione, ut salvo honore & debito jure matris Ecclesiæ in Wivelstede, ad præfatam Rastedensem Ecclesiam hæ villæ pertineant, & absqve omni contradictione subiaceant: ita tamen, si advocatus ipsius Ecclesiæ nobis nostrisqve successoribus, scilicet Archiepiscopis suis obedientiam exhibuerit, nec prævaricatione Doctorem justitiæ conturbaverit. Et ut hæc per omnia succedentium tempora firma & inconvulsa permaneant, chartam hanc scribi, & sigillo nostro corroborari præcepimus. Data anno incarnationis Dominicæ M LIX. Indictione XII. III. Idus Septemb. Ordinationis vero ejusdem reverendissimi Archiepiscopi Adalberti XVI.

XXV. HEINRICUS ADALBERTO, DE TRAditione Liesmunde & Paludibus.

Maderus p. 223.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis sit, jus cuilibet servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, qvia, si peccandum, tolerabilius in hominem, qvam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo qvam hominibus obseqvendum. Nos qvidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possumus patricinio tueri debemus, qvatenus nostra tenera ætas ad virile robur adhelans, promoveri se sperans, & dandi in Deo gloriam asseqvatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Universis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisqve fidelibus, tam futuris, qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter Dn. Adalbertus sanctæ Hamaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus patronus & fidelis noster clementiæ nostræ serenitatem adiit supplicando, qvatenus nostræ proprietatis qvoddam prædium, curtem scilicet qvæ vocatur Liestmuone, in comitatu Marchionis Udonis, & in pago Wimodi nuncupato sitam, cum omnibus pertinentiis suis, progenitoris nostri charæ memoriæ Heinrici Romanorum Imperatoris Augusti, nostræqve animæ remedio, in jus suæ transfunderemus Ecclesiæ, & hoc idem omniaqve alia ejusdem Ecclesiæ bona, modis undecunqve legalibus aggregata, jure sibi perpetuo possidenda, omni contradictione postposita, per nostri præcepti paginam confirmaremus. Honestæ igitur petitioni nostro consilio fidelium, videlicet dilecti magistri Annonis, Archiepiscopi Coloniensis, Sigefridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Halberstadensis Episcopi, Ottonis Marchionis consentire decernentes; remunerantes qvoqve prædicti Archiepiscopi juge servitium, qvod patri nostro & nobis incessabili devotione exhibuit, eandem prænominatam curtem cum universis appendiciis, hoc est, utriusqve sexus mancipiis, æreis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aqvis aqvarumqve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reditibus, qvæsitis & inqvirendis, monetis, theloneis, nostriqve banni districtum, super omnes ipsam terram inhabitantes, forestum etiam cum banno regali per totum pagum Wimodi, cum insulis, Bremensi scilicet & Lechter dictis, nec non cum paludibus Linebroch, Asebroch, Aldenebroch, Weigeribroch, Huchtingebroch, Brinscimibroch, Weigenbroch limite discurrente usqve in Eiterna fluvium, pro animæ nostræ corporisq; salute, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ qvæ est in honore Domini & Salvatoris nostri, ejusqve intemeratæ genitricis perpetuæqve virginis Mariæ, & beati Jacobi Apostoli consecrata, perpetuo jure possidendam, omnium præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atqve donavimus. Confirmamus autem munificentia Regia eidem Ecclesiæ libertatem, & bona omnia qvæ à Carolo Magno prædecessoris nostri Romanorum siqvidem Imperatores, vel Franciæ Reges usqve ad tempora nostræ prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendum ei omni tempore atqve jure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumqve mortalium majorum vel minorum inqvietatione remota, parochias scilicet, decimas, terras cultas & incultas, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, cum omni utilitate qvæ describi, vel qvoqvomodo inde provenire poterit. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum per-

permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu propria ut infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data est v. Kal. Jul. Anno Dominicæ incarnationis M LXII. Indictione I. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV Regis VIII. regni vero VI. Actum Alstedii in Dei nomine feliciter, Amen.

XXVI. *HEINRICUS ADALBERTO DE Comitatu in pago Emisgoa Westfala & Angeri.*

Maderus p. 226. Allegat. Adam. Bremens. lib. 3. c. 10. & lib. 4. c. 6. Confer diploma quod habes infra Num. 31. 162

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis sit, jus cuilibet servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum reverentius tamen Deo, quam hominibus obseqvendum. Nos qvidem patrum præcedentium vistigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possumus patricinio tueri, debemus, qvatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Universis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisqve fidelibus, tam futuris qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter Dominus Adalbertus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, patronus & fidelis noster, Clementiæ nostræ serenitatem adiit, supplicando, qvatenus eidem Ecclesiæ, qvæ est in honore sancti Salvatoris ejusqve intemeratæ genitricis perpetuæqve virginis Mariæ, & beati Jacobi Apostoli consecrata, comitatum Bernhardi Comitis daremus in proprium. Unde ad promerenda patriæ cœlestis gaudia, & ad prolonganda sub divina semper defensione nostræ vitæ curricula, & ad explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis Archiepiscopi Coloniensis, Sigifridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Halverstadensis, Gutharii Babenbergensis, Adalberonis Wurziburgens. Episcoporum, Ottonis Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitis Palatini, Eckiberti Comitis consentire decernentes; remunerantes qvoqve prædicti Archiepiscopi juge servitium qvod patri nostro, & nobis incessabili devotione exhibuit, eundem Comitis prænominati comitatum in pagis Emisgoa, Westfala, & Angeri situm, cum universis appendiciis ejusdem Comitis beneficia respicientibus, hoc est, utriusqve sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aqvis, aqvarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, qvæsitis & inqvirendis, mercatis, monetis, theloneis, forestum etiam cum nostro banno regali per omnem comitatum, his tantum venationibus exceptis, qvas nos aut prædecessores nostri, Romanorum scilicet Imperatores, vel Francorum Reges, Ecclesiis vel Principibus per regii auctoritatem præcepti largiendo contulimus, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ pro nostræ ut diximus nostriqve progenitoris animæ remedio, perpetuo jure possidendum, omni præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus, atqve donavimus. Confirmamus igitur munificentia Regia eidem Ecclesiæ libertatem per omnia retinendam, & bona omnia qvæ à Carolo Magno prædecessores nostri, Romanorum siqvidem Imperatores, vel Francorum Reges usqve ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos habendum ei omni tempore, atqve jure perpetuo possidendum, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum, cunctorumqve mortalium minorum vel majorum inqvietatione remota, Parochias scilicet, decimas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, foresta, cum omni utilitate, qvæ describi vel qvoqvomodo inde provenire poterit. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hanc chartam inde conscriptam, manu propria, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data IX. Kalend. Novembris, Anno Dominicæ incarnationis M LXII. Indictione II. Anno autem ordinationis Domini Heinrici qvarti Regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisbonæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XXVII. *HEINRICI IMPERATORIS ADALbertus de Comitatu Stadensi.*

Maderus p. 229.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Cum Regiæ dignitatis sit jus cuiqve sevare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis

nobis observanda videntur, qvia si peccandum, tolerabilius in hominem qvam in Deum, si vero non peccandum, reverentius tamen Deo qvam hominibus obseqvendum. Nos
163 qvidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possumus patrocinio tueri debemus, qvatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelantes promoveri si promoverit sperans & dandi in Deo gloriam conseqvatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Universis igitur sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisqve fidelibus tam futuris qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter Dominus Adalbertus, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus patronus & fidelis noster, clementiæ nostræ serenitatem adiit supplicando, qvatenus eidem Ecclesiæ qvæ est in honore Dei Salvatoris, ejusqve intemeratæ genitricis perpetuæqve virginis Mariæ, & beati Jacobi Apostoli consecrata, comitatum Udonis Marchionis, qvem pater suus habebat anteqvam acciperet, daremus in proprium, unde ad promerenda cœlestis patriæ gaudia, & ad prolonganda sub divina semper defensione nostræ temporalis vitæ curricula, & explendam nostrorum petitionem fidelium, videlicet dilecti magistri nostri Annonis Archiepiscopi Coloniensis, Sigifridi Archiepiscopi Moguntini, Burchardi Halverstadensis, Guntharii Bavenburgens. Adalberonis Wiziburgensis Episcoporum, Ottonis Baivariorum Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis, Fritherici Comitis Palatini, Ekkiberti Comitis decernentes consentire; remunerantes qvoqve prædicti Archiepiscopi juge servitium, qvod patri nostro & nobis incessabili devotione exhibuit, eundem prænominati Udonis Marchionis comitatum in Angeri situm, cum universis appendiciis ejusdem Marchionis beneficia respicientibus, hoc est, utriusqve sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis, & incultis, aqvis & aqvarum decursibus, molis & molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, qvæsitis & inqvirendis, mercatis, monetis, theloneis, forestum etiam cum nostro banno regali per omnem comitatum iis tantum venationibus exceptis, qvas nos aut prædecessores nostri Romanorum scilicet Imperatores vel Francorum Reges, Ecclesiis vel principibus per regii auctoritatem præcepti largiendo contulimus, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ pro nostræ, ut diximus, nostriqve genitoris animæ remedio, perpetuo jure possidendum, omnium præsentium vel succedentium contradictione remota, in proprium tradidimus atqve donavimus. Confirmamus autem eidem Ecclesiæ munificentia regia libertatem per omnia retinendam, & bona omnia qvæ à Carolo Magno prædecessores nostri, Romanorum siqvidem Imperatores vel Francorum Reges usqve ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt & nos habendum & omni tempore atqve jure perpetuo possidendum per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra & nostrorum successorum cunctorumqve mortalium majorum vel minorum inqvietatione remota. Parochias scilicet, decimas, terras cultas, & incultas, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, foresta, cum omni utilitate qvæ describi vel qvoqvomodo inde provenire poterunt. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa per succedentium momenta temporum permaneat, hoc de in conscriptum manu propria, ut infra videtur corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data est IX. Kalend. Novembr. Anno Dominicæ incarnationis M LXII. Indictione II. Anno autem Domini Heinrici ordinationis qvarti Regis VIII. regni vero VI. Actum Ratisbonæ feliciter, Amen.

XXVIII. *HEINRICI IMP. IV. DE PRÆDIO in Villa Winethe.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Rex. Notum esse volumus omnibus Christi nostrisqve fidelibus, tam futuris qvam præsentibus, qvaliter nos ob interventum ac petitionem fidelium nostrorum Sigfridi Ma-
164 gontini Archiepiscopi, Annonis Coloniensis Archiepiscopi, simulqve pro devoto ac fideli servitio dilecti nostri Adalberti Hammaburgensis Archiepiscopi, qvendam servientem nostrum, Nannonem nuncupatum, una cum filio suo Hildiberno vocato, atqve filia sua Lucia, nec non prædiis, qvæcunqve habere visus est, in loco Winethe dicto, in pago Lacne, in comitatu Heinrici Comitis, ac universis bonis suis, eisdem scilicet prædiis pertinentibus, id est, utriusqve sexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, campis, sylvis, venationibus, aqvis, aqvarum decursibus, rivis, piscationibus,

bus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, qvæsitis & inqvirendis, & cum omni utilitate, qvæ ullo modo inde provenire poteſt, ad ſanctam Hammaburgenſem Eccleſiam, in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ conſtructam dedimus atqve tradidimus; ea videlicet ratione, ut prædictus Archiepiſcopus Adalbertus ſuiqve ſucceſſores de prænominatis mancipiis, eorumqve poſſeſſionibus, liberam dehinc poteſtatem habeant, ita ſicuti de cæteris Eccleſiæ ſuæ proprietatibus ejusdem loci Archiepiſcopi hucusqve habuerunt, ac deinceps habituri ſunt. Ipſi qvoqve prænominati ſervientes, Nanno ſcilicet, ejusqve hæredes tali deinceps lege ac jure utantur, qvali cæteri eorum conſervi prædia ſua liberali poteſtate tenendi, infra Eccleſiaſtica dandi, vendendi, commutandi, precariandi, hæredibus ſuis relinqvendi. Et ut hæc noſtra regiæ traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data XVI. Kalend. Februar. Anno Dominicæ incarnationis M LXIV. Indictione II. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV. Regis IX. regni vero VII. Actum Triburiæ in Dei nomine feliciter, Amen.

XXIX. *ADALBERTUS DE DUOBUS MANSIS in Aldinbughin & de tribus in Stafhorſt.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Adalbertus almæ Romanæ & Apoſtolicæ ſedis legatus, vicarius Papæ, nec non omnium Septentrionalium nationum Archiepiſcopus, ſanctæ qvoqve Hammaburgenſis Eccleſiæ proviſor indignus. Notum eſſe volumus omnibus præſentibus, qvam futuris Chriſti fidelibus, qvaliter Domina Gysla noſtra videlicet Birxemenſis Canonica, de prædio ſuo duos manſos, ſitos in loco qvi dicitur Aldinbughin, tres vero in loco, qvi dicitur Staphorſt, cum omnibus appendiciis, id eſt, utriusqve ſexus mancipiis, areis, agris, ædificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, ſylvis, venationibus, qvæſitis & inqvirendis, & cum omni utilitate, qvæ ullo modo inde provenire poſſunt, Hammaburgenſi Eccleſiæ in proprium donavit atqve contradidit. Eo ſcilicet tenore, ut in precariam duplicem ab Eccleſia commutationem reciperet. Unde nos tam religioſis affectibus dignum præbentes aſſenſum, prædictæ ſcilicet Dominæ Gyslæ, ad commutationem ſui, qvod Eccleſiæ tradidit, patrimonii, de bonis Eccleſiæ decimas villarum, Rithram & Bevinhuſen donavimus, & ad tenendum in diebus vitæ ſuæ concesſimus. Si vero aliqvis ſucceſſorum noſtrorum commutationem hanc, qvam nos inſtituimus infringit, præfata ſcilicet Domina Gysla, ſua retineat. Igitur ut hæc traditio ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, bannum noſtrum impoſuimus, & hanc chartam inde conſcribi, & impresſione ſigilli noſtri roborari juſſimus:

Ego Adalwardus Sictonenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Thiedo Brandenburgenſis Epiſcopus interfui & ſubſcripſi.
Ego Hiltimus Abbas Gorziacenſis interfui & ſubſcripſi.
Ego Thancmarus præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Gero præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Meginwardus præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Gotebaldus præpoſitus interfui & ſubſcripſi. 165
Ego Cynnamus præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Bertholdus præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Arnoldus præpoſitus interfui & ſubſripſi.
Ego Thieto præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Berim præpoſitus interfui & ſubſcripſi.
Ego Liudgerus decanus interfui & ſubſcripſi.
Ego Adalbertus decanus interfui & ſubſcripſi.
Ego Adam magiſter ſcholarum ſcripſi & ſubſcripſi.
Ego Hemmi presbyter ſubſcripſi.
Ego Meinhardus presbyter ſubſcripſi.
Ego Leo presbyter ſubſripſi.
Ego Adaldagus presbyter ſubſcripſi.
Ego Ansfridus presbyter ſubſcripſi.

Ego Bertolfus diaconus subscripsi.
Ego Waldo diaconus subscripsi.
Ego Eilo diaconus subscripsi.
Ego Liudger diaconus subscripsi.
Ego Habbico diaconus subscripsi.
Ego Alderadus diaconus subscripsi.
Ego Thedico diaconus subscripsi.

Anno ab incarnatione Domini MLXVIII. Indictione VI. Anno vero Domini Adalberti Archiepiscopi XXVII. Data per manum Meginwardi Archicappellarii III. Idus Junii. Actum Bremæ, feliciter.

XXX. HEINRICUS IV. LIEMARO DE TRAditione Abbatiæ Eltenæ.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus Heinrici filius Imperatoris secundi, divina favente Clementia Rex. Exemplum justitiæ & honestatis à patribus nostris divæ memoriæ Augustis accipientes, tum ex proprio sensu per nosipsos qvæ sint justa ac Deo placita intelligentes, regiam nostram Majestatem decere perspeximus, ut fideles nostros fidem ac justitiam ad nos servantes, dignis retributionibus muneremur. Qvamobrem Liemarum sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilem Archiepiscopum nominis nostri præcipuum amatorem, atqve optime de nobis merentem, dignum duximus, ut pro sua in nos fide egregia ac perpetua devotione magno - - - munere donaremus, Cum enim gens Saxonum ob superbiam temeraria à nobis rebellione recederet, & bellum adversum nos totq de - - - eo amplius sumeret, ille fidem semel nobis juratam pure & qvam sancte conservans, suos ac sua, certe divitias magnas, reliqvit, separatus ab illis atqve ad nos veniens, lateri nostro fidus & irremotus Comes toto illo tempore adfuit; nisi forte nostræ jussiones ac publicæ actiones aliqvo ablegassent, aut propriæ ipsius utilitates & rationes ad horam hoc expostulassent, ut abesset, non illum tenuitas rei familiaris, non laborum fatigationes, non vitæ discrimina aliqva dimovere. Eodem bello Saxonico duabus pugnis gravissimis maximo periculo nobis adfuit, sed & apud sedem Apostolicam, contra Hildebrandum perturbatorem orbis - - - - magnis difficultatibus & anxietatibus legatione nostra functus est, tribus vicibus ad expugnan-
166 dum urbem Romam, & capiendam nobiscum venerat. Huic ob fidem in nos tantam & voluntatem qvam optimam, spontanea consideratione benefacere volentes, Abbatiam Altene in honore sancti Viti martyris constructam, juxta Rhenum fluvium, in pago Hamaland, Gerardi comitatu sitam, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ in venerationem Salvatoris atqve ejus genitricis perpetuæ virginis Mariæ, nec non etiam supradicti sancti Viti, pretiosissimi martyris consecratæ perpetuo jure possidendam tradidimus, eidemqve Liemaro præfatæ Ecclesiæ provisori & pastori dignissimo, ac suis deinde successoribus in omne ævum perfruendam concessimus, qvo tali libertatis nostræ exemplo facilius cæteros ad similem devotionem, & nostrum servitium adtraheremus. Nos tamen à multis retro diebus Hammaburgensem Ecclesiam præ omnibus fere diligentes, temporibus Adalberti ejusdem sedis venerabilis Archiepiscopi, viri eruditissimi atqve egregiæ fidelis, curtem illi nostram Liesmundi dictam, complura alia prædia comitatus & donaria multa atqve ornamenta contulimus, qvo ipsius Domini nostri Salvatoris petitionem, qva in re summa salus & vita est, atqve ejusdem genitricis intemeratæ virginis opitulationem habere possemus. Dedimus autem eo more, qvo Reges & Imperatores solent, cum omnibus appendiciis, ministerialibus, mancipiis utriusqve sexus, nundinis, theloneis, monetis, mercatis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, viis, & inviis, exitibus & reditibus, forestis, venationibus, aqvis, aqvarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, qvæsitis & inqvirendis, Ecclesiis, Capellis, decimis, & cum omni jure, qvod ad hæc tempora habuit, & utilitate qvæ in futurum inde juste provenire poterit. Et ut hæc nostræ traditionis auctoritas omni tempore rata & stabilis, & inconvulsa permaneat, hanc chartam facti nostri significatricem ac testem super ea re conscribi & sigilli nostri signari impressione jussimus. Data X. Kalend. Julii Anno Dominicæ incarnationis

nis MLXXXIII. Indictione VI. Anno autem ordinationis Domini Heinrici IV. Regis XXIX. regni XXVII. Actum Romæ post urbem captam, feliciter, Amen.

XXXI. *FRETENA DATA LIEMARO Archiepiscopo.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus & præsentibus & omnium seculorum populis, qualiter fidelis noster Liemarus Sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus, petitionem faciens nostræ Celsitudinis Serenitatem adiit. Habebat is ex nostra munificentia, qva utebatur, Abbatiam qvandam, qvam ei in rebellione Saxonum fidem nobis servanti, ac suis omnibus relictis arma nostra seqventi, in sustentationem indulsimus, Abbatia Fredena nuncupata, ad honorem sanctissimæ ac pretiosissimæ martyris Felicitatis, matris VII. filiorum, sub Principe Christo constructa, ac Canonicis monialibus commissa, in pago Westfala dicto, in comitatu Gerhardi Comitis sita est. Qvam cum præfatus venerabilis Archiepiscopus Liemarus Ecclesiæ suæ in honorem sancti Salvatoris, ejusqve genitricis perpetuæ virginis Mariæ, aliorumqve sanctorum Jacobi Apostoli, & Viti Martyris constructæ, concedi & perpetuo jure contradi summissis precibus postularet. Cui etiam Romæ ante biennium, capta urbe Leoniana, Abbatiam aliam Eltdene dictam, in pago Hamalant juxta Rhenum sub honore sancti Viti sitam, ac temporibus fidelis nostri sanctæ memoriæ Adalberti Archiepiscopi prædia multa nostris ex reditibus contulimus, nunc in hac petitione fidelissimos nostros Wecelonem Moguntinum, Egilbertum Trevirensem Archiepiscopos, Conradum Trajectensem, Robertum Babenburgensem, Meynhardum Wirceburgensem Episcopos, Fridericum Ducem Svevorum adjutores sibi adhibuit. Nos ergo adjutorum dignitatem, fidem, devotionem considerantes, simul etiam ipsius Archiepiscopi Liemari juge servitium, & perpetuos pro nobis labores retractantes, voluntati eorum pro pietate nostra ac liberali- 167
tate deesse noluimus. Igitur decernentes eorum petitionibus acqviescere, eandem Abbatiam Fredena nominatam, sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ Imperatoria manu concessimus, ac in proprium tradidimus, ut eam jure perpetuo teneat, possideat, ordinet, & utatur; sperantes hoc factum in salutem animæ & vitæ subsidium nobis futurum. Dedimus autem sicut mos est dare Regibus & Imperatoribus, cum ministerialibus, cum mancipiis utriusqve sexus, cum clericis, Ecclesiis, Ecclesiarum dotibus, decimis, terris cultis & incultis, qvæsitis & inqvirendis, sylvis, forestis, venationibus, pratis, aqvis, aqvarumve decursibus, piscationibus, viis & inviis, molis, molendinis, pascuis, mercatis, theloneis, monetis ad hæc cum omni utilitate, qvæ exire eisdem ex bonis juste poterit. Sic autem illam tradentes, hanc chartam in testimonium posteritati conscribi, & sigilli nostri impressione signari jussimus, ne qva deinceps potestas hanc nostram traditionem temerare & convellere in perpertuum audeat. Data est autem v. Kalend. Januarii, Anno ab incarnatione Domini MLXXXV. Indictione VIII. Domini autem Heinrici Anno regni XXXIII Imperii II. Actum Wormariæ feliciter, Amen.

XXXII. *HEINRICI IMP. DE RESTITUtione* III. *Comitiarum Emescha, Angera, Westfalia, qvas Adalbertus amiserat.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus universitati Christi nostriqve fidelium, qvaliter Dominus Adalbertus, venerabilis Archiepiscopus serenitatem nostram adiit, petens & postulans, qvod Ecclesiæ Hammaburgensi, cui ipse pastor & rector præerat, donare vellemus Comitatum, qvem in Emescowa & Westfale situm, Bernhardus Comes vir nobilis, & nobis genere propinqvus, regendum utendumqve susceperat. Habuit secum adjutores in petendo complures: ex Principibus Sigefridum Mogontinum, Annonem Coloniensem, Archiepiscopos, aliqvos etiam ex Ducibus & Marchionibus, numeravit suos pro nobis domi forisqve labores, ostendit perpetuam ejus in nos voluntatem. Et qvia

ipsius Bernardi Comitis ad hanc rem qværendus erat assensus, ipsum vir sapiens pretio & precibus adduxit, ut præsens laudator & assensor existeret. Tunc nos ipsi Archiepiscopo Adalberto ob merita sua benevolenter ad hoc petitionibus fidelium nostrorum adqviescentes, maxime etiam cum remunerationem nobis speramus à Domino Salvatore, & sanctissima ejus genitrice Maria, & sancto Vito martyre glorioso, à qvib⁹ locus ille evidenter incolitur, Comitatum eundem, ipso Bernardo Comite laudante & adsensum præbente Ecclesiæ Hammaburgensi donavimus & tradidimus. Addidimus etiam ei, sicut mos est, nostræ auctoritatis scriptum, sigillum ei imprimentes, qvod hoc in longum fieret posteritati testimonium. Verum deinde procedente tempore, cum novæ in regno perturbationes surgerent, dolis & invidia qvorundam factum est, ut Ecclesia supra memorata eodem comitatu ad aliqvod tempus privaretur. Veniens autem successor ejusdem Domini Adalberti, venerabilis Archiepiscopus Liemarus, qvi non minus in nostro servitio laboravit, rem nobis in memoriam reduxit, preces adjungens, judicium postulavit: atqve id sæpe faciendo tandem effecit, ut in Purificatione inter ipsa solemnia missarum eundem Comitatum Deo Salvatori & sanctæ Mariæ offerentes recognosceremus, ac in perpetuum redderemus. Factum est in Italia Veronæ in monasterio S. Zenonis, videntibus & cognoscentibus Erpone Monasteriensi Episcopo, atqve aliis Episcopis & Principibus compluribus, auxiliante etiam Domino Papa Clemente, qvanqvam tum præsens corpore non adesset. Itaqve hoc facto jussimus hujus recognitionis & redditionis
168 cartam fieri, & signari ut esset in omne tempus firmum, & ratum, atqve omnibus notum. Humbertus Cancellarius vice Archiepiscopi Moguntini Routhardi atqve Archicancellarii recognovit. Anno Dominicæ incarnationis MLXXXVI. Indictione VI. Heinrico anno XLIII. regnante. Imperante verò XIII. Data est Patavii, præsente & laudante, ac confirmante Domino Papa Clemente. Recognoscebant ex Principibus, Episcopus Monasteriensis Erpo. Episcopus Veronensis Wolstrigel; Vicentinus Episcopus Ecelo: Tarvisianus Episcopus Eumpoldus; Episcopus Veltrensis Aribo; Episcopus Faventinus Routpret. Marchiones, Azo, Burchardus, Comites, Megenfridus, Wido, Houc, & alii complures.

XXXIII. *LIEMARUS ARCHIEPISCOPUS DE* VII. *mansis, qvos dedit Gerhardus de Stumpenhusen.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem dicit. Notum esse volumus caritati vestræ, qvaliter Gerhardus filius Gerberti de Stumpenhusen, post mortem patris, fervore juventutis multas rapinas, multas captiones in homines Ecclesiæ nostræ, sine exemplo commisserat. Qvod cum faceret diutissime, essetqve jam intolerabilis omnibus, nos & Dux Magnus, qvem non minus in suis hominibus offenderat, usi sumus in eum nos mucrone anathematis; ille persecutionis infestatione facta, ergo hac voce ille à nobis animæ, à Duce periculum pertimescens vitæ, timore coactus est, ut declinationem facceret Duci, nobis autem satisfactionem damnorum. Cum ergo optio illi daretur, qvidnam in compositione & emendatione nobis offerret, summam aliqvam denariorum, an partem prædiorum; post multam deliberationem videns sibi copiam argenti nullam esse, nec spem in amicorum præsidiis aliqvam, dedit ex paterna hæreditate mansos aliqvot, cum mancipiis VIII. Qvod cum apud Bremam die statuto faceret, & daret super reliqvias sanctorum in prædio Asanthorp dicto, mansos VII. cum mancipiis VIII. factum est ut in ea villa pars mansorum deesset vel dimidia. Deinde cum in villa qvæ dicitur Acheim, nos & Dux Magnus, & reliqvi milites Ecclesiæ nostræ qvibusdam de causis colloqvium haberemus; aderant autem Dux Magnus, ut dixi, Udo Marchio Udonis Marchionis filius, tunc adolescens, Comes Fridericus, tunc advocatus Ecclesiæ nostræ, Comes Ekkibertus, Comes Egilmarus, Lambertus Comes de Westfala, Adolfus frater ipsius Gerhardi, Thiedericus Svevus, Fr. noster Marcellinus & filius fratris nostri Adalbero, qvidam Udo de Westfala, nobilis adolescens Folcbertus. Hi omnes milites Ecclesiæ nostræ. De militibus Ducis Comes H. de Hammaburg, Comes Reynoldus, Hermannus de Imma. De militibus Marchionis, Gerbertus frater ipsius G. Doulricus de Statha, & alii qvam plures, tum ex liberis hominibus atqve ex familia; Eccle-

Ecclesiæ plus qvam trecenti. Ibi Gerbertus præsens laudantibus fratribus ejus Gerberto & Adolfo videntibus & audientibus iis qvos nominaveram, atqve omnibus, qvi in conventu illo aderant, nam publice actum est, super reliqvias nostras cum chirotheca, sicut mos est liberis Saxonibus tradidit in Asanthorp curtim ipsam & mansos IV. & dimidium, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, qvæsitis & inqvirendis, pratis, pascuis, piscationibus, aqvis, aqvarumqve decursibus, sylvis, forestis, venationibus, pastionibus porcorum, incisionibus arborum, molendinis, atqve omnibus utilitatibus qvæ inde jure provenire possunt, Mancipia dedit VIII. filiam presbyteri Lamberti, & alia VII. Ut autem impleret numerum mansorum septenarium, qvem promiserat, dedit in villa, qvæ dicitur Ufhusan, mansos II. & dimidium, cum area una. Aderat Comes F. advocatus Ecclesiæ, qvi chirothecam traditionis sacris reliqviis impositam, ut mos est, abstulit, & ab ipso Gerhardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit. Post 169 idem G. decimo die ex condicto nostro in sylva apud Asbeke, ubi nos calcem ad ædificandam Ecclesiam nostram parabamus, matrem suam verissimam ejus hæredem nobis præsentavit: qvæ ex lege Saxonum donationem ejus ore laudavit, & digito confirmavit. In hujus rei testimonium, ut res gesta posteritati fiat cognita, chartam hanc conscribi jussimus, & bulla plumbea, ut nobis mos est, signari. Actum est anno ab incarnatione Domini MLXXXVIII. Anno ipsius Liemari Archiepiscopi Episcopatus & ordinationis XVII. Indictione XIV, regnante & imperante IV. Rege & Imperatore H.

Waldo senex & vetulus archicancellarius recognavit.

XXXIV. LIEMARUS DE TRADITIONE *Asbeke & Alerbeke.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi Ecclesiæqve fidelibus tam futuris, qvam præsentibus salutem dicit. Nosse volo charitatem vestram, qvaliter qvidam G. Nobilis homo, filius Gerberti de Stumpenhusen, qvi ut in superiori chirographo continetur, qvædam prædia Ecclesiæ nostræ pro emendatione qvarundam culparum contradidit. Postea non coactus sed sponte sua prædium qvoddam Alarbeke dictum in pactione qvadam eidem Ecclesiæ nostræ in proprietatem dedit. Hoc autem habuit in pacto nobis laudantibus ut fieret homo noster per manus, & acciperet de camera nostra VIII. libras denariorum Goslariensium, & hoc ante Pentecostem illis diebus, qvibus mercatum apud Bremam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam pactionem nos tunc laudavimus, accepimus eum in hominem, beneficium dedimus, omnia secundum voluntatem ejus perfecimus. Hoc scire volumus successores nostros hanc pactionem servari debere sibi soli dum vixerit, non filiis ejus, non hæredibus. Tradidit autem illud idem prædium in Bremensi crypta veteri super altare, numero mansorum X. cum mancipiis, & sicut mos est, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, qvæsitis & inqvirendis, cum molis, molendinis, aqvis, aqvarumve decursibus, pratis, pascuis, sylvis, lignorum & arborum incisionibus, & omni tali utilitate, & eo jure qvo ipse illud idem possiderat & parentes ejus. Aderant præsentes & hæc videntes multi ex militibus Ecclesiæ, Comes Ekkibertus, Atholfus ipsius frater G. Folcbertus, frater noster Macellinus. Adstabant de servientibus Ecclesiæ multo plures, Th. villicus, Svieko, Ecbertus, Ramword, Thietwid; Odico, Burchard, Tiedheri, Athelbero, Constantinus, Reinwardus. Facta sunt omnia legaliter. Sed his ita gestis, accesserunt amici nostri, & submonuerunt nos, ipsum G. in potestate Ducis fuisse eodem tempore, propter impietates & rapinas ac vastationes, qvas fecerat in ducatu, nihil autem posse facere legitime, nec dare, nec accipere, nisi exiret de potestate Ducis. Tunc nos Ducem Magnum in nativitate Domini invitantes pro eo interpellavimus, exoravimus, exire de potestate ejus fecimus, ut liber esset ex toto. Deinde cum post tres septimanas nos cum qvibusdam militibus Ecclesiæ & servientibus qvam pluribus, ad villam Asbeke proficisceremur & calcem ad Ecclesiam nostram fabricandam pararemus, ipse nobis cum matre sua, qvæ tum vivens erat, ejus hæres verissima, in villa Hasela, in domo Gotescalci servientis nostri, occurrit, traditiones omnes ex novo fecit, & eorum prædiorum qvæ prius pro emendatione dederat, & ejus prædii, qvod in hoc chirographo, pro pactione beneficii dedisse eum apud Alarbeke commemoravimus, ipse

cum

cum chirotheca, sicut mos est, tradens hæc omnia prædiola, super crucem & reliqvias nostras ex novo dedit. Ekkibertus Comes ex promisso F. Comitis, qvi tunc erat advo-
170 catus, chirothecam abstulit, G. confirmationem digito, ut mos est Saxonibus, fecit, matre ejus confirmante, sicut justum erat; frater ipsius G. Atholfus præsens laudavit, qvanqvam ad eum laudare non pertineret. Ita omnia acta sunt legaliter secundum omnem modum. Præsentes ibi fuerunt Comes Ekkibertus. Th. advocatus Anshelmus, Folebertus, Atholfus, Servientes autem Ekkebertus, Mathelinus, Burchardus, Thiedericus, Athelbero, Reingoz, Rheinward, Constantin, Thiederic, Gerfrith, Rathard, & alii multi. Et ut hæc ejus traditio & pactio firma sit & inconvulsa in perpetuum, placuit nobis & sibi scriptum super hoc fieri, & bulla nostra signari in perpetuum testimonium earum rerum.

XXXV. FRIDERICI EPISCOPI DE HOLlandis Privilegium.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ antistes, universis fidelibus in Christo, præsentibus & futuris perpetuam benedictionem. Pactionem qvandam, qvam qvidam cis Rhenum commanentes, qvi dicuntur Hollandi, nobiscum pepigerunt, omnibus notam volumus haberi. Præfati igitur viri Majestatem nostram convenerunt obnixe rogantes, qvatenus terram in Episcopatu nostro sitam, hactenus incultam paludosamqve, nostris indigenis superfluam, eis ad excolendum concederemus. Nos itaqve nostrorum usi consilium fidelium, perpendentes rem nobis nostrisqve successoribus profuturam, non abnuendæ petitioni eorum assensum tribuimus. Hujus autem petitionis talis fiebat pactio, ut de præfatæ terræ singulis mansis, singulos denarios, singulis annis nobis darent. Mansi vero mensione ne discordia in posterum in populo haberetur, qvæ mansio in longitudine septingentas & viginti, in latitudine vero xxx. habet regales virgas, cum rivulis terram interfluentibus, qvos eis simili modo concedemus, hic inscribi necessarium duximus. Condixerunt deniqve secundum decretum nostrum decimam se daturos, ita videlicet, ut de frugibus terræ xi. manipulum, de agnis x. de porcis similiter, de capris similiter, de anseribus similiter, nec non decimam mensuram mellis, & de lino simili modo darent. Pullum eqvinum usqve ad festivitatem sancti Martini solo denario, vitulum obulo redimerent. Ad synodalem justitiam & institutionem Trajectensis Ecclesiæ nobis se per omnia obtemperaturos promiserunt. Judicia & placita secularis legis, ne ab extraneis præjudicium paterentur, ipsi ut omnes rerum dissensiones inter se definirentur. De singulis centum mansis ii. marcas singulis annis se persolvere asseruerunt. Majorum placita sive judicia rerum si ipsi inter se definire neqvirent, ad Episcopi audientiam referrent, eumqve secum ad causam definiendam ducentes, inibi qvam diu moraretur, de suo ipsimet procurarent: eo tenore, ut de placitati qvæstu duas partes haberent, tertiam vero Episcopo præberent. Ecclesias in præfata terra ubi eis congruum videretur, constitui concessimus. Qvibus Ecclesiis decimam decimarum nostrarum parochiarum Ecclesiarum earundem distincte in usus sacerdotis inibi Deo servituri præbuimus. Parochiani vero nihilominus singularum Ecclesiarum suis Ecclesiis mansum unum in dotem ad prædictos usus sacerdotis se daturos confirmant. Nomina virorum qvi nos ad hanc pactionem faciendam confirmandamqve convenerant hæc sunt. Heinricus sacerdos, cui præfatas Ecclesias in vita sua concessimus; cæteriqve laici Helikinus, Arnoldus, Hiko, Fardolt, Referic; qvibus jam sæpedictam terram, secundum seculi leges, & præfatam conventionem concedimus, & ipsorum hæredibus post ipsos. Hujus conventionis adstipulatio fiebat anno Dominicæ incarnationis MCVI. Indictione VI. regnante Domino Heinrico IV. Rom. Imp. Aug. Ad cujus paginæ decretum confirmandum cum adstipulatione nostra, nostri impressione sigilli hic annecti nobis complacuit. Si qvis ista contradixerit, anathema sit.

Hujus paginæ confirmationi ego Wernherus Præpositus interfui & subscripsi.

171 *Ego Marqvardus Præpositus.*
Ego Hasoko Præpositus.
Ego Hugo Præpositus.

Ego

Ego Adalbero.
Ego Tutho interfuit & subscripsi.
Ego Gerungus advocatus interfui & recognovi.
Ego Hericus interfui.
Ego Thidericus.
Ego Willo interfui.
Ego Erpo interfui & recognovi.
Ego Adelbertus.
Ego Gerwardus.
Ego Ermbertus.
Ego Reinwardus.
Ego Ezelinus.

XXXVI. DE ECCLESIIS BRAMSTEDE, Sanstede & Edisdorpe.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, F. Dei gratia sanctæ Hammenburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus Christianis salutem dicit. Notum esse volumus tam præsentibus, qvam futuris, tam natis, qvam nascendis, qvaliter duæ Capellæ ad Ecclesiam Bramstede terminatæ, jussu & nutu venerabilis Adalberti nostri prædecessoris sint constructæ: hanc tamen ratione, ne matri Ecclesiæ aliqvod cresceret detrimentum. Dux enim Saxoniæ Bernardus sæpius difficultatem itineris & paludosa loca conqvæstus, Thiedolfestorp capellam impetravit construi. Dum magis & magis tumultus qverimoniæ augeretur, qvod Ecclesia certis temporibus, raris vel nullis è plebanis peteretur. Ille prædictus Archiepiscopus Adalbertus Sanstedi oratorium, consensu presbyteri de Bramstede, fecit dedicari. Hæc filia matri injusta potentia fuit adempta. Nos qvoniam matrem dedicavimus, ipsi omnia appendicia sua banni nostri edicto alligavimus, has ad prædictam Ecclesiam Bramstedi, sine omni contradictione villas pertinere notificamus: Bursati, Dreptisati, Utlide, Hascwrte, Wrtflete, Rechtebe, Wirsebe, Uffenwrthe, Santstedi, Butli, Rechtenflicte, Brechusen, Nigelande, Aligwersen, Crennesse, Aldendorp, Thiedelinstorpe, Eidenwrth, Butli, Nienlant, Wimersthorp, Flietsete, Lunenti, Storle, Scathenebutli, Lindenessa, Witteneſtede, Holena, Bochla, La, Lubbenstedi, Achenstedi, Hornendorp, Feneno, Alpenstede, Hagan, Waldesbutli, Hlidenstedi, Sethorp. Hoc factum ut maneat stabile, sigilli nostri attestatione firmavimus. Anno ab incarnatione Domini M CX. primo anno ordinationis ejusdem venerabilis Archiepiscopi F. Bremæ actum indictione II. feliciter, Amen.

XXXVII. INNOCENTIUS P.P. EPISCOPIS SVEdiæ de obedientia qvam facient suo Metropolitano.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, universis Episcopis Svediæ salutem & Apostolicam benedictionem. Æqvum est, ut qvi aliis præesse desiderat suis prælatis revereri humiliter non erubescat. Cæterum venerabilis frater noster A. Hammaburgensis Archiepiscopus ad sedem Apostolicam veniens, graviter qvæstus est, qvod cum vobis, sicut in antiqvis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, 172
Benedicti, Nicolai, & Adriani Romanorum Pontificum continetur, metropolitico jure præsideat, debitam ei obedientiam subtrahatis. Qvod profecto à vobis tanto est studiosius corrigendum, qvanto subjecto populo etiam in hoc bonæ conversationis exemplo debitores estis, impendere. Per præsentia itaqve scripta fraternitati vestræ mandamus, qvatenus præfato fratri nostro A. Hammaburgensi Archiepiscopo, tanqvam metropolitano vestro obedientiam & reverentiam deferatis, & nullam ei super hoc molestiam de cætero irrogetis. Dat. apud montem Aventinum VI. Kal. Junii.

XXXVIII. *INNOCENTIUS PP. ADALBERONI Episcopo contra Ascerum.*

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Adalberoni Hammaburgensi Archiepiscopo, ejusqve successoribus canonice promovendis, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad hoc in B. Petri cathedra disponente Domino constituti esse conspicimus, qvatinus singulis Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, suam conservemus justitiam, & qvaliter tam temporaliter, qvam spiritualiter earum status integer perseveret, salubriter providere curemus. Dignum etenim & rationabile est, ut sicut sacrosanctæ Dei Ecclesia unitatis ac fidei perpetua mater existit, ita nimirum ejus privilegia costodiantur illæsa, & nullis molestiis, nullis oppressionibus pravorum hominum fatigetur. Sæpe utiqve venerabilis Adalbero Hammaburgensis Archiepiscopus in præsentia prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Calixti & Honorii, ac nostra, qvæstus est, Ascerum Lundensem, & alios Episcopos Daciæ tibi debitam, sicut metropolitano suo, qvemadmodum in antiqvis privilegiis Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, Adriani, Romanorum Pontificum continetur, obedientiam denegare: freqventer autem & à prædictis prædecessoribus nostris, Calixto & Honorio, & à nobis eis mandatum est, ut aut ad tuam & Hammaburgensis Ecclesiæ redirent obedientiam; aut si qvam super hoc justam se habere confiderent rationem, ad sedem Apostolicam venirent ostendere parati. Ipsi vero Apostolicis contemnentes obedire mandatis, nec venerunt, nec responsales miserunt. Qvia igitur nemo lucrum debet de sua contumacia obtinere, ex deliberato fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium consilio, tam Lundensem, qvam alios Episcopos Daciæ tibi restituimus. Ad formam itaqve privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Benedicti, Nicolai, & Adriani; Episcopatus Daciæ, Swediæ, Norwegiæ, Farriæ, Gronlandiæ, Halsingalandiæ, Islandiæ, Scridiumdiæ, & Slavorum, charissimi filii nostri Lotharii Regis precibus inclinati tibi & per te Hammaburgensi Ecclesiæ, suæ videlicet metropoli, præsentis scripti pagina confirmamus. Si qva igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione commoda emendaverit, potestatis honorisqve sui dignitate careat, reamqve se divino judicio existere de perpetrata iniqvitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atqve in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem hæc statuta nostra servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Romæ apud montem Aventinum per manum Almerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarii VI. Kalend. Junii. Indictione XI. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Pp. II. Anno III.

173 XXXIX. *LOTHARII IMP. DE LIBERTATE possessionum Ecclesiæ, & eorum qui coloni sunt.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, divina favente Clementia, Lotharius tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum omnibus debitores simus, specialius tamen pauperes Christi respicere debemus, & eorum bonam intentionem in omnibus promovere, & manu tenere. Noverit itaqve tam futurorum qvam præsentium industria, qvaliter sanctæ conversionis frater Vicelinus ex legatione Athelberonis venerabilis Archiepiscopi Hammaburgensis, per totam Slaviam, qvæ in ipsius sita est parochia, curam & vicem susceperit prædicandi verbum domini. Qvi cupiens in vice legationis suæ permanentibus, sicut novellæ plantationis agricola fructum adferre, Ecclesiam in eadem Slavia, qvæ Novum monasterium vocatur, inchoavit, & fratres in ea secundum sancti Augustini regulam satis devote circa religionem instituit, sperans commendatione devini officii, & regulari conversatione, rudes illius gentis mentes ad agnitionem veritatis molliri & inflecti. Cui sicut Ecclesiasticæ plantationis operario, in temporalibus providere cupientes, rogatu dilectæ nostræ Rikenze & principum hoc concessimus, ut illius terræ

ræ habitatores liberam habeant potestatem offerendi sive vendendi bona sua præfatæ Ecclesiæ, & altius qvam prædictus frater Vicelinus, Domino annuente in eadem terra fundare studuit. Idem concedimus ipsi de Holtzatis, in qvorum confinio prænominata Ecclesia fundata est. Ut autem præfatæ Ecclesiæ fratres, tam oblatis qvam exemptis qviete uti possint: omnia qvæ ipsis qvoqvomodo collata fuerint, ab omni exactione absolvimus, præcipiendo jubentes, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla deniqve magna privatave persona, in his concessis eos inqvietate, devestire, molestare præsumat. Si qvis vero contra hoc qvod nunc concedimus conatus fuerit, centum libras auri, medietatem cameræ nostræ, & medietatem prædictis componat fratribus. Qvod ut verius concedatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti paginam, sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Hujus rei testes sunt, Athelbero Hammenburgensis Archiepiscopus, Thietmarus Verdensis Episcopus, Athelbertus Marchio, Adolfus Comes, & Conradus Comes, Eilmarus Comes, & alii Comites, Sifridus, Rotholfus, Gerbertus, Frithericus, Christinus, Liudolfus, Bernhardus.

XL. *ADALBERO ARCHIEPISCOPUS DE libertate Ecclesiæ.*

ATHELBERO Dei gratia Hammaburgensis Archiepiscopus, dilectis filiis Ecclesiæ sibi in Domino commissæ tam futuris, qvam præsentibus, gratia vobis & pax à Domino multiplicetur. Qvia nostri juris est, non tantum filios Domini, vel bene incedentes semper ad ulteriora verbo & exemplo provocare, vel nutantes consolidare, vel omnes qvi aliqvo modo desolati & contribulati sunt divinis fomentis refocillare; sed in Ecclesiæ sanctæ decus eos qvi extra sunt pro posse nostro incorporare, dilectioni vestræ notum esse volumus, qvod nos cognito bono zelo ejus, dilecto filio & fratri nostro fideli scilicet dispensatori Christi Vicelino, cum qvibusdam fratribus ei in domino cohærentibus, legationem verbi Dei in Slavia, qvæ nostræ diœcesi usqve ad flumen Penum pertinet, vice nostra prædicandi commisimus. Verum qvoniam præ feritate gentis barbaricæ illius in prædicta terra stabilem mansionem habere non poterant, ad repensationem & sustentationem eis concessimus Ecclesiam qvandam in fine Holtsatiæ, qvæ apud veteres Wipenthorp, apud modernos vero Novum monasterium nuncupatur, cum decimis, & reditibus prius eo pertinentibus, & qvandam villam Dragerestthorp, cum omni utilitate ejus, sive in agris, sive in pratis, sive in silvis, qvæ nos in dedicatione altaris basilicæ 174
novæ ibidem ab ipsis inchoatæ, usui supradictorum fratrum mancipavimus. Plenam insuper libertatem præfato Novo-monasterio contulimus, ita scilicet, ut præter nos & successores nostros, & prælatos eorum qvos sanior pars congregationis elegerit, neqve præpositus, neqve Archipresbyter, neqve Archidiaconus, nulla deniqve vel magna vel parva persona, aliqvid Ecclesiasticæ potestatis ibi habeat. Præterea eosdem fratres ab omni itinerali labore & fatigatione omnino absolvimus, non cogente necessitate infra terminos Hammenburgensis Episcopii, eorum opera & consilio ad Ecclesiastica disponenda indigeamus. Ut autem apud successores nostros & posteros eorum hæc inconvulsa & rata permaneant, hanc devotionis nostræ collationem servis Dei & amicis nostris hac præsenti carta sigilli nostri impressione insignita stabilimus. Si qvis vero contra hæc eniti præsumserit, excommunicationis sententiæ subjaceat. Data Hammenburg VII. Kalend. August. Anno ab incarnatione Domini MCXXXVI. Indictione XIII. Anno Archiepiscopatus Domini Athelberonis XIV.

XLI. ADALBERONIS ARCHIEPISCOPI PRIvilegium de decimis Ecclesiæ Novi-monasterii.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti, Adalbero Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Pontificalis officii culmen à nobis freqventer exigit famulis Dei, præsentis etiam vitæ sumtus, ex nostra sollicitudine qvantum facultas admittit providere, ne

pro illis laboriose forsitan acqvirendis foris occupati, cogantur intus in laudem Dei debita minus exercere. Qvapropter sanctæ conversationis fratri carissimo Wicelino & fratribus ejus, qvi serviunt in novo monasterio, in villa Wippenthorp nuncupata, in pago Holsatia, ejusdem villæ decimam cum aliarum qvarundam villarum subter-positarum decimis, veluti in villa Straveran, Horegon, Brachtenvelde, Twenthorp, Tadesthorp, Godlant, Wilberson, Boienebutle, Husberge, Crummervelde, Padewrthe, Withorpe, Padenstide, Bullingstide, sed & alias decimas juxta fluvium Liestere in utroqve litore, à villa Elmeshorne usqve ad lacum Wicflet, divinam promereri cupientes retributionem omnino dando concedimus, & ut in usus prædicti monasterii fratrum perpetuo redigantur, & redactæ permaneant diligenti deliberatione statuimus. Addimus autem & his decimas juxta Wilstram fluvium, scilicet à lacu qvi dicitur Scladen, usqve ad fluvium qvi vocatur Waltburgow, nec non & illas, qvæ sunt in australi plaga fluminis Sturæ, videlicet à fluvio Lutesou, usqve ad montem Bredenberg, suadentes illis ex fraternæ charitatis plenitudine, ut qvæ Deo donante & conservante, qvamqve videbunt ad necessarios usus sibi non deficere, studeant & aliis in ea, qvam gratis acceperunt charitate, gratiam hospitalitatis liberaliter impendere. Præterea de omnibus qvæ in sylvis sive paludibus per se vel colonos suos, usqve qvam iidem fratres elaboraverunt, tam in frugibus, qvam in animalibus ipsi decimationes accipiant, & secundum qvod sibi visum fuerit, ad laudem Dei & utilitatem fratrum, sagaciter inde disponant. Ut autem hæc donatio omni ævo rata ac firma permaneat, hanc cartam conscribi, & sigilli nostri impressione signari præcepimus: rogantes & obsecrantes in nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu, ut nullus eam in toto vel in parte deteriorare præsumat. Si qvis vero huic pio facto contraire seu derogare tentaverit, sive Archiepiscopus, vel Episcopus, seu Dux vel Marchio, Comes vel Vicecomes, sive Advocatus, seu qvæcunqve alia Ecclesiastica seculari sve persona, si secundo tertiove commonita non cessaverit, anathema sit, Amen. Hujus rei testes sunt Sivardus Obsalensis Episcopus, Occo Slesvicensis Episcopus, Bertholdus Abbas de sancto Paulo, Adalbertus præpositus de domo sanctæ Mariæ & sancti Petri, Bonifacius præpositus de domo sanctæ Mariæ & sancti Petri, Bonifacius præpositus,
175 Hartmannus præpositus, Thetmarus decanus. Capellani Liutfridus, Odbertus, Anshelmus, Anno Dominicæ incarnationis MCXLI. Regnante Chonrado Rege III. Anno vero ordinationis ejusdem venerabilis Archiepiscopi Adalberonis XVIII. Indictione IV. Acta sunt hæc Bremæ v. Idus Julii, feliciter Amen.

XLII. *ADALBERO EPISCOPUS DE CONfirmatione præposituræ novi Monasterii.*

IN nominæ sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Sanctæ charitatis evidens indicium est, non solum propriis, verum etiam alienis juxta possibilitatem insudare profectibus; ut qvi pluribus studeant in nomine Domini proficere, pro pluribus mereantur benefactis æternæ retributionis præmia recipere. Qvapropter venerabilis frater Viceline, susceptæ à nobis obedientiæ gratias Deo, observator solertissime, ad laudem Dei & honorem tuum & Ecclesiæ in pago Holtsatiæ, in villa qvondam Wipenthorp dicta, tibi commissæ, ampliare cupientes nomen prælationis tibi & post te successoribus tuis, ejusdem Ecclesiæ congregationi canonicæ præficiendis, perpetuo conferimus & confirmamus, qvatenus inantea nomine & dignitate præpositus de Novo monasterio dicaris, atqve inter reliqvos nostri honoris fidos & idoneos consultores, scilicet Hammenburgensis seu Bremensis Ecclesiæ priores habearis. Sed & parochianos ad eandem Ecclesiam prænominatam antiqvitus & nunc pertinentes, tuæ sollicitudini committimus, nostraqve auctoritate sancimus atqve decernimus, qvatenus à te baptizentur, verbis salutis erudiantur, synodali lege informentur, mortui sepeliantur. Præterea & qvia te in partem nostri laboris ex paternæ benignitatis plenitudine stabilem & devotum cooperatorem assumpsimus, Ecclesiam Bishorst in ripa fluminis Albiæ sitam cum banno simul & cum omnibus appendiciis, ejus acqvisitis vel acqvirendis tibi concedimus, ut nullam in hac vel illa ulterius Ecclesia præpositus Hammenburgensis, vel alia qvælibet persona potestatem habeat, nisi tu & qvi tibi in eodem supra dicto novo monasterio præpositi per liberam fratrum electionem successerint, & à me, vel à meis

meis successoribus Hammenburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus investituram acceperint. Et ut hoc nostræ benignitatis liberale decretum, omni ævo ratum maneat & inconvulsum, præsentem paginam conscribi, & sigilli nostri impressione signari jussimus, & eorum nomina qvi hujus rei fautores & testes fuerunt, adnotari decrevimus. Siwardus Episcopus Obsalensis, Bertoldus Abbas de S. Paulo, Conradus abbas de Rossenvelde, Athelbertus præpositus Bremensis Ecclesiæ majoris, Athelbertus præpositus de S. Willehado in monte, Hartmannus præpositus de Rameslo, Bonifacius præpositus de Ripesholte, Luidmundus præpositus de Heslinga. Thtetmarus decanus cum reliqvis fratribus omnibus, Capellani, Odbertus, Hartwicus, Peregrinus. Si qvis huic paginæ in toto vel in parte contraire præsumpserit, si secundo tertiove commonitus cessare noluerit, anathema sit. Amen. Observator autem benedictionem conseqvatur, Amen. Acta sunt Bremæ feliciter, Amen. Anno incarnationis Dominicæ, MCXLII. Anno vero ejusdem Domini Athelberonis venerabilis Archiepiscopi XIX. Indictione V.

XLIII. *DE DIVISIONE PALUDIS AUSTRALIS in Santou & suis conterminis.*

IN nominæ sanctæ individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti, Adalbero Dei gratia Hammaburgensis Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Qvisqvis sapit, rem suam sic affectat ageret, eoqve confirmationis tenore concludere, ut non oporteat se calumniam seu molestiam sustinere. Qvapropter & te- 176
stes idonei convenienter causis agendis interesse censentur, & de gestis privilegia diligenter conscribuntur, per qvæ tam futuris, qvam præsentibus, qvæ sunt acta, perpetuo legenda firmiterqve tenenda traduntur. Notum igitur sit omnium turbæ fidelium, tam nunc, qvam in perpetuum, qvaliter & nos, & Domina Ducissa Gertrudis, & filius suus H. puer, Dux Saxonum, una cum fideli nostro Alberto Marchione, illustri Principe, paludem australem, scilicet villis istis, Santou, Strabelinghehusen, Ochtmunde, Hasbergen conterminam, æqva inter nos portione divisimus, & ab omni tam nobilium, qvam ministerialium, seu ruricolarum appellatione liberam factam, habitatoribus excolendam dedimus: melius & utilius æstimantes colonos inibi locari, & ex eorum labore fructum nobis provenire, qvam incultam, & pæne inutilem, eam permanere. Erat autem nobis hæc cum colonis illis conventio, ut qvotqvot ibi mansi habeantur, totidem nobis à possessoribus eorum qvolibet anno denarii persolvantur, qvo prædium non suum, sed Ecclesiæ & nostrum esse profiteantur, & decimam frugum, & porcellorum, & anserum, ovium & caprarum, atqve apum examinum, secundum usum terræ nostræ dare non negligant. Sed & poledrum denario, & vitulum dimidio redimant. Concedimus etiam, ut ad honorem Dei, Ecclesiam construant, constructæqve prædium, qvo sacerdos ibidem missas celebrando, baptizando, mortuos sepeliendo, ministraturus se pascat: conferat, & in synodalibus qvem eis prævideremus rectorem habeant. In placitis vero secularibus eum, qvem sibi præficimus audiant & defunctis patribus, tam filiæ qvam filii eorum allodia pari divisione suscipiant. Tribus etiam annuatim diebus ad placita sui advocati ex condicto veniant, & bannum pro qvolibet suo commisso, tantum qvatuor solidis redimant. Si qvis ad nos liber intraverit, & se sicut est, liberum professus fuerit, libertate sua si velit utatur. Sin autem, nisi prius relectis bonis, neqvaqvam alius qvam Ecclesiæ proprius fieri permittatur. Si vero alius se servum fecerit, prædio suo careat, & ad usum Archiepiscopi illud absqve contradictione proveniat. Similiter qvi venerit, & se servum esse non negaverit, hæres ejus in suscipiendo matrimonio illi succedere poterit; qvi si defuerit, Dominus ejus ad suscipiendam hæreditatem suam omnino exclusus sit, sed Archiepiscopus illam accipit. Porro qvi cum sit servus se liberum esse jactaverit, & in hoc mendax probatus fuerit, ad Dominum suum cum suppellectili propria, si repetitur, revertatur; & terra qvam habuit, ad Archiepiscopum sine repensatione pretii redigatur. Si qvis ancillam alterius nisi Ecclesiæ duxerit, hæreditas illius filiis ac filiabus suis non provenit. Similiter & fœmina, qvamvis libera, si alicujus viro proprio, nisi Ecclesiæ nupserit, qvia se qvoqve servituti obnoxiam fecit, viro suo adhæreat, & prædium Ecclesiæ relinqvatur. Præterea si aliqvem prædia sua, ut sæpe necessitatis causa fit,

 ven-

vendere velle contigerit, primum Archiepiscopo se, sicut si alius comparare velit, exhibeat; qvod si noluerit Archiepiscopus, alii cuilibet emere licebit, attamen & qvod is qvi vendidit annuatim solvit, & hunc solvere postmodum oportebit. Ne qvis autem posterorum nostrorum hanc constitutionem nostram in toto vel in parte frangere vel destruere præsumat, paginam hanc conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri, & testium nomina subscribi jussimus. Hæc sunt nomina testium. Adalbertus præpositus, Bonifacius præpositus, Lutfridus præpositus, Capellani; Obertus, Hartwicus, Peregrinus, Gertrudis Ducissa, & H. filius suus Dux. Nobiles, Egilmarus Comes, Gerbertus Comes, Thetmarus de Wimodia, Adolfus, Heinricus, Thidericus, & Liuthardus, Everhardus, Gerlacus, Bernardus, Liudolfus. Ministeriales: Linderus avocatus, Th. & Th. Hathebertus, Gerungus, Willo, Egelbertus, Albero, Hildewardus, Arnoldus, Udo, Werno, Dudo, Christianus, Gerwardus. Anno incarnationis Domini M CXLIII. Indictione V. Anno Domini Chunradi Regis VI. Anno vero Domini Adalberonis venerabilis Hammaburgensis Archiepiscopi XX. Actum Bremæ III. Non. Septembr. Amen.

177 XLIV. *ADALBERONIS ARCHIEPISCOPI de collatione prædii villæ Elmeshorn.*

IN nomine Domini omnipotentis Patris & Filii, & Spiritus sancti. Adalbero Dei gratia Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus, tam futuris qvam præsentibus salutem in perpetuum. Notum vobis facimus qvaliter divina Majestate suggerente religiosa Domina Richardis, nobilis illa Comitissa famosissimi Principis Rotholfi Comitis vidua, una cum charissimis filiis suis Hartwico præposito Bremensis Ecclesiæ, & fratre ipsius Rotholfo Comite, sanctæ Dei genitrici & perpetuæ virgini Mariæ, & venerabili fratri nostro Vicelino præposito ac fratribus ipsius in Novo-Monasterio, scilicet in villa antiqvitus Wipenthorp dicta, Deo famulantibus, eorumqve successoribus prædium suum, qvod habuit in pago Holsatia, in villa Elmeshorn juxta Giesteram fluvium sita, cum omnibus attinentiis, hoc est, sylvis, pratis, pascuis, viis & inviis, aqvis, aqvarumve decursibus, exitibus & reditibus, cum paludibus à prædicta villa Elmeshorn rendentibus, usqve ad locum, ubi lacus Wicflet fluit in Giesteram, cum duobus mancipiis, Siberno, Odelino, perpetuo jure possidendum tradidit, ea videlicet conditione, ut sui suorumqve parentum apud eosdem fratres jugis & inextricabilis ad Deum memoria consistat. Et ne qvisqvam hæres eorundem, vel alia qvælibet Ecclesiastica secularisve persona ipsis vel vivis vel mortuis hoc factum in toto vel in parte violare præsumeret, auscultantibus & aspicientibus tam nobis ipsis, qvam multis aliis, gratuitam & apertam ejusdem prædii in supradictorum fratrum usus resignationem fecerunt, & hoc nostræ auctoritatis & banno, & privilegio stabiliri postularunt. Sed qvia spe retributionis æternæ hæc visi sunt emoliri, decrevimus & nos piæ petitioni eorum propensius adsentiri. Præterea & hoc præsenti paginæ necessarium duximus adnotari, qvod mater Domini Heinrici Marchionis, nobilis & religiosa Domina Ermingardis, super memorato Novo-monasterio suum qvoqve in villa eadem Elmeshoren prædium, nihilominus ob recordationem sui & suorum in perpetuum dedit, qvod & nostra auctoritate confirmari rogavit. Ut ergo utrorumqve bono affectui pium præbere videremur assensum, præsentem paginam conscribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, perpetuam eis annunciantes pacem qvi eam inviolatam servaverint; imo à communione omnium fidelium excludentes, qvi aliqvo modo ipsam infirmare seu deteriorare tentaverint. Hujus rei testes sunt: Hartwicus præpositus, Vicelinus præpositus, Hartmannus præpositus, Liudmundus præpositus, Vicelinus præpositus, Liudfridus præpositus, Erpo præpositus. Capellani: Odbertus, Anshelmus. Nobiles: Folradus, Thidericus, Widekindus. Ministeriales: Adico, Ricbertus, Manegoldus, Werno, Edo, Liuderus, Euerwinus. Wolcmarus, Liudolfus, Sigero, Herimannus, Hardericus, Thietmarus, Godefridus, Euerhardus. Acta sunt hæc Staden. Anno ab incarnatione Domini MCXLIV. Anno vero ejusdem venerabilis Adalberonis XX. Indictione VI. VIII. Kalend. August. Amen.

XLV.

XLV. *CHUNRADUS REX HARTVVICO Episcopo, de Ditmarsia.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Chunradus divina favente clementia Romanorum Rex II. Principalis excellentiæ providentiam decet, ut ea qvæ à rectoribus Ecclesiarum, de sacris earum possessionibus, vel ordinationibus, aut commutationibus sub nostro conspectu, sive ex judicio, sive ex partium consensu fuerint, tenaciori scriptorum memoriæ contradantur, ne postera ætas rerum gestarum ignara, aliqvo errore seu dissensione fatigetur. Qvocirca notum esse volumus, tam futuræ, qvam præsenti hujusmodi industriæ, qvod vir venerabilis Fridericus sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus pacta qvædam & conventiones, in nostra & Principum nostrorum 178
præsentia contraxit cum Hartwico præclaro Ecclesiæ suæ Canonico, ejusqve matri Richardæ Marchionissæ, qvas utrinqve auctoritate nostra regia roborari, & Principum nostrorum, qvi aderant testimonio stipulari pertierunt. Siqvidem prædictus sublimis Clericus una cum præfata matre sua contulit eidem Archiepiscopo & Magdeburgensi Ecclesiæ possessiones suas, qvas de patrimonio suo hæreditaria successione acceperat, qvarum nomina hæc sunt. Jerichowa cum suis pertinentiis, Lintin cum suis appenditiis, Wranekenstein cum suis attinentiis, Errebasleve cum suis pertinentiis. Has itaqve denominatas possessiones & non alias, retento tamen ministerialium, qvi ad eas pertinent omnibus diebus vitæ suæ, tam per obsides, qvam per securitatem sacramenti obseqvio tali condictionis tenore, prædictus nobilis Clericus Hartwicus cum matre sua una contulit Magdeburgensi Ecclesiæ, ut qvia inclytus carnalis frater ipsius Rodulfus Comes à suis hominibus in Comitatu Diethmaringensium impie interemptus fuerat, & ei toto paternæ domus possessio hæreditario jure competebat. A cujus ingressu & usu eum prædicti sicarii sui Germani interfectores prohibebant, deberet eum prænominatus Archiepiscopus per bonam fidem usqve ad efficaciam obtinendi adiuvare, non solum de prædicto Comitatu Diethmaringensium, sed etiam de Comitatu Nortlandiæ, & de possessionibus qvæ fuerunt Comitis Friderici & Dominæ Idæ, & de omnibus qvæ in sua potestate habebat, & de omnibus aliis, de qvibus eidem sublimi clerico justa actio ex legum ratione competebat Insuper duas curtes Wiselam & Goganheim cum omnibus appendiciis præfatus Archiepiscopus sæpe dicto clerico & matri suæ dedit; hac interjecta rationis constantia, ut non ex jure beneficii easdem curias teneant, sed reditibus earum ad usus suos qvoadusqve vixerint, filius post matrem, seu mater post filium absqve omni impedimento ex jure privilegii possideant. Interim autem qvicunqve bona in præfatis curiis à beneficiali jure in libertatem cesserint, in usus suos redigant, & qvieta possessione obtineant. Præter hæc etiam idem Archiepiscopus contulit prænominato nobili clerico de mensa sua reditus XL. librarum, juxta prædictam condictionis legem, ut non beneficiali jure teneat, sed ad usus suos accipiat. Adhæc qvoqve beneficium centum marcarum, qvod primum de manu cujusqvam Principis, vel cujusqvam nobilis vacaverit, idem Archiepiscopus ad usus ejusdem Clerici dimittere firma stabilitate promisit, ita videlicet, ut filium sororis suæ Adelbertum earundem centum marcarum sibi legitimum hæredem relinqvat. Super hæc omnia idem Archiepiscopus data fide, inviolabili conditionis lege promisit, canonici sui tam pro eo, qvam pro Ecclesia sua adhibita fide indubitantet spoponderunt ministeriales sui jurejurando firmaverunt, qvod hæc omnia qvæ prædicta esse noscuntur, bona fide & absqve omni malo ingenio idem Archiepiscopus debent observare, & pro retinendis ad usum & dominium ejusdem nobilis clerici prænotatis possessionibus, tanqvam pro suis & Ecclesiæ suæ rebus inviolare. Statutum etiam est, ut si prætaxatus Archiepiscopus eundem precelsum clericum adjuvare non posset vel nollet, tota ad ipsum & ad hæredes suos collatæ possessionis integritas reverteretur Conditionem vero in omni contractu valere, sacra imperialis scripta indubitati juris esse testantur. Et ut hæc ab omnibus fit disposita & constituta esse noscantur, præsentis scripti paginam fieri, & nostræ imaginis signo roborari mandavimus, & nomina qvarumdam excellentium personarum qvæ huic contractui interfuerunt, subternotari fecimus. Rudulfus Halverstadensis Episcopus, Anselmus Havelbergensis Episcopus, Wikerus Brandeburgensis Episcopus, Buggo Wormaciensis Episcopus, Wibaldus Stabulensis abbas, Heinricus Dux Saxoniæ, Heinricus Palatinus Comes de Rheno, Adal-

Adalbertus Marchio, Heinricus Comes de Winceborch, Fredericus Palatinus Comes, A-
179 dolfus Comes de Schowenborch, Ernestus Comes de Hohenburch, Hliuduicus Comes de Lara, Sibodo de Scartvelde, Hludewicus de Wipera, Hogerus de Manasvelt, Esyco de Burmenstedén, Walterus de Arnestede, Otto de Hilgesleve. F. de Saltzwitelen, & frater ejus Wolradus, H. de Botwidel, & fratres ejus Helmoldus & Wolradus. Anno Dominicæ incarnationis M CXLV. Indictione VIII. regnante Chunrado Romano rege II. Anno vero regni ejus VIII. Actum Magdeburch in Christo feliciter, Amen.

XLVI. *ADALBERO ARCHIEPISCOPUS Bremensis, de decima Paludis Bishorst.*

IN nomine sanctæ individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Ego Athelbero Hammaburgensis seu Bremensis Ecclesiæ Deo propiciante vocatus Archiepiscopus, fratribus in Novo-monasterio qvod est in pago Holsatiæ, in villa videlicet Wipenthorp dicta, sub regulari disciplina victitantibus, sustentationum oportunitatem providere cupiens, paludem qvæ est versus Bishorst, & jam non raro incolitur ab habitatore, distincte describi jussi, & decimationes tam frugum qvam animalium, qvæ inde proveniunt, eorundem usibus fratrum deputavi, & non solum plurimorum testium, verum & præsentis paginæ sanctione firmavi, ne qvis in posterum hæc audeat infringere, qvod hic potest propter Deum à nobis bene & deliberate factum, intelligere. In orientali ergo plaga palus supradicta terminum habet marcham Holtsatorum, in australi marcham Rometsflet: in boreali autem lacum Wicflet, in occidentali vero fossam tendentem usqve ad marcham Rometsflet. Qvæcunqve itaqve decimationes his prænotatis terminis concluduntur, à supra memoratis ejusdem novi-monasterii fratribus auctoritate Domini nostri Jesu Christi, & nostra perpetua irrefragabili possessione suscipiantur, & in usus Deo famulantium dispensentur. Si qvis autem hoc factum nostrum infregerit, anathema sit. Hujus rei testes sunt Hartwicus Bremensis Ecclesiæ præpositus, Stadensium Dominus, Hartwicus Hammaburgensis Præpositus, Vicelinus præpositus, Hartmannus præpositus, Liudmundus præpositus, Liudfridus præpositus, Bonifacius præpositus, Erpo præpositus, Odbertus Capellanus. Nobiles, Adolfus Comes, Adolfus & Thiedericus frater ejus. Ministeriales, Liuderus, Thiedericus, Gerungus, Hadebertus, Albero, Udo, Willo, Arnoldus, Fritherícus, Heinricus. Acta sunt hæc Bremæ Anno incarnationis Domini M CXLVI.

XLVII. *HENRICI DUCIS BAVARIÆ ET SAXONIÆ adprobatio donationum paludum juxta Wilsteram & Sturiam.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ. Ad hoc in culmen potestatis nos per gratiam Dei collocatos juste recognovimus, ut qvo auxilii nostri manum protendere, & qvibus consilii curam impendere necessarie propter Deum debeamus, facilius & manifestius prospicere valeamus. Sed cum omnibus debitores simus, præcipue tamen pusillos Christi qvi mundo, suisqve ambitionibus renunciantes, sub umbra alarum divinæ protectionis se contulerunt, nos manu tenere, eisqve in necessariis rebus subservire debere digne perpendimus. Notum ergo esse volumus, tam futuris qvam præsentibus, qvod & nos pia vota parentum nostrorum in memoriam revocare utile duximus, & eorum bonum propositum in his qvibus honorem Dei promovere studuerunt confirmare proponimus. Siqvidem à venerabili Athelberone Hammaburgensi Archiepiscopo per studium & laborem reverendi patris Vicelini in provincia Holtsatiæ in villa ab antiqvis Wipenthorp dicta, Novum-monasterium inchoatum, & servientes Deo inibi coadunitos, & videmus & scimus, patrem vero meum Ducem Heinricum, & avum meum Imperatorem Lotharium, locum ipsum oblationibus
180 promovisse, donis honorasse, & res eidem Ecclesiæ collatas privilegiis suis confirmasse, veraci relatione didicimus. Pro eo deniqve qvia vineam Dei ibi plantatam bene fructifi-

ctificantem, in odore ejus multos post Deum currentes rudes illius gentis homines ab impietatibus suis pristinis correctos vicinas gentes Slavorum ab incredibilitate jam conversas ad fidem gratanter aspicimus, locum ipsum digno honore amplectendum arbitramur, & eos, qvi se ibidem Deo servituros devoverunt, etiam ex nostra benevolentia fovendos, & munificentia consolandos judicamus. Qvapropter paludem qvæ est juxta Wilsteram inter Sladen & Waleburgou, & alteram, qvæ est juxta Sturiam inter Lutesou, & Aldenou, à Comite Adolfo & omnibus Holsatis eidem Ecclesiæ collatas adprobamus, & in usus fratrum ejusdem prædicti Novi-monasterii cedendas in perpetuum auctoritate nostra decernimus. Et ut hæc collatio rata & inconvulsa omni ævo permaneat, chartam hanc conscribi, & sigilli nostri impressione signari fecimus, & nomina eorum qvi affuerunt assignari mandavimus, Testes & fautores & cooperatores hujus rei sunt Athelbero Hammaburgensis Archiepiscopus, Hartwicus Bremensis Ecclesiæ major præpositus, Vicelinus prædicti Novi-monasterii præpositus, Athelbertus Marchio, Comes Adolfus, Comes Heinricus de Bodwide, Comes Christianus de Aldenburg, cum aliis multis principibus, nobilibus & ministerialibus, è numero Holtsatorum hi sunt: Marcradus signifer provinciæ, cum filiis suis, Vergotus filius Dasonis de Ennigge cum fratribus suis, Wluardus de Renkigge, Wicbertus de Wekkigge, Imico cum filio suo Reimaro, & fratribus suis, Ethelerus de Vrige, Godescalcus de Geresthorp, Hasso filius Henrici advocati de Ottenebotle, Thiedbernus de Ho, Heinricus advocatus de Barmizstide, Marcradus de Busele, cum filius suis, Elvericus & Hiddo de Eidera, hi judices terræ, Otherus signifer Sturmariorum. Qvatuor etiam qvi denominati sunt Legati esse provinciæ, Marcradus de Stenvelde, Toto de Kerleggehuse, Rothmarus de Hanstide, Alvardus de Eiderstide, & reliqvi plures. Acta sunt hæc Heikenbutle, coram freqventia totius exercitus qvi nobiscum erat, qvando reversi sumus accepta victoria de hostibus regni Thiedmarskiensibus; qvi Rotholfum Marchionem, Principem & Comitem suum, jam pridem interfecerant, & confirmata est hæc collatio favore & acclamatione totius exercitus qvi ibidem in Castris erat aggregatus. Anno incarnati verbi M CXLIX. Indictione XII. Data Idibus Septembr.

XLVIII. *HARTVVICI ARCHIEPISCOPI DE Palude Sita infra Oldene & Berne & Horsebe.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii & Spiritus sancti. Ego Hartwicus Deo donante Bremensis seu Hammaburgensis Archiepiscopus, paludem qvandam partim præposito & fratribus majoris Ecclesiæ Bremensis, partim vero mihi ac ministerialibus admodum paucis pertinentem, duobus viris Johanni videlicet & Simoni vendendam & excolendam fratrum omnium atqve eorum, qvi participes erant, ministerialium deliberato assensu tradidi, & justitiam qvam affectabant, scilicet qvalem Hollandensis populus circa Stadium habere consuevit, concessi. Qvo vero termino eadem palus omni ex parte includatur, diligenti distinctione describi tam illis, qvam nobis necessarium duximus, ne vel illi plus suo juri qvam sit justum adjicere præsumant, vel de nobis, si forte qvod pactum est mutare vellemus, injuria sustineatur. Habet enim in plaga Orientali fluvium Hursebe dictum, in Occidentali alium Berna vocatum, in Septentrionali vero Aldena fluit, in Australi autem palus qvæ Hursibberemor nuncupatur, præmemoratam paludem claudit. Cæterum qvia ligna ad comburendum præposito à populo inibi manente & ad præposituram pertinente ex institutione pristina sunt administrata, & eadem propter agriculturam à colonis eradicanda, ex paternæ provisione benevolentiæ statuimus, qvatenus omnes eorundem novalium decimæ in usus partim præ- 181
positi, partim fratrum, sicut in privilegio inde conscripto continetur, ex nostra largitione perpetuo possidenda transeant, & defectum lignorum per utilitatem sui fructuose suppleant. De decima vero frugum hoc ex gratia concedimus, ut undecimum acervum, qvem Hollandenses lingua sua Vimmen vocant, persolvant. De animalibus autem, veluti polledris denarium, de vitulis obulum, de reliqvis qvoqve justam decimationem administrent, & qvolibet anno denarios singulos pro singulis mansis reddant. Placita qvoqve tribus anni vicibus celebrent, & qvi incusati in his non satisfecerint, ad alia

post-

postmodum vocati sua lege respondeant. Districtum autem Joanni emptori, qvem supra recitavi jure beneficiali concessi, ea videlicet ratione, ut suo eodem jure liceat relinqvere successori. Ut autem rei hujus dispositio omni ævo stabilis & inconvulsa permaneat, præsentem chartam conscribi, & sigilli nostri impressione signari, & testium nomina annotari jussimus. Hujus igitur rei testes sunt: Præpositus Liudfridus, præpositus Erpo, Bonifacius præpositus. Canonici: Godescalcus, Thedtwardus, Liutwardus, Elvericus, Rederus, Othalricus, Albero, Thetmarus, Ercambertus, Sibertus, Eilhardus. Nobiles: Albertus Marchio, Bernardus, Adolfus, Hermannus, Hodo, Thidericus, Hogerus. Ministeriales, Liuderus advocatus, Albero, Christianus, Fridericus, Sibertus, Gerungus, Udo, Dudo, Willo, Hadebertus, Arnoldus. Acta sunt hæc anno Incarnationis Domini MCXLIX. Anno qvoqve Regis Chunradi IX. Anno vero ejusdem venerabilis Archiepiscopi I. Actum Bremæ.


XLIX. *FRIDERICI IMP. CONFIRMATIO Privilegiorum Bremensi sive Hamburgensi Ecclesiæ concessorum.*

Maderus ad Adam. Brem. p. 231

IN Dei nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente Clementia, Romanorum Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicientes æqvali, meritum sors credimus dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem Majestatem nostram pertinere totius Imperii curas, præcipueqve omnium Sanctarum Dei Ecclesiarum commoda considerare, & omnia eis adversantia sub omni festinantia abolere, ne vel gravi incommoditate vilescant, vel qvalibet nacta occasione à pristino cultu & religione recedant, qvatenus dum hoc pro amore, pariterqve timore Dei fideliter peragimus, illorum qvi bona sua pio affectu Deo contulerunt, meritis & gloria communicemus. Noverint igitur omnium Christi Imperiiqve nostri fidelium tam præsens ætas, qvam successura posteritas, qvaliter dilectus noster Hartwicus Hammaburgensis Archiepiscopus obtulit Majestati nostræ privilegium Divi & Augustissimi Imper. Hludovici, primi fundatoris & constructoris Hammaburgensis Ecclesiæ, supplicans nobis, ut bona, possessiones, jura, immunitates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Imperator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore, prædictæ Ecclesiæ confirmaremus. Nos itaqve pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes, & divinæ dexteræ opus per manum Christi sui completum debita affectione cordis amplectentes, qvidqvid in Hammaburgensi Ecclesiæ statuit, statuimus, qvod donavit donamus, & nostra Imperiali auctoritate confirmamus. In memoriam revocantes, omnibus tam futuræ, qvam præsentis vitæ fidelibus, qvo cella Rodenach vocata, à sanctissimo Imperatore Carolo Magno prænominatæ Ecclesiæ sit donata, & cella Turholt in comitatu Flandriæ sita, donatione Hludovici Imperatoris ad perennem Hammaburgensis Ecclesiæ jurisdictionem debeat pertinere. Recolimus qvoqve rem magna veneratione dignissimam, qvod in eodem loco trans Albiam
182 Hammaburch nuncupato, idem gloriosissimus Imperator Hludewicus proprii vigoris Archiepiscopalem, & super omnes Ecclesias Danorum, Sveonum, Norwegiorum, Farriæ, Gronlandonum, Hallingolandonum, Islandonum, Scredevindonum & omnium Septentrionalium partium metropolitanam sedem constituit, & in futurum omnibus casibus sæpedictæ Ecclesiæ obviare posset, ne qvisqvam Episcoporum aliqvam sibi trans Albiam vel alicubi in prædicta parochia vindicare debeat potestatem, certo limite eam circumscripsit. Terminos itaqve qvos Imperator Hludovicus posuit, & eos qvos Otto Imperator postmodum ex consilio Principum præfatæ Ecclesiæ designavit, juxta temporum æqvam considerationem immutatos conservamus, & nostra Imperiali auctoritate confirmamus; qvod sint videlicet termini ejusdem Ecclesiæ ab Albia flumine deorsum usqve ad mare Oceanum, & sursum per Slavorum provinciam usqve ad fluvium Pene, & per ejus decursum usqve ad mare Orientale, & per omnes prædictas Septentrionis nationes. Omnes qvoqve paludes infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ sicut ab Imperatore Hludovico positæ sunt, & nos ponimus, ut trans Albiam se & sua ab incursu paganorum securius in his locis occultari qveant. Et ut hæc confirmationis auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsen-

præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, qvorum hæc sunt nomina. Arnoldus Maguntinensis Archiepiscopus, Everhardus Bambergensis Episcopus, Geberhardus Wirzebergensis Episcopus, Albertus Aqvensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis Præpositus, Fridericus Dux Sveonum, Chonradus Palatinus Comes de Rheno. Hludovicus Provincialis Comes Thuringiæ, Marqvardus de Gumbach.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.



Ego Reinaldus Cancellarius vice Maguntinensis Archiepiscopi & Archicancellari recognovi.

Data Franckenwort XVII. Kalend. Aprilis. Indictione VI. Anno ab subcarnatione Domini Millesimo Centesimo Qvinqvagesimo octavo, Regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore Augusto, Anno Regni ejus VI. Imperii vero III.

L. *FRIDERICUS IMP. HARTVVICO PRIMO, de Lismonia & Paludibus juxta Bremis.*

IN nomine sanctæ individuæ Trinitatis Fridericus favente Clementia divina Romanorum Imp. Aug. Imperialem celsitudinem decet prædecessorum suorum pia facta non solum inviolabiliter conservare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter confirmare. Noverit igitur omnium Christi imperiiqve nostri fidelium tam præsens ætas, qvam successura posteritas, qvaliter nos antecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, & pietatem intimæ caritatis brachiis amplectentes, privilegium perdilectissimi proavi nostri Heinrici IV. Imperatoris nostræ majestati oblatum debita cum reverentia suscepimus, & qvasi divinæ auctoritatis oraculum confirmare dignum duximus. Ejus itaqve gloriosissima facta proseqventes, & honestæ petitioni dilectissimi nostri Hartwici, venerabilis Hammaburgensis sive Bremensis Archiepiscopi vota admittentes, eandem Ecclesiam in nostram imprialem tuitionem suscepimus, & omnia qvæ Carolus & Hlude- 183
wicus sive Ottones, nec non divus proavus noster Heinricus IV. cuncti præcessores nostri retro Principes præfatæ Ecclesiæ contulerunt, nos qvoqve gratuita pietate damus & confirmamus. Specialiter autem & nominatim curtem qvæ vocatur Liestimunde, in Comitatu qvondam Marchionis Udonis, & in pago Wimodi, cum omnibus pertinentiis suis, hoc est utriusqve sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aqvis, aqvarum decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reditibus, qvæsitis & inqvirendis, monetis, theloneis, nostriqve banni districtum, super omnes ipsam terram inhabitantes. Contradimus qvoqve & confirmamas jam dictæ Hammaburgensis sive Bremensi Ecclesiæ forestum cum banno regali per totum pagum Wimodi, cum insulis Breme scilicet & Lechter: nec non paludes Linebruch, Aspruch Aldenbruch, Huchtingebruch, Bruscinubruch, Wigeribruch, limite discurrente usqve ad Ettirna fluvium. Confirmamus etiam munificentia regia eidem Ecclesiæ libertatem, parochias scilicet, decimas, terras cultas & incultas, Comitatus, mercatus, monetas, thelonea, cum omni utilitate qvæ describi, vel qvoqvo modo inde provenire poterit; bona siqvidem omnia qvæ à Carolo Magno prædecessores nostri Romanorum Imperatores, vel Francorum Reges usqve ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, nos habendum omni tempore atqve jure perpetuo possidendum per nostri præcepti paginam ei concedimus, omni nostra & successorum nostrorum cunctorumqve

morta-

mortalium inqvietatione remota. Et ut hæc nostra Imperialis traditio stabilis & inconvulsa permaneat, præsentem inde paginam conscribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis testibus, qvorum nomina hæc sunt. Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus, Everhardus Bambergensis Episcopus, Gebehardus Werzeburgensis Episcopus Albertus Aqvensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus. Fridericus Dux Svevorum, Conradus Palatinus Comes de Reno. Hludewicus provincialis Comes. Ego Reinoldus Cancellarius vice Arnoldi Mogont. Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Data Franckenvort XVII. Kalend. April. Indictione IV. Anno Dominicæ incarnationis MCLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto. Anno regni ejus VI. Imperii vero III.

LI. *FRIDERICI IMP. HARTVVICO ARCHI-Episcopi de paludibus juxta Wiseram.*

IN nominæ sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Aug. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis qviddam conferimus beneficii, & necessitates Ecclesiasticas nostro relevamus juvamine, id nobis & ad temporalem vitam transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam, profuturum liqvido credimus. Omnium igitur Christi imperiiqve nostri fidelium noverit industria, tam præsentium qvam futurorum, qvaliter nos utilitati Hammenburgensis sive Bremensis Ecclesiæ omni diligentia providere cupientes, paludes juxta Bremam sitas, videlicet Wegerebroch, Brinkerebroch, Huchtingerbroch, qvæ prius absqve cultura erant, inhabitari & coli concessimus, infra hos terminos, à Wexe videlicet & Drexe inter Ochmundam & Wiseram, usqve ad locum ubi confluunt, & trans Ochmundam inter Brinken & Hasberge. Omnes itaqve qvi has paludes ex commissione dilectissimi nostri Hartwici Hammenburgensis sive Bremensis Archiepiscopi inhabitaverunt, in tuitionem nostram imperialem suscipimus, & omnia jura, qvæ idem Archiepiscopus eis constituerit, rata habebimus, & omni tempore illis decernimus conservanda. Qvia vero idem Archiepiscopus bovone venditorem ejusdem paludis, & habitatorum ipsius judicem,
184 nostro & cognati nostri Heinrici Ducis consensu constituit, volumus & imperiali edicto jubemus, ut qvicunqve, à bovone sive à vicario ejus possessionem in prædicta palude mercatus fuerit, nemo mortalium ipsum aut hæredes ipsius unqvam injuriari præsumat. Ut autem designatæ paludis habitatoribus omnia jura sua illibata permaneant, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis testibus, qvorum nomina hæc sunt. Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus, Everhardus Bambergensis Episcopus, Gevehardus Werzeburgensis Episcopus, Albertus Aqvensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus, Fridericus Dux Svevorum, Chunradus Palatinus Comes de Rheno, Hludewicus provincialis Comes, Marqvardus de Grumbach, Ego Reynaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Data Franckenevort. XVII. Kalend. April. Indictione VI. Anno Dominicæ incarnationis MCLVIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Aug. Anno regni ejus VI. imperii vero III.

LII. *FRIDERICUS IMP. HARTVVICO ARchiepiscopo, de libertate Episcopi.*

IN nominæ sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicientis, æqvale meritum fore credimus, dantis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem majestatem nostram pertinere totius imperii curas, præcipue omnium sanctorum Dei Ecclesiarum commoda considerare; & omnia eis adversantia sub omni festinantia abolere, ne vel gravi incommoditate vilescant, vel qvalibet nacta occasione à pristino cultu & religione recedant, qvatenus dum hoc pro amore pariterqve timore Dei fideliter peragimus, illorum qvi bona sua pio affectu Deo contulerunt, meritis & gloria communicemus. Noverit igitur omnis Christi imperiiqve nostri fidelium, tam præsens ætas, qvam successura

futura posteritas, qvaliter dilectus noster Hartwicus Hammenburgensis Archiepiscopus obtulit majestati nostræ privilegium divi Augustissimi Imperatoris Hludowici primi fundatoris, & constructoris Hammaburgensis Ecclesiæ, supplicans nobis, ut bona, possessiones, jura, immunitates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Imperator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore prædictæ Ecclesiæ confirmaremus. Nos itaqve pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes, & divinæ dexteræ opus per manum Christi sui completum, debita affectione cordis amplectentes, qvidqvid in Hammaburgensi Ecclesia statuit, statuimus, qvod donavit donamus, & nostra imperiali auctoritate confirmamus, in memoriam revocantes omnibus tam futuræ, qvam præsentis vitæ fidelibus, qvod cella Rodenach vocata à sanctissimo Imperatore Karolo Magno prænominatæ Ecclesiæ sit donata, & cella Turholt in comitatu Flandriæ sita, donatione Hludewici Imper. ad perennem Hammaburgensis Ecclesiæ jurisdictionem debeat pertinere. Recolimus qvoqve rem magna veneratione dignissimam, qvod in eodem loco trans Albiam Hammaburch nuncupato, idem gloriosissimus Imperator Hludewicus proprii vigoris Archiepiscopalem, & super omnes Ecclesias Danorum, Sveonum, Nvrweiorum, Farriæ, Grunlandonum, Haslingolandonum, Islandonum, Scredevindonum, & omnium septentrionalium partium metropolitanam sedem constituit, & ut in futurum omnibus casibus sæpedictæ Ecclesiæ obviare posset, ne qvisqvam Episcoporum aliqvam sibi trans Albiam, vel alicubi in prædicta parochia vindicare debeat potestatem, certo limite eam circumscripsit. Terminos itaqve qvos Imperator Hludovicus posuit, & eos qvos Otto Imp. postmodum ex consilio Principum præfatæ Ecclesiæ designavit, juxta temporum æqvam considerationem immutatos conservamus, & nostra imperiali auctoritate confirmamus; qvod sint videlicet termini ejusdem Ecclesiæ ab Albia flumine deorsum, usqve ad mare Oceanum, & sursum per Slavorum provinciam, usqve ad fluvium Pene, & per ejus decursum usqve ad mare Orientale, & per omnes prædictas Septentrionis nationes, o- 185
mnes qvoqve paludes infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ, sicut ab Imperatore Hludewico positæ sunt, & nos ponimus, ut trans Albiam se & sua ab incursu paganorum securius in hiis locis occultare qveant. Et ut hæc nostræ confirmationis auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, qvorum hæc sunt nomina. Arnoldus Moguntinensis Archiepiscopus, Everhardus Bambergensis Episcopus, Gebehardus Werceburgensis Episcopus, Albertus Aqvensis præpositus, Gerhardus Magdeburgensis præpositus, Fridericus Dux Svevorum, Conr. Palatinus Comes de Rheno, Hludewicus provincialis Comes Turingiæ; Marqvardus de Grumbach. Ego Reynaldus vice Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Data Franckenvort XVII. Kalend. April. Indictione VI. Anno ab incarnatione Domini MCLVIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto Anno regni ejus VI. imperii vero III.

LIII. *FRIDERICUS IMP. DE LIBERTATE omnium Ecclesiarum.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Friedericus divida favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus. Qvi mundiali potestate præditi, qvibuscunqve necessariis regentium suffragari festinant, divinam sibi nihil refragari clementiam certissime sciant. Ideoqve non dedignamur affectum ad nos confugientium producere ad effectum clementer; qvia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus & amplificationem æternalisqve proventuram perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, tam præsentium qvam futurorum sagacitas, qvod Adaldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus adiit excellentiam serenitatis Imperatoris Ottonis semper Augusti, ab ejus pietate expetivit talem libertatem & tuitionem monasteriis ejus Episcopio consistentibus, qvalem cætera Archiepiscoporum per nostrum regnum monasteria noscuntur habere. Qvia vero justa & rationabilis ejus petitio videbatur, ob remedium & memoriam animæ piissimi genitoris sui Ottonis Imperatoris Augusti, eidem Ecclesiæ supradictæ concessit concessiones, qvas concesserant anteriores Francorum Reges & Imperatores, cæteris monasteriis ad hanc dioe-

diœcesin pertinentibus, id est, Ramesla, Brema, Byrsen, Buckin, & aliis. Cyvena, Rarstarch, Ripesholt, Wippendorph, ita scilicet, ut semper sub Imperiali tuitione sint, & qvidqvid modo habent, vel in futurum acqvirere debent, & eis eorumqve Episcopo libere serviat, omni judiciaria potestate remota. Constat etiam eundem venerabilem Archiepiscopum Adaldagum, flagitatibus suis obtinuisse à Rege Ottone licentiam construendi mercatum in loco Bremum nuncupato, bannum qvoqve & theloneum, monetam, totumqve qvod inde regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit Ecclesiæ suæ Rege donante contulit & retinuit. Qvinetiam negotiatores ejusdem incolas loci, Regiæ tuitionis patrocinio ita condonavit & commendavit, ut ex Regiæ auctoritatis edicto in omnibus tali patrocinentur tutela, & potiantur jure qvali cæterarum regalium institores urbium; nemoqve inibi aliqvam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & qvem ipse ad hoc delegaverit, non Dux, non Marchio, non Comes, nulla secularis potestas, in supradictorum hominibus monasteriorum, cujuscunqve conditionis vel officii sint, aliqvem legem vel bannum, vel justitiam exerceat, nisi advocati ipsius Archiepiscopi, qvos ipse velit & constituat. Data est qvoqve clericis ejusdem Ecclesiæ libera potestas inter se sive aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Qvæcunqve igitur in præsenti chirographo seu à Rege Ottone, seu ab Imperatore Augusto
186 concessa sunt & confirmata, & nos imperiali auctoritate nostra eidem Ecclesiæ eadem concedimus & confirmamus, ut rata permaneant, & sub nostri sigilli impressione semper inconcussa consistant. Ut etiam his omnibus in posterum major fides adhibeatur, personas ad testificandum idoneas subscribi jussimus; qvarum nomina hæc sunt. Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, Gotfridus Trajectensis Episcopus, F. Monasteriensis Episcopus, Philippus Merburgensis Episcopus: Albertus Aqvensis præpositus, Gerhardus Mageburgensis præpositus, Thibaldus Sanctensis præpositus, Arnoldus præpositus de Colonia apud Sanctum Andræam. Bruno præsitus in Colonia apud S. Georgium. Otto Bremensis summus præpositus, Hartwigus Hammaburgensis præpositus, Udo Ramaslensis præpositus. H. notarius, H. Dux Saxoniæ, Chonradus Comes Palatinus de Rheno, Hludovicus Comes de Cleve; H. Comes de Cucke, Adolfus Comes de Monte, Symon Comes de Teckeneborch, Otto Comes de Ravensberge & frater ejus H: Marqvardus de Crombach. Ego Reynoldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Data in Verda Sancti Swiberti x. Kalend. Maji, Indictione VI. Anno Dominicæ incarnationis MCLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto. Anno regni ejus VI. Imperii vero III.

LIV. *FRIDERICI IMP. HARTVVICO Archiepiscopo Primo.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Cum Regiæ dignitatis sit, jus cuilibet servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur; qvia si peccandum, tolerabilius in hominem, qvam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo, qvam hominibus obseqvendum. Nos qvidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, aŭgere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possimus patrocinio tueri debemus. Universis igitur Christi nostriqve fidelibus, tam futuris qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter venerabilis Adalbertus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus serenitatem clementiæ Heinrici IV. Regis adiit supplicando, qvatenus forestum in Ertnebroch, atqve in cæteris circumiacentibus sylvis, qvod divæ memoriæ avus ejus Chunradus, Romanorum Imperator Augustus, prædictæ sanctæ Hammaburgensi Ecclesiæ perpetuo proprietatis jure possidendum contulerat, idipsum amplificando confirmaret. Qvi precibus ejus inclinatus prædicto foresto adjunxit, qvidqvid inter Warmenow, Wiseram, Aldenam, & Huntam fluvios venationis fieri potest & præfatæ Ecclesiæ sub regiæ tuitionis banno in proprium condonans tradidit atqve confirmavit, præsentium cunctorum vel succedentium contradictione memota. Addidit etiam eidem Ecclesiæ suæ proprietatis forestum in pago Ameri situm, in Comitatu Udonis perpetuæ possessionis jure retinendum. Insuper etiam omnibus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ servis & ancillis, ipso Archiepiscopo supplicante concessit, ut

extra

extra possessionem Ecclesiasticam, qvidqvid terrarum vel mancipiorum acqvisierint, liberam habeant potestatem, infra ipsius Ecclesiæ familiam hæreditandi, commutandi, possidendi, vendendi, tradendi, vel qvidqvid eis infra Ecclesiasticam possessionem placuerit inde faciendi. Confirmamus & nos munificentia imperiali eidem Ecclesiæ libertatem, & bona omnia qvæ à Karolo Magno prædecessores nostri Romanorum Imperatores, vel Francorum Reges usqve ad tempora nostra prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, & nos ei habenda omni tempore atqve perpetuo jure possidenda, per nostri præcepti paginam concedimus, omni nostra nostrorumqve successorum cunctorumqve mortalium, majorum & minorum inqvietatione remota: Parochias scilicet, decimas, terras cultas & incultas, aqvas & aqvarum decursus, comitatus, mercatus, monetas, thelonea, foresta, cum omni utilitate qvæ describi, aut ullo modo inde poterit provenire. Et ut hæc 187
imperialis nostræ concessionis ac confirmationis auctoritas stabilis & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc chartam inde conscribi corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri addita subscriptione testium Principum, tam clericorum, qvam laicorum, qvorum nomina hæc sunt:

F. Coloniensis Archiepiscopus, Got. Trajectensis Episcopus, F. Monasteriensis Episcopus, Philippus Mersburgensis Episcopus, Alb. Aqvensis præpositus, Thibaldus Sanctensis præpositus, Arnoldus præpositus in Colonia apud S. Andræam, Bruno præpositus in Colonia, apud S. Georgium, Otto Bremensis Ecclesiæ summus præpositus, Hartwicus Hammaburgensis præpositus, Udo præpositus Rameslensis, H notarius, H. Dux Saxoniæ, Chunr. Comes Palatinus de Rheno, Hludowicus Comes de Are, Th. Comes de Cleve, Herm. Comes de Cuke, Adolfus Comes de Monte, Symon Comes de Thekeneborch, Otto Comes de Ravensberch & frater ejus H. Marqvardus de Grombach. Ego Reynaldus Cancellarius vice Arnoldi Moguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Data in Verda Sancti Swiberti x. Kal. Maji. Indictione vi. Anno Dominicæ incarnationis MCLVIII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Augusto, Anno regni ejus vi. Imperii vero III.

LV. *CONCESSUM HARTVVICO Archiepiscopo.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Qvoniam divina clementia Romani titulo Imperii & corona sublimare nos & insignire dignata est, ideo studiosius honori & promotioni Ecclesiarum Dei invigilare debemus, & efficacius insistere. Inde est qvod venerabilem Harwigum nobis per omnia dilectissimum sanctæqve Hammenburgensis Ecclesiæ pastorem & Archiepiscopum inter speciales nostros præ cæteris principibus familiarius colligentes, ad personæ ipsius promotionem, honorem & omnimodam gloriam studium adhibebimus, sanctamqve Hammaburgensem Ecclesiam ipsius providentiæ commissam, fovere, manutenere, omnibus modis exaltare operam dabimus. Primum igitur dilectos nostros Dominum Bremensem & Bajoariæ ac Saxoniæ Ducem, tantæ dilectionis vinculo unire dignum censemus; ut si alteruter in alterum excesserit, per se ulcisci non præsumat, sed dictante sententia ad examen nostræ justitiæ, prout decet, recurrere festinet. Aliam qvoqve causam qvæ inter dilectum nostrum Bremensem & Verdensem, honorabiles personas agitatur, juxta tenorem privilegiorum utriusqve adhibito Principum & aliorum sapientum consilio componere satagemus. In hac qvoqve parte fidelissimo nostro Bremensi non possumus deesse, nec volumus; qvia pro recuperanda ipsius hæreditate, qvam Magdeburgensis suæ potestati ascribit, prout melius & honestius poterimus, laborare curabimus. Præterea ut præfatus Bremensis, nostræ erga eum dilectionis emolumentum experiatur, ab expeditionibus & à debitis servitiis, & à cæteris laboribus eum juxta velle suum supportabimus. Cum etiam universalem Ecclesiam Romanam visitare poterimus, debitum honorem Hammaburgensi Ecclesiæ, pro jure nostro, per omnia reqviremus. Adiicimus insuper qvod Waltero de Arnestede omnia cum benevolentia dimittemus, qvæ ab eodem Archiepiscopo eum habuisse in beneficio cognoscimus. Dabimus qvoqve dilecto nostro Bremensi Archiepiscopo vini carratas xx. qvolibet anno, de Bobarden x. & de Maguntino x. Pro ejus etiam dilectione Bovonem in gratia Ducis

Ducis pleniter restituemus, & qvamdiu vivet ipsum ad omnia sibi pertinentia sub nostra imperiali tutela conservabimus. Ego Reynoldus cancellarius, vice Domini Arnol-
188 di Moguntini Archiepiscopi & Archicancellari recognovi. Datum Augustæ anno Dominicæ incarnationis M CLIX. Indictione VI. regnante Domino Friderico Romanorum Imp. Aug. Anno regni ejus VII. Imperii vero IV. Amen.

LVI. *VICTOR PP. DE ABBATIIS ROSEveldensi & Ratestadensi.*

VICTOR Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Hartwico Bremensi Archiepiscopo ejusdem succesforibus Canonice substituendis in perpetuum. Qvotiens illud à nobis petitur, qvod religioni & justitiæ convenire monstratur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis celerem præbere consensum. Ea propter charissime in Christo frater, tuis rationibus diligenter auditis & Ecclesiæ tuæ privilegiis solerter inspectis, honorem seu dignitatem, qvam tui prædecessores super tribus Episcopatibus Sclavorum videlicet Altenburc, Michelenburc, Racesburc, habuisse noscuntur, personæ & Ecclesiæ tuæ duximus confirmanda. Igitur secundum formam privilegiorum beatorum patrum & antecessorum nostrorum Gregorii, Sergii, Nicolai, Benedicti, Adriani, Victoris, Stephani, & Innocentii, tibi tuisqve successoribus canonice intrantibus, & sanctæ Hammaburgensi seu Bremensi Ecclesiæ prædictos patribus per memorata privilegia concessa sunt, præsenti pagina confirmamus. Abbatiam qvoqve de Herseveldetibi tuisqve successoribus concedimus & donamus, censu pro eadem Ecclesia IV. Byzantiis sedi Apostolicæ, per te & per tuos successores, per annos singulos persolvendis. Præterea Abbatiam de Radestat, qvam Ecclesiæ tuæ tempore, felicis memoriæ Adriani prædecessoris nostri - - - - novimus esse subtractam, tibi & Ecclesiæ tuæ restituimus, & præsenti privilegio confirmamus. Satuentes ut nulla Ecclesiastica secularisqve persona hoc nostrum privilegium infringere vel violare præsumat. Sed hæc & omnia qvæcunqve largitione Regum, concessione Pontificum seu aliis justis modis Bremensis Ecclesia consecuta est, & qvæ in posterum, favente Domino, poterit adipisci, habeat, teneat, & possideat, perpetuo profutura. Si qvis autem huic nostræ institutioni temere contraire tentaverit, nisi præsumptionem suam secundo tertiove commonitus, congrua satisfactione correxerit, reum se existere divino judicio de perpetrata iniqvitate cognoscat, & a sacratissimo sanguine & corpore Domini nostri Jesu Christi alienus fiat, atqve in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem Bremensis Ecclesiæ jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, qvatenus & hic fructum bonæ actionis recipiant, & in futurum æternæ pacis præmia sortiantur, Amen. Datum Papiæ, per manum Gothefridi Sanctæ Romæ Ecclesiæ notarii. Anno Dominicæ incarnationis M CLX. Indictione VII.

LVII. *CLEMENS PP. DE IV. EPIscopatibus.*

CLEMENS Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Hartwico Bremensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio, fratres & Episcopos nostros, tam vicinos, qvam longe positos sinceræ charitatis affectu debemus diligere; & Ecclesiis in qvibus auctore Domino militare noscuntur, suam dignitatem & justitiam integram conservare. Eapropter venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, Ecclesiam ipsam, cui auctore Domino præsides, cum omnibus pertinentiis suis, Lubecensem qvoqve Zwerinensem, Racesburgensem & Ixscolanensem Episcopatus, cum universis bonis, tam spiritualibus, qvam temporalibus, sicut juste & sine controversia possides, tibi & Ecclesiæ tuæ auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio commu-
189 nimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc nostræ paginam confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus

ejus se noverit in cursurum. Data Romæ apud Sanctam Mariam VII. Kalend. Octobr. Pontificatus nostri anno primo.

LVIII. *HARTVVICI ARCHIEPISCOPI DE confirmatione omnium quæ collata sunt Ecclesiæ.*

HARTWICUS Dei gratia Hammaburgensis Archiepiscopus universis sanctæ matris Ecclesiis filiis natis & nascituris in Domino S. Ordo rationis & Ecclesiasticæ prælaturæ deposcit officium, ut sicut mala qvæ videmus in subditis indicare debemus & auferre de medio, sic bene ordinata benigne respicere, gratanter adprobare curamus, & omni promovere studio. Siqvidem occasione novæ basilicæ consecrandæ pervenimus ad claustrum in diœcesi nostra in Holsatia, qvod Novum-monasterium appellatum est, ubi sanctæ conversationis hominibus inventis, tanto majus accessit nobis gaudium, qvanto propensius de salute fratrum constat esse gaudendum. Inde est qvod ipsum locum & inhabitantes plena charitate duximus amplectendos, possessa confirmare, possidenda tribuere, & qvidqvid ad salutem & commodum operari videtur, exhibere parati. Ad formam itaqve privilegii Domini & antecessoris nostri beatæ memoriæ Adelberonis Archiepiscopi qvæcunqve bona vel ipsius accessione vel ex propriis eorum laboribus, & aliorum fidelium collatione, in possessione prædictæ congregationis invenimus auctoritate Dei & B. Petri, & Romanæ sedis, & nostra confirmamus, statuentes ut ad nullum nisi ad Hammaburgensem Archiepiscopum præsignati claustri præpositus & fratres respectum habeant, ut & aliqvid à nobis consolationis acciperent, & nostri memoriam in suis habeant orationibus, qvædam qvæ subscripta sunt, de nostra benevolentia præbendis eorum adiicimus, tam ipsis, qvam successoribus eorum usu perpetuo retinenda: scilicet Ecclesiam Bishorst cum prædiis adtinentibus & banno suo, & filiis Volcmari. Item paludem Wicflete cum decima & banno. Item duos mansos Eimeshorne. Item Ecclesiam Ichhorst cum decima & banno. Et decimam tum villarum Botele, Racolingge Harge. Item, decimam in australi parte Wilstere, Imnesse, item Stocflete & Dammeflete, è regione Ecclesiæ, & in agrum adjacentem duodecim jugera continentem, & decimam ejusdem agri, qvam præfatam decimam & agrum præfatus Hartwicus nobis resignavit, & nos ea præfatis fatribus contulimus. Qvæcunqve etiam novalia à tempore hujus actionis in parochia prædicta Novi-monasterii culta fuerint, ex nostra charitate concessimus iisdem fratribus & successoribus eorum, hæc & alia qvæ præscripta sunt, jure perpetuo retinenda. Qvæcunqve ergo Ecclesiastica vel secularis persona huic nostræ rationabili constitutioni contraire præsumens, aliqva in parte immutare tentaverit, anathema sit. Testes aderant Præpositus Hammenburgensis Hartwicus, Præpositus Bremensis Otto. Odbertus Decanus, Donatus, Abbas de Rathe. Adalwardus Abbas de Stadeo, Liudmundus præpositus Kevena. Liudolfus præpositus de Sigeberge. Ministeriales, Marcwardus, Gero, Sigero, Otherricus, aliiqve qvam plures. Anno incarnationis Domini MCLXIV. Actum Bremæ feliciter.

LIX. *FUNDATIO EPISCOPIÆ Zverinensis.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Henricus Dei gratia Bajoariæ atqve Saxoniæ Dux. Summa æterna providentia, potestatem & administrationem in temporalibus idcirco nobis contulit, ut bonum operemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. 190 Si itaqve in promovendis vel ordinandis rebus Ecclesiæ vel Ecclesiasticarum personarum commoditatibus devoti & studiosi æmulatores fuerimus, emolumentum laboris nostri ab eo expectamus, qvi dat mercedem bonam sustinentibus se. Qvapropter notum facimus universis tam præsentibus qvam futuri temporis Christi fidelibus, qvomodo nos pro remedio animæ nostræ, & parentum nostrorum ad propagandam Christianam religionem in terra Slavorum trans-albina, in loco horroris & vastæ solitudinis, tres Episcopatus construximus, allodiis, reditibus mensæ nostræ dotavimus, insuper ea, qvam gladio & arcu nostro qvæsivimus, hæreditate ampliavimus. Prærogativam qvoqve totius Ecclesiasticæ libertatis, juxta formam sanctorum canonum, & leges

Imperatorum, tam Ecclesiis qvam Ecclesiasticis personis, Deo ibidem servientibus nostræ auctoritatis edicto firmavimus, & banno Apostolorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, corroborari fecimus.

Ex qvibus Episcopatum Sverinensem, qvem postremò omnium consecrari & dedicari in honorem Domini nostri Jesu Christi & sanctæ Dei genetricis Mariæ, & sancti Joannis Evangelistæ fecimus, trecentis mansis, & duabus villis, ac duabus curiis allodii nostri dotavimus. Villa scilicet Borist in Sadelbant, villa Virkin, Chotendorp, cum duabus curiis, hujus in eadem dote adjunximus terram qvæ vocatur Butsuve, & castrum Werle dictum, cum terra attinenti etiam Warle dicta, ex utraqve parte aqvæ Warnowe, & castrum Barth cum terra attinenti, videlicet Tribedne vocata, & terram Pithne vocatam, & duas terras prope Demmin, videlicet Westrose & Losis dictas, & decem villas Ilouve, Moysle, Darsis, Gugolousci, Pastrowe, Notzta, Pamii, Montino, Qvatzutin, Losoou, Gnesdig, & villam sancti Godehardi, qvæ prius Godrach dicebatur, cum omni utilitate, & attinentiis suis, & molendinum ex australi parte ejusdem villæ; Duas villas in Barda, villam Meiritz, & aliam in Warnow. Item prope Zverin duas villas Rampe & Liscowe, qvæ mutato nomine Altavilla vocatur, & insulam Sverin adjacentem, & aliam insulam prope Dobin, qvæ Liphe dicitur. Ipsam civitatem Sverin à domo piscatoris Suek, super australe stagnum positam, usqve ad antiqvum cæmiterium, & inde protendit in directum usqve ad minorem scalam, cujus medietatem ad areas fratrum deputamus. Majorem vero scalam usqve ad prædictam insulam & molendinum in Aqvilonari parte civitatis situm. Hæc itaqve omnia auctoritatis nostræ munificentia sæpe dictæ Ecclesiæ in usus Episcopi libera donatione, cum omni jure & utilitate donavimus, interposita nimirum astipulatione eorum, qvorum beneficia ante fuerint, & bannum Episcoporum qvi aderant, roborari fecimus. Hæc autem ad usum canonicorum cedant. Duæ prædictæ villæ prope Sverin, Rampe & Alta-villa, in Brezin triginta mansi, in Ylova qvatuor villæ. De decem supradictis cum omni utilitate & attinentiis suis, navale thelonium in Sverin, ubi tamen excipiuntur homines Episcopi. Parochiam in Sverin cum omni jure, medietatem decimæ in Slatzne, tertiam partem decimæ in Muchelberg & in Ylowe. In Warnow & in Muritz tertiam partem decimæ. Qvæ vero decimæ Slavorum tenues sunt, de tot provinciis canonicis ad stipendia sua deputatæ sint. Nam cum Deo donante decimæ postmodum more Christianorum convaluerint, in Episcopi dispositione tunc præsidentis sit, ut Canonicorum numero, qvi tunc erit, stipendia sufficiant, & de reliqvo aliæ congregationes substituantur. De duabus vero villis, & duabus curiis supra nominatis, qvas Dominus Dux de allodio hæreditatis suæ dotavit, reditus in tres partes dividantur, ita qvod in anniversario Ducis una pars redituum Canonicis, altera pars pauperibus ad servitium conferatur, tertia vero in dedicationem Ecclesiæ, ad servitium tribuatur. Hæc siqvidem omnia cum omni integritate & utilitate nunc & postmodum profutura sine aliqvà exceptione, Ecclesiæ contulimus. Ne ergo
191 in posterum deleantur miserationes, qvas fecimus in domo Dei, sed in perpetuum valeant, chartam hanc conscribi & sigilli nostri impressione signari jussimus. Testes autem hi aderant. Evermodus Episcopus Ratzeburgensis, Berno Episcopus Sverinensis, Ancellinus Præpositus, Godefridus Capellanus, David, Baldewinus, Chonradus, Reinoldus, Magister Bartholdus, Helmwicus, Hartwicus, Liborius Comes, Heinricus de Ravensberge, Otto Comes de Benthem, Calemarus de Demmin, Pribitzlaus de Kitzin, Guncelinus Comes de Swerin, Bernhardus Comes de Retzeburg, Conradus Comes de Regenstein, Hermannus Comes de Luchowe, Conradus Comes de Rhodin, Reinbertus de Richlinge, Meinricus de Molburch. Ministeriales, Henricus Burggravius de Hetsane, Jordanus dapifer Otto de Erthineborch, & alii qvam plures. Acta sunt hæc VIII. Idus Septembr. in dedicatione ejusdem Ecclesiæ. Anno Dominicæ incarnationis MCLXX. Indictione IV. Data per manus Heinrici præpositi Bremensis Ecclesiæ sancti Stephani.

LX. *BALDUINI ARCHIEPISCOPI COLLAtio decimarum juxta Dammeflete.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Baldewinus gratia Dei Bremensis Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus perpetuam Salutem. Qvoniam tempora præ-

prætereunt more fluentis aqvæ, & per temporum successionem receditur in rerum seu actionum oblivionem, provida discussione statutum est, ut in omnibus honestarum dispositionum contractibus, qvi posterorum deservire habent utilitatibus; tam viva qvam scripta testimoniorum adhibeantur munimenta. Nos igitur ex officio regiminis divinitus nobis collati Ecclesiarum nostrarum utilitatibus intendentes, statum earum pro possibilitate nostra in melius conducere, conservare & roborare satagimus. Notum ergo esse volumus tam posteris qvam præsentibus, qvod qvidam homo noster Hildewardus omnem decimam qvæ lacui, qvæ Dammeflet dicitur, in parte occidentali adjacet, tam in frugibus qvam in animalibus, sed & nummum census pro remedio animæ suæ nobis resignavit, ut eandem cum eodem nummo census fratribus in Novo monasterio Deo militantibus conferremus. Huic itaqve devotioni benigne annuentes, & præfatæ Ecclesiæ, decimam prænominatam item, & numum census conferentes, ut hæc donatio permaneat inconvulsa, paginam sigilli nostri impressione munitam super hac actione conscribi fecimus. Hujus autem rei testes sunt: Sibertus Decanus, Erkenbertus, Hecelo, Franko, Alebrandus, Erpo, Johannes, Gregoriues. Laici, Guncelinus Comes & ejus filius Henricus. Ministeriales, Sigero, Othelricus, Ethelerus, Herimannus, Manegoldus, Godefridus, Hildewardus, & alii qvam plures. Anno incarnationis Domini MCLXXIV. Indictione VI. Actum Bremæ Kal. Julii.

LXI. *ALEXANDER PP. DE CONFIRMAtione Swerinensis Ecclesiæ.*

ALEXANDER Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Berno, Magnopolitano Episcopo, ejusqve successoribus Canonice substituendis, im perpetuum. Benedictus Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qvi Ecclesiam suam nova semper prole fœcundat, & Ecclesiæ suæ terminos fidelium prædicatorum verbo dilatans, in sagenam fidei barbaras etiam nationes sua trahere miseratione non cessat, ita ut juxta verbum Prophetæ in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant & strutiones, seminantibus bonis prædicatoribus te gratia sancti spiritus irrigante oriatur * viror calami & junci. Ex ejus utiqve munere sui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qvod venerabilis in Christo Berno ad prædicandum paganis & seminandum verbum fidei Episcopus institutus, exposuisti te ipsum laboribus & peri- 192
culis, & attendens qvod Christus pro nobis mortuus est, ut & qvi vivit jam non sibi vivat, sed ei qvi pro nobis mortuus est & resurrexit, in anxietatibus multis sparsisti semen divini verbi, & erogasti talentum tibi creditum ad usuram, & gentes plurimas qvæ ignorabant Dominum, veritatis lumine illustrasti, & reduxisti ad cultum Dei, qvi ante captivi laqveis diaboli tenebantur. Nunc igitur qvoniam veniens ad nos cum multo labore, à sede Apostolica postulasti ut Episcopalem sedem in loco qvi dicitur Zverin, auctoritate sacrosanctæ Romanæ, cui Deo auctore deservimus, Ecclesiæ confirmemus. Nos postulationi tuæ grato concurrentes assensu pontificalem cathedram in eodem loco perpetuo manere statuimus, & ei subscripta loco diœcesiana lege futuris deinceps temporibus decrevimus subjacere; videlicet claustrum & Ecclesias ædificatas vel ædificandas per provinciam Ducis H. qvæ provincia à Zwerin ex una parte usqve Vepro pergis, à Vepro vero tendit per Murz & Tolonze, perveniens usqve Groswin & Penem fluvium. Item ex altera parte Zverin per maritima Ruiani insulam, ipsam Ruiam insulam dimidiam includens pervenit usqve ad ostium Pene, prædicti fluminis. Ex dono prædicti Ducis partem insulæ Zverin secundum distinctionem ipsius Ducis, molendinum unum, & aliam insulam in Sadelbande villam unam, ex altera parte Albiæ villas II. Circa lacum Sturizche, alias duas villas. De terra Bribeslai, insulam qvæ dicitur Sanctæ Mariæ, & villam Clive, cum aliis X. villis in Ylo. Castrum Butislo cum terra attinenti, & IV. villas in deserto Nohum, alias V. villas circa Warin, usqve Glambike, & ultra Nivele, Wolchxa, pleno consensu prædicti Principis Pribeslai, cum omni justitia & utilitate, villam sancti Godeardi, qvæ prius Goderach dicebatur ex dono Casemari Principis Christianissimi, terram qvæ dicitur Pitina & villam unam nobilem in Barth. II. villas prope Demin, & I. in Circipene. Præterea qvascunqve possessiones, qvæcunqve bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Ponti-

tificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma tibi tuisqve successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliqvibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro qvorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. Si qva igitur in futurum Ecclesiastica secularisqve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua id emendaverit, potestatis honorisqve sui dignitate careat, reamqve se divino judicio existere de perpetrata iniqvitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atqve in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Romæ apud S. Petrum per manum Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis & Cancellarii. Indictione XI. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno XXIV.

193

LXII. *FRIDERICUS IMP. SIGFRIDO Archiepiscopo de Stadio.*

IN nominæ sanctæ & individuæ Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Digna animi consideratione attendentes, qvam piam qvamqve sollicitam circa facta Ecclesiarum antecessorum nostrorum divæ recordationis Imperatorum & Regum devotio se exhibuerit, qvantumqve divinum per eos obseqvium disponente Domino susceperit incrementum, nos qvi Dei ordinatione eadem mejestate, & per ejus clementiam non minori temporum felicitate pollemus, ipsorum vestigia imitantes, de imperiali qvoqve munificentia venerabiles Dei Ecclesias, pro rerum & temporum oportunitate duximus adjuvandas: ut sicut de factis priorum celebris habetur memoria, ita & nostri in benedictione nonnunqvam recordari debeat posteritas successura. Hoc profecto intuitu universis Imperii fidelibus præsentibus & futuris notum fieri volumus, qvod nos adtendentes honestatem, prudentiam & discretionem dilecti Principis nostri Sigfridi, Bremensis Archiepiscopi, ad preces ipsius & fratrum suorum, accedente etiam consilio & multa petitione aliorum Principium & Magnatum, in solemni curia nostra Erbsfordia existentium, castrum Stadii, & Burgum, cum ministerialibus & universis pertinentiis & omni jure suo, Ecclesiæ Bremensi, cum libera donatione contulimus, qvatenus ipsa inde Ecclesia honoris & utilitatis incrementum percipiat, nobisqve penes ipsam de impensæ beneficentiæ gratia memoriale perpetuum reservetur. Factam itaqve donationem, qvo plenius ac certius ætas superventura cognosceret, præsentis privilegii auctoritate, cum sigilli nostri impressione roborandam duximus, & confirmandam. Statuimus igitur, & imperiali firmiter auctoritate decernimus, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel Ecclesiastica, prædicto Archiepiscopo & successoribus ejus, in supradicta donatione injuriam aut aliqvam audeat molestiam inferre. Qvod qvi ausu temerario attentaverit, Majestatis nostræ offensam, cum personæ & rerum suarum periculo, usqve ad condignam emendationem se noverit incursurum. Hujus rei testes sunt: Philippus Coloniensis Archiepiscopus, Wichmannus Magdeburgensis Archiepiscopus, Otto Babenburgensis Episcopus, Th. Halverstadensis Episcopus, Udo Cicensis Episcopus, Adelhogus Hildensemensis Episcopus, Everhardus Marceburgensis Episcopus, Martinus Missenensis Episcopus, Arnoldus Osnaburgensis Episcopus, Sigfridus Abbas Hersveldensis, Otto Marchio Misnensis, Otto Marchio de Brandenburch, Th. Marchio de Landesberch, Comes Dedo de Grozce, Bernardus Dux Saxoniæ, Comes Sigfridus de Orlamunde, Chon. Burchgravius de Nurenberch, Comes Adolfus de Scowenburch, Comes Boz de Waltingerodhe & Comes Hogerus frater suus, Comes Albertus de Veltheim, Comes Widekinus de Stumphene, Comes Hludewicus Sivesdorff ambo fratres de Halremund, Burchardus Burggravius Magdeburgensis

fis & frater fuus. Chonr. de Bockesberch, Crafto frater ejus, Albertus de Hildenburch, Albertus de Grombach, Wernerus de Ponlant, Cono de Numcenberg, Hugo de Warda, Themo de Coldiz. Item de civitate Bremensi Otto major præpositus, Jacobus, Th. Hartwicus, Rodolfus, præpositus Burchardus. Ministeriales qvoqve, Gerungus, Hs. filius ejus Ericus, Egelbertus, F. Thielwardus, Adelhardus, Arnoldus, Albertus, H. F. Constantinus, Th. & alii qvam plures. Ego Got. Imperialis aulæ cancellarius, in vice Christiani Maguntini Archiepiscopi, Germaniæ Archicancellarii, recognovi.

Actum Anno Dominicæ incarnationis MCLXXX. Indictione XIV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo & semper Augusto. Anno regni ejus XXIX. Imperii vero XXVII. Datum apud Herbsfordiam in solenni curia XVI. Kal. Decemb. feliciter, Amen.

LXIII. *CÆLESTINUS PP. DE CONFIRMAtione Episcopatus Zverinensis Ecclesiæ.* 1194

CÆLESTINUS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Canonicis Zverinensis Ecclesiæ, tam præsentibus, qvam futuris canonice substituendis in perpetuum. Apostolicis moderaminis clementiæ convenit Ecclesiasticos viros diligere, & eorum loca pia protectione munire. Dignum namqve & honestati conveniens esse dinoscitur, ut qvi ad Ecclesiarum regimen assumti sumus, eas & à pravorum hominum neqvitia tueamur, & Apostolicæ sedis patrocinio foveamus. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus & felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes præfatam Zverinensem Ecclesiam in honore beatæ Dei genitricis Mariæ & beati Johannis Evangelistæ dedicatam, & à nobili viro H. Duce dotatam, in qva divino estis obseqvio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut qvascunqve possessiones, qvæcunqve bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisqve successoribus & illibata permaneant. In qvibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Brezne XXX. mansos, in Ylowe IV. villas. Curiviz, Mentina, Qvazentin, Instiz. In Swerin villam unam, Lizcowe, qvæ mutato nomine Alta villa vocatur. In Silasne, Rampe. In Sadelbandingen, Borist; ultra Albiam, Virichim, & II. curias apud Todendorp, Nauliz juxte Lugouve. Navale theloneum in Plote. Parochiam in Zverin cum omni jure. Medietatem decimæ in Sclazne, tertiam partem decimæ in Mikelenburch, tertiam partem decimæ in Ylowe, tertiam partem decimæ in Zareze, tertiam partem decimæ in Warnowe, tertiam partem decimæ in Muriz, totam decimam in villis vestris per Zverinensem Episcopatum. Ad decanatum ejusdem Ecclesiæ II. marcas denariorum ex reditibus Episcopalibus, I. in Mikelenburch, aliam in Ylowe, & II. magnas mensuras annonæ qvæ Wichskepel appellantur, de molendino in aqvilonari parte Zverinensis civitatis posito, annuatim I. triticei bracii, alteram siliginis. Ad præposituram bannum totius Zwerinensis provinciæ, per omnes Ecclesias, & in ipsa civitate Zwerinensi, excepta principali synodo ejusdem civitatis. Ad luminaria ejusdem Ecclesiæ novellæ theloneum in Plone, & tertiam partem de reditibus in Nauliz. Præterea liberam electionem in eligendo Decanos, Præpositos & Canonicos, & liberam dispositionem in colligendis stipendiis, sicut hactenus habuistis, auctoritate vobis Apostolica confirmamus, & ad exeqvias, & ad tricesimum, & ad anniversarium, ad solvenda debita, ad servientes renumerandos, cujuslibet defuncti canonici, in Ecclesia stipendium qvod vivus habuit, post ejus obitum, sicut Ecclesiæ vestræ consvetudinis est, per annum vacare decernimus. Honorem qvoqve & dignitatem Pontificalis sedis qvam Zverinensis Ecclesia hactenus habuisse dinoscitur, per præsenris scripti paginam, eidem loco auctoritate Apostolica confirmamus. Universam qvoqve dotem ad usum Episcopi assignatam, perpetua stabilitate sæpedictæ Ecclesiæ nihilominus confirmamus, totam videlicet terram Butisowe, cum omni utilitate & pertinentiis suis, VI. villas in Ylowe, Moysz, Ledarsiz, Guguluosci, Jaztrove, Pancoviz, Gnesdiz, Liuzchou, & Goderac. In Kizin, Wotencha, prope Dimin, cum aliis IV. villis. Villam in Muriz, & aliam in Warnowe. Insulam Zverinadiacentem, usqve ad rivulum, & aliam

aliam insulam prope Dobin, qvæ Libiz dicitur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu qvibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro qvorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus ac commodis profutura; salva sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesiani Episcopi canonica justitia. Si qva igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisqve sui dignitate careat, reamqve se divino judicio existere, & de perpetrata iniqvitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atqve in extremo examine divinæ ultioni subjaceat. Cunctis autem, eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Romæ apud S. Petrum per manum Ægidii, S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis VIII. Kalend. Novembr. Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno MCXCI, Pontificatus vero Domini Cœlestini Papæ III. primo.

195 IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, PHILIPPUS secundus divina favente clementia Rom. Rex. & semper August. Innatam nobis regalis pietatis liberalitatem tenere volentes Ecclesiis omnibus, & Ecclesiarum personis jura sua conservare, & eas ab iniqvorum incursibus summopere decrevimus defensare, præsertim eas, qvarum fidei & devotionis sinceritas circa Regalis magnificentiæ nostræ sublimationem, pura nobis constat & immaculata. Qvapropter notum facimus universis Imperii fidelibus, tam præsentibus, qvam futuris, qvod nos adtendentes devotionem dilectorum ac fidelium nostrorum Hartwici II. Bremensis Archiepiscopi, Cleri ac totius familiæ Bremensis Ecclesiæ, castrum Stadii, cum comitatu & universis pertinentiis suis, patrimonium qvoqve Rodolphi Marchionis, nec non hæreditatem nobilis fœminæ Idæ, patrimonium Comitis Friderici de Stadio, qvod qvondam Dux Henricus per violentiam occupaverat. Sed serenissimus pater noster Fridericus, divæ memoriæ Romanorum semper Augustus, postmodum in solenni curia apud Erfordiam celebrata, per sententiam Principum & totius curiæ suæ eidem Duci abjudicatum, Ecclesiæ Bremensi restituit, donavit, & confirmavit. Nos igitur fideliter ac juste paternam imitari cupientes æqvitatem, prædictum castrum Stadii, cum Comitatu & omnibus pertinentiis suis, similiter & supradicta patrimonia Rodolfi Marchionis, Henrici Marchionis, Comitis Friderici de Stadio, atqve hæreditatem nobilis matronæ Idæ, cum omni jure & integritate omniqve utilitate & honore Ecclesiæ Bremensi perpetuo jure possidendam confirmamus, statuentes & regali auctoritate nostra districte præcipientes, ut nulla unqvam persona humilis & alta, Ecclesiastica vel secularis, hanc nostræ confirmationis divalem paginam infringere audeat, vel ei aliqvid improbitatis ausu contraire. Qvod si qvis adtemptaverit facere, in vindictam temeritatis suæ, auri examinati libras centum componat, dimidium fisco nostro, & residuum Bremensi Ecclesiæ. Ad cujus rei indicium & perpetuum robur præsens exinde privilegium conscriptum sigilli nostri impressione jussimus communiri. Testes hujus rei sunt Gardolfus Halberstadensis Episcopus, Gerhardus Osenburgensis Episcopus, Bernardus Dux Saxoniæ, Didericus Marchio Misnensis, Comes Hermannus de Ravensberg, Comes Fridericus de Zolern, Comes Adolfus de Schouwenborg, Comes Burchardus Mansfelt, Comites de Hartisbure, Comes Adolfus de Dassel, Bernhardus de Hursshmar, Henricus dapifer de Walpurg, & alii qvam plures.

Signum Domini Philippi Secundi Romanorum Regis invictissimi.

Ego Chonradus Hildesimensis Episcopus Wirtzburgensis electus, Imperialis aulæ Cancellarius recognovi.

Acta

Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini CIↃCXCIX. Indictione III. regnante Domino Philippo Romanorum Rege glorioso, anno regni ejus II. Data apud Hildesheim XIV. Kalend. Februarii. 196

LXIV. *QUALITER NOBILES DE DEFbolte sua hæreditate dotaverunt Monasterium Sanctimonialium in Midelum.*

JOHANNES Canonicus Bremensis, Wilhelmus Canonicus Mindensis, Cono Canonicus Halberstadensis, Cono, Rodolfus, Godescalcus de Dhesholte universis præsens scriptum inspecturis notum esse cupimus, qvod cum voto unanimi diutius apud nos deliberaremus qvomodo non solum nostrarum, verum etiam progenitorum, nec non & successorum nostrorum memoriam institueremus animarum, tandem in hoc nobis de communi cohæredum nostrorum assensu placuit concordare, ut ad perpetuam nostri & nostrorum memoriam in proprietate nostra in Hatheleria, videlicet Midelheim monasterium sanctimonialium construi procuraremus. Ut autem propositum nostrum suum conseqvatur effectum, Capellam Midelhem cum omnibus suis attinentiis, tam iis qvæ ad nos hæreditariæ successionis jure pertinent, qvam his qvæ per emptionem seu donationem, vel alio modo prædictæ Capellæ accesserunt, Bremensi Ecclesiæ sub hac conditione duximus conferendam, ut si forte in loco præmemorato monasterium sanctimonialium processum qvod absit habere neqvierit, Capella cum suis attinentiis sit pro non data habenda, & ad nos seu hæredes nostros proprietas ex integro revertatur. Qvod si locus prædictus optatum susceperit incrementum, præmissa donatione rata manente, advocatiam qvam inibi habere dinoscimur, eidem monasterio hoc pacto libere relinqvimus, ut nec auctoritate Episcopi diœcesiani, nec Præpositi ejusdem loci, qvi pro tempore fuerit, nec cujusqvam alterius in feudo dari, vel alio modo qvocunqve valeat alienari. Adjicimus insuper ut Præpositus & conventus loci præmemorati ab omni exactionis onere tam diœcesiani, qvam cujusqvam alterius maneant absoluti, libera electione Præpositi & aliarum personarum eidem conventui, nulla obstante contradictione relicta. Hujus facti testes sunt Uffo, Giselbertus sacerdotes, Svetherus, Godescalcus de Holthorp, H. Rust. Godefridus Roggo, H. de Aschen, Conradus, Johannes de Sanden, Johannes, Wolbertus, Ludingerus, milites, Jacobus, Everhardus de Berrevere. Ut igitur hæc inconvulsa permaneant præsentem paginam fecimus conscribi, & sigillis nostris roborari. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M.CCXIX. Indictione qvinta.

LXV. *DE DESTRICTIONE STEdingorum.*

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Paderburnensi, Hildesemensi, Verdensi, Monasteriensi & Osnaburgensi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Clamante ad nos dudum Bremensi Ecclesia contra perfidiam hæreticorum qvi Stedingi vocati, fideles populos regionis illius ferali more lacerant & extingvunt, nos venerabilibus fratribus nostris, Raceburgensi, Mindensi, & Lubecensi Episcopis, qvibus prædicationis officium est in diœcesibus vestris ab Apostolica sede commissum, mandavimus, qvod per easdem diœceses peccatorum veniam fidelibus pollicendo, ipsos contra præfatos hæreticos concitarent, ut per eorum auxilium illi, auctore Deo ad gratiam conversionis accelerent, vel in confusionis foveam deducantur. Ut ergo dicti Episcopi plenius & efficacius valeant, qvod mandavimus adimplere, fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, qvatenus cum agatur fidei negotium, qvod cunctis debet esse fidelibus & prælatis præcipue speciale in eodem negotio dictis Episcopis efficaciter adsistatis impendentes eis utile consilium, & auxilium oportunum. Datum Anagniæ XIV. Kal. Febr. Pontificatus nostri anno VI. 197

LXVI. *DE ABSOLUTIONE EXCOMMUNIcationis Stedingorum.*

GRegorius Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo & dilectis filiis Capitulo Bremensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte universitatis Stedingorum in Bremensi diœcesi existentium, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum super eo, qvod vobis inobedientes & rebelles diutius extiterunt, vestris cupiant parere mandatis, faceremus excommunicationis sententiam, qvapropter hoc tenentur astricti, misericorditer relaxari. Cum igitur pulsantibus ad Ecclesiæ januam non sit minime gratia deneganda, præsentium vobis auctoritate mandamus, qvatenus ab eis sufficienti cautione recepta, qvod vobis de præteritis congruam satisfactionem impendant, & Ecclesiæ ac vestris in posterum pareant, præcise mandatis, injuncto sibi qvod de jure fuerit injungendum, sententiam ipsam juxta formam Ecclesiæ relaxatis. Datum Perusii, XII. Kalend. Sept. Pontificatus nostri Anno IX.

LXVII. *GREGORIUS DE RECONCILIATIOne Ecclesiarum in terra Stedingorum.*

GRegorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Capitulo Bremensi salutem & Apostolicam benedictionem. Devotius vestris precibus inclinati præsentium vobis auctoritate concedimus, ut cum in cœmiteriis Ecclesiarum terræ Stedingorum multa ut asseritis hæreticorum & excommunicatorum corpora sint sepulta, qvæ non possunt à fidelium corporibus separari, faciatis de novo præfatas reconciliari Ecclesias, & dicta cœmiteria benedici. Datum Perusii IV. Kal. Decembr. Pontificatus nostri anno VIII.

LXVIII. *CONFIRMATIO FRIDERICI IMP. super Donatione H. Palatini comitis Rheni Ecclesiæ Bremensi facta.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Friedericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Imperialis excellentiæ dignitas laudis suæ titulos tunc omnibus ampliat & extollit, cum suorum vota Principum liberali favore proseqvitur & benigno. Hinc est igitur, qvod præsentis scripti serie notum fieri volumus universis Imperii fidelibus, tam præsentibus qvam futuris, qvod dilectus Princeps noster G. venerabilis Bremensis Archiepiscopus nostræ Celsitudini supplicavit, qvatenus donationem, qvam olim Heinricus Palatinus Comes Rheni contulit Ecclesiæ Bremensi, ac suis privilegiis confirmavit, tam in prædiis, qvam in ministerialibus de patrimonio suo, sitis in Episcopatu Bremensi vel alibi, confirmare sibi de munificentiæ nostræ gratia dignaremur. Nos autem prædicti Archiepiscopi dilecti Principis nostri supplicationibus favorabiliter annuentes: attendentes qvoqve fidem & devotionem sinceram ejusdem Archiepiscopi, nec non grata & accepta servitia, qvæ nobis & imperio semper exhibuit & exhibet incessanter, prædictam donationem, factam memoratæ Bremensi Ecclesiæ, per jam dictum H. Comitem Palatinum, tam in prædiis, qvam in ministerialibus patrimonii sui, sive in eodem Episcopatu Bremensi, vel ubicunqve sint, de innata liberalitati nostræ Clementia, sibi perpetuo confirmamus. Statuimus insuper
198 & præsentis privilegii auctoritate mandamus, qvantenus nulla persona, sublimis vel humilis, Ecclesiastica vel mundana, præfatum Archiepiscopum, dilectum Principem nostrum, contra præsentis confirmationis nostræ paginam molestare præsumat. Qvod qvi præsumserit, pœnam XX. librarum auri puri se compositurum agnoscat, qvarum medietatem curiæ nostræ persolvat, & reliqvum parti injuriam patienti. Ut autem hæc confirmatio rata permaneat, & robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens privilegium fieri fecimus, & bulla aurea typario nostræ nostræ Majestatis impressa, jussimus insigniri. Hujus itaqve rei testes sunt B. Patriarcha Aqvilegiensis. A. Magdebergensis & Ravennas Archi-

Achiepiſcopi, E. Babinbergenſis Epiſcopus, N. Reginus Epiſcopus, G. Bryemenſis Dux Karinthiæ, Comes H. de Hortenbrech, L. Landgravius de Luckimberch, Comes W. de Halrenach, Comes B. de Loreto, Comes Alduinus. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXII. Menſe Martio v. Indictionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia invictisſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem & Siciliæ Rege. Anno Romani Imperii ejus XII. Regni Hieruſalem VII. Regni vero ſcilicet XXXIV. feliciter, Amen.

Datum Ravennæ anno, menſe, & indictione præſcriptis.

LXIX. *GERHARDI ARCHIEPISCOPI CONceſſio decimarum ad Novum-monaſterium.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Gerhardus Dei gratia ſanctæ Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Secundus, omnibus Chriſti fidelibus S. Ne rerum geſtarum memoria per ſucceſſiva temporum langueſcat ſpatia, non improvide humana ſollertia ſcripturarum ſibi conſuevit adhibere remedia. Hinc eſt itaqve qvod ad notitiam tam futurorum qvam præſentium volumus pervenire, qvod nos decimas novalium parochiæ Novi-monaſterii & capellarum inibi conſtructarum, ſcilicet Brugge, Vlintbeke; qvas Dominus gener noſter Adolfus Comes Holtſatiæ de manu noſtra tenuit, ipſo Comite jam denuo nobis reſignante, & id fieri poſtulante, præfatæ Eccleſiæ Novi-monaſterii libere contulimus & abſolute. Sunt autem hæc nomina villarum in qvibus decimæ continentur: Muthebroge, Smalenſtede, Sprenge, Vorde, Mulueſſen, Drachſe, Mylekenthorpe, Belekenthorpe, Vlintbeke, Bojenhuſen, Schonehorſt, Luderſtorpe, Byllikisle, Bocwalde, Brogge, Ludeſtesharge, Wulvardesharge, Budeſtenthorpe, Bochorſt, Rovelſtorpe, Scyphorn, Holenbeke, Willenrothe. Si qvæ etiam novæ villæ intra dictarum villarum terminos conſtruentur, ſive de loco ad locum transferentur, non minus tamen ad eandem Eccleſiam pertinebunt. Ut igitur hoc noſtrum factum ratum & inconvulſum permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri appenſione, & teſtium ſubſcriptione fecimus roborari, contradictores auctoritate Dei omnipotentis anathematis rigore ferientes. Teſtes auctem hi ſunt: Albertus Abbas S. Mariæ, Gerardus præpoſitus S. Gregorii in Staden, Bernhardus Theſaurarius Eccleſiæ Bremenſis. Milites vero, Heinricus de Barmierſtede. Gerlaus decimus de Gropelinge, Godefridus advocatus, Unwanus de Blicherſtorpe. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCCXXXVIII. Indictione XII. Dat. Staden per manus Hieronymi noſtri ſcriptoris, Idibus Octobr. Pontificatus noſtri Anno XIX.

LXX. *DE DUPLICI JURAMENTO QVOD fecit Epiſcopus Lubecenſis Epiſcopo Bremenſi.* 199

ALBERTUS Lubicenſis Epiſcopus Livoniæ, Eſtoniæ & Pruciæ, Apoſtolicæ ſedis legatus præſentibus proteſtamur, qvod nos venerabili Domino G. ſecundo, ſanctæ Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, tanqvam ſuffraganeus Bremenſis Eccleſiæ tactis ſacroſanctis Evangeliis duo præſtitimus juramenta, unum indempnitatis, qvod tale eſt:

EGO ALBERTUS LUBICENSIS ECCLESIÆ EPISCOPUS AB HAC HORA INANTEA POSSESSIONES ET JURA EPISCOPATUS LUBICENSIS NON ALIENABO, SED EA QVÆ ALIENATA SUNT, BONA FIDE PRO POSSE MEO RECOLLIGAM. SIC ME DEUS ADJUVET, ET ISTA IV. SANCTA EVANGELIA, ET IV. EVANGELISTÆ, ET ISTA PATROCINIA SANCTORUM.

Aliud fidelitatis ſub iſta forma.

EGO ALBERTUS LUBICENSIS EPISCOPUS LIVONIÆ ET ESTONIÆ ET PRUCIÆ, APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUS, AB HAC HORA INANTEA FIDELIS ET OBEDIENS IN OMNIBUS ERO TIBI. G. SANCTÆ BREMENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPO; TUISQVE SUCCESSORIBUS IN BREMENSI SEDE CONSTITUTIS: MANDATUM TUUM QVODCUNQVE MIHI ORE SIVE PER CERTAM EPISTOLAM TUAM MANIFESTAVERIS

RIS SINE MALO INGENIO ADIMPLEBO, AD OMNEM TERMINUM ET LOCUM QUEM MIHI INDICAVERIS NISI CORPORIS MEI INFIRMITATE VEL ALIA ALIQUA GRAVI NECESSITATE DETENTUS VENIRE NON POSSUM. HÆC OMNIA PER FIDEM RECTAM SINE OMNI MALO INGENIO OBSERVABO TUIS ET TUORUM SUCCESSORUM TEMPORIBUS, QUAM DIU VIXERO, SECUNDUM SCIRE MEUM ET POSSE. SIC ME DEUS ADIUVET, ET ISTA SANCTA IV. EVANGELIA. ET IV. EVANGELISTÆ. ET ISTA PATROCINIA SANCTORUM.

Qvibus juramentis præstitis, tam dictus Dominus noster Archiepiscopus Bremensis sub religione juramenti præstiti nobis mandavit, & nos etiam voluntarie repromisimus, qvod nunqvam procurabimus vel efficiemus per nosmetipsos, vel per literas vel nuncios, qvod absolvamur auctoritate alicujus superioris, ab obedientia Bremensis Ecclesiæ, qvamdiu in Lubicensi Ecclesia præsidemus. Item Domino Archiepiscopo & Ecclesiæ Bremensi semper assistemus bona fide in jure suo, specialiter autem contra Hamaburgenses universos & singulos, si eos ad obedientiam & reverentiam sive concordiam Bremensis Ecclesiæ non possumus revocare, & hoc per eos steterit manifeste. Item nunqvam ponemus sedem Archiepiscopalem in nostræ legationi commissis, in præjudicium Bremensis Ecclesiæ, sine consensu ejusdem Archiepiscopi supradicti. Item, bona fide laborabimus nostris laboribus & expensis cum nunciis Archiepiscopi & Ecclesiæ Bremensis, ab obtinendam primatiam in provincia nobis commissa. Acta sunt in Orientali choro Bremensi. Anno gratiæ M CCXLVII, in Kalend. Decembr.

200 LXXI. *DE TENORE JURAMENTI EPIscopi Swerinensis Ecclesiæ Archiepiscopo Bremensi.*

EGo Willehelmus Zwerinensis Episcopus ab hac hora inantea fidelis ero sanctæ Bremensi Ecclesiæ, & Domino nostro Archiepiscopo G. ejusqve successoribus. Non ero in consilio nec in facto ut vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione, consilium qvod mihi per se aut per literas, aut per nuncium manifestabit ad eorum damnum nulli pandam, Archiepiscopatum Bremensis Ecclesiæ, & regulas sanctorum patrum & statuta conciliorum adjutor ero, ad defendendum & retinendum salvo ordine meo contra omnes homines, vocatus ad synodum veniam, nisi impeditus fuero canonicâ præpeditione, Legatum ipsius & Ecclesiæ Bremensis, qvem certum legatum esse cognovero, in eundo & redeundo bene & honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo, & omnem fidelitatis formam, ad qvam de jure teneor, fideliter observabo, sic me adjuvet Deus & sancta Evangelia, & patrocinia sanctorum, qvorum hic reliqviæ continentur. Ne igitur id alicui veniat in dubium, sigilli nostri impressione fecimus communiri. Actum in Ecclesia Zwerinensi XVII. Kalend. Julii Anno Domini M CCXLVIII.

LXXII. *DE ADVOCATIA IN BRAMSTEDE.*

NOTUM sit universis Christi fidelibus, tam præsentibus qvam futuris, ad qvos præsens pagina pervenerit, qvod ego Gerbertus de Stotle, advocatiam de curia Bramstede, qvam de manu Domini mei Gerardi, venerabilis Archiepiscopi, & ab Ecclesia Bremensi jure feudali in beneficio tenui, eidem Domino meo vendidi & resignavi cum omnibus utilitatibus & attingentiis ad eandem advocatiam, pro centum & qvinqvaginta marcis Bremensis argenti, & similter uxor mea Salome, si redierit ad me, sicut ego feci, advocatiam resignabit eandem. Ut autem plenior notitia habeatur eorum qvæ vendidi, & qvæ ad dictam pertinent advocatiam, præsenti scripto ea feci annotari; videlicet tota villa Bramstede, cum qvibusdam areis, & qvidqvid pertinet ad eandem villam, decem scilicet mansi, & dimidius mansus, Wittestede de novem mansi, Acstede dimidius mansus cum homine Wolderico, & qvidqvid ibi est. Olenstede dimidius mansus, Borseten usus mansus & dimidius, Eilerdingelo unus manus, Wortvlete novem terræ, Rechtibbe unus mansus & dimidius, Vtlede decem qvadrantes, Broke unus qvadrans, Scattenbutle villa dimidia, qvatuor qvadrantes & amplius, Sweghe tota villa, domus

mus Syrici in Meda. Item Johannem Strom cum matre & sororibus suis, & qvidqvid inveniri potest, qvod pertineat ad eandem advocatiam, sicut præmissum est, libere resignavi. In hujus facti firmitatem & robur perpetuo valiturum præsentes literas sigillis prædicti Domini Archiepiscopi & Capituli Bremensis & meo feci roborari: & nomina testium, qvi præfatæ venditioni & resignationi interfuerunt hæc sunt. Magister Otto Decanus, Heinricus Archi-Diaconus Hatheleriæ, Bernardus Thesaurarius, Theodoricus de Lovenborch Canonici Bremenses. Ministeriales Ecclesiæ Bremensis, Borchardus de Swanewede, Martinus, Luderus, Heinricus de Hudha, Heinricus & Thidericus de Oumunde, Albero & Fredericus & Amelungus de Stelle, Sifridus de Brema, Christianus & Heinricus de Wersebe, Johannes de Duvenwort, Heinricus de Utlede, Joannes, Ludederus, Gerardus, Heinricus Joannes & Wirandus de Merszelo, Joannes de Stelle, Simon & Heinricus de Heine, & alii qvamplures clerici & laici. Actum juxta castrum Haghen, prope qvercum vulgariter Staleke nuncupatam, & die beatæ Luciæ virginis & martyris. Anno Domini M CCXLVIII.

LXXIII. *QVOD NOBILES DE BARMSTEDE facti sunt Ministeriales Ecclesiæ Bremensis.* 201

NOs Heinricus & Otto milites fratres dicti de Barmstede renunciantes nobilitati & libertati nostræ spontanea voluntate, facti sumus ministeriales Ecclesiæ Bremensi, beatæ virgini Mariæ, Sancto Petro Apostolo in Brema, & venerabili Domino nostro G. secundo Archiepiscopo Bremensi & Ecclesiæ suæ Bremensi, facientes corporaliter juramentum sicut Bremensis Ecclesiæ ministeriales facere consveverunt, jurantes nos ipsi ac Ecclesiæ antedictæ, sicut ministeriales fideliter perpetuo servituros. Uxores nostræ, liberi nostri jam nati, & adhuc nascituri idem facient, qvando prædictus Dominus noster Archiepiscopus, vel suus nuncius ipsos duxerit reqvirendos. In cujus rei testimonium præsentem schedulam conscribi fecimus & sigillis nostris communiri in perpetuum roboris munimentum. Actum Bremæ VII. Idus Junii Anno Domini M CCLVII. Pontificatus Domini nostri Archiepiscopi G. Secundi nostri Anno XXXVIII.

LXXIV. *BULLA AUREA SIVE CONSTITUTIO Imp. Caroli IV. super libertate Ecclesiastica.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Carolus divina favente clementia Romanorum Imp. semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi imperialis Clementia qvorumlibet devotorum fidelium, qvos sacrum Romanum ambit imperium, ex officii debito teneatur necessitatibus, & injustis operationibus consulere, & de oportunis remediis providere: ad illos tamen permaxime dirigitur nostræ mentis affectio, qvos indebite pati cognoscimus, qvorumcunqve oppressionibus, status Ecclesiasticæ libertatis, qvem semper nostris temporibus augeri volumus, nonnihilum minuitur, & minus debito pergravatur. Sane ad imperialis majestatis audientiam, pro parte honorabilium prælatorum Canonicorum, & prælatorum clericorum inferioris Saxoniæ, Magdeburgensis, Bremensis, & vicinorum locorum ac provinciarum, insinuatione qverulosa specialiter est deductum, qvod seculares qvidam in potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet Duces, Comites, Barones, & alii Domini temporales, necnon Consules civitatum, oppidorum, villarum & locorum Rectores, dictarum Magdeburgensis & Bremensis provinciarum, timore postposito statuta singularia & iniqvas ordinationes motu proprio & de facto contra personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum & locorum religiosorum libertates & privilegia condiderunt, eisdemqve publice & de facto insistere præsumserunt, contra legitimas civiles & canonicas sanctiones; ut puta, qvod nulla bona temporalia in potestate Ecclesiastica transferantur; Nec non clerici in sacris constituti ad agendum seu testificandum in civilibus & maxime in piis causis aliqvatenus admittantur: Qvodqve excommunicari laici & publice denunciati in civili foro minime repellantur. Item prædicti Domini temporales, consules & rectores per secularem potestatem res & bona clericorum occupant & arrestant. Oblationes fi-

delium diminuunt & restringunt. Exactiones & tallias indebitas de bonis & reditibus Ecclesiarum exigunt & extorqvent, Possessiones Ecclesiarum & personarum earundem devastant incendiis & rapinis. Contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatis villarum & locorum recusant inscribere ac sigillare. Donata & legata ad fabricas Ecclesiarum structuras contra voluntatem prælatorum & aliorum, qvorum interest, usurpare præsumunt contra justitiam, in fraudem & odium clericorum. De bonis etiam & in rebus clericorum, qvas non causa negotiationis, sed pro usibus propriis per terras ducunt, seu duci faciunt, theloneum exigere & recipere non verentur. Et confugientes ad Ecclesias & cœmiteria inde extrahere, contra sanctiones imperiales præ-
202 sumunt. Qvæ omnia & qvælibet obinde secuta, cum per sacras civiles & canonicas sanctiones expresse reprobata sint, & in fraudem Ecclesiasticæ libertatis de facto præsumpta, de Principum, Ducum, Comitum, Baronum, fideliumqve nostrorum consilio, ex certa scientia & imperiali auctoritate cassamus, irritamus, annullamus, cassaqve & irrita, & nullius esse momenti penitus decimus & expresse pronunciamus. Præcipientes sub indignatione imperialis banni universis & singulis dictarum Magdeburgensis, & Bremensis provinciarum & locorum vicinorum Dominis temporalibus, Consulibus, Potestatibus, & in officiis publicis constitutis, qvatenus mox visis aut intellectis præsentibus, dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium Ecclesiasticæ libertatis edita sunt, omnino revocent, & de luce tollant: qvodqve secundum ea non judicent amplius, nec sententias dictent, aut eisdem in judicio vel extra judicium qvomodolibet per se & contra Eccesiasticam libertatem potiantur.

Item, pronunciamus & declaramus imperiali auctoritate, qvod qvicunqve laicus cujuscunqve status vel conditionis extiterit, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia, sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidaverit, proscripserit, captivaverit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, ac hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaverit, vel favorem in his præstiterit, præter pœnas à sacris imperialibus & canonicis sanctionibus eis inflictas, sunt ipso facto infames, & omni honore privati, nec ad placita vel consilia nobilium aliqvatenus admittendi. Volumus etiam, hortamur & reqvirimus Episcopos & prælatos Canonicos, ut hanc nostram legem & constitutionem in Synodis & Ecclesiis publicari procurent, ne in præmissis excedentes per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo omnino hominum liceat nostræ cassationis, irritationis, annullationis, nec non pronunciationis & declarationis paginam qvovis ausu temerario infringere, aut eis qvomodolibet contraire, sub pœna qvinqvaginta mercarum puri auri, qvas ab eo qvi contrafecerit totiens, qvotiens contra factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, & earum medietatem nostri Imperialis ærarii sive fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari.

Signum serenissimi Principis & Domini, Domini Caroli IV. Romani Imperatoris invictissimi & gloriosissimi Bohemiæ Regis.

Testes hujus rei sunt venerabilis Arnestus Pragensis Archiepiscopus, Joannes Olmmucensis, Joannes Luchonnisleni, sacræ Imperialis aulæ Cancellarius & Thedoricus Mindensis Ecclesiarum Episcopi. Illustres Rodolfus Saxoniæ, Balbo Opuliensis, Primislaus Thesinensis. Duces & Principes spectabiles, Burchardus Burggravius Magdeburgensis, magister nostræ curiæ, Heinricus de Monfort. Comites & Nobiles, Sblinco de Hasenburg, Jesco de Wilharceitz, & alii qvam plures nostri Principes nobiles & fideles, præsentium sub bulla aurea typario nostra impressa testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini MCCCLIX. Indictione XII. III. Idus Octobris, regnorum nostrorum anno XIV. Imperii vero V.

Ego Johannes Dei gratia Olommucensis Episcopus, sacræ Imperialis aulæ Cancellarius vice Reverendi in Christo patris Domini Hludovici Argentini Archiepiscopi sacri imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi.

AU-

AUCTARIUM
DIPLOMATUM ET PRIVILEGIORUM QUORUNDAM LINDENBROGIO PRÆTERITORUM.

LXXV. PRIVILEGIUM* S. KAROLI SUPER *fundatione Ecclesiæ Bremensis.*

* Ex Heinr. Wolteri Canonici S. Anschar. Bremensis Chronico Archi-Episcopatus Bremens. p. 22. seq. T. 2. scriptorum Rer. Germ. Meibomii. Paulo aliud legitur in Adam Bremens. Hist. lib. 1. c. 9.

K*AROLUS divina providentia & miseratione ordinante Rex. Cum Domini nostri JEsu Christi virtute favente bellorum victoria nuper potiti fuerimus, gratiarum in immensum actione in ipso & non in nobis gloriamur, & pacem in provincia & prosperitatem, in futuro autem pro meritis nobis donari superna mercedis perpetuitatem non diffidimus. Quapropter sit notum omnibus Christi fidelibus in Christo, quod* Saxones *qui hactenus Deo & nobis ob suæ pertinaciam perfidiæ semper cervice indomabili & rebelles obsecundare detrectaverunt. Nos tandem virtute Christi propitiante bellorum instantia vicimus & ad baptismi gratiam perduximus, & gentes quæ Dominum gloriæ non noverunt, & regna quæ Dominum non invocaverunt, in lege Domini meditare die ac nocte adjudicavimus, & qui hucusque jugum Christi ferre minime contendebant, Domino nostro JEsu Christo & sacerdotibus ejus omni jumentorum suorum & fructuum terræ & omnis agriculturæ decimas ac nutrituræ simul in unum divites & pauperes secundum Canonicam assertionem & legalem cautionem constricti de cætero persolvant. Terram autem ipsorum secundum antiquorum Romanorum morem in provincias redigentes & in Episcopatus certo termino disterminantes, quandam aquilonarem illius partem Domino nostro JEsu Christo & sanctissimæ ejus genetrici obtulimus, & in loco* Phardum *vocato super* Alleram *fluvium in pago qui dicitur* Sturmi *Ecclesiam & Cathedram Episcopalem statuimus, & Maguntinensis Ecclesiæ Archiepiscopatui interventu Lullonis illius metropolis Ecclesiæ Episcopi eam subjecimus. Aliam vero in loco qui* Brema *dicitur super* Wesseram *fluvium etiam nobiliorem cathedram statuimus Episcopalem, & Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopatui subdidimus, & ad stricturam ejus ducentos mansos & quicquid ad eos pure, legitime & de jure pertinere videtur cum domibus, ædificiis, campis, pratis, silvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, viis & inviis, exitibus & regressibus obtulimus. Locum vero Ecclesiæ constitutæ in monte martyrum cum omnibus attinentiis & totum pagum seu suburbium locique proprietatem ex integro damus supra & infra usque in Aleram & infra mare barbarum: rursusque hujus diœcesis incolas divites ac pauperes decimas eisdem Ecclesiis earumque dispensatoribus persolvere nostræ Regiæ Majestatis præcepto firmiter jubemus & jubendo præcipimus & legali sanctione confirmamus & consensum Papæ Adriani & postea Leonis Papæ nec non Archiepiscoporum Maguntinensis & Coloniensis de consilio alioqui nostri confessoris, supra memoratas Ecclesias cum omnibus appendiciis & decimis SS. Mariæ & sancto Petro,* Gviberto *unam, &* Willehado *alteram, sanctæ conversationis viris & immortalis memoriæ coram Deo & apud homines commisimus. Quos quidem in agro Dei digne laborantes primum eisdem Ecclesiis bonos milites JEsu Christi præfecimus, ut populo adhuc rudi, verbi Dei semina messem deinceps latura secundum dispensatam sibi sapientiam tanquam fideles servi & prudentes in domo Domini administrent & Ecclesiam regant & plantent & ope defendant, donec optimus Deus incrementum det.* Hactenus apud Wolterum.

LXXVI. DIPLOMA IMP. CAROLI MAGNI *de fundatione Episcopatus verdensis.*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis CAROLUS divina miseratione ordinante Rex,

Joach. Joannes Maderus ad Adam. Brem. pag. 175. è duobus Mss. una Conringiano altero suo.

C*Um Domini nostri JEsu Christi virtute favente, bellorum victoriam nuper potiti fuerimus, si gratiarum in immensum actione in ipso & non in nobis gloriamur, & pacem in præsentiarum, & regni prosperitatem, in futuro autem pro meritis nos donari supernæ mercedis perpetuitate non diffidimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus in Christo, quod Saxones, qui hactenus Deo & nobis ob suæ pertinaciam perfidia, semper cervice indomabili, & rebelles, obsecundare detrectarunt, modo tandem aliquando virtute Christi propitiante, bellorum instantia vicimus, & ad baptismi gratiam divina miseratione perduximus,* (a) *ut gentes quæ Dominum gloriæ non noverant, & regna quæ nomen Domini non invocaverant,*

(a) Meum Ex. Ms. habet

verant, in lege Domini meditari die & nocte adjudicavimus, & qvi hucusqve jugum Christi ferre minime contendebant, Domino nostro Jesu Christo & sacerdotibus ejus, omnium jumentorum suorum, & fructuum terræ, & omnis agriculturæ decimas, & nutrituræ, simul in unum divites & pauperes; secundum Canonicam assertionem, & legalem cautionem constricti, de cætero persolvant. Terram autem eorum secundum antiqvum Romanorum morem in provinciam redigentes, & in Episcopatus certo termino distribuentes, qvandam aqvilonarem illius partem, Domino nostro JEsu Christo, & sanctissimæ ejus genitrici devotissime obtulimus, & in loco Fardium *vocato, super Aleram fluvium, in pago qvi dicitur* Sturmi *Ecclesiam & Cathedram Episcopalem statuimus, & (b) Moguntiensis Ecclesiæ Archiepiscopatui, interventu* Lullonis *illius metropolis Ecclesiæ Episcopi, eam subjecimus. Insuper & ad præfatæ structuram Ecclesiæ in memorato pago CC. mansos, & qvicqvid ad ipsos mansos jure ac legitime pertinere videtur, cum domibus & ædificiis, mancipiis, campis, pratis, silvis, cultis & incultis, aqvis aqvarumve decursibus, viis & inviis, exitibus & regressibus, obtulimus, & totius hujus diœcesis incolas, divites, ac pauperes, decimas suas eidem Ecclesiæ, suoqve dispensatori persolvere, nostræ Regiæ Majestatis præcepto firmiter jubemus, & jubendo præcipimus, & legali sanctione confirmamus. Statuimus etiam ut qvæcunqve possessiones, & qvæcunqve bona, eadem Ecclesia in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, liberorum & servorum, seu aliis modis Deo propitio poterit adipisci, firma sit, & illibata permaneat. Præterea libertates & immunitates eidem Ecclesiæ concedimus. Decernimus qvoqve ut nulli (c) omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam temere perturbare, possessiones ejus auferre, ablatas retinere, minuere & aliqvibus vexationibus fatigare, sed omnia ad integritatem conserventur. Ut autem hæc confirmationis sententia, oblationisqve donatio, rata & inconvulsa, & omni ævo intransibilis permaneat, ex præcepto summi Pontificis, & universalis Papæ* Adriani, *nec non (d) Moguntiensis Archiepiscopi* Lullonis, *& omnium qvi inibi aderant, sanctorum Pontificum & Catholicorum sacerdotum, &* Alcqvini *insignis prædicatoris, rationis consilio, supra memoratam sanctæ Dei genitricis Ecclesiam, cum omnibus appendiciis, & donativis,* Suitberto *sanctæ conversationis viro, & immortalis memoriæ, coram Deo & apud homines commisimus. Qvem qvidem in agro Dei laborantem, primum eidem Ecclesiæ bonum militem Jesu Christi præfecimus, ut populo adhuc rudi, verbi Dei semina, messem deinceps latura, secundum dispensatam sibi sapientiam, tamqvam fidelis servus & prudens, in domo Dei administraret, & Canonica ordinatione & competenti, & Ecclesiastica institutione, Ecclesiam sibi delegatam, tam novellam plantaret atqve rigaret, donec orationibus servorum suorum interpellatus omnipotens Deus incrementum daret. Veruntamen qvia casus præteritorum præscios & cautos nos reddunt futurorum, ne qvis sibi aliqvam in eadem diœcesi, avertendo (e) regulam, ascribat usurpative potestatem, certo eam limite fecimus terminari. Terminos autem ejus firmos inconvulsos, & per omne seculum (f) inconvertibiles, Apostolica auctoritate, & nostræ Regiæ Majestatis præcepto circumscribi præcepimus; id est:* Wirraham *fluvium* Faristinam, (g) Bicinam *usqve in* (h) Wiemenam, à Wiemena *in paludem, qvæ dicitur* (i) Culdenbach, *deinde usqve qvoqve perveniatur ad* (k) Hostam, *ab Osta* (l) Utervam, Bivernam, Wissenbroc, (m) Ascbroc, Chissenmor, Qvistinam, Motam *paludem, qvæ dicitur* Sigesfridesmor, Mulenbach, *iterumqve* Ostam, Sneidbach, Wimaream, Hasulam, (n) Steinbach, Liam *fluvium, qvi absorbetur ab* Albia *fluvio, dehinc trans* Albiam *ubi* Bilena *mergitur in* Albiam, *dehinc in ortum* Bilene, (o) *inde ubi* Travena *absorbetur à mari, deinde usqve* (p) *qvoqve perveniatur ubi* Pene *fluvius currit in mare* Barbarum. *Inde in ortum ejusdem fluminis. Hinc in* Eldam. *Dehinc in* Albiam. *Inde in rivum* Alend. *Inde in rivum* Bese. *Inde in* Rodouve *usqve in paludem, qvæ dicitur* Rokesford. *Inde in* Horam *fluvium,* Callenvorde. *Inde in ortum Horæ. Hinc in ortum Hisnæ. Hinc in rivum Scarback. Inde in ortum* Geltbach, *& ipsum rivum in decensu in* Ursenam, *& in ascensu* Ursenæ *in* Wizenam, *hinc in ortum ejusdem fluminis. Hinc in paludem qvæ dicitur* Snederebrocb. *Hinc in* Lernam, *& per mediam paludem, qvæ dicitur* Camperebroch, *& sic trans* Aleram *in* Wirraham. *Et ut hæc auctoritas hujus donationis & circumscriptionis nostræ in Dei nomine firmiorem & pleniorem obtineat vigorem, & nostris, & futuris temporibus à fidelibus Christi verius credatur, & diligentius observetur, manu propria subscripsimus, & sigilli nostri impressione assignari jussimus.*

Signum Domini (q) sanctissimi.  *Caroli Regis.*

LIII-

(b) Mogundinensis. (c) deest omnino. (d) Moguntinensis. (e) regubarem adscribat. (f) incommutabiles. (g) Bisinam. (h) Weymenam. (i) Caldenbach. (k) Ostam. (l) Uternam. (m) Asebroc. (n) Strubach. (o) tandem. (p) qvo. (q) Karoli Regis invictissimi.

LUILO, Archiepiscopus Moguntinensis recognovi
HILDEBALDUS Archiepiscopus Coloniensis & sacri Palacii Capellanus, recognovi.
AMALHARIUS Treverensis Archiepiscopus recognovi.
Data III. Kalendas Julii, Anno Dominicæ incarnationis DCCLXXXVI. Indictione XII. Anno autem regni Domini Karoli XVIII. Actum Moguntiæ feliciter, Amen.

LXXVII. DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. de Abbatia Laurishaimensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiqvam servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, qvia si peccandum, tolerabilius in hominem qvam in Deum; si non peccandum, reverentius tamen Deo qvam hominibus obseqvendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possumus patrocinio tueri debemus, qvatenus nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter bene erga non promerentem, ADALBERTUM Hammaburgensem Archiepiscopum, digne remunerantes, ad Archiepiscopalem Ecclesiam scilicet Hammaburch, in honore Domini & Salvatoris nostri ejusqve intemeratæ genetricis Mariæ & beati Jacobi Apostoli, sancti quoqve Viti martyris constructam abbatiam, LORISSA dictam, in pago LOBETENGOWE, in Comitatu POPPONIS Comitis sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusqve sexus mancipiis, præposituris, ecclesiis, decimis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, forestis, venationibus, terris cultis, & incultis, aqvis, aqvarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, qvæsitis & inqvirendis, omniqve utilitate, qvæ vel scribi, vel dici, vel ullo modo inde potest adqviri, in proprium dedimus atqve tradidimus, nec non omni jure ac libertate, qva nos eam habuimus, sibi habendam concessimus, perpetualiter tenendam confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus ADALBERTUS, ejusdem sedis Archiepiscopus, suiqve successores, eandem, quam de cæteris Ecclesiæ suæ bonis legaliter adqvisitis liberam, & de hac Abbatia potestatem habeant tenendi, constituendi, vel qvicqvid ad communem utriusqve Ecclesiæ utilitatem, voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc chartam inde conscribi, manuqve propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Maderus ad Adam. Brem. p. 112. e Ms. Conringiano.

Confer Adamum l. 4. c. 4. & c. 26.

SIGNUM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDUS Cancellarius Vice SIGEFRIDI Archicancellarii recognovi.

Data VIII. Id. Sept. Anno Domini Incarnationis M LX V. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini HEINRICI qvarti Regis XI. regni vero IX. Actum Osckerslevo, in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXVIII. DIPLOMA HEINRICI IV. IMP. de Abbatia Corbejensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis HEINRICUS divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiqvam servare suum: præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, qvia si peccandum, tolerabilius in hominem qvam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo qvam hominibus obseqvendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve in qvantum possumus patrocinio tueri debemus, qvatenus, nostra tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Christi nostriqve fidelibus tam futuris qvam præsentibus notum esse volumus, qvaliter bene erga nos promerentem Adalbertum Hammaburgensem Archiepiscopum digne remunerantes, ad Archiepiscopalem Ecclesiam scilicet Hammmaburch in honore Domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ, & beati Jacobi Apostoli, sancti qvoqve Viti martyris constructam abbatiam Corbeja dictam, in pago Angera, in ducatu Ottonis Ducis sitam, cum omnibus appendiciis hoc est, utriusqve sexus mancipiis, præposituris. Ecclesiis, decimis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, forestis, venationibus, terris cultis & incultis, aqvis, aqvarumve decursibus, molis, molendiniis, piscationibus, exitibus vel reditibus, viis & inviis, qvæsitis & inqvirendis, omniqve utilitate, qvæ vel scribi, vel dici, vel ullo modo inde potest

Vid. Adamum l. 4. c. 4. & c. 26.

potest acqviri, in proprium dedimus atque tradidimus: nec non omni jure ac libertate, qua nos eam habuimus, sibi habendam concessimus perpetualiter tenendam confirmavimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem sedis Archiepiscopus suiqve successores eandem, qvam de cæteris Ecclesiæ suæ bonis legaliter adqvisitis, liberam & de hac Abbatia potestatem habeant tenendi, constituendi, vel qvicqvid ad communem utriusqve Ecclesiæ utilitatem voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc chartam inde conscribi, manuqve propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

SIGNUM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS.

SIGEHARDUS Cancellarius Vice SIGEFRIDI Archi-Cancellarii recognovi.

Data XIV. Kal. Novembr. Anno Dominicæ Incarnationis MLXV. Indictione III. anno autem incarnationis Dominici Heinrici qvarti Regis XI. regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXIX. *DIPLOMA HEINRICI* IV. *IMP. DE Villa Sinziche.* *

* Sinticum vocat Adamus, quem vide l. 4. c. 24. p. 124. & l. 3. c. 30. p. 101.

IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente Clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observanda videntur, qvia si peccandum, tolerabilius in hominem qvam in Deum, si non peccandum, reverentius tamen Deo qvam hominibus obseqvendum. Nos qvidem patrum præcedentium vestigia imitari cupientes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostroqve, in qvantum possumus, patrocinio tueri debemus, qvatenus nostro tenera ætas ad virile robur anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam asseqvatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris qvam præsentibus, notum esse volumus, qualiter bene erga nos promerentem Adalbertum Hammaburgensem Archiepiscopum digne remunerantes, ad Archiepiscopalem Ecclesiam scilicet Hammaburch in honore Domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ & beati Jacobi Apostoli, sanctæ quoque Viti martyris, constructam villam unam Sinziche dictam, in pago* Archgouve PERTOLDI *Comitis sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est, utriusque sexus mancipiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, venationibus, terris, cultis & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis, & inviis, quæsitis & inquirendis, monetis quoque mercatis, theloneis, omnique districtu in proprium dedimus atque tradidimus, & perpetualiter possidendam concessimus. Ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores eandem, quam de cæteris Ecclesiæ suæ bonis legaliter adquisitis, liberam & de hac potestatem habeant tenendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ad utilitatem suæ Ecclesiæ voluerint, faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa, omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscribi, manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.*

SIGNUM DOMINI HEINRICI QVARTI REGIS

SIGEHARDUS Cancellarius Vice SIGEFRIDI Archi-Cancellarii *recognovi.*

Data XIV. Kalend. Novembr. Anno Domini Incarnationis MLXV. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini Heinrici quarti Regis XI. regno vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXX. *DIPLOMA HEINRICI* IV. *IMP. DE curti Tusburch.*

Tusburch Adamo est *Dusburg* l. 4. c. 24. & l. 3. c. 30. *Dispargum*

IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus divina favente clementia Rex. Cum regiæ dignitatis sit jus cuiquam servare suum, præcipue tamen Ecclesiastica jura nobis observare videntur, quia si peccandum, tolerabilius in hominem quam in Deum, si non peccandum reverentius tamen Deo, quam hominibus obsequendum. Nos quidem patrum præcedentium vestigia imitari optantes, augere bona Ecclesiastica, aucta retinere, nostraque in quantum possumus patrocinio tueri debemus, qvatenus nostra tenera ætas ad virile robor anhelans, promoveri si promoverit sperans, & dandi in Deo gloriam assequatur, & data inter homines confirmandi gratiam non amittat. Unde omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris qvam præsentibus, notum esse volumus, qvaliter bene erga nos promerentem, Adalbertum, Hammaburgensem Archiepiscopum, digne remunerantes, ad Archiepiscopalem Ecclesiam scilicet Hammaburch, in honore Domini & Salvatoris nostri, ejusque intemeratæ genetricis Mariæ & beati Jacobi Apostoli, sancti quoqve Viti martyris, constructam, curtem nostram Tusburch dictam, in*

pago

pago Ruriggouve, *in comitatu Herimanni Comitis Palatini sitam, cum omnibus appendiciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, villis, vineis, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, forestis, forestariis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis, aquarumve decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, monetis quoque, theloniis, omnique districtu, in proprium dedimus atque tradidimus. Addimus insuper cum banno nostro prædictæ Ecclesiæ forestum unum in triangulo trium fluminum scilicet* Rein, Tuſſale *&* Rurx *positum, ita quoque determinatum, per* Ruram *se sursum extendens usque ad pontem Wirdinensem & exinde per stratam Coloniensem, usque ad rivum Tuſſale, & per descensum ejusdem rivi ad Rhenum, & per alveum Rheni, usque quo Rura influit Rhenum. Ea videlicet ratione, ut prædictus Adalbertus, ejusdem sedis Archiepiscopus, suique successores, eandem quam de cæteris Ecclesiæ suæ bonis legaliter acquisitis; liberam & de his potestatem habeant, tenendi, commutandi, præcariandi vel quicquid de Ecclesiæ suæ utilitatem voluerint faciendi. Et ut hæc nostra regalis traditio stabilis & inconvulsa omni permaneat tempore, hanc chartam inde conscribi manuque propria corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.*

SIGNUM DOMINI HEINRICI QUARTI REGIS.

SIGEHARDUS Cancellarius Vice SIGEFRIDI Archi-Cancellarii recognovi.

Data XVII. Kalend. Novembr. Anno Domini Incarnationis MLXV. Indictione III. Anno autem ordinationis Domini Heinrici quarti Regis XI. regni vero IX. Actum Goslariæ in Dei nomine feliciter, Amen.

LXXXI. *DIPLOMA HENRICI IV. IMP. DE Comitatu Bernhardi in Emescowa & Westfale.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus universitati Christi, nostrique fidelium, qualiter Dominus Adalbertus *venerabilis Archiepiscopus serenitatem nostram adiit, petens & postulans, quod Ecclesiæ Hammaburgensi, cui ipse Pastor & Rector præerat, donare vellemus Comitatum, quem in* Emescowa *&* Westfale *situm,* Bernhardus *Comes, vir nobilis, & nobis genere propinquus, regendum, utendumque susceperat. Habuit secum adjutores in petendo complures ex principibus,* Sigefridum *Mogontinum,* Annonem *Coloniensem, Archiepiscopos: aliquos etiam ex Ducibus & Marchionibus. Numeravit suos pro nobis domi forisque labores; ostendit perpetuam ejus in nos voluntatem. Et quia ipsius* Bernhardi *Comitis ad hanc rem quærendus erat assensus, ipsum vir sapiens precio & precibus adduxit, ut præsens laudator & assensor existeret. Tum nos ipsi Archiepiscopo* Adalberto *ea merita sua benevolentes, ad hoc petitionibus fidelium nostrorum acquiescentes, maxime etiam cum remunerationem nobis speraremus à Domino Salvatore, & sanctissima ejus genetrice Maria, & sancto Vito martyre glorioso, à quibus locus ille evidenter incolitur, comitatum eundem, ipso* Bernhardo *Comite laudante & assensum præbente, Ecclesiæ Hammaburgensi donavimus & tradidimus. Addidimus etiam ei, sicut mos est, nostræ auctoritatis scriptum, sigillum ei imprimentes, quod hoc in longum fieret posteritati testimonium. Verum deinde procedente tempore, cum nova in regno perturbationes surgerent, dolis & invidia quorundam factum est, ut Ecclesia supra memorata eodem Comitatu ad aliquod tempus privaretur. Veniens autem successor ejusdem Domini* Adalberti, *venerabilis Archiepiscopus* Liemarus, *qui non minus in nostro servitio laboravit, rem nobis in memoriam reduxit, preces adjungens, judicium postulavit, atque id sæpe faciendo tandem effecit, ut in Purificatione, inter ipsa solemnia missarum, eundem Comitatum Domino Salvatori & sanctæ Mariæ offerentes, recognosceremus, ac inperpetuum redderemus. Factum est in Italia* Veronæ *in monasterio sancti Zenonis videntibus & cognoscentibus* Erphone *Monasteriensi Episcopo, atque aliis Episcopis & Principibus compluribus, auxiliante etiam Domino Papa* Clemente, *quanquam tum præsens corpore non adesset. Itaque hoc facto, jussimus hujus recognitionis & redditionis chartam fieri ac signari, ut esset in omne tempus firmum & ratum, atque omnibus notum.*

Comitatus huius ab Adelberto acquisiti, meminit Adamus lib. 4. c. IV. & cap. IX.

SIGNUM DOMINI HEINRICI ROMANORUM IMPERATORIS INVICTISSIMI ATQUE PIISSIMI.

Humbertus Cancellarius, vice Archiepiscopi Moguntini Routhardi atque Archi-Cancellarii recognovit.

Anno Dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo VI. Indictione IV. Heinrico anno quadragesimo III. regnante, imperante vero III. decimo, data est Patavii præsente & laudante ac confirmante Domino Papa Clemente. Recognoscebant ex Principibus, Episcopus Monasteriensis Erpho, *Episcopus Veronensis* Wolftrigel, *Vincentinus Episcopus* Ycelo, *Tarvisianus Episcopus* Lupoldus, *Episcopus Veltrensis* Aribo, *Episcopus Faventinus* Routpret, *Marchiones à Lo.* Purchardus, *Comites* Megenfridus, Wido, Houc, *& alii complures.*

LXXXII. EBONIS, ARCHIEPISCOPI REMENSIS, à LUDOVICO Pio Imp. in Exilium pulsi, à Lothario vero Imp. restituti

APOLOGIA.

Cum

EJUSDEM EBONIS AD GENTES SEPTENTRIONALES Legatione,

Ex

Codice Msto, Bibliothecæ Juliæ

Primum edita à Madero.

Pertinet hæc Apologia ad ea quæ Adam. de Ebone scribit pag. 21. c. 22. l. 1.

IN Nomine Domini nostri JESU CHRISTI, DEI summi, glorioso imperante HLODOVICO Cæsare. Cujus prima regni tempora qvamqvam valde corruscarent prospera, ultima tamen ejus concussa nimia adversitate, divinam qvasi indignationem illam passa, qvam de novissimis temporibus vis semper terret Evangelica dicens: *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes.* Multi deniqve hinc potentes expulsi sunt à patria: Episcopi qvoqve aliive Dei ministri custodias & exilia passi; qvidam etiam utriusqve sexus nobiles laici ad monasticum habitum compulsi, ut saltim his flagellis cæteri castigatione compuncti, remedia salutis perciperent: aut obdurati, judicia damnationis futura sentirent. Qvia qvos blanda vitiaverat prosperitas, necesse erat ut dira purgaret adversitas, ne ad tartaream vindictam divina ultro sæviret majestas. His etenim manifestis cognitis periculis, Ego Remensis EBO indignus Episcopus, inter cæteros anxios tribus afflictus pressuris, idem sublatis rebus omnibus in ira & custodia oppressus principis, insuper & fessus ægritudine corporis, sancto cum psalmista dicere non erubui: *Iniqvitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Divinis flagellis monitus, si in prosperis legem Domini neglexi, ad ipsam in adversis confugere debui: ita ut si qvem per potentiam qvondam injuste læsi, hinc in angustiis me lædentem ferre patienter devovi. Si cui etiam aliqvid indebite abstuli, ablatis mihi omnibus non contradixi, sed auferenti tunicam etiam & pallium reliqvi. Si enim qvandoqve amicum neglexi, inimicum diligere hinc, & pro persecutoribus orare didici, sicqve humili satisfactione memetipsum accusans, furores persequentium mitigare plus, qvam litigare decrevi, sancto instruente *Habraham*, qvi inter pericula oblatione uxoris se exuens vim facientibus humiliter cedere magis, qvam damnabiliter resistere elegit. Sanctus utiqve Apostolus nec minus eadem docuit, cum dixit: *Non vos defendentes, carissimi, sed date locum iræ.* Inter divina siqvidem verbera B. Job non murmurare, sed orare, atqve confiteri peccata maluit, cum anxius inter cætera multa lamenta dixit: *Peccavi: qvid faciam tibi, O custos hominum?* Qvibus nam multimodis patrum animatus & ductus exemplis, eodem mundano impetu compulsus ad tribunal palatinum, non ad synodalem sanctorum conventum, qvo violenter non licet trahi, sed magis liberam canonice convocari Episcopum. Contigit tamen me in media multitudine sanctorum adstitisse fratrum, hiemali vexatione diutina ibi afflictorum: qvorum pia consolatione recreatus, illa mihi divinitus inspirata sententia charitatis præsto apparuit condolentium, sicut scriptum est: Cum patitur unum membrum, compatiuntur cætera membra. Qvorumqve consilio adjutus, tres mihi, ut ex ipsis elegi secretissimos adjutores, *Ajulphum* videlicet Archiepiscopum, *Badaraldum, Modoinumqve* Episcopos; cum qvibus de Salvatoris nostri institutione, peccatorumqve remissione diligentur contuli, memor evangelici præcepti dicentis:

centis: *Si offers munus tuum ad altare;* & cætera: *usqve relinqve ibi munus tuum ante altare.* Hac igitur auctoritate cernens, qvia frater qvanto magis princeps meus commotus adversum me erat, reliqvi munus oblationis meæ ante altare, & summa satisfactione jam dictorum consensu confessorum & fratrum succumbens, propter debitam recuperandi concordiam, inlatas omnes injurias patienter suscepi, & puritate confessionis remissionem peccatorum, veniamqve & non condemnationem percipere credidi. Qvia superbiam in me judicavi, & necem diabolicam vanam gloriam, ruinam perpetuam mundi hujus, qvod est, amatorum mundi noxiam amicitiam, qvæ divino testimonio ad Dei pertinent inimicitiam, in me damnavi ut pœnam tartaream, sacra dicente scriptura: *Qvi amicus fuerit hujus seculi, inimicus Dei deputabitur.* Fratris convitium, ut fatue dictum, lege Evangelica deputari, ut gehennale supplicium: mendacium qvoqve vel odium, non minus qvam homicidium execravi reatum: testante Apostolo: *Qvi odit fratrem suum, homicida est.* Eodem modo mendacium respui, ut scelus pessimum de qvo terribiliter devinitus habetur præfixum: *Perdes omnes qvi loqvuntur mendacium*: qvo scelere offenditur Dominus, decipitur proximus, perit & ipse propria nece dolosus. Qvibus qvidem aliisqve similibus formidolosissimis pestibus territus atqve compunctus, non ficte, sed devote corripiente Domino ingemui; qvi qvos amat arguit, flagellat omnem filium qvem recipit; sancto clamante Apostolo. *Cum judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Ne igitur sævientes in me amplius peccarent, Salvatoris nostri evadendi usus sum argumentum: qvi inter manus perseqventium abscondit se, & exivit de templo. Namqve ego periculis imminentibus distuli exire de templo, & secedere à pontificali officio; qvi violenter à triennio jam expulsus eram à debito sacrificandi loco. Nam & Apostoli tempore passionis territi, non ritum sacrificandi, sed provida circumspectione abdita tantum loca orationis qværebant latitandi: qvia metus fraterna cum discordia, divinarite non celebrat carismata. Etiam & tempus lugendi non exposcit solemnia, sed potius evadendi remedia, dicendo: *Confitebor adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.* In hoc ergo tempore oportuno si sancti pro remissione peccatorum laborant, peccatores utiqve ad confessionis remedia currere non differant necesse est. Unde & neqvaqvam noxia sed potius saluberrima habenda est illa confessionis meæ publica inscriptio, per qvam certa perhibetur posse fieri peccatorum remissio. Dum lex pœnitentium, qvæ à mœrore incipit, ad gaudia merito consurgit, divina dicente sententia: *qvi seminant in lacrymis, in gaudio metent.* Neqve enim Dominus despicere aut damnare, sed potius sanare atqve erigere contritos corde legitur. Subscriptionem ergo mihi in angustiis neqvaqvam damnationis, sed potius ereptionis titulo edidi, qvam non convictus, sed valde districtus protuli. Melius hic inferendam ad notationem publicam providi in testimonio veritatis, nec vita aut minuata maculetur alicujus æmuli qvandoqve mendaciis: ut & qvod tunc secreto gestum est ereptionis argumento, hinc jam publico ubiqve discutiatur ab omnibus veræ charitatis judicio. Dum nullum ibi certum damnationis præfigitur crimen; nullatenus ullum possit ultra pati confessionis discrimen. Non noxia ergo, sed valde proficua habenda est talis subscriptio, qvæ furores perseqventium mitigavit, hiemales anxias vexationes fratrum porrecta lævigavit, me etiam ab ira sævientium eripuit. Insuper & secundum sanctarum scripturarum auctoritatem mihi confitenti remissionem porrigit peccatorum, si perseveravero divinitus castigatus in emendatione morum. Scripsi utiqve, in qvo apud Dominum non corrui, sed potius humili satisfactione convalui, & hæc ita vim facientibus edita obtuli: qvia certus sum, & scio, cui credidi, dicens: EGO EBO *indignus Episcopus recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum, testes confessores meos* Ajulfum *videlicet Archiepiscopum,* Badarandum *qvoqve, nec non &* Modoinum *Episcopos constitui mihi judices delictorum meorum, puramqve ipsis dedi confessionem, qværens, remedium pœnitendi, & salutem animæ meæ, ut recederem ab officio & ministerio pontificali, qvo me recognosco esse indignum: alienumqve me reddens pro reatibus meis, in qvibus me peccasse secrete ipsis confessus sum: eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alii succedendi & consecrandi, subrogandiqve in loco meo, qvi digne præesse & prodesse possit Ecclesiæ, cui hactenus indignus præfui; & ut inde nullam repetitionem, aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria subscribens firmavi.* Si qvis vero per hanc salutarem in pressuris repertam conscriptionis formam me damnandum decreverit similiter, & in omnibus scriptis meis me opprimere

poterit, in qvibus nunqvam me justifico, sed semper *indignum Episcopum* scribens ubiqve denuncio. Nec tamen me in hoc eadem subscriptione ullus violatorem aut mendacem deprehendere poterit, qvia nemo ibi postea utilior præfuit; sed septenni ferme sub pœnitentiæ spatio, qvo sancta in Ecclesia peccatorum pœnitentibus fieri solet remissio, patienter exspectans, & nemini consecrationis ibi dignitatem impedivi. *Nolite* ergo, dicente Domino Deo nostro, *condemnare, & non condemnabimini. In qvo enim judicio judicaveritis judicabimini.* Conscriptio itaqve hæc diversis necessitatibus, id est, delictorum & perseqventium occasione confecta, si adhuc scandalizanti alicui scrupulum generat, universam ibi, qvæso, verborum rationem discutiat. In qva certo crimine invento, unde canonica rite seqvitur damnatio, juste, precor, & non livide judicet proximo: dumqve se æstimat stare, videat ne cadat. Qvia lividus judex festucam in alterius qværens, trabem in suo neqvaqvam sentit oculo. Luce clarius namqve canonica fulget auctoritas, qvod sicut sine certo crimine nunqvam dejicitur Episcopus, ita nec absolutione spontanea, qvanto minus violenta, alterius sub custodia non licet recedere Episcopum sine eorum præsentia, & consensu civium subditorum. Prævalet ergo in omnibus his Ecclesiastica repetitio supra qvascunqve alias adinventiones violentas aut libitas, suo magis, qvam JEsu Christi qvarentia. His itaqve explicitis, canonicæ restitutionis palatinis summis negotiis, comprovincialium receptionis auctoritas solenniter roborata. VIII. Idus Decembris extitit principali in Ecclesia & sancta sede Remensi, obviam ibi occurrentibus cunctis diœceseos præsulibus aut concivibus inclytis, à longe Ecclesiastica hac publica necessitate vel utilitate promotis, qvibus veniendi impossibilitas sola non restitit, generali conventu congratulationis hanc subscriptionem publicam concordi unanimitatem celebratam priscorum patrum exemplis edocti rationabiliter ediderunt. Hæc ita scribendo omnes subternotati antistites unanimiter præfigentes sanxerunt: dum non habetur incognitum qvod à pluribus videtur esse compertum, qvaliter Ecclesia hæc maxima Galliarum sub regimine Francorum diversis perturbationibus ac discordiis principum his temporibus agitata vexatur. Unde & plurimi Episcoporum vi propriis sedibus expulsi, aut timore de relictis gregibus, diversis in partibus exulantur. Inter qvos etiam EBO Archiepiscopus Remensis Ecclesiæ, raptus à propria sede principum indignatione violenter in exilio ductus est. Unde & reductus sub custodia, ut periculum imminens evaderet, & furores perseqventium mitigaret, redimendo tempus, ut meliori se tempori reservaret, cum consensu Episcoporum pontificali secessit à ministerio: dum inter errores & discordias ratio non finit immolare victimas, dicente Domino: *Si offeres munus tuum ad altare, & recordatus fueris, qvia frater tuus habet aliqvid adversum te, relinqve munus tuum &c.* Postqvam vero Deus Ecclesiæ suæ tranqvilliora tempora reddidit, placuit Principibus & magistris Ecclesiasticis ut idem pastor ad debitum ovile reverteretur & oves, qvas compulsus reliqverat, tuendas iterum reciperet. Qvibus Ecclesiasticis debitis negotiis Ego *Teudericus* Camaracensis Episcopus adsensum canonice præbens, sicut prius de illius discessu compatiendo dolui, ita & modo ipsius de reversione congaudens, constitutionibus has seniorum & fratrum roborando subscripsi qvia talia sæpe contigisse & in aliis gestis Ecclesiasticis legi *Hrothadus* Svesionicus Episcopus hæc ita similiter roboravi, *Hildemannus* Baluacensis similiter, *Lupus* Catillonensis similiter, *Ragenarius* Ambionensis similiter, *Erpuvinus* Silvenectensis similiter, *Folcoinus* Taravicensis similiter, *Immo* Noviomacensis similiter. Juste ergo judicantur omnia irrita, qvæ non fuerint auctoritate Canonica evidentius undiqve fulta. Fidissimus deniqve tot talibusqve præsidiis Ecclesiasticis hæc mihi salutis præsentia & æterna qvæsivi remedia; tum nimis tacendo in tempore loqvendi, nimisqve loqvendo in tempore tacendi. Inter cætera memetipsum noxia reprehendi contagia, divinam majestatem implorans, ut ponat ultra custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis; ne declinet cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, sed corripiet me justus semper in misericordia. Cum enim nec justum, nisi in misericordia corripere, sinit divina potentia, qvomodo peccator peccatorem damnare licite poterit divina sine vindicta. Dominus utiqve dominantium meretricem legalibus pœnis dignam, non nisi sine peccato qvemqvam damnare adqvievit; qvo pietatis exemplo compunctum corde, non mortificare, sed misericordiam magis qvam sacrificium velle monstravit. Publicanum qvidem se ipsum accusantem non condemnavit, sed magis justificavit; nec oppressit, sed extulit, cum

non

non dixit: qvi se humiliat condemnabitur, sed exaltabitur. Semivivum similiter prostratum non respuit, sed procurandum sanctis stabulariis, ligandi solvendiqve potestatem habentibus commisit, & super divina accepta denariorum reparandi munera compassione propria condolere proximo mercedis lucro commonuit, dicens: *Qvodcunqve supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi.* Davidica qvippe compunctio momentanea, non dejectionem, sed recuperationem meruit, sancti qvoqve Apostoli de promissa ac mentita in passione perseverantia, post resurrectionem vero de stultitia & incredulitate, vel cordis duritia, increpati: Petri etiam negatio contritione cordis purgata, neqvaqvam damnatos, verum etiam correctos, pristinisqve dignitatibus restitutos, non solum celebrat, sed potius de reparatione lapsorum imitando gloriatur ubiqve gavisa sancta Dei Ecclesia. Moderna eqvidem auctoritate palatina compulsi in angustiis ad monasticum pœnitentis habitum utriusqve sexus laici: itemqve pace reddita redisse ad statum seculi pristinum manifestissimum est. Qvo in ritu nullum esse dedecus constat, si offensus clericus post humilem satisfactionem suum debitum clericatum recuperat. Igitur tam manifestis novi ac veteris Testamenti divinis nobis ostensis beneficiorum exemplis, ad jam dictam vulgo notam satisfactionem humilem me devotus obtuli: eo qvod recuperationem magis, qvam damnationem unqvam ab initio semper humilis meruit satisfactio. Post qvam vero persecutionem succedente offensi Principis glorioso hærede Hlothario Cæsare, mox mihi Ecclesiastica restitutata est concordia, &, vacantem Ecclesiam, quam qvondam violenter amiseram, inveniens, non præsumtive, sed repetentibus sanctis ibi ordinibus debite, septennem fere post satisfactionem, recepi; adsistentibus cum Principe magnificis Præsulibus plurimis, qvorum auctoritate omnium revocatus, hanc adnotationem futuris temporibus recitandam, scriptis his memorabilibus in universa catholica Dei Ecclesia manifestum fieri placuit, & sinistras opiniones falsorum fratrum hac certa veritate prolata delere, sanctis verisqve fratribus in his omnibus satisfacere decuit, plus de gratia recuperationis congaudere, qvam de neqvitia damnationis dolere suggerens, sicut oportuit festiva hæc restitutio Deo dignis posteris procuravit.

LXXXIII. *LEGATIO EBONIS ARCHIEPISCOPI Remensis ad gentes Septentrionales à Paschali Papa suscepta.*

A*Utenticis per ordinem succedentium trium Apostolicorum roboratis* privilegiis, *Paschalis* scilicet, *Eugenii* sive *Gregorii* sanctæ Romanæ sedis præsulum hoc legationis Christi exemplar editum cunctis Ecclesiæ catholicæ filiis porrectum atqve præfixum, opem ferentibus, felicitatis negotium; impedientibus autem terribile damnationis judicium, si ligandi solvendiqve Apostolicæ dignitatis verum Dei esse potest testimonium dicentis: *Qvodcunqve ligaveris super terram*, & reliqva. Insuper verò *qvod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; ut qvi scandalizaverit unum de pusillis; vel* cætera, mundo superbientibus divinitus vulgata tormenta. Piis tamen benignisqve mentibus hæc ita conscripta, per *ordinem firmaverunt inviolabilia jura Apostolica.*

LXXXIV. *LITERÆ PASCHALIS PAPÆ AD omnes Christianos Deo fideles.*

PAschalis Episcopus servus servorum Dei, universis sanctissimis fratribus, Coepiscopis, presbyteris, seu cæteris Ecclesiasticis ordinibus gloriosissimisqve Principus, Ducibus, sive magnificis Comitibus, & cunctis Christianis Dei fidelibus. Cum religiosissimum constet curam ac sollicitudinem erga Dominicum gregem gerere, qvem divina dispensatione suscepimus gubernandum, atqve cœlestia pabula salubri communicatione subministrandum, maxime his, qvi in competis & pagis sub principe tenebrarum callida suasione persistunt, & vitam viæ ignorantes devii, non qvæ sursum sunt, sed qvæ deorsum, stulta instigatione perqvirunt. Sed qvia in partibus Aqvilonis qvasdam gentes

Refer ad cap. 14. l. 1. pag. 17. ubi expresse eas citat Adamus; tum c. 18. ibid. & p. 19.

tes consistere, qvæ nec dum agnitionem Dei habere, nec sacra unda baptismatis sunt renati, sub umbra mortis existere, & magis creaturæ qvam creatori ignari mente servire cognovimus: Idcirco præsentem reverendissimum fratrem ac coëpiscopum nostrum EBONEM, sanctæ Remensis Ecclesiæ necessarium, cum consensu fidelium Dei, duximus illis in partibus pro intimatione veritatis dirigendum: qvatenus auctoritate beatorum principum Apostolorum Petri ac Pauli nostra fraterna vice informatus, ante corpus & confessionem ipsius Apostolorum Principis Evangelizandi publica auctoritate liberam tradidimus in omnibus facultatem, ut verbum vitæ viamqve salutis ubiqve provideat, & fidei normam cœlesti educatione confirmet, atqve Apostolicæ institutionis doctrinam omni diabolico errore depulso viva voce corroboret, & si fortasse ad hoc divinum pertinens officium aliqvid dubium emerserit, ad sanctam Dei Catholicam atqve Apostolicam Romanam Ecclesiam recurrendo semper, & ex ejus hauriet purissimo fonte latices, unde & à cordibus mortalium divina interveniente gratia noxis emundare possit errores. Collegam deniqve huic divinæ administrationis legationi ei providentes, HALITGARIUM religiosum adjicentes ministrum constituimus, qvatenus ad sedem Apostolicam oportuna valeat tempore de credito negotio facilius præstante Domino intimare, & nunqvam se in qvalibet parte huic nostræ auctoritatis ministerio commisso negligere. Cui coram districto judice inde rationem reddere, & de destituto ministerio pœnas recipere sempiternas, non dubium esse præfigimus. Pro qvo omnes exhortantes unanimiter commonemus ob amorem omnipotentis Dei, & Domini nostri JEsu Christi, atqve Apostolorum ejus venerationem; ut in omnibus necessitatibus legationis hujus totis viribus eis solatiari certetis, & in nomine Domini nostri Jesu Christi, sicut scriptum est, recipere debeatis; *Qvi vos*, inqvit, *recipit, me recipit; & qvi vos spernit, me spernit.* Et iterum: *Qvod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Unde magis magisqve commonemus, ut provida devotione, & largo charitatis affectu, puraqve mente, ac sincera intentione, qvæqve itineri hujus necessaria prospicitis, pia benignitate pro viribus succurrere non renuatis; ut pro certo hujus pietatis opere participes apud Dominum dignæ retributionis meritum percipiatis, sive in cœlesti descriptione hujusmodi pro compensationis munere in consortio sanctorum connumerari valeatis. Si qvis vero huic Dei officio ad intiminationem gentium à sancta catholica & Apostolica Ecclesia pio consultu Ecclesiastico, destinato adsensum vel auxilium præbuerit, per interventionem beatorum Apostolorum, martyrum qvoqve atqve sanctorum omnium in cœlestibus gaudiis talibus pro meritis mereatur adscribi. At vero si qvis, qvod non optamus, contrarius adversator, huic divino cultui institerit, vel in qvoqvam præpedire conatus fuerit: his, vel cooperatoribus eorum; ad hoc peragendum ministerium temerator extiterit, & divina jussione & Apostolica auctoritate, anathematis vinculo puniatur, & perpetua condemnatione reus, diabolica sorte damnetur. (a) *Similiter auctoritate hujus Apostolici privilegii adjunctus est huic legationi ANSKARIUS Episcopus cum sociis suis, confirmatione Eugenii seqventis Papæ; qvos succedens & Gregorius præsul eadem roboratione* (b) *ausit, & Simonem Archiepiscopum cum ANSKARIO pontificali pallio pariter decoratos, in Archiepiscopali dignitate* (c) *si non temporaliter opulenti, spiritaliter tamen roborati, verbum Domini gentibus porrigentes, decus divinum in ipsis vigeret* (d) *(sublimi usqve) corruscaret in omnibus.*

(a) Hæc & superiora illa, literis Papalibus præmissa ut in MSto. Diplomati adsuta leguntur, sic exhibere etiam hic una volui. (b) forte *fulsit* legendum. (c) deest *constituit ut*, vel simile. (d) forte *submiliter atqve.*



LXXXV.

LXXXV. JOHANNIS EPISCOPI ABOENSIS Ordinatio de decimis.

Edita à Richardo von der Hardt Osnabruga Westphalo in Epistola ad Joañem Peringschieldium Hamburg. 1705. 4to

UNiversis præsentes literas inspecturis Johannnes (a) divina miseratione Episcopus Aboënsis salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per præsentes, qvod nos sub anno Domini MCCCLXX. tertio circa purificationem Mariæ per terram Nylandiæ in visitationis officio transeuntes intelleximus, magnam fore difformitatem in diversis parochiis super & pro Maskoth (b) minoribus decimis ac aliis exhibitionibus Ecclesiasticis exhibendis, qvæ in diversis parochiis terræ Nylandensis inæqvaliter & difformiter hactenus solvebantur. Unde non modicus error, clamor & contentio inter clerum & populum terræ Nylandensis in grave animarum periculum fovebantur. Nos igitur, ut tenemur, hujusmodi clamoribus contentionibus & erroribus viam præcludere cupientes, convocatis ad Karum (c) clero & populo Nylandensi, ad præsentiam nostram nec non nobilis viri Hennichini Dyme pro tunc advocati castri Viborgensis, ex communi utrarumqve partium consensu voluntario statuimus, ac ordinatione in perpetuum valitura declaramus, qvod Maskaut secundum literas prædecessorum nostrorum super hoc confectas, qvarum tenores sunt subscripti in debitis & consvetis terminis, sub pœna trium marcharum integraliter exsolvantur. Cum pauperibus vero, qvi tali modo solvere Maskaut suum non sufficiunt, ad judicium bonorum virorum curatus conscientiose agat, prout eorum insufficientia reqvirit & paupertas. Majores decimæ exhibeantur sicut prius est servatum: Minores (d) vero decimæ qvocunqve nomine accusentur, nullis penitus exclusis, prout etiam in litera Venerabilis Patris Domini, Domini Birgeri Archiepiscopi Upsaliensis lucidius exprimitur, devote & integraliter exsolvantur. Præterea diffinitum fuit qvod de sagenis (e) singulis caudam dictam Kalff habentibus detur curato una pars dicta Maskaut, cum pisce, qvi capitio, meliori. De aliis vero piscibus, qvocunqve modo, Deo largiente capiuntur & fora (f) decimæ solvantur integrales, & similiter de speriolis avibus, (g) aliisqve bestiis sylvestribus qvibuscunqve. Item concordatum & statutum fuit qvod viri dicti Malamen, habentes proprias domos & supellectilia dicta Boskap, modicum tamen vel nihil seminantes benevole solvant loco Maskaut qvinqve solidos Svenos Curato, Ecclesiæ unum solidum, & tantum Campanario. Alii vero Malamen non habentes domos proprias, sed cum aliis habitantes, solvant curato unam oram (h) Svenam, Ecclesiæ qvatuor denarios Svenos & tantum Campanario. Mercenarius solvat curato unum solidum Svenum, mercenaria qvoqve solvat sex denarios. Item husqvina (i) solvat curato unum solidum, & duos denarios Campanario. Omnes & singulæ aliæ obventiones devote & integraliter exhibeantur, prout clare docent tenores infra scripti, qvorum qvidem originalia in Ecclesia Cathedrali sub salvis sigillis imposita conservantur. In qvarum ordinatium & diffinitionum majorem evidentiam sigillum nostrum una cum sigillis circumspectorum virorum, videlicet Hennichini Dyme prædicti, Nicolai Pedersson, Simonis Johannsson pro tunc exactorum regii in Nylandia, Andreæ Svensson cum sigillo terræ Nylandensis est appensum. Datum & actum apud Ecclesiam Karum eodem anno decima septima die mensis Februarii. Apposita tamen sigillo terræ qvarto die post. Data apud Ecclesiam Tenalee in communi placito.

(a) Johannes cognomento Westfaal *Episcopus* Aboensis obiit in Nyttegærdh A. 1374.

(b) Qvasi *Matskot* notante Schefero, à *Mat* qvod cibum denotat.

(c) Forte scriptum erat *Kram* ut legendum sit *Katharinam* cui templum Cathedrale sacrum Infra qvoqve legas: *apud Ecclesiam Karum.*

(d) de lana, lino, canabi &c. vide Langii Glossar.

(e) Navigii genus piscatorii cum jure piscandi per certum spatium.

(f) forte lege *& loco.*

(g) Nescio intelligantur ne Sparverii (Sperber) an passeres (Sperlinge.)

(h) Moneta fuit valens sedecim denarios.

(i) Mater familias.


LXXXVI.

LXXXVI. *RESCRIPTUM BERGERI, Regis Svenorum.*

BErgerus Dei gratia Swenorum Gotharumqve Rex, discreto viro Domino Nicolao Andersson Præfecto Finlandiæ, salutem in Domino sempiternam. Accedentes ad nos præsentes exhibitores Michaël de Lappafærd, Andar de Saſtamell & Tobbe de Tenka nobis sua propositione de sylvis in Tawastia qverulosa monstrarunt, qvod secundum qvorundam prædiorum culturam de qvibus sylvis in Tawastia qvas ex speciali concessione & licentia Domini Haraldi qvondam ibidem advocati nostri hactenus excoluerant, nunc ut asserunt molestantur & impetuntur nimis injuste. Qvare cum Fratri carissimo Duci Waldemaro mage proficuum esse dinoscitur qvod terra sua per homines discretos ydoneos excolatur & inhabitetur qvam deserta relinqvitur, volumus & mandadamus itaqve, qvatenus super præmissis homines prædictos à modo nullatenus molestare velitis, sed potius ipsos terram per eos cultam pacifice & qviete de cætero sicut hactenus habere permittatis, dummodo non obstiterit aliqvid, qvod adhuc intelligere non potuimns de prædiis supradictis.

Datum Stockholm Anno Domini M CCC. III. Kalend. Junii.

F I N I S.



INCER-

INCERTI AUCTORIS CHRONICA SCHLAVICA. 203.

CAPITULUM PRIMUM.

Teste Beato Gregorio Magno: qui obiit circa annum Domini 606. in prologo Dialogorum didicimus: quod plures ad amorem patriæ cœlestis attendunt exempla quam prædicata, sive prædicamenta subtilis scripturæ. Quia auditis arduis sanctorum Patrum factis homo sensatus tantorum patrum præcedentium labore, acuitur ad vitæ futuræ amorem, & si se jam aliquid esse existimat: dum de aliis multo meliora cognoverit, suam propriam elationem & præsumptionem damnat, atque supplantat: videns, se non fore formicam inter tantos camelos. Igitur ut jam clerici habeant, unde de retroactis discant: jam superest pertinere quædam facta memorabiliora Lubicensis, Hamburgensis, Sverinensis, Slesvicensis Ecclesiarum: atque Sundensis, Rostochiensis, Wismariensis, simul & Luneburgensis civitatum: In quibus manuducti habeant, unde lectis sacris scripturis alterentur atque recreentur. Quia secundum eundem Gregorium in prologo super Ezechielem; Sæpe inter quotidianas delicias, viliores cibi suaviter sapiunt.

§ Unde sciendum quod Sclavia, sive Sclavonia duplex est, scilicet major, quæ est circa Dalmaciam: & minor, quæ in finibus est Saxoniæ, versus mare Balticum: ubi præfatæ civitates sunt situatæ, fere maris in oris. Hæc Sclavia à confratribus, Bohemis & Brutenis, diversis amnibus secluditur: & à Gothis & Danis, mari sejungitur. Hæc gens robustissima, & animosa: licet sit frontosa atque thorosa, piscatura & agricultura delectatur. Estque magis pia Sclavis superioribus, maxime, quia cum Germanis consortia & admixtionem habet.

§ Mare ergo præfatum, quod Barbarum sive Scyticum alio nomine dicitur: sed Balticum à balteo, quia longum & strictum per milliaria LXX. nominatum, ad litus Australe habet Sclavorum nationes. Primo ad Orientem Ruthos, sive Ruthenos, de Rutzen: Polonos atque Pruthenos, ab Austro Bohemos, qui dicuntur Moravi, sive Carinthi, atque Ungaros: qui & in Sclavia, sive Sclavonia jacent, ad Austrum, ut quibusdam placet. Omnes istæ nationes, præter solos Prutenos: anno Domini DCCCXX. Christianitatis titulo decorantur.

CAPITULUM II.

Rutia à Danis Ostragard, i. e. in Oriente posita, affluens omnibus bonis, vocatur. Dicitur etiam Chunigard: eo quod sedes Hunnorum primo ibi fuerit. Hujus metropolis, Chue, i. e. à coge, nescitur à quibus doctoribus sit conversa: Græcorum magis quam latinorum observantiam imitatur. Nam Rutzenum mare breve, i. e. brachium in Græciam mittit. Apud Prutzos, martyrio coronatus est illustris Bohemiæ Episcopus Adelbertus. Carinthi confines sunt Bavaris: homines valde timorati, ac sacerdotum veneratores. Bohemia Regem habet: plena est Ecclesiis ac religione divina: Episcopatus duos habet: Pragensem & Olivacensem. § Polonia enim, magna Sclavorum provincia, protenditur ad Rutziam, octo quondam Episcopatus habuit. Nunc ducibus gubernatur, Anno scil. Domini 820. Regem quondam habuit. Ipsa sicut & Bohemia sub tributo est Imperatoriæ Majestatis. De Polonia venitur ad amplissimam Sclavorum provinciam Winitorum, sive Winiculorum qui antiquitus Wandali dicti sunt. Horum primi Pomerani: quorum sedes protenditur usque ad Oderam, quæ Odera in saltu Moravorum, quæ est ab oriente Bohemiæ oritur: ubi & Albea sortitur principium, non longe ab invicem, fluens per Bohemiam. 204. Sclavos dirimit à Saxonibus, novissime parochiam, i. e. diœcesim Hammenburg dividit à Bremensi, influens Oceanum Britannicum. Odera, die Oder, vergens in Boream transit per medios Winilorum populos, dividens Pomeranos à Wilzis. In cujus ostio ad mare Balticum quondam fuit nobilissima Lunneta, i. e. Lunden, maxima totius Europæ urbs, ubi statio Barbarorum & Græcorum fuit. Saxones etiam ibi permissi sunt venire, causa commercio-

merciorum, dummodo tamen nihil vellent publicare ibidem de titulo Christianitatis. Hanc civitatem qvidam Rex Danus classe stipatus evertit, hæc etiam nunqvam fidem habuit Christi.

CAPITVLVM III.

INter Oderam & Albiam degunt Heruli vel Eveldi, qvi sunt juxta Habolam fluvium: & Boxani, Leubuzi, Wilini & Stoderani, cum multis aliis. Post Pomeranos ad Occidentem sunt Winuli idololatræ. Deinde venitur ad Circipanos & Kicinos, ubi civitas est Demmyn. Ultra illos sunt Lingones & Warnani. Hos seqvuntur Obotriti Civitas illorum Mekelenburg. Inde versus nos Polabi, civitas illorum Racisburg. Inde transita Travena, vel potius Trabena, venitur in nostram Wagirensem provinciam, cujus fuit qvondam civitas maritima nobilis valde Oldenburg. De Wagris inter Orientem & Boream est insula Baltici maris Fembre, id est, Vemerem: à qvo ad Orientem longe est insula Rugianorum, sive Ranorum, multo major, contra Wilzos, gens fortissima Sclavorum, qvi nunc Regem habent: Et anno incarnationis Domini 1179. Lubicanæ urbis incolæ, vicerunt eundem Regem. Hæ omnes gentes idololatræ. Has Karolus Magnus ad fidem convertit Christianam, Saxones atqve Thuringos, qvia annis 33. continuis Pipinus genitor Caroli & Carolus, bellaverunt contra Saxones. Tunc tandem Widikindus eorum princeps, deposita tyrannide, baptizatus est, cum omnibus magnatibus suis.

CAPITVLVM IV.

AT divisa est Saxonia in octo Episcopatus, & Frisia agrestis jugum Dei suscepit, ac in Hammenburg constructa est Ecclesia, cui Heridagum virum sanctum Carolus præfecit Episcopum, volens eam esse metropolim omnium Sclavorum ac Danorum. Mortuo igitur in Christo Carolo, anno domini 814. de qvo habes in Speculo historiali libro 27. cap. 27. & 28. Lodowicus filius ejus ei successit in regnum, libro 27. cap. 26. Speculi historialis, paternis per omnia votis concordans, qvi successu temporum sanctum Anscarium, Archipræsulem fecit Hammenburgen. & Metropolitanum universis Borealibus populis, & gratia Dei respersa miro crevit modo Ecclesia. Lodowico igitur defuncto, qvi obiit anno domini 841. libro 27, cap. 37. Speculi historialis: qvatuor filii ejus propter principatum contendebant, & orta sunt bella intestina. Sed Sergius Papa, qvi cœpit anno scilicet Domini 847. ipse concordiam fecit, dividens regnum in qvatuor. De isto vide latius in Speculo historiali, libro 27. cap. 37. Hac tempestate ipsi Dani, Frisones fecerunt tributarios, classe civitatem, Coloniam obsederunt, parochiam, i. e. diœcesim Hammenburg funditus exciderunt, & sanctus Archipræsul Anscarius miro cum suis dispersus est modo.

CAPITULVM V.

LUdowicus tamen postea Rex Germaniæ, filius videlicet Lodowici cui Germania cessit inter fratres, à Sergio Papa, gloriosus in omnibus, pastore Ecclesiæ Bremensis defuncto, volens Hammenburgensem resarcire Ecclesiam, adjecit sibi Bremensem, ut esset una. Qvo facto, sanctus Anscarius cœpit oves Christi convocare, & Cæsaris legatione
205. functus, Danorum Regem, adhuc gentilem, favorosum sibi fecit, apud qvem obtinuit statuendi Ecclesiam in Slesswick & in Ripa: Et qvod nemo deberet impedire aliqvem volentem baptizari, unde & Dani & Sveones, sudoroso labore Anscarii, cum suis ceperunt fidem. Nam & ipse cum literis Regis Danorum, personaliter adivit classe Bircam, principalem Svediæ civitatem, non sine magno timore, & datis post multa ibidem pontificibus, reversus est ad propria. Tamen inter omnes Boreales, Winuli, sive Winiti, infideles manserunt, in ultima parte Saxoniæ. Trans Albeam est Nordalbingia: qvæ habet Thedmarcos, Holtzatos & Stormarios, deinde incipiunt termini Winitorum, qvi dicuntur Wagiri, & Obotriti: Kicini, Circipani, usqve ad urbem Demmyn; ubi limes Hamburgensis parochiæ. Isti omnes perfidi manserunt ob nimiam eorum duritiem. Rani etiam sive Rugiani, tempore Ludowici Secundi, qvi cœpit anno Domini 876. conversi à qvibusdam monachis de Corbeya, oratorium construxerunt in honorem Domini nostri Jesu Christi, & sancti Viti, qvi est patronus Corbeyæ. Sed succedente tempore, sacerdotibus pulsis, à fide defecerunt, & sanctum Vitum non solum sibi sanctum habebant, sed pro summo Deo coluerunt, cui etiam templum & simulacrum cui nomen Siantevith, qvod dicebatur gloriosissimus omnium deorum, gentium aliarum Sclavicarum, summo cultu dedicaverunt, de omnibus qvoqve provinciis Sclavorum illic responsa petuntur, & sacrificia offeruntur, Vide infra

infra cap. XXXII. Nemo etiam mercatorum, qvicqvam ibi vendere, vel emere poterat, nisi prius pretiosa mercibus de suis libaverat. Et hæc superstitio apud eos usqve in hunc annum & diem, scil. qvo scribitur, 1168. perseverat.

CAPITULUM VI.

His temporibus longo tempore Nordmanni multa enormia fecerunt, contra Imperatorem: & post mortem ejus majora in Moguntia, in Trajecto, & in Aqvisgrano, per LXX. annos, usqve ad tempora Arnulphi Imperatoris, qvi cœpit anno Domini 891. & imperavit annis XII. Hæc acta sunt tempore beati Adalgarii, Archiepiscopi, qvi fuit successor beati Remberti, & tertius à beato Anschario. Post Adalgarium successit Hogerus: Post hunc Reynwardus in cathedram, sed in imperio Arnulphus habuit successorem, Lodovicum puerum: qvi cœpit anno Domini 903. & illo postmodum deposito, Conradus Francorum Dux imperavit, qvi cœpit anno Domini 912. Et in isto Lodovico, Caroli finitur prosapia. Tempore Conradi Ungari vastant Lotharingiam, Saxoniam, Daciam, præliis. His temporibus successit in cathedra Reynwardo, Unni, vir sanctissimus: qvi in Birca oppido Gothorum obiit, anno Domini 936. qvo causa prædicationis verbi Dei venit: ubi in 70. annis post Sanctum Anscharium, nemo ausus fuit prædicando venire. Huic successit venerabilis vir Adeldagus.

CAPITULUM VII.

Eodem Anno, scil. anno Domini 938. obiit Henricus Imperator, Conradi filius, qvi cœpit imperare anno Domini 920. & imperavit annis 18. Cui successit filius ejus Magnus Otto, anno Domini 938. & annis XXXVI. imperavit. Cui Rex Danorum negavit tributum consvetum imperio, qvi & Marchionem, legatum ab Imperatore, nomine Hediba, circa Sleswik obtruncavit, cum suis. Fratres verò Ottonis, multum injuriæ sibi irrogarunt, & de omnibus se defendens regna retrocedentia Imperii recuperavit, qvæ Carolus Magnus habuit, ferè qvasi omnem terram Danorum gladio & igne vastavit, & præsertim circa Sleswik usqve ad mare novissimum qvod Nordmannos dirimit à Danis, ideo usqve in præsentem diem à victoria Imperatoris Ottensund dicitur. Qvi reversus Regem Danorum Haroldum circa Sleswik contra se bellaturum invenit, qvibus diu bellantibus Rex Haroldus, vel Alradus vincitur, ideo homagium Imperatori faciens, regnum ab eo accepit, & Christianum cum tota Dacia se fieri promisit, nec mora cum uxore sua, scil. Ghunnyld baptisatus est: & filio parvulo qvem Imperator de fonte baptismi levavit, & Ottonem nominavit, & sic in Dacia facti sunt tres Episcopi suffraganei Hammenburgen. Ecclesiæ Metropolitanæ cui tunc præsedit Adeldagus, vir beatissimus. 206.

CAPITULUM VIII.

Deinde Otto cum exercitu suo omnem Slavoniæ gentilitatem ad fidem Christi & ad tributum Imperii constrinxit. His temporibus sedes Apostolica multum turbata, vocavit Ottonem. Hermanno igitur nobili viro Saxonia commissa, ne Dani vel aliæ gentes sua in absentia male agerent, Italiam venit, & Johannem concilio Episcoporum, qvamvis absentem, deponi fecit à papatu, qvia criminaliter accusatum, & in locum ejus pro tunc Leonem ordinavit, à qvo ipse mox coronatus, Imperator à populo Romano consalutatus est, anno regni ejus 18. post coronatum Romæ Carolum 173. In Italia igitur qvinqve annis cum filio suo commoratus est, debellatis filiis Berengarii pristinæ libertati Romam restituit. Et repatrians, Magdeburg urbem super Albis fluminis ripam condidit, qvam Sclavis metropolim statuens, Adelbertum summæ sanctitatis virum, Episcopum consecrari ibidem fecit, anno Imperatoris XXXV. post ordinationem Sancti Anscharii 137. Adelbertus igitur duodecim annis sedit, cujus fines diœcesis usqve ad fluvium Penem, & habuit qvinqve Suffraganeos, scil. Merceburg, Cicen, super Salam fluvium conditæ, Misna super Albiam, Brandenburg & Havelsberg, Sextum ei addidit Aldenburg, qvod tamen Adeldagus Episcopus Hammenburgen. negavit, eo qvod in suo sinu antiqvorum Imperatorum privilegio esset.

CAPITULUM IX.

Aldenburg Sclavica lingua Stargarde, i. e. antiqva civitas dicitur, & est terminus Sclaviæ in terra Wagirorum in occidinis Baltici maris partibus, in cujus finibus clare videtur Fembre insula. Hæc civitas & provincia fortissimis viris decorata est, cujus Reguli qvondam

dam omnium Obotritorum, sive Cicinorum, & longe remotiorum populorum dominium habebant. Hæc civitas Aldenburg fidelis facta tempore Ottonis, ut supra cap. VIII. in principio cum cæteris Sclavis primum ab Ottone pontificem accepit nomine Marconem, subdens ei omnem Obotritorum provinciam, usque ad Penem fluvium, i. e. die Peyne, & urbem Demmyn. His temporibus Scleswik Romano subjacebat imperio cum tota terra Wagrica, in qva erat Aldenburg. Hic Marco prædictus omnem populum istum sacro fonte lavit, usqve ad Demmyn & Penem. Qvo defuncto Sleswik proprio Antistite decorata est, & in Aldenburg successit venerabilis vir Egwardus ordinatus à sancto Adeldago Archiepiscopo Hammenburgensi. Hic multos convertit Sclavorum, multæ ædificatæ sunt Ecclesiæ, sacerdotes & monachi multiplicati. Patronus Ecclesiæ Aldenburgen. fuit, scil. Johannes Baptista, Mekelenburgen. verò Petrus, ubi & monasterium Virginum. Pontifices Aldenbergen. magnam habebant gratiam cum regulis Sclavorum, qvi potentes effecti pontifices, ab Ottone Imperatore in temporalibus.

CAPITULUM X.

ANNO igitur regni Ottonis XXXVIII. & imperii XXXVI. hoc est anno Domini 974. domitoris omnium Septentrionis nationum, idem ipse feliciter migravit ad Dominum, sepultus in Magdeburg. Cui filius suus medianus Otto succedens, qvi cœpit anno Domini 974. & per decem annos strenue Imperium gubernavit. In Speculo, libro XXV. c. LXXXIX. latius habes illam materiam, qvam Helmoldus hic pertransit. Hic Lothario & Carolo regibus Francorum subactis, post multa bella cum Græcis & Saracenis, apud Romam decessit, scil. anno Domini 984. Cui tertius Otto, adhuc puer, successit per annos XVII. Ecclesiaqve miro crevit modo, sub his tribus Ottonibus. § Eodem tempore moritur Hermannus Dux
207. Saxonum, de qvo supra cap. VIII. Cui filius suus Bennon successit, non ita bonus. His etiam temporibus obiit Egwardus, vel Bernardus, præsul Aldeburgen. Cui successit Wago, qvi suam sororem pulcherrimam, à Regulo Obotritorum postulatam, in matrimonio tradidit, ut esset favorosior Ecclesiæ Dei novellæ, qvam tamen postea repudiavit, & Episcopum dolo circumvenit. Ideo multum cœperunt titubare Ecclesiastica, & divina, qvia Sclavi obniti cœperunt Imperatori ac etiam fidei.

CAPITULUM XI.

MORTUO igitur Wagone, Ezico Episcopus consecratur, Aldenburgen. IV. ab Adeldago sanctissimo Archiepiscopo Hammenburgensi, ut dicit Magister Adam. qvi disertissimo Stylo gesta Hammenburgen. Ecclesiæ Pontificum conscripsit. His temporibus multa sunt bella exorta, longo tempore, inter Danos & Barbaros. Igitur anno incarnationis Christi 1001. hoc est in fine regni Tertii Ottonis, cum jam Bolislaus, Polonorum Rex Christianissimus, Ottoni Tertio confœderatus, omnem Sclaviam, qvæ est ultra Oderam, diu tributis subjecisset: & Rutziæ ac Prutziæ reliqvias in Poloniam transtulisset, Otto Tertius in Roma decessit, scil. anno Domini 1003. § Cui successit Henricus, justitia & sanctitate insignis, qvi Bavenbergen. fundavit Episcopatum, qvi imperavit annis XXII. cujus regni anno X. mortuus est Dux Saxoniæ Benno, vir sanctus, & Ecclesiarum defensor. Cujus successor, filius ejus Bernardus, qvi Henrico Imperatore rebellavit: cum tota Saxonia, multosqve sua rapina, ad necessitatem paganismi coegit. Cum principibus etiam Winulorum, Mistowi & Missidrag, multam displicentiam fecit, ideo post cum esset Bernardus bellaturus contra Cæsarem, Sclavi totam Nordalbingiam, i. e. terram Stormariæ, ferro & igne depopulati sunt, Sacerdotes occiderunt propter fidem & captivos duxerunt, & præsertim apud Hammenburg. Presbyteros etiam LX. aliis populis more pecudum obtruncatis in Aldenburg ad majus ludibrium servabant, qvorum major loci præpositus, Oddar nomen habuit. His LX. in fine multorum tormentorum, cute capitis in modum crucis incisa, ferrum cerebro eorum immiserunt, & ligatis post terga manibus, per multas Sclavorum civitates traxerunt eos: usqve dum deficerent. Et tanti his temporibus in Sclavia facti sunt pro Christi nomine martyres, qvod vix possent libro comprehendi, qvia omnes Sclavi habitantes inter Albeam & Oderam: qvi tempore trium Ottonum prædictorum Christo crediderant per annos 70. jam qvasi omnes defecerunt, scil. tempore Bernardi Ducis Saxoniæ filii Bennonis, qvi populum Sclavorum graviter afflixit, cum Theodorico Marchione Sclavorum. His temporibus fuit Archiepiscopus Hammenburgen Libentius, qvi Adeldago, Hammenburgen. Episcopo successit, post Libentium Vimuarius venit, clarissimo genere oriundus.

CAPI-

CAPITULUM XII.

MORTUO autem Ezecone Episcopo IV. Aldenburgensi, successit ei Folqvardus, qvi de Sclavia tempore persecutionis pulsus in Norwegiam abiit, & multos credulos Christo fecit, ideo cum gaudio, post Bremam venit cui Reymbertus successit. Tempore igitur Vimuarij Episcopi Hammenburgen. Bernardus Dux Saxoniæ, suasu Pontificis flexus Henrico Cæsari supplex dedit manus, & Sclavis sub tributo positis, pax Ecclesiæ facta est, & Vimuarius XII. Canonicis Ecclesiæ Hammenburgen. tum factis, qvi populum ab idololatria converterent, novam Ecclesiam ibi construxit, qvia prædives & largus fuit, & clero apprime benevolus. Et Reymberto mortuo, Episcopo Aldenburgen. ordinavit Bennonem ibidem, virum prudentem, qvi unus fuit de duodecim prædictis, qvi prædicando multum fructum fecit, sed possessiones qvas Magnus Otto dedit eidem Ecclesiæ, qvestus coram Bernardo Duce Saxoniæ, de manibus principum Slavorum eripere non potuit, ut est Dertzou, Morize, Kucin, sed curtes illas obtinuit Buzu, i. e. Buzow, & Nezetina, & cæteras in terra Wagirorum, & de qvalibet domo, paupere, & divite II. denarios, i. e. nummos per omnem terram Obotritorum. Post Henricus Imperator in Werben circa Albiam, curiam celebravit, & ibidem Episcopus Benno sibi qverimoniam de eadem re fecit. Et post multa 208.
principes Obotriti, Kicini, Polabi, Wagiri & cæteri promiserunt Imperatori, Episcopo daturos se omnem decimam & censum, assignatam Ecclesiæ per Ottonem, sed nihil servabant. Ideo Episcopus penuria constrictus, ad sanctissimum virum Berenwarium Hildensemen. præsulem confugit qvi & ei vitæ stipendia supputavit de sua Ecclesia, & locum assignavit, à qvo sæpe exiens, Aldenburgen. Ecclesiam visitavit, & populo sibi commisso prædicavit. Eodem tempore idem Berenwarius in loco sibi hæreditario in Hildensem fundavit Ecclesiam in honorem sancti Michaelis, & turmam monachorum ibi congregavit pro Dei servitio, cujus latus sinistrum Benno cum dedicaret, tantus fuit ibi populus, qvod ab eo compressus & attritus, post paucos dies moreretur, & in aqvilonali absidia ejusdem Ecclesiæ, honestam obtinuit sepulturam. Huic verò successit Meynerus VIII. Episcopus Aldenburgen. qvi suscepit benedictionem à Libentio II. Post qvem Abelinus IX. ab Alebrando Archiepiscopo ordinatus. Post qvem X. in numero nomine Ezo.

CAPITULUM XIII.

HIs diebus Conradus II. Imperator regnat post Henricum, & cœpit anno domini 1027. & imperavit annis 17. Qvi Winithos multis bellis attrivit, ideo firma pax fuit in Sclavia sed religionis incrementum paucum, præpediente avaritia Ducis Saxonum. His diebus Kanutus, Rex fuit in Dacia, ad qvem fugit Godescalcus filius principis Slavorum, postqvam multa strage percussit terram Nordalbingorum, scil. in Holtsatia, Stormargia & Ditmarcia, & Rex Daciæ matrimonio dedit sibi filiam. Qvi revertens ad patriam post mortem Kanuti, miro modo se convertit ad cultum Dei, ita ut fines Ecclesiæ Aldenburgen. etiam in Christum crederent, scil. Kicini & Circipani. Est autem Panis fluvius, in cujus ostio sita est civitas Demmyn, cœnobia multa & Ecclesiæ fiebant, protegente Ecclesiam Dei Godescalco, viro virtuoso.

CAPITULUM XIV.

IGITUR defuncto Abelino IX. Episcopo Aldenburgen. de qvo supra c. præcedenti, in fine Ecclesia divisa est in III. Episcopatus, tempore Conradi filii Henrici, qvi Conradus cœpit anno domini 1027. ut supra, & eodem tempore Papa Leo præsedit, qvorum favorem habuit Adelbertus Hammenburgen. Archiepiscopus, qvi hanc divisionem causavit, ipsis tamen non bene informatis, sed omnia sibi & suæ dispositioni reliqverunt in Borealibus partibus & regnis, unde Ezonem surrogavit Aldenburg Abelino: decimum Episcopum Aristonem venientem ab Hierosolymis, Racisburg. Johannem in Mekelenburg, qvi venit de Scotia, & pax firma erat, qvia Cæsar Henricus Ungaros, Bohemos, Sclavos manu potenti coercuerat. Qvo translato ad superos, successit in sceptrum filius ejus Henricus, puer octo annorum, & ob pueritiam ejus multiplicata sunt mala in terra anno Domini 1040. & post modicum temporis mortuus est Bernardus Dux Saxoniæ XL. annis jam administrans regimen Saxonum & Sclavorum cujus duo ejus filii, hæreditatem partiti sunt scil. Ordulphus & Hermannus: qvorum Ordulphus Ducatum suscepit. Et vix jam qvinqve annis decursis, Sclavi rebellabant, & Godschalcus, vir omni ævo memorabilis, occisus est à Bar-

baris in urbe Leontio, qvæ alio nomine Lentzyn dicitur. Ansverus monachus cum suis lapidatus est in Raciscurg, Idus Julii. Johannes Episcopus in Mekelenburg captus servatur, & fustibus cæsus, ductus per civitatem, postea truncatis manibus & pedibus, corpus ejus in platea projectum est, & caput ejus Babari conto perfigentes abscissum: Deo suo Radegast in signum victoriæ immolarunt, IV. Idus Novembr. circa Panym, hoc est, ultra Demmyn, Uxor Godeschalci, filia Regis Kanuti, nuda dimissa est, cum aliis mulieribus apud Mekelenburg. Ecclesiæ, scilicet Hamburg, & Idibo, id est, Sleswik, funditus excisæ
209. sunt, Stormarii & Holtsati fere occisi sunt, & in captivitatem ducti. In derisionem Crucifixi, cruces truncatæ sunt. Hujus cladis autor dicitur fuisse Plusso qvi sororem habuit Godeschalci, domum qvoqve reversus, obtruncatus est ipse. Itaqve omnes Sclavi, facta conspiratione universali, ad paganismum denuò relapsi sunt: eis occisis, qvi in fide perstiterunt. Ordulphus prædictus XII. annis post patrem suum supervivens: sæpe contra eos dimicans, nullam obtinuit victoriam. Hæc turbatio facta anno Domini 1066. Ecclesia Aldenburgensis annis vacavit LXXX. filiis qvoqve Godeschalci turpiter occisis. Unus tamen scilicet Henricus, ad Daciam fugit, eo qvod mater ejus esset Kanuti Regis Daciæ filia. Critonem non hæredem terræ, hæredem fecerunt, scil. per totam terram Nordalbingorum, qvæ Holsatos, Stormarios: & Thedmarcos includit, multæqve familiæ Holsatorum præ fervore persecutionis, montes Harticos, id est, den Hard, adiverunt, qvarum posteritas manet ibi usqve in hodiernum diem. Vide hic in Speculo, qvomodo Gregorius Papa Henricum IV. Imperio privavit, & Duci Svevorum Rodulpho dedit. Ob id postea Henricus Papam de Roma fugavit, & Wibertum, Ravennaticæ sedis Episcopum, Papam fecit: & Clemens dictus est, ideo schisma in Eccclesia per XXV. annos ferbuit. Defuncto igitur Gregorio, successit Desiderius: Post qvem Urbanus, anno domini 1089. deinde Paschalis. Qvi omnes Imperatorem Henricum cum suo Antipapa Wiberto, excommunicationis sententia damnaverunt, continentes se apud Reges Franciæ, Siciliæ & Hispaniæ. Tempore igitur Paschalis, sopita sunt schismata, & Clemens qvi Wibertus dictus fuit, mortuus est. His temporibus multi ascenderunt terram sanctam, & obtinuerunt Hierusalem à Barbaris, instigante eos qvodam monacho qvi Petrus dictus fuit, natione Hispanus. Postea ablata sunt per vim imperialia, per principes, à Henrico IV. & data sunt filio ejus Henrico Qvinto, anno Domini 1107. & filius expulit eum de regno: Fuitqve pax inter regnum, & sacerdotium, non multo tamen tempore.

CAPITULUM XV.

POST HOC Henricus filius Godescalci reversus de Dacia, percussit Oldenburg, & omnem terram maritimam Sclavorum, ablata infinita præda, primo, secundo, & tertio, & factus est timor maximus Sclavis. Postea Critoni invitato Danus qvidam securi caput abstulit ei uno ictu, jam senio confecto, & Henricus sibi uxorem Critonis Sclavam matrimonio conjunxit, & hæreditatem paternam recuperavit. Et lætati sunt universi Nordalbingi, cœpitqve fides resuscitari. Nam in universa Sclavia, nec sacerdos erat, nec Ecclesia, nisi in urbe tantum qvæ nunc vetus Lubeca dicitur, eo qvod Henricus Imperator ibi sæpius cum sua moraretur familia. Postmodum Rani, de qvibus supra capite qvinto, navigio ascendentes per Trabenam, navibus obsederunt urbem Lubicam, in qva erat Henricus Godescalci filius, volentes usurpare totam terram Wagirorum & Nordalbingorum, dominationis libidine provocati, nam gentes qvas armis subegerant, fano suo censuales faciebant. Exivit igitur Henricus de urbe pro auxilio, nocte cum duobus servis, suæ militiæ magistro commendans urbem, usqve in qvartum diem, reversusqve cum Holsatis, ascendens de ore Trabenæ, innumerum populum Ranorum trucidavit gladio, & aqvis, sepelieruntqve corpora in loco qvi dicitur Raniberg usqve in hunc diem, statueruntqve diem Kalendarum Augusti omni anno celebrandum, in perpetuam hujus rei memoriam. Et Rani facti sunt Henrico sub tributo, sicut Wagiri, Polabi, Obotriti, Circipani, Kicini, Cutici, Pomerani, usqve ad terram Polonorum, Rexqve vocatus est in omni Sclavorum & Nordalbingorum provincia, subegitqve populos Britannorum & Stoderanorum, scil. qvi habitant Havelberg & Brandenburg, & etiam Linos, sive Linoges ibi in confinio, habuitqve filium fortem Mistue nomine, valde bellicosum, qvi juvit eum. Postea Rani occiderunt Henrici filium, nomine Waldemar: Venit igitur cum ingenti populo usqve Wolgost, id est, Wol-
210. gast, qvam Julius Cæsar ædificavit, & vocavit eam Juliam Augustam. Igitur Rani perterriti tanto populo, solverunt filium Henrici, & pacem emerunt pro IV. millibus marcarum & 400. marcis de ærario publico per pondera. Porro autem Ranos non habebatur moneta,

ta, ſed commutabant pro panno lineo, qvotqvot volebant, aurum & argentum, qvod rapinis & captionibus hominum, vel undecunqve acqviſierunt, cultibus uxorum impendebant, aut in ærarium Dei ſui conferebant.

CAPITULUM XVI.

CIRCA hos dies erat bellum potens Henrico Juniori Cæſari, contra Ducem Luderum, ſive Lotharium, & Saxones. Depulſo namqve patre Henrici, Henricus obtinuit monarchiam imperii, & intravit Romam tempore Paſcalis Papæ, qvi cœpit anno Domini 1100. pro conſecratione, ſed qvia noluit jurare Domino Apoſtolico, factum eſt bellum magnum Romæ in monaſterio ſancti Petri, & cecidit clerus multus, una cum Romanis, in Eccleſia, & Dominus Papa, & multi Cardinales ducti ſunt captivi in catenis & funibus, ut canes, & multis interjectis verbis laxatis catenis ac funibus captivorum, conſecravit Henricum Imperatorem. Poſtea autem concilium 120. patrum irritam fecit hanc conſecrationem. Igitur infinitus populus corruit in exercitu Regis & Saxonum circa Welpesholt. His etiam diebus claruit vir inſignis, Otto nomine Bavenbergenſis Epiſcopus, qvi cooperante Duce Polonorum Bolislao Pomeranos ſua prædicatione ad fidem convertit, cum principe eorum, videlicet Werzislao. Henricus verò Cæſar obiit anno Domini 1126. apud Trajectum, cui ſucceſſit Saxonum Dux Luderus, qvi & Lotharius, procurante Innocente Papa. His diebus non erat Eccleſia, neqve ſacerdos in omni gente Lutitiorum, Obotritorum, & Wagirorum, niſi tantum in urbe Lubic. Eo igitur tempore ſurrexit ſacerdos & Magiſter Pariſienſis, nomine Vicelinus, oriundus de Myndenſi parochia, in villa Qverrenhamele in ripa Wezere, qvi accepta autoritate prædicandi Evangelium Chriſti à Henrico Rege in Lubic. in ſua ditione, multos Dei gratia convertit, & ab Archiepiſcopo Hammenburgenſi Adelberone, qvi tunc forte apud Bremam conſtitit, habuitqve Vicelinus Magiſter magnus, ſecum duos presbyteros, ſcil. Rodolphum presbyterum Hildenſemenſem, & Ludolphum Verdenſem Canonicum, & Henricus dedit Vicelino Eccleſiam Lubicen, & habitavit in Faldera, qvæ nunc dicitur Nigemunſter infra c. 30. qvia hanc ſibi aſſignavit Adelbero prædictus, & juncti ſunt ſibi propter vitæ ſuæ ſanctitatem, ſcil. ſacerdotes Ludolphus Eppo, Ludmundus, Volchardus.

CAPITULUM XVII.

SI qvidem mortuo Henrico filii ejus, ſcil. Zuentepolk ſenior & Kanutus Junior bella inteſtina propter regnum patris habebant, & ſenior juniorem in caſtro Plunenſi, id eſt, to Plone obſedit, ubi tamen evaſit, fratribus per exercitum reconciliatis. Et non multo poſt in Luttilinburg Kanutus interfectus eſt, & Zuentepolk ſolus dominio potitur, qvi & prædictis domi[illegible] licentiam prædicandi dedit. Habitaveruntqve Ludolphus, & Volchardus in Eccleſia ſita in colle, qvæ eſt è regione urbis trans flumen. Non longe poſt Rani urbem Lubic. cum oppido demoliti ſunt navibus properantes, ſacerdotes tamen evaſerunt, in nemoribus ſe occultantes. Zuentepolk poſtea non longe occiſus eſt dolo cujusdam Holtſati divitis, cui nomen Daſon, & remanſit ſibi filius nomine Swineke, qvi poſtea interfectus eſt apud Ertheneburg, id eſt, Ertelenborch, & ſic defecit ſtirps Henrici in principatu Slavorum, qvi poſtea translatus eſt ad Kanutum, filium Erici, Regis Danorum, qvi à Lothario Cæſare, accepta corona regia, Obotritorum, ut, ſcil. eſſet Rex, reverſusqve poſuit caſtellum in terra Wagirorum in monte Sigeberg, qvi olim Alberg dictus fuit, qvi & Kanutus ſæpe Falderenſi hoſpitio uſus eſt, ubi habitavit Vicelinus. Eccleſiam qvoqve in Lubic. qvam ædificavit Henricus, dedicari fecit. Kanutus verò non longe poſt in Sleſwick dolo occiſus eſt per Magnum, filium patrui ſui Nicolai. Ideo Lotharius Cæſar in vindictam tantæ fraudis venit in multitudine gravi in Sleſwick, & Magnus territus eſt, immenſoqve auro ſolvit Cæſari nobilem Kanutum. 1131

CAPITULUM XVIII.

MORTUO Kanuto cognomento Lawart bipartitus eſt principatus. Nam Præbezlaus Wagirenſium atqve Polaborum, Niclotus verò Obotritorum provinciam accepit. Hi duo erant duæ beſtiæ truculentæ Chriſtianis, Idolorumqve cultura reinvaluit, ita ut boves, oves atqve homines dæmonibus immolarentur. Chriſtiani etiam crucifigebantur, eviſcerabantur, & præter lucos & penates, qvibus agri & oppida redundabant, dii primi & præcipui erant iſti, ſcil. Deus Prone in Oldenburg, Sywe dea Polaborum, Radigaſt Deus Obotritorum: Vicelinus igitur his territus, adivit Cæſarem Lotharium, virum Chriſtia-

ſtianum valde, cum uxore ſua in Bardewik reſidentem, & ſuo conſilio Cæſar caſtellum conſtrui mandavit, in terra Wagirorum, in monte altisſimo per univerſum populum circumjacentem Sigeberch. Nam & Kanutus eundem locum olim occupaverat, ut dictum eſt ſupra capit. proximo, ſed tunc dicebatur Alberch, nunc autem ei impoſitum eſt nomen Zigeberch, ædificavitqve Eccleſiam infra montem, qvam tradidit Vicelino cum fratribus gubernandum, ſimiliter & Lubicen. ei tradidit Eccleſiam, præcipiens Præbeslao ut ſub obtentu ſuæ gratiæ circa Vicelinum plenam gereret diligentiam, fecitqve Vicelinum pontificem magnum, qvi perſonas idoneas utriqve Eccleſiæ præfecit, & ſeminarium fidei iterum profecit.

CAPITULUM XIX.

HIs peractis Lotharius dedit ducatum Saxoniæ, Henrico, genero ſuo, Duci Bavariæ: qvem etiam ſecum aſſumens, paravit ſecundam profectionem in Italiam, Rogerum qvoqve Siculum Apulia pepulit. Et cum jam redire pararet, immatura morte præventus eſt: anno Domini 1138. & heu omnis virtus Saxonum turbata eſt, & in Slavia res eccleſiaſticæ iterum labefactæ ſunt, corpus tamen Lotharii in Luttore perlatum atqve ſepultum eſt. Et Conradus ei ſucceſſit in imperio, cœpit anno Domini 1138. ut ſupra. Guerra qvoqve ingens facta eſt inter Henricum Lotharii generum, & Adelbertum Marchionem, filios duarum ſororum propter ducatum Saxoniæ: Conradus tamen Cæſar annuit Adelberto: ideo Adelbertus præripuit caſtrum Luneburg & Bardewik & Bremam & Nordalbingorum partes, qvæ ſunt omnia occidentalis Saxonia. Ideo comes Adolphus pulſus eſt de Zigeberg. Hoc comperto Præbezlaus, de qvo ſupra c. 18. exiens de Lubek, Zigeberg & omnia circumjacentia demolitus, novo ibidem oratorio igne conſumpto, Volberto ſimplici fratre & virtuoſo, gladio occiſo, cæteris fugientibus fratribus, ad portum Falderenſem, multosqve Chriſtianos fecit torqveri Præbezlaus in Lubek, ſacerdotibus ibi poſitis per Vicelinum aſpicientibus, non ſine magna vecordia, degebant tamen iidem ſacerdotes in caſtro Præbezlai ſub ejus tuitione. Non multo poſt venit qvidam de ſemine Critonis Race, cum claſſica manu, & Præbezlaum non inveniens, Race caſtrum, & omnia circumjacentia demoliti ſunt. Duæ enim cognationes ſcil. Critonis & Henrici contendebant propter principatum. Præbezlaus ſi ab eis inventus fuiſſet, mortuus fuiſſet. Agitabantur tam in Dania qvam in Saxonia bellorum tempeſtates, ſuper omnia tamen Slavicus furor Holſatorum fines ita invaſit, ut jam pene Falderenſis pagus in ſolitudinem redactus fuiſſet. Sed Vicelinus cum fratribus miris claruit virtutibus, nam infirmi curati, obſeſſi liberati ſunt innumerabiles, ac miro modo in iſtis tribulationibus fovit de ſuis, pauperes Chriſti, hortabaturqve populum ad lytanias & orationes, qvia dies mali inſtarent. Nam & tot bella venerunt, ut Plunenes terra & Luttilingen.
212. ac Aldenburgenſis ſimulqve caſtra Zegeberg & Hammenburg ſuccenſa ſunt ac deſolata.

CAPITULUM XX.

POst hoc Adolphus comes, prius reædificato caſtro Zegeberg, vocavit ad terram Holſatorum deſolatam, de Flandria, Hollandia, Weſtphalia, Friſia, Trajecto rurales. Poſthoc in illo loco qvi dicitur Bucow inter Trabenam & Wokinze in vallo urbis deſolatæ qvam ædificaverat Crito Dei Tyrannus, ædificavit civitatem nomine Lubeke, eo qvod non longe abeſſet à veteri portu & civitate, qvam Henricus princeps olim conſtituerat, & cum Nicloto principe Obotritorum amicitias fecit, Eccleſiis prædia reſtituit, qvæ Lotharius ante dederat, & monaſterium infra montem Zegeberg ſitum tranſtulit ad locum Slavice dictum Cuzalina, teutonice Hojerſtorp, & Eccleſia ſub monte, facta eſt parochialis. Circa hæc tempora Bernardus Clarevallenſis Abbas claruit, Eugenio exiſtente Papa ſcil. anno Domini 1148. lib. XXVIII. Speculi. c. LXXXIII. & Conrado tertio Imperatore exiſtente in Frankenfort, qvem ibidem adiit Bernardus, aderat etiam ibidem Adolphus prædictus Comes Holtſatiæ. Ad inſtigationem igitur Bernardi ibidem factum eſt paſſagium ad terram ſanctam, ut clarius habetur in Speculo, lib..... cap......
Niclotus hoc tempore in feſto Johannis & Pauli, navigio properans ad Trabenam, occidit de viris ebrioſis urbis Lubicanæ ultra 300. & qvi in caſtro erant ibidem, biduo atrocisſimam pertulerunt obſidionem. Rodolphus ſacerdos & monachus dum fugeret ad caſtrum, præventus à Barbaris mille vulneribus confoſſus eſt, duæqve eqvitum turmæ Wagirenſium terram pervagantes, de eisdem qvotqvot in ſuburbio Zigeberg reperierunt, demoliti ſunt, Uthin civitas & Susle pagus ſe tamen ab hoſtibus defenderunt. Nam Freſi tunc habitabant in Susle, & ſacerdos qvidam fortisſimus nomine Gerlaus, omnes incolas Suslenſes perterritos confortavit, & per Deum factorem cœli eos conjuravit, ut pugnarent, qvi in bello excuſſo

cusso uno oculo & per ventrem perfossus, nihil tamen remissius egit, similis filiis Sarniæ & Machabeis. Postmodum Slavi iidem reversi de Holsatia in terram suam, oppugnati sunt in Demmyn & Dobyn per Comitem Holsatiæ & Danos, & fidem & baptisma acceperunt qvam tamen postea abjecerunt.

CAPITULUM XXI.

COmes noster Adolphus fecit iterum amicitias cum Nicloto, fundamentaliter tamen sibi non credidit. Non longe vero postea Ericus Rex Daciæ occiditur, & tres personæ regales certant de regno, scil. Swein Erici filius, Waldemar, Kanuti filius, & Kanutus filius Magni. Comes vero noster homagium fecit Kanuto, ideo venit Sweyn in gravi potentia, & terram Wagirorum vastavit, Aldenburg succendit; & omnem terram maritimam, & suburbium Zegeberg vorax flamma ignis absumsit. Postea Comes noster Adolphus, pugnaturus contra Sweyn, qvi fuit in Sleswik, principem militiæ Sweyn, nomine Ethlerum, natum de Dethmercia, diviciis Danorum sublevatum, autorem discordiarum occidit, cum multis aliis, nobilibusqve qvam pluribus secum ductis captivis, Rex vero pervenit usqve Sleswik. Comes autem noster pacificus longo tempore fuit, clero adprime benivolus, gentem suam Holsaticam cervicosam & agrestem jugo pacis domavit, à rapinis prohibuit. Post hæc Swein filius Erici reconciliatus est Regi Danorum, & Kanutus Magni filius, projectus de terra, exulavit inter Saxones apud Hartwicum Archipræsulem, clarissimo genere natum ex parte Ducis principatus.

CAPITULUM XXII. 213.

HIc Hartwicus Archiepiscopus Hammenburgensis, magno studio nactus voluit sedes Slavicas, jam per LXXXIV. annos vocantes suorum suffraganeorum resuscitare: de qvibus supra capit. XIV. simul & Daciæ Norwegiæ & Swediæ, qvæ omnes Hammenburgensi antiqvitus subjectæ erant. Sed obseqviis & variis largitionibus apud Papam & Cæsarem nihil profecit. Ne tamen omnino Suffraganeis careret, Vicelinum virum sanctum Episcopum consecravit Aldenburgensem, provectæ ætatis, & jam conversatum in terra Holsatorum XXX. annis, & in Mekelenburg Dominum ordinavit Emehardum, & consecrati sunt ambo in Rossevelde, & misit eos qvasi agnos inter lupos. Hæc tamen consecratio facta est inconsultis dominis, scil. Duce Saxoniæ & Adolpho Comite prædicto, ideo Vicelino negaverunt à suis dari decimam, postea tamen Dux eum ad gratiam cœpit, nam novit eum virum sanctum, sed voluit Dux qvod investituram Episcopalem ab ipso recipere deberet. Episcopus igitur recedens pacifice ab eo ad deliberandum super hoc gravi proposito, cum Episcopos investire solius Imperatoriæ majestatis sit. Venit igitur Bardewik, & ibi incidit in paralysin, deinde moratus est in Faldera longo tempore in eodem morbo, deinde ad consulendum Archiepiscopum & clerum venit Bremam, qvi omnes dixerunt non debere hoc facere. Ipse tamen libenter fecisset, sed qvia majores sui dissvadebant, abstinuit: ideo decimas non recipiebat, prohibente Duce, & qvamvis temporalia non messuit, spiritalia tamen eis ratione sui officii seminavit. Dedicavit itaqve oratorium in Cusalina, id est, Hoyerestorp, & in Bornehövede, id est, Swentineveld, venitqve ad novam civitatem qvæ Lubic dicitur, confortatis incolis, ædificavit ibi altare Domino. Inde venit in Aldenburg qvorum Deus dicebatur Prone, & princeps terræ Nuchel, de semine Critonis, idolatra & pirata maximus, nomen flaminis, qvi præerat superstitioni dictus est Myke. Proposito eis verbo salutis, pauci acqvierunt fidei. Data igitur cæsoribus lignorum pecunia, fabrica prope vallum urbis antiqvæ erecta est, qvo omnis terra die dominica propter mercatum convenerat.

CAPITULUM XXIII.

POst hoc in Luneborch accepit à Duce investituram, id est, Episcopatum per virgam de manu Ducis, ut fides haberet propugnationem à Duce & Comite. Deditqve sibi Dux villam Buzu, id est, Busow, sive Buzona cum suis pertinentiis. Et Comes noster qvi & ibi erat, dedit illi medietatem decimarum. Et terra Nordalbingorum Sclavorumqve commissa est Comiti nostro: & Dux profectus est in Saxoniam cum militia, ut reciperet Ducatum Bavariæ: qvem vitricus suus Henricus, frater Conradi Regis occuparat: Duce absente facta est amicitia magna inter Comitem nostrum & Niclotum, qvia Comes juvit eum cum exercitu magno, contra Kicinos, & Circipanos, qvi ei rebellare cœperunt. Forum verò Lubicense crescebat in dies singulos, auctis navibus institorum. Dominus verò Vicilinus habitavit

tavit in insula Buziu, id est, Busow, subsago exercere faciens agros, post hoc exstructæ sunt ibidem casæ: ædificavitque ibidem Ecclesiam in honorem sancti Petri Apostoli, utensilia ad aratra cœpit de Cuzalina, & Faldera, initia igitur Episcopatus tenera, qvia Comes, alias optimus, soli Episcopo mediocriter bonus. Dux Bavariam recuperare non potuit, sed qvasi ibi occisus fuisset multos per principes: sed mortuo Imperatore Conrado III. Fridericus primus inter Imperatores, Frederici Ducis Sveviæ filius potitus est imperio, cœpit anno Domini 1171. & recuperata est Bavaria. Magister tamen in Speculo dicit eum cœpisse regnare, anno Domini 1173.

CAPITULUM XXIV.

214. VICELINUS vir sanctus in Faldera post modica tempora paralysi dissolutus officium lingvæ perdidit, totum deniqve latus dextrum exaruit, jam defuncto sanctissimo viro Thetmaro, nec castro Plunensi reædificato, duobus annis & dimidio vir sanctus Vicelinus versatus est in loco ægritudinis, nec sedere, nec jacere contentus, eratqve fratribus cura simul, ac incurabilis mœsticia de eo, freqventius ad Ecclesiam bajulabatur. His diebus voluit Dux, ut Comes daret sibi medietatem civitatis Lubicanæ, qvia propter forum Lubicense minueretur sibi numerus civium Bardewikcensium. Item ut daret sibi sulciam, sive salinam mediam in Odeslo, qvia sulcia Luneburgensis deterioraretur propter sulciam in Odeslo: sed Comes non consensit, ideo mandavit Dux in Luneburg residens qvod tantum in Lubek vendi debeant qvæ ad cibum pertinent, & in Bardewik omnes mercantiæ. Item Sulciam in Odeslo fecit obturari, qvod Comes noster æqvanimiter non toleravit. His etiam diebus dilatante Domino fines Ecclesiæ: Euermodus, præpositus de Magdeburg ordinatus est in Episcopum Racisburgensem, Comesqve Polaborum Henricus dedit sibi insulam prope castrum, versus orientem qvasi, ad inhabitandum. Hoc viso Comes noster etiam benefecit Ecclesiæ Aldenburgen. nam 300. mansos dedit Ecclesiæ in dotem, ad preces Ludolphi præpositi de Cuzalina. Vicelinus verò posthoc obiit, pridie idus Decembris, anno Domini 1174. sedit in Episcopatu annis v. mensibus IX. & sepelitur in Faldera, præsente Racisburgen. Episcopo, & officium consummante, & Dux tunc fuit in Italia cum Rege Frederico I. pro corona Imperiali, dataqve sunt piissimæ eleemosinæ pro anima Vicelini singulis diebus, qvi multis miraculis post mortem claruit. Post Vicelinum, disponente Duxissa in Luneburg, nam Dux tunc fuit in Italia, qvidam nomine Geroldus, Rector Scholarium in Brunswik, & ibidem Canonicus, natus de Swevia, id est, Swiis, & Cappellanus Ducis: non habens secundum in Saxonia in scripturis, & castissimus corpore, electus est per Ducem & clerum in Episcopum Aldenburgensem, tempore Adriani Papæ, qvi cœpit anno Domini 1174. qvi & Fredericum coronavit, lib. 30. Spec. cap. I. & II. hanc tamen electionem Geroldi, Archiepiscopus ratam habere noluit, sed literis suis eum apud Adrianum Papam impedire cœpit. Ipse verò Geroldus adivit Ducem, in Roma existentem cum Frederico, & qvia Dux viriliter pugnavit contra Romanos, Fredericum exactionare volentes, etiam Adriano multa mala fecerant, ideo Adrianus Geroldum Episcopum ibidem consecravit, altera die qva consecravit Fredericum Imperatorem. Qvi descendens, venit ad insulam Buzou, alloqvens filios suos, & miseriam invenit. Nam & Falderensis domus post mortem Vicelini, commodi simul & qvieti consulens, ad Hammenburgen. Ecclesiam sese transtulerat, postea visitans Archiepiscopum, circa Albiam amicati sunt, & rursum veniens Bremam, adventavit Ducem, cum qvo & Brunswik natalem Domini celebravit. Deinde in loco cathedrali festum Epiphaniæ acturus, cum Germano suo Abbate de Ridda-Geshusen, venit Aldenburg ad urbem penitus desertam, sine mœnibus & habitatore, sed tantum sanctuarium parvum habens, qvod Vicelinus ibi erexerat, ut supra cap. 22. officio peracto, valde liberaliter Præbeslaus regulus nos collegit, altera nocte qvidem potens dictus Tessemar, ubi in nemore vidimus arbores sacras, Deo Aldenburgen. Prone consecratas, qvas tamen incendimus, non sine magno metu gentilium Sclavicorum.

CAPIT. XXV.

PROXIMA die dominica ad forum venimus Lubicen. ubi Episcopi sermo fuit ad populum, ut converterentur, & Præbeslaus respondit: Pater, tui sumus, tanta sunt vectigalia Du-
215. cis similiter & Comitis, qvod Ecclesias ædificare non possumus: nec patet nobis locus refugii. Cui Episcopus, Dux & Comes: vobis erunt favorabiles, suscipite tantum fidem, & baptisma: Respondit Præbeslaus, dentur nobis jura Saxonum in prædiis, & dabimus decimas, & erimus Christiani. Geroldus igitur adivit Ducem in Erthneburg, & vocatis regulis Slavorum

vorum scil. Nicloto regulo Obotritorum, & Præbeslao, proposuit de fide suscipienda, sed nihil determinatum est, qvia camera Ducis vacua fuit, passus damnum in Italia. Sed postea multis diebus mansit Episcopus apud eum in Brunswick, & fletu Episcopi & prece mollitus, eo qvod in Wagira non haberet panem ad edendum, accersivit Comitem Adolphum, qvi dedit Episcopo Gamale & Uthin, cum omnibus appenditiis eorum, & Buzu prædio adjecit duas villas, scil. Gutesveld, & Wobize. In Aldenberg qvoqve dedit ei prædium commodosum adjacens foro. Et ædificavit Episcopus civitatem Uthin, & nusqvam clerum habuit præterqvam in Cuzilina, id est, Hoyerstorp, qvam annuente Duce fecit transmigrare in Zigeberg ad locum primæ fundationis, ut in solemnitatibus Episcopus haberet supplementum ibidem à clero, sed Falderensem Ecclesiam ab Archiepiscopo non potuit recuperare, sed Brunonem presbyterum de Faldera cum licentia Epponis sui præpositi misit Aldenburg qvi gratia Dei multos sermone acqvisivit, lucos destruens, & ritus sacrilegos. Castrum & civitas ubi olim sedes cathedralis erat, deserta erant. Anno igitur 90. post excidium prioris Ecclesiæ, pontifex Geroldus, in honorem sancti Johannis Baptistæ, sibi astante Comite Adolpho, cum uxore piissima Mechtilde, ibidem dedicavit ecclesiam, & Bruno maximo fervore de cætero venienti populo prædicavit, & mortuos eorum sepelivit, & sacramenta ministravit. Et vetavit Comes, ne Sclavi de cætero jurarent in arboribus, fontibus, & lapidibus, sed offerrent criminibus pulsatos, sacerdoti, ferro ac vomeribus examinandos, post hoc in Susle, qvæ erat spelunca latronum missus est de domo Falderen. Deylawyn sacerdos, prædicans ibi in siti, frigore & miseria, postea in Luttilinborg, sive Lutkenborg & Rathecow ædificatæ sunt Ecclesiæ, ope vicaria, per Comitem & Episcopum. Circa idem tempus ædificavit Comes castrum Plonense, & fecit ibi civitatem & forum. Multiplicatæ sunt etiam Ecclesiæ in terra Polaborum per Henricum Comitem in Racisburg, & Evermodum Episcopum ibidem, à prædis tamen Sclavi prohiberi non poterant Danorum, nam Sweyn Rex Danorum abusus est populo suo ad idem. Ideo malo fine conclusit.

CAPITVLVM XXVI.

HIs diebus Henricus Dux prædictus recuperavit Ducatum Bavariæ, de qvo supra cap. 23. agente hoc Frederico Imperatore in Ratisbona & dictus est de cætero, Henricus Leo, Dux Bavariæ & Saxoniæ. His etiam diebus occidit Waldemarus Sweyn, Regem Daciæ, circa Wiburg, qvi Sweyn exulavit, 11. annis in Saxonia, qvem reduxit Henricus Leo cum magno exercitu, pecunia conductus, & factus est Waldemarus Rex Daciæ, vir pacificus, & facta est pax & amicitia inter Comitem Adolphum & eum, & cessavit prædicatio. In diebus illis, scil. anno Domini ..... supra cap. 24. post principium, Lubek consumpta est incendio, & institores accedentes Ducem Leonèm dixerunt: Non vis, ut sit forum in Lubec. & jam depauperati, non valemus ædificia restaurare. Dux igitur accersitum Comitem rogavit Adolphum, ut daret sibi Lubec. & portum, qvi noluit. Tunc Dux habito concilio cum institoribus, ædificavit civitatem novam super flumine Wakantze, non longe à Lubec, in terra Racisburg, vocans eam Louwenstad à nomine suo, sed non valuit portu nec munimine, ideo finaliter Adolphus Comes victus precibus Ducis Leonis dedit illi insulam Lubec & castrum, ideo statim jubente Duce institores derelinqventes novam civitatem cum gaudio ædificaverunt Ecclesias, & mœnia in Lubec. Et Dux exclamari fecit in Aqvilone, scil. Dania, Swedia, Norwegia, Rucia ut omnes venirent in pace ad forum Lubicense, & 216.
statuit monetam & telonium & jura civitatis honestissima, & prosperatum est opus civitatis, & accolæ ejus multiplicati sunt.

CAPITULUM XXVII.

HIs ferme diebus Fredericus Imperator omnes principes Saxoniæ accersivit ad obsidionem Mediolani. Igitur Dux Henricus Leo amicabatur ante exitum suum cum Rege Danorum Woldemaro & Nicloto principe Obotritorum, & cum cæteris, & astrinxit Sclavorum principes præcepto & juramento, ut Danis & Saxonibus servarent fidem usqve dum rediret, qvod & fecerunt, & jussit ab eis auferri omnes piraticas naves, & perduci Lubek: exceptis qvas Sclavi callide sibi retinebant, qvia meliores sibi clam retinebant. Et Rex Daciæ Woldemarus pactus est dare Duci ultra mille marcas, ut sibi hanc pacem faceret cum Sclavis. Et Comite Adolpho sibi assumpto, suis committens patriam, Dux profectus est in Longobardiam, cum mille ut ajunt loricis & venerunt ad exercitum Imperatoris, obsidentem præsidium nomine Krenun, pertinens Mediolanensibus, munitum valde, qvod vix primo anno expugnarunt. Qvo facto, Cæsar convertit ad Mediolanum exercitum suum

& civitatem vicit, VI. anno obsidionis, & adæqvavit eam solo, Dux verò Heinricus rediit in Saxoniam. Et Comes Adolphus cum cognato suo Reynoldo Colonien. Elcon, legatione publica functus adivit ad Regem Angliæ, & contristati sunt propter Comitis absentiam, tam clerus, qvam populus noster. Sub his diebus, Wagirorum majores & Mekelenburg, fregerunt Danis fidem, Episcopus verò Geroldus mitigavit Regem Danorum qvantum potuit, usqve ad adventum Ducis & Comitis. Qvibus reversis, Rex Daciæ Woldemarus conqvestus est eis in Erthneburg de pace sibi violata, & Sclavi proscripti sunt ibi, dicensqve Dux, qvod omnes sui essent ad expeditionem parati, tempore mensis, qvod audiens Niclotus, proposuit primum irrumpere Lubek, incipiendo à domo cujusdam sacerdotis, venerabilis in Lubek, Adelo nomine, qvi habitabat ad austrum super Wokinze, & innotuerunt insidiæ missæ sacerdoti, & levavit pontem cum cathena, & exclusæ sunt insidiæ: & Dux posuit ibidem custodiam militum.

CAPIT. XXVIII.

POst hoc vastavit Henricus Dux omnem terram Sclavorum igne & gladio, & Niclotus præcavens obsidionis periculum, incendit omnia castra sua, scil. Ilo, Mekelenburg, Swerin, Dobin, & mansit in uno castro prope Wernou flumen, circa terram Kicine, qvod nunc dicitur Kessyn, circa Rostok ad orientem. Et qvodam tempore exivit Niclotus cum suis filiis, Præbezlao & Wertizlao, & aliis multis, ad exercitum Ducis morantem circa Mekelenburg, volens de latibulis frumentantes occidere, & frumentare volentes, sexcenti venerunt loricati, sub vestibus, qvod inconsiderans Niclotus invasit eos, & circumventus, ibidem occisus est, & perlatum est caput ejus ad exercitum, alii omnes fugerunt, & filii ejus succenderunt Werle, occultantes se in nemoribus, familia vero se transtulit ad naves. Dux autem demolitus est omnem terram, & reædificavit ac munivit Swerin. Postea filii Nicloti invenerunt gratiam in conspectu Ducis, & dedit eis Werle cum terra circumjacente, scil. Kicinorum & Circipanorum, terram verò Obotritorum divisit militibus possidendam, præponens singulis castris fide dignos. Et defuncto Emehardo, Episcopo Magnopolensi, i. e. Mekelenburg, substituit Dominum Bernonem, dans Ecclesiæ tricentos mansos in dotem, sicut ante fecerat Ecclesiæ Aldenburgen. & Racisburgen. & de qvolibet aratro, qvod scil. ducebatur duobus bobus, & duobus eqvis, darentur Episcopis tres modii siliginis & XII. nummi publicæ monetæ. Et obtinuit sibi apud Cæsarem autoritatem Episcopatus
217. suscitare, dare & confirmare in omni terra Sclavorum, & ut ab eo reciperent dignitates suas, & sibi hominia, id est, homagia facerent.

CAPIT. XXIX.

IN diebus illis orientalem Slaviam tenebat Adelbertus Marchio, qvi cognomento dicitur Ursus, habens terram Brizanorum & Stoderanorum, usqve ad saltum Boemicum, ad qvam sensim deficientibus Sclavis, vocavit de Rheno accolas, de Hollandia, Zelandia, Flandria; & Episcopatus Havelbergen. & Brandenborgen, aucti sunt vehementer. Anno igitur Christi 1174. ad preces Geroldi transtulit Heinricus Episcopatum de Aldenburg ad Lubic, qvia Aldenburg depauperabatur peccatis exigentibus, & Lubec locus commodosior pro Episcopatu, de die in diem ditabatur, & muniebatur, fundato oratorio & 13. præbendis tertiam decimam pro præposito fundavit, cui nomen Athelo, vel Athelon, & Dux & Comes Adolphus dotarunt Ecclesiam decimis redditibus, villis & thelonio, & molendinis & privilegiis fulgidis. § His diebus Adriano Papa mortuo, schisma ortum est inter Alexandrum, qvi & Rolandus, & Victorem qvi & Octavianus, Victori Cæsare adhærente, porro cum Ecclesia Hierosolymitana Antiochiam, omnis Francia, Hispania, Anglia, Dacia, & omnia regna, vide etiam lib. 30. Spec. c. 1. 2. & III. enucliacius. His diebus fuit pax in omni terra Sclavica, Guntzelino regente Obotritorum terram, amico Ducis Henrico, Comite Polaborum, qvi vocavit etiam accolas multos de Westphalia, & post eum Bernardus filius ejus. Postea filii Nicloti non contenti terra sibi à Duce reddita, & data, ut sup. c. præcedenti, anhelabant ad terram Obotritorum, qvam jure belli perdiderant, ideo Dux præavisatus per Guntzelinum, Præfectum in Sweryn, venit iterum contra eos tempore hyemali ad Werle, in qva fuit Wertzelaus multis cum nobilibus, & obsedit cum Comite Adolpho, at Præbezlaus senior natu latuit in nemoribus, percussurus frumentantes, & una dierum percussit de Holsatis cervicosis, contra voluntatem Ducis frumentare volentes, qvia urbani se dabant victos ferme 100. viros. Dux verò capta urbe duxit Wertzlaum Regulum in Brunswik, astringens eum manicis ferreis, ut cognosceret qvid Leo fortissimus esset, & ad

ad nullius paveret occursum proverbiorum xxx. cæterosqve dispartivit per custodias qvousqve redderent novissimum qvadrantem, præposuitqve terræ Vetrianum Nicloti fratrem nomine Lubemarum, Præbeslaus autem conabatur educere fratrem de vinculis, sed non potuit.

CAPITVLVM XXX.

EODEM anno post VIII. Paschatos infirmatur Gheroldus, Episcopus Lubicensis, usqve ad Kalendas Julii, qvi rogavit dominum ne moreretur, anteqvam Ecclesia Lubicensis dedicaretur, & exauditus est, postea de licentia & consensu Ducis & Archiepiscopi, qvi tunc simul erant Stadis sive Staten, præparavit singula necessaria dedicationi § Veniens igitur Archiepiscopus, in itinere dedicavit Ecclesiam Falderensem, qvæ alias dicebatur Wippendorp, qvam fundavit Vicelinus, & vocata est ab Archiepiscopo novum monasterium Nighemunster. Et inde venit Archiepiscopus Zegeberg, deinde Lubek, & gloriose receptus est à Duce & Episcopo. Facta igitur consecratione Archiepiscopus petitus, ut daret prædictum novum monasterium Ecclesiæ Lubicensi, noluit consentire. Et reversi sunt Episcopus in locum suum, Dux verò in Saxoniam, deinde in Bavariam, Comes verò ad Zygheberg. Geroldus verò sollicite visitavit parochiam suam dans suis monita salutis, & Plonense forum qvod singulis diebus agebatur à Sclavis & Saxonibus strictè prohibuit. Et postqvam in Luttilinborg, i. e. Lutkenborg divina perfecit, morbum sensit, & perlatus Buzu, sive Buzow, multis diebus lecto decubuit, nunqvam tamen missarum solenniis, usqve ad diem obitus sui defuit, visitatus ab Odone Decano Lubicen. & Præposito Zegebergen. Ludolpho cum fratribus utriusqve congregationis, sperans in mortem, gratulanter Deo reddidit spiritum, anno Domini 1162. perlatumqve corpus ejus Lubek, sepultum in medio Basilicæ qvam fundavit, sed nunc in novo choro, sub parvo blavio lapide inter cancellos, ejus ossa qviescunt. Sedit annis IV. nescio an simul in Oldenburg & Lubek IV. annis sedit, an solum in Lubek. Post qvem III. Kalend. Febr. statuit Dux Leo reversus, Conradus fratrem & germanum Geroldi, qvod tamen non fuit bene menti Archiepiscopo Hartwico, & toti capitulo Lubicen, sed prævaluit Ducis autoritas, & est consecratus in Staden. civitate per Hardwicum. Pollebat literatura, facundia, affabilitate, largitate, ac multis virtutibus: sed heu mobilis animo fuit, & incertus in promissis, extraneos diligens, suosqve fastidiens, clerum ut servos habuit, bona cleri, sua dicebat commonitus desuper à Duce, nihil remissius egit, sed alienatus Duci, confederatus Archiepiscopo. 218.

CAPITVLVM XXXI.

CIRCA principium suæ consecrationis tanta inundatio facta est qvod qvasi omnis terra Frisiæ, Hathelen, Albiæ & Wirræ summersa fuisset, nam multa millia hominum aqvis perierunt. In Mekelenburg etiam Werzelaus filius Nicloti minor, detentus in vinculis Henrici Leonis: per fratrem suum Præbeslaum occidit omnem masculum in ore gladii, uxoribus & pueris ductis in captivitatem, deinde venit in Ilo, sed ibi nihil profecit. Qvinto igitur die interfectionis venit pontifex Berno de Sverin in Mekelenburg, & tumulavit ibidem LXX. interfectorum corpora, & Sclavi fere interfecissent eum, nisi qvidam Richardus venisset de Soltwedel cum militia à casu, & juvisset eum, exivit enim ut juvaret Guntzelinum, obsessum in Ilo, & casu venit Mekelenburg. Post non multo tempore Præbeslaus cautelose, & minatorie adeptus est castrum in Malachou & Tussyn. His auditis venit Henricus Leo cum Marchione orientali Adelberto cognato suo, & cum fortissimus Saxoniæ, cum Rege Danorum Woldemaro, qvi venit navigio, & cum Adolpho Comite nostro, & circa Malachou fecit Wertzelaum suspendio interfici. Deinde venerunt usqve Demmyn qvasi ad II. milliaria, nam ibi consederat universus exercitus Slavorum qvorum principes Kazemar & Bugislaff, & illis pugnantibus, primam aciem perdiderunt Slavi, sed heu in II. ceciderunt Adolphus, Comes noster, & Reynaldus, Comes Ditmarciæ, sed postea ceciderunt de Slavis numerati II. & 700. & persecutus est eos Dux usqve ad terram Pomeraniæ regionis, ad locum qvi dicitur Stolpe, prius tamen incenderunt castrum Demmyn, & adæqvavit vallum castri solo, & non audebant Sclavi ei amplius resistere. Comes Adolphus perlatus est ad sepulchra paterna in Mynden. Cometiam vero tenuit Mechildis relicta ejus, cum filio tenello, & immutata est facies terræ nostræ, & qvies Ecclesiarum, & posuit Dux tenello tutorem Henricum comitem Turingia natum, avunculum pueri, totum armis deditum, qvi Præbezlaum recepit ad gratiam, reddens ei hæreditatem paternam, præter Sveryn, & fecit Præbeslaus Duci fidelitatem. Postea cecidit Conradus Episc. Lubicen. in indi-

gnationem ducis propter conspirationem qvam habuit cum Hartwico Archiepiscopo. Postea ad instigationem Archiepiscopi mansit II. annis cum Duce Henrico in Magdeburg, post hoc exulavit à parochia, sed interventu Imperatoris Frederici redire meruit, & mutatus est aliqvaliter in alium virum & Archiepiscopus mortuus est.

CAPITULUM XXXII.

IN diebus illis Rex Woldemar, cum juvamine Kazemar & Bugislaff, principium Pomeranorum & Præbezlai principis Obotritorum, in manu valida obtinuit terram Rugianorum, & destruxit phanum eorum, & simulacrum confregit, & locuples ærarium diripuit, & ædificavit Ecclesias, & statuit sacerdotes Dei, adjuvantibus eum Episcopis, scil. Absolon de Rotschilde & Bernone Magnopolen. & sic conversi sunt Rugiani ad fidem, anno domini 1168. qvamvis tam diu in errore perseverabant plus omnibus Sclavis, erant tamen hospitalis, parentes honorantes, nullum sinebant esse egenum inter se, sed omnes fovebant eum, tanqvam curam hæredis agentes. Servierunt Regi Danorum post conversionem sub tributo, sed
219. post hoc reqvisivit Dux Leo medietatem tributi à Rege, & renuit dare, ideo vastavit Dux Daniam, post hoc Rex amicabatur cum Duce, tradens sibi omnia ad voluntatem, & facta est pax universalis per universas terras istas. Et Præbeslaus deposita rebellione ædificavit urbes, Mekelenborg, Ilov, Rostok, & multiplicata est religio. Et mandavit Guntzelinus Præfectus castri Sweryn, ut omnes Sclavi vagantes per arva, & omnes tales, propter latrocinia necarentur, & cohibita sunt furta & latrocinia.

SEQVITUR CONTINUATIO EX GEstis Pontificum Lubicensium.

CAPIT. XXXIII.

ISTE Conradus præmemoratus II. Episcopus, cap. 30. & 31. Episcopus, II. Lubicen. audito qvod Geroldus suus antecessor, vir piissimus dedisset fratribus, id est, canonicis Lubicen. Ecclesiæ; Ecclesiam forensem, id est, beatæ Virginis in Lubec cum omnibus suis emolumentis & offertorio. Ipse dedit eisdem Ecclesiam sancti Petri cum omnibus proventibus. Hic postea existens in via peregrinationis ad terram sanctam cum Duce Henrico Leone, obiit in civitate Surs, qvæ alias dicitur Tyrus, Anno domini 1168. sedit annis sex.

§ III. Episcopus. Cui successit Henricus Abbas ad sanctum Ægidium in Brunswik, ordinis sancti Benedicti à Capitulo electus, & à Havelsbergen. Racisbergen. & Swerinen. Episcopis in præsentia Ducis Henrici Leonis anno Domini 1168. consecratus. Per hunc legitur Ecclesia Lubicen. major fore dedicata, scil. anno domini 1170. & stat Ecclesia ista ad huc, anno scil. domini 1477. patet igitur qvod annis XVI. post introductionem Gheroldi I. Episcopi Lubicen. Ecclesia major, qvæ nunc stat, est consecrata, in honorem sanctorum Johannis Baptistæ & Nicolai. Stabat igitur anno domini 1477. annis CCCVII. Hic vir magnæ scientiæ & sanctitatis, de Brabantia natus, facundissimus, ante Rector scholarium in Brunswig. Hic cum Duce Henrico Leone, & Conrado Episcopo, antecessore suo in peregrinatione ad terram sanctam constitutus, in mensa Regis Græcorum cum Græcis disputans, evidentissimis ostendit rationibus ac autoritatibus Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere: Anastasii, Cyrilli, & aliorum fretus scriptis, & magnificatus est coram cunctis. Hujus tempore Dux Henricus Leo ædificare cœpit Ecclesiam Lubicen. qvæ modo est, in honorem sanctorum Johannis Baptistæ & Nicolai, & cum dicto Henrico primum lapidem posuit, ut supra. Idem Henricus fundavit monasterium sancti Johannis Evangelistæ, ponens ibi de ordine Benedicti fratres, conferens eis villas, & decimationes, sed modo translati sunt in Cismariam prope Gropenisse. Per medium hujus Henrici Episcopi, Imperator Fredericus primus, qvi cœpit anno domini 1173. & imperavit annis XXXVII. cum conclusisset civitatem Lubicen. obsidione fortissima ab impugnatione cessavit, donec cives consulentes Ducem Leonem, ejus consensu Cæsari homagium præstiterunt.

CAPIT. XXXIV.

HUIC, crebris vexato febribus, Imperator præmemoratus proprium Physicum ad civitatem misit. Sed in eadem infirmitate mortuus est, & in prædicti monasterii S. Johannis choro tumula est. Sedit annis XV.

§ IV.

§ IV. Episcopus. Cui successit Conradus secundus, Episcopus qvartus Lubicensis, datus per Fredericum primum ad petitionem Capituli, anno domini 1183. Iste fuit confirmatus per Episcopum Bremensium sed nunqvam consecratus. Nam Adolphus Comes sibi adversatus fuit super advocatia Uthinen. ideo cum argento, suppellectili & eqvis optimis, ad Archiepiscopum Bremensem Cifridum convolavit, curam Ecclesiæ ei resignans,& clero Lubicen. se minime reversurum rescripsit.

§ Anno domini 1183. Imperator prædictus in Erfordia consistens, volens concordare Episcop. Moguntinum & Lantgravium, in qvodam deambulatorio, i. e. eine Laub, qvod confractum, cecidit in turbidas aqvas, & submersi sunt circa centum Comites, Domini & milites, & Imperator vix se retinuit in una fenestra. 220.

§ V. Episcopus. Anno domini 1184. Theodericus præpositus in Zegeberch, vir pius justus, & mansvetus, Episcopus Lubicensis v. successit Conrado. Nam Archiepiscopus Bremensis Hartwicus, citavit totum capitulum Lubicense in Hamburg, & ibi pari voto Archiepiscopi & Capituli pontificatus est, qvi sibi absenti nunciatum, lacrymatus consentire noluit, exhortatus tamen per Archiepiscopum & Comitem, invite qvasi acqvievit, investituram recipiens de manu Imperatoris Frederici, de Italia redeuntis. His temporis Dominus de Mekelenburg, deficientibus Sclavis, in insulam Pole teutonicos incolas collegit, & ne decimam Episcopo darent, eos defensare voluit. In fine tamen Episcopus, domino de Mekelenburg, mediam decimam dedit ob pacem, & sibi mediam dari voluit ab eisdem expedite. Hic sedit annis XXIII.

§ Anno domini 1187. Papa Urbanus III. post Lucium sedit. Post qvem Gregorius Octavus cœpit, anno scil. domini 1188. Nam Papa Urbanus III. audito qvod Hierusalem esset capta à Sarracenis, in die Ulrici, ex mœrore postea obiit.

CAPITULUM XXXV.

ANNO domini 1186. ædificatum est per Comitem Adolphum prope Lubek, monasterium Reynevelde, per qvinqve annos, fratrum ordinis Cisterciensium.

§ Anno domini 1187. Henricus Marchio Brandenburgensis, filius Ottonis, fundavit Ecclesiam sancti Nicolai in Stendal.

§ Anno eodem, terra sancta & Hierusalem à Soldano capitur, lib. 30. Speculi c. XLIII. & XLIV. Et tunc proximo anno cœpit ordo Fratrum de Hospitali domus Teutonicæ. Vide infra.

§ Anno domini 1188. obsedit Dux Leo Bardewik, suam civitatem, & obtinuit eandem in die Simonis & Judæ Apostolorum, & crescere cœpit & augmentari Luneburg ex lapidibus murorum Bardewik.

§ Eodem anno incepit ordo Fratrum de Hospitali, ut supra, obiitqve Gregorius Papa, post qvem Clemens III. post qvem Cælestinus, qvi cœpit anno domini 1191.

§ Anno domini 1197. obiit Henricus Leo de Brunswick, & reliqvit tres filios, scil. Ottonem, qvi postea factus Imperator, 1209. & Henricum, Comitem Palestinum, & Wilhelmum, Ducem Brunswicensem.

§ VI. Episcopus. Bertoldus per Capitulum Lubicense post Theodoricum est pontificatus, VI. Episcopus Lubicen. anno Domini 1211. Hic ob certas incommoditates, una cum Capitulo resignavit Burgensibus, Lubicensibus habitationem qvam habebat in Oldenlubeke. Hic etiam instituit camerarium perpetuum pro canonicis suis, & sibi de redditibus perpetuis, de censibus mensæ Episcopalis providit. Ædificavit etiam primum molendinum in Uthin. Sedit annis XXIV.

§ Anno domini 1197. obiit Rex Danorum Kanutus veneno.

§ Anno domini 1199. obsedit Imperator Philippus Brunswik, nec vicit eam.

§ Eodem anno Dux Waldemarus voluit totam terram Nordalbingorum addere coronæ Danorum, ideo anno 1209. vicit Hamborch, Zegeberch & Raciborch, & cepit Comitem Adolphum, & factus est Rex Danorum post mortem Kanuti fratris sui: Et subjecit sibi Lubicen. Kalend. Septembris, datis tamen eis litteris, qvod uterentur privilegiis prioribus, & hoc anno domini 1209.

CAPITULUM XXXVI.

NON longe post liberatur Comes Adolphus, ob id præsentata est Regi domus in Lovenborch. Et circa idem tempus ædificata est in Livonia civitas Regis. Anno domini 1204. cœpit idem Rex Ertneborch trans Albeam, destruxitqve idem, & postea filiam Regis Bohe-

Bohemiæ Margaretam duxit uxorem. Anno Domini 1211. obtinuit Rex Danorum Wolmarus Prusiam, & multas terras à Duce de Stettyn, & reædificavit Demmyn: Anno Domini 221
1218. Rex Wolmarus igne consumpsit multas terras, circà stadis in hyeme valida, & Hamborch etiam obtinuit, una cum Comite Alberto, & proximo anno ædificavit idem Comes jussu Regis Travemunde, collocans ibi turrim firmissimam latericeam. Hoc etiam tempore Lubic murata est in circuitu & valde firmata, & tamen fuit caristia duobus annis. Anno domini 1218. obiit Otto Imperator, postqvam Fredericus secundus imperavit, ut in Speculo lib.

Hoc anno fecit Wolmarus Rex Daciæ coronari filium suum Woldemarum in Sleswik in Regem Daciæ, & fuit tertius dictus hoc nomine.

§ Revalia. Anno domini 1223. ædificavit prædictus Rex in Estlande Revaliam, & subjecit omnes illas terras suæ coronæ. Anno domini 1223. Comes Henricus de Sweryn captos in Dacia Reges, Waldemarum & filium ejus duxit in Sweryn Johannis ante portam: & postea in bello obtinuit Comitem Adolphum de Louenborg, & addidit eum Regibus vinctis, postea Reges redempti sunt pro L. millibus marcarum, & juraverunt, se amplius non venturos in terram Holsatiæ, & reliqverunt obsides potentes. Anno domini 1227. rotatur Comes Fredericus de Isenborch, vel alias de Altena, qvia occidit Episcopum Coloniensem. Hoc etiam anno moritur sanctus Franciscus. Hoc etiam anno libertati sunt dati Lubicen. postqvam XXIV. annis & plus fuerant sub ditione Danorum, ut supra, cap. proximo in fine: missis solemnibus nunciis ad Imperatorem, perpetueqve manendo sub imperio, renovatis omnibus privilegiis per Fredericum II. per auream Bullam, sicut prædictus dotavit eos Henricus Leo de Brunswik, & avus ejus Cæsar Fredericus I. & absoluti sunt per Imperatorem ab homagio facto Regibus Danicis prius, vide clarius in Chronica Korners. Et de magna victoria, qvam obtinuerunt in Merica circa Bornehovede in die Magdalenæ contra Wolmarum Danorum Regem, & ideo castro in Lubic Regis destructo, ordinaverunt ibidem monasterium prædicatorum in honorem Magdalenæ.

CAPITULUM XXXVII.

§ VII. Episcopus.

JOHANNES de Lubec dictus, Ecclesiæ Lubicensis Decanus, electus est in Episcopum anno domini 1237. Qvi mox post suam consecrationem dedicavit Ecclesiam monasterii in Reynevelde prope Lubec. ad II. milliaria situati. Iste assignavit redditus perpetuos pro pane, vino, & cerevisia in cœna Domini fruendos, sedit annis XII. XXII.

§ Elisabeth. Anno domini 1239. Sancta Elizabeth vidua moritur in Domino. Multa alia his temporibus facta, vide in Chronica Korners. Anno domini 1237. Papa Gregorius IX. prædicari mandavit crucem contra Stedingos hæreticos qvi Eucharistiam, religosos & clericos turpissime tractabant. § Anno seqventi Wismaria urbs terræ Obotritorum fundatur per Ghunzelyn comitem de Swerin, destructo oppido Mikelenburg, anno 47. translati sunt monachi ordinis sancti Benedicti de Lubic ad Cismariam, qvam ipsi ædificabant, qvia non poterant cum civitate concordare, vide supra c. XXXIII. in fine. Eodem anno obiit Episcopus Johannes dictus de Lubic.

CAPITULUM XXXVIII.

§ VIII. Episcopus.

ALBERTUS Episcopus Livoniens. sive Rigens. in Lubic residens, datus est in tutorem, sive ministrum Ecclesiæ Lubicensi anno domini 1247. Qvi sedit per sex annos integros, qvibus vacavit Ecclesia Lubicensis post decessum dicti Johannis de Lubic, qvia Canonici de electione non poterant concordare.

§ Anno ejus 20. discordia gravis orta est inter eum, & Johannem & Gherardum Comites Holsatiæ super decimis in terra Oldenburg, sed tandem concordarunt, & Principes fatebantur publice, qvod tantum in Lutkenbrode & Grotenbrode villis medietas decimarum eos 222.
tangeret. Et statuerunt qvod de palude Dolghen, usqve ad mare de singulis mansis cultis & incultis 4. modiorum decimæ puræ siliginis dari deberent Episcopo. Insuper dederunt Ecclesiæ II. mansos in villa Sussow, cum omni jure & libertate, ibiqve Episc. fecit erigi granarium, ad qvod præcipiebant Comes districte, omnes in terra Oldenburg morantes, ut suas decimas propriis expensis perducerent. § Iste idem Albertus emit medietatem molendini in Swartow pro C. marcis. Nam alia medietas jam fuit Ecclesiæ. Registro primo qvota. 21. Sed nunc totum est civitatis Lubicanæ per viam emptionis, & multa alia bona fecit.

§ IX.

§ IX. Episcopus. Tandem frater Johannes de Deyst ordinis Minorum Episc. Sambiensis, de Brabantia oriundus, translatus est ad petitionem magni principis domini Wilhelmi, Regis Romanorum, cujus fuit Capellanus & Consiliarius de Ecclesia Sambiensi ad Lubicensem per Papam Innocentium 4. anno domini 1274. Magnus Theologus fuit & prædicatur crucis generalis, prudens & solennis dominus. Hic cessit à diœcesi per integrum annum, qvia redditus mensæ Ecclesiæ dissipati erant per Comites Holsatiæ Gherard. & Johan. Et reversus plures Ecclesias intus & extra consecravit, ut sic sustentaretur. Tandem vexationes bonorum Ecclesiæ, redemit à Comitibus 800. marcas & militibus. Multa qvoqve bona Ecclesiæ comparavit. Novam dignitatem, scilicet cantoriam instauravit, statuens ut cantor cunctis festivitatibus cum socio suo in processione baculo argenteo fulcitus incedat; assignans ei certos reditus. Item, libertavit oppidum Uthin cum jure Lubicen. Plures etiam milites & militares suæ diœcesis pro suis excessibus fecit nudatos in processione reconciliari. Multa etiam privilegia utilia pro Ecclesia impetravit. Tandem rediens ad Regem Romanorum, obiit circa partes Rheni in Essendia, sepultus in Misia. Sedit annis sex.

Pontifices autem qvi seqvuntur in ordine suo, habebuntur infra in locis suis.

§ Ordo in Prussia.

ANNO Domini 1188. cœpit ordo Fratrum de Hospitali domus Teutonicæ, qvi nunc regnat in Prussia & Livonia, & dominantur summis, qvi instituti sunt servire infirmis. Cœpit autem tali modo. Qvidam cives urbium Lubic & Bremæ, existentes in exercitu Christianorum, cum Adolpho Comite Holsatorum in subsidium terræ sanctæ, videntes plures Teutonicos peregrinos infirmos jacere, in locis diversis campi, in maximis miseriis, absqve cujuscunqve cura, qvando scil. exercitus Christianorum erat in expeditione Accon, cum primo Frederico Imperatore, misericordia moti, acceperunt latum velum de qvadam magna navi, & inde facientes tentorium, collegerunt sub illo infirmos tales, & curam eorum egerunt. Ipsis qvoqve cum comite Adolpho redeuntibus, commiserunt illud Capellano Frederici Ducis Sveviæ, filii Imperatoris tunc noviter submersi, sci. Frederici primi, & Camerario ejusdem Capellani, qvi ædificaverunt ibi domicilia & capellam in honorem beatæ Mariæ virginis, domus Teutoniceqve illud nominaverunt hospitale beatæ Virginis, qvibus plures alii se junxerunt, captaqve urbe Accon, ædificaverunt intra muros ejusdem qvoddam templum, & Fredericus Dux Sveviæ præmemoratus obtinuit confirmationem illius religionis à Papa Cœlestino III. per promotionem Imperatoris Henrici VI. fratris sui, unde nominata est religio illa, fratres de hospitali domus Teutonicæ.

§ Lubek. Anno Domini 1190. Dux Henricus Leo cum exercitu magno veniens Lubek, civitatem recuperavit de manu Imperatoris qvam usurpavit Fredericus primus, ut supra cap. XXXIII. in fine. qvi fecit eam imperialem & qvod esset caput omnium civitatum maritimarum & qvod consulares eorum aurum deferre possent, & qvod omnes de consulatu essent in concilio Imperatoris in perpetuum, & partem thelonii, à Duce Henrico deputatam, in usum Canonicorum ibidem ratificavit, & hoc per omnia puncta prædicta, sub bulla aurea: anno Domini 1182. Sed postqvam Leo civitatem recuperavit, ut dictum est, amisit eam iterum, anno videlicet domini 1192. qvia obtenta est per Dominum Adolphum Comitem Holtsatiæ cui pro laboribus suis Imperator; omnes reditus ei à civitate debitos, liberaliter concessit. 223.

§ Anno domini 1197. Berno Episcopus Mekelenburgensis mutavit titulum, & dictus est primus Episcopus Swerinen. & sedes translata est de Mekelenburg in Swerin, propter tyrannidem Sclavorum.

§ Lubek. Anno domini 1209. Civitas Lubicana cibus ignis facta est ex integro, absqve qvinqve domibus, à qvibus hodierna die vicus ille, qvinqve domus dicitur.

§ Anno domini 1209. capta est civitas Lubicana, per Waldemarum Ducem Sleswicen. fratrem Regis Danorum, & sic Danis subjecta; eisdem sub tributo servivit fere viginti tribus annis.

§ Stralessund. Anno domini 1210. Stralessund condita est per Waldemarum Regem Danorum, secundum qvosdam, secundum alios vero à Germaro Rugianorum principe, secundum alios à qvodam Duce Pomeranorum.

§ Prædicatores. Anno domini 1216. confirmatur ordo prædicatorum per Papam Honorium III. ad instantiam sancti Dominici.

§ Hamburg. Anno domini 1218. Waldemarus Rex Danorum cœpit civitatem Hamburg & dedit eam Alberto Comiti Holsatorum in hæreditatem perpetuam, sumens ab eo 700 marcas argenti.

§ Minores. Anno domini 1221. ordo fratrum Minorum confirmatur ab Honorio III.

§ Revalia. Anno domini 1223. Revalia ædificata est, vide supra c. XXXVI.

§ Lubek. Anno domini 1271. media pars urbis Lubicanæ incinerata est in die Barnabæ, ideo constituit consulatus, ut de cætero domus non de argilla, sed lateribus ædificarentur, & sic Lubek primo facta est latericia.

§ Anno domini 1273. cives Lubicen. expugnarunt, cœperunt, ac spoliaverunt civitatem Sundensem, innumeros occidentes: Ditiores vero captos, ad Lubicanam deduxerunt urbem.

§ Dartzowe. Anno domini 1262. cives Lubicen. freti auxilio Domini Johannis de Mekelenborg destruxerunt funditus castrum Dartzowe, & militem dominum castri suspenderunt, qvia raptor erat & fautor prædonum.

§ Comes. Anno eodem cives Lubicen. Holsatiæ captum tenuerunt in prætorio civitatis Johannem comitem Holsatiæ, qvia qvendam militem Borchardum Voet, in civitate Lubicensi circa puteum in platea lata prope cœmiterium B. Virginis interfecit, qvi per manuterium qvoddam de fenestra prætorii se submisit ad terram, ubi à suis ad hoc ordinatis ad eqvuum locatum abductus fuit, non sine dissimulatione consulatus.

§ Albertus Magnus. Anno domini 1267. floruit Albertus Magnus, sacræ Theologiæ Doctor, natione Theutonicus, degens in conventu Colonien. ordinis prædicatorum, cujus ordinis frater fuit, licet ad tempus erat Episcopus Ratisponen. & corpus ejus humatum est in medio chori Fratrum prædicatorum Coloniæ.

§ Fredericus. Anno domini 12.. Imperator Fredericus dominium de Brunswig & Luneburg in principatum & ducatum redegit. Nam antea Domini Brunswicen. se solum Dominos scripserunt, sed tunc in antea nomen Ducis meruerunt.

§ Wismaria. Anno domini 1266. VVismaria civitas qvasi ex integro incinerata est, paucis ædibus demptis, in crastino ascensionis Domini.

§ Corpus Christi. Anno domini 1267. institutum est festum gloriosum corporis Christi,
224. per Urbanum Papam IV. ad petitionem Thomæ de Aqvino Doctoris ordinis Prædicatorum, qvi tunc floruit.

§ Johannes Theutonici. Anno domini 1271. Johannes Theutonici glossator decreti præpositus sancti Stephani in Halberstad contra Clementem Papam appellavit propter decimam exactam, propter qvod ipsum Papa excommunicavit, & præpositura spoliavit.

§ Aristotelis libri. Anno domini 1273. VVilhelmus de Brabantia, ordinis Prædicatorum: transtulit omnes libros Aristotelis de Græco in Latinum, verbum è verbo, qva translatione scholares adhuc hodierna die utuntur in scholis, ad instantiam sancti Thomæ de Aqvino Doctoris.

§ Magdeborch. Anno domini 1279. Magdeburgen. cives in conflictu magno sive bello captivarunt Ottonem Marchionem Misnensem, comite de Arnsteen interfecto.

§ Canonici expulsi. Anno domini 1280. expulsi sunt per communitatem Lubicen. Episc. Borchardus & Canonici Lubicen. pro eo qvia interdictum posuit in civitate propter spolium commissum per fratres minores, qvi funus cujusdam viduæ Rigborch dictæ, de Ecclesia parochiali per missam animarum violenter tulerunt, & causa sedata fuit per sententiam latam per dominum Jacobum de Columnis Cardinalem ex commissione Papæ.

§ Hamborch. Anno domini 1281. Hamborch civitas Holsatiæ ultra mediam partem longe incinerata est, & plures homines utriusqve sexus in igne perierunt.

§ Prussia. Anno domini. 1286. Cruciferi de domo Teutonica, à Marchionibus Brandenborgen. & Misnen. terram Prussiæ fertilem & populosam pro magna summa pecuniæ emerunt, qvia suis metis erat continua. Qvi Marchiones dictam terram cum exercitu magno eam intrantes contra Regem Poloniæ, Rege jam in Polonia interfecto, per ipsos sibi subjecerunt, à cujus tamen terræ impetitione Poloni nunqvam nec in præsenti reqviescunt.

§ Sextus decretalis. Anno domini 1299. Bonifacius VIII. Papa librum sextum decretalium publicari fecit.

§ Lubeke. Anno domini 1299. orta est discordia gravis inter Borchardum Episcopum & Capitulum ex una, & consulatum civitatis Lubicen. parte ex altera, propter prata, mansos, aqvas & nemora loci, ubi antiqva civitas Lubicana jacuerat. Communitas autem canonicos expulerunt, & curias eorum fregerunt, & eas spoliaverunt,

§ Lubeke. Anno domini 1308. Episcopus Lubicen. & Canonici sui concordati sunt cum consulatu urbis prædictæ, & cum fratribus ordinum Prædicatorum & Minorum.

§ Templarii. Anno domini 1309. capti fuerunt Templarii ubiqve in regno Franciæ & Angliæ; & ordo ille totaliter destructus est.

§ Uthin. Anno domini 1310. fundatur Ecclesia Uthinen. & in collegiatam Ecclesiam erigitur cum Canonicis & præbendis.

§ Qvarta. Anno domini 1311. Canonici Lubicen. obtinuerunt sententiam arbitralem in causa qvartæ latam contra Prædicatores & Minores in curia Romana.

§ Ortus rosarum. Anno domini 1312. Rex Danorum Ericus in campo spacioso & plano Ortus rosarum dicto prope Rostok maximam & multum solemnem tenuit curiam cum multis principibus & dominis terrarum spiritualibus & secularibus, in tanta copia ut præter eqvites vulgarium populorum & pedites utriusqve sexus pene innumerabilium, galeatorum sexmillia & Dc. fuisse referuntur, ubi maxima fuit solennitas in torneamentis, hastiludiis, choreis, & contuberniis, ita qvod lingua humana vix explicari sufficit.

§ Infantili ccc. & LXIV. Anno domini 1313. Comitissa Hollandiæ Margareta peperit simul eodem tempore, ccc. & LXIV. infantulos omnes vivos, perfectas & integras hominum effigies, & plena membra habentes, tam exiguos, sicut polipos, & omnes vivi per aqvæ aspersionem baptisati sunt. Et dicitur hoc accidisse, qvia uxori cujusdam militis crimen adulterii imposuit, cum duos enixa erat parvulos, dicens, se reputare tam possibile mulierem posse ex uno patre II. pueros simul concipere, sicut se posse simul concipere tot fœtus, qvot dies sunt unius anni, & ideo tot postea concepit & enixa est.

§ Anno eodem sedatæ sunt inimicitiæ inter Regem Daciæ & civitates Sclavicas. Eodem anno post Pascha canonisatus est Cælestinus Avinione, qvi resignavit papatui ante Bonifacium. § Eodem tempore apparuit Cometa versus Occidentem ab Avinione per qvindenam. Non longe post Imperator Henricus assumptionis Mariæ per confessorem suum, ordine Prædicatorem, communicans in hostia intoxicatur, nomine Bernardum, & Bartholomæi moritur, & in Pisa sepelitur cum maximo populi planctu, qvidam tamen dicebant Papam non doluisse mortem ejus, qvamvis facto sermone per Papam eum commendavit.

§ Lubeke. Anno domini 1314. canonici Lubicen. ad curias suas reversi sunt, concordati cum civitate. Eodem anno Papa Clemens qvintus moritur.

§ Livonia. Anno domini 1317. caristia magna fuit in Livonia, & multi præ fame mortui sunt. Eodem anno Comes Adolphus occiditur in lecto suo in Zegeberg, de mane circa Comitissam, qvæ fuit filia fratris Ducis Magnopolensis.

§ Rex Daciæ. Anno domini 1318. Ignavus Rex Daciæ Birger, ambos fratres suos Duces Erik & Wolmer, in Lincoping in Swecia, invitatos amacabiliter ad Iuel in festo nativitatis Christi incipavit, & ante festum Epiphaniæ Duces prædictos fame occidit, sed non impune.

§ Thomas de Aqvino. Anno domini 1323. 17. Kalend. Augusti sanctus Thomas de Aqvino, de ordine Prædicatorum canonisatur, 70. anno post mortem suam à Johanne Papa XXII. in Avinione, anno papatus ejus septimo. Et Albertus Magnus, magister sancti Thomæ de Aqvino fuit.

§ Ribbenitze. Anno domini 1319. fundatum est monasterium Scivonialium in Ribbenitze.

§ Clementinas. Anno domini 1320. Johannes Papa XXII. publicavit Clementinas.

§ Ditmarcia. Anno domini 1322. Gerhardus & Johannes Comites Holsatorum cum manu forti & magno exercitu intraverunt Ditmarciam, & ambo illi principes cum multis Baronibus & Nobilibus ibi interfecti sunt, ita qvod ultra 2000. perierunt.

§ Rostok. Anno eodem Rex Daciæ Christophorus concessit civitatem Rostokcen. Henrico Domino de Miklenborg jure hæreditario perpetuo possidendam.

§ Novella super decreta. Anno domini 1323. Dominus Johannes Andreæ Bononiæ in suis scholis publicavit Novellam super decretales, & supervixit post hoc XV. annis, & defunctus est.

§ Magdeburg. Anno domini 1327. cives Magdeburgen. Episcopum suum Dominum Borchardum, virum nobilem, castum, sobrium & prudentem, & per omnia virum sanctum, in propria civitate contra mandatum de pace & amicitia perpetua crudeliter multum cum clava qvadam sceleratissime interemerunt, propter defensionem jurium Ecclesiæ suæ, cujus Epitaphii superscriptio talis est. Hic jacet omnis homo, qvidqvid virtutis in illis particulariter fuit, hoc simul hujus erat.

§ Pestilentia. Anno domini 1348. & per aliqvot annos pestilentia magna, qvæ vulgariter

mors magna appellabatur, universum mundum depopulata est, ita qvod anno domini 1370. venit in Teutoniam & omnes ejus provincias, Bavariam, Sveviam, Franconiam, &c. Ita qvod ubiqve luctus erant, & lacrymæ, & relinqvebantur domus desertæ habitatoribus, so-
226. lis catulis domus servantibus, & pecora manserunt in pascuis nullo astante pastore: Fugiebant filii cadavera parentum insepultorum, & qvis funeri obseqvium præbebat, ipsum funus sine obseqvio manebat. In Lubeke in peste obierunt 9000. homines. Tanta enim copia hominum ibi erat, ut civitatem ampliare proponebant, & à vesperis primis sancti Laurentii usqve ad II. vesperas obierunt in Lubeke mille & 700. homines.

§ Carolus. Anno eodem mortuo domino Lodewico Imperatore, in discordia electi sunt Wenzlaus, qvi post electionem vocatus est Carolus IV. & Ghunterus Comes de Swartzeburg, qvi cum obsedisset civitatem Frankforden. 6. mensibus, intoxicatus interiit. Et sic concorditer eligebatur Carolus IV. Certificatus tamen fuit dictus Comes de certis censibus, qvos receperunt adhuc sui hæredes; & regnum Carolo in vita resignavit, & ipsum Regem salutavit.

§ Magnopolen. Anno domini 1349. Carolus IV. in Praga Albertum & Johannem, Dominos Magnopolen. in Duces cum magna solennitate sublimavit, & sic titulum novum eis creavit, de dominis Duces faciendo.

§ Compania. Anno domini 1370. surrexit illa grandis compania ex Teutonicis collecta Cruciferorum sive Flagellatorum, qvia se ipsos flagellaverunt, &c.

§ Henneberg. Anno domini 1340. Bartoldus Comes de Hennenberg impetravit ab Imperatore Lodowico Lubicen. auctoritatem faciendi auream monetam sub bulla aurea Imperatoriæ majestatis.

§ Lubeke. Anno domini 1360. Consistorium urbis Lubicen. in toto combustum est per negligentiam illorum qvi pulveres pro bombardis parabant.

§ Wittenborg. Anno domini 1361. Dominus Johannes Wittenborg proconsul Lubicen. per II. annos in carceribus tentus decollatus est, qvia cum ipse capitaneus esset exercitus Lubicen. ad Daciam, civitates Cogones sex majores perdiderunt, qvos Rex Woldemarus eis abstulit, qvod factum sibi impingebatur.

§ Albertus Rex. Anno domini 1362. Albertus filius Alberti Ducis Magnopolen. coronatus est in Regem Sweciæ, magno Rege Sweciæ deposito propter pacta non servata Johanni comiti Holsatorum sub amissione regni.

§ Anno domini 1367. Scholaris qvidam in civitate Lubicen. in hospitio qvodam receptus in platea molendinaria, dormivit per integrum septennium, ita fortiter qvod suscitari non potuit, sed postea evigilans, supervixit multis annis.

§ Hildensem. Anno domini 1367. Episcopus Hildensemen. Gerhardus captivavit in bello [à Virgine gloriosa victoriam obtinens, cujus imaginem in collo gessit] Ottonem, de Brunswik Ducem Theodericum Archiepiscopum Magdeburgen. & Albertum Episcopum Halberstaden. qvi cum esset doctor Parisien, magnam fecit loycam ad populum, ad qvem fertur Episcopus Hildensemen. (cum ipse esset Rethoricus, dum eum in cippo haberet) dixisse; Jam rethorica vicit logicam garrulam.

§ Lubicen. Anno eodem Lubicen. magnam gverram habentes cum nobilibus de terra Holsatorum dictis, de Bokwolde, eos de terra dejecissent & exterminassent, nisi tandem compositio amicabilis intervenisset, demoliti tamen sunt plures ipsorum munitiones Widdole, Henningkstorppe, Snikrede, Swinekule, Stonekamp, & Rotkerstorppe.

§ Schanea. Anno domini 1369. Civitates de Hansa potenter fugarunt Waldemarum regem de regno suo, & Daciam fortiter impugnaverunt. Capto autem castro Koppenhaven cum pluribus aliis, nobiles regni dederunt civitatibus terram Schaniæ cum omni jure & obventionibus per XVI. annos, qvibus effluxis, redire deberet libere regnum ad regem, in recompensationem damni mercatoribus illati.

§ Brutzcow. Anno eodem Nicolaus Brutzcow ob certas literas contra ipsum scriptas, in
227. Ecclesia beatæ Mariæ virginis Lubicen. in choro, interfecit dominum Bernhardum Oldenborch consulem, & alios duos vulneravit. Qvi apprehensus, rotatus est, & in qvatuor partes divisus, & super rotas qvatuor positus, secundum qvatuor civitatis portas.

§ Luneburgen. Anno domini 1371. cives Luneburgen. in vigilia purificationis Mariæ, cœperunt castrum illud fortissimum, qvod erat in monte statim ante Luneburg, intrantes qvasi oraturi & vesperas audituri, & sub mantellis arma ferentes: Et castro capto, incontinenti illud fregerunt & destruxerunt: Monachis vero dederunt locum in civitate, & ibidem eis monasterium novum ædificaverunt, ubi adhuc hodie situm est.

§ Luneburg. Anno eodem Dominus Johannes de Homberg Baro & Sifridus de Salderen nobi-

nobilis, cum septingentis armatis, cum scalis ad hoc aptis, in nocte undecim millium Virginum, per murum intravit Luneburg, ubi omnes erant capti & interfecti, & plures postea decollati. Dominus enim de Homberg captus fuit, Sifridus autem de Salderen interfectus est, & qvam plures alii nobilitares.

§ Magnopolen. Anno eodem Albertus, Dux Magnopolen. bellum durum habuit cum Duce de Wolegost, id est, Wolgast, & cum Duce Stetinensi prope villam Damgarde, & Dux Albertus cepit duos prædictos cum multis nobilibus: Et eodem tempore ab alia parte terræ Magnopolen. obtinuit magnum bellum contra Magnum ducem Brunswicen. ita qvod Dux Magnus vix evasit, omnibus suis victis & captis, aut interfectis, & capti sunt ibidem inter cæteros, duo Comites de Desshold.

§ Bremen. Anno domini 1376. Albertus Archiepiscopus Bremen. frater Ducis Magni de Brunswik accusatur per Johannem de Cestersvel, decanum suum tanqvam, hermophrodita habens utriusqve sexus genitalia, & qvod mulieribus utatur ad libitum. Ob hanc causam examinatus primo in Hamborch: præsentibus multis prælatis & nobilibus. Sed qvia adversarii dixerunt examinationem non factam, via & ordine juris servatis. Ideo examinatus secundo in urbe Suden. & Osilien. Episcopis, & inventus est innocens.

§ Karolus. Anno eodem Imperator Karolus 4. seqventi die xi. millium virginum intravit cum conthorali sua Imperatrice civitatem Lubicen. cum magna comitativa principum, cum Archiepiscopo Colonien. Duce. Magnopolen. Duce Luneborgen. Marchione Brandenborgen. VVilhelmo Marchione Misnen. Jodoco Marchione Moraviæ, Comitibus Holsatiæ, ac pluribus aliis Baronibus, militibus & militaribus, & cum maxima solennitate receptus est. & mansit ibi per x. dies, & hospitium cœpit in domo angulari plateæ beati Johannis qvæ est Domicellorum de Dartzow dictorum, & deducti sunt ibi dies illi in lætitia magna & solemnitate mirabili.

§ Erford. Anno domini 1377. Carolus Imperator cum VVilhelmo Marchione Misniæ & aliis comitibus multis & nobilibus obsedit urbem Erforden. habens in suo exercitu xl. millia armatorum, sed civitati nihil nocuerunt, licet villas & vineta circumqvaqve destruxerunt, Adolpho de Nassowe postulato Moguntino, in urbe exeunte contra Ludowicum fratrem Marchionis Wilhelmi, cui Papa Gregorius de Archiepiscopatu providerat.

§ Ventus. Anno eodem in nocte Bricti tam vehemens fuit ventus ut tectum cum tignis & tegulis cum magna pecia plumbi de turri sancti Jacobi transferret ad cœmiterium sancti Spiritus in urbe Lubicen.

§ Schisma. Anno domini 1380. Urbanus 6. Papa arctans & restringens lenitates Cardinalium eos contra se incitavit, in tantum qvod ab eo recesserunt, & in Magina se transtulerunt, ubi alium in Antipapam elegerunt, qvendam Robertum Geberien. tit. Sanctorum Apostolorum Cardinalem, qvem Clementem vii. nominaverunt, & sic incepit illud periculosum schisma, qvod duravit usqve ad annum 1417. inclusive.

§ Wenzlaus. Anno eodem obiit Carolus iv. Imperator, & incepit regnare Wenzlaus filius ejus, qvi regnavit annis xxi. 228.

§ Venetia. Anno eodem Lodowicus Rex Ungariæ vallavit urbem Venetiarum, & cives cum auxilio Ducis Austriæ & civium Januensium in tantum angariavit, ut omni mense stipendiariis suis darent c. millia Ducatorum, & qvod mutarent sigillum suum, ne amplius scriberent se Dominos maris, & qvod sibi traderent Theruisium & Marchiam, & ultra solverent omnes expensas suas & suorum ibidem factas, & libenter se subdidissent subjectioni suæ ad tempus vitæ suæ.

§ Lubeke. Anno domini 1383. cum adolescens qvidam in Lubek ad suspendium duceretur, imago sanctæ crucis coram qva orabat, ipso ab oratione surgente, erexit caput qvod brachio habebat apodiatum, & post tergum suspendendi respexit, in loco ubi adhuc hodie capella parva in honore sanctæ crucis ædificata est.

§ Magdeborch. Anno eodem Lodowicus Archiepiscopus Magdeburgen. frater Wilhelmi Marchionis Misnen. cum in oppido Kalven cum pulchris dominabus per totam diem usqve ad medium noctis chorisasset, gradus consistorii cadere cœperunt, & sic ipse cum una volens fugere, cadens de gradibus cum illa, fractis cervicibus mortuus est.

§ Wilsnaco. Anno domini 1484. primo incepit concursus de omnibus fere Christianitatis partibus in Wilsnaco villa terræ Prignitz, propter hostiam qvandam sangvinolentam post incinerationem dictæ villæ & Ecclesiæ ejus ibidem repertam.

§ Lubeke. Anno domini 1387. qvidam mechanici pessimi traditores in nocte sancti Lamberti tradere proponebant certis Holsatis Lubecen. civitatem, & cum eorum auxilio totum con-

consulatum interficere, & domus omnium mercatorum & domicellorum spoliare. Sed traditione illa periculosissima, per revelationem unius probi viri cum ipsa manifeste fuit prodita & in notitiam consulatus deducta, plures de ipsis traditoribus captivati sunt, aliqvi rotati, aliqvi decollati, & multi de civitate banniti. Et traditorum capitanei fuerunt qvidam Henricus Paternostermeker, ejusdem officii, Arnoldus Fynnige Batifex, in cujus domo practicata fuit, Johannes Caleveld, & Hermannus de Mynda pistores, qvi Johannes ante rotationem, stans in foro Lubicen. totam seriem proditionis coram cuncto populo edixit, cunctis stupentibus.

§ Lubek. Anno domini 1386. Qvidam Detlevus Gudendorp Holsatus, insidias posuit stipendiariis, & interfecit Heinonem Scarpenberch, advocatum stipendiatorum, & advocatum in Molne, & alios plures, sepultos in Ecclesia sancti Jacobi. Sed anno II. seqventi idem Detlevus per stipendiarios Lubecen. interficitur, & minutatim articulatur, in cœmiterio uno villæ suæ. § Eodem anno Lippoldus Dux Austriæ cum 18. principibus interfectus est à Swiceris, habentibus 30. millia armatorum.

§ Anno eodem XII. cæci loricati, in foro Lubicen. ad hoc asseribus aptato, cum clavis volentes interficere porcum, se mutuo mirabiliter verberando invaserunt, jocosum hominibus faciendo spectaculum. Sed tandem ad informationem unius de illis, clavis positis ad unum angulum, manibus porcum apprehenderunt, & sic tandem interfecerunt.

§ Sleswik. Anno eodem Margareta relicta Haqvini Regis Norwegiæ & filia Waldemari Regis Danorum, concesit comitibus Holsatiæ & suis successoribus ducatum Sleswicen. jure hæreditario, dum tamen infeudationem à regno reciperent modo debito, & evocati sibi servirent, & eandem concessionem anno domini 1388. in magno convento principum in Nuburg regni Danorum innotavit & confirmavit.

§ Anno domini 1388. Margareta Daciæ & Norwegiæ Regina, in bello cepit Albertum Regem Sweciæ, per capitaneum exercitus sui Henricum Parow militem, qvi ibidem interfectus
229. est, & filium Regis Alberti Ericum, qvos per septennium tenuit captivos, aliis principibus captis, pro pecunia redemptis.

§ Anno domini 1390. Bonifacius IX. festum visitationis Mariæ celebrandum instituit cum indulgentiis concessis festo corporis Christi per Urbanum IV. § Eodem anno Brigitta vidua de regno Sveorum orta, à Bonifacio canonisatur, sepulta in Wasteen monasterio, qvod propriis sumptibus construxerat.

§ Anno domini 1391. Lubicen. fossatum novum valde sumptuosum fieri fecerunt inter Molne & flumen, de Linowe dictum, per qvod naves possunt transire de Luneburg usqve Lubeke.

§ Erford. Anno domini 1392. incœpit universitas studii Erforden. in Turingia, confirmata per Bonifacium IX. § Anno domini 1393. Wenzlaus Rex Romanorum & Bohemiæ captus est à nobilibus regni cum consilio fratris sui Sigismundi, & in castro Pragen. tentus, sed statim per fratrem suum Johannem, Ducem de Gorlitze, colligentem fortem exercitum, & urgentem nobiles regni ad dimittendum fratrem, liberatus est. § Anno domini 1394. VII. magnæ naves Wismarien. & Rostokcen. in mari glacie totaliter cinctæ ne de loco moveri possent, viriliter & ingeniose se defenderunt ad multa tempora, contra exercitum Danorum, donec glacies resolveretur. § Anno 1395. liberatus fuit à captivitate Albertus Rex Sveorum, captus à Regina Daciæ sub hoc pacto, ut infra III. annos omnino cum Regina concordaret, aut civitates eum & filium suum personaliter restituerent, vel pro eo LX. millia marcarum argenti solverent, pro qvo promissione civitates receperunt in pignus urbem Stokholmensem, & castrum ejus, & ad ipsum pertinentia: qvam urbem postea Reginæ resignavit, & sic in toto liberatus est.

§ Colonia. Anno domini 1396. Colonien. cives deposuerunt prorsus tam consulatum latum qvam strictum propter discordias, qvas inter se periculosas habebant, & elegerunt novum consulatum, & regimen ordinaverunt prout hodie ibidem servatur.

§ Ungaria. Anno eodem Turcæ triumphum obtinuerunt contra Regem Sigismundum Ungarorum propter superbiam principum Franciæ, qvorum plures erant cum eo in prælio, & qvasi flos de Francia ibi interiit, & captus est ibi Philippus Dux Burgundiæ.

§ Arnsboken. Anno domini 1398. incœptum est monasterium Carthusien. In Arnsboken prope Lubek, & statim post eodem anno inceptum est monasterium Carthusien. prope Rostok. Anno eodem Comes virtutum dominus Joannes Mediolanen. factus est Dux à Wenzlao Rege Romanorum.

§ Anglia. Anno domini 1399. Henricus Dux Lancastriæ patruus Richardi Regis Angliæ, capti

captivavit ipsum Regem, pacis Zelatorem, victoriosum, & in omnibus bonum, ac ipsum post paucos dies crudeliter strangulavit, & se in Regem eligi procuravit. § Anno eodem multitudo magna LXXX. millia hominum apparuit in Italia albis vestibus induta, in qva erant Episcopi, Prælati, Abbates, & alii plures, Comites, Barones, &c. & nuncupata est grandis compania. Hi vitia hominum redarguebant, & promiserunt neminem de sua societate in epidemia moriturum, qvæ tunc in illis partibus sæviebat.

§ Anno eodem, deposito Rege Wenzlao ob desidiam, negligentiam & inordinatam vitam suam, electus est in locum ejus in Regem Rupertus Dux Bavariæ & comes Rheni.

§ Fredericus. Anno domini 1400. Fredericus Dux Brunswicen. princeps pacis, verbo verax & hominibus affabilis interfectus est in vigilia Pentecostes prope Frislariam, dum esset in via ad visitandum novum Regem Romanorum, gladio Frederici de Hertigeshusen, militis. § Anno eodem Baltasar dominus Sclavorum villam Wislo prope sylvam Swerin incineravit, atqve vaccas urbis Lubicen. absqve resistentia abduxit.

§ Praga. Anno domini 1401. Wilhelmus Monoculus Marchio Misnen. & filii fratris sui Fredericus & Wilhelmus urbem Pragen. cum maximo exercitu obsederunt, & damna non modica eidem intulerunt.

§ Lubic. Anno eodem Baltazar dominus Slavorum & Barnham Dux de Wolgast cum CCCC. lanceis venerunt, prope Lubek, & incenderunt tabernam S. Christophori, sed ad civitatem fama veniente, manus civium vix evaserunt per claustra domini Erici ducis de Lovenborg, non tamen sine amissione plurimorum de suis, & dominus Barnham vulneratus fuit non lethaliter. 230.

§ Hamborg. Anno domini 1402. Hamborgen. decapitaverunt plures piratas, scil. Wigboldum Godfridum, Michaelem Stortebeker cum suis complicibus. § Anno eodem Margareta Regina trium regnorum cremari fecit plublice in Vasterbode, qvendam qvi se dixit filium suum Olavum. § Anno eodem Lubicen. cremaverunt qvendam fratrem Wilhelmum, qvi albis vestibus indutus pro Apostolico se gessit, qvi diversis erroribus & hæresibus infectus fuit.

§ Wismaria. Anno domini 1403. Wismarien. qvendam militem dictum Johann Goer, de ducatu Magnopolen. in patibulum commune suspenderunt, qvia uxorem Johannis Schelp civis rapuit, & cum multis clenodiis abduxit. § Anno domini 1404. Gherardus Dux de Sleswik & Comes Holtsatiæ cum 700. armatis intraverunt Ditmarciam, & omnes ibi interfecti sunt.

§ Anno domini 1407. Dux Henricus de Brunswig & Luneborch captus à Bernardo domino de Lippia & valde inhumaniter ab eodem tentus, qvi postea pro sui liberatione fidejussores dando centum millia florenorum Rhenen. promisit, sed liberatus, nihil solvit, multaqve damna Domino de Lippia intulit, & se à juramento absolvi fecit. Qvidam tamen sui fidejussores solverunt XV. millia florenorum.

§ Sunden. Anno domini 1407. in die Hieronymi Sunden. ligaverunt III honestos presbyteros ad scalas III. & eos in ignem projecerunt & cremaverunt, propria temeritate in novo foro dicti oppidi, per bajulatores urbis prædictæ.

§ Lubeke. Anno domini 1408. expulsi sunt per communitatem urbis Lubicen. IV. eorum proconsules & consulatus pro majori parte, & elegit communitas novum consulatum, partim de mercatoribus, & partim de mechanicis, & de anno in annum consulatum innovaverunt.

§ Leodien. Anno eodem Leodien. habentes bellum cum Johanne, electo Leodien. Duce Bavariæ, perdiderunt in bello XXXVI. millia, qvi ibi interfecti fuerunt, ubi etiam interfectus est Dominus de Parwitze, cum patre suo, qvi intrusus fuit contra Johannem prædictum. § Anno eodem Cardinales utriusqve obedien. scil. Gregorii XII. qvi & Angelus de Corario dictus est, & Benedicti XIII. qvi & Petrus de Luna dictus est, convocarunt concilium generale in urbe Pisana, ubi citaverunt tam Gregorium qvam Benedictum, qvibus non comparentibus, eos deposuerunt, & elegerunt ibidem qvendam Petrum de Candia, qvem Alexandrum V. nominaverunt, qvi statim post annum decessit, & tunc elegerunt Johannem XXIII. qvi & Baltasar de Cossa dictus est, & sic habebatur tunc schisma de tribus obedientiis.

§ Anno domini 1409. erecta est universitas Lipsiensis, de Magistris Pragen. per Fredericum Marchionem Misnen. & postea ducem Saxoniæ.

§ Anno eodem Dux Ericus de Lovenburg cepit Molne, & oppidum incineravit.

§ Anno eodem Wismarien. & Rostokcen. deposito consulatu suo, novos consules creaverunt, per omnia ad instar Lubicen.

§ An-

§ Anno domini 1411. Magister Prussiæ commisit bellum cum Rege Polonorum; qvi intravit terram Prussiæ cum magna multitudine paganorum Lituanorum, & Christianus, fretus auxilio Ducis Vitoldi, sed Magister Prussiæ succubuit, & fratres ordinis sui, & plures alii de exercitu suo interempti sunt.

§ Anno domini 1412. obiit Margareta Regina III. regnorum relicto Erico duce Pomeranorum, qvem in vita sua in filium adoptivum assumpsit, & in Regem III. regnorum coronari fecit, & obiit die IV. Novembris.

§ Anno Domini 1413. igne consumptum est refectorium majoris Ecclesiæ Lubicen.

§ Eodem anno Johannes Papa XXIII. expulsus est de Roma per Regem Neapolitanum, cum maximo damno & detrimento curtisanorum. § Anno eodem inceptum fuit monasterium
231. sanctæ Brigittæ prope Molne in Ducatu Lovenburgen.

§ Anno eodem obiit Rupertus Rex Romanus, & electus est in Regem Romanorum Sigismundus Rex Ungariæ, filius Caroli IV. Imperatoris.

§ Anno domini 1414. inceptum est Concilium generale in Constantia pro unione facienda in festo omnium Sanctorum, ubi convenerunt Johannes Papa, & Cardinales sui, cum multis Episcopis, & prælatis, similiter & Rex Sigismundus, cum multis principibus & dominis, & fuerunt in eodem Concilio Constantien. simul & eodem tempore 30. millia. 800. & XL. personæ curtisanorum.

§ Anno domini 1417. Ericus Rex Danorum, cives Lubicen. fere CCCC. pro captura halecum in Scania exeuntes, captivavit, & bona eorum ibidem arrestavit.

§ Anno domini 1416. combustus est Constantiæ hæresiarcha Johannes Husz, Bohemus, resuscitans hæresim Johannis Wicleff, plures articulos addendo. § Anno eodem Stephanus Rex Portugalliæ, cœpit magnam illam Sarracenorum civitatem Seps, cum notabili Dei adjutorio & prodigioso. § Anno eodem decapitati sunt per communitatem Lubicen. Hermannus Rubow pistor, & Heyne Sobbe, aurifaber, & plures alii de civitate expulsi, pro eo qvod fecerunt conventiones contra prohibitionem regalium nunciorum sub pœna capitis hoc prohibentium.

§ Anno eodem III. feria post Trinitatis, Consulares Lubicen. dudum expulsi, cum honore sunt reintroducti, & in locum & honorem pristinum qvibus injuriose privati fuerant integraliter repositi. § Anno domini 1417. in crastino Simonis & Judæ, comes de Regensteen captus est prope oppidum Zorbeke, per Fredericum ducem Misnen. qvi postea eum præsentavit Episcopo Merseburgen. cujus terram idem comes deprædaverat, interim qvod erat in Constantia ex parte dicti Ducis. § Anno eodem, renunciante Gregorio XII. & depositis Benedicto XIII. & Johanne XXIII. intrantes conclave in Constantia Cardinales omnium obedientiarum, numero XXV. adjunctis sibi de qvalibet natione V. elegerunt concorditer in unicum pastorem Ottonem de Columna qvi Martinus V. dictus est, qvia in die Martini consecratus, & sedit annis 14.

§ Anno eodem Marchio Brandenburgen. Fredericus cepit castrum Plawe cum pluribus aliis castris, & expulit Theodoricum Qvitzo raptorem, & totaliter de Marchia fugavit.

§ Anno domini 1418. Comes Sabaudiæ factus est Dux in concilio Constan. per Sigismundum Regem Romanorum. § Anno eodem capta est urbs Parisien. per exercitum Ducis Burgundiæ, qvi personaliter erat apud Regem Sigismundum in Constantia, & cepit civitatem per traditionem & auxilium carnificum urbis, & capta est in die Barnabæ, & interfecti sunt illo die Doctorum, Magistrorum & scholarium numerus magnus, cum pluribus Episcopis & Prælatis, & interfectus est Comes de Armiaco capitaneus Regis, qvi per III. dies jacuit in platea inhumatus, & interfecti sunt in civitate, viri & mulieres sine numero, urbem defendere satagentes. § Anno eodem Rex Sigismundus in Wratislavia XVI. cives fecit decapitari, eo qvod consulatum suum crudeliter trucidarunt, & plures proscripsit.

§ Anno domini 1419. Philippus Dux Burgundiæ interfectus est in castro Delphini, in conspectu ejus, licet statim ante, pacem inter se confirmarunt, hostiam in signum perpetuæ unionis & pacis in duas simul sumpserunt. § Anno eodem Baltazar olim Papa Joh. 23. à captivitate dimissus est, & Papam Martinum in Florentia ad gratiam receptus, & in Episcopum & Cardinalem creatus. § Anno eodem universitas Rostokcen. fundata & incepta est. § Anno eodem dominus Johannes Dulman Doctor Decretorum Episc. Lubicen. obiit, in cujus locum electus est dominus Johannes Schele. § Anno eodem Ericus Rex Daciæ potenter intrans insulam Imbriæ, totam terram devastavit, interfectis pluribus viris, presbyteris & mulieribus, mulieres multæ abductæ sunt, & magna crudelitas facta est, ita qvod solæ vetulæ relictæ sunt intactæ. § Anno Lubicen. & Hamburgen. cum 800. eqvestribus & II. millibus

pe-

pedestribus, obsederunt castrum Bergerdorppe, & fortiter expugnaverunt, & oppidum ceperunt, similiter & castellum Ribenburg circa festum VII. fratrum, & Ericum Ducem de Lovenburg, ad suam voluntatem compulerunt.

§ Anno eodem dominica I. post Trinitatis servata est in Lubek prima processio cum corpore Christi per civitatem. Institutionem vero ejus sollicitarunt domini Jordanus Plesczowe proconsul, & Nicolaus Sachow Canonicus Lubicen. & pactum est per capitulum & consulatum, qvod juniores de consulatu portare deberent papilionem supra corpus dominicum & canonici legere deberent IV. evangelia per angulos civitatis, qvod si qvando, qvod absit, consulatus hoc non servaret, extunc clerus ad processionem non teneretur. § Anno eodem Henricus Rex Angliæ compositionem iniit cum Carolo Rege Franciæ, in uxorem ducens Catharinam, ejus filiam, sub certis pactis postea non servatis. § Anno domini 1421. Fredericus & Wilhelmus, Duces Misnen. bellum commiserunt cum hæreticis prope Bryx in Bohemia, & multis interfectis, ceperunt campum & castrum, urbem autem jam habebant. § Anno eodem Dux Mediolanen. Philippus, per traditionem qvorundam civium, cepit solemnem civitatem Januam, partialitate civium causante. 232.

§ Anno domini 1422. Wilhelmus & Otto Duces de Brunswik & Luneburg, in die cœnæ Domini prælium durum agentes cum Hildensemen. coram castro Grone victores facti sunt, & ultra C. armigeros de nobilibus dictæ diœcesis in campo obtinuerunt, & Albertus natus Dux de Lovenborg canonicus interfectus est, & plures canonici alii & Comes de Spegelberch capti sunt. § Anno eodem plures raptores de Prignitz, qvorum capitanei fuerunt Reymarus de Plesse, Baldewinus von deme Kroghe, Johannes Qvitzowe, Nicolaus Ror, per Lubicen. & Hamburgen. capti sunt III. feria post Palmarum, numero centum & LXXX.

§ Frisia. Anno eodem Lubicen. qvorum capitanei fuerunt domini Tidemannus Steen, & Ludowicus Krul, & Hamburgen. cum mille armatis intraverunt navigio Frisiam, & ceperunt oppidum Dockem, plenum raptoribus. Ipsi tamen raptores navigio per fugam evaserunt. Similiter qvoddam castrum forte expugnaverunt, in qvo C. & LX. vitaliones ceperunt.

§ Rumpoldus. Anno domini 1423. Dux Rumpoldus de Slesia missus in Daciam per Regem Sigismundum pro concordia facienda inter Regem Daciæ & Duces Sleswicen. in tantum effecit qvod Rex Daciæ Ducem Henricum in gratiam suam recepit, & ad singularem amicitiam retraxit, & similiter familiarem confœderationem cum civitatibus maritimis iniit, & Rex filiam Ducis Pomeraniæ dicto Duci Rumpoldo desponsavit, qvi cum omnia ad firmam pacem reduxisset, statim postea pestilentia tactus in Dacia multis dolentibus decessit.

§ Klempow. Anno domini 1424. Sifridus magister Livoniæ, evocatus ad tribunal Christi per qvendam Marqvardum Klempow, qvem ex odio & rancore injuste suspendere voluit, sicut & fecit, ex eo qvod qvandam mulierem dicti magistri concubinam ducere noluit in uxorem, nomine Odelam civissam Rigen. § Anno eodem interfectus est in bello per stipendiarios Papæ Martini & Roannos Bracius potens miles, qvi Ecclesiam Dei & Papam qvem humiliare in tantum gloriabatur: ut pro duobus qvadrinis missam diceret debere, multis tribulationibus vexavit.

§ Anno eodem Ericus Rex Daciæ circa festum Assumptionis exivit regnum suum versus Ungariam, ubi in urbe regia Offen, citato Henrico duce Sleswicen. sententiam unam, injustam tamen contra eum obtinuit Rex, & tandem ulterius ad terram sanctam processit.

§ Anno domini 1427. dominus Jordanus Sleskouwe, proconsul Lubicen. valentissimus obiit in epidimidia, qvi gloria fuit cunctarum civitatum stagnalium.

§ Anno domini 1426. Husfitæ Bohemi magnum prælium habentes cum exercitu domini Frederici Marchionis Misnen. coram oppido Uthtzik in Norenberga exeunte, obtinuerunt triumphum, interfectis de exercitu Marchionis circa XII. millia hominum, ubi plures notabiles comites & barones terræ Misnen. & Thuringiæ interempti sunt.

§ Bremen. Anno eodem, Nicolaus Archiepiscopus Bremensis conductus pecuniis Okkonis intravit cum magno exercitu Frisiam, ubi ipse vulneratus est graviter & captus, & plures nobiles & militares interempti sunt, paucis de suis evadentibus. 233.

§ Rex Daciæ. Anno eodem, Erico Rege Danorum in obsidione civitatis Sleswicen. constituto, & castri Gottorppe, una die & hora omnes civitates de Hansa paucis exceptis pacem interdixerunt per literas suas, qvibus literis ico omnes in obsidione constituti, vallum qvem fecerunt reliqverunt, & obsidionem solverunt.

§ Sleswicen. Anno domini 1427. Henricus Dux Sleswicen. miserabiliter interemptus est ante castrum Vlenzeborg, qvod obsidione vallabant potenter civitates maritimæ & ipse, in nocte ascensionis domini.

§ Anno eodem cives Hamburgen. ad domum Bedelli posuerunt captum, Johannem Kletzeke consulem suum, pro eo qvod in expeditione contra castrum Vlenzeborg contra laudatum principum & civitatum, in nocte ascensionis Domini insultum fecisset cum suis contra castrum, cujus occasione, Henricus Dux Sleswicen. interfectus fuit miserabiliter, & post in conversione Pauli, ipsum ad publicum forum perduxerunt, & decapitaverunt.

§ Hamburgen. Anno eodem circa festum Magdalenæ cum civitates intraverunt Nordsund, Hamburgen. à Danis victi sunt, & captus est proconsul eorum Henricus Hoyer, & Johannes Vos consul, & plures alii cives, & multi interfecti sunt. § Anno eodem Anglici exiverunt cum c. & xl. navibus versus Britanniam, ubi prope portum Rotzil obviam habuerunt Britones & Hispanos, qvi cum eis præliantes interfecerunt de exercitu Anglicorum ultra VIII. millia, eorum navibus in Britanniam deductis,

§ Anno eodem communitas Wismarien. in adventu Domini incarceraverunt proconsulem eorum Dominum Johannem Bantzkowen, & Dominum Henricum de Haren, & eos crudeliter publice in foro decapitaverunt.

§ Rostokcen. Anno eodem Rostokcen. & Wismarien. deposuerunt consulatum eorum, & novos consulatus creaverunt, & Rostokcen. expulerunt IV. proconsules suos, & eos proscripserunt, publicatis eorum bonis & domibus.

§ Sunden. Anno domini 1428. qvidam cives Sunden. braxatores conspirationem fecerunt in mortem consulatus, qvorum sex comprehensi, & suum facinus confessi, publice in foro decapitati sunt.

§ Anno eodem qvidam frater ordinis Teutonicorum in partibus Livoniæ, nomine Goswinus Asscheberch, apprehendit prope flumen Dune, Decanum Revalien. & alios XVI. clericos, missos per Rigen. provinciam versus curiam Romanam, & primo ipsos spoliavit rebus & vestibus, & postea miserabiliter trucidavit, & aliqvos submersit.

§ Anglici. Anno domini 1429. coram urbe Aurelianen. in Francia qvam Anglici obsederunt, per Dominum de Armiagh una cum civibus urbis, interfecti sunt ultra VII. millia armatorum, ubi & Dux Satiberien. interfectus est.

§ Anno eodem Sunden. cum VII. navibus expugnarunt LXXV. naves Danorum qvi ante portum Sunden. eorum naves spoliaverunt, & captitaverunt de illis ultra CCC. pluribus interfectis.

§ Johanna. Anno eodem surrexit in Ducatu Lotharingiæ qvædam puella XIV. annorum Johanna nomine, cujus auxilio & consilio fretus Carolus Delphinus Franciæ, Anglicos vicit, regnum recuperavit, se in vita & moribus reformavit, & in urbe Remen. in Regem Franciæ unctus fuit. At illo anno tetra ingentia bella (qvibus virgo illa interfuit, & vexillum propria manu portavit) habita sunt, in qvibus semper victoria Francigenis à cœlo concessa est.

§ Stetinen. Anno eodem duo proconsules urbis Stetinen. Dominus Johannes Grabow & Gerhardus Rode, per communitatem expulsi, per Duces eorum retroducti sunt, & duo Capitanei communitatis, scil. Gerhardus von Assen, & qvidam pistor publice rotati sunt.

§ Anno eodem urbs imperialis Aqvisgranum turpiter tradita est per qvosdam ejus cives,
234. in manus trium principum, qvi dictam urbem intraverunt, & eam sibi subjecerunt, Romanorum tamen Regi principale homagium in ea reservato.

§ Anno domini 1430. Philippa Regina Daciæ, Sweciæ & Norwegiæ obiit in vigilia III. Regum, & sepulta est in Wasten monasterio sanctæ Brigittæ.

§ Anno eodem obiit dominus Henricus Wangelin, Episcopus Swerinen. & in locum ejus electus est Hermannus Coppen Canonicus ejusdem Ecclesiæ.

§ Husfitæ. Anno eodem hæretici Husfitæ cum grandi exercitu intraverunt Misniam, & multa damna intulerunt, & fuerunt ante oppidum Lipsiense licet sciverunt multos Principes cum centum fere millibus armatorum in ipso esse, qvi exire non audebant, aut potius nolebant, à Marchionibus irrationabilia postulantes.

§ Anno eodem antiqvus consulatus Wismarien. in honorem pristinum & sedem repositi sunt, facta solenni emenda pro interfectione domini Johannis Bantzouwen proconsulis, ac damnis sibi illatis filio refusis ad plenum.

§ Rostok. Anno eodem Rostokcen. & Sunden. viliter & contra honorem & confœderationes habitas se ab aliis IV. civitatibus diviserunt, & pacem cum Rege Daciæ inierunt.

§ Vitoldus. Anno eodem Vitoldus alio nomine Alexander dictus, Dux Lithuanorum obiit, interim qvod Archiepiscopus Magdeburgen. & alii legati in via erant constituti in legationem domini Sigismundi Regis Romanorum ad coronandum ipsum, pro qva coronatio-

natione promiserat se centum millia lancearum propriis expensis missurum contra hæreticos Bohemos.

§ Eugenius. Anno domini 1431. Martinus Papa diem suum clausit extremum, die ultima mensis Februarii, in cujus sedem electus est Eugenius IV. qvi ante Gabriel dictus est, Cardinalis Senen. IV. die mensis Martii.

§ Swartekop. Anno eodem Martinus Swartekop, consul Hamburgensis interfectus est in Ditmarcia à Ditmarcis: missus à civitate sua in subsidium navium suarum.

§ Hussitæ. Anno eodem Dux Austriæ cum adjutorio Ungarorum bellum agens cum Hussitis Bohemis interemit in duplici conflictu ultra XIV. millia hominum prope urbem Vienen. Residua pars in Marchia Brandenburgen. plura oppida destruxit, inter cætera, etiam oppidum Gobyn.

§ Vlenzeborg. Anno eodem Duces Sleswicen. post medium qvadragesimæ ceperunt viriliter oppidum Vlenzeborg, & cum magna multitudine armatorum cum auxilio civitatum obsederunt castrum usqve ad festum nativitatis Mariæ, & tunc Dani illud dederunt ad manus Ducum, salvis personis eorum & rebus, & erant in castro circa centum & XL. viri.

§ Johanna. Anno eodem Dux Philippus Burgundiæ cepit Johannam puellam Franciæ, & eam Anglicis misit, qvi eam post diversas injurias igne cremaverunt, & captivitatem illam proprio vaticinio & mortem dudum ante prædixerat.

§ Basilea. Anno eodem inceptum fuit gloriose auctoritate & mandato domini Eugenii IV. per Julianum Cardinalem sancti Angeli concilium Basilien. deputatus tamen erat prius per dominum Martinum Papam V. in præsidentem concilii.

§ Wulvesbuttel. Anno eodem Wilhelmo Duce Brunswicen. apud Fredericum Ducem Austriæ exeunte, Henricus frater suus in absentia fratris dolose occupavit castrum Wulvesbuttel, uxorem dicti Wilhelmi de castro expellendo, & illud sibi violenter usurpando.

§ Hussitæ. Anno eodem Papius, tunc caput hæreticorum Hussitarum cum pluribus aliis hæreticis intravit civitatem Basilien. & licet hæretici crebris disputationibus cum confusione & rubore sæpius essent victi, indurati tamen insalutato hospite recesserunt absqve fine sperato.

§ Magdeburg. Anno Domini 1432. Magdeburgen. expulerunt canonicos Ecclesiæ principalis, & tandem etiam Archiepiscopum eorum dominum Ghunterum de tota terra diœcesis suæ debellando, & expugnando unum castrum post aliud. 235.

§ Broderus. Anno eodem Lubicen. in mari ceperunt militem qvendam Regis Daciæ nomine Broderum Swen cum CC. & XL. viris: reliqvis submersis qvi in navi sua erant, domino Erico Krummedik fugiente cum suis.

§ Revalia. Anno eodem Revalien. civitas ex proprio igne horribiliter qvasi ex integro cum Ecclesiis suis combusta est.

§ Sigismundus. Anno domini 1433. Sigismundus Rex Romanorum Romam veniens à Domino Eugenio Papa IV. imperiali corona gloriose coronatus est.

§ Bremen. Anno eodem Bremen. consulatus antiqvus de civitate dudum expulsus, reintroducti sunt in civitatem, & ad sedem eorum & honorem pristinum restituti.

§ Anno eodem Adolphus Dux Sleswicen. uxorem duxit, sororem Comitis de Honsten. fratribus suis jam defunctis. Eodem anno Lodowicus Lantgravius Hassiæ in uxorem duxit sororem Ducum Saxoniæ & Marchionum Misniæ.

§ Portugalia. Anno domini 1434. Rex Portugaliæ II. præliis capitalibus cum Rege Granati victoriose commissis, in prælio III. ipsum Regem personaliter cepit, propter qvod Rex captus, cum toto regno suo sacrum baptisma suscepit.

§ Anno eodem obiit dominus Conradus Archiepiscopus Moguntinus, in cujus locum electus est dominus Theodoricus Schenke de Erbach. § Eodem anno Eugenius Papa, clam navigio à Roma recessit & in Florentiam se recepit, curtisanis infinitis periculis per mare & terram passis.

§ Pragen. Anno eodem Pragen. cives antiqvæ civitatis, in qva plures adhuc erant boni Christiani, una cum Baronibus & nobilibus terræ invaserunt novam civitatem Pragen. & interfecerunt omnes in ea repertos, nec sexui, nec ætati parcentes. Deinde egredientes civitates, prælium commiserunt cum orphanorum & Taboritarum exercitibus, & eos vicerunt, ac ipsum Procopium cum omnibus aliis capitaneis eorum & cum omnibus suis, numero XVI. millia virorum in campo interfecerunt, ultra septingentos captivantes. Et sic Bohemi domino disponente se mutuo destruxerunt, qvos alii principes peccatis eorum exigentibus, cum maximo populo non potuerunt compescere.

§ Anno eodem, nobiles & rustici regni Sweciæ, erexerunt pro capitaneo qvendam militarem nomine Engelbertum, hominem industriosum, qvi contra Regem Daciæ Ericum se erigens ac magnum populum congregans, singulas urbes & castra Regis expugnavit, eiiciendo omnes capitaneos Dacos de toto regno, scil. Daciæ.

§ Boldewinus. Anno domini 1437. Boldewinus, Abbas sancti Michaelis in Luneborch electus est, & consecratus in Archiepiscopum Bremen. retenta Abbatia in commendam.

§ Divesz. Anno domini 1436. in die Mariæ Magdalenæ prope leprosarium in Swartowe captus est venerabilis ac celebris vir dominus Bertoldus Divesz, præpositus Ecclesiæ Lubicen. homo dapsilis & in eleemosinis largus, ac in universa morum. honestate præclarus, per satellites qvosdam Magnopolen. ordinatione cujusdam Mathiæ Axkow militis, tunc temporis ducatum Magnopolensem gubernantis, qvi in castro Swan Swerinen. diœcesis propter ecclesiasticæ libertatis defensionem, non longe post carcerali angustia vita functus est, & in medio Ecclesiæ Lubicen. honorifice tumulatus, translatus tamen postea ad capellam beatæ Virginis, de suis bonis retro chorum solenniter constructam. In qva & duo beneficia in emendam mortis ejus à Ducibus dicti ducatus fundata sunt, in perpetuam hujus rei memoriam.

§ Albertus Rex. Anno domini 1438. vita functo divo Imperatore Sigismundo in Moravia, ac in Alba Regali apud Ungaros sepulto, Albertus Dux Austriæ, ejus gener mira felicitate subito elevatus, intra sex menses Ungariæ ac Bohemiæ regna, & deinde Imperium consequutus est, sed qvia celeritate crevit, eadem defecit. Peponibus etenim in Ungaria de-
236. lectatus, dissenteriam incidit, ex qva in secundo anno regnorum suorum mortuus apud socerum suum Sigismundum tumulatus est, relicta uxore sua, filia Imperatoris Sigismundi prægnante, ex qva Ladislaus Ungariæ & Bohemiæ Rex post mortem patris sui natus est. Qvi anno domini 1478. non sine suspicione sumpti veneni in XVIII. ætatis suæ anno interiit.

§ Christophorus. Anno domini 1439. Male confidente Erico Rege Daciæ Sweciæ & Norwegiæ de fidelitate procerum regni, postqvam Svveci qvendam Engelbertum contra eum erexissent, ac ipso cum regni thesauro versus Prussiam recedente, vocatus ab eisdem regni proceribus, Christophorus Dux Bavariæ filius sororis Erici Regis, tanqvam proximior hæres, intravit circa festum Paschæ cum decenti apparatu urbem Lubicen. ubi ab eisdem proceribus in Regem Daciæ receptus est, Erico adhuc vivente, ac per eos ad regni castra adductus est, & solenniter coronatus. Qvi qvidem Ericus postea anno LIX. in qvodam castro ducatus Pomeraniæ mortuus est, regnis per eum nunqvam recuperatis.

§ Rostok. Anno eodem variis habitis tractatibus per civitates maritimas sive Stagnales cum civibus Rostokcen. tandem circa festum Michaelis antiqvi consulares Rostokcen. ad sedes eorum & honorem pristinum restituti sunt, novis tamen consularibus cum eis permixtim in eisdem sedibus & honoribus manentibus, qvod ante tempora illa fuerat prorsus in illis civitatibus inauditum.

§ Fredericus. Anno domini 1440. Fredericus Dux Austriæ, patruus Regis Alberti noviter defuncti in qvadragesima, ad imperii gubernacula in 26. ætatis suæ anno, ab Electoribus Imperii concorditer evectus est. Qvi statim semota neutralitate, qva germanica natio gaudebat, ac sua ordinatione, Duce Subaudiæ qvi pro Papa Felice V. se gerebat, resignante; concilium qvoqve Basilien. dissolvente Ecclesiam ad integram unionem feliciter reduxit.

§ Adolphus. Anno eodem dominica 4. post Pascha homagium præstitit Adolphus Dux Slesvvicen. & Comes Holsatiæ Christophoro Regi Daciæ, recipiendo ducatum suum ab eodem in feudum, restitutis eidem Duci omnibus usqve ad pontem in Koldingen, ad ducatum Slesvvicen. spectantibus, per Reginam Margaretam violenter sibi & fratribus suis ante tempora aliqva ablatis.

§ Berlyn. Anno domini 1441. Fredericus Marchio Brandenburgen. in oppido Berlyn potenter novum castrum erexit, discordia civium cum eorum consulatu causam præbente.

§ Osnabruggis. Anno domini 1442. propter tyrannidem Comitis Johannis de Hoya, fratris domini Erici Episcopi Osnabruggen. expulso per capitulum & cives eodem Erico eorum Episcopo de diœcesi; captivaverunt iidem cives comitem Johannem, qvi pluribus annis in qvadam cavea, in qva ad standum se erigere non poterat, dure satis per eos tentus est.

§ Jutia. Anno eodem villani terræ Jutiæ cum militaribus terræ in discordiam qvandam venientes, qvendam potentem militem Ezekonen Brok, qvi tyrannice pluribus annis eos oppresserat, in pecias diviserunt. Rex qvoqve Christophorus actum illum dure ferens con-

congregato exercitu, villanos illos bello aggreditur, in qvo 600. de rusticis interfectis, ceteros captivando ad debitam obedientiam compulit.

§ Prætorium. Anno eodem consulatus Lubicen. prætorium eorum extendendo versus forum, novum ædificium erexit cum celario pretioso, pro cerevisia Hamborgen. in eo ducillanda.

§ Christophorus. Anno domini 1443. convocatis per Regem Christophorum ad Wilsnacum oppidum Prignitz Frederico Marchione Brandenburgen. Hinrico Duce Magnopolen. Ottone, Wilhelmo & Henrico Ducibus Brunswicen. ac multis aliis principibus ad faciendum confœderationem mutuam contra civitates, qvibus dictus Rex infestissimus fuit. Circa festum Purificationis in habitu peregrini cum LXXX. eqvis intravit civitatem Lubicen. continuato ulterius itinere. Sed Adolpho Duce Slesvvicen. etiam vocato, venire 237.
renuente, frustrati fuerunt principes in malo eorum proposito.

§ Susatum. Anno domini 1444. Cives Susatienses propera sua temeritate, spreto fidelitatis juramento à domino eorum Archiepiscopo & ab Ecclesia Colonien. recedentes Adolpho Duci Clivensis homagium præstiterunt, se simpliciter ut suo domino subdendo. Postqvam sub dominio Ecclesiæ Colonien. à tempore Frederici primi Imperatoris per cc. & LXXX. annos fideliter perstiterunt, propter eorum privilegia per Archiepiscopum ut asseruerunt ipsis violata.

§ Armiacen. Anno eodem Delphinus primogenitus Regis Franciæ cum gravi multitudine LX. millia hominum pessimorum, Armiacen. nuncupatorum, non absqve scitu, ut ferebatur Frederici Regis Romanorum, intravit partes Rheni, ubi & in Alsatia prope Argentinam, & circumcirca non modica damna intulit, prope Basileam de Swicensibus ultra sexcentos crudeliter mactando, ad humiliandum vocatus per Regem civitates Imperiales, ut communiter famabatur.

§ Rex Polonorum. Anno eodem, intrante Rege Polonorum pro Rege Ungariæ contra Ladislaum filium Regis Alberti vero regni hærede se gerente, una cum domino Juliano Cardinali sanctæ Sabinæ, legato Papæ, qvi ad plures annos nominæ Papæ in Basilien. concilio præsidebat dominium Imperatoris Turcarum, tam Rex qvam Legatus crudeliter à Turcis trucidati sunt, non tamen sine gravi suspicione traditionis occultæ Venetorum. Caput qvoqve Regis mortui abscissum, Imperatori Turcarum præsentatum, in alta pertica, litteris aureis desuper scriptis. Caput Regis Poloniæ Christianorum, haut in non modicum dedecus Christianæ religionis, Domino permittente, per terram suam circumductum est.

§ Christophorus. Anno domini 1447. Christophorus Rex Daciæ Sweciæ & Norwegiæ in uxorem duxit filiam Johannis Marchionis Brandenburgen. in præsentia plurimorum principum, scil. Johannis patris sponsæ, Wilhelmi Ducis Brunswicen. Lodowici Lantgravii Hassiæ, Frederici Ducis Bavariæ, Baltasaris Ducis de Slesia. Comitis Ernesti de Holsten, ac aliorum plurimorum dominorum militarium & civitatum, nuptiis in Copenhaven solenniter regali more celebratis,

§ Luneburg. Anno eodem Ecclesia beati Johannis in Luneburg in non modicum præjudicium prælatorum in salina ibidem reditus habentium, cautelose fuit auctoritate sedis Apostolicæ à jurisdictione Archidiaconi in Modestorp separata, & in præposituram erecta.

§ Otto. Anno eodem obiit animosus princeps Otto Dux Brunswicen. & Luneburgen. Ortaqve suspicione contra dominum Bertrammum Præpositum in Ebbestorp de veneno propinato, per purgationem canonicam cum pluribus prælatis per eum factam suspicio sublata est.

§ Christophorus. Anno eodem Rege Chripophoro cum magno thesauro à regno Sweciæ ibidem congregato navigio recedente, naufragium satis periculosum perpessus est, pluribus de suis submersis, thesauris omnibus & clenodiis secundum commune verbum, ad valorem c. millia florenorum, totaliter in mari deperditis.

§ Qvale. Anno eodem celebratis nuptialibus festivitatibus per qvendam villanum in villa Qvale, terræ Holsatiæ, pluribus etiam civibus Lubicen. ibidem invitatis, incendio orto in tecto domus, ac præ nimio fumo invitatis ostia domus invenire non valentibus, ac se præ pressura mutuo impedientibus circa centum & LXXX. homines utriusqve sexus miserabiliter plurimum à fumo suffocati & à tecto cadente sunt interempti, ac seqventi die pro majori parte integris ac inustis corporibus à cineribus mortui extracti ac ibidem sepulti, sponso ac sponsa per parvam fenestram cameræ vix nudis evadentibus.

§ Nicolaus Papa. Anno domini 1447. Eugenius Papa qvintus, postqvam plures persecu- 238.

tiones à Concilio Basiliensi passus est, qvi eo citato & deposito Ducem Sabaudiæ Amodeum Felicem qvintum se nominantem, contra eum in Antipapam elegerunt. Verus & unicus Papa mortuus est XXII. die mensis Februarii, postqvam sedit annis XV. In cujus sedem electus est Nicolaus Papa qvintus Ianuensis intra annum in Episcopum Bononiensem Cardinalem & Papam evectus.

§ Susatum. Anno eodem, Didericus de Morsa Archiepiscopus Colonien. dolens de perfidia Susatien. vocato sub maximis expensis Wilhelmo Duce Saxoniæ & Lantgravio Thuringiæ, habente in exercitu suo 2700. Bohemorũ hominum crudelium & pessimorum: Qvi in itinere Johannem Comitem de Hoya à captivitate Osnabruggen. solis nimis liberaverunt, obsedit Susatum oppidum cum 6000. hominum armatorum, & postqvam stetit in obsidione ad qvatuor hebdomadas, feria qvarta ante festum Mariæ Madalenæ cum 120. scalis ad hoc paratis murum ascendere tentabat. Sed civibus cum bombardis plures lapillos simul emittentibus, ac simul uno ictu plures lædentibus ultra 120. homines de gente propria Archiepiscopi Bohemis dolose à remotis manentibus. At statim Archiepiscopus non sine gravi jactura, ac dedecore haud parvo, obsidionem dissolvit, oppido non recuperato.

§ Christophorus Rex. Anno domini 1448. Christophorus Rex Daciæ, &c. sinistrum gerens animum contra Lubicenses, absqve eorum culpa sicut domino placuit, in castro Helsinborgh, diem clausit extremum, Lubicensibus & suis propriis militaribus non paucis de obitu ejus parum dolentibus.

§ Swecia. Anno eodem, convenientibus pro electione Regis futuris, in civitate Upsalensi consiliariis regni Sweciæ & aliorum duorum regnorum nobilibus, contra tamen præmissa penitus inconsultis, nec reqvisitis, qvendam potentem militem, thesauris magnis abundantem, Carolum Kanuti per impressionem aliter facere non audentes in suum Regem elegerunt, Erico Rege adhuc vivente.

§ Dacia. Anno eodem, cernentibus proceribus regni Daciæ per nobiles Sweciæ pacta promissa de non eligendo Rege, nisi de communi consensu regni utriusqve, minime servata, ad electionem, termino inter se statuto procedentes elegerunt unanimiter in eorum Regem Christianum Comitem de Oldenborch & Delmenhorst, filium sororis domini Adolphi Ducis Sleswicensis, Cristiernum eum nominantes, qvi solenniter regio more coronatus, dominam Reginam Christophori relictam sibi de communi omnium nobilium regni consensu, matrimonio copulavit, qvæ statim ab eo imprægnata seqventi anno Olavum primogenitum suum peperit, pluribus postea ex eisdem filiis genitis, opprobrium sterilitatis, qvod ad sexaginta annos & amplius durabat, à domo regali Daciæ removendo.

§ Wisbu. Anno domini 1449. Rex Cristiernus castrum Wisbu, & totam terram Godlandiæ potenter obtinuit, expulso Rege Erico cum Swecis, qvi terram illam toto tempore Christophori Regis vi obtinuit, ipsum simpliciter à regnis exulando, Duce Adolpho Slefwicen. cum magno populo Regi Cristierno auxilium præbente.

§ Norenberga. Anno eodem Albertus Marchio Brandenborgen. duram movit guerram civitati Norenbergen. confœderatus pluribus potentibus principibus: Sed multis damnis sibi mutuo illatis, postqvam per duos duravit annos, tractatibus intervenientibus, lis ipsa sedata est Marchione contra civitatem in nullo valente proficere.

§ Arnoldus Episcopus. Anno eodem XI. die mensis Octobris obiit dominus Nicolaus Episcopus Lubicen. vir industriosus, ac magnæ experientiæ, in cujus locum electus est dominus Arnoldus Westval, Decretorum Doctor ac Licentiatus in Legibus, ejusdem Ecclesiæ Decanus in civitate Lubicen. oriundus.

239. § Fredericus. Anno domini 1472. Fredericus Rex Romanorum in XII. anno regni sui, ducens secum in Italiam Ladislaum Ungariæ ac Bohemiæ Regem, Albertum Ducem Austriæ fratrem suum ac magnam nobilitatem, uxorem sibi ex Portugallia duxit Iconoram, regio sanguine & moribus inclitam honestis, qvæ secum Romæ à Nicolao V. imperiali diademate coronata est. Ac cum fastu magno postqvam cum ea apud Neapolim, Alfonsum Regem Arragonum imperatricis consanguineum visitaverat ad propria cum ea feliciter est reversus.

§ Gend. Anno domini 1472. inter Philippum, Burgundiæ & Brabantiæ Ducem ac Hollandiæ & Flandriæ Comitem, multarumqve terrarum dominum ac suam civitatem Gandauen. potentem valde comitatus Flandriæ, propter certas insolentias exactiones atqve accisas qvas in emptione salis Flandrensibus nitebantur imponere, durissima guerra orta est. Et in pluribus bellis inter eos acriter actis, super Gandavenses feliciter triumpharunt. Plures nobiles & etiam filium Ducis Bastardum, capitaneum potentem terræ Lutzelenburg, tenerrime ab eo dilectum atrociter interimendo. Traditione tandem occulta intervenien-

te

te in bello qvodam magno, cives ipsi fugati sunt, & plures interfecti, & in aqvis suffocati, actaqve est concordia finito bello inter eos in campo satis secreta. De qva, edicto pœnali emisso, nemo conferre ausus est, dubium manente nonnullis annis postea de vita dicti Ducis, cum sui præsentiam palam non exhibebat. Ex qva causa; adhuc hodie ignoratur.

§ Prussia. Anno domini 1473. Orta gravi discordia inter Magistrum generalem & Commendatores ordinis fratrum hospitalis beatæ Mariæ virginis domus Teutonicorum in Prussia regnantium, & inter militares & civitates terræ ejusdem, super litera qvadam confœderationis mutuæ civitatum & militarium, casu qvo contra justitiam ab ordine violenter opprimerentur. Super qva materia coram Imperatore Frederico aliqvandiu contendentes, cum sententiam contra se ab Imperatore civitates reportassent: Magistro & Commendatoribus in vim sententiæ literam ab eis petentibus, una die civitatibus fortiora castra totius terræ sine aliqva pene resistentia capientibus, dempto castro capitali ordinis Marienburg, & qvibusdam aliis, ac illa penitus destruentibus, Regem Casmiarum Poloniæ in Dominum receperunt, sibi homagium sub certis modis & pactis faciendo, postqvam Cruciferi terram illam centum & LXXII. annis potenter possedissent, superbia nimia fratrum ordinis causam præbente.

§ Constantinopel. Anno eodem Turcarum Imperator tenens campum LXVI. diebus ante civitatem Constantinopolitanam; habens in exercitu suo CCC. millia hominum per terram, cum tentoriis L. millibus, & per mare 37. millia hominum cum trecentis velis oppugnans civitatem, qvolibet die ter, tandem obtinuit eandem, Imperatore Græcorum ac Patriarcha cum omnibus Christianis viris ad instar pecudum trucidatis, mulieribus abductis, raptisqve virginibus 28. die Martii. Dataqve fuit civitas Sackmannis in prædam duobus diebus.

§ Luneburg. Anno domini 1474. circa festum Luciæ communitas oppidi Luneburgen. reqvisita per ecclesiasticos, per consulatum eorum suis bonis salinaribus violenter spoliatos, cum literis apostolicis, qvibus inter cetera eis præcipiebatur proconsules eorum & consules ab eorum consularibus officiis, velut infames abiicere, & alios loco eorum surrogare, sub certis gravibus pœnis, tractatibus certis cum eis habitis, à consulatus officio eos destituerunt, novosqve proconsules & consules elegerunt, ac LX. viros ex parte communitatis instituerunt. Nonnullos qvoqve ex proconsulibus, consulibus postea incarceraverunt, in qvibus carceribus unus proconsulum mortuus fuit, ac de post pro majori parte proconsules & consules antiqvi de civitate timore mortis recesserunt, prius tamen per novum consulatum, juxta apostolici mandati tenorem, in subsidium debitorum duræ satis exactionati.

§ Calistus. Anno domini 1477. in vigilia annunciationis Mariæ, obiit Romæ Nicolaus Papa V. in cujus sedem electus fuit Calistus III. homo decrepitus & exhaustus LXXXV. ætatis suæ anno, Catelanus cardinalis, Valentinus communiter nuncupatus. 240

§ Berghen. Anno eodem mercatores Berghenses, qvorum mercantiæ in strumulis versantur, in tumultu qvodam & rumore occiderunt qvendam militem Olavum Negelssen. potentem & divitem in Bergis, qvi diversa eis & maxima ante tempora intulit damna, & novissime duas naves, mercibus onustas mercatorum deprædaverat. Episcopum qvoqve Bergensem ab eodem Olavo compatre suo se separare nolentem, Oldermannis tamen eorum ac potioribus ignorantibus, ante summum altare crudeliter trucidarunt. Monasterium monialium ordinis sanctæ Brigittæ, ad cujus campanile idem miles fugerat, casualiter eos cum fumo ad exeundum turrim artare volentibus, totaliter cum Ecclesia incineraverunt, qvod tamen statim postea sumptuose satis reædificaverunt, damna monialibus competenter refundendo.

§ Plone. Anno domini 1476. circa festum Pentecostes oppidum Plone paucis domibus exceptis, cibus ignis factum est, malitia cujusdam Daci ignem ponentis, ad se vindicandum de injuria ab oppidano qvodam recenter sibi illata.

§ Marienburg. Anno eodem dimisso castro Marienborch cum oppido & attinentiis suis per Magistrum Ordinis & suos commendatores & aliis certis castris capitaneis suorum stipendiatorum pro stipendiis & damnis eorum qvæ se extendebant ad 4000. & 3000. florenorum Ungaricalium. Præfati capitanei ad statim pro eadem summa vendiderunt castrum Regi Poloniæ & civitatibus Prussiæ & realiter eis possessionem tradiderunt, Magistro generali ordinis de castro cum suis lacrymando recedentibus, non tamen longe post oppidum ante castrum tradente, qvodam proconsule potenter recuperaverunt & diu tenuerunt, sed tandem iterum perdiderunt.

§. Tur-

§ Turci. Anno eodem Imperatore Turcorum cum magno populo & forti, castrum qvoddam in regno Ungariæ expugnare volente, de nocte occulte ordinatione capitanei Ungariæ, castrum ipsum XL. militibus armatis intrantibus, & seqventi die ter in oppido ante castrum bellum cum Turcis gerentibus, Deo auxilium suis ferente, desuper Turci prostrati sunt, de suis ultra centum millia interfectis, Imperatore Turcorum cum paucis turpiter vix evadente. Vice Imperatore cum omnibus nobilioribus Turcarum occisis, bombardas maximas, currus cum victualibus in campis dimittendo. Religioso illo fratre de ordine reformato Minorum Johanne de Capistrano, sacræ Theologiæ Doctore in eminenti loco castri stante, & crucifixum in altum erigente, ac clamante flebili ejulatu. O Deus meus, ô Jesu ubi sunt misericordiæ tuæ antiqvæ, ô veni, veni in adjutorium genti tuæ, noli tardare, ne dicant gentes: ubi est Deus eorum, &c. populum Christianum plurimum confortante.

§ Luneborch. Anno eodem, cum circa festum sancti Martini novi consules Luneborgen. prælatos in salina redditus habentes, ad diætam certam ibidem tenendam convocassent, & communitate ignorante Wilhelmus & Henricus, Duces Brunswicenses, clam per certos de consulatu vocati ibidem intrassent, Dux Bernardus, filius Frederici, naturalis eorum dominus, & communitas rem suspectam habentes, novis proconsulibus & consulibus, ac sexaginta viris repente à suis officiis destitutis, antiqvos proconsules & consules ad pristina loca consularia de facto reposuerunt, apostolica mandata contraria minime curantes. Non longe post proconsules novos, & aliqvos consules & qvosdam de LX. viris incarcerantes, qvosdam de civitate sub certis juramentis proscribentes, & tandem duos decapitantes.

§ Anno domini 1477. Nicolao Episcopo Swerinen. Episcopatum in manus Papæ resignante, per procuratorem, Papa Calixtus III. de Ecclesia providit domino Godfrido Langen Decretorum Doctori, filio Henrici Langen proconsulis Luneburgen. providendo domino
241. Nicolao, olim Episcopo, de canonicatu & præbenda Ecclesiæ Lubicensis, qvos idem Godfridus tenuit, & de cc. florenis Rhenensibus annuis, in redditibus Episcopatus Swerinen. Qvi qvidem dominus Godfridus ante annum completum, pestilentiali igne vexatus, interiit, electo in locum suum Magistro Wernero Wolmerss, ejusdem Ecclesiæ præposito.

§ Anno eodem in æstate, Wilhelmus Dux Brunswicensis, valida manu armatorum intravit diœcesim Verden. incinerando optimas villas Ecclesiæ Verden. Ad qvas propter siccitatem magnam anni illius, accessum habere potuit, totam diœcesim pene destruendo, allegando se Episcopum Johannem Verden. ad obedientiam Papæ velle reducere, ac in fide debita instruere.

§ Anno eodem Carolus Rex Sveciæ, clericis, militaribus ac omnibus regnicolis, propter tyrannicum suum regimen odiosus, collecto thesauro suo, qvem copiosum habuit, ad unam navium, dominica carnisprivii de regno occulte recedendo, intravit Prussiam. Nobiles qvoqve regni cum Episcopis & prælatis vocato, per suos solennes nuncios, serenissimo Christierno Rege Daciæ, concorditer ipsum & legitime in Regem suum elegerunt, & per Archiepiscopum Upsalen. in Stokholmis, more regio solenniter coronarunt, homagium sibi faciendo, & sic iterum illa tria regna sub uno Rege gaudebant.

§ Anno domini 1478. circa Jacobi Johannes Episcopus Verden. adjunctis sibi Bernardo Duce Brunsvicen. civibus Luneburgen. ac multis militaribus terræ Prignitze, & de diœcesi Bremen. in multitudine copiosa intravit terram Wilhelmi Ducis Brunswicen. incinerando villam Rodewolt, habentem ultra centum mansionarios, ac plures alias villas terræ suæ, maxima sibi damna inferendo. Qvod dure satis idem Wilhelmus vindicavit in terra Bernardi Ducis, statim postea. § Eodem anno in mense Julii obiit Romæ Calistus Papa III. in cujus sedem, per Cardinales concorditer electus est Pius Papa II. prius dictus Æneas, tempore primæ coronationis Frederici, Imperatoris III. per eum in laureatum pöetam coronatus, & in suum Cancellarium assumptus, & per ejus promotionem in Cardinalem tituli sanctæ Sabinæ per Calistum creatus, vulgariter Senensis appellatus.

§ Anno domini 1479. ipso die Barbaræ virtuosus ille Princeps, zelator pacis singularisqve protector Ecclesiastici status Adolphus Dux Sleswicen. ac Holsatiæ comes, ab hoc exilio migrando, universæ carnis debitum solvit, nullis relictis liberis: Sacramentis divinis ut Catholicum decet Principem, devotissime munitus, cujus anima in perpetua pace requiescat.

Seqvitur

Seqvitur summarius Pontificum Aldenburgen. & Lubicen. Ecclesiarum.

PRIMUS Aldenburgensis Episcopus fuit Marco. Secundus dictus est Berwardus. Tertius vocatus est Wago. Qvartus Ezeco. Qvintus Folqvardus. Sextus Reymbertus. Septimus Benno. Octavus Meynerus. Nonus Abelinns. Decimus Ezo, & illo defuncto, cessavit Episcopatus 84. annis in multa tribulatione, ut dictum est supra c. XIV. post medium. Post multa igitur consecratus est undecimus, dictus Vicelinus, ut dictum est supra c. XVI. Duodecimus fuit Gheroldus, vel Bertoldus, qvi fuit primus Lubicensis, introductus per dominum Henricum Ducem, ut patet c. XXIX. scil. anno domini 1174. Secundus Lubicen. fuit Conradus, ut patet c. XXX. & c. XXXIII. Cui successit Henricus, qvondam Abbas in Brunswik habetur c. XXXIII. Illo vero defuncto successit Conradus secundus IV. Lubicen. Cui successit Theodoricus, Præpositus in Zegeberch, ut dicitur c. XXXIV. qvintus Lubicen. Post qvem intravit Bertoldus Lubicen. VI. ut patet c. XXXV. Post qvem Johannes, dictus de Lubek, ut supra, cap. XXXVII. Hinc Albertus, Lubicen. VIII. ut patet eodem cap. Nonus fuit frater Johannes de Deyst, ut dicitur eodem cap. Decimus fuit Johannes de Tralow, qvi cœpit anno domini 1260. Iste ædificavit magnam domum lapideam in Uthin, gratia cujus magna contraxit debita, & emit villam Malente, & alias proprietates. Sedit annis XVI. Cui successit Borchardus de Serken, Cantor Lubi- 242.
cen. homo octogenarius, anno domini 1276. electus. Iste mira gessit: Sedit annis XLI. Iste bannivit & sub interdicto pressit totam civitatem Lubicen. Cui successit Henricus dictus de Bokholte, XII. Lubicen. anno domini 1317. multa bona Ecclesiæ fecit. Sedit annis XXIII. Huic successit Johannes Muel XIII. Lubicensis, Scholasticus Ecclesiæ ejusdem anno domini 1341. vir perutilis fuit, sedit annis IX. Iste ædificavit magnam capellam prope armarium, & comparavit rura circa Dodow. Qvartusdecimus fuit Bertrammus Cremoen, electus anno domini 1371. vir per omnia utilis, emit enim Raetkow & Hornestorp villas, & Roberstorpe cum stagno, & multa alia ruralia, sedit annis XXVII. Decimusqvintus dictus fuit Nicolaus de Miszna, ordinis Prædicatorum, datus in pontificem à Papa, anno domini 1378. qvi dum accepit, qvod non haberet dominium temporale super civitatem Lubicanam, recessit, & postea factus est Pontifex Misznen. Decimussextus Conradus de Ghisenheym, surrogatus in locum præfati Nicolai per Papam ad instantiam Caroli Qvarti Imperatoris, cujus Secretarius extitit, sedit annis VIII. Post qvem XVII. Johannes Cleynedenst, Lubicen. natus, & Decanus veteranus, cœpit anno domini 1386. anno tamen integro non sedit. Decimusoctavus fuit Everhardus Attendorn, electus anno domini 1388. multa bona fecit, ejus frater, consul Lubicen. fuit, & soror ejus Abbatissa ad sanctum Johannem in Lubek, sedit annis XI. Decimusnonus Johannes de Dulmen, Decretorum Doctor, & Apostolici palatii causarum Auditor, pontificatus est anno domini 1399. vir miræ erat probitatis & pacis, bona multa fecit diœcesi, sedit annis XX. Vicesimus Episcopus Johannes Schele, multarum Ecclesiarum Prælatus, cœpit anno domini 1419. tempore Martini Papæ, & Sigismundi Imperatoris, cujus fuit Secretarius & Ambasiator in concilio Basilien. multa bona fecit diœcesi, sedit annis XIX. & more solito ad patres ivit, mortuus in Ungaria, febribus exhaustus. Vicesimusprimus fuit Nicolaus Sachow, Lubicen. natus, vir valde oculatus & expertus, fere innumera bona in diœcesi fecit & in Lubek, sedit annis X. & mortuus est in febribus, anno domini 1449. Arthemii. Vicesimussecundus Lubicen. Episcopus fuit Arnoldus Wistfael, decretorum Doctor, & Legum Licentiatus valentissimus, vir miræ devotionis, qvi sæpius in officio suo flevit amarissime. Cœpit anno domini 1449. ipso die Pentecostes consecratus est, magnam & fortem domum in Uthin ad orientem castri ædificavit, & novam sacristiam in Lubeke, tandem post multos virtutis actus, hictericia correptus, in professo Purificationis obiit, annorum LXVII. anno domini 1466. sedit annis XVII. Vicesimus tertius dictus est Albertus Krummedyek, cutulium & nobilium Holsatorum de sanguine, electus anno domini 1466. post Invocavit. Qvi adhuc isto anno scil. 1484. Deo propitio, auras humanas ducit, vir benignus, dapsilis & munificus. Hic pro castri munitione Uthinensis, turres construxit, pretiosam in factura crucem, in majori Ecclesia Lubicen. sumptibus multis, scil. duorum millium marcarum & amplius, una cum beneficio, in medio majoris Ecclesiæ erexit, anno domini 1477. qvam ibidem benedixit. Hic etiam multa alia bona fecit Ecclesiæ, sed nondum finis, qvia adhuc auras spirat humanas. Hic qvendam Presbyterum, dictum Bertoldum de Oubo, sibi & toti capi-

tulo rebellem, de Romana curia venientem, comprehensum per fratrem Episcopi & vinculatum, judicialiter convictum per suum officialem Volkmarum Andertem, Canonicum Lubicen. perpetuis damnavit carceribus. Hic etiam permisit imprimere libros horarum canonicarum, anno domini 1477. ne qvisqvam excusaretur à debita & vera solutione verissimi ordinis Lubicen. juxta omne mandatum libri ordinarii Ecclesiæ majoris, hoc ipsum dispensante & ordinante qvodam vicario in Ecclesia beatæ Mariæ virginis in Lubeke. Hic in vigilia Michaelis, qvæ fuit dominica, consecratus est, & magnas fecit expensas, Prælatis eum coronantibus. Vide infra, anno domini 1466. Hæc summarie de pontificibus Ecclesiæ Lubicensis dicta sufficiant, ut simul in uno habeantur fasciculo: Alia ve-
243. rò habentur in registris Pontificum & dominorum de capitulo; qvæ vulgo non sunt propalanda.

Seqvitur nunc continuatio temporum.

ANno Domini 1460. Vincentii martyris, mortuo glorioso principe Adolpho, illi de sanguine militari Holsatorum habebant diætam in Nigemunster, super Principe eligendo, præsentibus Comite Ottone de Schouwenburg, cum filio suo Ernesto, & Episcopo Hildensemen. Ernesto, sed sine fine discesserunt, qvia qvidam præferebant Regem Daciæ Christiernum, qvem qvidam postea clanculo lucri causa sibi in dominum elegerunt, eis in mala hora.

§ Anno eodem, ad qvindenam post festa paschalia erat diæta in Lubek, per eosdem, & eadem de causa, sed in differentia recesserunt ab invicem. Non magno temporis intervallo fuit concordia celebrata in Odeslo per Episcopum Lubicen. Arnoldum, & consulatum Lubicen. atqve per consiliarios Holsatiæ, ut Rex Daciæ Christiernus, daret ipsis de Schouwenburg, XLIII. millia florenorum Rhenensium, & de cætero nunqvam causarent super eadem patria, & ibi qvies. Dicebat enim idem Rex Christiernus: Merito qvidem mihi ista patria debetur, qvia ego cum Gherardo & Mauritio fratribus meis, sumus filii sororis domini Adolphi defuncti, & infeudatio ducatus spectat ad me tanqvam ad Regem Daciæ. Dehinc contentavit idem Rex Christiernus fratres suos Gherardum & Mauritium, & patriam istam obtinuit.

§ Anno eodem post Michaelis decapitati sunt XXXV. piratæ ante Lubek, qvos illi de Dantisco miserunt ad mare pro pace; sed ipsi ribaldi, spoliaverunt unumqvemqve. Hos pro maxima parte decapitavit qvidam magister bedellorum, dictus Potterzilie, qvi prius in eodem officio stabat in Dantisco, unus tamen juvenculus libertati fuit datus.

§ Iisdem diebus litigabant Capitulares Lubecenses contra consulatum Luneburgensem, propter non solutionem certorum redditüum salinarium, sed cum magna jactura partis utriusqve.

§ Eodem anno circa festum sancti Michaelis Commendator de Elvinghe, insidiose & proditorie occidit CCCC. viros de Dantisco, namqve venit qvidam proditor ad Dantiscum dicens consulatui. Jam finis belli inter vos & ordinem est ad manus, qvia Commendator de Elvinghe prope est cum valde paucis. Illi autem nimis creduli verbis mendacibus, sparsim & agitanter exibant, & necabantur, atqve ducti sunt captivi.

§ Anno eodem occiderunt Ditmertici satellitem Holsatiæ Henricum Reventlowen cum uno servo, propter pratum qvoddam qvod metebant Ditmertici tanqvam suum, qvibus occisis, alii in fugam conversi sunt, Ditmertici verò pro pace ad Regem miserunt.

§ Eodem anno qvi fuit annus secundus pontificatus Pii secundi, Nicolaus Cusa Romanæ Ecclesiæ sancti Petri ad vincula Cardinalis, vir omni doctrina clarus, dum Ecclesiæ suæ Birenensis jura acrius tueretur, à Sigismundo Austriæ Duce capitur, & in decenti custodia tenetur. Hic est annus Frederici tertii XXI.

§ Eodem anno Maumetes Turcarum Imperator, Christianis multa dispendia intulit.

§ Anno domini 1461. fecerunt homagium ipsi Hamburgenses, Regi Christierno qvod Hamburgenses homagium vocari recusabant, sed tantum obedientiam, qvia noluerunt subire juramentum; sed tantum obedientiæ promissionem.

§ Eodem anno Episcopus Verdensis, fautor prophanorum Luneburgensium in causa contra Capitulum Lubicense, cum haberet salvum conductum à Rege Christierno & à Hamburgensibus, postqvam recessit à Rege de Reynevelde, qvidam sacerdotes, scholares & pueri projecerunt lutum & lapides in eum tanqvam in prophanum, in Hamburg, qvod
244. indigne tulit, & ibidem consulatui, & similiter prædicto Regi desuper qverimoniam fecit:

Rex

Rex qvoqve pro eo ad Capitulum Hamburgense dure scripsit, sed sine vindicta transivit, qvia actus puerilis fuit.

§ Anno eodem Rex Danorum Christiernus venit in Svecia, in Stockesholmis, inqvirere thesaurum qvem Carolus iens in Dantiscum, ibidem apud prædicatores reliqvit: Et fratres verbis Regis territi, prodiderunt thesaurum, & invenit, vulgi relatione in certo nummismate, septem millia marcarum, & vigintiduo vasa argentea, magna & parva.

§ Eodem tempore fuit qvidam legatus in Svecia, in causa contra Turcas, nomine Marinus, homo valde captiosus, à qvo idem Rex Christiernus certo arresto extorsit ultra octo millia marcarum, in finem, ut ipsius Regis literis & auctoritate, posset mulgere Svecos atqve Normannos, salva media parte totius extorsionis pro Rege. Qvod & factum est. O Hierusalem Hierusalem, das unicuiqve partem, tunicamqve miro modo conscissam. O qvales pastores. Idem Marinus postea pontificatus est in Camyn, mala qvidem sibi in hora, ut infra dicetur.

§ Anno eodem, Magdalenæ, partim sopita & extincta est lis inter Capitulum Lubicense & Luneburgenses, sine lucro partis utriusqve. Sabbatho tamen proximo post Luciæ, omnia sunt planata, ut infra dicetur.

§ Eodem anno decollatus est qvidam minister consulatus Lubicen. & serator prætorii, dictus Wiszkendorp, propter subtile furtum, sub bona fide in consulatum commissum. Tenuit enim burcellos in æris effusione per angulos coram dominis, & qvod manibus sic conclusit, furtim abstulit.

§ Eodem anno, Assumptionis, Rex Poloniæ venit in Prussiam, stipatus populo multo, qvasi debellaturus urbes & civitates ipsius ordinis, sed nihil factum est nisi in terrorem, & ut fieret verbum & fama per regiones de adventu ejus contra ordinem, propterea multas sustinuit oblocutiones, ideo in sui expurgationem remeavit, permanens ibi ad sex menses: insinuansqve ordini, ipse esset ibi ut pugnaturus, si liberet eos venire, sed nihil fiebat.

§ Eodem tempore, circa Michaelis, factus est insultus maximus in Dantisco contra consulatum. Habebant enim scriptorem, secretorum eorum ipsi ordini proditorem, qvo punito, plures prodidit cives, ejusdem criminis operatores, ideo scriptor idem cum certis civibus necatus est.

§ Eodem anno, Fredericus Dux Brunswicen. cepit IV. currus de Lubek cum multis bonis, inter qvæ erat argentum multum, qvod erat legati Marini, de qvo supra. Hæc facta sunt inter Northem & Gotinghe. Fuerunt & alii IV. currus, qvasi ejusdem valoris, qvos fere cepisset, sed decem civitates erant eis tuitioni. Dicebat ei Dux qvod bona ista erant de Luneburg, civitate plena excommunicatione & maledictione, igitur, &c. Plures factæ fuerunt diætæ propter hujusmodi facinus Frederici, sed ipse & pater ejus, semper fingebant se longius ituros.

§ Anno domini 1462. Lætare, Rex Christiernus plures convocavit principes in Wisnaco propter supprimere civitates, tunc Lubek intraturus, petiit salvumconductum omnibus secum venientibus, qvod consulatus ei qvasi dissvetum negavit, sed tantum CCCC. aut qvingentis salvum dabat conductum, & cautissime civitatem suam custodiebant, non propter Regis discredentiam, sed propter Regis & suorum custodiam, qvos in salvum conductum recipiebant, Rex tamen contrarium objecit proconsulibus in exitu civitatis, cum irent cum eo.

§ Eodem anno habebant civitates Slavicæ diætam cum Rege Christierno in Copenhavis. Trinitatis, ubi causabant super multis spoliis, eis & illis de Dantisco factis, sed nihil eis, sed tantum privilegia vetera sigillavit.

§ Eodem tempore pugnabant Bremen. contra Gherardum de Oldenborch, qvi semper civitatum extitit pingvedinis deflorator, sed Rex Daciæ eundem sine ope non dimisit, & multi ducti sunt captivi, & qvam plures occisi ex utrisqve partibus, juvante domino Comite Ottone de Hoya Bremenses contra Gherardum & Mauritium fratrem ejus, & circa Margaretæ obsidebant Bremen. castrum Delmenhorst ad preces & ad promissa Christierni Regis Dano- 245.
rum. Succurrebant castro Wilhelmus de Brunswik, & Episcopus Monasteriensis.

§ Hoc anno habuit Moguntia Pontifices binos simul & semel, eis in mala hora, unum de Isenburg, electum & confirmatum, qvi non potuit solvere immensam annatam qvam Papa exegit ab eo, cum esset diœcesis explumata, voluit etiam Papa, ut juraret qvod nunqvam consentiret in consilium futurum, qvæ dum servare noluit, dedit Papa diœcesim Philippo de Nassow, & confirmationem, unde strages magna Simonis & Judæ. in Moguntia secu-

ta est, per illum de Nassow, postqvam passus fuit suorum jacturam tn campo, tribus proconsulibus Moguntinis consciis criminibus suis ut veniret in civitatem ad populum perdendum.

§ Hoc anno ædificavit consulatus Lubicen. novum horreum laterum circa Travenam prope Eensedelinghen, pro utilitate civitatis.

§ Eodem anno, circa Michaelis, illi de Dantisco bellantes contra ordinem, gratia Dei freti occciderunt ultra mille viros, inter qvos qvidam miles famosus Uritze Runech, amicus ordinis occubuit, & plures captivati sunt cives de Konigesberghe, & aliunde.

§ Anno eodem Sabbatho post Luciæ pacificati sunt, Lubicense Capitulum & suæ litis consortes, cum Luneburgensibus, arbitris partis utriusqve existentibus, Episcopus de Lubek, & Episcopus de Swerin & Rege Daciæ Christierno in Reynevelde monasterio.

§ Anno eodem, Maumetes Turcorum Imperator, Christianis multa mala infert Mytilenem expugnat, & diripit, anno imperii sui XII. & Pii Papæ anno IV. Frederici verò III. Imperatoris Christianorum anno XXIII. Anno autem ab initio mundi secundum Bedam, sextomillesimo sexcentesimo sexagesimo.

§ Anno domini 1463. post trium Regum exibant innervati Luneburgenses de vinculis, & deducebantur in curribus usqve in Ulsen, qvi nolebant subire sententiam, ut semper manerent in domibus suis.

§ Anno eodem Valentini obiit Theodoricus Coloniensis Præsul, Comes de Morse. Sedit annis L. post cujus mortem electus est Rupertus Comes Palatinus & Dux de Bavaria, qvem Papa noluit confirmare, eo qvod jam dederat Duci Burgundiæ auctoritatem electionis & ordinationis Episcopi, ideo capitulum & vasalli tradiderunt Ruperto castra & munitiones per diœcesim. Iste Rupertus adhuc multa contra Ecclesiam fecit, Burgundum adduxit, qvi Nusiam obsedit & fere diruit. § Eodem anno Christiernus Rex Daciæ, persvasus ut Sveciam intraret, plures ibi ictus sustinuit cum suis, qvia plures Holsati ibi fuerant captivati, nondum liberi.

§ Anno eodem facti sunt amici Bremen. Comes Mauritius, Dux Wilhelmus, & Otto de Hoya, de qvibus supra. Hæc diæta facta est in oppido Verdensi.

§ Eodem anno feria IV. Paschatos obiit Gherardus Archiepiscopus Bremen. Comes de Hoya natus, homo simplex & pacificus. Deinde electus est per capitulum, Henricus Comes de Swertzeburg: Is misit ad urbem pro confirmatione, qva habita, gloriose introductus est per XV. principes & alios plures vasallos, victoriosus fuit, sicut decet principem honestum.

§ Anno eodem Dux Henricus de Pomerania, conductus prece ac precio, intravit Gripiswaldis cum paucis, consulatu ibidem conscio, retro habens plures kumpannos militiæ, & coarcuit cives ad sibi homagiandum, & hoc totum factum est, ne vindicaretur occasio traditoria ipsius Doctoris Rubenouwen, hominis docti & valde discreti, qvi præterita hyeme occisus fuit in civitate, qvia vitia qvorundam detestabatur, voluit etiam idem ejicere suo mandato ad clandestinum consulatus instinctum, omnes de sanguine ejusdem Doctoris, sed recusabant, donec eis objiceret legationum rationem, qvare hoc fieri debebat.

§ Anno eodem plures vasalli Holsatorum facti sunt profugi de patria, qvia non poterant
246. solvere redditus, in suos mansos receptos, ideo ipsi jussores, scil. qvi jubebant & fidejubere fecerant alios, immiserunt manus bonis eorum, ut se eriperent de dispendio irrecuperabili. Rex enim fuit in Swecia, ideo ipsimet judices erant, & unusqvisqve fecit qvod ei placuit.

§ Anno eodem, Dux Saxonum Wilhelmus & Lantgravius Turingiæ duxit concubinam suam in uxorem, affirmans qvod ante nunqvam cognovit eam carnaliter, sed procurator non credit. Ante eam habuit in uxorem, Imperatoris Alberti filiam, qvi & fuit Rex Ungariæ & Bohemiæ. § Eodem anno facti sunt amici, comes Gherardus & Mauritius, frater ejus, consciis Bremensibus, & tradidit Gherardus Mauritio Delmenhorst cum suis attinentiis, & ipse obtinuit Oldenborch, jam enim idem Gherardus multa fecerat de Delmenhorst Kopmannis. Et ideo ista concordia facta est, ut via regia coram Delmenhorst fieret pacifica.

§ Anno eodem, altera die Margaretæ obiit Dux de Lovenborch Bernhardus, sepultus in Ratzenburg. Hic suis in novissimis jussit & mandavit Johanni filio suo, ut servaret pacem cum civitatensibus vicinis suis, alias eum devorarent, qvod tamen sæpe transgressus est, sed parsum est sibi propter pauperes villanos.

§ Eodem anno Papa Pius, junctis cum Philippo Burgundionum Duce, Venetisqve fœderibus, advocata principum concione, Turcæ Christi hosti, bellum publice indicit, misitqve lega-

legatos ad diversas mundi partes, cum plenaria peccatorum remissione pro subsidio, unde, multi vasalli de partibus inferioribus proxima æstate urbem Romanam & ad Anconam ascenderunt, simul & plebei cum villanis, & Papa ista æstate, scil. anni 1464. ivit Anconam eadem de causa, sed Burgundus cum aliis principibus ibi non est visus. Ibiqve Papa spiritum efflavit, & apud Deum non sine fructu mansit, dedit etiam potestatem viris religiosis exeundi ad hujusmodi bellum, literis suis indulgentialibus. Summus Pontifex, beatissimi Andreæ caput anteqvam exivit, processionaliter cum clero ad urbem tulit, magna cum devotione, qvod Thomas Palæologus obtulit.

§ Anno eodem, circa Margarethæ, communitas in Dantisco, clanculo voluit occidere consulatum, qvod vir magnæ probitatis indicavit consulatui in sede consulatus, & capti sunt principales hujusmodi facinoris, & confessi sunt qvod hujusmodi tradimentum tractaverunt mutuo IV. annis plusqvam cum qvadringentis civibus, unde plusqvam LX. decapitati sunt, præsertim potentiores, deinde consulatus unumqvemqve talem monuit, ut conscii facinoris talis, civitatem indilate exirent. Postea obsederunt castrum & opidum Mewe, qvod vicerunt circumcisionis Domini.

§ Eodem tempore, Laurentii, duo proconsules Gripiswalden. Dieterich Lange, & Nicolaus von der Oesten, conscii mortis domini Henrici Doctoris Rubenowen proconsulis volebant dare salvum conductum duobus neqvam, occisoribus ejusdem Doctoris, jussu præfatorum proconsulum, ad qvod communitas consentire noluit, unde disponebant illi duo proconsules decapitare XIV. de sangvine Rubenouwen, igitur fautores ejusdem Rubenouwen vocata communitate una cum certis de consulatu concluserunt, ut occiderent illos ambos proconsules, qvod & factum est, postea rotaverunt eos, ut boni communis proditores. Ecce, en sangvis ejus exqviritur.

§ Anno eodem venit Martinus Legatus de Svecia, ubi in tertium morabatur annum, & pergens de Wismaria Lubek, perdidit ante Grevesmolen sacculum cum IV. millibus CC. & XL. florenis Rhenensibus, qvos qvædam paupercula invenit, offerens viro suo, unde ambo jucundati sunt, se vestientes & debita sua solventes, & inde eis oriebatur suspicio, unde Dux Henricus de Mekelenburg fecit pecuniam ab eis exigi, & præstabant. Venit ergo Legatus ad Ducem, repetens pecuniam, & dicens qvia esset Papæ & Ecclesiæ contra Turcam: Respondit Dux Qvid me monetis? cum nihil in manibus meis dederitis. Legatus ergo licet esset argutus, nihil tamen profecit, sed nuda manu rediit.

§ Eodem anno, circa festum Thomæ Apostoli volebant Pomerani traditorie cum mille & sexcentis eqvis adunati, usurpasse civitatem Kolberghe, cum non esset nisi pax inter eos, 247
qvod innotuisset civitati. Cum autem misissent 17. scalas ad muros, proconsul Peter Sleeff ascendit turres cum civibus & cum lapidibus, abegit eos multum dolentes, scalis in muro dimissis, projectis armis, ligonibus, fossoriis, dolabris, & aliis ferramentis. Hujus facinoris caput fuit Dionysius de Oesten miles. Hæc proxima nocte post diem Thomæ, recedentes autem de civitate, incenderunt civitatem, & bona omnia diripuerunt. Cum autem Kolbergenses essent se vindicaturi exercitu multo, vicinæ civitates, Stargard & Stolpe, se interposuerunt, & pacem fecerunt.

§ Anno eodem, altera die Luciæ, consulatus Wismarien. seniorem proconsulem nomine Petrum Lange Johan deposuerunt, dicentes qvia falsas literas confecisset, qvi diu in Lubek morabatur, Wismarienses vero filium suum clericum, qvi postea factus est decanus Sverinen. miserunt in turrim, sed ipse Deo sibi propitio, eis dormientibus exivit, & Romam ascendit. Postmodum Lubicen. eundem Petrum reintroduxerunt, & filius ejus ab actione qvievit, & facta est concordia. Dux patriæ etiam fovit eum.

§ Anno domini 1464. ipso die circumcisionis illi de Dantisco, acceperunt castrum & civitatem Meluinghe, qvia intus exeuntes propensius retinere non poterant in favorem ordinis, exibant autem, salvis corporibus & bonis.

§ Eodem anno circa carnisprivium Johannes Dux de Lovenborch, matrimonio duxit filiam Frederici, Marchionis de Brandenborch, qvam introduxit Henricus Dux de Mekelenborch cum sua Duxissa, & matre ipsius sponsæ Marchio vero cum suis non comparuit.

§ Anno eodem, venit Lubek Episcopus Cretens. missus à Papa Pio, cum magnis indulgentiis, ut fieret expeditio contra Turcam Maumetem, & multo nisu intentum obtinuit. Et ditiores cives de Lubek proxima æstate plures armatos miserunt ad Italiam, ascenderunt etiam qvidam majores de Lubek, & qvidam vasalli, cum multis aliis, sed eis venientibus in urbem, & demum in Anconam invenerunt Papam infirmitate gravatum, expectantem Regem Franciæ, Ducem Burgundiæ, &c. qvi promiserunt se venturos, sed avolaverunt in anti-

qvam sylvam; qvia scriptum est: Nolite confidere in principibus. Tandem Papa ex mœrore obiit, data populo licentia, & indulgentiis confirmatis, ut redirent ad propria principes ei non ascenderunt, nec naves expeditæ erant, ideo facta est confusio.

§ Eodem anno reductus est Archiepiscopus Upsalen. in Sveciam, qvem captivum abduxerat Rex Christiernus in Daciam, sine causa, ut dicebatur, qvia dilexit Regem, sed susurrones tunc sicut nunc floruerunt, & Svevi revocaverunt Regem Carolum de Dantisco, petentes veniam ab eo, eo qvod abjecerant eum. Qvi reversus, fidem non invenit, ideo reqviei se dedit, & de regno amplius se non intermisit, qvia Episcopus Upsalen. plus fecit eos adhærere Christierno.

§ Anno eodem, post octavas Paschæ, Episcopus Lubicen. Arnoldus, consulatus ibidem, cum certis de capitulo Lubicensi, iverunt Dantiscum navigio, expensis multis, pro pace firmanda inter dominum Regem Poloniæ, & Ordinem, & civitates Prutenas, & usqve Assumptionis tractarunt, sed nihil profecerunt, qvia illi de Dantisco Regem informabant qvod missi à consulatu Lubicen. foverent ordinem plusqvam justitiam, ideo non permisit eos in suam venire præsentiam. Postea tamen sub eisdem articulis tunc exaratis, concordati sunt. Civitates maritimæ Slavicæ, qvæ hujusmodi diætam instruxerunt, prælatis præfatis advocatis morabantur in Thorne qvasi in umbilico, sed in cassum laborabant.

§ Eodem anno, & præcedenti immediate erat gravis pestilentia in Lubek, ac in omnibus finibus Alemaniæ, & in Dacia, Svecia, Livonia & Prussia. Denscendit enim de Rheno anno LXIII. nec recepit ista pestis curam medicinæ, sed sæpius contrariis infirmi curabantur ultra spem, & duravit in Lubeke usqve post Martini.

248. § Anno eodem miserunt Bremenses, illi de vulgo, circa nativitatis Mariæ, tres proconsules in turrim, & unum consulem artaverunt, in domum propriam sine exitu, dicentes qvod proderent secreta civitatis ipsi Comiti Gherardo de Oldenborch, qvia emittentes soldatos contra Gherardum, sæpe ululando remeabant, habebant adhuc plures causas contra eos. In proximo tamen jejunio eruebantur, non sine talliis, licet delictum non fatebantur.

§ Circa idem tempus obiit Otto Dux Stettinen. & Fredericus Marchio Brandenburgen. obtinuit patriam ab Imperatore Frederico III. dicens non alios esse hæredes, & cum reversus esset, & homagium peteret, obstiterunt sibi Dux Ericus de Pomerania, & Dux Wartslaff de Wolghast, prohibentes vasallos, ne ei homagium præstarent, qvia ipsi hæredes patriæ existerent, qvamobrem postea plura bella commissa sunt.

§ Eodem anno post Michaelis obiit Fredericus Episcopus Magdeburgen. natus Comes de Bichelinghe, vir simplex & bonus & multæ devotionis reformans multa monasteria, utriusqve sexus, post cujus mortem electus & vocatus est in Episcopum, Episcopus Monasterien. Dux Bavariæ, vir bonus, & modestus, qvia sic fieri petiit idem venerandus pater Fredericus, suæ ægritudinis in lecto. Iste Monasterien. fuit vir bonus sed indebitatus, ideo indignati sunt Capitulares in ejus recessu, sperabant enim qvod cum eis perpetue voluisset pernoctasse.

§ Anno isto eodem, Cosmus de Medicis suæ ætatis civis Florentinus maximus, operibus permaxime felix, obiit in villa Coragio prope Florentiam, qvi fuit pater omnium Florentinorum atqve patricius, maxime pauperum.

§ Pius qvoqve, Pontificum summus, itineris jactatione & febre fatigatus, Anconæ XIX. Kalend. Septembris, gloria ingenti vita functus, Romam solenni funere offertur, ad qvem, eo adhuc spirante, Dux Venetorum cum multis Venetorum majoribus solennibus navibus venit.

§ Eodem tempore circa Michaelis, cum Wernerus de Bulow, castrum Hitzker circa Albeam inhabitaret, & prædonibus Magnopolen. iter tutum suis etiam navibus præberet in terram Luneburgensium, venit Dux Otto de Luneburg, Wernero absente, & usurpavit idem castrum, qvod & finaliter obtinuit, multis tamen deprædationibus vicissim commissis, sed proximo in jejunio firmata est pax.

§ Anno domini 1467. Paulus secundus, natione Venetus, in summum electus est Pontificem, in numero pontificum CCXX. annis sedit VII. elegantis staturæ fuit, libens aurum vidit. Iste est annus imperii Frederici tertii XXVI. ætatis vero totius mundi, sextus millesimus sexcentesimus LXIV.

§ Eodem tempore Sundenses multa perpessi mala à Duce Pomeraniæ & vasallis diversis, creaverunt novos proconsules IV. ad arma valentes, qvia alii IV. grandævi erant, eqvitare non valentes. Exiverunt ergo potenter cum Gripiswaldensibus, & multa prædonum latibula destruxerunt, & combusserunt, castrum etiam Torghelow, prædonibus plenum, eis valde nocivum,

cium, solo æqvarunt, & malignis de medio sublatis, facta est pax, pacem qværentibus. Habebant enim campiductorem validum de ducatu Luneburgensi.

§ Anno eodem circa carnisprivium venit Gherardus Comes de Oldenborch in Holsatiam, & monitis vasallis, suis fidejussoribus, ut darent sibi XL. millia marcarum de patria, qvia sic diffinitum fuit, qvando frater ejus Christiernus factus est Dux in ducatu, & Comes in Holsatia, qvi dum non haberent ut solverent usurpavit sibi castra patriæ, connivente sibi clanculo Christierno, dicens qvia ipse verus haberetur hæres, & dulci affatu contraxit favores & amicitias qvasi cum omnibus. Veniente ergo Rege post Pascha ad scripta Holsatorum, coram Kiloneqve diæta servata, cum civitatibus & militia patriæ, facta est Gherardo nova cautio super certis terminis, & qvievit paululum.

§ Eodem tempore Rex Poloniæ cepit Marinum legatum, & multis eum explumavit thesauris, qvo audito arrestata sunt bona sua in Lubek existentia per fiscarium Papæ Henricum Pomert, canonicum Lubicen. Demum per Regem Daciæ. Habuit inter cetera plures libros, qvos à Danis & Svecis argute abstulit. Hos credebantur Gothi abstulisse de urbe Romana & circumcirca, qvando urbem devastarunt, anno domini CCCLXXVIII. Finaliter tamen cessavit fiscarius Papæ & nuncius Regis omnia obtinuit in Lubeke & Luneburg, ponens fidejussores commissariis bonorum de indemnitate Marinus non dedit Regi qvartam partem proventuum, ut promisit, igitur, &c. 249.

§ Anno eodem Assumptionis Mariæ, Bremenses una cum Episcopo Monasterien. invaserunt populose terram Gherardi de Oldenburg, & usurpabant unam Ecclesiam, qvam sibi Gherardus firmavit in fortalitium & domum refugii, muneribus enim & precibus allexerunt Bremenses eundem Episcopum sibi in litis consortem. Gherardus verò timore concussus treugas petiit, compromittens in Episcopum Verdensem, & Ducem Ottonem de Luneburg, timuit enim obsidionem ipsius Oldenburg, sed tamen in conclusione fuit minus bene contentus, sed obstrictus qvievit.

§ Eadem æstate cœpit Benedictus de Alevelde qvendam Comitem de Mansfeld, in ducatu, qvi qvidem Comes associavit dominam ingenuam Dorotheam, relictam Ducis Adolphi, qvando reversa est de partibus Turingiæ in Holsatiam. Fuit enim consanguineus ejus, ideo ob ejus reverentiam ivit cum ea. Eadem Dorothea fecit qverimoniam coram Rege Christierno, qvi præcepit verbo, ut dimitteretur, sed Benedictus novit Regis mentem, & reqvisivit ab eodem Comite IV. millia florenorum. Sic reddita sunt mala pro bonis, ipsa enim educavit Regem, Gherardum & Mauritium fratres, tempore eorum juventutis, in domo Adolphi. In fine licentiatus est, ut partes peteret, pro pecunia colligenda, qvod & fecit, & diu in Lubek mansit.

§ Eodem tempore fuit portus in Travemunde emendatus, multis cistis connexis, cum lapidibus in aqvis mersis, & evidenter portus profundatus est. Hoc exemplar visum fuit à legatis in portu Dantisci.

§ Anno eodem placitarunt Lubicenses & Anglici in Hamborch, super damnis, qvæ passus fuit Kopmannus in Anglia, sed Anglici nolebant tractari, ideo alia diæta instructa est.

§ Circa idem tempus venit in Lubek Dux Johannes de Lovenborch, cum Episcopo Razeburgensi & qvibusdam aliis, ut audiret literas sigillatas qvas habuit consulatus super Molne, qvibus lectis, contristatus est, intelligens qvod jus suum esset breve, postea adduxit patrem uxoris suæ, Marchionem Fredericum, qvi cum audisset literas, silenter recessit, consulatu non salutato, statim post inventionis sanctæ crucis, ut infra anno domini 1467.

§ Eodem anno erat tumultus maximus in Gallia, ita ut in civitate Parisiensi uno die ultra trecenta millia populi sumerent arma, Carolus enim junior regni, favente sibi militia, egit contra Regem.

§ Anno domini 1466. in vigilia purificationis Mariæ, qvæ fuit Veneris obiit dominus Arnoldus Wistfael, Decretorum Doctor, & Legum Licentiatus valentissimus, Episcopus Lubicensis XXII. vir perutilis diœcesi, & devotus, qvi sæpius in officio suo amarissime flevit, & electus est magister Albertus Krummediek, de sanguine militari Holsatorum, ut dictum est in summario pontificum. Hic in vigilia Michaelis qvæ fuit dominica, consecratus est, & magnas fecit expensas, Prælatis eum coronantibus, toti capitulo, toti consulatui, & vasallis Holsatis & Magnopolensibus III. & amplius diebus, in curia Episcopali.

§ Eodem anno in jejunio receptus est Comes Mauritius de Permund, à Lubicensibus in armiductorem, fuit enim firmissimus, eqvi ascensor atqve sessor, post mortem ipsius Clamoris Busch, militis de Wistfalia, qvi obiit in Lubek, anno 1464. in peste, qvi recepturus cereum in agone dixit, da mihi nunc hastam finalem.

§ An-

§ Anno eodem spoliati sunt currus in Rozeborch, in hospitio, circa Albeam, qvi vene-
250. rant de Frankfordia, à qvibusdam vasallis de Magnopoli, non tamen Duce Henrico conscio, ut dicebatur, licet qvidam servi sui intererant, & distracta sunt bona pretiosa, coralli, piper, sericum, margaritæ, &c. Et Lubicenses irati sunt valde, eo qvod hæc in foribus fierent, timuitqve Dux, & consternatus scripsit domino Duci Johanni de Louenborch, ut exordiretur cum Luneburgensibus diætam eadem de causa, ne Lubicenses ad modum formicarum effunderentur. Et post multa pacificati sunt, bonis solvendis certis temporibus, præsentibus civitatensibus in Slukop, fidejussoribus à Duce datis. Dehinc relata sunt bona illa partim à vasallis in Schoneberch, pro dispersis verò bonis dixerunt fidem solutionis ipsi fidejussores, ut dictum est.

§ Eodem tempore multa mala intulit Dux Fredericus ipsis civitatibus trans Albeam. Ideo post Paschalia firmissimum inierunt mutuo fœdus ipsi civitatenses, & econtra multa damna & incommoda, soldatis vocatis ipsi Frederico intulerunt.

§ Anno eodem innervatus est Magister Johannes LangeJohann à Wismargensibus, qvi postea factus est Sverinen. Decanus.

§ Eodem anno domina Dorothea, relicta domini Adolphi Comitis de Holsatia, intravit Turingiam, unde orta fuit, committens Rendisborch, & omnia sua, ipsi Nicolao de Prato, vasallo & advocato suo. Ea enim absente, venit Gherardus Comes de Oldenborch, & usurpavit omnia ejusdem nobilis dominæ bona, vitalitia in tota Holsatia, immemor omnium bonorum sibi & fratribus suis ab eadem ingenua domina impensis. Qvæ cum reverteretur, flens & ejulans qverulando apud Regem Daciæ Christiernum vix obtinuit, ut eidem singulis annis aliqva pecunia mitteretur de eisdem bonis, & dehinc reversa est ad Turingiam.

§ Anno eodem circa festum Michaelis pacificati sunt Pruteni & Ordo, & Rex Danorum Christiernus extorsit graves precarias ab ipsis Holsatis, libet in sua electione seriose promiserit in multis annis suis primis, non sic se facturum.

§ Eodem tempore emit consulatus Lubicen. Ritzerouwe curiam cum suis attinentiis, à Johanne Ritzerouw, qvi metu Ducis de Lovenborch hujusmodi bona alienavit, qvia multa mala sibi intulit idem Dux.

§ Anno eodem, circa festum sancti Andreæ civitates trans Albeam diffiderant ipsi Wilhelmo duci de Brunswik, eo qvod fovit ducem Fredericum filium suum, valde hostilem ipsis civitatibus.

§ Eodem anno, Primores Florentini concertabant de prioratu, & vulgus in horribiles scinditur partes.

§ Isto eodem anno, Summus pontifex Paulus secundus, publico consistorio Georgium sive Ghersicum Bohemiæ Regem hæresi damnat, dignitatemqve à regno privat.

§ Anno domini 1467. Comes Palatinus cum multis principibus voluit carnispriviare in Colonia, in finem, ut traditorie usurparent civitatem, sed eis salvo conductu dato à consulatu divina dispositione evenit, ut qvidam ibidem infirmaretur Lantgravius de Ghemen, qvi faciens sibi conscientiam magnam de hujusmodi tradimento, confitebatur sacerdoti hujusmodi delictum, injungens sibi qvod statim eo sublato, admoneret consulatum, qvod & factum est, unde ortum est murmur magnum, qvod dum innotuit principibus, negativam dabant, consulatus tamen singulis noctibus ultra qvadringentos armatos ordinavit custodiæ civitatis, & Astroth obticuit.

§ Eodem anno dominabatur Comes Gherardus de Oldenborch in Holsatia, ut Marscalcus domini Regis Daciæ, & Rex obligabatur Lubicensibus in magna summa pecuniæ, præstitis fidejussoribus de Holsatia sub certo pacto. Revoluto autem termino moniti sunt, ut intrarent Lubek, nec exirent, nisi solutione facta prout pacti sunt, & sic factum est.

§ Anno eodem revertebatur Marinus de Frageno Legatus, ut reciperet bona, civibus in Lu-
251. bek & Luneborch commissis, & nemo sibi dabat, qvia Rex Daciæ approximavit hujusmodi sibi per cancellarium suum ut supra patuit, anno LXV. comminabatur Marinus sententias excommunicationis, sed nihil profecit, qvia mulgere desistere noluit.

§ Eodem anno, inventionis crucis, venit Lubek Marchio Fredericus cum Johanne de Lovenborch, propter Molne, ut dictum est supra anno LXV. Fecit tamen consulatus custodiri per soldatos Molne, & circumfodit vallo novo Bergherdorp.

§ Anno eodem post Paschalia, civitates trans Albeam, hostiles ipsi Wilhelmo de Brunswik, propter Fredericum filium ejus, exeuntes destruxerunt fortalitium Welkenborg usqve ad solum, & oppidum Gherden ceperunt cum multis vasallis, rusticis & diversis bonis. Principes in circuitu comperto civitatum serio, instruxerunt diætam inter eos. Dehinc in Qvedelenborg firmata est pax, & Wilhelmus constituit pacis fide jussores.

§ Eo-

§ Eodem anno post Petri & Pauli reintroductus est Petrus Lange Johan proconsul, cum omni honore in Wismariam, & filius ejus cessavit ab actione contra Wismarien.

§ Anno eodem, cum comes Gherardus de Oldenborch, usurpasset Godtorppe, Hanrouvve, Zegeberch, Rendisborch, &c. insurrexerunt majores patriæ contra eum, aliis regi ut domino, aliis Gherardo adhærentibus. Tandem Rex compulsus venit, & facta diæta, Gherardus caute ante Zegheberch tenetur, & ut castrum ascendat in custodiam, jubetur, qvod sibi satis displicuit, ibi diu in custodia permansit.

§ Eodem anno Jacobi magna fuit diæta in Nurenberga, misit enim ibi Papa Legatum unum Cardinalem, & unum Episcopum ut admonerent Electores Imperii, ac Principes & civitates, ut Turcæ resistentia fieret cum primis. Hoc ipsum scripsit & Imperatori Frederico Tertio, qvi hujusmodi sæpius obaudivit, qvia militiam non coluit. Plures tamen Principes non venerunt. Ideo præfixa est alia diæta trium Regum.

§ Isto eodem anno circa festum Matthæi Apostoli, ipsi Luneburgenses, adinventionibus studiosi, de scitu domini Ducis sui Ottonis, horribile erexerunt thelonum de omnibus bonis, eis ut ipsi affirmabant, ab Imperatore Frederico concessum, sed diu non duravit, qvia contra omnem rationem fuit.

§ Eodem anno post Michaelis dominus Otto Dux Luneburgensis, duxit in uxorem, filiam Comitis de Assouw, morantis in Brabantia, cum xxx. millibus marcarum, in qvodam castro Zelle.

§ Anno domini 1468. Lubicenses, Hamburgenses, Luneburgenses, atqve Wismarienses novum nummisma grossorum fecerunt. Et Rex Danorum Christiernus circa Johannis Baptistæ, cepit qvatuor onustas preciosasqve naves ipsis Anglis, cum multis bonis, eo qvod occidissent ejusdem præfectum anno præterito, in Islandia.

§ Eodem anno Bohemi pugnabant populose contra Imperatorem Fredericum Tertium in Austria, sua paterna hæreditate. Ecce aqvilæ volatus qvomodo est accurtatus, ut proprium non defendat nidum. In fine tamen finali congregavit Imperator Fredericus ultra qvatuordecim populi millia, qvibus cognitis Gersicus, sive Georgius Rex Bohemiæ, factus est profugus cum suis filiis duobus, & cum toto exercitu suo. Rex qvoqve Ungariæ insecutus est eos, & plurimos occidit, dominus tamen de Myszna & Comes Thuringiæ & dominus Albertus Marchio, minus oderunt Bohemos hæreticos istos, licet contra mandatum domini Papæ Pauli, non sine culpa eorum, alias Rex Matthias, Rex Ungariæ, omnes hæreticos istos, in qvodam incendisset monasterio, qvod cum jactura populi sui obsedit. Da munera summis, id wert wol recht dat dar krum is, & econtra.

§ Anno eodem, circa Magdalenæ Rex Danorum Christiernus, qvosdam piratas misit ad mare, qvasi contra Svecos ituros, qvi honoris immemores, spoliabant qvoscunqve, unde 252.
inter ceteras rapuerunt duas naves onustas cum bonis Lubicensium, unam ex Svecia de Stokkesholmis, aliam ex Livonia de Rigis venientes. Miserunt ergo Lubicenses prothonotarium pro eisdem bonis, sed qvia complacuit Regi & Reginæ in eisdem bonis, nihil abstulit idem Prothonotarius. Potentes potenter tormenta patientur. Sapientiæ vi. Monuit igitur consulatus institores suos in Livonia, & permansit unusqvisqve in loco suo, qvo viso, maledicti isti mare deseruerunt.

§ Eodem tempore ante festum nativitatis Mariæ, dominus Fredericus Marchio Brandenburgensis, intravit terram Pomeraniæ manu valida, ut supra anno domini 1464. & per tradimentum molendinatoris obtinuit castrum Veerrade, & Torgelouw castrum, & oppidum Ghaertze. Et in favorem ejusdem Frederici Marchionis prædicti venit dominus Henricus Dux Magnopolen. & obsedit oppidum Trepetouvv, jaciens ignea jacula, sed nihil profecit, qvia erat oppidum bene munitum vasallis, ac victualibus & fossatis. Ignibus tamen in fine circumqvaqve vallati, intromiserunt ducem Magnopolensem Henricum, qvi vero dimissis ducentis vasallis & soldatis in oppido prædicto, remeavit, qvi omnes per Ducem Pomeraniæ sunt captivati atqve occisi. Nam curru sophistice in porta confracto intraverunt Pomerani.

§ Eodem tempore, Comes Gherardus de Oldenborch, frater Christierni Regis Danorum, levavit immensam pecuniam in terra Holsatiæ, sed tamen simplicitate vulpina.

§ Item eodem tempore, post festum Martini Episcopi, mersus est qvidam nauta dictus Urome, iturus Revaliam cum multis institoribus divitibus, & plusqvam ducentis therlingis panni. Et factus est ingens luctus in Lubek.

§ Eodem tempore ante Christi natalem venerunt xxx. Ditmartici Lubek, & nomine totius patriæ eorum cum Lubicen. fœdus inierunt ad x. annos.

§ Anno eodem Leodium urbs Germaniæ populosisſima, à Carolo Burgundionum Duce, præſente & favente Lodowico Francorum Rege, expugnatur, diripitur, & incenditur, qvoniam ſuum ex ſorore nepotem eorum præſulem in vincula conjeciſſent.

§ Eodem anno, ſummus Pontifex Paulus metu ipſius Turciæ partes Italiæ pacificare ſub pœna excommunicationis eniſus eſt.

§ Item, Maumetes Turcarum Imperator & Machometi cultor, Syrios, Ægyptioſqve magno prælio ſuperat, regni ſui anno XIII.

§ Anno domini 1469. Imperator Fredericus religionis gratia, media hyeme Romam veniens, magnificentisſime à ſummo Pontifice ſuſceptus, donatuſqve exiſtebat.

§ Item, eadem hyeme Iwanus Axel miles Svecus, obſidens duo caſtra Sveciæ, in qvibus erant fautores Daciæ Regis, profugatus eſt à Rege, deinde in Daciam veniens abſtulit ei Rex Daciæ ultra ccc. viros, inter qvos multi de ſangvine militari.

§ Eodem tempore Palmarum, Holſatorum majores qveritabant de violentia ipſius Gherardi comitis in Holſatia, ipſi conſulatui Lubicenſi, & niſi Lubicenſes reſiſterent, manſos etiam eorum & villas invaderet. Iniit ergo conſulatus fœdus cum eis, ut eis eſſet auxilio defenſionis, ſed in fine finali extiterunt conſulatui ſatis ingrati.

§ Eodem anno Philippi & Jacobi erat communis diæta in Lubek, fere omnium civitatum de Hanſa, cauſas propter diverſas.

§ Anno eodem dedit Papa Paulus magnas & plenarias indulgentias, omnibus auxilia ferentibus contra maledictum Georgium Regem Bohemiæ, & Matthias Ungariæ Rex magnam ejuſdem exercitus partem concutit, ac regni plurima parte privat, juvantibus eum certis Germaniæ, Pannoniæqve principibus, Pannonia, pars eſt Hungariæ, conterminaqve
253. illi. Collecta eſt enim magna pecunia ad ciſtam in majori Eccleſia, ſed noctu, validi mendicantes exteri aculeo viſcoſo, omnem iſtam pecuniam piſcati ſunt, ideo qvidam de illis poſtea in aliis partibus rotati ſunt.

§ Item eodem anno Petri & Pauli Apoſtolorum majores Holſati, & Ditmartici, inierunt fœdus cum Lubicenſibus.

§ Anno eodem venit Marchio Fredericus de Brandenburg, circa feſtum Jacobi iterum populoſe in terram Stettin, licet minus juſte, occurritqve illi fautor ejus Henricus, Dux de Mekelenborch, turma cum multa, ſimiliter & Dux Stargardiæ Ulricus, cum militia & vulgo, & obſederunt multa debellandi & deſtruendi ſperantia oppidum Ukermunde, ſuper Oderam ſitum, in hunc finem, ne ipſi Stettinenſes freqventarent mare. Duces vero Pomeraniæ, ſcilicet & Bardenſes fratres, habebant multam militiam in Ukermunde, protelabatur autem obſidio uſqve poſt feſtum nativitatis Mariæ virginis, cum fame & miſeria ſatis magna ipſorum obſidentium. Miſerunt autem pro victualibus ſexaginta currus, qvos omnes cum ſoldatis junctis, apprehenderunt illi de Ankelem, qvibusdam occiſis, aliis verò captivatis, inter qvos conſulum erat unus Wiſmarienſis. Fuit enim in prædicto Ukermunde oppido monachus unus multum ribaldus lagicus, nigromanticus, magiſter bombardarum, valens ſagittare omnia qvæ voluit, licet inviſa. Tandem autem Rex Poloniæ miſit ad partes utraſqve ut ceſſarent, qvia eſſet eos concordaturus amicabili compoſitione, aut ipſo jure, qvod & fecerunt. Et proximo anno ſeqventi idem Fredericus, Marchio de Brandenburch, incurrit amentiam ex vecordia, eo qvod non egit proſpere.

§ Anno eodem, Michaelis, venit Chriſtiernus Rex Daciæ Lubek, cum Gherardo fratre ſuo, cum tribus Epiſcopis & militia multa, ſperans qvod Sveci eſſent venturi, ut ordinatum fuerat per Lubicen. ut eum in Regem pacifice ſuſciperent, & morabatur octo & amplius diebus ibi, qvibus ſæpius tractatum eſt, ut inſtitoribus refunderet magna, eis per ſe & ſuos illata, & noluit, tamen perſeverantia conſulatus permotus, ceſſit ut daret xxv. millia marcarum qvibus protunc caruit, ideo impignoravit eis Kilonem, cum ſuis proventibus, in finem, ut darent adhuc Johanni Rantzouwen, tunc moranti in urbe Kilonis, v. millia marcarum, ut eis cederet, & ſic factum eſt, & venerunt proconſules de Kilone, Rege præſente, facientes homagium Lubicenſibus, ſic & vulgus lapſu alicujus temporis in Kilone fecit, & hoc totum factum eſt, ut Lubicen. dominarentur portui Kilonenſi, caſu qvo orirentur bella. Noviſſime tamen venerunt Sveci, ſed cum Rege Chriſtierno concordare non poterant, qvia Regem Carolum abdicare ſimpliciter noluerunt ad vota Regis.

§ Eodem tempore dedit Rex fratribus Minoribus de obſervantia, de ſelle, ut conſtruerent in monte ante Odeſlo, qvod poſtea eum pœnituit, & ſic poſt multa ceſſatum eſt. Conſtruxerant enim primum tuguria in oppido Odeſlo, qvod non licentiavit Rex. Pium & bonum eſt pios & timoratos hoſpitare, ut tamen Eccleſiæ parochiales veteres non peſſundentur.

§ An-

§ Anno domini 1470. Rex Daciæ Christiernus clanculo intraturus Sveciam tempore nivis, qvod dum Svevis innotuit, congregati sunt, & de populo Christierni ultra qvingentos viros in via stricta sylvatica occiderunt, inter qvos multi erant militares.

§ Eodem fere tempore, & ante, Turca fecit multos ex Christiculis abduci, flentes miro modo & ejulantes.

§ Anno eodem venerunt in Lubek duo Comites, de Hennenberghe, & Mansveld cum literis imperialibus contra Gherardum de Oldenborch, qvi spoliavit cognatam eorum Dorotheam, uxorem Ducis Adolphi, dominam ingenuam suis vitalitiis, vocabatur ergo Gherardus ad Lubek pro audiendis literis, sed ipse literis auditis, satisfacere non curavit: Sed petiit sibi homagium fieri modico temporis intervallo, ab ipsis Frisonibus de Eydersteden, & circumcirca, ostensa qvadam litera Christierni Regis, fratris sui, continente ut iidem Frisones eum recognoscerent ut suum dominum naturalem, statim tamen post, scil. Philippi & Jacobi, scripsit Rex contrarium, in una autem ipsarum anguis delitebat literarum, commune vulgus sibi homagium fecit, sed non illi de militia. Trinitatis ergo ad scripta Reginæ venit Rex. & certa diæta servata, & Rege qverimoniam coram civitatensibus & militia, de re hujusmodi proponente, dixit Gherardus: Et ego sum hæres patriæ. Iniit ergo Rex concilium cum civitatensibus & consiliariis, & Gherardus nocte per invia & devia, hospite non salutato clam recessit, qvia vidit contra se turbam tumultuantem, recessit ergo, & nunqvam est ad eandem patriam reversus. Hic qvidam dicunt eum prius tentum captivum in Zegheberg, in camera lapidea, longo tempore, ut dictum est. Et finaliter sub juramento recusavit omni juri & proprietati, qvam in patria ista habere prius se asseruit, & sic ad proprios meavit mansos suos, nec tamen multum emendatus fuit. Confœderatis igitur, Rege, Holsatis & civitatensibus, liga formissima, postea Rex iterum cœpit homagium terræ, qvod tamen Frisones præfati facere noluerunt, & illi ex Krempermersch, nisi arduo civitatensium persvasu, qvia Gherardum inviscerabant. Sic ergo adjutorio civitatum, factus est iterum Rex Chriernus, dominus totius terræ, sed lapsu temporum oblivis cebatur aliqvantulum hujus beneficii. Gherardus autem de Oldenborch reversus ad lares non emendatus, construxit fortalitium super Weseram, adappellans soldatos ad deprædandum Daciam, Sveciam, Holsatiam, Lubek & Hamburg, immemor promissi & juramenti, qvod fecerat regni Daciæ fratri suo. Qvo comperto, scripsit illi Rex qvod desisteret, ne infamis fieret, & tota posteritas sua exul. Qvia staret cum civitatibus in fœdere contra Gherardum, fecitqve eis fidem, ut ea de causa indemnis permanerent, & sic timore servili concussus, qvievit. 254.

§ Eodem anno ante Pentecostes obiit Rex Sveciæ senior, nomine Carolus, & factæ sunt dissentiones magnæ de Rege eligendo inter Svecos, qvidam enim diligebant Christiernum, alii vero eum odio habebant, qvasi verbis suis vigorem non tribuentem.

§ Eodem tempore Fredericus Marchio incurrit melancholiam maximam, eo qvod ad vota sua actum non fuit in terra Stettin, persuasu ergo suorum adiit Franconiam, ubi Albertus frater suus, Burchgravius de Nurenberg, dedit sibi annuos reditus, & partem terræ illius, & Johannes filius Alberti descendit in terram Frederici, ad gubernandam eam in sua absentia usqve ad hyemem, qvando revertebatur, sed capucium tenue de capite suo non recessit, postea voluit qverimoniam dare coram Imperatore, eo qvod non obtinuisset terram Stettinensium, & vita functus, efflavit spiritum in alienis partibus, anno LXXI. post trium Regum.

§ Anno eodem Regina Dorothea iniit concordiam cum uxore domini Adolphi defuncti Ducis Holsatiæ, ut acciperet ejus vitalitia, scil. Rendisborch, & alia, & solveret retardata, scil. duo millia & CC. florenos, ex parte Gherardi de Oldenborch, tempore occupationis illorum bonorum, dehinc annue octingentos florenos Rhenenses ad vitam relictæ domini Adolphi.

§ Eodem anno Dux Johannes de Lovenburg excussit duas villas in diœcesi Razeburgensi, & in Holsatia diripuit certa bona villanorum ipsius Valradi Ritzerouw. Fine finali oportuit eum damna refundere.

§ Anno domini 1471. Turca Maumetes horrenda fecit in Christianos, ideo Papa Paulus multas processiones & stationes in propria persona pro Christianorum consolatione & redemptione Romæ servavit.

§ Eodem anno post trium Regum obiit Otto Dux Luneburgen. dimittens natum unius & dimidii anni, & terra violentiis pressa est.

§ Eodem tempore petiit Gherardus de Oldenborg Lubicen. & Hamburgen. ut ad placitandum properarent Bremis cum eo, eis verò ibi exeuntibus, petiit ut venirent ad eum extra civita-

255. civitatis munitionem, sed ipsi dolum attendentes, noluerunt exire, voluit eos innervasse, eo qvod interfuerunt, qvando resignavit Holsatiam.

§ Eodem tempore circa carnisprivium, accepit Rex Christiernus magnas precarias à terra Holsatiæ, non contentus qvod frater suus Gherardus, idem præterito fecerit anno, & venit Lubek in jejunio, & conduxit soldatos, & in Sveciam post Pascha ivit cum eis, & pauci reversi sunt, qvia maximum agebatur ibi bellum ista æstate.

§ Anno eodem, Georgii, fuit magna diæta instaurata à Papa Paulo & Imperatore Frederico Tertio. Misit ergo Paulus cardinalem Senen. Picoloninеum in Ratisbonam, & multa pro Christi fide utilia ibi tractata sunt, una cum principibus aliis, notavit tamen Imperator non aliud, nisi decimam.

§ Eodem tempore Bohemiæ occupator, non verus Rex, Georgius morbo periit.

§ Anno eodem concordati sunt Dux Wilhelmus senior, & filius ejus Fredericus, ex una, & Luneburgenses ex alia, qvi diu stabant in differentia.

§ Eodem anno obiit Ulricus Dux Stargardiæ circa festum Martini, & successit ei in hæreditate Henricus Dux Magnopolensis, nam Dux Ulricus posteritate caruit, qvia sic concordabant ambo principes tempore valetudinis.

§ Anno eodem circa Jacobi Henricus Episcopus Bremensis, dominus de Swertzeburg, & Ecclesiæ Monasteriensis administrator, indixit bellum ipsi Gherardo de Oldenborch, propter interesse ipsius castri Delmenhorst. Tum qvia deprædatus est idem Gherardus de castro Delmenhorst viam regiam, obsedit ergo populo bunde per fratrem suum Ernestum Delmenhorst, & fecit etiam Lubicenses & Hamburgenses propter viæ regiæ pacem, litis consortes cibatum est tamen castrum contra velle ipsorum obsidentium, ideò pater Episcopi treugas fecit, in finem ut Gherardus mundam viam servaret: Qvod tamen non fecit.

§ Eodem anno, circa Assumptionis Mariæ facti sunt duo Episcopi in Ecclesia Hildensemensi in mala hora, scil. Lantgravius de Hassia Hermannus, & Henningus de domo, qvi fuit Decanus Hildensemensis, qvem Papa confirmavit, qvia in propria persona, Romam ascendit, & in urbe consecrationem meruit, qvo reverso, militares ejusdem diœcesis conspiraverunt contra eum, nolentes eum pro Episcopo habere, Capitulum tamen & civitas, Episcopus Verdensis, Dux Fredericus, fraterqve ejus Wilhelmus, antiqvi Wilhelmi filii, adhæserunt sibi, sed Fredericus ex corde non diœcesim, sed se ipsum dilexit. Ideo ex his & similibus postea in vesanum & amentem factus est, ita ut compeditus servaretur à Wilhelmo fratre suo.

§ Anno eodem Bartholomæi coronatus est Pragæ in Regem Bohemiæ N. filius Regis Poloniæ, qvod indigne tulit Matthias Rex Ungariæ. Nam Papa & Imperator fecerunt sibi fidem de isto regno, eo qvod mira fecit contra Turcam pro Ecclesia, ideo magnum exortum est bellum inter eos.

§ Eodem anno Frederico Marchione extra patriam mortuo, venit Albertus frater ejus circa Michaelis in Brandenborch, & honorifice receptus est ut verus hæres. Voluitqve occupare terram Stettinensem, sed concordatum est, multa enim mala postea fecit clero & exactiones ita qvod dictarent contra eum passionem, prout Evangelistæ scribunt de Pilato contra Christum, qvod valde tulit indigne.

§ Anno eodem, sexta Augusti, in diei crepusculo, solis post occasum, Pontifex ccxx. in numero, Paulus, in cubiculo, morbo apoplectico vexatus extinguitur. In cujus locum, nonis Augusti electus est Franciscus, Saona oriundus, vir vita & doctrina clarus, qvi in ordine minorum, per omnes dignitatis gradus ad Cardinalatum pervenerat, & Sixtus IV. appellatus est, Ligurus natione, anno Frederici Imperatoris XXXII. sedit annis fere XIV. multa bona in urbe fecit, vicos amplificando & plateas omnes lapidibus qvadratis sternendo, domusqve Romanorum gloriose ædificando, adjutorio civium.

§ Anno domini 1472. post trium Regum, Gherardus de Oldenborg, accepit I. florenis Rhenensibus pro salvo conductu ab institoribus, qvi multos pannos devehebant usqve in Wil-
256. dershusen, in Delmenhorst omnia retinuit, ac si salvum conductum non dedisset, eo qvod Lubicen. ei damno fuissent, qvando Holsatiam dereliqvit, ut asseruit. Sed perdentur omnes qvi loqvuntur mendacium.

§ Circa idem tempus apparuit cometes magnus per mensem Januarium, dirigens comam versus Zephyrum, qvem alii perticam, alii ascon dicunt. Hic miro modo mortales affecit præsertim in Francia in Burgundia & circa Rhenum, dehinc fere per totam Europam, in fame, peste & bellis.

§ Istis diebus, Luneburgenses adinventionibus studiosi, invenerunt ut omnes qvi habebant apud

apud eos dominium unius sartaginis, vel plurium, contribuerent pro sartagine nongentas marcas, aut annue tot marcarum darent consulatui redditus, scil. pro centum marcis, qvatuor, & statim perciperet omnem fructum sartaginis in perpetuum, qvod confirmaverunt juramento, & qvod omnes assumendi in consules essent, hujusmodi juraturi, nec de cetero consulatus violenter acciperet de qvolibet sartagine sexaginta marcarum, sicut consveverat, sed totum cederet possessori. Tali ergo ingenio subtili plures redemerunt sartagines suos, & vulpecula cautelose domunculam daxi sive Melote intravit, qvam non effodit. Insuper ipsi Luneburgenses in jejunio, in exemplum corruptionis principum erexerunt magnum & dissvetum thelon, sive vectigal de omnibus bonis ibi venditis, aut traductis, auctoritate Imperatoria, sed Ephemera piscis modico tempore vixit.

§ Eadem æstate miserunt Lubicen. multa pretiosa bona, in certis navibus per mare Balticum in Flandriam, jungentes eisdem bonis tres alias naves civitatis defensorias, multum egregias, sed in partibus occidentis, id est, in der Welinghe, traditorie & neqviter perierunt & combustæ sunt, navium ministris existentibus in terris ad se inebriandum, per Anglos clam cum populo multo. Duas igitur secum duxerunt in Angliam, sed tertiam, scil. Mariæ Draconem, qvia magna & difficulter mobilis erat, incenderunt, merces tamen in aliis navibus preciosæ, venditæ & distractæ sunt.

§ In proximo festo Pentecostes misit Imperator ardua scripta ad Lubek, ut tam spirituales qvam seculares pagarent decimam, ut fieret iter contra paganos, verbo, sed obsurduerunt, & nemo illi dabat, qvia scriptum est: Nolite sanctum dare canibus.

§ Item circa idem tempus erectum est novum vectigal in Grevesmolen, per dominum Ducem Magnopolensem Henricum, super bonis institorum, sed Lubicenses paulo post ab hujusmodi se eruerunt.

§ Eadem æstate incinerata est civitas Erfordia in magna parte, cum beatæ Mariæ virginis & sancti Severi Ecclesiis, damnose valde. Lantgravius qvidem Turingiæ exhæreditavit qvendam militem, nomine Abel Vicedom, iste conduxit XIV. incensores inter qvos principalis erat monachus ordinis sancti Benedicti, comprehensi enim sunt & horribiliter puniti, & necati prout merebantur, inqvisitio etiam facta est pro Abel, sed eminus ambulabat.

§ Anno eodem, circa nativitatis Mariæ venit Lubek, filia Imperatoris, ut dicebatur Constantinopolitani, cum eqvis & curribus jam desponsata Regi Moschaviæ, nec patebat ei iter securum per Ungariam & Poloniam, honores & propinæ factæ sunt ei, sed dum in regnum venit, immemor fuit omnis beneficii impensi, nam animavit Regem contra totam Livoniam & Kopmannum, cauta, ingeniosa & arguta fuit, sed colore fusco, navigio ivit Revaliam, deinde itinere Torpatum in cujus confinibus exceperunt eam honorifice Rutheni.

§ Anno eodem, circa nativitatis Mariæ Frisones clam vocaverunt Comitem Gherardum de Oldenburg, ut, si veniret Husem fieret dominus terræ, venit ergo cum armis & populo, navigio, & domibus ædificatis de magnis truncis, sed in fine victoria non est potius, qvia venit Rex sine mora, & petitis auxiliis à Duce Magnopolensi, & civitatibus Lubek & Hamburg, expulsus est Gherardus, & nocte clanculo recessit, hujus vero mali autores, fecit Rex qvosdam 257.
rotari, qvosdam decapitari, & qvosdam deplumavit.

§ Anno domini 1473. circumcisionis Domini fuerunt maximæ nives longo tempore. Eodem tempore orta est dissensio Lubicensium & Hamburgensium contra Luneburgen. ex parte vectigalis erecti, pro qvo dabant Imperatori decem millia florenorum, & Alberto Marchioni de Brandenburg, qvinqve millia florenorum. Rex etiam Daciæ vetavit sal Luneburgensium vendendum in regno suo. Hoc audito, Luneburgen. sua miserunt musicalia in saccum, & cessavit tempestas vectigalis.

§ Anno eodem circa festum Pentecostes, Burgundionum Carolus fecit multas strages in terra Ghelrye, in Zutvelde, Nymweghen & Vynlo.

§ Eodem tempore Paulus Beneke de Prussia accepit pretiosam navem sive triremem, id est, eine Galleen, ante portum Swen, eo qvod visitare voluit Anglos. Nemo ergo voluit hujusmodi navem intromittere, nisi Stadenses, qvo bona ista sunt pro leviori precio distracta, in fine principalis ejusdem navis aufugit, qvia callidus Lombardus fuit. De post omnes sunt excommunicati, qvi hujusmodi pretiosos pannos & alia nobilia de navi emerunt, licet hoc fieri civitates sub magna prohibuerunt pœnæ, sed Evæ pomum est interdictum, & tamen ab ea comestum, in mala hora.

§ Anno eodem civitates maritimæ & Pruteni habebant diætam in Trajecto circa festum Pentecostes cum Anglis, & facta est pax cum Rege Franciæ, deinde cum Anglis.

§ Item eadem æstate Elerus Stake vasallus Holsaticus, est coram Lubeke propter deprædationem in sua juventute factam, decapitatus, & sepultus apud prædicatores in urbis circuitu.

§ Anno eodem ante Michaelis, Imperator Fredericus III. & Burgundionum Dux Carolus, convenerunt in Treveri, valde preciose cum multis principibus & militaribus, feceruntqve moram ibidem qvasi uno mense. Dux Carolus, postqvam usurpavit Ghelriam, ab Imperatore Frederico petiit sibi dari territorium Ghelrense, qvod habuit pignori ab antiqvo Duce Ghelrensi, vixit enim adhuc hæres ejusdem patriæ junior. Ergo Carolus captiose petiit, nihilominus obtinuit intentum. Petiit etiam coronari in Regem, qvod qvidem non obtinuit, sed clanculo facta sunt inter eos sponsalia, inter filium Imperatoris Maximilianum, & filiam Caroli, qvod & effectum consecutum est, forsan in detrimentum civitatum, in fine tamen discesserunt cum displicentia, qvantum ad oculum vulgi.

§ Anno eodem post Andreæ, obiit pacificus & illustris Dominus, Dux Henricus de Brunswik, postqvam præfuit terræ suæ plusqvam XL. annis in pace & mansvetudine, cujus opes stabant in ovibus & bobus: Ecce alter Jacob, post cujus mortem, electus est frater ejus Wilhelmus, secundum qvod idem Dux optavit in lecto ægritudinis suæ. Si tales foveret terra principes, cuprum verteretur in aurum, & non aurum in scoriam, & vinum in aqvam, Isaiæ cap. I. sicut modo claret. Ideo veritate stante sacræ scripturæ, vix pauci inter mille salvabuntur.

§ Anno domini 1474. post trium Regum Christiernus Rex Daciæ, & Dux de Lovenburg ascenderunt curiam Romanam, ad Papam videndum, sic mutaverunt cœlum, qvantum ad corporum eorum motum, sed non corda, qvia surgit Lazarus jam consvetudine fœtidus, non nisi cum Christi magno clamore. Johannis XI. cap. veneruntigitur ad Imperatorem Fredericum III. Regem Daciæ oppido venerantem, obtinuitqve Rex ab eo dominium Ditmarciæ, & ut Ditmarcia, Holsatia, & Stormaria, esset ducatus unus ipsius ejusdem Regis, & iterum concessit illi nova locanda vectigalia super bonis Kopmanni in districtu Regis, non obstantibus aliqvibus privilegiis Lubicensium, Hamburgen. sive Luneburgen. Alberto Marchione existente in causa, & in fine civitates divortiarentur & humiliarentur. Nunqvam tamen hujusmodi usus est, nec Ditmartici eum pro domino recognoscere voluerunt: Inde vene-
258. runt ad Ducem Mediolanum, cum multo honore, dehinc ad Urbem, honore cum maximo, & Papa Sixtus IV. solvit ejus expensas in curia. Manebat enim in palatio Imperatoris in urbe, deditqve illi Papa donaria multa pretiosa, rosamqve conservavit illi, qvam lætare impartiri consvevit. Fuit enim Romanis maximæ reverentiæ, qvia sciverunt eum esse Regem Gothorum, sive Gethorum, qvi jam & Sveci sunt, à qvibus olim urbs devicta est, anno scil. domini CCCLXXVIII. Sed jam Zinkesees, vix æqvivalent troje dues. Descendendo ergo rediit ad Albertum Marchionem apud Francones, conversando ibiqve usqve Jacobi. Ultra etiam omnia donativa concessit mutuo magnam pecuniam in Mediolano, qvam postea legatis post eum missis, non ridendo solvit.

§ Eodem anno ad qvindenam post Circumcisionis, facta est diæta inter civitates & Anglos in Trajecto, & sigillatum est iterum civitatibus à Rege Anglorum, ut institores Angliam libere suis cum mercibus peterent obtentis novis privilegiis cum veteribus: Rex namqve iste virtuosus fuit & dilector æqvitatis.

§ Anno eodem post Paschalia, decapitabatur vasallus qvidam ante Luneburg, Ludolphus de Bodendik vespilio, cum servo suo Hasenbalch, captivati primum ab illis de Ultzen: Multa etenim mala fecerunt in via regia.

§ Eodem anno post Pentecostes confœderati sunt Henricus Episcopus Bremensis, Lubicenses, Hammaburgen. & Monasterienses, contra Comitem Gherardum de Oldenborch, tali pacto, ut fœdus non rumperetur, nisi Gherardus satisfaceret unicuiqve de damno passo, & indixerunt sibi bellum, una cum Frisonibus, & terram ejus intrantes, multa ardua fecerunt, castrum unum novum super Wesera constructum, solo æqvarunt, & ibidem XL. captivarunt. Item aliud fortalitium nomine Herpstede, Lubicenses magna vi intrantes, ibidem custodias habentes devicerunt, Tandem Oldenborch obsessum & oppugnatum est XIV. diebus. His visis rogabant Episcopum, comes de Tekelenborch, comes de Hoya, Episcopus Osnaburgensis, Episcopus Verdensis, ne funditus Gherardum evelleret, ipsi enim pro eo fidem essent daturi, qvod ad diætam esset venturus in Wildershusen ipso die Egidii. Episcopus vero eis condescendit, sed in diæta omnibus comparentibus, Gherardus, vulpina simplicitate refartus, minime comparuit, qvia satisfacere noluit, protelata est igitur diæta usqve Walburgis, sed Gherardus idem permansit, & mala continuavit.

§ An-

§ Anno eodem altera die Panthaleonis Carolus Dux Burgundiæ obsedit Nussiam civitatem trans Rhenum, infra Coloniam, sive Agrippinam ad v. milliaria, sibi in mala hora. Nec devicit eam, licet parva fuerit, qvia Deus cœli ei astitit, ita ut Dux miraretur, qvia terra, aqvisqve eam obsedit durissime, sed cum multa jactura totius populi sui. Qvando tamen & multum gaudiose visitarunt eum Rex Daciæ, reversus ab urbe Romana Fredericus de Brunswik, Magnus de Mekelenburg, Johannes de Lovenborch Duces, & Comes de Reppyn, una cum Gherardo præfato, sperantes qvod omnes civitates idem Carolus esset eradicaturus, sed pluribus expensis passis, qvidam eorum, hospite non salutato, cum mœrore recesserunt. Occupavitqve eodem tempore, ipse Carolus idem, castrum Lyns in oris Rheni supra Coloniam, in finem ut Colonienses extenuaret, sed castro occupato parum profecit. Tandem Imperator imploratus à Coloniensibus, qvasi eos defensurus, Coloniæ approximavit, cum suis principibus & civitatibus anno videlicet 1477. inter qvos erant sexcenti viri de Lubek bene expediti, & Imperatori bene visi, sed Carolus Alberto Marchioni, & Imperatori, ostendit effigies qvasdam leoninas in certis florenorum monetis, & cessavit qvassatio. Unusqvisqve autem jussu Imperatoris ad propria remeavit, sed cum mœrore, qvia Carolum deglutivissent, si permissi fuissent Imperator, Legatus Papæ, Carolus, Dux Saxoniæ Albertus, & Marchio de Brandenborch Albertus, luserunt sub pileo, sed fumus inter Machabeos factum rei declarabat.

§ Anno domini 1477. hospite non salutato Comes Gherardus reversus de Colonia, maceratus usqve ad costas, prædam abstulit Frisonibus ad tempus, at ipsi iter strictum, ubi erant ipsi ribaldi exituri cum præda, observantes, occiderunt abigeos istos ducentos qvinqvaginta, reliqvi qvoqve evaserunt nisu valido, qvod Gherardo displicuit, postea ædificatum fortalitium ad Weseram per eum, ne Bremenses mare intrarent, Bremenses destruxerunt, & xxv. neqvam ibidem repertos, ad cœlos mittentes decapitarunt. 259.

§ Eodem tempore multa bella gesta sunt in superiori Burgundia per Svevos, contra Carolum, Burgundionum ducem, & suos.

§ Eodem anno Papa Sixtus qvartus instituit celebrari jubileum de anno xxv. in xxv. ut omnis hujusmodi gratiam ætas mereretur, prout Paulus, suus prædecessor æris dilector, concepit.

§ Item Judæi qvi Tridenti degebant, furtim qvodam puero Christiano arrepto, cui nomen Symoni VIII. Kalend. Aprilis, qvi dies Christi passionis fuit, in eo omnia passionis mysteria operati sunt. Qvo divinitus cognito, iidem Judæi variis suppliciis necati sunt, ut bene meriti. Corpori vero ipsi pueri, ob maxima, incredibiliaqve miracula, basilica erecta est.

§ Anno domini 1476. continuata sunt bella in Burgundia superiori, & rediit Dux Lotoringiæ de Rege Franciæ, videns Carolum Burgundum fere terram suam occupasse, & devicisse in diebus pacis & amicitiæ, fœdus iniit cum Svevis, & vicissim multa ardua egerunt fere toto anno, cæsusqve est utrobiqve populus innumerus, ubiqve terrarum confluens.

§ Eodem tempore qvidam ribaldus nomine Blikwedel, servus Lubicensium, ab eis rationabiliter à servitio emancipatus, & licentiatus, cœpit deprædari inter Lubek & Hamburg. Vidensqve deos sibi favore non esse, post multa ut fumus evanuit, postqvam in Zegeberch per præfectum castri in vinculis conjectus fuit, & inde satis obliqve dimissus contra velle Lubicensium extitit, Regina existente in causa, qvæ dixit illi fidem conservationis corporalis, ut dicebatur. Sed primas sub scamno, non dormivit sine damno: beatus qvi gerit in humeris sanctum Dativum, misit consulatus Lubicensis ad eum judicandum cum suis complicibus, scriptorem judicii inferioris cum bedellis, sed passeres in donato volaverunt in antiqvam sylvam.

§ Eodem anno Petrus Bentze, præfectus domini Ducis Johannis de Lovenborch, captivus ductus in Lubek, in bedolia est examinatus usqve ad mortem exclusive, & sepultus in cœmiterio beatæ Virginis, qvia plures pauperes Lubicenses occidit in vinculis in Lovenborch & sic incidit in lacum qvem tetendit.

§ Eodem anno, circa Pentecostes, fuit diæta majoris partis Hansæ in Lubek, cum Coloniensibus, qvi ejecti fuerant de Hansa, propter damna civitatibus illata per eos in Lunden in Anglia, sed recompensare damnum in mandatis non habebant, ideo ad aliam diætam compromittebant, sed hoc tantum propter tempus redimere, proxime tamen post, restituti sunt ad Hansam, ob rogatum Cæsaris & Episcopi Treverensis.

§ Eodem anno Joachim Moltzaen vasallus de terra Bardensi, captivus ductus à Duce Magnopolensi Magno, ex levi causa, explumatus est à Duce fere ad mille & octingentas marcas.

cas. Postea idem Magnus duxit in uxorem, filiam Erici Ducis Pomeraniæ. Instantibus ergo nuptiis in Stettyn, promisit Magnus clenodia circa sex millia marcarum. Venit igitur idem vasallus cum suis, & tulit omnia, qvod distorte sonuit in auribus Magni præfati. Sic obesse potuit, qvi tamen Duci parum aut nihil valuit.

§ Eodem anno Henricus Episcopus Monasteriensis, & provisor Ecclesiæ Bremensis, populose intravit Amerland terram Comitis Gherardi de Oldenborch, & ad vota sua successit. sed in exitu Bremenses, qvi tunc cum eo erant, non sibi obtemperantes, sed proprio capiti innitentes, iverunt cum præda, per qvoddam cespitorium, & ibi per eos qvos spoliaverant,
260. plures trucidati sunt, alii captivi ducti sunt in Delmenhorst, & maxime exactionati.

§ Eodem anno incendio perierunt fere omnia tuguria Kopmannorum Lubicensium in Bergis cum strumulis pictillis ceterisqve piscibus infinitis, non sine luctu Kopmanni, qvodam Kopmanno existente in causa, dicto Hans Calveswynkel, cultore Cereris & Bachi, & sui juvenes incinerati sunt.

§ Eodem anno cessavit Luneburgensium vectigal novum, de qvo supra metu diffedationis aliarum civitatum, ventus qvoqve validus Subsolanus vehemensqve, Frisones, Merschmannos, navesqve innumeras confregit, terrisqve impulit.

§ Hoc anno in Moravia, id est, Meerland repertus est qvidam Heremita, totus hypocrita, nam clanculo occidit, & fœminas oppressit, singulis tamen diebus virginem Mariam devote salutavit, tandem in campis unam villanam virginem opprimere voluit, qvæ dum constanter clamavit, ô Maria adjuva me, erubuit ipse, ac eam dimisit, accepta sponsione ne cuiqvam hujusmodi diceret, sed illa minime tacuit, ideo ipse apprehensus, ad ignem judicatus est, qvi dum tertio in ignem projiceretur, semper de igne excussus est, qvia sæpe clamavit, ô Maria miserere mei, cunctis audientibus clamorem suum, tandem ob tantam gratiam dimissus est, cum pœna proscriptionis, ne scilicet in ista patria unqvam compareret, speratur qvod emendatus sit, ex gratia beatæ Mariæ virginis.

§ Eodem anno multa mala fecit, expugnando Carolus Burgundionum Dux in partibus Lotharingiæ, fine finali victus cecidit, anno LXVII. trium Regum, percussus à rusticis.

§ Item Johannes de Monte regio, summus sui temporis Astronomus, à Matthia Rege Pannoniæ à regno pellitur ob scientiam suam, venit igitur in Nurenbergam, & ibi bene visus & contentus post VII. annos mortuus est ibidem, cujus nunc Almanach distrahuntur per mundum.

§ Item Venetiis, Petrus Mocenicus Dux moritur, in cujus locum Andreas Vendrammynnus sufficitur.

§ Item circa natalis Christi obiit Comes Patatinus, frater Roberti Episcopi Colonien. qvem tamen qvidam recusabant sibi pro Episcopo qvasi perjurum, & per conseqvens indignum.

§ Eodem anno occisus est Dux Mediolanen. Philippus, sive Galeacius Maria in templo & festo sancti Stephani Prothomartyris, eo qvod detinuit in usum lubricum cujusdam civis nobilis uxorem, & ab eo rogatus & correptus, non cessavit.

§ Eodem anno, Rex Ungariæ triumpho magno & notabili potitus est de Turcarum Imperatore, & multis occisis, obtinuit famosam Turciæ civitatem Mosan.

§ Anno domini 1477. civitas Stolpe in Pomerania est incinerata, similiter & Heerneborch, prope Lubek.

§ Eodem anno Rex Angliæ videns audaciam & triumphum Svevorum contra Carolum, iniit fœdus cum eis sex annis.

§ Item hoc eodem anno Svevi destruxerunt Reymund castrum & civitatem, totumqve comitatum, eo qvod Comes hujus patriæ, fame XII. Svevos interemit, qvorum corpora postmodum in campum sine honore duxit. Et in tota Italia maxima caristia fuit, tonitrua, fulgura & grandines, ex certa Dei vindicta, qvia qvidam eorum juverunt Carolum, mittentes sibi multa preciosa in caballis, qvæ tamen captiose omnia Svevi tulerunt.

§ Eodem anno, Rex Franciæ bellabat contra Flandrenses, Carolo mortuo, cupiens sibi subjicere ea qvæ prius de ditione erant Regis Franciæ, renitebantur Flandrenses cum Duce Geldriæ, sed profugi facti sunt, & Dux ex certa Dei vindicta ibidem occisus est, eo qvod proprium patrem captivum tenuit.

§ Eodem tempore pessime stabat Imperator cum Rege Ungariæ, & vicissim multa mala egerunt, & hoc in civitatum suppressionem.

§ Eodem tempore judicio ignis qvinqve ribaldi judicati sunt in Hamburg, eo qvod fecerunt
261. argentum sophisticatum, & cum eis una vetula, qvæ docuit juvenculas viris contra phas condormire, qvam dicimus ruffianam maledictam.

§ Cir-

§ Circa idem tempus consummata est porta nova Holsatorum ante Lubek, ut discretio consulatus provideret etiam nondum natis.

§ Eodem tempore, agger sive vallum congestum est ante Lubek ad occidentem, & lapsu temporis firmatum est fortalitiis. Fuerunt ista duo opera, civitati valde proficua.

§ Eodem tempore fecerunt Hamburgenses vallum ad civitatis plagam orientalem.

§ Eodem anno incinerata sunt Travemundis novem vigenæ ædificiorum, cum ejulatu magno incolarum. Similiter & in Odeslo multa ædificia ignis consumpsit. Ignis enim non dicit sufficit, per combustibilium appositionem.

§ Eodem tempore cessavit vectigal grave Regis Daciæ, qvi desideravit à qvalibet lasta cerevisiæ, mediam unciam argenti, sed civitates maritimæ, post multa placita cessarunt. Sveci etiam eodem tunc licentiarunt à Rege Christierno, dicentes in eadem diæta Koppenhavis, non velle amplius Regi obligari in homagio præstito, qvia sigilla sua propria irritaret.

§ Eodem anno circa Iserenloo, in qvodam antro cujusdam alti montis, inventa sunt maxima ossa, & capita draconum, per qvosdam venatores, qvos vulpes fugiens direxit ad antrum, maximo lapide clausum.

§ Eodem anno filius Imperatoris Frederici, III. hominis inermis, Maximilianus nomine, venit Gandavum, ducens Mariam in uxorem, filiam Caroli Ducis Burgundionum, qvi Carolus jam occisus fuit à Svevis circa Nansi civitatem Lotharingiæ, eadem hyeme trium Regum ut memoratum est, & sic elucidata extitit res, versa inter Imperatorem & Carolum, qvi ad oculum vulgi cum indignatione discesserunt, temporibus retroactis, circa Rhenum, licet sese dilexerant.

§ Eodem anno, qvidam furunculi, qvendam occiderunt proconsulem Colonien. cum sua conthorali in lecto proprio, auferentes aurum & argentum, nec inventi sunt.

§ Eodem anno, monachi ordinis minorum bacchinalia celebrantes, occiderunt guardianum proprium in Stockesholmis in medio noctis, sæpe increpantem qvod nimis studiose Bacchum colerent, dum matutinum intrare deberent.

§ Eodem anno Rex Muscaviæ, invitatos fere omnes majores natu Nougardiæ coram Nougardia, cautelose captivavit, & in Muscaviam compeditos perduxit, & civitatem Nougardiam occupavit, & potentiores Kopmannos fere infinito auro & argento explumavit, suosqve præfectos, Slavos & miseros effecit.

§ Eodem etiam anno Imperator & Rex Ungariæ pacificati sunt ad faciem vulgi, sed funem non diu pacis factæ servarunt. Rex Ungariæ natus non fuit de sanguine regio, licet militari, sed Imperator dedit sibi Ungariam, pro sola sua persona, sed immemor forsan promissi, Rex duxit filiam Regis Neapolitani in uxorem, & possedit ut jure hæreditario regnum, ex qvo magna valde fecit pro Christianis contra Turcum, & nec Papa nec Imperator sibi qvicqvam recompensarunt, ideò merito sibi bene visum est, Imperatori non bene debere servare promissa. Cum tamen Papa & Imperator multa sibi promiserant, victoriositatem ob suam contra Turcam, videlicet regnum Bohemiæ, alia qvoqve multa.

§ Anno domini 1478. inter illos qvi salinam gubernabant in Halla & communitatem, exorta est controversia magna, ita ut communitate conscia, Dux Saxoniæ & Marchio Misznen. intrarent, & civitatem occupando & usurpando, mittentes eosdem salinæ magistratus in custodiam, namqve cœca noverca totius pacis, discordia, natum nunqvam felicem producit in orbem. Caveant ergo sibi civitates ab hujusmodi superbia & dissentione, qvia Accon, Leodium, Zutfeldia, Halla & qvam plurimæ tales, per talismodi ancillantur, & more ince- 262.
dunt ancillarum usqve in præsens, concordia enim nutrit amorem.

§ Eodem anno Rupertus Comes Palatinus & Episcopus Coloniensis, noluit servare promissa Ecclesiæ Coloniensi, ideo captivum eum duxit Comes, sive Lantgravius Hermannus, dehinc in Colonia Episcopatus, merito autem passus est idem Rupertus, qvia ejus medio intravit hostiliter Carolus Burgundiæ Dux diœcesim Colonien. ubi multa commisit enormia, scil. ante Nuszciam, in Zutveldia & Nymwegia, & sic de aliis ut dictum est.

§ Eodem anno, Joannes Dux de Lovenburch, cepit qvendam Danum militarem & qvendam monachum de ordine prædicatorum circa Albeam suo in districtu, volentes ire ad urbem Romanam pro peccatis, qværitur ergo utrum Dux sit excommunicatus. Etiam qvia Simonem Lentzeman clericum, vicariorum Ecclesiarum Lubicensium executorem, in vinculis, justissima in causa vicariorum, contra Deum & justitiam occidit, & ut bestiam in rheda ad sepulturam duci consensit.

§ Eodem anno, Florentiæ sub summa missa, agnus Dei personante sacro choro, Franciscus de Patzem, famosus Florentinus, occidit virum optimum in Ecclesia sancti Liberti, Julia-

num de Medicis, omnium Florentinorum præstantiorem, cujus frater nomine Laurentius vir toti orbi in optimis notus, vix evasit, armarium subintrans. Fuit enim eodem tunc Florentiis Archiepiscopus Pisanus, cor suum nephandum, pelle ovina occulens, qvi multos ordinavit armatos Florentias intraturos, in completionem tradimenti contra Florentinos, sed illi procrastinantes non venerunt, ideo idem Episcopus ibidem per Florentinos motu repentino sufflatos suspensus interiit. Unde Papa Sixtus IV. indignatus, Florentinos luere fecit, sed bella post multa res sopita est, multo cum gravamine ipsorum Florentinorum, qvi licet justi erant in causa, peccaverunt tamen in modo præcipites nimis.

§ Eodem anno Johannes Christierni Regis Daciæ filius, & post patris mortem, Rex Daciæ factus duxit in uxorem, Catharinam, filiam Ernesti, Ducis Saxoniæ, & Electoris Imperii Lantgraviiqve Thuringiæ, circa nativitatis Mariæ, qvam Albertus, frater præfati Ernesti cum plurimis principibus, una cum Episcopo Merseburgensi & militibus non modicis XXVI. curribus & eqvitibus variis, per Rostok duxit in Daciam. Et altera die Lucæ, die Lunæ revertens, in Lubec famosam tenuit curiam diebus aliqvantulis, hastiludens in foro, & ipso die Ursulæ in propria persona in superiori prætorio, vespere hora VIII. qvod qvasi inauditum fuit, eqvestre hastiludendo alium nobilem prostravit. Lubicenses gloriose tractabant eum, satis tamen immemorem, cum ad proprios lares remearet. Altera die qvæ fuit Veneris, recessit cum CCCLX. eqvitibus, per Magnopolem & terram Prignitze repatrians.

§ Eodem anno Archiepisc. Rigens. Paulus, post multas injurias passas, captus est à Magistro ordinis Bernhardo de Borch, & custodiæ deputatus, postqvam jam diu interdictum servatum fuit in diœcesi, ob innumera ordinis mala, atqve spolia in Ecclesiam Rigen. facta, cum jam diu causa pependisset in urbe Romana, & lapsu temporis ferme tota diœcesis destructa est.

§ Assambetus Hosson, Cassanus qvoqve, Rex Parthiæ, Persiæ, Mediæ, Mesopotamiæ, Armeniæ, &c. obiit, cujus filius major, aliis fratribus interfectis regna patris suscepit. Veneti qvoqve, postqvam annis XVI. Turcæ renitebantur, videntes ejus audaciam atqve fortunam, fœdus cum eo inierunt Nonas April. qvod valde displicuit Papæ Sixto IX. Matthiæ Regi Ungariæ, Regiqve Neopolitano Ferdinando, patri Reginæ Ungariæ. Andreas qvoqve Venetiarum Dux, senio confectus, nonis Maij moritur. Cui XV. Kalend. Junij, Johannes Mocenicus successit. Sixtus vero Papa Florentinis aqvam & ignem interdicit, qvibus indies per Regem Neopolitanum & Comitem Hieronymum Papæ nepotem bella aptantur. Locustæ etiam per Italiam vagatæ, Brixiæ agrum oppido devastarunt: Maxi-
263. ma autem lues per totam Italiam vagata est, adeo ut Venetiis, ultra XXX. millia hominum perierunt, & plura alia ibi sunt facta.

§ Anno domini 1479. Maumeto Turcarum Asiæqve minoris Imperatori, per omnia ad vota successit, Pannoniam, Hungariæ partem permaxime rapinis & spoliis rerum & hominum vexavit. Obsedit qvoqve castrum sancti Petri, qvod in Licia Rhodiani possident, sed cum confusione propulsus est.

§ Eodem annno cives Eenbekcenses, semper in armis valentes, misere prostrati sunt, insidiis malitiosis, à Henrico Lantgravio de Hassia, domini Ducis Wilhelmi filio, & Comite de Staelberge, Comite qvoqve de Hoensteen, atqve Comite de Glichen.

§ Rex qvoqve Franciæ Ludowicus, bellans contra Maximilianum Burgundiæ Ducem, perdidit de suis circa VII. millia, Maximilianus licet victor, duo millia virorum statim ad cœlos misit, si tamen Sathanas non obstitit.

§ Eodem anno, Matthias Rex Ungariæ pugnans contra Maumetem Turcarum Imperatorem occidit plusqvam XL. millia Turcarum, qvos Mahometus ilico in sinum Abrahæ destinavit, putas videbo? Matthias verò perdidit circa XV. millia, qvorum pars maxima cœlis est illata, qvia pro fide & patria pugnabant.

§ Eodem anno Rutheni Nougardenses multa mala commiserunt in partibus Livoniæ, fœminas privantes uberibus, & viros exenterantes, infantes palis sæpium infigentes, qvosdam in fornaces æstuantes mittentes, sed non longe post, Sveci de Wiborg intrantes Rusiam, æqvali lance plura solverunt.

§ Maumetes qvoqve classem in Apuliam misit, unde plurimos homines, agris vastatis jumentaqve abegit.

§ Eodem anno Bernardus Granensis Archiepiscopus videns qvod Matthias Ungariæ Rex duxit uxorem, filiam Ferdinandi Regis Neapolitani, contra promissum Imperatori Frederico Tertio factum, ut supra dictum est anno 1477. cum multo thesauro, ac corona, qva Pannoniæ

noniæ Reges coronantur, in Germaniam aufugit. Ideo Matthias Imperatori bellum movit, sed nemo illi qvid restituit, immensus enim thesaurus fuit.

§ Maumetes etiam Turcarum Imperator ingenti classe, scil. octogintasex triremibus sive galeydis, maximaqve bellatorum vi Rhodum petens, nec qvicqvam III. menses ibi moratus egit, tamen post multas castri, qvod est in oriente, & civitatis, ecclesiæqve sancti Anthonii impugnationes, partem sui exercitus majorem amisit. Cœlitus enim Christi edocti ministri, pugnantes sine intermedio, maledictis Turcis fuere miraculo atqve terrori maximo, vide infra anno proximo de indulgentiis desuper ad has partes inferiores datis. Passus est igitur Turca in isto bello jacturam XI. millium virorum & amplius.

§ Eodem anno, in monasterio placitis servatis, concordati & pacificati sunt civitates Sclavicæ, cum Hollandrinis de Amsterdam, & aliis civitatibus ibidem, propter multa damna qvæ Hollandrini contra fas eis intulerunt: Initum est ergo fœdus & treugarum iter ad 24. annos, ut vicissim pacifice merces suas distraherent, qvod Maximilianus sigillavit, roborans per omnem suum districtum, incipiendo treugas anno domini 1480. Philippi & Jacobi. Sine commutatione & mercium permutatione atqve commercio, regna & civitates stare diu jucunde non possunt.

§ Anno domini 1480. Bernhardus de urbe Magister ordinis in Livonia intravit populose licet supervacue Russiam, tentoria sua expandens ante Plescow, instinctu patrui sui, multis malis imbuti, Simonis de Borch Episcopi Revalien. qvi non notavit Ruthenos, sed episcopatum Tarpatensem, voluit enim esse universalis Episcopus totius Livoniæ, postqvam multa mala egit in Ecclesia Hildensemensi, missus est à diabolo in Livoniam. Sveci etiam intraverunt Russiam ad 24. milliaria incendentes, depopulantes, & occidentes.

§ Eodem tempore est pax firmata inter Papam Sixtum IV. & Florentinos, similiter qvod & Veneti trium mensium spacio fœdus revocarent, qvod cum Turca fecerant, sub interminatione populi, & convocatione ceterorum contra eos Christi fidelium.

§ Eodem anno, præsentibus civitatibus in Rendisborg, ostendit Rex Daciæ Christiernus 264.
Ditmerticis infeudationem sibi factam totius Ditmertiæ ab Imperatore, qvi responderunt Imperatorem male informatum esse, qvia mortuo Comite ultimo illius patriæ sine hærede, dedit Fredericus primus eundem comitatum, & comitatum Stadensem, Hartwico Archiepiscopo Bremensi, & suis successoribus, & sic non essent sine domino, & per conseqvens Rex male narrasset, & in perpetuum ibi essent mansuri, ideo firmatum est negotium ad unum annum sub treugis, Rex tamen obiit, nec Ditmerciam intravit.

§ Eodem anno decapitarunt Hamburgen. XIV. piratas Comitis Gerardi, qvi ypallagice, semper dilector pacis fuit, postea idem Comes captivavit XXI. Kopmannos, à qvibus sexmillia florenorum infiscavit, & VII. terlingos panni violenter obtinuit.

§ Eodem anno, ante Kilonem, Rex Daciæ, civitatibus & militia patriæ præsentibus, strenue causavit contra qvendam militarem, Henningum Pogghewisch, qvi inhabitavit castrum parvum Tundern in comitatu à Rege, pro XXV. millibus marcarum, qvas ibidem inemit, eo qvod jussit cuidam colono abscidi nasum & aures, alios qvoqve capitari, eo qvod contribuere nolebant ad vota sua, cuidam etiam mulierculæ villanæ, filius Henningi prædicti Wulfardus nomine, abscidit ubera eo qvod noluit proprium filium abdicare, & filium suum lactare, dicens, nec tibi, nec mihi lactabis. Idem Henningus veniam petiit, & facere emendam spopondit, in qvibuscunqve deliqvit, etiam collo, sed gratiam non obtinuit, qvia Rex furiose comminando eqvum ascendit, & Bardisholm adiit. Ipse vero Henningus cum paucis bonis Ducem Albertum in Gustrow adiit, sperans aliqvando gratiam se accepturum interpositione principum, sed postqvam se donis explumavit, ibidem qvasi in exilio obiit. Rex vero omnia bona sua in Holsatia obtinuit, & possessionem suam delicatam valde, Verwe dictam, circa oppidum Oldenborg solo æqvavit, non tamen sine pœnitudine. Cum poteris qvod vis, probat virtus te tua qvid sis.

§ Eodem anno dejecit Rex Joachim Rantzouwen de castro Plone, qvia diversas exercuit violentias, post mortem Nicolai patris sui, nec pecuniam recepit qvam pater ejus Nicolaus in Plone inemit, qvando Rex Christiernus receptus est per Holsatos in dominum terræ.

§ Eodem anno Bartholomæi, Rex Christiernus præsente Episcopo Lubicensi Alberto & civitatibus, in Zegheberge habuit calculum & rationem cum suis nobilibus, suas urbes possidentibus & suis fidejussoribus, & inventum est qvod fœneratorie adauxerunt calculo Regis contra fas ducenta millia qvadragintaqvinqve millia marcarum, & dixit Rex: justum debitum certis terminis solvam, usuram vero nunqvam, & sic factum est, qvibusdam tamen modicum aut nihil solvit.

§ Eodem anno ante Michaelis, venit qvidam Johannes de Cardona Comes & præceptor ordinis ſancti Johannis Baptiſtæ in Rhodo, non tamen principalis, cum plenariis indulgentiis, qvas piisſime Papa Sixtus IV. diſtribuit, propter Turcam fere in tota Europa, nec Papa exſors hujus collectæ permanſit, & merito, qvia multos ſumptus fecit ut Rhodianis proficerent in ſalutem. Eſt enim Rhodus inſula per brachium maris à Licia, qvam inter ceteras terras, peſſimus Imperator Turcarum poſſidet, disjuncta, habens in ſuis oris multas alias inſulas, ſub Rhodianorum ditione locatas, & eſt Rhodus qvaſi clauſura & fortalitium totius Chriſtianitatis, diſtans ab Hieruſalem ducentis milliaribus Teutonicalibus, inter Aqvilonem & Subſolanum, vel paulo plus.

§ Item Comes Hieronymus nepos Papæ, Cerviam Venetorum oppidum proditione tentavit, poſtea Veneti ut Papam placarent, eum comitem cum præfato, ſibi ſocios reddidere. Judæi qvoqve Motam oppidum incolentes, qvod eſt in finibus agri Taurizani & Fori Julii,
265. haud disſimiliter, qvam annis ſuperioribus Tridenti egerant, puerum mactaverunt, qvorum tres Venetiis, atroci, ſed merito ſupplicio, concremabantur.

§ Eodem anno Matthias Pannoniæ Rex ingenti exercitu Miſiam, qvam nunc Walachiam dicunt, populoſe ingreſſus eſt, tamen nihil memoratu dignum fecit.

§ Eodem anno exercitus Maumeti, valida claſſe, multisqve hominum millibus Apuliam adiit, & ibi XVII. die Hydruntum expugnat, Epiſcopum qvoqve civitatis Stephanum provectæ ætatis commendabilem virum, apprehenſum in proceſsione, corpusqve Chriſti pro gratia Dei impetranda gerentem vivum excoriant, totum clerum & ſenes, caballis ſubpeditant, juvenes abducunt cum fœmellis innumeris, qvibus ad ſua vota uſi ſunt. Ideo Papa totis contremiſcens præcordiis, ſuis ſcriptis provocat omnes principes ſibi vicinos, ut propter viſcera miſericordiæ Dei, & conſideratione novisſimi judicii, contra Turcam exſurgant. Sed heu plumbea corpora ingentia, nunqvam aut difficulter moventur.

§ Eodem anno, Ludowicus, Gallorum, ſive Franciæ Rex, mittens ad Burgundiam armatos fere innumeros contra Maximilianum Ducem Burgundiæ, poſtqvam Doblenſes fere hominum Regis præfati necarunt circa XXX. millia, pluribus pecoribus misſis, Doblam ſolo fecit adæqvari. Matthias qvoqve Rex Ungariæ eodem tempore, multa memoratu optime digna geſſit contra Turcam, ut tandem Boſſinam, qvæ olim Pannonia inferior dicebatur, a Maumeto eriperet.

§ Anno eodem ſtatim ante Chriſti natalem, illi de Wildershuſen, qvoddam fortalitium Gerardi Comitis de Oldeborch dictum de Vleſchborch, obtinuerunt, & unam Eccleſiam, qvam ſoldati ejusdem Gerardi inhabitabant, prædium ſive fortalitium ſolo æqvabant, Eccleſiam autem cum multis neqvam incendebant, & ultra XL. metu ignis fugientes captivabant, nec propter hæc Gerardus ſe deviantem revocabat, ſimilis merito lupo inveterato,

§ Anno domini 1481. poſt Chriſti natalem Rex Scytharum, qvi & Muſcaviæ Rex, factis treugis cum Imperatore Tartarorum, populum innumerum miſit in Livoniam: Qvi ibi dictu horrenda in viros & fœminas facinora innumera commiſerunt, qvamplures viros & fœminas abduxerunt, etiam de ſanguine militari & forſan eorum exigentibus pactis qvia ferme omnes militares Livoniæ civitates deſtruere ibidem diſponebant.

§ Eodem anno Rex Muſcaviæ, conniventiam habens cum principibus Litaviæ, effecit ut Rex Poloniæ, homo virtuoſus, cum Regina & filiis una cum omnibus Chriſtianis de ritu Eccleſiæ Romanæ, clanculo per principes Litaviæ occiderentur. Sed concilium Achitofel Regi innotuit, & circa Michaelis plures, de Principibus fecit decapitari, cum eſſet eorum verus dominus ſemper Deum præ oculis habens, licet iſtud hominum genus, pluribus conſuevit implicari vitiis. Ideo nemo feliciter audeat diutius in curiis converſari principum. Nam Petrus Apoſtolus qvam cito venit in atrium principis, multipliciter peccavit. Matthæi XXVI.

§ Eadem æſtate ſpiritus exutus cujusdam civis Lubicenſis, honeſtæ converſationis in platea Brunſtrate dicta, ſæpevicibus apparuit relictæ ſuæ & domeſticis ſuis, deſiderans ab eis peregrinationes perfici, revelans qvod etiam piisſima eleemoſyna non prodeſt, niſi fiat de juſtis bonis, adjecit qvoqve, qvod multi teſtamentarii condemnabuntur pro mora & obliqvitate ſua. Relicta verò ejus vota ipſius cum multis implevit, ideo depoſt non comparuit.

§ Anno eodem Gregorii, qvidam Gripſwaldenſes in cœmiterio digne lapidabant Epiſcopum ſuum Caminenſem, qvi fuit eis intruſus per Papam. Fuit enim diebus priſcis legatus indulgentiarum in Daciam, Sveciam, & Holſatiam, & miro modo explumavit populum dominum, erat enim inſatiabilis vorago, ut dictum eſt ſupra. Baptiſabatur enim Marinus de Frageno Italus, & anhelavit ex Epiſcopatu ad Cardinalatum, eo qvod Papæ manus pecunia

nia indulgentiarum repleverat. Qvi dum urbem remearet Romanam acturus contra suam 266.
diœcesim, dum diutius esset litispendentia, die octava Julii cum mœrore spiritum in urbe efflavit; & Astaroth tenet eum. Fecit enim magnam sua in diœcesi partialitatem

§ Eodem tempore Archiepiscopus Rigen. misit literas excommunicationum per qvendam Lippoldum Præpositum Rigen. contra Bernhardum de Borch Magistrum ordinis in Livonia, & suos complices, qvi suis malitiis qvasi totam Ecclesiam Rigen. devastabant, & clericos cujuscunqve religionis propulsabant, Episcopum seniorem in custodia tenebant. Qvi qvidem Lippoldus dum diligentiam executionis perageret in Lubic, & aliis civitatibus, tandem in Prussia veneno extinctus est. Monachus enim perversus deficit præ omnibus deficientibus, & si proficit Monachus bonus, melior eo homo non est.

§ Eodem anno Ferdinandus Rex Siciliæ restituit omnia oppida Florentinis ablata, uno solo excepto, qvo ab his fœderibus staretur. Filius qvoqve ejus Alfonsus, multis prius acceptis cladibus, suis suorumqve copiis Hydruntum qvod tunc Turcæ occuparunt, valida obsidione cinxit.

§ Eodem anno v. Nonas Maji, Maumetes Græciæ Asiæqve minoris Imperator, dum in orientis expeditionem proficiscitur, post ingentia facinora, terra mariqve gesta, non sine veneni suspicione, in exercitu suo moritur, anno imperii Constantinopolitani XXVII. mense XI. die qvinto, ad cujus exeqvias tota concio gaudet infernalis. Post cujus mortem, cladibus non modicis peractis, Baizetus major natu filius ejus, fratre suo Zaliabo fugato, utrunqve imperium tam Constantinopolitanum, qvam Asiæ minoris obtinuit.

§ Istis diebus Matthias, Rex Pannoniæ, id est, Ungariæ, omne imperium Turcarum evicisset ex Danubio, si campiductor Friderici III. Imperatoris, eum non molestasset. Ideo oportuit eum redire, & se ab Imperatoris copiis defensare. O qvam subtiliter ignit diabolus per principium superbiam, dicebat tamen Imperator, hæc se ignorasse. Spoliatus est tamen Baizetus Imperator Turcarum, per prædictum Matthiam, & Stephanum Misiæ, id est, Walachiæ inferioris Episcopum, tota Misia superiori. Qvi dolens damno, Risanum oppidum è manibus Pannoniæ Regis istud eripuit.

§ Anno domini 1482. Aureus numerus, i. e. intervallum VII. cum V. diebus concurrentibus, litera dominicalis F. Ciclus indictionalis XV. Hujus anni tempore hyemis Rex Hungariæ & Bohemiæ diffedarunt principes Misnen. propter montem nivis, mineram argenti continentis.

§ Eodem tempore, in Februario treugas inierunt Rigen. cum ordine, postqvam vicissim in multis se expugnabant, turres, mœnia & ædificia bombardis & machinis dirimendo & conterendo, sed Ordo pacem non servavit.

§ Istis diebus cœlum valde extitit serenum, ita ut à septima Februarii, i. e. Esto mihi, usq; post Paschæ non plueret in his partibus, licet Palmarum modicum ningebat, ex qvo Misna gravi caristia est percussa, sed in partibus stagnalibus, postea freqventius pluit, ideo fertilis annus extitit, emebatur enim tonna butyri pro V. marcis, qvæ anno præterito valuit XI. aut XII. marcas, pestis enim maxima fuerat in armentis.

§ Eodem anno 14. Aprilis, ipsa dominica Qvasi modo geniti, obtinuit Archiepiscopus Bremen. fortalitium à comite Gerardo, dictum Westerborch, tribus occisis soldatis de suis.

§ Eodem anno, Dux Magnopolen. Magnus, nescio qvo spiritu ductus, usurpavit officium barbitonsorum, præscindens multorum capillos, qvod & sui attentare cum exteris volentes, sæpius sauciati, & aliqvando occisi sunt.

§ Eodem anno post initium Maij, obiit Episcopus Sverinen. N. de Pentze, claudicans, sed multa prudentia in temporalibus refulgens: Fuit enim de sangvine militari. In cujus locum in vigilia Visitationis electus est utriusqve Juris Doctor Conradus Losten, canonicus Lubicen. & Sverinen. qvi postea dominica Lætare consecratus est in Butzow. 267.

§ Eodem tempore 29. Aprilis facta est pax inter Maximilianum Ducem Burgundiæ & Episcopum Bremen.

§ Eodem tempore maxima fuit pestilentia in villanis Livoniæ, desolatis & exterminatis à Ruthenis, qvi fugientes ob inediam in Revaliam, obierunt singulis diebus L. aut LX. ut bestiæ desolatæ, non sine culpa Magistri ordinis Bernhardi de Borch.

§ Eodem anno XXI. Aprilis III. hebdomadis post Pascha, incipiebatur cancellaria Lubicen. antiqva destrui. Anno enim præterito aptabantur lapides cæsi pro fundamento postium & murorum.

§ In eodem jejunio captivarunt Bremen. XL. piratas comitis Gherardi qvi pacem eisdem promisit, sed minime servavit.

§ Eodem anno VII. Maij concordati sunt Dux Johannes de Lovenborch & Vicarii Lubicenses, qvem jam diu excommunicatum denunciarunt propter non solutionem certorum redditum de fortalitio Tremelsbuttel, in Holsatia.

§ Item XVII. Maij, hora VII, post prandium, die Veneris, fuit partialis solis Eclipsis, qvam æstimaverunt Astrologi significare mortalitatem, qvi tamen sæpius parcunt veritati. Unde dicit Policratus, & post eum Rhodoricus, Episc. Zamorens. in speculo humanæ vitæ c. XXXVIII. qvod ista ars est qvædam impietatis disciplina, qvia in contumeliam Creatoris Astrologi planetis & constellationibus actus humanos, ab arbitrio dependentes impingunt, cum tamen secundum Ptolomeum, eorum magistrum, sapiens dominetur astris. Unde qvidam illorum habent aliqvando uxores impudicas, qvi tamen non de suis uxoribus, sed de aliarum mulierum impudicitia conjectant. Pompeius, Crassus & Julius Cæsar, ab omnibus fere Mathematicis, i. e. Astrologis informati sunt, qvod claro fine in propria morerentur, ferro tamen omnes cæsi, duoqve ex his longissime ab Italia inhumati sunt, ferarumqve morsibus expositi. Sed heu ab eorum disciplina & prænosticis mens humana, futurorum avida, averti non vult, cum tamen sciat, qvod si aliqvo eventu veritati semel applaudant, centies mentiantur, ut latius declarat B. Gregor. in homilia super illo Matth. II. Cum natus esset Jesus in Bethlehem.

§ Eodem anno, cadens de caballo uxor Maximiliani Ducis Burgundiæ, & filia Caroli à Svevis occisi, cum esset id venatione moritur. Homo cum in honore esset, non intellexit, & non dedit gloriam Deo.

§ Eodem anno Christiernus Rex Daciæ spiritum ultimum in Koppenhavenis efflavit XXII. Maij. non cum mœrore multorum, fuit tamen naturaliter mansvetus & bonus, sed lupi sibi præcinuerunt, & ipse succinuit, & in ejus locum electus est Johannes filius ejus, tam in Dacia qvam in Holsatia, sed Holsati elegerunt cum eo fratrem suum, ultimo natum, Fredericum nomine, sibi in Comites & Duces.

§ Eodem anno circa Paschalia apprehensus & judicatus est qvidam archifur, ordine presbyter in Wismaria, qvi paulatim sibi vendicavit furando, ultra L. millia marcarum in his partibus stagnalibus. Hunc Johannes Perkentin Episcopus Raceburgen. vir ingenuus judicavit in Wismaria, & incarceravit in Schoneberch, & distributa sunt bona in manus testimonia sufficientia & intersigna exhibentium, de bonis sibi subtractis, non tamen omnes tales ad propria remeantes redibant, qvia assatura macra, de qva nil pingve resultat.

§ His diebus cepit caristia magna, ita ut modius siliginis pro VII. sz. emebatur, existentibus certis vasallis & Kopmannis avaris in causa, qvi omnem annonam harum partium sibi ementes, miserunt in Flandriam, qvo causa gverrarum & bellorum ingens caristia viguit, ita ut una lasta tritici emebatur pro centum marcis & amplius.

§ Eodem anno VI. Idus Augusti, Sixti, scil. Papæ, canes Ecclesiæ beatæ Virginis mordendo occiderunt tempore noctis puerum octennem, manentem in eadem Ecclesia dum ferabatur.

1268 § Eodem anno feria II. post Assumptionis, exiens Episc. Monasterien. depopulavit terram Gherardi de Oldenborg, dehinc post multa, Delmenhorst obsidetur ab eodem Episcopo, & fratre suo Guntero, provisore diœcesis, qvi & ibidem occisus est. Rursum die Fabiani & Sebastiani, Episcopus castrum ad sua vota obtinuit, & facta est pax stratæ regiæ, & nisi rogatus fuisset idem Episcopus à certis principibus, eundem Gherardum cum filiis simpliciter exterminasset.

§ Eodem tempore Calixti Trajecten. dura ab Hollandrinis obsidione premuntur, ideo post multa erumpentes de civitate, qvam plures occiderunt de hostibus suis.

§ Eodem tempore XI. millium martyrum profesto hora VII. Episcopus & provisor prædicti, oppidum Oldenborg vicerunt, & duo filii Gerardi & Jacobus filius Mauritii, erant ibidem in arce, sive castro. Postea interpositione principum, Gerardus dimisso filio suo eodem castro, intravit qvoddam monasterium ad inhabitandum, sed cum religiosis non est reformatus vir effrenis, qvia usus est altera natura adhuc, postea multum obliqvavit mari terraqve.

§ Istis diebus feria VI. ante Ægidii, dominus Wilhelmus de Arborch, captivato Episcopo Leodien. eum bestialiter gladio transfodit. Postea post multa bella, pulsus est patria per Maximilianum atqve Tungrenses & Ducem Araniæ, qvi matrimonio habuit sororem Episcopi Leodiensis, per eum occisi.

§ Eodem tempore, XIII. Augusti diætabant civitates cum Duce Magnopoli Magno, in Wismaria, ex parte Rostochcensium, qvi sine causa legitima, ad redimendum vexationes dabant

bant Duci, VII. millia marcarum & CCCC. marcas Sunden monetæ, qvia Magnus voluit eis mulctam imponere, qvam ſic redimebant, qvod tamen civibus Roſtochcen. diſplicuit.

§ Eodem anno, poſt Margaretæ, Wedigo Epiſc. Havelsbergen. & qvidam Wilhelmus miles in Tanghermundis, de commisſione Marchionis de Brandenborch adjutorio civitatum de antiqva Marchia ob freqventatam nimis deprædationem, humiliaverunt certos vaſallos in Prignitze, incendentes de eorum fortalitiis circa XV. à qvibuſdam vero tributum acceperunt, qvoſdam etiam decapitaverunt. Regna enim ſine juſtitia non ſunt regna, ſed qvædam latrocinii domuncula, ſecundum Auguſt. IV. de civitate.

§ Item Epiſcopus Magdeburgen. Dux Miſnen. natus, una cum Marchione reqviſivit de civitate & clero talliam, tamen minus juſte, adpellati ſunt civitates circum circa, inter qvos erant & Lubicen. ſed finis ibi inventus non fuit, qvia dum rogant dominum, denotant præcipe illi.

§ Eodem anno XII. Septemb, ablatæ ſunt vaccæ Molnen. qva de cauſa Luetzow, Coſmæ & Damiani tempore noctis capitur, & captivus ductus eſt in Lubic, & permanſit ibi fere per integrum annum. Dux Magnus ſe interpoſuit ſudoroſe, ſed non juviſſet, ſi annona iſtis diebus in urbe Lubicana fuiſſet, jam enim diffinitum fuit ut decollaretur, ſed ſtatim affuit Dux, non tamen cum damno ſuo, & protelata eſt res.

§ Eodem anno XXIV. Septemb. Albertus Dux in Guſtrow, frater Magni, cum ſexcentis viris tulit vaccas de villis Capituli Hamburgen. cum aliis bonis multis, conſcio Benedicto de Aleveld, qvem tunc idem Capitulum habebat excommunicatum. Idcirco eodem Capitulo ſæpevicibus gravia damna minus juſte intulit, proximo anno idem Albertus obiit in Suinancia, qvia easdem carnes vaccinas minus bene maſticatas deglutivit, & nemo audeat dicere qvod ſit idem excommunicatus.

§ Iſtis diebus viciſsim fortiter pugnabant Fredericus III. Imperator, & Matthias Rex Ungariæ, ſive Pannoniæ, nec vulgo notum fuit qvid directe intendebant.

§ Eodem anno conceptionis Mariæ diætabant Dux Johannes de Lovenborch, & civitates in Marienwold, & cœpit Dux ſuos excuſare vaſallos, qvaſi ignaros prædæ vaccarum ante Molne, metu enim dimiſerunt habitationes ſuas, ne tempore noctis excitarentur exemplo Lutzowen. Conſcius ipſe ſibi de ſe putat, &c.

§ Item altera die Simonis & Judæ diætabat Magnus, Dux Magnopolen. cum Lubicenſibus in Slukop, eo qvod Hartwicum Lutzouwen tempore noctis ſine præaviſamento tuliſſent. 269.
de prædio, & lecto ſuo, juxta privilegia Imperialia, qvæ tamen Duci eo tunc non fuerunt congrua, cucurrit enim communis populus miro modo in Slukop, non vocatus, iſto die. Poſtulabat enim Dux vinculatum Hartwicum, ſed minime obtinuit, diſceſſerunt ergo ab invicem ſub fœderis ambiguo.

§ Item, in octava Martini, erat diæta univerſalis patriæ & civitatum in Kilone, ad qvindenam protelata, & ibi electi ſunt in terræ dominos Johannes, filius Regis Chriſtierni cum fratre ſuo Frederico, ſalvis privilegiis ſigillandis, militiæ & civitatibus. Ibidem amicati ſunt, idem Johannes filius Regis, nondum Rex Daciæ electus, & filii Henninghi Pogghewiſchen, in finem ut certis terminis daret eis idem Johannes XXXI. millia marcarum una cum poſſeſſione Verwe, qvam acceperant. Sed ſubtili ingenio aurum extorqvetur à Barbaris. Cauſavit enim contra eos Rex depoſt, & recuſavit pecuniam dare.

§ Anno domini 1483. poſt Chriſti natalem, reconciliati ſunt, non ſine mœrore Regis Angliæ, Rex Franciæ, & Maximilianus, Dux Burgundiæ, qvi à die mortis Caroli, per Svevos occiſi, hoſtiles ſibi mutuo erant: qvia ignis avaritiæ non dicit ſufficit, & ſtatim diminuta eſt cariſtia hic & ibi. Fuiſſet enim qvinqvies auſterior, ſed annus LXXXII. fertilis valde fuit ut dictum eſt, & hoc ex mera gratia Dei, qvi ſemper & cum temptatione gratioſe facit proventum, juxta Apoſtolum ad Corinthios. Solvebatur enim in Lubek una tonna cereviſiæ Hamburgen. de cellario pro II. marcis & VIII. ſolidis Lubicenſibus, menſuratim tamen dabatur de cellario ſtopa pro ſolido, eo qvod conſulatus Lubicenſis jam priſcis annis ſine damno ducillavit in ſuis cellariis eandem cereviſiam.

§ Eodem anno feria IV. poſt Purificationis, interpoſitione Hamburgenſium & Luneburgenſium, facta eſt diæta in Wiſmaria inter Ducem Magnum & Lubicen. ſuper cauſa Luetzouwen, ut fatum eſt, ſed ſine ſine diſceſſum eſt.

§ Eodem tempore Leodienſes occiderunt qvendam Ducem in Eccleſia, qvi eorum Epiſcopum ac proconſulem proditioſe occidit, & fere totum clerum occidiſſet, niſi dominus civitatem cuſtodiſſet.

§ Eodem anno qvidam pictor Lubicen. etrocliti capitis, Fredericus de Reno certo artificio

XXVIII. Aprilis, ambulavit super aqvas, à porta Holsatorum, usqve ad locum qvi vulgo dicitur, to der Vere, non sine frigore multo. Utebatur enim sacculo de corio, qvem corporis per medium ligavit, & tali ingenio sibi LV. florenos atqvisivit.

§ Eodem anno VII. Maji. qvæ fuit vigilia ascensionis Domini, insultus factus est ingens in Hamburg, communitatis contra consulatum, propter qvendam civem vinctum, qvem vi de ergastulo fractis januis eduxerunt, & qvidam eorum Nicolaum de Swarn proconsulem exasperabant, impingebant sibi qvod blada clanculo faceret extraduci, qvod communi edicto prohibitum fuit, caristia enim & fames erant in civitate, & hæc nova qvibusdam Principibus placuerunt.

§ Eodem anno exiit navis de Hamburg versus Compostellam, qvæ heu periit tempestate, cum omnibus in ea contentis.

§ Eodem anno occisus est qvidam deprædator periculosus, à Kopmannis, in Pomerania dictus Manduvel, cæteriqve complices sui in civitate proxima decapitati sunt, qvi thronos ascenderunt cum clamore valido, sed Astroth habitabat in via.

§ Eodem anno fecit Maximilianus decollari proconsulem in Wluart, de Antwerpio eo qvod clanculo certos fecerat tributarios, de qvibus rationem non fecit, qvo peracto remisit cadaver decapitati ad propria.

§ Eodem anno ante Pentecostes, Episcopus Trajecten. David regressus est in civitatem eandem pacifice, ut sibi videbatur, qvidam ergo proconsul, valde mane insidianter adduxit qvendam domicellum Engelbertum litis consortem & captivavit Episcopum, & idem pro-
270. consul occisus est cum multis aliis, & Episcopus fuisset abductus, sed illi de Campis, Suollis & Daventria impediverunt, & statim Hollandrini obsederunt civitatem.

§ Eodem anno XI. Junii neqviter occisus est à qvodam ribaldo, dominus Johannes Sasse Prior Carthusien. vir simplex & devotus, circa gurgustum Carthusiensium ante Plone, ubi eodem tempore habebat operarios & carpentarios, & occisor Dacus fuit, apprehensus est & rotatus ante idem oppidum, lamento dignum valde. Homo iste bonus dereliqvit præbendam in Ozilia, intrans artam vitam Carthusiæ, & heu à filio diaboli occiditur.

§ Nocte proxima fuit grande incendium in Lubek, inter plateas Bekker groven & Fischer groven, qvo etiam qvinqve viri suppressi & concremati sunt.

§ Eodem anno XVIII. Julii Hamburgen. decapitarunt qvosdam cives, qvi fuerunt in causa insultationis contra consulatum, inter qvos fuit qvidam principalis disertissimæ facundiæ, dictus N. van deme Loo, qvi tamen fuit conditionis servilis natus.

§ Eodem anno XXI. Julii facta est iterum diæta gravis inter Magnum, Ducem Magnopolis & Lubicenses. in negotio Hartwici Lutzouwen, in loco qvi dicitur Vredeborg, ubi erat multitudo pontificum, civitaten. & nobilitarium de Magnopoli, Lovenborg & Holsatia, & post multa, exorta est alia diæta in Wismaria servanda, die Lunæ post assumptionis Mariæ, qva exorta postulavit Dux multam pecuniam à Lubicen. eo qvod misissent magistrum militiæ suæ, dominum Wernerum Comitem de Handsteen, tempore noctis tollere eundem Lutzouwen, de domo sua & lecto, sed nemo sibi dabat muscam, qvia qvod factum fuit vigore privilegii Imperialis factum fuit à Lubicensibus, igitur, &c. dura enim verba ibi ventilata sunt. Fine tamen finali conclusum, ut idem Hartwicus faceret cautionem per cognatos & amicos suos ipsis Lubicen. ideo his omnibus peractis & firmatis die Mercurii post decollationis Johannis in prætorio Lubicen. curru cum sua conthorali ivit ad propria, qvod tamen pluribus displicuit civibus, cum scriptum sit, maleficos non sinas vivere, sed in his omnibus timor affuit consulatui, qvia non erat annona in civitate.

§ Eodem tempore circa nativitatis Mariæ, Dux Flandriæ Maximilianus intromissus est à Trajecten. qvos diu jam obsedit propter Episcopum ut dictum est. Fecerunt igitur ibi honores sibi & homagium, & partem muri civitatis solo æqvabant, qvia sic voluit Dux, qvæ tamen omnia diu sibi non servabunt, cum scriptum sit : Hoet dy nu hoet dy dan, hoet dy vor einen uterschen man.

§ Eodem tempore feria IV. post Michaelis hæretici Pragen. occiderunt fere innumeros Christianos, una noctium in eadem civitate, monasteria dirimerunt, monachos & omnes spirituales propulerunt, & usqve in annum 1487. sine vindicta humana perstiterunt.

§ Eodem anno factum est horribile bellum post Michaelis in Anglia, Rege Anglorum mortuo, amico bono lingvæ Germanicæ, qvi voluit, ut eo defuncto primogenitus ejus in Regem coronaretur, reliqvit enim duos filios, & totidem filias, sed in die coronationis insidiis paratis, coronandus deperditus est, multiqve partis suæ occisi sunt, alii qvoqve profugi facti, qvidam venerunt in Flandriam, Franciam, & Britanniam, qvidam in via exi-

exitus eorum submersi sunt, & factus est luctus multus partis illius qvi coronandum diligebant.

§ Eodem anno, circa Elizabeth, qvidam missi sunt à Duce Magnopolis Magno, ad deprædandam curiam ante Rostok circa patibulum, qvod Rostochicen. non latuit. Exeuntes ergo animose se vicissim tangebant ante introitum ejusdem curiæ, utraqve parte perdente duos viros. Rostokchicen. ei tunc temporis habebant familiarem, qvi fuit filius incolæ curiæ præfatæ. Iste familiaris abduxit qvendam clanculo de vinculis Ducis, civitate ignorante, idcirco Dux Magnus indignatus est huic colono & filio ejus.

§ Eodem anno amotus est Bernhardus de Borch, à regimine patriæ ipsius Livoniæ propter suam tyrannidem in Ecclesiam Rigen. & civitatem, & fere totam patriam, Rigenses 271. enim jam potiti sunt castro ordinis in Dunemunde, maxima cum jocunditate, & deinde dabat illis Dominus incrementa gratiarum, temporis intervallo. Simon qvoqve de Borch, patruus ejusdem Magistri ordinis, his auditis, musicale suum misit in peram, cui tamen in antea vix tota patria sufficiebat. O Simon, Simon caveas, te dirimet dæmon.

§ Eodem anno facta est diæta maxima in Vlendisborg, Catharinæ virginis, per Regem Daciæ Johannem, præsentibus civitatibus & tota militia, ubi tractatum est de privilegiis comitatus & civitatum, qvæ tamen Rex non sigillaverat, sed in precariis laborabat, ut qvilibet villanus, vomerem habens, daret duos florenos, & intentum obtinuit, & omnibus florenis istis congregatis, irruit ventus vehemens à facie Aqvilonis, & ventilavit omnes, ita ut Rex paucos aut nullos videret. Item, tractatum est ibidem de causa filiorum Henninghi Pogghewischen, & nemo illis dabat, ideo reintrantes hæreditatem suam Verwe, fecerunt ibi domunculam, aggere & vallo inclusam, ad modum lacus leonum, munientes eam armis, balistis & bombardis, sed in vanum laborabant, qvi littus arabant. Namqve freqventius desperatio monachum facit.

§ Anno domini 1484. erat annus bissextilis, literæ dominicales, d. c. dies Paschæ, XVIII. mensis Aprilis, intervallum minus IX. hebdomade, & tres concurrentes.

§ Eodem anno, ipso die trium Regum obiit dominus Wernerus Comes de Handsteen, Lubicensium armiductor validus, vir insignis valde & animosus, licet paucarum divitiarum, libenter enim gaudebat & vina hausit, & tamen hdropicus obiit.

§ Eodem anno, die Lunæ XII. Januarii convocati sunt omnes cives Lubicen. in prætorium, ad audiendum fœdus sex civitatum qvod contraxerant, scil. ut mutuo sibi assisterent & ab invasoribus defensarent, sub certa astrictione & pœna, & placuit omnibus, qvia plures principes minus diligebant civitates, qvibus tamen sublatis, nusqvam est, justitiam, cultumqve divinum invenire.

§ Anno eodem, feria secunda ante Lætare prostrârunt Rigenses multos de ordine, qvorum qvosdam occiderunt, qvosdam vero captivos in civitatem duxerunt, & dabant gloriam Deo, qvamplures qvoqve communis vulgi occiderunt, villanis tamen qvampluribus pepercerunt, habebant enim virilem campiductorem dictum Winold. qvi postqvam ordini adhæsisset, ostentui eum ut assolet habebat, ideo indignatus, Rigensibus amicabatur, & ad vota Deo propitio operabatur, exterminavit enim & depopulabatur terram, usqve ad oppidum Wenden, ordine more vulpis latitante.

§ Dehinc, circa Pentecostes, manu violenta, Rigen. occupabant castrum ordinis in civitate Rigensi, circa fluvium Dune, & solo æqvabant, ejectis omnibus, tamen corporis cum sospitate, & certorum bonorum distractione, qvi in eodem nomine ordinis castro existebant, semper eis Deo propitio, sic cuculus duobus privatus est nidis. Postea facta diæta voluit tota terra, scil. tam spirituales qvam seculares, ut prædictæ duæ partes pacem inirent, sub pœna totius devastationis partis illius qvæ pacem non diligeret, & sic pacificati sunt, Rigensibus triumphantibus, ordine vero mœrente, & aspere contra civitatem imaginante. Capitulum enim Episcopum elegit Dominum de Swertzeburg, fratrem Episcopi Bremen. Ordo vero alium ad urbem Romanam, cum pluribus literis Electorum Imperii misit, qvi post vincula & carceres Episcopatum obtinuit, & confirmatus Livoniam intravit. Fuit enim Revalien. natus non minus tamen capitulum Rigense pro alio in urbe Romana solicitavit, sed nondum finis.

§ Eodem anno, visitationis Mariæ facta est grandis diæta in Kopenhavenis, per Johannem Daciæ Regem & civitaten. diebus multis, fere usqve assumptionis Mariæ, ubi gravis

qverimonia mota est ab illis de Dantisco & Lubek, contra domicellum Jacobum. nepotem Christierni Regis Daciæ, & filium Mauritii, qvi suis cum complicibus naves multas cum di-
272. versis bonis rapuit, sed eadem æstate in partibus Norwegiæ obiit, cujus animam multitudo inferorum ad baratra ovando perduxit. Restitutio sæpius locum habet. Dereliqvit tamen duos complices, Tzanderum, Hobuden, & alium nomine Byning, primus proximo anno obiit, & gaudet cum domicello suo, prius tamen abstulerunt in faciæ Angliæ III. Hispanorum naves, sine causa, qvas Domino Regi obtulerunt. Facientes enim & consentientes eadem pœna plectuntur, ut dicitur ad Romanos I. Civitates tamen istis bonis se miscere dedignati sunt simpliciter, per generale edictum de ambobus.

§ Eodem anno XXVI. Augusti, facti sunt Lubek consulares, Hermannus Claholt, Caspar Langhe, Hans Kerkring, & Hans Hertze, qvi tamen dispariter sua gaudebant de electione.

§ Eodem anno, die proxima ante vigiliam assumptionis Mariæ, qvæ fuit Jovis, obiit Sixtus Papa IV. sine sacramentis, ut referebatur, & cessavit pompa Comitis Hieronymi nepotis sui. Electus vero est in locum ejus Johannes Baptista, vir prudens & sagax, toti orbi in optimis notus, de domo humili, sed de virtute sublimi, & vocatus est Innocentius VIII.

§ Eodem anno fuit pestis moderata in partibus stagnalibus, & qvibusdam Slaviæ civitatibus, non sine fletu multorum.

§ Istis iisdem diebus fuit qvidam Legatus cum remissione plenaria in Svecia, ubi ista æstate prævalide ferbuit pestilentia, & iste miro modo explumavit pauperes Christi singulis tamen superioribus sine eorum damno consentientibus. O Petre, non tibi dixit Christus, mulge, aut tonde, sed pasce, pasce, pasce, Johannis XXI. ideoqve aperuit infernus os suum sine termino, & intrabunt majores sine numero, Isaiæ V. Gratia autem conceditur parvulo & exiguo, Sapien. VI.

§ Hoc etiam anno tantæ fuerunt fruges, qvod ex mera Dei gratia una siliginis lasta IX. comparabatur marcis, id est, sex florenis Rhenen.

§ Eodem anno, statim post Michaelis intendebatnr frigus satis dure, ferme usqve natalis Christi, dehinc semper dulcis aura habebatur, victualia tamen qvam plurima detinebantur in locis suis, ne civitatibus ante purificationis Mariæ approximarent. Plures qvoqve naves Bergen. periclitatæ sunt, cum tamen essent in confinibus Imbriæ.

§ Anno domini 1487. erat primus annus post bissextilem, b. litera dominicalis, aureus numerus IV. Intervallum VII. & una concurrens. Dies Paschæ II. Aprilis.

§ Hoc anno, sub octavis trium Regum confœderati sunt civitaten. in Lubek, sub certa pœna & astrictione: ut si una periclitaretur aut à qvibusdam principibus gravaretur, omnes sibi juxta suam qvalitatem, qvantitatemqve substantiæ succurrerent. Namqve Magnus, Dux Magnopolis, ab uno naufragante navium Bergensium, fecit auferri, de litore circa Bucow, ultra C. L. currus onustos, contra illud de acqu. re. do. l. qva ratione. in fine. & C. de furtis. l. Meum. & extra de raptoribus. c. Excommunicationi. Item in summa confessio. li. II. ti. V. q. XXVII. Ideo civitaten ses indignati sunt, & clanculo de salubriori remedio cogitabant, qvod tamen principes minime latitabat, nam eorum amici sermone latino eis de una civitatum præavisamenta, licet illicita, totis prætordiis præstabant,

§ Item, post Christi natalem obiit devotus vir Andreas Waghendriver, æternus juxta propriam confessionem possessor inferni.

§ Eodem anno, die Veneris post purificationis, cum illustres Duces Magnopolenses, Magnus & Balthasar fratres, & præsertim Magnus, omnes suos nobiles de tribus eorum terris, qvasi in umbilico imperii eorundem in medio campo convocassent, & qverimoniam contra civitatenses proposuissent, responderunt militiæ majores, dicentes se in omnibus velle suis principibus subjici sed contra civitates agere non posse, ex qvo scirent qvod si deliqvissent, in justo dictamine aliarum civitatum libentius starent. Efferbuit Princeps Illustris Magnus iracundia magna, contra viros sensatos, dicens, se velle advocare exteros non cum eorum lucro, & sic eqvum ascendens, curiam sancti Anthonii cum suis adivit.

273. § Eodem tempore Rostochicenses, non sine aliarum civitatum commissione, captivum duxerunt qvendam præfectum; domino Duce auctore, præsidio Swaen, nomine Gerardum Vresen, qvem altera die decapitabant, eo qvod cum suo consorte, Oldeswagher, præfecto de Bukow, pisces collegisset Bergenses, de navi, ibidem in litore Bukowensi periclitanti, & com-


commotus est Dux illustris Magnus, fecitque eundem Oldeswagher cum LX. eqvis salvum perduci de Bukow in Sverin, sciens civitatenses sitire sanguinem ejus, tanqvam insignioris latronis, more Barrabæ, præ Gerardo Vresen jam decapitato. Sic perit gloria, fastusqve mundi cruentantis.

§ Anno eodem XVI. Martii, vespere post horam IV. Astrologi vaticinati sunt universalem Solis fieri eclipsin, ex qva imaginantur strages plurimas, mortalitatesqve certis in locis non modicas, sed si vult Dominus, convertit omnia solus. Tolle prothoplasti peccatum, & mors non erit, & tamen cœli moventur, sol lunaqve eclipsantur. Ideo ait Alfarabius, qvod hæc ars pro parte mendax est & hominibus ignota, & hominum infatuativa; qvia spiritus malignus sæpissime se illi immiscet, & pro Astrologo Nigromanticum efficit, ut in fine finali animam miseram decipiat, & ad inferos perducat. Doctrina tamen sanctorum non eos culpat, qvi naturales effectus stellarum vere noverunt, & prædicunt, Geomantia, Hydromantia, Mathesi, Chiromantia, cæterisqve erroribus dimissis. In voluntariis tamen sæpe falluntur, ut prædictum est anno LXXXII.

§ Hæc ad præsens de Sclavia inferiori pedetentim raptimqve, de temporum qvoqve decursu dicta sufficiant. In majoribus voluminibus latiora poterint perscrutari. Unum tamen non lateat omnes, qvia singulæ historiæ vix sine favore scribuntur, qvia varii varie loqvuntur. Ipsi qvoqve omnes peribunt, & ut vestimentum veterascent, dominus autem idem ipse est, qvi semen justorum diriget in seculum. Ipsi laus & gloria per infinita seculorum secula, Amen.

§ Est enim certus modus convivendi secularibus, qvi à clericis & sacerdotibus non semper verba Evangelii tempore collationis audire dignantur. Ideo ne simplex sacerdos aut clericus, ut surdus & mutus coram laicis compareat, habeat hic, unde pro temporum exigentia respondeat. Laicus enim sæpius fabam crudam, plusqvam sucaram, cinamomumqve pensat, cum scriptum sit: Sanam enim non sustinebunt doctrinam, ad fabulas qvidem convertentur.

FINIS est Chronicæ Sclavicæ, de Lubek, Hamburg, Luneburg, Wismaria, Rostoch, Sundis, & cæteris civitatibus.



274. # HELMOLDI PRESBYTERI BUZOVIENSIS CHRONICA SCLAVORUM LIBER VII.

CAPUT XVIII. ET ULTIMUM, QVOD HActenus in impreßis Codicibus desideratum est, & totam Helmoldi Historiam perficit atqve absolvit.

Hæc emendatius ab eo tempore vulgata sunt in editione Helmoldi qvæ cum notis *Henrici Bangerti* lucem vidit Lubecæ 1619. in qvarto.



SEQVENTI Anno indicta est curia in Aldenburg, qvæ alio nomine Plisne nuncupatur, ubi etiam ingens patrimonium Imperator possedit Comitis Rabbodonis cum Castro Leisnick & Colditz, qvod Fridericus Imperator qvingentis marcis à Comite memorato comparavit. Illuc convenerunt Misnenses & Cisnenses, Poloni qvoqve, Boiemi & Ungari, ibiqve multis negotiis determinatis à pace jurata, qvæ in omnibus curiis præcedentibus firmata est, dominus Rex faciem suam convertit Brunswich, ubi festum Pentecostes solenniter celebravit. Ad qvod Rex amicos tantum familiares adesse voluit, Archiepiscopum videlicet Magdeburgensem, Halverstadensem electum, Hildensemensem Episcopum, Mersburgensem Episcopum, Havelbergensem Episcopum, Corbejensem Abbatem, Wertinensem Abbatem. Aderat qvoqve totus festinus Dux Bernhardus Landgravius, Palatinus Comes Rheni, Misnensis Marchio, Conradus Marchio, Wilhelmus Dux Luneburgensis, Marchio de Brandenburg. Comitum verò non erat numerus, militum plurima multitudo, qvibus omnibus honestissime & abundantissime de impensa Rege administratum est. In sancta verò die missa inchoata dominus Archiepiscopus Magdeburgensis Misnensem Marchionem pro nota excommunicationis Divinis interesse noluit. Qvem cum Dominus Rex à suo proposito nullo modo revocare potuisset, Marchionis consulens verecundiæ cum ipso Ecclesiam exivit. Seqventi verò die consilio Principum satisfactione à Marchione promissa controversia illa sopita est. Nec peccasse puto dum misceo seria ludo, qvia non est satis, pulchra esse poemata dulcia sumpto. Cum igitur omnium lætitia abundaret, Bernardus Dux intuitus Leonem fusilem, qvi à Duce Henrico ibi sublimatus est, ait. Qvousqve hiatum vertis ad Orientem. Desine jam habes qvod voluisti, convertere nunc ad aqvilonem. His verbis omnes in risum convertit non sine admiratione tamen multorum, qvi hoc dictum altius intelligebant.

CAPITULUM XIX.

FINITA autem festivitate Rex abiit Goslariam & ordinationis ibi qvibusdam negotiis processit Walkenrede, ubi invenit Abbatem de Morimunde, cum aliis qvinqvaginta duobus Abbatibus sui ordinis, qvi eum omnes suæ fraternitatis socium & Orationis fecerunt, & sic Regem secuti sunt ab ipso large procurati, usqve Erbipolim, ubi cum maxima solennitate susceptus est dominica, Domine in tua misericordia, cum hymnis & laudibus Dei. Cantus autem hic erat. Advenisti desiderabilis. Aderant ibi legati Domini Apostolici, Hugo Hostiensis Cardinalis & Episcopus, Leo Sabiensis Cardinalis & Episcopus, cum maxima copia Prælatorum & Principum, sacerdotum & Clericorum. Inter qvos erat Archiepiscopus Moguntinus, Sigfridus Coloniensis, Theodoricus Treverensis, Johannes Salceburgensis, Everhardus Argentinus, Heinricus Augustiensis, Sigfridus Constantiensis de Trisuge Episcopus, Otto Pataviensis, Managoldus Ratisponensis, Heinricus Basiliensis, Ludolphus Hildensemensis, Hartbertus Verdensis,
275. Iso Halverstadensis, Havelbergensis, Abbas Cono Elewagensis, Abbas Vuldensis, Hersefeldensis, Corbergensis, Prumensis, Wircenbergensis. Hos seqvuntur nomina Regum sive Principum, Odackerus Rex Boemiæ, Marchio de Mereren, Luppoldus Dux Austriæ, Bernhardus Dux Saxoniæ, Ludovicus Dux Bavariæ, Dux Bertholdus de Ceringe, Dux de Lutringe, Dux Brabantiæ, Marchio Misnensis, Conradus Marchio de Laudesberge, Marchio Adelbertus de Brandenburg & alii qvam plures. Ordinatis igitur ibi multis negotiis & firmata pace, sicut in omnibus

omnibus curiis supradictis, Dominus Rex pro speciali negotio assumptis tantum Cardinalibus Prælatis & Principibus sacerdotibus cum literatis & legis peritis, de legitimanda filia Philippi Regis sic omnibus generaliter exorsus est. Rogamus omnes vos in Domino, primo Cardinales qvi de auctoritate sive consilio Domini Apostolici adestis, summos etiam Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios, qvos Ecclesiasticus ordo diversis gradibus distinguit, excellentium qvoqve Regum, Ducum, Principum ut verba nostra attendatis. Deus cœli post multas adversitates cum beneplacito omnium Regnum nobis donavit, ita ut non immerito cum gratiarum actione ei dicere possimus: Lapidem qvem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput Anguli, à Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Qvod cum luce clarius constet omnibus, & optio nobis non desit de Illustrissimis fœminis qvas habet orbis Romanus qvibus sponsam sive conjugem eligere possimus, tamen qvia tam celebris conventus pendet de articulo filiæ Philippi Ducis Sveviæ, qvam nostram consangvineam nemo dubitat, vestro nos submittimus arbitrio sive consilio, ut juxta salutem animarum vestrarum sincere deliberetis, omni scrupulo postposito favoris sive timoris, qvid nobis super hoc sit faciendum. Si enim sex millibus annorum victuri essemus, magis omni tempore cælibem eligeremus ducere vitam, qvam cum animæ periculo sortiri uxorem. Nemo gloriam, generositatem, divitias castra, hujus virginis attendat, qvæ omnia saluti animæ æqviparari non possunt. Hæc enim omnia nobiscum sunt. Si vero ipsa castra qvatuor distribuantur sororibus, qvas hæc contingit hæreditas, parum est qvod restat. Nunc igitur, ut dictum est, super hæc deliberetis ut congruum nobis responsum reddatis. Omnibus igitur ad colloqvium locum dantibus Rex ait Henrico fratri Palatino qvi à dextris ejus erat. Volumus ut sedeas, ne qvem tua præsentia de ulla suspicione terreat. Facta igitur longa deliberatione, tandem ad Dominum Regem reversi sunt. Posuerant autem verba in ore Lupoldi Ducis Austriæ viri facundissimi & literati, qvi sic coram Rege locutus est: Domine Rex placet ut audiatis responsum Cardinalium, prælatorum & Principum. Ad hæc Rex. Audio. Et ille. Noverit sublimitas vestra, qvod iste tam celebris conventus Cardinalium aut bonitatem Domini Papæ præferentium summorum Prælatorum & Principum & omnium literatorum omnino nobis expedire decrevit pro bono pacis, & statu Romani orbis, ut virginem de qva mentio habetur, uxorem ducatis: hoc addentes, ut omnis auferatur trepidatio duas congregationes monachorum præclaras liberrime construatis. Nos qvoqve vobis non deerimus facultates & eleemosynas large erogando, sacerdotes etiam sive alii inferioris ordinis in missis & orationibus subveniendo. Ad hæc Rex: Nos consilium sanum & bonum tantæ autoritatis non refragantes vestris acqviescimus dictis. Igitur vocetur puella. Qvæ cum à Pontificibus sive Principibus gloriose adducta fuisset; Rex consurgens de throno suo eam cum inclinatione recepit. Qvare inclinante proferens annulum eam coram omnibus subarrhavit, & in osculo recepit, & ipsam inter Cardinales, qvorum cathedra è regione coram facie Regis erat residere præcipiens sic omnibus ait. Ecce Reginam habetis, ipsam, ut decet, honorate, ordinatis etiam legatis honoratis honestissime eam una cum sororeusqve Brunswich deduci præcepit. Ipse vero in terra remansit, & peragratis illis partibus de consecratione Imperiali tractare cœpit.

CAPITULUM XX.

276.

IGITUR post festum beati Johannis Baptistæ curiam indixit celebrem in civitate Augusta, ubi convenerunt omnes illius terræ Principes, cum qvibus habuit mysterium consilii sui, ut ipsis cooperantibus honorifice cum gloria & honore Teutonicorum Imperialem perciperet benedictionem. Ad qvod negotium deputati sunt plurimi tam Prælati qvam Principes seu omnes qvi regalia tenebant, Archiepiscopus Treverensis, Magdeburgensis, Erbipolensis, Argentinus, Spirensis, qvi & Cancellarius Wormatiensis, Basiliensis, Constantiensis, Pataviensis Episcopus de Chuore, de Augusta, de Eusteth, de Praga, de Olmoth, Abbates de Augia, de Sancto Gallo, de Kempe, de Wurzeburg, de Selse, de Prume, de Ebsterna qvibus adjuncti sunt Principes, Dux Bavariæ, Dux Lutringiæ, Dux Ceringiæ, Dux de Karinthia, Dux de Mereren, Marchiones & Comites plurimi. Cæteri qvi remanserunt thesauris innumeris in ipsa profectione Regi subservierunt; sicqꝫ circa assumptionem beatæ Virginis Alpium juga scandere cœpit. Relictaqꝫ civitate qvæ ex aqvæ nomine naturaliter Cynsbrucge dicitur prospere tenuit Brixiam, ubi Atthasis fluvius occurrit, per cujus devexum descendens venit Tarentum. Qvo relicto venit ad transitum arctum montibus præclusum, qvi Veronensium Clusa dicitur. Ubi castrum est firmissimum, qvod ex longa antiqvitate urbis Hildebrandi dicitur. Illuc robur erat fortium propter amplitudinem ipsius Castri, qvi contra Veronenses Werram diutinam habentes eos non parum infestabant. Adveniente igitur Rege ipsum castrum ei offerunt, per qvod plurimum toti terræ fuerat dominatus. Veronenses tamen adhuc ipsos castellanos infestare non

 time-

timebant, sicqve offensam Regis incurrerunt. Postea tamen datis multis millibus marcarum in gratiam recepti sunt. Dominus igitur Rex procedens magnifice receptus est à Mantuanis & Cremonensibus, unde Poeta: Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ. Verum post transitum Padi Parmonenses & Pontremulensis Regem cum gaudio susceperunt. Nec defuerunt Mediolanenses, Genuenses, Luccenses, cum aliis civitatibus, civitates suas tripudiando offerentes & Gazis innumeris & muneribus eum honorantes. Ubi cum per tempus stetisset, & in civitatibus illis multa ordinasset, transita civitate magna, qvæ lingva eorum Synis vocatur, ubi per dies aliqvot steterat, venit ad civitatem, ubi passa est beata Christina, qvæ de nomine ejus Stagnum sanctæ Christinæ vocatur. Unde procedens cum omni comitatu suo venit Byternis; ubi cum magna solennitate & multo comitatu tam Cleri qvam populi occurrit ei Dominus Apostolicus Innocentius. Qvanto autem gaudio & cordis exultatione se mutuo receperint ex multis complexibus & osculis vel etiam profusis eorum lacrymis, qvas abundantia lætitiæ produxerat, præsentis scripti depromere neqvit inopia.

CAPITULUM XXI.

IGITUR in feria sexta, qvæ fuit post festum beati Michaelis qvod tunc feria tertia celebratum est, venit Dominus Rex ad limina beati Petri cum magna devotione adorare sanctos Dei Apostolos, simul etiam urbem regiam omnibus modis honorare. Habuit etiam in comitatu suo sex millia loricarum, exceptis balistariis & innumera militia prælatorum & Principum. Dominica igitur die ut dictum est, post festum Michaelis cum processio fieret ad atrium beati Petri, facta est pressura nimia advenientium, & occursantium ad gradus Monasterii beati Petri; & omnis via negabatur processioni, sed larga manus Regis cum maxima copia spargebat argenteos, & tandem vix obtinetur ascensus. Nec defuerunt ministri cum lanceis & fustibus reprimere tumultus. Sicqve in Dominica Da pacem Domine, Dominus Imperator cum magna pace & tranqvillitate & jucunditate consecratur & coronatur, omnibus magnifice lætantibus & cantantibus, Fiat pax in virtute tua. Et qvia ipse summo studio semper paci studebat, spera-
277. mus ipsum officium pacis & unitatis Ecclesiæ Dei, qvæ diu concussa fuit, à Deo obtinere solatium. Finito officio Dominus Papa Imperatorem devote vocat ad convivium. Qvem Dominus Imperator precibus instantissimis obtinet venire secum. Cum igitur ventum fuisset ad eqvos, Imperator non immemor Apostolicæ reverentiæ qvæ exhibenda est ipsorum Vicario fideli & reverendo Papæ Innocentio strepam ipsius devote apprehendit. Sicq; ad locum convivii venitur ubi de Imperatoris magnificentia simul dives in unum & pauper large procuratur. Nec prætereundum qvod Waldemarus Bremensis electus, pauper & exul per intercessores obtinere potuit, vel per se ipsum limina Apostolicæ pietatis, qvæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, & septuagies septies errata dimittere consvevit omni sollicitudine & devotione pulsare non cessavit, omnem reatum inobedientiæ pœnitens cum omni satisfactione emendare promittens. Verum qvia idem casus multipliciter erat perplexus, nihil super his fuit determinatum nisi ut in pontificialibus celebraret, non tamen in Bremensi Ecclesia.

CAPITULUM XXII.

VENIAM legentium peto, ne qvis præsumptionis vel temeritatis arguere me velit, qvia ista dictaverim sciens, qvod multi Regum vel Pontificum scripserunt facta; sed sicut ab initio dictum est, non temeritate, sed caritate ista proseqvutus sum, volens continuare hoc dictamen operi Helmoldi sacerdotis, qvi de statu terræ nostræ, & de Regibus sive Principibus multa præmiserat. Præcipue verò de vocatione vel subactione Sclavorum, qvæ per nobilem Ducem Henricum facta est, memoriæ fidelium intendo perennare. Neqve enim ista oblivioni tradenda puto, cum omnes oculata fide perspiciant gloriam Ecclesiarum, devotionem fidelium, fidei & religionis incrementum in his borealibus regionibus, ubi sedes erat sathanæ, nunc verò flatus austri, videlicet Spiritus sancti gratia, qvæ fugato Aqvilone perflatis hortis fidelium, innumera virtutum fluere facit aromata. Nec offendat qvemqvam, si secundum ordinem historiæ modo læta sive prospera vel etiam ponam adversa, qvia ista oportuit in notitiam venire, & illa non omittere. Deus enim qvandoqve ad salutem suorum fidelium, qvibus omnia cooperantur in bonum, nunc permittit prospera, nunc flagella. Si verò aliqvid occurrerit non ex toto ordine suo proseqvutum ipsum deputet assertori, non dictatori. Hoc ipsum tamen emendationi fidelium devotus relinqvo, multum gaudens, qvo de bono principio lætum finem teneo.

EXPLICIT.

ANNA-

ANNALES AB ANONYMO 278.

QVODAM CIRCITER ANNUM DOMINI 1288. CONSCRIPTI.

ANNO gratiæ I. prima ipsius die, Augusti Cæsaris XLII. orbis conditi qvinqvies M. C. XCIX. repromissionis M. DCCCC. XL. Romæ conditæ DCC. LI. decemnovennalis cycli II. Indictione qvarta, concurrente V. epacta XI. natus est summi patris & Mariæ virginis intemeratæ filius.

Anno gratiæ II. Herodes occidit infantes.

Anno gratiæ VI. Herodes moritur XLVIII. annorum.

Anno gratiæ VIII. Augustus moritur LXXV. annorum.

Anno gratiæ XVI. Tiberius privignus Augusti regnavit annis XXIII.

Anno gratiæ XVIII. Ovidius in exilio moritur.

Anno gratiæ XXX. hoc est, Tiberii XV. Johannes baptizavit Salvatorem.

Anno gratiæ XXXI. Johannes decollatur.

Anno gratiæ XXXIII. Dei filius crucifigitur, resurgit & ascendit.

Anno gratiæ XXXIV. Jacobus Hierosolymis Episcopus ordinatur.

Anno gratiæ XXXVII. Petrus Antiochiæ in Episcopum levatur. Stephanus lapidatur

Anno gratiæ XXXVIII. Gajus fit Cæsar.

Anno gratiæ XL. Judæi cladibus exagitantur.

Anno gratiæ XLII. Matthæus scribit Evangelium in Judæa.

Anno gratiæ XLIII. Claudius regnat, & Symon Magus venit Romam.

Anno gratiæ LXIV. fundata est Antiochia.

Anno gratiæ XLIV. XLV. Petrus sedem Pontificatus Romæ accepit.

Anno gratiæ L. Paulus post passionem Domini anno II. baptizatus apud Athenas prædicavit, Dionysium convertit.

Anno LVII. Nero regnavit XIV. annis. Et Simon auctor Simoniacæ hæresis claruit.

Anno LVIII. Paulus vinctus Romam mittitur, & Petrus ei occurrit.

Anno LXIII. Jacobus lapidatur.

Anno LXIV. Marcus patitur.

Anno LXV. Persius moritur.

Anno LXVI. Lucanus moritur.

Anno LXVIII. Seneca patruus Lucani incisione venæ moritur.

Anno gratiæ LXX. Lucas Evangelium scripsit. Petrus crucifigitur. Paulus decollatur.

Anno gratiæ LXXII. Vespasianus regnat, & in Judæa Imperator ab exercitu proclamatur.

Anno LXXIV. Hierusalem à Tito capitur.

Anno gratiæ LXXXI. Titus regnat, vir omnibus valde amabilis. Nicolaitarum hæresis à Nicolao, cujus mentio fit in actibus Apostolorum, oritur.

Anno LXXXIII. Domitianus frater Titi regnat, sub qvo Johannes Apostolus in exilium relegatus. Iste demens factus est, ita ut omnibus amotis & palatio clauso, muscas perseqveretur.

Anno LXXXIX. Dionysius apud Gallias decollatur.

Anno XCIX. Johannes Ephesum rediit.

Anno gratiæ C. Johannes Apostolus apud Ephesum obdormivit.

Anno gratiæ CLXXXVIII. Origenes Alexandriæ nascitur.

Anno gratiæ CCVII. Perpetua & Felicitas Chartagini bestiis deputantur.

Anno gratiæ CC. XXIV. Alexander regnavit. Hujus mater Mammæa conversa est ad fidem, Origenis doctrina. 279.

Anno CC. XLVII. Philippus regnat. Hic primus Imperator cum filio suo Philippo Christianus effectus est.

An-

Anno cc. lvii. Origenes presbyter, ætatis suæ anno lxx. moritur, & in Tyro sepelitur. Hieronymus dicit se qvinqve millia librorum ejus legisse.

Anno cc. lxxxii. Probus regnat, cujus pater rusticus & hortorum cultor fuit.

Anno cc. xc. Diocletianus regnat, qvi Maximianum, qvamvis de rustico genere, Cæsarem fecit. Mauritius & socii ejus pasfi sunt.

Anno gratiæ cc. xi. Constantinus regnat, qvem Sylvester Papa baptizavit.

Anno ccc. xvii. beatus Nicolaus claruit.

Anno ccc. xlv. Athanasius Alexandriæ Episcopus à Constante fugatur, à Treverorum Episcopo suscipitur, ubi in crypta latens, psalmum: *Qvicunqve vult.* composuit, sed anno Domini ccc. xlix. Alexandriam rediit.

Anno gratiæ ccc. lxxv. Martinus Turonensium fit Episcopus.

Anno ccc. lxxxiv. Synodus Constantinopoli sub Damaso Papa.

Anno cccc. beatus Martinus migravit ad dominum.

Anno cccc. iv. Synodus Alexandriæ propter doctrinam Origenis. Johannes Chrysostomus claruit, qvem Arcadius, instinctu uxoris suæ Eudoxiæ, misit in exilium.

Anno cccc. vii. Severus vitam beati Martini scripsit. Iste silentium usqve ad mortem tenuit, qvia à Pelagianis deinceps fuit.

Anno cccc. xviii. Corpora sanctorum Stephani, Gamalielis & aliorum Luciano revelata sunt.

Anno cccc. xxiii. Hieronymus obiit.

Anno cccc. xxvii. Augustinus obiit.

Anno cccc. xlvi. Brictius obiit.

Anno cccc. liii. caput Johannis Baptistæ revelatur.

Anno gratiæ d. iii. Boetius claruit.

Anno d. xxvii. Benedictus pater in monte Casſino claruit. Priscianus librum suum complevit.

Anno gratiæ d. xxxii. Dionysius Abbas Romanus paschalem cyclum inchoavit.

Anno gratiæ d. xli. Hypapante Domini sumpsit initium apud Byzantium.

Anno d. xliii. Qvidam Italus Andreas, per villas discurrens cum cane ruso & cæco stetit in medio populi, & astantes posuerunt in terra annulos cujuslibet metalli, qvos ille cooperuit, & ad ejus præceptum canis singula tulit, & unicuiqve, qvod posuerat, dedit. Similiter diversorum Imperatorum numismata jussus secundum nomina porrigebat. Interrogatus ostendebat fornicarios, adulteros, avaros, magnanimos, deverneatos, ita qvod dicebant, qvod spiritum Pythonis haberet.

Anno d. xlix. cœpit festum divisionis Apostolorum in Constantinopoli.

Anno d. lxxvi. Gregorius Magnus floruit, & moralia scripsit.

Anno dc. iii. Anglia convertitur cum Eberto Rege. Tunica Domini inconsutilis invenitur in Zaphat, qvam Gregorius Antiochenus, Thomas Hierosolymitanus, & Johannes Constantinopolitanus Hierusalem perduxerunt.

Anno dc. vi. Longobardi destruxerunt monasterium beati Benedicti in monte Casſino.

Anno dc. xlii. beata Gertrudis obiit.

Anno dc. lxii. Oswaldus martyrio coronatur.

Anno dc. lxx. Constantinus regnavit. Beatus Lambertus claruit. Tunc celebrata est
280. vi. Synodus universalis Constantinopoli, sub Papa Agathone & Principe, residentibus cl. Episcopis, contra Pyrrhum hæreticum & socios ejus. Prima fuit in Nicæa contra Arrium, cum ccc. xviii. patribus sub Papa Vigilio, & Principe Constantino. Secunda Constantinopoli cl. patrum contra Macedonium sub Damaso Papa & Gratiano Principe. Tertia in Epheso cc. Patrum contra Nestorium Augustæ urbis Episcopum, sub Theodosio Magno Principe, & Papa Cælestino. Qvarta in Chalcedone Patrum dc. xxx. contra Entychen, sub Leone Papa, temporibus Martiani Principis. Qvinta in Constantinopoli contra Theodorum sub Vigilio Papa & Justiniano Principe. Sexta de qva jam diximus.

Anno gratiæ dc. xciii. Beda venerabilis Anglorum Pater claruit.

Anno dcc. xviii. Leo regnat. Beda venerabilis presbyter obiit.

Anno dcc. xlv. Voldense Monasterium fundatum est.

Anno dcc. l. beatus Bonifacius passus est. Willehadus properavit in Frisiam.

Anno dcc. lvi. Karolus tendit in Italiam, deinde Saxoniam. Saxones baptizantur & postea fidem violant.

Anno dcc. lxxxviii. fundata est Ecclesia Bremensis, & ibidem Episcopus constituitur Willehadus, & duobus annis sedit.

An-

Anno DCC. XCVII. Karolus venit in locum Albiæ, qvi ab eodem ejus adventu Karlesſandt dicitur. Willericus in Brema fit Epiſcopus & ſedit annis L.

Anno DCC. LXXXIX. Tranſlata eſt beata Maria Magdalena in Wizcliacenſem Eccleſiam, à qvodam monacho Babilon appellato.

Anno DCCC. X. fundata eſt Eccleſia Hammenburgenſis.

Anno DCCC. XV. Lodewicus Karoli filius regnat. Beatus Anſcharius claruit.

Anno DCCC. XXXIII. Anſcharius Hammenburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ordinatur, & ibidem Metropolis omnium aqvilonarium regionum conſtituitur.

Anno DCCC. XL. Normanni Hamburg cremaverunt omnibus conſumptis, & Anſcharius vix evaſit.

Anno DCCC. XLI. Lodewicus filius Lodowici regnavit XXXVI. annis & fratres qvatuor regnum diviſerunt. Lotharius cum nomine Imperatoris poſſedit Italiam, Lothewicus Germaniam, Pipinus Aqvitaniam, Karolus Galliam, Anſcharius Ramensloenſem fundavit Eccleſiam in poſſeſſione cujuſdam matronæ.

Anno DCCC. XLIV. Leudericus Bremenſis Eccleſiæ Epiſcopus obiit. Anſcharius ei ſucceſſit. Nam Nicolaus Papa Bremenſem Eccleſiam à Colonienſi exemit, & eam cum Hammenburgenſi adunavit, ibiqve Anſcharius annis XVIII. ſedit. In Hammenburg autem XVI. annis. Statim Anſcharius Sleſwic fundavit, & multos Danorum convertit.

Anno DCCC. LV. Beatus Anſcharius obiit, qvi annis XVII. poſt compoſitionem ſuæ & Bremenſis Eccleſiæ vixit. Reimbertus diaconus ejus ſucceſſit.

Anno DCCC. LXXXII. Buccenſis Eccleſia fundatur à Remberto.

Anno DCCC. LXXXVIII. Beatus Rembertus obiit. Adalgarius Corbejenſis monachus ei ſucceſſit.

Anno DCCCC. III. Slavi Hammenburgenſem Parochiam deſtruxerunt.

Anno DCCCC. VI. Otto magnus filius Henrici regnat. Unni Archiepiſcopus obiit. Cui Adeldagus ſucceſſit.

Anno DCCCC. LXI. Otto Rex coronatur Romæ à Leone Papa in Imperatorem. Adeldagus Epiſcopus rediens de Italia, Benedictum Papam ab Ottone depulſum ſecum duxit, qvi in Hammaborg permanſit. Qvi cum eſſet Romanis poſcentibus reducendus, apud Hammaborg in pace qvievit IV. Nonas Julij.

Anno D. CCCC. LXXXVIII. Adeldagus Archiepiſcopus obiit. Cui ſucceſſit Libentius. 281.

Anno M. I. fundata eſt Eccleſia Herſeveldenſis à Comite Henrico.

Anno M. XIII. Libentius Archiepiſcopus obiit. Cui Unvvanus ſucceſſit, qvi Eccleſiam Hammenburgenſem penitus deſolatam renovavit, Canonicis ibidem inſtitutis.

Anno gratiæ M. XXI. in villa Colbize in Saxonia, in monaſterio ſancti Magni martyris completis matutinis, in nocte nativitatis Domini ceperunt corizare XV. viri & III. mulieres in cœmiterio. Presbyter cum primam Miſſam inchoaret non ceſſaverunt à cantilenis & chorea, donec ipſe volens inſolentiam eorum compeſcere, acceſſit ad eos, rogans ut qvieſcerent. Nolebant. Qvibus presbyter impecratur. Dominus; ut potentia Dei & meritis ſancti Magni martyris ſic inqvieti annum ducatis, qvi verba ejus ſubſanantes perſtiterunt cantando. Erat autem una trium mulierum filia presbyteri nomine Merſindis, qvam jubente presbytero frater matris ejus Johannes brachio apprehendens nitebatur extrahere à chorea, & brachium ejus detraxit à corpore, nec tamen gutta ſangvinis emanavit; qvæ tamen cantando & pedibus ſtrependo cum aliis in chorea per annum remanſit; ſex menſibus evolutis terræ uſqve ad genua ſunt immerſi. In illo anno nec comederunt, nec biberunt, nec pluvia eos irrigavit, tegumenta facta ſuper eos dejecta ſunt, veſtimenta & calceamenta eorum non ſunt attrita: ungves eorum & capilli non creverunt. Anno evoluto immerſi ſunt terræ uſqve ad latera. Tunc die nativitatis Domini venit ibidem Herbertus Colonienſis Archiepiſcopus & orationem fecit ſuper eos, & ante altare ſancti Magni ductos reconciliavit, ſed ante altare, ſopor invaſit eos, & ibidem tribus diebus & noctibus continuis dormierunt. Unus vero ex eis Johannes nomine cum filia presbyteri & cum duabus aliis fœminis ſolo proſtrati ſtatim ſpiritum emiſerunt. Alii poſt excitationem ſe levantes ad propria redierunt, cibum ſumentes, ſed in recordationem hujus ſigni mirifici, uſqve in diem mortis non ſunt à tremore capitis liberati. Qvidam ex eis emendati ſunt in tantum, ut ex divina gratia poſt mortem miraculis coruſcant.

Anno M. XXXII. Libentius Archiepiſcopus obiit, cui Hermannus ſucceſſit, & vix ſedit tribus annis.

Anno M. XXXV. Hermannus Archiepiscopus obiit; cui Bezelinus cognomento Alabrandus successit.

Anno M. LI. Albertus Archiepiscopus fundavit Ecclesiam beati Pauli juxta Bremam de bonis qvæ hospitali pertinebant. Item sanctorum Willehadi & Stephani in Sullenberghe, cujus fundamenti vestigia adhuc apparent in eodem monte.

Anno M. LXVIII. Albertus Archiepiscopus curiæ Imperiali, à qva alienus fuerat, restitutus Episcopatui suo, duodecim Episcopatus facere disposuit, absqve his qvos in Dacia habuit. Primum in Palmis, II. in Hilegenstat, III. in Racisborch, IV. in Haldenborch, V. in Mikelenborch, VI. in Stadio, VII. in Lismona, VIII. in Wildenhusen, IX. in Brema, X. in Verda, XI. in Ramsola, XII. in Fresia, sed in Hammaborch patriarchatum efficere cogitabat.

Anno M. LXXII. Albertus Archiepiscopus obiit, Cui Liemarus de Bavaria successit. Item Hammaborg incensa & vastata est, & Pagani Nordalbingiam libere possederunt.

Anno M. LXXVI. Principes Imperii apud Oppenhem Regi Henrico renunciant, qvod Apostolicus vocatus nec venit, nec satis fecit, qvi sacrificare Romam venit, & mandatum accepit à Papa, ut pœnitentiam in Roma ageret, obedivit. Cardinales interea svadent Papæ re-
282. gnum in alium transferre, cujus hortatu qvidam Principum Ducem Svevorum Rodolfum elegerunt, cui Papa auream misit coronam; sic inscriptam: *Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam.* Præcepit interea Maguntino & Coloniensi, ut statuerent eum Regem. Saxones & Svevi consenserunt, cæteri non, propter juramentum qvod Henrico juraverant.

Anno domini M. lxxx. Bellum inter Regem & Rodolfum geritur apud fluvium Ellestram, ubi Rodolfus in manum dextram vulneratur. Fugit Mersborch, & jam moriens ait: *hac manu domino meo Regi fidem spospondi, hac manu fidem violavi, eadem manu mortis articulum incurri*: & mortuus est.

Anno domini M. lxxxII. Rex Henricus Romam cepit, Romani dant obsides; Papa fugit in Salernam, ubi moritur.

Anno M. lxxxIV. Henricus Rex Wicbertum Rauvensem Episcopum Papam elegi fecit Clementem vocatum, à qvo ipse cum Regina Bertha in die Paschæ coronatur.

Anno domini M. lxxxv. Synodus Maguntiæ, Imperator interfuit cum Papa Clemente Vir Gregorius excommunicatur, sed eodem anno moritur apud Salernam; eligunt Deside-
283. rium; qvo mortuo, Urbanum; eo defuncto Paschalem; & schisma duravit xxv annos.

Anno gratiæ M. lxxxvIII. translatio sancti Nicolai de Mirea in Barum.

Anno M. xcvIII. xI. Kalend. Aprilis luna Paschali xIV. Indictione vI. epacta xv. concurrente IV. Cisterciense collegium sumpsit initium.

Anno Domini M. xcIx. Dux Godefridus in die divisionis Apostolorum Jerusalem & terram sanctam recuperavit, unde Versus:

Anno milleno cum centeno minus uno,
Jerusalem scribo captam Duce sub Godefrido.

Monasteria & Ecclesiæ in terra sancta renovantur.

Anno M. C. Dux Godefridus obiit. Balduwinus Rex frater ejus in regno ei successit. Item in Hersevelde monachi sunt pro clericis instituti.

Anno gratiæ M. C. VI. qvidam Dux Magnus nomine, obiit: & Rex Henricus Ducatum dedit Ludero Comiti, qvia Magnus filium non habuit, sed duas filias. Qvarum una Eileke nupsit Ottoni Comiti. Genuitqve Albertum Marchionem cognomento Ursum: Altera Wilfildis nupsit Duci Bavariæ Welp, & peperit ei Henricum Leonem patrem Ducis Henrici, qvi Bruneswich qviescit. Item Comes Holsatiæ Godefridus à Slavis occiditur; & Luderus Dux Comitiam illam Comiti Adolfo de Schowenborch contulit.

Anno M. C. XXIV. Novum Monasterium instituitur. Item Henricus Imperator obiit, & in Spira sepelitur juxtà patrem Henricum, avum Henricum, & proavum Conradum; unde hoc adhuc super tumbas eorum invenis scriptum:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet istic.

Anno Domini M. C. XXXIII. Wicelinus sacerdos claruit, postea in Haldenborch Episcopus ordinatur.

Anno M. C. XXXIV. Luderus Imperator pascha in Halverstat celebrat; & Magnus Rex Danorum venit ad eum, qvi nepotem suum Canutum occiderat. Hæc autem est illa progenies. Nicolaus & Henricus fratres. Nicolaus pater Magni & Kanuti, Ericus pater Kanuti & Waldemari, Waldemarus pater Erici occisi à fratre suo Abel & Abelis & Christophori. Luderus Imperator castrum & claustrum Segheberghe construxit.

Anno

Anno Domini M. C. XXXVII. Luderus Imperator obiit.

Anno Domini M. C. XXXVIII. Conradus filius Frederici Ducis, nepos Henrici Imperatoris ex sorore, regnavit annis XV. Latrones de Lubeke novum oratorium in Zegeberghe exusserunt.

Anno Domini M. C. XXXIX. Henricus Dux Saxoniæ obiit. Comes Adolfus renovavit castrum Zegheberghe, cingens illud muro. 283.

Anno Domini M. C. XLIII. Ecclesia beatæ Virginis fundata est in suburbio Stadensi.

Anno Domini M. C. XLV. Bernardus Abbas Clarevallensis virtutibus insignis claruit. Item facta est expeditio versus terram sanctam.

Anno gratiæ M. C. XLVIII. Eugenius Papa Cisterchiense monasterium dedicavit. Albero Archiepiscopus obiit, cui Hartwicus major præpositus successit.

Anno Domini M. C. XLIX. Hartwicus Archiepiscopus proposuit reædificare Episcopales sedes à Barbaris destructas, scilicet Aldenburgensem, Mikelenburgensem, Raceburgensem, è qvibus Haldenburgensem Magnus Otto primus instituerat, subjiciens ei Polabos, Obotritos, à terminis Holsatorum usqve ad Penam fluvium, & civitatem Dymin posuitqve in Haldenborch primum Pontificem Marconem. Post hæc surrexit in Ecclesia Hamburgensi Magnus Albertus Archiepiscopus, qvi de peregrinis Episcopis, qvos in sua habuit mensa, Johannem in Mikelenborch constituit, qvæ sedes erat in Swerin, Aristonem posuit in Raceborch, & sic Haldenborch sedes divisa est in tres Episcopatus. Post hæc propter insultus paganorum LXXXIV. annis vacaverunt hæ sedes, usqve ad tempora Hartwici, de qvo jam diximus. Hic auxilio Ducis Henrici Magni Leonis cœpit Episcopatus abolitos suscitare, & Vicilinum in Aldenborch, Emchardum in Mikelenborch Episcopos consecravit. Unde Dux Henricus hos tres Episcopatus, qvod negotium conversionis illius regio tam à Papa, qvam à Romano Principe tenuit mater suæ Hamburgensi Ecclesiæ suo privilegio assignavit, & hoc privilegium est in Ecclesia Hamburgensi.

Anno gratiæ M. C L. Bernardus Clarevallensis Abbas in Domino obiit.

Anno domini M. C. LII. Conradus Rex obiit. Tempore Conradi Regis & Eugenii Papæ puella qvædam Hildegardis nomine juxta Pingueram celebris erat, qvæ spiritu sancto inflammata tres libros edidit: Librum Scinias: Librum divinorum operum: Librum epistolarum. In libro Epistolarum multa miracula ventura prædixit, & turbationes qvæ universo clero evenient, per qvendam populum currentem, cujus dispositionem & ordinem satis describit, & similiter de Antichristo. Virgo autem Hildegardis in Principio libri Scinias sic de se dixit: *Factum est in M. C. L I. filii Dei incarnationis igneum lumen, aperto cælo veniens totum cerebrum meum transfudit.* Obiit autem sub Adriano Papa, qvi sedit anno domini M. C. LIV. & obiit M. C. LIX. regnante Friderico Imperatore.

Anno Domini M. C. LIV. Vicelinus Episcopus obiit, cui Geroldus Capellanus Ducis Henrici successit. Item Raceburgensis Episcopatus renovatur.

Anno Domini M. C. LVIII. tempestas maxima, & plurimi submerguntur.

Anno M. C. LXI. Gero Halverstadensis Episcopus dignitatem ferendi Pallii à Victore Papa suscepit.

Anno Domini M. C. LXII. Petrus Longobardus librum sententiarum composuit, unde Versus:

M. C. sex decies annosqve recollige binos,
Tunc Petrus sparsit istius odore libri nos
Addideris si forte novem, qvod passio Thomæ
Pontificis sit ibi, qvem cantat Cantua pro me.

Anno Domini M. C. LXIII. Henricus Dux castrum Werle cepit. Item postulante Geroldo Episcopo Dux Henricus sedem de Aldenborch in Lubeke statuens ibi XII. præbendas, & præpositum Adelonem, cujus XIII.

Anno Domini M. C. LXIV. orta est tempestas maxima XIV. Kal. Martii, & aqva involvit omnes fines Fresiæ, Hadeleriæ, & terram paluftrem Albiæ. Item strages in Dymin Adolfi Comitis & plurimorum. Item Reinoldus Coloniensis Electus, corpora trium Magorum de Mediolana in Coloniam deportavit.

Anno Domini M. C. LV. Hartwicus Archiepiscopus dedicavit monasterium beatæ Virginis juxta Stadium. 284.

Anno M. C. LXVIII. Hartwicus Bremensis obiit. Duo sunt electi Syfridus Alberti Marchionis filius, & Otbertus Decanus; Balduinus Capellanus Ducis Henrici intruditur & ab Apostolico confirmatur.

Anno Domini M. C. lxx. castrum Horeborch destruitur.

Anno Domini M. C. lxxI. Thomas Cantuarensis Archiepiscopus occiditur.

Annus millenus centenus septuagenus
Primus erat, primas cum ruit ense Thomas.

Anno Domini M. C. lxxIII. terra circa Bremam arsit in fervida æstate, fere per mensem. Item eqvus locutus est sessori suo dicenti: *bibe diabole, invitum me potes ad aqvam ducere, sed invitum me non potes adaqvare.*

Anno domini M. C. lxxv. Veneti cum Imperatore discordant, tamen Venetia insula non natura sed arte facta & sic inchoata. Rex Attila Aqvilegiam obsidens habitatores hujus fugavit; qvi ad locum illum venientes ibidem insulam congesserunt & eam à venalitate vel venatione vocaverunt. Erant ibidem duo concives, unus pauper & alter dives, dives ire volens mercatum, qværebat à concive suo, si qvid vellet mittere secum pro mercimonio? Pauper respondit non habeo nisi duos catos. Qvos dives secum attulit & casu in qvendam locum venit, ubi mures fere locum vastaverant, ibi catos pro multa pecunia vendidit, cum qva mercatus multa bona socio reportavit.

Anno domini M. C. lxxvII. Novum monasterium exuritur. Item Imperator offensus Mediolanensibus, vocavit in auxilium Principes, & qvia Dux Heinricus erat ei gravis, ad pedes ejus procedit, & dum eum levare contempsit, Imperator eum levavit, dicens, *surge mi Domine & memor esto bujus casus & memor sit Dominus.* Jordanus dapifer glorianter dixit Duci; *Domine corona Imperii ad pedes vestros venit, adhuc in caput vestrum ascendet.* Sed fortuna Ducis ab eo tempore cœpit labefactari. Item Alwardus primus Abbas Stadensis obiit.

Anno gratiæ M. C. lxxvIII. Ecclesia in Alverstat plena clericis, matris & infantibus à Duce Henrico incenditur & ipsa civitas.

Anno domini M. C. lxxx. Imperator Werceborch curiam habens abjudicavit Duci omne pheudum, qvod ab Imperio tenuit, & ab Episcopis. Item Bernardus Comes de Hanehalt suscepit Ducatum Saxoniæ.

Anno gratiæ M. C. lxxxI. Imperator Lubeke veniens civitatem in deditionem accepit. Item Henricus Dux se in potestatem Imperatoris dedit & fines Imperii ad tres annos abjuravit & Angliam intravit.

Anno domini M. C. lxxxIII. octo Principes & multi nobiles, & plus qvam C. milites submersi sunt in cloaca Erfordiæ, Imperatore vix se in qvadam fenestra salvante, nullo tamen Episcopo vel clerico ibi periclitante. Comes Heinricus de Swarceborch ibi profundius corruit qvia assidue sic juravit: si hoc fecero, submergar in latrina.

Anno domini M. C. lxxxv. Lucius Papa obiit, cujus epitaphium est:

Luca dedit lucem, Luci tibi, pontificatum.
Hostia, Papatum Roma, Verona mori.

Anno domini M. C. lxxxvI. inchoatum cœnobium Reinvelde, juxta fontem Cuserin.

Anno domini cIↄ. C. lxxxvIII. Abbas * Joachim sic de Antichristo prophetavit; *cum fuerint expleti M. anni & CC. LX. nascetur Antichristus.*

Anno domini cIↄ. C. lxxxIx. Bardewich à Duce Henrico destruitur die Simonis & Judæ.

Anno domini cIↄ. C. lxxxxI. Fredericus Imperator in flumine Thessaliæ submergitur, & tunc dicitur exclamasse: *Benedictus crucificus Dei filius, quod aqua me suscipit, qui me regeneravit*
285. *& me facit martyrem, qui me fecit Christianum*, & hæc dicens exspiravit.

Anno gratiæ cIↄ. C. lxxxxII. Waldemarus Episcopus Sleswicensis regnum affectans Daciæ, à Waldemaro Duce capitur, & vinculis mancipatur.

Anno domini cIↄ. C. lxxxxIII. Richardus Rex Angliæ in Austria capitur, in civitate Wien ad ignem sedentem, & pro servo gallinam assans Imperatori traditur, & ipse pro centum & qvinqvaginta librarum * argenti redemit.

Anno domini cIↄ. C. xcv. Imperator cepit Salernam; cepit & Margaretam potentissimam pyratam & cœcavit eum. Cepit & filium Tancredi Regis, & matrem ejus, & filiam Regis Constantinopolitani, desponsatam filio Tancredi, nomine Ceciliam qvam postea duxit Philippus Rex. Item Heinricus Dux obiit, relictis post se filiis, Ottone, Heinrico, & Wilhelmo.

Anno domini cIↄ. C. xcvI. Imperator Jordanum qvendam Siculum in sedem candentem ferream posuit, & coronam ignitam clavis ferreis capiti ejus incussit, qvia miserat Imperatrici clenodia, & qvædam receperat. Gloriabatur enim se Regem futurum, & ducturum Constantiam. Qvendam etiam Richardum per plateas tractum suspendi fecit, qvod eum ut dicebatur consilio constanti impotionare proposuit.

Anno

Anno domini M. C. XCVII. Rex Jerusalem nocte surgens ut urinam projiceret de fenestra cadens mortuus est, & cliens similiter, qui eum retrahere voluit. Item Principes peregrini elegerunt Fredericum filium Imperatoris Henrici, vix quatuor annos habentem. Vocabatur autem alio nomine Constantinus, à nomine matris, quæ Constantia dicebatur. Principes Alemanniæ elegerunt Philippum fratrem Imperatoris, excepto Adolfo Coloniensi Archiepiscopo, qui cum suis complicibus elegit Ducem Zaringiæ, qui noluit acceptare. Unde Ottonem elegit filium Ducis de Bruneswich, consilio & auxilio Regis Angliæ, Richardi, avunculi ejus, & Henrici fratris sui, & ducis Brabantiæ. Otto Aqvisgrani: Philippus Moguntiæ coronatur, & multiplicata sunt mala in terra.

Anno domini M. C. XCIX. Hartwicus Archiepiscopus rediens de peregrinatione tulit Bremæ gladium Petri, quo Malcho amputaverat auriculam. Item Otto & Philippus inter se præliantur. Richardus Rex Angliæ juvit multa pecunia. Item Kanutus Rex Danorum Hamborch & Stadium expugnare proposuit, sed Hartwicus Archiepiscopus & Comes Adolfus ei ad Eidoram fluvium obstiterunt. Item Elverus Abbas Stadensis obiit, cujus Prior ejusdem Ecclesiæ Christophorus subrogatur.

Anno gratiæ cIↄ. CC. Rex Philippus Bruneswich obsidet, nec obtinet.

Anno domini cIↄ. CCI. Philippus & Otto circa Mosellam vires suas sunt experti. Hamborch & Lubeke à Duce Waldemaro capitur, & Comes Adolfus & ad Waldemarum Episcopum ponitur.

Anno domini cIↄ. CCII. Kanutus Rex Danorum obiit, cui Waldemarus frater ejus successit.

Anno domini cIↄ. CC. III. homines Comitis Adolphi reddunt castrum Lovenborch Waldemaro Regi Danorum pro absolutione Comitis. Item Albertus Livoniensis Episcopus Rigam ædificavit.

Anno cIↄ. CCV. Philippus & Otto circa Coloniam vires suas probant, & Otto graviter vulneratur.

Anno gratiæ cIↄ. CC. VI. Coloniensis venit in gratiam Philippi, Ottone relicto.

Anno gratiæ cIↄ. CC. VII. Philippus & Otto duobus Cardinalibus præsentibus pro reconciliatione tractant, sed nihil proficiunt.

Anno domini cIↄ. CC. VIII. Rex Philippus à Comite de Wizelbach occiditur in Bavenberch XI. Kal. Julii, & in Spirea sepelitur. Item Rex Otto desponsata sibi Regis Philippi filia in Imperio à Principibus confirmatur, qui statim in Frankenvorde curiam habuit, leges innovavit.

Anno domini cIↄ. CC. IX. Otto Ducis Heinrici filius Romæ à Papa Innocentio coronatur. Item eodem tempore cœpit ordo prædicatorum & minorum fratrum; & Innocentius Papa vitam & regulam beati Francisci approbans annotavit. 286.

Anno domini M. CC. X. Theodoricus Lubicensis Episcopus obiit, cui Bertholdus ibidem Canonicus successit, quem Yso Verdensis Episcopus in Ecclesia beatæ virginis apud Stadium consecravit.

Anno domini M. CC. XII. Papa Innocentius Imperatori redeunti in Alemanniam suscitavit adversarium Fredericum Ciciliæ Regem Imperatoris Henrici filium, cui per Papam multæ civitates Italiæ accesserunt. Imperator duxit filiam Regis Philippi, quæ statim post nuptias obiit. Item Wilhelmus de Lunenborch obiit, relinquens Ottonem infantulum.

Anno domini M. CC. XIV. pueri de diversis regionum villis & civitatibus sine certo rectore & Duce versus transmarinas partes avidis gressibus cucurrerunt, & dum quæreretur ab ipsis, quo currerent? Responderunt, versus Jerusalem requirere terram sanctam. Papa his auditis ingemuit & ait; per hos pueros nobis Deus imperat, quod ad recuperationem terræ sanctæ eis currentibus nos dormimus. Unde mulieres circa Rhenum de loco ad locum nil loquendo vagabantur. Item Imperator cum Rege Franciæ conflictum habuit, sed victoriam perdidit.

Anno domini M. CC. XV. Rex Danorum Albiam cum exercitu intrat, Stadium invasurus, sed prohibet Palatinus. Imperator cum fratre & Marchione de Brandenborch, & Waldemaro Episcopo, Hamborch obsedit & in pace recepit. Innocentius Papa generalem Synodum celebrat in Lateranensi Ecclesia sancti Salvatoris cum CCCC. XII. Episcopis. Et eodem anno Perusii obiit. In eadem synodo duo Episcopi dicuntur ex pressura mortui. Unde quidam dixit:

Non intrant tuti jussum Papale secuti.
Nostri cornuti, quia prodest cornibus uti.

Cum pressentur uti pecudes, jaceantqve voluti
In sqvalore luti, mors est vicina saluti.

Successit autem Innocentio Honorius.

Anno domini M. C C. XVI. Ordo prædicatorum confirmatur. Rex Danorum Albiam glacie rigentem transiens, Stadium expugnare voluit, sed anteqvam gelu solveretur rediens, vires suas in Hamborch convertit, fecitqve castrum infra civitatem super Albiam, & Comes Albertus aliud super urbem: Unde Hamburgenses affecti tædio se dederunt.

Anno domini clɔ. CC. XVIII. Otto Imperator magna contritione in castro Haresborch moritur, à Sifrido Hildenshemensi Episcopo absolutus. Item castrum Vorde à Bremensis Ecclesiæ ministerialibus occupatur, & tali casu, juxta idem Castrum in loco qvi dicitur Bokele super Bevernam fluvium qvidam simplicissimus rusticus habitavit, qvi cœpit benedicere infirmos cum verbis qvibusdam rustice compositis, & tandem confluxerunt homines, infirmi qvasi peregrini de diversis partibus, & fere omni die factus est in turba cantus & clamor magnus, tanqvam aliqvi fuerint de suis morbis liberati, & multi crediderunt ei. Dux autem Heinricus defendit eum, & advocatus ejus Heinricus de Ostenhusen, & qvæstum infinitum de oblatione habebant. Interea ministeriales Bremenses qvasi versus Vorden euntes, reqvisiti qvo tenderent dixerunt se de remotis partibus venire, & visitare limina sancti Otberti cujus dicunt balneum potatum conferre mirificam infirmis sanitatem, ascendunt in castrum Vorde & homines Ducis ejecerunt. Rusticus Otbertus fugit in Stadium, & ita venit postea in Lubeke, inde in Rigam & ibi obiit. Item Rex Fridericus Erfordiæ curia celebrata Imperio confirmatur.

287. Anno domini M. C C. XIX. Rex Fredericus habito conventu apud Goslariam, gavisus est valde Duce Henrico ei imperii insignia præsentante. Item Gerardus Bremensis Archiepiscopus Frankenvordiæ obiit. Eiqve Gerardus Palburnensis Præpositus filius Bernardi de Lippia post Comitis, post Abbatis tandem Episcopi subrogatur.

Anno domini clɔ. CC. XX. Fredericus Rex Ciciliæ Henrici Imperatoris filius Romæ à Papa Honorio coronatur. Qvidam dicunt eundem Fredericum fuisse filium Henrici magis vocalem qvam realem, cum Henricus Constantiam duxit, sexagenaria fuit, unde non credunt eam in tali ætate peperisse. Item Henricus filius Imperatoris patre volente Frankenvordæ in Regem à Principibus eligitur. Item Horborch destruitur.

Anno domini clɔ. C C. XXIII. Rex Danorum Waldemarus à Comite Henrico de Sverin in propria terra capitur, & in Danneborch gravi custodia coarctatur.

Anno domini clɔ. C C. XXIV. Philippus Rex Franciæ obiit, cui Lodewicus successit. Item qvidam venit in Flandriam dicens se esse Balduinum Comitem, sed utrum fuerit an non adhuc sub judice lis est. Comitissa verò qvæ filia ejus esse debuerat, eum suspendi fecit.

Anno domini clɔ. C C. XXV. Comes Adolfus auxilio Gerardi Archiepiscopi & Comitis Henrici de Swerin & Henrici de Werle invitatus à potentioribus Holsatiæ, terram occupat Transalbiam. Item Comes Albertus à Comite Henrico de Swerin Molne capitur, & cum avunculo suo Rege Danorum custodiæ mancipatur. Item Rex Daciæ pro XLV. marcarum millibus se redemit, exceptis aliis clenodiis circa tria millia marcarum æstimatis. Item Engelbertus Coloniensis Episcopus à Friderico Comite de Ysenborch occiditur.

Anno domini clɔ. C C. XXVI. Beatus Franciscus migravit ad Dominum. Item Comes Fredericus de Ysenborch rotatur Coloniæ. Item Domini Nordalbingiæ Albertum Ducem Saxoniæ vocant eiqve Raceborch & Lubeke resignant.

Anno domini clɔ. C C. XXVII. prælium in Bornehovede Regis Danorum contra Bremensem Archiepiscopum & Ducem Saxoniæ Albertum & Henricum Comitem de Swerin die Mariæ Magdelenæ. Rex per fugam elabitur, sed Dux Lunenborch à Comite Henrico de Swerin capitur.

Anno domini clɔ. C C. XXVIII. Henricus Comes de Swerin obiit Ottone Domino de Luneborch non dimisso, volebant enim consiliarii Guncelini eum dimittere, sed Dux Albertus renititur, donec ei Hedensaken traderetur.

Anno domini clɔ. C C. XXIX. Parisiis inter Clerum & populum maxima orta dissensio multis clericis trucidatis, ita ut studium in Andegaviam transferretur.

Anno clɔ. C C. XXX. Bertoldus Episcopus Lubicensis obiit, cui Johannes ejusdem Ecclesiæ Decanus successit.

Anno domini clɔ. C C. XXXII. Christophorus Abbas Stadensis obiit, cui Albertus successit.

Anno

Anno domini clɔ. cc. xxxiv. Stedingi deleti sunt à peregrinis. Item Rex Danorum contra Lubicenses super Travennam ædificavit duo castra.

Anno domini clɔ. cc. xxxvi. beata Elizabeth translata est Kalend. Maji, præsente Imperatore Frederico & multis principibus. Item in Livonia strages peregrinorum multa, circa festum Mauritii.

Anno domini clɔ. cc. xxxvii. Dux Abel filius Waldemari Regis duxit filiam Comitis Adolfi in terra Holsatiæ. Item Ecclesia Reineveldensis dedicata est.

Anno Domini clɔ. cc. xxxviii. Comes Adolfus cum uxore sua Heilewiga Livoniam ivit.

Tres ubi crescit olus, nec erant tunc sydera, solus
Abbas Albertus posuit radiantia qvercus.

Anno domini clɔ. cc. xxxix. Comes Adolfus de Schowenborch se in Hamborg reddi- 288
dit ad fratres minores, die Ypoliti sabbato, relinqvens post se pueros, Johannem, Gerardum, & Luderum, qvibus tutorem dedit generum suum Ducem Abel.

Anno domini clɔ. cc. xli. Tartari tantum terrorem hominibus incusserunt, ut Papa ad instantiam Regis Ungariæ, generalem daret sanctæ terræ indulgentiam contra eos. Item Johannes filius Adolfi fratris filia Ducis Alberti sibi promissa, receptus est Hamborg, cum magno gaudio cleri & populi. Item eclipsis solis per totum mundum octava Michaelis die Dominica.

Anno domini clɔ. cc. xliv. frater Adolfus olim Comes sedem adiit Apostolicam pro dispensatione, & rediens subdiaconus à Johanne Episcopo magistro [ordinis prædicatorum:] in diaconum, & à Johanne Lubicensi Episcopo est in presbyterum ordinatus, & in Hamborg ubi Comes fuerat missam apud fratres minores die Gregorii celebravit.

Anno domini clɔ. cc. xlv. Papa Lugdunum veniens concilium celebravit, & qvintam partem redituum ab Ecclesiis reqvisivit. In eodem concilio Lugdunensi Octavam nativitatis beatæ Virginis instituit per universam Ecclesiam celebrandam, & Decreto firmavit. In eodem etiam excommunicavit Imperatorem, qvibusdam reclamantibus, & dicentibus ad Papam non pertinere destituere vel instituere, sed electum à Principibus coronare. Sunt autem ii qvorum interest, Trevirensis, Maguntinensis, Coloniensis: Deinde Palatinus, qvia dapifer est: Dux Saxoniæ qvia Marscalcus est: Marchio de Brandenborch qvia Camerarius: Rex Bohemiæ qvia pincerna, non eligit, qvia non est Teutonicus.

Anno domini clɔ, cc. xlvi. cum Papa sollicita Principes, ut aliqvis eorum Imperium assumeret, tandem Henricus Landgravius dictus Raspe, Imperium acceptavit, & statim à Moguntino & Coloniensi in Regem eligitur. Item Dux Austriæ habito conflictu contra Regem Ungariæ, occubuit & ducatum sine hærede reliqvit: unde qvidam in qvodam lapide scripsit hos versus:

Anno milleno centeno terque triceno,
His quinquaginta si misces, tunc bene disces,
Austria quod tota sit Principibus viduata,
Terraque cornuto discet servire tributo.

Item Johannes & frater ejus Gerardus Comites Holsatiæ de Parisiis redierunt, & octava Francisci, cum maximo cleri plebisqve tripudio in Hamborg sunt recepti.

Anno domini clɔ. cc. xlvii. Henricus Landgravius, noviter in Regem electus, sine hærede mortuus est.

Anno domini clɔ. cc. xlviii. Papa Heinricum mortuum intelligens Petrum Caputium de aureo velo misit in Teutoniam, qvo promovente Wilhelmus frater Comitis Hollandiæ, in missa in Regem est electus. Bernardo Paderbornensi Episcopo mortuo, Simon eligitur, & frater Simonis Monasteriensi Episcopo subrogatur.

Anno domini clɔ. cc. xlix. maxima tempestas cum inundatione aqvarum orta est nocte puerorum.

Anno domini clɔ. cc. l. Comes Johannes cum Bremensi Archiepiscopo, & avunculo suo Simone expeditionem in Daciam ordinavit. Ericus Rex ludens in alea cum Hermanno milite amicabiliter invitatus à fratre suo Abel, & hostiliter captus & in navim projectus à qvodam Dano, dicto Lagone, missus est decollari, & corpus ejus multo ferro onustum, in aqvæ illius profundum est submersum, cui parcat Deus. Hoc turpe factum & inhumanum contigit in nocte beati Laurentii. Hujus Regis corpus inventum, fratres prædicatores in Ecclesia sua Sleswich sepelierunt, sed frater ejus Abel postea fecit eum ibidem

ih

289. in nova Ecclesia monialium sepeliri. Item in die omnium sanctorum Abel coronatur in Regem, & uxor ejus Mechtildis in Reginam, filio ejus Waldemaro puerulo, qvem redeuntem de Rothomage, Coloniensis Archiepiscopus ceperat, qvem Comes Johannes sex millibus marcarum puri argenti redemit. Item Fredericus Imperator obiit, & in Palermitana Ecclesia qvæ est in Cicilia, ab ejusdem loci Archiepiscopo tumulatus; & dicunt qvidam, qvod resipuerit ante mortem. Tunc steterat Roma per duo millia annorum.

Anno domini clↄ. c c. LI. orta est nova secta hæreticorum, & primo visa est in villa Parisiensi, qvi se pastores nominaverunt, qvorum non erat numerus, venerunt circa principium Parisiis qvasi viri sancti, & sunt à laicis recepti, & tandem cum ipsis contra fidem senserunt. Dicebant se habere auctoritatem benedicendi, consecrandi, & baptizandi, ligandi & solvendi, & dum clerus eorum erroribus resisteret, irruerunt in eos, & plurimos occiderunt, prædicatores & minores à loco prædicationis turpiter amoverunt & in ipsum Episcopum fecerunt insultum, sed juvante Deo tota repressa est eorum præsumptio, & tandem a populo interfecti. Item Wilhelmus Rex duxit filiam Ottonis Ducis de Bruneswich, & nocte Palatium, in qvo sponsus & sponsa qvieverunt, ex incuria succensum est, & Rex cum Regina vix evasit, & duo sartores incendio perierunt.

Anno domini clↄ. cc. LII. Otto Dux de Bruneswich die Dominica Primi & Feliciani obiit, relictis post se filiis qvatuor, & Albertus major eorum Ducatum accepit. Item Abel Rex Danorum die Apostolorum Petri & Pauli turpissimus à Strantfresiæ rusticis est occisus, & Christophorus frater ejus regnum accepit. Lago interpretatur Erici Regis & multa pecunia ab Abel collecta fugit in Holsatiam, & ibidem est occisus. Item Hermannus miles de Kerecwerdere, qvi cum Erico Rege luserat in alea tempore qvo captus erat, à rusticis, qvos terram fodiendam compulit fossoriis, qvæ rustici gestabant in manibus, est occisus.

Anno domini clↄ. cc. LIII. Albertus Dux de Bruneswich Horeborch reædificat, & hoc contra patris promissum Ottonis. Item Comitissa Flandriæ multam militiam misit contra Regem Wilhelmum, & victoriam perdidit.

Anno domini clↄ. c c. LIV. Rex cum Petro legato laborabat, ut Coloniensem Episcopum Simonem absolutum dimitteret, Archiepiscopo contradicente; tantus rancor surrexit, qvod Coloniensis applicato igne ad domum, in qva legatus erat cum Rege voluit ambos incendio suffocare, contigit hoc in Nussia, vix autem evaserunt. Item Dux Bavariæ uxorem suam fecit decollari in Werden, falsum imponens ei crimen.

Anno domini clↄ. cc, lvi. Qvidam validus civis in Maguntia cœpit hortari concives suos, ut se invicem ad pacem restaurandam constringerent, & ad idem civitates vicinas & remotas invitarent. Hic vocatus est Woltbodo. Rex Wilhelmus & Papa Alexander his consensit; hujus vero successus satis notus est.

Anno domini clↄ. cc. lvi. Wilhelmus Romanorum Rex à Fresonibus occiditur, & vi raptus ab ipsis Fresonibus occultatur.

Anno domini clↄ. cc. lvii. Richardus fortiter Rex Angliæ cœpit ad Imperium aspirare, tunc Moguntinus erat captus, qvem Richardus redemit octo millibus marcarum, ut ad suam esset benevolus electionem. Hic effudit pecuniam ante pedes Principum sicut aqvam. Qvidam eorum scilicet Treverensis Archiepiscopus, Albertus Dux Saxoniæ, Johannes & Otto Marchiones ei hac vice non consenserunt. Coloniensis vero & Trajectensis pro adducendo transeunt in Angliam, & redeuntes cum ipso Aqvisgrani veniunt, & eum cum infinita pecunia principibus sibi faventibus præsentant & die ascensionis Domini ipsum in Regem Romanorum elevant, & consecratum cum uxore sua coronant. De pecunia ejus multa incredibilia sonuerunt, certe tantum olei, qvantum infusum est ejus capiti, potuisset in sua terra precio emisse minori. Stulta Anglia qvæ tot denariis sponte est privata. Stulti Principes Aliman-
290. niæ, qvi nobile jus suum pro pecunia vendiderunt. Item Simonem Parbornensem accepit Bremen. Archiepiscopus in tutorem, de consensu Capituli & ministerialium. Qvi statim impetiit Albertum Ducem de Bruneswich, pro eo, qvod Horeborch reædificans contra fidem patris & sui ipsius venit, sed Dux super eo treugas impetravit. Item Fredericus Raceborg Episcopus obiit, cui Olricus successit.

Anno domini clↄ. c c. LVIII. Comes Bernardus de Berneborg duxit filiam Regis Abel, die Basilii in Hamborch. Item Gerardus Bremensis Archiepiscopus obiit. Qvi cum esset in Parbornensi Ecclesia simplex Canonicus, occurrit ei qvidam, habitu incultus, & primo nec turbidus, nec lætus, & dixit: considera diem istum, anno evoluto in Præpositum eligeris Parbornensem, & cum possessor fueris, dabis mihi duas marcas. Et factum est ita. Secundo venit iterum ad eum, & dixit, anno evoluto & tali die eligeris in Archiepiscopum Bremensem, & cum possessor fueris dabis mihi v. marcas. Sic evenit, & ille dedit. Et ille dixit ei tertio:

tio: Duas res tibi prædixi, quæ evenerunt; tertiam rem dico tibi sine remuneratione. Quinquaginta annis vives Archiepiscopus, & post hos non vives uno die. Mentita est iniquitas sibi. Nam XXXVIII. annis sedit, & tricesimo nono obiit, in die Panthalionis, quæ sabbatho tunc erat. Quo defuncto facta est dissensio in electione. Capitulum enim Bremense, excepto Scholastico & Cantore, elegit Præpositum Hildebaldum, Præpositus Bremensis se ipsum postulavit. Decanus Hamburgensis nomine totius Capituli sui, postulavit præpositum Bremensem, Scholasticus Hamburgensis elegit Hildebaldum, quem multis triumphis prætermissis Papa confirmavit.

Anno domini cIↃ. CC. LIX. Christophorus Rex Daciæ moritur, & filius ejus Ericus septennis coronatur. Ericus filius Abel Regis in Ducatum recipitur. Item Bremensem electum in vigilia Palmarum, confirmavit, & in Episcopum die Dominica Benedicta ordinatur & dato pallio ad patriam remisit. Simon Episcopus Parbornensis venit Hamborg, & auditis literis Papalibus, appellavit. Johannes & Gerardus Comites Capitulum Hamburgense & cives Hamburgenses appellaverunt, & omnes quieverunt, nihil eorum quæ proposuerant exequentes. Item postulatus Bremensis, in Lubeke obiit. Et Engelbertus Bremensis Ecclesiæ Canonicus in præpositum est institutus ab Archiepiscopo, & paulo post ipsum destituit, eique fratrem Alberti Ducis de Bruneswich subrogavit.

Anno domini cIↃ. CC. LX, Richardus Rex in Angliam cum uxore sua rediit & investituram Episcoporum Archiepiscopo Coloniensi commisit. Item Archiepiscopo Bremensi ultra Albiam misit viros validos in locum qui Wildesscame dicitur, ut ex illo Comites Holsatiæ impugnarent. Comites vero illo obsequio omnes se dare coegerunt.

Anno domini cIↃ. CC. LXI. Regina Daciæ Margareta cum filio suo Rege venit contra Comites Holsatiæ cum magna populi multitudine super Loheide, sed Comites per Dei gratiam adepta victoria Reginam ceperunt, & in Hamborg in honesta custodia deduxerunt. Statimque Dux Albertus de Bruneswich per auxilium Lubicensium & quorundam Holsatiæ infidelium Holsatiam intravit, & castrum Plone expugnavit. In cujus defensione quidam probus & fidelis, cui parcat Deus, cadens mortuus est, & primo Segeberghe sepultus, sed Canonici Hamburgenses, quod eorum Canonicus fuerat Hamborg defunctum sepelierunt, ipse requiescat in pace. Item civitatem Kil obsedit, sed non profecit.

Anno domini cIↃ. CC. LXII. Regina Hamborg in captivitate detenta fit tractatus de pace. Dux & Marchiones, Johannes & Gerardus Comites conveniunt in Quedelingeborgh, & postea in Saltwedele. Regina quoque interfuit, sed tamen postea reversa est Hamborg, & colloquium, redeunte Regina, ad placitum sic finem accepit, quod Holsati transgressores reconciliati sunt Comitibus, bonis suis obtentis, & Regina reversa est in Daciam. Item Helprandus Præpositus Hamburgensis obiit. Item Rodolfus Episcopus Sverinensis obiit.

Anno domini cIↃ. CC. LXIII. Comes Johannes Holsaltiæ obiit, & est sepultus in Reinvelde. Item eclipsis solis in die Dominica, & in die Oswaldi Regis. Eodem anno Dux Luneburgensis de Dacia rediens, cum magna multitudine ingressus est fines Marchionis Misnensis, & captus est ab eo, cum multis Comitibus & Dominis terrarum, & detentus est uno anno & sex septimanis, captus est in vigilia Simonis & Judæ Apostolorum.

Anno domini cIↃ. CC. LXIV. solutus est Dux Johannes de Luneborch. Item Novum monasterium, quod est in terra Holsatiæ, per multas provincias tam de hospitalitate, quam de bona conversatione personarum, famosum, incendio devastatur, in nocte sancti Martini. Item vina perierunt in Francia. Item Papa Urbanus mortuus est, & vacabat sedes XVII. septimanis, cui successit Clemens.

Anno domini cIↃ. CC. LXV. Dux Johannes de Bruneswich duxit filiam Comitis Gerardi, cum magna solemnitate in Hamburg.

FINIS.

292. # ERICI DANIÆ REGIS, WRATISLAI VII. DUCIS POMERANIÆ F.

HISTORICA NARRATIO, DE ORIGINE GENTIS Danorum, & de Regibus ejusdem gentis, deqve eorundem rebus gestis.

DANI, ut testantur veteres Historiographi, tempore Saruch proavi Abrahæ, regnum qvod nunc Dania vel Dacia dicitur, intraverunt, venientes de Gothia. Qvi qvidem Gothi, ut dicit Papias, de Gog filio Japhet orti sunt. Qvod autem qvidam dicunt, Danos à Danaitis, id est, Græcis venisse, verisimile est, sed usqveqvaqve certum non est, nisi ab initio dicti sunt Dani, sed qvælibet terra habuit nomen speciale, qvod habet adhuc, donec tempore David Regis habuerunt Regem Dan: nam tempore illo, Dan filius Humblæ de Svecia veniens, regnavit super Syalandiam, Onen, Falster & Laland, cujus regnum dicebatur Withesleth. Eo tempore Rex qvidam potentissimus ad invadendum Juros venit. Qvo audito, Juti timentes valdè, locum qvi adhuc Kovoirki dicitur, fossatis & fragis ligneis munierunt, miseruntqve nuncios ad Dan Regem Witeslech, ut eis ferret auxilium, pollicentes ei, victoriam si reportaret, dominium super se. Qvi cum suis veniens, apud Kowirki hostibus occurrit, occisis plurimis, & reliqvis in fugam actis, Dominus Jutorum factus Dan, cum Jutis Syoniam, Scaniam ac omnes alias Insulas Daciæ sibi subjugavit, & postmodum communi omnium decreto, regnum suum Daniam, & incolas, Danos, à se, qvi Dan dicebatur, appellavit.

I. Primus ergo Danorum Rex fuit Dan, filius Humblæ, à qvo Dani & Dania, qvæ nunc Dacia dicitur, nomen habet: Julius enim Cæsar primo fertur eam Daciam appellasse, propter hospitalitatem & dapsilitatem hujus gentis Dan ergo primus Rex fuit pugil fortissimus & giganteus; cunctis in circuitu terribilis, & prælia clarissima gessit hinc inde. Huic successit secundus:

II. Humblæ filius ejus. Hic erat vanus & iners, & pauca notabilia fecit: unde Lother frater ejus, facta conspiratione Danorum contra fratrem, eum de regno deposuit & pro eo regnavit.

III. Tertius Lother nimis durus fuit incolis regni, & in multis se neqviter gessit, & ideo tyrannidem ejus Dani non ferentes, eum occiderunt. Huic successit Skiola filius ejus qvartus:

IV. Skiola. Iste anteqvam haberet xv. annos ætatis, occurrens solus magno urso, & eum cingulo suo ligavit. Hic primo Teutonicos Danis subjugavit & servire fecit sub tributo: & multa strenue gessit. Huic successit filius ejus Gram, qvintus:

V. Gram, à qvo Gram & Hæreth dicitur. Iste cum qvodam gigante in Svecia pugnans, solus occidit eum. Regem etiam Sveciæ occidit, & xvi. fratres ejus: & Sveciam tributariam Danis fecit. Postea cum Svibdager Rege Normannos: qvod qvando aliqvis est multum durus, dicitur de eo; ipse est unus Gram. Huic successit in regnum Svibdager, qvi eum occiderat, sextus:

VI. Svibdager. Iste ex patre Dacus fuit, & ex matre Noricus, qvi patrem proprium in Norwegia regnantem, de regno expulit, & pro eo regnavit. Hunc in Dacia regnantem occidit Haddinger, filius Gram, in ultionem patris, & pro eo regnavit, septimus:

293. VII. Haddinger filius Gram. Iste Regem Sveciæ & Hellespontem interfecit. Norwegiam & urbem Dymin subjugavit, & multa clarissime fecit, & post multas victorias indignum ducens mori in lecto qvasi pecus, propter laudem mundi, & posteritatis memoriam, seipsum suspendit. Huic successit Frothi filius ejus octavus.

VIII. Frothi hin fræmildæ. Iste postqvam seipsum & totum regnum in bellis depauperaverat, audito

audito qvod in Wædæl Sysal, draco qvidam super thesauros jaceret, draconem solus adiit, & superatum occidit, acceptisqve thesauris Brittanniam, qvæ nunc dicitur Frisia, Scotiam, Teutoniam, Slaviam, Rusciam, & plurimas alias terras subjugavit. Postmodum in Scania pugnans, non manibus inimicorum, sed æstu & pondere armorum suffocatus interiit. Huic successit Haldanus filius ejus.
IX. Haldanus. Iste cupiditate regnandi omnes fratres interfecit. Huic successit Ro filius ejus.
X. Ro. Iste transtulit civitatem, qvæ prius dicebatur Hækækelping, de loco qvi dicitur Hokorbyerg, & ædificans eam in portu Ysæsyeth, & vocavit eam Roskeldæ sermone composito ex nomine suo & ex fonte juxta qvem sita est. Huic successerunt duo filii ejus, Haldan & Helgi.
XI. Haldan & Helgi. Isti diviserunt inter se regnum; Ita qvod Haldan regnaret in terra & Helgi in mari. Haldan vero pauca notabilia fecit. Huic successit Hlgi frater suus.
XII. Helgi Rex maximus. Iste strenuus bellator, Hochbrodum Regem Sveciæ occidit. Teutonicos III. subjugavit, & marinis discursibus multa ardua perpetravit. Hic ad portum qvendam Lalandiæ veniens, filiam cujusdam rustici, nomine Rolfkarl, sibi adduci fecit, de qva filiam genuit nomine Thora, ex qva dicta est Thororum insula, qvia ibi sepulta est. Iterumqve post XV. annos illuc veniens, prædictam filiam abduci fecit, nesciens qvod filia sua esset, ex qva genuit filium nomine Rolfkraki. Cumqve hoc postea cognovisset, præ nimia verecundia se ipsum suspendit.
XIII. Interea dum Rolfkraki adhuc puer esset, Rex Sveciæ Athissus Danis tributum imposuit, & in signum abjectissimæ servitutis, præfecit eis c. qvendam Racki nomine, qvem cum canes occidissent, Athissus posuit eis Regem pastorem qvendam nomine Suyo.
XIV. Suyo. Iste multa mala & innumera fecit Danis, sicut Athisso promiserat, qvi tandem sedens in palatio Wiburgensi, in loco, qvi Lusœbœgh dicitur, coram omnibus melioribus regni, à pediculis est corrosus. Huic successit Rolfkraki filius Helgi prædicti.
XV. Rolfkraki filius Helgi. Ipse post multas præclaras victorias ab Hyerwardo Comite Scaniæ, qvi sororem ejus habuit in uxorem, in lecto suo proditiose est occisus, in Loxthra curia regali, in Syelandia, cum qvo & Biœrki & Jœlki pugiles clarissimi, cum tota familia regia sunt occisi. Huic successit Hyarwarus.
XVI. Hyarwarus regnavit brevi tempore, scil. à mane usqve ad horam primam. Hunc occidit Haki filius Hamundi, & factus est Rex Danorum.
XVII. Haki igitur regnante venit qvidam de partibus septentrionalibus nomine Frithloef, & filiam Rolfkraki duxit in uxorem & occidit Hakonem.
XVIII. Frithloef. Huic successit Othen.
XIX. Othen. Iste morte subitanea prope locum, qvi nunc Othens dicitur, interiit, ibiqve sepultus est. Hic magnus incantator & magus erat, ita qvod ab omnibus circa nationibus pro Deo colebatur, unde & Græci imaginem ejus auream à Danis sibi pro magno munere missam, cum reverentia maxima susceperunt. Huic successit Balder filius ejus.
XX. Balder, à qvo Baldersund dicitur, mare Balticum, pro eo qvod ibi pugnavit. Huic successit Hother, qvi eum occidit.
XXI. Hother. Iste invenit in qvodam nemore Sveciæ, gladium, qvi Mumming dictus est, cum qvo Balder occidit. Ab isto Hother villa Othera dicta est, & illuc fugiens, occisus est à 294.
Boyo Rege Sveciæ, qvi etiam post eum regnavit.
XXII. Boyo. Huic successit Borik filius suus.
XXIII. Rorik. Huic successit Orwendel.
XXIV. Orwendel. Iste vir valde victoriosus erat, & multa præclara gessit. Hunc occidit frater suus Foggi; & regnavit.
XXV. Foggi. Iste copulavit sibi uxorem fratris occisi. Hunc occidit Ambletus filius dicti Orwendel in ultionem patris, & cum eo omnes meliores regni, cum tota Curia regali combussit, ita, qvod unus superstes non fuit.
XXVI. Ambletus, qvi vir astutissimus erat, Regemqve Angliæ bello occidir, & Daciam, Angliam, & Sveciam in ditione sua tenuit. Hunc Wichlethus Rex Norwegiæ vitricus ejus occidit in Oresund, in prælio & regnavit.
XXVII. Wichlethus. Iste accepit uxorem Ambleti, propria uxore repudiata. Huic successit filius ejus Wermundus hin blinde.
XXVIII. Wermundus blinde. Hic vir bellicosus erat. Hujus tempore Keto & Wiggo filii Frewini præfecti Slesvicenses occiderunt Athislum Regem Sveciæ, in ultionem patris sui. Huic successit Uffo Starke filius ejus.

XXIX. Uffo Starke. Iste à VII. anno, ætatis usqve ad XXX. noluit loqvi, qvo usqve in loco, qvi adhuc Kunengikamp dicitur, super Eydoram cum filio Regis Teutonicorum & meliore pugile totius Teutoniæ solus certans, ambos occidit, & sic conditione utriusqve gentis, Teutonia Danis jam qvarto tributaria facta est. Huic successit Olaf filius ejus.
XXX. Olaf qvi dictus est Dan hin ste latene. Huic successit Hughelee.
XXXI. Hughelee. Iste occidit Heghmodum & Hagimum tyrannos Sveciæ. Huic successit Frothi.
XXXII. Frothi hin Freene. Iste interfecit Fregerum Regem Norwegiæ & X. duces ejus. Huic successit Dan filius ejus.
XXXIII. Dan. Iste VII. anno ætatis suæ Teutoniam jam V. tributariam Danis fecit. Huic successit Frithlenus.
XXXIV. Frithlenus. Iste urbem Difflinum & Britanniam subjugavit. Huic successit Frothi filius ejus.
XXXV. Frothi hin Frigothœ. Hujus tempore Jesus Christus natus est. Iste subjugavit Sveciam, Britanniam, Hyberniam, Scotiam, Norwegiam, Saxoniam, Frisiam, Ungariam, & omnia orientis usqve ad Græciam, qvorum Reges & incolæ omnes servierunt ei. Hujus tempore venit in Daciam Erix Orthiloghe & Rol frater ejus, filii Regneri. Illi interfecerunt Grep cum V. fratribus suis. Contra hunc Frothi venit Rex Hunorum cum aliis LXIX. regibus qvi ex se VI. Reges fecerant duces belli. Qvorum qvilibet habuit sub se V. M. navium, & qvælibet navis habebat CCC. armatos. Summa navium XXX. Summa virorum, novies mille millia hominum, hos omnes occidit Frothi pugnans cum eis in mari juxta Bleking. Hic tantam pacem in regno suo fecit, qvod unam armillam auream juxta Eydoram, alteram juxta Scanor, & tertiam juxta Warthingborg in via communi suspendit, nec erat qvi eam nocte vel die auderet tollere. Hunc occidit una vetula. Huic successit Yœriu.
XXXVI. Yœaiu. Iste modico tempore regnavit, occidit enim eum Frithlenus filius Frothi Frithgothæ.
XXXVII. Frithlenus filius Frothi Frithgothæ. Iste occidit Amundum Regem Norwegiæ & unum draconem. Post qvem Frothi filius ejus.
XXXVIII. Frothi hin Freknæ. Hujus tempore venit Steratæ filius Storvværki in Daciam, qvi interfecit Wisinum gladiatorem apud Ryciam & Tanæm gigantem apud Bizantium, & in Polonia Wasæ pugilem, & in Saxonia Hamam pugilem, & Teutonicis infestissimus fuit adversarius, & multa eis opprobria intulit. Nam qvatuor aut sex ex eis complicans ad modum sedit ad purgandum alvum, & multa alia præclara gessit. Iste Frothi anno ætatis suæ XXII. Teu-
295. toniam jam sexto subjugavit; & multa alia præclara armis fecit. Hunc Frothonem occidit Syertingus. Huic successit filius ejus Ingellus.
XXXIX. Ingellus. Hujus tempore, Stercather interfecit septem filios Swertingi, in ultionem Regis Frothi. Ipsius tempore occidit Arganturum cum septem fratribus. Huic successit Olaf filius ejus.
XL. Olaf. Huic succesit Haraldus filius ejus.
XLI. Haraldus. Hunc occidit frater suus Frothi Rechbane, & regnavit.
XLII. Frothi Rechbanee. Hunc interfecit Haldan hin Byerngramee filius sui fratris Haraldi, in ultionem patris sui. Huic succesit Ericus Rex Sveciæ.
XLIII. Ericus. Hunc occidit idem Haldan Haraldi filius, & pro eo regnavit.
XLIV. Haldan Byerngram. Iste strenuus pugil fuit, unde provocatus à Siwaldo pugile Sveciæ, ut contra eum & septem filios ejus dimicaret, acceptavit, & omnes pariter occidit. Abjecto enim gladio, qvercum radicitus avulsit, & cum ea omnes conqvassavit. Alia qvoqve vice cum qvodam gigante de Svecia, qvi habebat undecim cubitos altitudinis, nomine Harchbeen dimicans, occidit eum, & cum eo XII. contubernales ejus, & multa alia præclare fecit, unde dictus hynbyerngram, huic succesit Hugni frater ejus.
XLV. Hugni. Huic succesit Siwald filius suus.
XLVI. Siwald. Hujus tempore Sterketheer fugit de prælio. Hunc occidit Hako. Huic successit Sigerus filius ejus.
XLVII. Sigerus. Hic constituit bellum contra Hakonem in qvo ipse & Hako pariter corruerunt. Huic successit Goldrie nepos ejus.
XLVIII. Goldrie, post cujus mortem regnum Danorum in qvinqve regna divisum est.
XLIX. Borgardus, qvi habuit filiam Siwardi, nomine Role, in uxorem, regnavit in Scania.
L. Hundenger in Syalandia. Iste semper impediendo alios perdidit & defendendo se vicit: unde & ex eo tractum est proverbium aliud: Hunderheinæ rikæ est.

LI. Ha-

LI. Hani regnavit in Fyonia.
LII. Hother in Sunder Jutia.
LIII. Reyner in Norvicia.
LIV. Haldanus hin sterkæ surrexit post Borchardum in regnum, & fuit valde strenuus in armis. Hunc occidit Weserus in Syalandia. Huic successit Harald Hildercan filius Borchardi.
LV. Harald Hildercan. Iste hos qvinqve Reges occidit, & ita potens factus est, qvod omnes Reges contra mediterraneum mare ferebant ei tributum, cui cum Ringer, nepos suus Rex Sveciæ tributum negaret. Sveciam intravit, ibiqve in bello corruit & cum eo corruerunt Ubbo Rex Frisonum, & alii plures Reges & xxx. nobilium de exercitu suo. De exercitu verò Ringer Regis XII. procerum corruerunt. Ibi cum Haraldo pugnaverunt CCC. virgines, qvæ Skalmor dictæ sunt; qvarum vexillum portavit Hether, qvæ postea civitatem ædificans Hæterby appellavit. Inde etiam dicitur Hesceppe. Huic Haraldo, postqvam L. annis regnaverat, successit ei idem Ringer nepos suus.
LVI. Ringer. Huic succesit Harald frater suus.
LVII. Harald. Huic successit Oli frater suus.
LVIII. Oli hinc Freenee. Hic adeo agilis erat, qvod scansorium ad sellam habere noluit. Iste adeo efferus fuit qvod Starchaterum solo visu super genua prostravit. Hic etiam Sveciam intravit, & provocatus ad singulare certamen, primo die, contra unum pugnavit, 2. die, contra duos, 3. contra tres, 4. contra qvatuor, qvinto contra qvinqve, & sic usqve ad XII. & omnes superatos occidit. Qvi dum in Lætra curia regia in Syalandia sederet in balneo, venit Starchater magno pondere auri corruptus à Rege Sveciæ, & petita licentia loqvendi aliqvid secrete Regi, accessit, Regemqve nihil mali suspicantem, gladio transfodit, unde præ nimia verecundia, post tam vilem, tanti viri occisionem, se à lachrymis nunqvam potuit continere, donec idem pondus auri, qvod acceperat, occisori suo ut eum occideret, impendisset. Huic Oli successit Omundeer filius ejus. 296.
LIX. Omunder. Hujus tempore Starchcather senio confectus, indignum reputans more aliorum hominum in lecto mori sine gladio, & præcipuè propter occasionem Oli Regis, multis precibus persvasit cuidam Hother cujus patrem ipse occiderat, ut eum occideret, objiciens ei qvod patrem ejus occiderat, qvod ille vindicare teneretur; obtulitqve insuper memoratum pondus auri, pro mercede, & sic Other victus spe mercedis & Zelo vindicandi patrem Starcatherum gladio proprio, qvi Skum dicebatur, præcisa cervice, occidit apud pontem Scaniæ, qvi Boyllyngbre dicitur, accinctusqve gladio, pontem transiens, cum esset in medio pontis, Skum de vagina, in aqvam cecidit, nec inde levari potuit usqve in præsens; tamen aliqvando videtur ibi in defluxu aqvæ. Iste Stercather venit de Svecia tempore Regis Ingelli, portans congeriem carbonum in dorso ad acuendum nasum dicti Regis, ut vindicaret patrem suum. Idem Starcather pertransiit multas partes orbis pro prælio singulari: Unde & Græci imaginem ejus æream in Italiam miserunt, dicentes eos non posse ei resistere, nisi haberent unum qvi posset pugnare cum tali pugile. Hujusdem per Henricum Æmælthorp militem de Dacia in Teutoniam est portatus pro miraculo, habens sex pollices in magnitudine. Post Ommunder regnavit Syward filius ejus.
LX. Syward. Huic se opposuit Simon præfectus Scaniæ, & tandem convenerunt in prælium in qvo utrisqve viriliter certantibus principes ambo corruerunt. Post qvem regnavit frater ejus Butel.
LXI. Butel. Post hunc regnavit Jarmarus Rek filius Sywardi.
LXII. Jarmarus Rek. Iste valde bellicosus erat: intravit enim Slaviam cum exercitu & Ysmarum Regem Slavorum occidit, & totam Slaviam vastavit. Postea Ollespomici Daciam cum exercitu intraverunt, qvibus Jarmarus Rex occurrere non audens, munivit montem maritimum Scaniæ, qvi Kolle dicitur, ibiqve cum melioribus regni se inclusit. Tandem cum regnum vastassent; exivit ad eos, & negotium fortunæ committens, commisit cum eis prælium in Oresund, ibiqve corruit. Huic succesfit Brother frater ejus.
LXIII. Brother. Post qvem regnavit Siwald.
LXIV. Siwald. Huic successit Snio filius ejus.
LXV. Snio. Hujus tempore tanta fames erat in Dacia, qvod ex edicto Regis omnes viri & mulieres non apti ad portandum arma in bellis, occidebantur. Tandem ex consilio cujusdam mulieris Scaniensis nomine Magge, qvilibet nonus homo exivit de regno, & omnes terras obtinuerunt usqve Romas. Isti propter longas barbas, dicti sunt Longabardi, qvi tandem terram qvæ nunc Longabardia dicitur, intraverunt, ibiqve remanserunt. Postea tem-

tempore Caroli Magni Apuliam ob tinuerunt, ibiqve usqve hodie manent. Anno Domini DC. XXXVII. exierunt de Dacia Dani, modo dicuntur Longabardi. Post Snio Biorn regnavit.
LXVI. Biorn. Huic succesſit filius Haraldus.
LXVII. Haraldus. Post qvem Grom. (Alii, Gorm) filius ejus.
LXVIII. Grom. Iſte erat mirabilis inveſtigator novarum rerum, unde & aſſumptis CCCC. probisſimis ſatellitibus, navigavit verſus Aqvilonem ad ſedem Geruthy, ubi vidit ſtupenda mirabilia, & multa pericula paſſus eſt. Tandem conſumptis omnibus ſociis uſqve ad xxx. per diverſa monſtra, vix cum vita in Daciam rediit. Huic ſuccesſit Godriæ filius ejus.
LXIX. Godriæ hin gyaſmilde, qvi Godefrith dictus eſt. Hic bellicoſisſimus erat, & totam Teutoniam jam ſeptimo tributariam fecit. Subjugavit etiam Sveciam & Friſiam.
Anno domini DCC. LXXVI. venit Carolus Imperator cum toto imperio ſuo contra Godefrith Regem Daciæ, cui idem Godefrith ultra Albiam occurrens, fugavit Carolum de Saxonia, & eam totam vaſtavit, qvod eodem anno Saxonia converſa fuerat ad fidem Chriſti per Carolum. Poſtqvam contra Francos XXVI. annis continuis pugnaverat. Poſtea idem
297. Godefrith fugato Imperatore & Saxonia vaſtata, ibidem à proprio milite cultro transfixus eſt in ventre. Poſt ipſum regnavit Olaf filius ejus.
LXX. Olaf dictus Gothdranker. Huic ſuccesſit Henning filius ejus.
LXXI. Henning regnavit XXVIII. annis, qvi cum Imperatore pacem faciens, Eydoram terminum regni ſui accepit. Huic ſucceſſerunt duo Reges, Ring & Siwardus.
LXXII. Ring regnavit in Jutia.
LXXIII. Sywardus regnavit in inſula. Iſti duo Reges inter ſe diu pugnaverunt & tandem in bello mutuo ambo corruerunt, qvibus ſuccesſit in regnum Reyner filius Ring.
LXXIV. Reyner Lechbroki. Iſte ſubjugavit Angliam, Scotiam, Hyberniam, Norwegiam, Sweciam, Teutoniam, Slaviam, Ruſciam & omnia regna occidentis. Ita qvod IX. filios ſuos ſingulos, in ſingulis terris Reges fecit, & ipſe de uno regno in aliud inter eos pertranſivit. Tandem in Hybernia occiſus eſt, & filii ejus fere omnes in diverſis locis ſunt occiſi. Hic per XI. annos urbes Franciæ vaſtavit, & Pariſiis veniens in Eccleſia ſancti Germani, & Aqviſgrani in palatio Imperatoris ſtabulum eqvorum fecit, & multa mala Eccleſiæ intulit. Huic ſuccesſit Inguar filius ejus.
LXXV. Inguar filius Lotbroki. Iſte omnium fratrum ſuorum crudelisſimus fuit. Cui ſuccesſit Sywardus.
LXXVI. Huic ſucceſſerunt Anulo & Sigefridus.
LXXVII. Anulo.
LXXVIII. Sigefridus. Iſto duo nepotes fuerunt Regis Godefridi. Inter qvos pugna fuit x. annis, & cum inter ſe de primatu regni convenire non poſſent, ſceptrum prælio diviſerunt, in qvo Reges ambo corruerunt, & cum eis XI. M. hominum. Pars autem Anulonis cruenta victoria potita, Reinfridum & Haraldum in regnum poſuit, & facta eſt pugna inter eos IX. annis.
LXXIX. Haraldus tandem Reinfridum de regno expulit, & ſolus regnavit: Tunc filii Sigefridi, Haraldum de regno expulerunt. Qvi ad Imperatorem Lodewicum ſupplex confugit.
Anno domini DCCC. XXVI. baptizatus prædictus Rex Haraldus apud Maguntiam cum uxore & fratre ſuo Erico, & per auxilium Imperatoris in regnum reſtitutus eſt, moxqve Chriſtianitatem reliqvit.
Anno domini DCCC. XXVIII. Sanctus Anſcharius veniens ad Daciam, renovavit prædictum Regem Haraldum ad Chriſtianitatem, & Eccleſiam in Hadeboth conſtruere fecit. Poſt qvem regnavit Ericus frater ejus.
LXXX. Ericus. Iſte mox ut regnum accepit, Eccleſias claudi juſſit, ſed & omnes Eccleſias Franciæ, Friſiæ, Angliæ, Lothoringiæ, Teutoniæ, cum Epiſcopis & clero truncatis ſuccendit & deſtruxit. Hujus etiam tempore Rollo Dux Danorum Franciam intravit, & Carolum Regem Franciæ compulit dare ſibi terram, qvæ nunc Normannia dicitur. Tunc ortum eſt bellum inter Ericum & filium fratris ſui Guthorm Regem Norwegiæ, in qvo tanta cæde mactati ſunt utriqve, ut vulgus omne caderet, ſed & Reges ambo corruerunt, nec aliqvis de ſtirpe regia remanſit, niſi Erici nomine Erik Barn.
LXXXI. Erik Barn. Iſte ut regnum Danorum ſuſcepit, multo plura mala fecit, qvam patres ejus in omnibus regnis. Vaſtavit enim Saxoniam: Brun ducem occidit, & XII. comites. Qvia plures urbes cum civibus Epiſcopi cum grege truncati ſunt, Eccleſiæ cum fidelibus incenſæ ſunt. Theodoricus & Narwardus Epiſcopi truncati ſunt.
Anno domini D. CCCCII. Arnulphus Imperator Danis in Teutonia occurrens proſtravit

vit ex eis c. hominum bello cœlitus administrato. Eodem anno obiit Ericus Barn, & regnavit pro eo Olaf Rex Sveciæ.

LXXXII. Olaf Rex Sveciæ. Iste vi & armis obtinuit regnum in Dacia, & regnavit v. annis. Huic successit Gyurth. 298.

LXXXIII. Gyurth nepos Olavi, & ipse natione Danus & regnavit v. annis. Hunc occiderunt Dani. Postqvem Lotheneknuc.

LXXXIV. Lotheneknuc filius Erici Barn. Iste hellitossus erat multum & versutus, & regnavit xi. annis. Hujus tempore qvilibet tertius de servis & pluralibet hominibus exivit de regno, & venientes totam Pruciam, Semigaliam, & terram Carelorum, aliasqve qvam plures terras subjugaverunt sibi, & delectati terrarum ubertate noluerunt redire, sed ibi remanent usqve in præsentem diem. Iste Lotheneknuc mortuus est paganus. Huic successit Frothi filius ejus.

LXXXV. Frothi, victor Angliæ. Iste xx. annis hæc duo regna tenuit; & in Anglia fecit se baptizari. Post qvem filius ejus Gorm.

LXXXVI. Gorm, hin Enske. Hic dictus est Orm harthisnuœ & regnavit iv. annis in Anglia baptizatus. Post hunc Haraldus filius ejus.

LXXXVII. Haraldus. Huic successit Gorm Gamele.

LXXXVIII. Gorm gamele, cujus uxor fuit Thyre danebort, qvæ post mortem mariti nobiliter regnum tenuit, & munitionem, qvæ Danewirki dicitur fecit lignis tantum. Isti ambo mortui sunt pagani, sepultiqve in duobus collibus juxta Jabenge. In diebus hujus Gorm, ferunt Danos incensis Ecclesiis, sacerdotes ante altaria trucidasse & clerum vulgo mixtum aut occidisse, aut in captivitatem duxisse. Cruces etiam truncatæ ludibrio sunt habitæ à Danis. Anno domini D. CCCC. L. obiit Gorm Gamele, cui successit Harald blatan filius ejus.

LXXXIX. Harald blatan regnavit L. annis. Iste cum exercitu magno subjugavit sibi Angliam, & rediit. Tunc Imperator Otto, qvi dictus Otto Magnus, paravit se ad invadendum Daciam. Cumqve legati ei venissent Slesvic, Dani occiderunt eos, & unum Marchionem cum eis, ad qvod ulciscendum Imperator cum exercitu Daciam intravit. Etqve Haraldus Rex in extremis finibus regni sui erat, scilicet in Hallandia, Imperator totam Jutiam vastavit usqve mare, qvod ab eo Odesund dicitur. Ibi enim lanceam suam in mare misit, ad perpetuam rei memoriam. Qvo audito Haraldus vehementer commotus, versus Jutiam festinavit cum furore magno. Qvod intelligens Imperator fugit, & in Lohete superveniens, Haraldus occidit Ypponem Ducem exercitus Imperatoris, reliqvi vero Teutonici fugerunt. Qvo facto ipse de consilio matris suæ vallum Danevvirki cœpit instaurare. Hunc Haraldum filius ejus Syen de regno expulit, qvod ad prædicationem Poppoponis cappellani domini Papæ baptizatus fuerat, cum qvo pater conflictum habuit, & semper perdidit, & tandem miles filii patrem occidit in Scania, qvi miles Hako dicebatur, & regnavit pro eo Sven Tyngekeg filius ejus.

XC. Sven Tingekeg. Iste propter scelera sua à Slavis ter captus est, & redemptus, semel tanto pondere auri, qvantum iu armis ponderabat, & bis tanto pondere argenti; Novissime de regno expulsus, apud Regem Sveciæ xiv. annis exulavit. Tandem ad Christi fidem conversus baptizatus est, & mox Deo favente, regnum suum recepit, occiso Rege Norwegiæ in Mesund, qvi regnum ejus tenuerat, & ita Sven duo regna Daciæ & Norwegiæ invasit, & Angliam & obtinuit illug regnum, & ibidem mortuus est, & portatus Roskildis ibiqve sepultus est. Huic successit filius ejus.

XCI. Haraldus. Iste homo fuit effœminatus & totus libidini deditus, hac de causa Dani eum deposuerunt de regno, & Gameleknuc fratrem ejus Regem fecerunt, qvod bellicosus homo fuit, sed tædio affecti super eo, & raro in regno fuit, & continue extra regnum in bellis, qvod tamen pro gloria regni libenter tolerare debuissent, Kanutum deposuerunt & Haraldum effœminatum & ubi valentem regno præfecerunt, qvi tamen cito post mortuus est, & successit ei dictus Gameleknuc frater ejus.

XCII. Gameleknuc. Iste cum mille navibus invadens Angliam, eam subjugavit. Estonicam etiam gentem subdidit, Ricardum etiam ducem Normanniæ de Francia expulit, & uxorem Regis Anglorum expulsi & mortui accepit, & genuit ex ea filium, nomine Hartheknuc, & filiam nomine Gummilsid, qvam Henricus filius Conradi Imperatoris uxorem accepit. 299.

Anno domini M. XXVIII. S. Olavus Rex Norwegiæ martyrizatus est, cujus regnum obtinuit idem Gameleknuc Rex Daciæ, & regnavit super tria regna Danorum, Anglorum & Norwegiæ. Fuit autem omnium Regum pulcherrimus, sternuissimus & largissimus. Hic pri-

primus religiosos in Daciam induxit, & multos Episcopos de Anglia in Daciam adduxit. Obiit autem Gameleknuc anno regni sui XXXIII. relinqvens tres Reges filios videlicet.
XCIII. *H*artheknut in Dacia; *H*araldum spurium in Anglia, Swenonem spurium in Norwegia. *H*arald verò IV. tantum annis regnavit & mortuus est. Cujus regnum *H*artheknut Rex suscepit Sven verò V. annis in Norwegia regnans obiit. Cujus regnum accepit Magnus filius sancti Olavi. Qvod audiens *H*artheknut, cum Anglis & Danis Norwegiam intravit, sed per amicos reconciliati sunt, Magnus & *H*artheknut tali pacto, qvod qvi diutius viveret superstes regnum defuncti acciperet. Iste *H*artheknut regnavit super Daciam, Sveciam, Slaviam & Angliam, Qvi præter qvotidianam familiam suam VI. millia armatorum continue tenuit. Qvi cum LX. longis navibus ad domandum regna æstate discurrebant, hyeme verò in castris manebant, qvibus qvasi religiosis, leges & statuta præscribebat honestatis: unde tempore suo super omnes Reges mundi terribilis & laudabilis exstitit. Transivit etiam cum Imperatore in Italiam ad domandum nationes exteras. Obiit autem in Anglia. *H*uic successit Sven Estreth, scilicet filius sororis Gameleknuc.
XCIV. Sven Estreth, scil. filius Ulff Comitis Angliæ regnavit post Gameleknuc. Qvod audiens Magnus Rex Norwegiæ prædictus, non immemor pacti sui qvod fecerat cum Hartheknut venit contra Sven & vicit eum, & subjugavit sibi. Sanctus tamen Edwardus Rex Angliæ frater Svenonis, coactus est tributum solvere & declarare eum hæredem regni post se. Tunc iterum Magnus Rex Norwegiæ ad bellandum Svenonem venit, cum exercitu innumerabili, qvasi arena maris, navigio in Oresund, sed cum incaute de navi in navem transiret, cecidit in mare, & submersus est. Qvo audito Sven, regnum ejus obtinuit. Item dum idem Sven in Norwegia moram faceret, Slavi vastaverunt Jutiam usqve Ripis. Qvi casu rediens de Norwegia, hostibus cum præda exituris, prope Sleswic occurrit, prostravitqve ex eis VI. millia hominum, cæteris fugientibus.

Anno domini M. LXXIV. obiit Rex Sven Estreth, scilicet. Huic successit Harald filius ejus.

XCV. Harald filius Sven. Hujus tempore recessit Anglia à dominio Danorum, postqvam CXX. annis continuis subdita fuerat Danis. Post hunc regnavit Knut frater ejus.
XCVI. Knut regnavit octo annis. Qvi vir bonus erat, & multas Ecclesias in regno construxit, & homines ad cultum Dei pro viribus induxit, sed aliqvas partes regni nunqvam inducere potuit, ut solverent decimas. Cum expeditionem autem congregasset in Fiskebek juxta Wibergh, ut Angliam debellaret, frater ejus Olavus Dux Jutiæ, totum dissipavit perditiose, & eum occidi procuravit.

Anno domini M. LXXXIII. ordo Caturiensium exordium sumpsit.

Anno domini M. LXXXVIII. martyrizatus est S. Kanutus Rex Danorum in Othens per proditionem fratris sui Olavi Ducis, in Ecclesia S. Albani martyris, & frater ejus Benedictus cum eo. Cui successit frater suus idem.

XCVII. Olavus. Hujus tempore, facta est tanta fames in Dacia, ut homines pro herbis agrestibus litigarent. Nam segetes VII. annis regni ejus per aëris intemperiem perierunt. Anno VII. regni sui inventus est in lecto suo subitanea morte præventus Olaf Hunger. Huic successit Erik Egothe frater suus.

Anno domini M. LXXXVIII. Translatio Sancti Nicolai de Myrra in Barum.

300. Anno domini M. XCVIII. Exordium Cystercienfis ordinis sumpsit XII. Kalend. Aprilis.
XCVIII. Erik Egothæ. Qvi sic dictus est primo, qvod mox ut regnum accepit, tanta fertilitas terræ reddita est, ut modius parvus, cuilibet blandi non valeret ut duos denarios usuales. Secundo dictus est Egothæ, qvod ita magnus homo fuit, qvi super omnem populum ab humero & sursum videri potuit, habens in se fortitudinem qvantam qvatuor fortiores regni. Tertio qvia ita bonus fuit regno, qvod cum ad terram sanctam proficisci pararet, Dani tertiam partem omnium bonorum terræ voluerunt dare terræ sanctæ pro redemptione crucis, ad hoc, ut ipso in regno maneret, sed noluit manere. Immo iter arripuit cum magna militia; & veniens Romam, Ecclesiæ Lundensi Archiepiscopum & primatum super tria regna obtinuit. Inde Constantinopolim veniens, ab Imperatore Græcorum honorifice est receptus.

Anno Domini M. C. sedit Paschalis II. annis XVIII. mensibus qvinqve, diebus VII.

Anno domini M. C. I. obiit Ericus Egothæ, in Cypro insula cum uxore sua, ubi & miraculis

lis corruscant. Post qvem frater suus Nicolaus. In c. III. Ascendens factus est primus Archiepiscopus Daciæ.
XCIX. Nicolaus Rex cum filio suo Rege Magno Kanutum filium fratris sui Erici Egothæ, juxta Bingsteth occidit.
Anno domini M. C. XI. Paschalis Papa captus est ab Henrico Rege.
Anno domini M. C. XIII. beatus Bernardus ordinem intravit.
Anno domini M. C. XV. Conventus venit in Claram vallem. Sanctus Kanutus fit Dux in Dacia. In c. XVIII. Gelasius Papa uno anno sedit. In c. XIX. Celixtus Papa II. annis & V. mensibus X. diebus VIII. In c. XX. Ordo præmonstracensium incepit. In c. XXV. Honorius Papa II. sedit annis V. Henricus Imperator obiit. In c. XXVII. Tartari Ungariam invaserunt. Cardinales cum Abbatibus capti sunt. In c. XXX. Sanctus Kanutus Dux martyrizatus apud Havelsteth à Magno filio Nicolai Regis. Ericus enim factus est Rex in Scania. Eodem anno filius sancti Kanuti Regis Dux Flandriæ occisus est à propriis militibus in Ecclesia.
C. Vivente adhuc prædicto Nicolao Rege, filius ejus Magnus factus est Rex Danorum & Gothorum. Scanienses vero elegerunt prædictum Ericum Emum filium Erici Egothæ in Regem, contra qvem venerunt Reges Nicolaus & Magnus filius ejus, & bello inito, in Fothwik anno domini M. C. XXXV. ubi corruit Magnus & cum eo VI. Episcopi qvatuor de Jutia, unus de Syalandia, unus de Svecia, & multi nobiles de Dacia cum eis. Nicolaus vero fugiens, venit Slesvic, ibiqve occiderunt eum sutores Slesvvicenses. Huic successit Ericus Emum memoratus.
CI. Ericus Emum. Qvi causa regnandi occidit Haraldum & liberos ejus.
Anno domini M. C. XXXVII. tenebræ factæ sunt in Qvadragesima in omni terra. Ascerus primus Danorum Archiepiscopus obiit, & Eskillus electus est.
Anno domini M. C. XXXIX. Ericus Emim occisus est qvadam die in palatio, à qvodam Plog Swothe. Huic successit Ericus Lamb filius sororis ejus.
Anno domini M. C. XL. Olavus filius Haraldi, qvem qvædam pars fecerat Regem, surrexit contra Ericum Lam. Et 4. Kalen. Aprilis tenebræ factæ sunt per totum orbem.
Anno domini M. C. XLI. Eskillus Archiepiscopus posuit Olavo obsides.
Anno domini M. C. XLII. Bellum fuit Diffling ter uno die & uno anno XIII. vicibus inter Ericum & Olavum, & semper fugit Olavus ante Ericum. Et conventus missus est in claustrum.
Anno domini M. C. XLIII. Olavus occidit Rikonem Episcopum Roskildensem Olavus Haraldi filius in bello occiditur.
Anno domini M. XLIV. Ericus duxit sororem Henrici Bremensis Episcopi. Conventus missus est in Herivadum & in Nidal. Celestinus Papa sedit mensibus tribus. Lucius Papa II. annis.
Anno domini M. C. XLVI. Eugenius Papa sedit IX. annis. Conventus missus est in Lyusce VII. Idus Julii. 301.
Anno domini M. C. XLVII. Conventus mittitur in Hofvæthe. Bellum fuit Slangthorp. Ericus Lamb obiit, factus monachus in Densch. Qvo mortuo Jucenses nomen Regis imposuerunt Kanutho filio Magni. Scanienses verò majoribus insulis, Svenonem filium Erici Emim eligerunt, & facta est pugna inter eos XII. annis.
Anno domini M. C. XLVIII. Sanctus Malachias migravit.
Anno domini M. C. XLIX. Eskillus Archiepiscopus captus est à Svenone Rege. Bellum fuit apud Arcune in Slavia.
Anno domini M. C. L. dictus Retillus Præpositus migravit Wibergum. Bellum fuit in Slangthorp & fugit Kanutus. Conventus mittitur Kalend. Maji, qvi professus est postea in Esrom.
Anno domini M. C. LI. Bellum fuit Wiberger, & iterum fugit Kanutus.
Anno domini M. C. LII. exulavit Kanutus in Rusciam, qvi assumpto auxilio de Saxonia, pugnavit & fugit.
Anno domini M. C. LIII. S. Bernardus Abbas Clarevallis migravit. Conventus venit in Frisiam, ibiqve construxit Castrum Mildeborgh cum auxilio Frisonum. Qvo audito Sveno cum tota expeditione Danorum venit Slesvic. & adductus inde navibus per terras us-

qve Huchlstieth; prædictum castrum Mildeborgh obsedit, & magnam partem Frisiæ incendio vastavit. Cui occurrens Kanutus cum Frisonibus superavit eum in bello, in qvo plurimi Scanienses corruerunt cum aliis nobilibus.

Anno domini M. C. LIV. desponsavit Waldemarus filius S. Kanuti Sophiam sororem Kanuti Regis. Dani omnes elegerunt duos Reges scilicet Kanutum memoratum, & Waldemarum filium Sancti Kanuti. Tunc Sveno Rex fugit in Saxoniam.

Anno domini M. C. LV. Anastasius Papa sedit annis tribus. Rediens de Saxonia Sveno cum Duce Henrico, venit Simerstach, sed fuga arrepta Dux cum Rege iter 15. dierum veniendo sub compendio duorum dierum fugiens compleverunt.

Anno domini M. C. LVI. facta est inter Reges pax, diviso regno in tres partes.

CII. Kanutus obtinuit Jutiam.

CIII. Waldemarus Scaniam.

CIV. Sveno Syalandiam. Post paucos autem dies idem Sven Rex Syalandiæ invitavit Kanutum Regem Jutiæ, & Waldemarum Regem Scaniæ ad festum suum Rosculdis, ubi omnibus vino prægravatis, tempore nocturno cum adhuc chorea duceretur in aula regia, occidit Kanutum Regem & Constantium cognatum ejus, in vigilia S. Laurentii. Waldemarus vero vulneratus fugit in Jutiam, qvem Sven insecutus est cum exercitu. XI. millia Virginum passæ sunt in Colonia.

Anno domini M. C. LVII. convenerunt Sven & Waldemarus Reges in campo, qvi Grathæhæthor dicitur, in prælio, in qvo Sven occisus est, & sepultus in Capella Grathæ, & Waldemarus obtinuit monarchiam totius Daciæ.

Anno domini M. C. lVIII. Adrianus Papa sedit annis qvatuor. Absalon factus est Episcopus Roskildensis. Conventus mittitur in vitæ scola Nonis Aprilis.

Anno domini M. C. lx. Conventus venit in Saba.

Anno domini M. C. LXI. conventus missus est Sora Idus Julii.

Anno domini M. C. lXII. Tuta vallis funditur.

Anno domini M. C. LXIII, natus est Kanutus filius Waldemari Regis. Rex Waldemarus ivit ad consilium Imperatoris Metis, ubi multos dolos Imperatoris expertus est, sed suis strenuissime & cautissime in omnibus se gerentibus nutu divino & directione Henrici Ducis Brunswicensis fretus in Daciam sanus rediit. Tunc Rex malitias Teutonicorum prævenire volens, munitionem Danwirki muro circumcinxit, ante enim lignis tantum munitus erat locus ille.

Anno domini M. C. LXIV. conventus missus est in Gutualiam VI. Idus Septembris.

302. Anno domini M. C. LXV. conventus venit in Om, qvæ Cara insula dicitur. Waldemarus subegit Slavos.

Anno domini M. C. LXVII. Buricius captus est, & effossis oculis castratus.

Anno domini M. C. LXX. Natus est Waldemarus, filius Waldemari. Sanctus Thomas Archiepiscopus Angliæ martyrizatus. Ro à Danis adqvisita est & ad fidem Christi conversa. Jarmarus baptizatus. Leges Danorum editæ sunt. Conventus mittitur in Dobrun Kalend. Martii.

Anno domini M. C. LXXI. Sanctus Kanutus Dux & martyr translatus est Ringster.

Anno domini clɔ. c. lxxII. Conventus venit in Dargun & in insula Dei.

Anno domini clɔ. lxxxIII. Conventus venit in locum Dei qvi dicitur Loum. Christophorus Dux obiit. Maximus terræ motus fuerat in Dacia.

Anno domini clɔ. c. lxxiv. Conventos venit in Colbar, qvi dicitur Meravallis 4. Nonas Februarii.

Anno domini clɔ. c. lxxvI. Castrum Stettin à Danis obsessum est.

Anno domini clɔ. c. lxxvII. Sancta Margareta Roskildis passa est. Kanutus filius Waldemari primi factus est Rex Scaniæ & Hallandiæ patre innuente & consentiente.

Anno domini clɔ. c. lxxvIII. Eskillus secundus Archiepiscopus Daciæ recessit factus monachus Clarevallis. Absalon fit Archiepiscopus. Eodem anno sol obscuratus est in vigilia sanctæ crucis feria qvarta.

Anno domini M. C. LXXX. obiit S. Nicolaus in Arus. Bellum fuit in Flysæ.

Anno domini M. C. LXXXI. Rex Waldemarus occurrit Fritherico Imperatori apud Thraven, ubi duas filias suas maritavit, unam filio Imperatoris, aliam Comiti Sifrido, ubi etiam obtinuit ab Imperatore Dominium totius Nordalbingiæ, hoc est, omnium terrarum ad aqvilonarem partem Albiæ, super qvo habuit literas Imperiales cum bulla aurea, & literas Papales, videlicet Domini Innocentii Papæ tertii de confirmatione dictæ collationis pro jure perpetuo habendæ, sed has literas post mortem Regis, Abe qvædam mulier Teutonica, filia diaboli destruxit in odium Danorum.

Anno domini M. C. LXXXII. Obiit Waldemarus, id est, filius Sancti Kanuti Ducis, anno regni sui XXV. Post qvem:

CVI. Kanutus filius suus. Obiit etiam Eskillus Archiepiscopus in Clarevalle.

Anno domini M. C. LXXXIV. Expeditio facta est in Walgust.

Anno domini M. C. LXXXVI. conventus missus est in Oliciam. Obiit Suno Ebbonis scilicet.

Anno domini cIↃ. C. LXXXVII. Hierosolyma à Soldano capitur, & Christiani delentur. Eclypsis solis facta est.

Anno domini cIↃ. C. LXXXVIII. Sanctus Kanutus translatus est. Dux Waldemarus factus est miles.

Anno domini cIↃ. C. lxxxix. expeditio facta est in Slaviam.

Anno domini cIↃ. C. xc. obiit Magnus Ulf. Conventus mittitur in Reigneveld. Kalend. Novemb.

Anno domini cIↃ. xci. expeditio facta est in Flandria, qvam vicerunt Dani.

Anno domini cIↃ. C. XCII. Waldemarus Episcopus, nullo cogente, Regi se opponens, ivit in Norwegiam. Indeqve rediens cum XXXV. longis navibus, captus est, & in turri Syelberg positus ubi sedit 14. annis. Conventus mittitur in Gulholm. Petrus Sunonis fit Episcopus. Primum incendium in Esrom.

Anno domini cIↃ. C. XCIV. Conventus venit Asylum. Expeditio facta est in Esconiam. Comes Adulphus factus est homo Regis tributarius Daciæ.

Anno domini cIↃ. C. XCV. Conventus venit in Olivam. Gregorius VIII. diebus 33. sedit. Ventus vehemens fuit.

Anno domini cIↃ. C. XCVI. Clemens Papa II. annis. Kanutus Rex duxit exercitum in Esconiam. Obiit Gerthrud Regina.

Anno domini M. C. XCVII. ordo sanctæ Trinitatis incepit. 303.

Anno domini M. C. XCVIII. Innocentius Papa III. sedit annis 19. Obiit Sophia Regina. Petrus Episcopus captus est, & frater ejus Thorbernus occisus. Terræ motus fuit in Dacia.

Anno domini M. CC. Ordo fratrum minorum incepit. Castrum Reynsberg acqvisitum est, & Thitmerskia.

Anno domini M. CC. I. Obiit Absolon tertius Episcopus Daciæ, & consecratus Andreas.

Anno domini M. CC. II. Sanctus Wilhelmus Abbas migravit. Comes Adolphus captus est. Castrum Seghebyrgh acqvisitum est, 2. Idus Novembris obiit Kanutus Rex filius VV. & Comes Albertus factus est miles.

CVII. Waldemarus coronatus est in Regem eodem anno.

Anno domini M. CC. III. Comes Adolphus liberatus est, positis obsidibus, ad X. annos. Redditum castrum Lovenborg.

Anno domini M. CC. IV. expeditio facta est in Norwegiam per Regem Waldemarum, qvi Erlingum constituit ibi Regem, & Philippum Ducem, qvi ambo facti sunt homines Regis, apud Thunsbyærgh. Obiit Esbernus Snare. Secundum incendium in Esrom.

Anno domini M. CC. V. Rex Waldemarus duxit Daghmar filiam Regis Boemiæ in uxorem. Dani Albiam transeuntes destruxerunt Ercenborg.

Anno domini M. CC. VI. Waldemarus Episcopus liberatus est ad preces Daghmar Reginæ, ita tamen qvod juravit se nunqvam Daciam intraturum. Postea vero factus Archiepiscopus Bremensis, cum se Regi opponeret ad instantiam Regis Waldemari

mari depositus est & excommunicatus à Papa. Andreas Archiepiscopus duxit exercitum in Rivaliam.

Anno domini M. CC. VII. Conventus venit in Tuta insulâ, Waldemarus fugavit Imperatorem.

Anno domini M. CC. VIII. Dani corruerunt in Lene. Rex Waldemarus castrum Hwiceborg destruxit. Pons ultra Albiam factus. Castrum Hereborg jussu Waldemari factum est.

Anno domini M. CC. IX. natus est Waldemari III. filius II. Conventus mittitur in Dargun de Doberam.

Anno domini M. CC. X. Expeditio facta est in Pruciam & Samland. Mistwin, Dux Poloniæ factus est homo Regis. Swerkerus Rex Sweciæ occiditur. Conventus venit de aurea insula in Rus regium.

Anno domini M. CC. XI. Dani castrum Dymin reædificant, & Nycenborg destruunt.

Anno domini M. CC. XII. Obiit Margaretha Regina, qvæ propter præcipuam formæ pulchritudinem dicta fuit Daghmar.

Anno domini M. CC. XIII. obiit Johannes filius Esberni Snare.

Anno domini clↄ. cc. XIV. Petrus senior Roskildensis Episcopus & Nicolaus Episcopus Ripensis obierunt. Comes Guncelinus & Comes Henricus frater ejus, terram suam à Rege receperunt & ei fidelitatem juraverunt. Dani obtinuerunt castrum Stetin, & castrum Marchionis Muten, Rex Waldemarus secundas nuptias celebravit cum Berengaria sorore Ferandi Comitis Flandriæ, qvæ Bringremle est dicta.

C. VIII. Anno domini clↄ. cc. xv. Waldemarus tertius eligitur in Regem. Imperator Otto fidem violans & contra juramentum suum veniens, Holsatiam eam sibi subigere volebat: contra qvem venit Rex Waldemarus cum exercitu copioso, habens secum de solis Frisonibus sexaginta millia hominum, qvo audito Imperator non est ausus expectare congressum belli, sed fugit ultra Albiam, perditis in singulari certamine, duobus melioribus pugilibus Imperii, qvos dejecerunt duo Frisones, videlicet Sven Stercke & Brother Ganling.

Anno domini clↄ. cc. XVI. Petrus filius Jacobi fit Episcopus Roskildis. Gelu super Albiam viam præbente, Rex VValdemarus cum exercitu transivit ad terram Henrici Comitis Palatini qvam vastavit incendio; donec eam sibi totam subjugavit. Item duo castra contra Hamborg construxit, & tandem civitatem cepit. Natus est Ericus filius Waldemari Regis, cui pater eodem anno ducatum Jutiæ contulit, & Nicolao filio illegitimo comitatum Hallandiæ.

Anno domini clↄ. cc. XVII. Comes Albertus ex mandato Regis VValdemari ædificavit castrum Travenemunde, & Dani castrum in Thyemesk construunt.

Anno domini clↄ. cc. XVIII. obiit Imperator Otto. Rex VValdemarus convocatis regni primis xv. Episcopis, tribus Ducibus & tribus comitibus, Abbatibus etiam, aliisqve qvam plurimis VValdemaro filio suo in Sleswic diadema regni imposuit. In festo B. Johannis Baptistæ, obiit Comes Nicolaus.

Anno domini clↄ. cc. XIX. Rex VValdemarus congregato exercitu permaximo, cum mille qvingentis longis navibus Estoniam intravit, & post multa bella totam terram illam ad fidem Christi convertit & Danis subdidit usqve in præsens.

Anno domini clↄ. cc. XX. Sanctus Thomas Archiepiscopus Roskildensis Angliæ translatus. Hierosolyma à Christianis recuperatur.

Anno domini clↄ. cc. XXI. Obiit Berengaria mater Regum Erici, Abel & Christophori. Obiit Rikece Regina.

Anno domini clↄ. cc. XXII. Gregorius Cardinalis fuit in Dacia. Andreas Archiepiscopus cessit. Abbas Gunnerus Care insulæ electus est in Episcopum.

Anno domini clↄ. cc. XXIII. Rex VValdemarus una cum filio suo VValdemaro tertio, à suis proditi, capti sunt in lectis suis à comite Henrico in insula Lyuthe Johannis ante portam Latinam, & in Slaviam ducti in castrum Zverin, manserunt ibi fere per triennium & tunc redempti sunt per Danos pro LX. millia marcarum in pondere Lubecensi, sed eqvi, vestes, & alia jocalia, qvæ dederunt omnibus melioribus Saxoniæ, in die exitus sui in duplo plus vale-

valebant. Nota Lector; Teutonicos nunqvam, aut raro prævaluisse & triumphos duxisse nisi per proditionem & fraudem, qvod habent ex natura, sicut patet in captivitate dictorum duorum Regum, & in aliis multis.

Anno domini M. CC. XXIV. Petrus Saxonis fit Archiepiscopus. Obiit Andreas Camerarius.

Anno domini cIↄ. cc. xxv. Obiit Petrus Jacobi Episcopus Roskildensis. Cui succesſit Nicolaus Stig, scilicet.

Anno domini cIↄ. cc. xxvi. soluti sunt duo Reges. Obiit Sanctus Franciscus. Multi Frisones corruerunt in Thidmerskia, & tamen Thidmerskia Danis subjugata est.

Anno domini cIↄ. cc. xxvii. Bornhoyet, ubi Dani corruerunt. Nam Thidmerskienses in ultimo exercitus collocati, proditionem facientes, exercitum Danorum cum qvibus erant, à tergo percusserunt. Gregorius IX. Papa sedit.

Anno domini cIↄ. cc. xxviii. Andreas & Petrus Archiepiscopi obierunt.

Anno domini cIↄ. cc. xxix. Rex Waldemarus III. celebravit nuptias cum filia Regis Portugaliæ Elienor Ripis, in festo beati Johannis Baptistæ.

Anno domini cIↄ. cc. xxx. Otto Cardinalis fuit in Dacia. Uffo fit Archiepiscopus. Eclipsis solis, & pestilentia hominum & jumentorum magna fuit.

Anno domini cIↄ. cc. xxxi. Obiit Rex VValdemarus III. filius VValdemari secundi, & Regina Elienor cito post eum in partu.

CX. Anno domini cIↄ. cc. xxxii. Ericus Rex filius VValdemari secundi, coronatus est à Domino Uffone Archiepiscopo, & frater ejus Abel ducatum Jutiæ accepit. Eodem anno fratres minores nudis pedibus Daciam intraverunt & domum Ripensem fundaverunt.

Anno domini cIↄ. cc. xxxiii. Esternus Snerling obiit. Obiit piæ memoriæ Nicolaus Cancellarius, Episcopus Slesvicensis.

Anno domini cIↄ. cc. xxxiv. Fratres minores domum acceperunt Slesvik. Lunden, Roskild, igne perierunt.

Anno Domini cIↄ. cc. xxxvi. Waldemarus Episcopus obiit, humilis monachus in Lyke. Conventus missus in Paradiso. 305.

Anno domini cIↄ. cc. xxxvii. dominus Petrus Abbas Rurius Regii omnes possessiones dictæ domus eatenus acqvisitas cum villicis & colonis omnibus absolute libertati restituit ab omni impetitione exactoria & jure regio eximens eos, pro qvinqvaginta tribus marcis denariorum usualium qvas Domino Abel inclito Duci Jutiæ, pro jam dicta exsolvit libertate, ita qvod non sit ejusdem Ducis posterius liberum nec licitum hanc pactionem aliqvo tempore infirmare juxta intestationem privilegii Principis memorati. Eodem anno Dux Abel duxit Mathildem filiam Comitis, qvod Rex Waldemarus pater moleste tulit, timens per hoc futurum schisma inter fratres, qvod & evenit. Nam ab illo die nunqvam defecit bellum intestinum in Dacia inter Reges & Duces & Comitibus, eos instigantibus, qvi semper qværunt mala Daciæ. Bellum fuit Scanæ inter Danos & Nordmannos. Tempestas fuit in die sancti Clementis.

Anno domini cIↄ. cc. xxxviii. Translatio S. Wilhelmi Abbatis in Oppellut.

Anno domini cIↄ. cc. xxxix. Rex Ericus duxit Judith, filiam Ducis Saxoniæ in uxorem, cum qvibus dispensatum est in qvarta linea consanguinitatis, per dominum Papam Gregorium. Hierosolyma capitur à paganis.

Anno domini cIↄ. cc. xl. Seulo Dux Norwegiæ cum filio occisus est à Rege Haqvino.

Anno domini cIↄ. cc. xli. Obiit inclytæ recordationis Rex Waldemarus II. in cœna Domini in cujus morte vere cecidit corona capitis Danorum. Nam ab illo, bellis intestinis & destructioni mutuæ vacantes omnibus in circuitu nationibus facti sunt in derisum, sed & terræ qvas patres eorum gladio suo gloriose acqvisierant, non solum ab eorum domino recesserunt, verum & plagas maximas regno intulerunt, & illud miserabiliter confuderunt, principibus regni resistentibus, sexies se invicem lacerantibus & vastantibus. Ericus Rex filius Waldemari II. monarchiam Daciæ obtinuit. Eclipsis fuit Petrus Stegit obiit.

Anno domini clↄ. cc. xlii. ortum est bellum inter fratres Ericum Regem & Abel Ducem. Claustrum Ringstath igne periit.

Anno domini clↄ. cc. xliii. Claustrum monialium Roskild incensum est. Innocentius v. sedit.

Anno domini clↄ. cc. xliv. Rex Ericus duxit exercitum Kalding.

Anno domini clↄ. cc. xlv. generale concilium fuit Lugduni. Nicolaus Episcopus Roskildensis fuit de Dacia.

Anno domini clↄ. cc. xlvi. Jacobus Sunonis obiit. Rex Ericus movit exercitum contra fratrem suum, ille cum exercitu Teutonico occurrente, sed treugæ factæ sunt ad tempus.

Anno domini clↄ. cc. xlvii. Sora & Colbas igne perierunt. Othania à Teutonicis incensa est. Rex Ericus oppidum Swineborg, qvia plura cum regnum miserabiliter destruxissent, tandem fraterno sangvine, non multo post, sibi & regno, infamiam perpetuam facere non timuerunt.

Anno domini clↄ. cc. xlviii. Haven à Lubecensibus incensa est, obiit Olavus pincerna. Nicolaus Episcopus Roskildensis obiit in Clarevalle.

Anno domini clↄ. cc. xlix. Obiit Ericus. Rex Sveciæ obiit.

Anno domini clↄ. cc. l. Dux Abel fratrem suum Ericum Regem proditiose captivavit in Slefwik in nocte beati Laurentii, qvem qvidam miles ejusdem Ducis Lagho Gutmud scilicet, navigio deportavit usqve Myosund, ibiqve eum occidit, & Duce ignorante, & in Slia submersit. Eodem anno Waldemarus filius Ducis Abel à scholis Parisiis, domum pergens, captus est per milites Domini Episcopi Coloniensis.

CXI. Dux Abel in Regem electus est & coronatus.

Anno domini clↄ. cc. li. Fretherìcus Imperator obiit. Obiit Comes Nicolaus. Ludewicus Rex Franciæ captus est, & frater ejus Robertus occisus.

Anno domini clↄ. cc. lii. Rex Abel cum exercitu intravit & Idarstath ad pugnandum, ibiqve occisus est. Obiit Uffo Archiepiscopus.

CXII. Christophorus fit Rex Anno domini clↄ. cc. liii. Rex Christophorus tradidit Wal-
306. demaro filio Regis Abel Ducatum cum vexillo apud Kalding. Bellum fuit Skeifisker inter Regem Christophorum & Heinricum Emelthorp.

Anno domini clↄ. cc. liv. Innocentius Papa iv. Alexander Papa consecratus, Jacobus fit Archiepiscopus & Petrus Skielin scilicet Episcopus Roskildensis.

Anno domini clↄ. cc. lvi. Kochkarle, VVare allegallue moth Kylner VVilhelmus Imperator in Frisia obiit.

Anno domini clↄ. cc. lvii. Hakinus Rex Norwegiæ fuit in Dacia. Obiit VValdemarus Dux.

Anno domini clↄ. cc. lviii. Rex Ericus ab Ecclesia S. Petri transfertur à Christophoro fratre suo Episcopo Nicolao absente. Bellum fuit inter Regem & rusticos. Civitas Repin judicio Dei cum omnibus attinentiis periit.

Anno domini clↄ. cc. lix. captus est Jacobus Archiepiscopus Lundensis, & carceratus in castro Hakenscog. Obiit Christophorus Ripens. Post qvem:

CXIII. Ericus filius ejus regnavit, qvi multa mala fecit, Ecclesias spoliando, læsis & injuriam passis justitiam nullam faciendo. Monasteria qvoqve, qvæ patres ejus per se & suos ædificaverant, per eqvos & canes miserabiliter attenuavit. Comites Holsatiæ magnam partem ducatus vastaverunt. Jarmarus Princeps Rianorum, magnam partem Syalandiæ vastavit.

Anno domini clↄ. cc. lx. Jarmarus fecit stragem magnam rusticorum apud Nestwich. Qvi etiam eodem anno obiit. Olavus Episcopus occiditur. Dux Ericus filius Abel Regis receptus est in Ducatum,

Anno domini clↄ. cc. lxi. Bellum fuit Lohete inter Regem Ericum filium Christophori & Ericum ducem filium Abel, in vigilia sancti Olavi, & contrita est pars Regis, qvi ibidem captus est cum matre sua Margareta Regina.

Anno domini clx. cc. lxii. Rex Ericus traditur Marchionibus, Regina liberata est. Dux de Brunswik fuit in Dacia. Eclipsis solis fuit Nonas Augusti. Episcopus Nicolaus captus est.

An-

Anno domini cIↄ. cc. lxiii. Iwarus Taki ſcilicet, & Petrus Fyn ſcilicet, ſuſpenſi ſunt, Epiſcopus Nicolaus liberatus eſt.

Anno domini cIↄ. lxiv. Rex Ericus venit de captivitate. Arvveſcogh deſtruitur.

Anno domini cIↄ. cc. lxv. Clemens Papa IV. ſedit. Jacobus Archiepiſcopus curiam adiit. Obiit Nicolaus Epiſcopus Sleſvvicenſis. Electus eſt Bondo.

Anno domini cIↄ. cc. lxvi. venit Gvido Cardinalis in Daciam & excommunicavit Regem & Reginam. Biggeer Dux Sveciæ obiit.

Anuo domini cIↄ. cc. lxvii. obiit Domina Jugiborg de Kalcendborgh conſecratus eſt Epiſcopus Bondo.

Anno domini cIↄ. cc. lxviii. Jacobus Archiepiſcopus ſecundo curiam adiit. Caſtrum in Kalding ædificatum eſt. Clauſtrum Loum igne periit.

Anno domini cIↄ. cc. lxix. Captus eſt Conradus nepos Fretherici Imperatoris & decollatus eſt. Obiit Clemens Papa.

Anno domini cIↄ. cc. lxx. vacabat ſedes Romana. Eclipſis ſolis fuit in mare. Lætare Hieruſalem.

Anno domini cIↄ. cc. lxxi. combuſta eſt civitas Ripenſis. Obiit Lodevvicus Rex Franciæ. Domicellus Nicolaus obiit.

Anno domini cIↄ. cc. lxxii. Obiit dux Ericus, & redditus eſt ducatus Erico Regi cum filio Ducis. Andreas pincerna obiit. Creatus eſt Papa Gregorius qvi colligavit Eccleſiam. Eodem anno xii. Kalendis Septembris Teutonici occupaverunt civitatem Sleſvvik multitudine copioſa, & vi. Kalendas qvibuſdam de exercitu amiſsis cum magno ſpolio & præda pecorum diverſi generis receſſerunt. Obiit Gvido Cardinalis. Obiit Duciſſa Margarete impartu.

Anno domini cIↄ. cc. lxxiii. Obiit Oſgerus Epiſcopus Ripenſis. Obiit dominus Michael Abbas Ruris Regis. Comes Rodulfus electus eſt in Imperatorem.

Anno domini cIↄ. cc. lxxiv. Obiit Jacobus Archiepiſcopus Lundenſis. Generale concilium Lugduni celebratum eſt. Et tota Græcia ad fidem eſt converſa.

Anno domini cIↄ. cc. lxxv. duæ turres Eccleſiæ S. Petri in Sleſwik corruerunt, & magna pars ejusdem Eccleſiæ. Obiit dominus Johannes Abbas. Cardinali relatum eſt interdictum per regnum Daciæ. Expeditio facta eſt ad Sveciam, & victi ſunt Sveci. 307.

Anno domini cIↄ. cc. lxxvi. Obiit Orlandus Archiepiſcopus electus Lundenſis, & ſucceſſit Thrugotus ii. Archiepiſcopus. Obiit Papa Gregorius. Innocentius ſedit. Poſt qvem Otto bonus ſedit qvinqve ſeptimanis. Ericus Dux Sveciæ obiit. Waldemarus Rex Sveciæ exulavit in Dacia cum uxore & filiis.

Anno domini cIↄ. cc. lxxvii. creatus eſt Papa Johannes xxi. Obiit Petrus Epiſcopus Roskildenſis. Et Stigotus eligitur.

Anno domini cIↄ. cc. lxxviii. Rex Waldemarus rediit ad Sveciam filio pro obſide relicto. Obiit Papa Johannes.

Anno domini cIↄ. cc. lxxix. Domicellus Abel & Dux Albertus de Bruneſwik obierunt.

Anno domini cIↄ. cc. lxxx. Obiit Nicolaus Papa iii. Obiit Thrugotus Archiepiſcopus Lundenſis, & ſucceſſit Joannes Droos x. Obiit Stigotus Epiſcopus Roskildenſis & ſucceſſit Ynguarus.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxi. creatus eſt Papa Martinus.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxii. Obiit Bondo Epiſcopus Sleſwik. Electus eſt Jacobus. Major Eccleſia Roskyldenſis ſuccenſa eſt. Lis oritur inter Regem Ericum & Principes.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxiii. pax reformatur Warthingborg. Waldemarus filius Erici Ducis ducatum obtinuit, & Jacobus comitiam Hallandiæ. Jacobus Epiſcopus Sleſwicenſis privavit monachos Ruris Regis decimis, & eorundem fecit verberari.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxiv. conventus domus Ruris Regis diſperſus eſt.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxv. Rex Ericus filius Chriſtophori captitavit Waldemarum, Ducem Jutiæ & ejus dapiferum.

Anno domini cIↄ. cc. lxxxvi. Dux Waldemarus reſtituitur de captivitate. Rex Ericus occiſus eſt in lecto, in nocte S. Ceciliæ à ſuis, qvos maxime dilexerat, inflictis ſibi vul-

vulneribus qvinqvaginta, sex. Obiit Johannes Episcopus Orconensis. Claustrum monialium incensum est.


Anno domini cIↃ. c c. lxxxvii. Convocato consilio regni, Dux Woldemarus recepit omnia qvæ pater ejus habuerat ante eum. Obiit Jacobus, tyrannus plus, qvam Episcopus dicendus. Orta est magna dissentio inter meliores regni, de morte Regis. Eodem anno in Pentecosten consilio celebrato generali in Nyborg. Comes Jacobus, Sotigotus Marschalcus, Petrus Jacob. scilicet & alii plures potentiores regni ex communi omnium decreto, vel addicti sunt pro morte Regis & proscripti. Qvos collegit Ericus Rex Norwegiæ in castro Kuneghel. Eodem tempore Dux Waldemarus factus tutor regni Eodem anno:

CXVII. Ericus filius Erici Regis coronatur in die natalis Domini. Hic dictus Erik Menewort *.

Anno domini cIↃ. c c. lxxxviii. Stigotus marscalcus cum suis multa mala fecit. Obiit Norjutia, clandestinis incursibus. Obiit Domina Mechtildis regina. Dux Waldemarus duxit filiam Ducis Saxoniæ uxorem suam in Daciam, cum qva priori anno celebraverat nuptias in Molne. Sleswik periit igne proprio, qvam Dux Waldemarus muniri fecit in circuitu, ex lignis qvæ tulerat de castro Gottorp, & destrui fecit castrum Gottorp, qvod pater ejus Dux Ericus sumptibus maximis ædificaverat, & erat qvasi clavis & custodia, totius Daciæ, Castrum Almethorp destructum est. Hactenus Ericus Rex Daciæ.

* Al. Memwidt.

F I N I S.



IN-

INDEX
TUM RERUM TUM NOMINUM PROPRIORUM IN HOC OPERE CONTENTORUM locuples.

Numeri à 77. usque finem denotant paginas in ora libri notatas.

A.

ABELINUS Episcopus Aldenburgensis, 31
Adalberon Episc. Bremensis, 100
Adalbertus primus Episc. Magdeburgensis, 18
Adalberti Metropolitani obitus, 52
Adaldagus, 16
Adaldagus Episc. Bremensis, 82
Adalgarius Archiepisc. Bremensis, 80
Adelbertus Marchio, 217
Adolphus Comes Nassoviensis, 212
Adelbertus Diaconus, 31
Adelbertus Archiepiscopus, 33
Agapetus Papa, 17
Agnes Imperatrix Henrici mater, 96
Albertus Episc. Bremensis, 90
Albertus Episc. Livoniensis. 221
Albertus I. Magnus Episcopus Bremensis, 88
Albis inter fluvios Saxoniæ maximus, 2
Aldenburg Sclavica lingua Stargarde dicta, 206
Alebrandus, 32
Alexandri Papæ ad Nordmannorum Regem Epistola, 37
Ambitio thronorum fugienda, 53
Ansgarius, 78
Ansgarius multos ad fidem Christianam convertit, 7
Ansgarii Archiepisc. confirmatio, 145
Anund Rex, 29
Ansgario confertur Episcopatus Bremensis, 9
Ansuerus Monachus, 48
Anthropophagi, 61
Anund, 37
Archiepiscoporum Bremensium Historia, 77
Arnulphus, 14
Asgotus, 55
Assambeti Hesson, 262

B.

Baldewinus Episcopatui Bremensi intruditur, 105
Bardon Episcopus Moguntinus, 42
Bartoldus Magnus, 106
de Benedicto V. Pontifice maximo, 133
Benno Dux Saxonum obiit, 25
Bergerus Rex Sveonum, 188
Bernardus Comes, 181
Bernhardus Cranensis, 263
Bernardi Ducis Saxoniæ obitus, 92
Bernardus Dux, 41
Bernhardus Dux infensissimus Hamburgensibus, 44
Bertoldus Episcopus Lubicensis, 287
Bezelinus Episc. Bremensis. 87
Bezelinus Alebrandus Episc. Hamburgensis, 31
Birka civitas, 69
Bonifacius Moguntinensis Episc. primo ad convertendos Saxones missus, 77
Borchardus Episc. Bremensis, 128
Bukkin, 13
Bulla aurea Caroli IV. super libertate Ecclesiastica, 201

Oo C.

C.

Carolus Dux Burgundiorum, 255
Chiue civitas, 94
Christianitas in Dania quando recepta, 20
Christianus Comes Aldenbergens. 104
Chronica Sclavica, 203
Circipani, 39
Conflagratio domus S. Petri Brema, 31
Conradus Abbas Hertzveldensis, 101
Conradus Imperator, 30
Conradus Rex, 15
Corbejensis Abbatia, 179
Cosma, 22

D.

Daganus, 25
Damiani, 22
Dann Trinus Danorum Rex, 292
Danorum & Nordmannorum Reges, 11
Decius Palatinus Comes, 50
Disceptatio de Episcopatu Bremensi, 9

E.

Ebo Archiepiscopus Bremensis, 182
Ebo à Papa Gregorio depositus, 8
Edigon, 22
Eizo monachus, 40
Ekbertus Tarviensis Episcopus, 57
Elnoldus Archiepiscopus, 29
Emma nobilis Senatrix, 33
Emundus, 21
Engelhardus Episc. Magdeburg. 41
Episcopatus Ripensis, 25
Episcopi Lubicensis juramentum duplex, 199
Epist. Leonis Papa ad Ansgarium, 146
Epitaphium Benedicti V. Papa, 134
Erecon Episc. Aldenburgens. 207
Estlandi Dracones adorant, 60
Everhardus Episcop. Trevirens. 41
Eylbertus Episc. Mindensis, 42

F.

Florentinus de Bronckhorst, 116
Frederici Imperatoris cum Mediolanensibus pugna, 104
Fridericus Comes Palatinus, 51
Fredericus Episc. Bremens. 16
Fredericus Marchio Brandenburgens. 292
Fresia regio, 45
Fresonum gens, 26

G.

Gaudbertus Episcopus, 8
Gaudbertus Episcopus concilium congregat, 9.
Gerardus Episc. 108
Gerardus de Oldenborch, 255
Gerardus Archiepisc. Moguntin. 287
Gheroldus, 217
Giselbertus Episc. Bremens. 113
Godeschalcus, 41
Goslaria civitas, 52
Gothefridus Comes de Arensberg. 128
Gronlani, 55
Grunthariμs Coloniens. Episc. 9

H.

Halaglandt insula Normannia, 68
Haldan, 10
Halitgarius, 186
Hammaburg Metropolis, 18
Hantildus, 21
Haroldus, 16
Haroldus Rex Danorum quando baptizatus, 7
Haroldi mors, 22
Hartwicus Episc. Bremens. 102
Heidela, 17
Heinricus Cæsar ingentibus divitiis praditus, 42
Henricus Comes de Sverin, 287
Henricus Dux Brunsvicensis, 257
Henricus Dux Brabantia, 109
Henricus de Goltorn, 115
Henricus Episcopus Bremensis, 255
Henricus Conradi Imperat. filius, 30
Helmoldi Historia, 274
Hericus Sueonum Rex, 25
Hermannus Archiepiscopus, 30
Hermannus Episcopus Bremensis, 87
Hermannus Episc. Coloniensis, 41
Heruri & Eveldi ubi degant, 204
Hildeboldus Episc. Bremensis, 112
Historia propagationis Ecclesia Hammaburgensis, 2
Historica Enarratio de origine gentis Danorum eorumque regibus, 292. & seq.
Hogerus, 14
Hoierus Episc. Bremensis, 80
Humbertus, 99

I.

Jacobus Sueonum Rex Christianissimus, 91
Jacobus Sueoniæ Rex, 37
ejus mors, 38
Imperatorem qui eligant, 111
Joannes de Monte Regio, 260
Johannes Episcopus Senex, 46
Joannes Episcopus Alböensis, 187
Johannes Papa, 19
Islani, 52
Julianus de Medicos, 262
Jutland, 54

K.

Knut, 28

L.

Lanfrancus Philosophus, 47
Lancea Imperialis, 81
Laurishaimensis Abbatia, 179
Leimarus, 99
Leo Papa moritur, 41
Ludericus, 9
Lederici Episc. Bremensis obitus, 9
Libentius, 30
Libentius Episc. Bremensis, 83
Libentius II. Archiepisc. Bremensis, 85
Lotharius Imperator, 101
Ludericus Episc. Bremensis. 78
Luthewici Imperatoris obitus, 8

M.

Magdeburg ab Ottone condita, 20
Martinus de Huda, 129
Matthias Rex Ungariæ, 255
Matthiæ regis Ungariæ pugna cum Mahumete, 263
Mediolanum Friderico Imperatori traditur, 104
Merfindis Vates, 85
Metropolitanus, 36
Monomachus Græcorum Imperator, 41

N.

Nobilissimi Saxoniæ fluvii qui sint, 2
Nordalbingia, 205
Nordmannia ultima orbis provincia est, 62
sterilissima omnium regionum, 62
Normanniam qui primus visitarit, 62

O.

Obotritorum civitas, 48
Obotriti qui sint, 3
Oceanus Fresonicus, 57
Olaphus, 14
Olaph Nordmannorum princeps eligitur, 26
Olaph Trucconis filius, 25. 28
Olla Vulcani, 21
Ordolffus Saxoniæ dux. 44
Orestes, 52
Osmundus, 38
Ostrogothia. 62
Otto Rex, 18
Otto Cæsar, 18
Otto Imperator Sclavoniam ad fidem Christi reduxit, 206
Otto Imperator domitor gentium septentrionalium, 22
Otto Trajectensis Episcopus, 109
Otto Dux Brunsvicensis Bremam obsidet, 110
Ottonis Imperatoris obitus, 27

P.

Pastores pecudum in Nordmannia sunt nobilissimi, 64
Petrus Bentzo, 259
Pippinus pater Caroli, 4
Plusso cladis ingentis author, 48
Polabingi, 40
Polonia magna Slavorum Provincia, 203
Pontificum Aldenburgensium series, 241. 242. 243. *& seqq.*
Privilegium Papæ in ordinandis Episc. 12
Privilegia Ecclesiæ Hamburgensis 143. 145. 146. 147. 148. *& seqq.*
Prosperitas vitæ humanæ fallax, 53
Provincia Danorum in Insulas dispertita, 58

R.

Rabbodus Episcopus, 12
Redigast Paganorum Deus, 53
Reginwardus, 17
Reinbertus Episcopus, 79
Reinwardus Episc. Bremensis, 81
Rembertus, 10
Rimberdus Diaconus, 13
Rex Franciæ cum militibus Terram sanctam intrat, 111
Rodolphus Comes in Thietmarsia, 101
Rosaveldum civitas, 56
Roschild Metropolis Selandiæ, 64
Rumigeruli qui, 49
Rupertus comes Palatinus, 262
Rutia, 203

S.

Sala fluvius, 2
Sancti Ansgarii Legatio, 74
Saxones olim quos Deos coluerint, 3
Saxones quomodo ad cultum divinum pervenerint, 3. 4
Saxonia pars Germaniæ, 2
Saxonia in octo Episcopat. divisa, 204
Saxonia quando primo Ducem acceperit, 18
Saxoniæ miraculum, 84
Saxonum gens ferocissima, 2
Saxonum gens ab Anglis egreditur, 3
Schliaswik civitas funditus excisa. 95
Schliaswik Saxonum civitas à paganis evertitur, 48
Sclavia duplex: major & minor, 203
Sclavi quando Christiani facti, 21
Sergius, 18
Sigefridus Nortmannorum Episc. 38
Sinziche, villa, 180
Somnium miraculosum, 62
Sors vitæ humanæ fallax, 54
Sturmiriorum Provincia, 40
Sven Rex Danorum, 49
Sveonum genti ordinatur Episc. 91
Sveonum populi multiplices, 60
Sveonum superstitio, 61
Synodus Episcoporum habita, 42
Synodus prima Moguntiæ habita, 90

T.

Tholff Episcopus Trondemnensis, 64
Theotymus Scytarum Episcopus, 27
Thiadericus Comes, 24
Transmarini, 56
Troglodita, 60
Trondemmis metropolis Normanniæ, 62
Tusburch. 180

V.

Ubsola, 16
Verdensis Episcopatus, 177
Vetus scriptum de'Ecclesia Bremensi, 132
Vicelinus vir sanctiss. 214
Vita humana fragilitas, 54
Vites in VVinlandia sponte nasci, 66
Unni, 15
Unno Episc. Bremensis, 81
Unwanus Archiepiscopus, 27
Unwanus Episcopus Bremensis. 84

VV.

Widgerus, 14
VVegon, 22
VVelatabi, 58
VVendilgard, 19
VVezel Magdeburgensis Episc. 52
VVidekind quando baptizatus, 5
VVilhelmus dux Brunsvicensis Episcopatum Verdensem invadit, 241
VVillehadi, 17
VVillericus Episc. Bremensis, 77
VVilzi, 20
VVinifridus Anglus primo Australes gentes ad divinum cultum adduxit, 4
VVinuli, 58
VVinuli populi fortitudine celebres, 44
VVoldemarus Episc. Slefwicensis Ecclesiæ, 108
Wolffredus, 30


X.

Xenodochium Bremense, 13

Z.

Zacharias Papa, 81

FINIS.



PETRI LAMBECII ORIGINES HAMBURGENSES,

SIVE

RERUM HAMBURGENSIUM

LIBER PRIMUS,

Ab Urbe condita usque ad annum Æ. C. cIↃ cc xxv.


Cum APPENDICE,

Quæ duplicem continet S. ANSCHARII primi Archiepiscopi Hamburgensis Vitam, integrè primùm à Lambecio erutam è tenebris, & NOTIS illustratam.

Accedunt in hâc editione Breviarium Vitæ S. Anscharii & excerpta Chronologica à CLAUDIO ARRHENIO Historiar. Prof. in Acad. Upsal. composita, Tum Hymni & Collectæ Veteres in S. Anscharii memoriam.

Præterea Catalogus scriptorum LAMBECII integer, qualem ipse A. M DC LXXIII. Vindobonæ edidit, unà cum nonnullis additionibus.





HAMBURGI,
Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT, Anno 1706.

LECTORI BENEVOLO
S. D.
JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Donec reperiatur idoneus aliquis Historiæ Patriæ assertor, qui neque ab ingenio & fide, neque ab aliis præsidiis destitutus, telam à LAMBECIO feliciter cœptam pari filo pertexat, habes præsenti in volumine, Lindenbrogianæ collectioni succenturiatam novam editionem librorum duorum de Originibus Rebusque Hamburgensibus, quos solos Lambecius vulgavit ex septem illis, quos præter antiquum Holsatiæ Chronicon Rhythmicum, vernaculâ scriptum, in lucem edere meditabatur, ac perfecisset utique vir doctus & laboris patiens, nisi mira mentis ὁρμῇ alia cupientis & præsentia haud ferentis, tùm avitam Religionem, patriamque, tum Recturam quam gerebat perpetuam Gymnasii, & cum ea patriæ Studium Historiæ, deserere ipsum compulisset. Quod tamen vel inchoato isthoc opere præclare meritus sit de Antiquitate ac memoria hujus Civitatis, & industriam, judicium, studiumque veritatis attulerit ad illud componendum, quale in Historiæ scriptore requiritur, nemo æquus ac peritus Lector facile negabit. Ea quoque est Styli quo utitur lux ac perspicuitas, is ab omni affectatione alienus decor orationis, ut qui unum alterumque perleve in Epistolâ primo præmissa libro tam prolixe tamque acerbe insectatus fuit Lambecii quondam Collega, sibi potius justam alterius Collegæ Censuram contraxerit, quam Lambeciano Nomini, quam gestiebat, notam inscitiæ inusserit. Unum tamen non abre fortasse his in Rerum Hamburgensium libris reprehendas, frequens scilicet alios, ac cumprimis Nobilissimum Virum ADAMUM TRACIGERUM carpendi, ejusque Nomini detrahendi studium, quod uti pluribus in locis, ita iis etiam subinde elucet, in quibus nulla erat, quamobrem eum reprehenderet, vel de ejus fide addubitaret, ratio. Fuit enim Tracigerus non modo Vir rerum Patriæ apprime callens & magnis in ea Dignitatibus functus, sed cui plures etiam patebant memoriæ antiquæ, diplomataque & scripturæ, quarum cum partem duntaxat viderit Lambecius, circa eas quas non vidit male prorsus fidem Tracigeri sollicitat. Quod prolatis ipsis ad quas provocat Tracigerus Tabulis atque diplomatis, demonstrabitur ut spero alias, si Patronorum dignatus fuerit adspirare favor, Tuus inprimis, MAGNIFICE SCHROEDERE, qui pro Tua in Patriam literasque Voluntate non invidebis publico bono quæ habes præclara ad Historiæ lucem & hujus Reip. Decus atque Antiquitatem facientia. In præsenti quidem, cum nihil quam pauca quædam protulisse satius videatur, (properante præsertim Typographo,) liceat saltim animadvertere, à Lambecio quoque non semper Tabulas Veteres, quas laudatissimo studio exhibet, descriptas esse, vel ad eum descriptas pervenisse tam accurate, ut non ex collatione scriptorum Diplomatum possint quædam rectius depromi. Sic in Tabulis compositionis inter Ampliss. Senatum & Rev. Capitulum libro II. p. 284. legas: Et nos Consules tali Clerico conquerenti procurabimus exhiberi injustitiæ complementum. Atqui in scripto extat, justitiæ. In eadem Compositione p. 287. Lambecius edidit: & in mallo non debet amplius in memoriam revocari, additque adnotationem de mallo, quod hoc vocabulo conventus solennis, & locus judicii denotetur. In scripto autem diserte legitur: & in malo non debet amplius in memoriam revocari. Verum hæc similiaque illustrando expoliendoque Lambecio, neutiquam exagitando præstantissimo Viro, prolixius alibi dabitur persequendi locus, nunc quidem superest, ut novæ hujus editionis ratio paucis à me reddatur. Totum nimirum opus quale fuit, ad verbum hîc recusum est, paginis primæ editionis ad oram libri diligenter adnotatis. Indices quos quaternos prior habebat, præsens editio unâ serie junctim exhibet. Aucta est præterea iis quæ Vir Clariss. CLAUDIUS ARRHENIUS professor Upsaliensis adjunxit Vitæ S. ANSCHARII vulgata (Upsaliæ A. MDCLXXVII. 4.) una cum veteri Svecica versione, Lambeciique nostri præfatione ac notis. Denique accessit Catalogus integer scriptorum Lambecii, tum editorum, tum promissorum, qualem ipse edidit Vindobonæ (A. MDCLXXIII. 4.) cui observationes quasdam in ora paginarum, & ad calcem additamenta nonnulla adjunxi. De Vita Auctoris nostri consuli facile ab omnibus possunt quæ tradidit acutissimus Vir Petrus Baylius (in Dictionario Histor.) tum diligentissimus & accuratissimus Johannes Mollerus (Isagoge ad Hist. Chersonesi Cimbricæ p. 537. seq.) cui Tracigeri quoque vitam, ut spero debebimus: Caspar denique Sagittarius ὁ μακαρίτης in erudita ad Hist. Ecclesiasticam introductione (p. 203. seq.) Nec pauca de se tangit Lambecius ipse in scriptis suis, præcipue in Orationibus, ac libro primo de Bibliotheca Vindobonensi, in quo inter alia commemorans Belgicas se provincias quater, Galliam ter, Italiam bis perlustrasse, Bibliothecæ vero Cæsareæ præfectum esse Anno MDCLXIII. die XXVI. Maij, (pag. 30.) hoc addit Epiphonema, verius sane, quam modestius: qui non mihi tantùm, sed universæ rei literariæ felicissimus illuxit dies. E vita discessit Lambecius Viennæ Austriæ IV. Nonar. Aprilis, Styli novi, Anno MDCLXXX. Vale.


MAGNI-



VCL GABRIELIS NAVDÆI PARIS.
ad PETRVM LAMBECIVM HAMBVRG cum integro abhinc
novennio primum Librum Rerum Hamburgensium Ederet,

Epigramma

Tot Patriæ monumenta tuæ dum prisca recludis
    Altaq; doctiloquâ pulpita voce reples:
Dum juvenis superas morum gravitate Catonem,
    Et Pico ingenium te probat esse parem.
Dum loqueris, dum multa legis. dum plurima condis,
    Cunctaq; dum peragis, quâ decet arte senem.
Grandia qui nostri quærit miracula secli.
    Cernere, te viso, nil petat ulterius.



MAGNIFICO
NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE
SENATVI
INCLYCÆ REIBUBLICÆ HAMBURGENSIS
Ut &
Spectatissimis prudentissimisque
XII & IIX VIRORUM COLLEGIIS
PETRUS LAMBECIUS
Salutem & prosperitatem perpetuam.

URbem vestram VENERANDI PROCERES, quam Deus mihi, atque majoribus meis patriam esse voluit, ita semper præ cæteris quibuscunque locis adamavi, ut nihil unquam magis optaverim, neque ulli rei, crediderim diligentius mihi studendum esse, quam ut honestæ alicujus artis vel scientiæ exercitio quam maximè ei prodessem. Quanquam enim viro sapienti, ubi ubisit, quævis commoratio æquè sit jucunda, dummodo virtutibus suis exercendis locum inveniat, ut tamen inprimis natali solo nos, nostramque operam, studium, consilia, rem & fidem devoveamus, partim naturæ quadam vi cogimur, quâ ad benevolentiam erga eam animos nostros allectat, partim ingeneratâ nobis conscientiâ gratitudinis, quam ei debemus. Quod cum ita sit, diu multumque dubitavi, quam potissimûm bené de Patriâ promerendi viam ingrederer. Nam & aditum ad Rempublicam per etatem mihi præclusum videbam, nec forum operâ meâ indigere arbitrabar, in quo tot egregii tàm scientiâ juris, quàm rerum experientiâ instructi Patroni causas agendi locum prę occupâssent. Tandem ubi aliam rem ex aliâ cogitanti, in mentem forté mihi venit, ex aliis omnibus negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magno usui esse rerum gestarum memoriam, neque tantùm laudari, qui manu vel consiliis Rempublicam tuentur & regunt, sed eos etiam, qui majorum facta scriptis suis nobilitant, & posteritatem domesticę historiæ exemplis erudiunt; hîc nescio quomodo derepente animus acquievit, & quasi jam reperissem, quem quæsieram, affectus mei erga patriam osten tandi campum, statui origines ejus & res gestas, uti monumentis literarum atque fama accepimus, perscribere. Ad quod propositum persequendum haud mediocriter deinde confirmatus sum, ubi & probatissimis Viris probari illud intellexi, & quæ alii hâc in re præstitissent, vel confusim nimis & permistè, vel leviter & parùm accuratè, vel etiam malitiosé & iniquè scripta esse animadverti. Verum enim verò ut hæc mihi alacritatem scribendi addebant, ita quodammodo ab incæpto deterrebar, contra reputando, quam id arduum esset & periculosum. Jam primùm enim supra octingentissimum ab hinc annum initia nostræ urbis repetenda sunt. Adeò autem ab æqualibus illorum temporum scriptoribus neligenter & jejuné sunt tradita, ut vel præstantissimo in dicendo homini materia hîc deficeret, nisi fortè non historiam scribere, sed ad libidinem fictam fabulam narrare vellet pueris. Deinde ubi ea narranda sunt, quæ ab aliis, qui libertatem & gloriam urbis nostrę invident, vel negantur omnino, vel perversè referuntur, tum profectó non minùs difficile est, obtrectatorum calumnias generoso silentio præterire, quàm ita moderare orationem, ne plus amori patriæ, quàm veritati tribuere videamur. Demum neque hoc parum me movebat, quod me scirem, dum in hoc opere desudaturus essem, ab aliis, qui præsenti tantùm lucro & commodis suis inhiant, &, ut ad Rempublicam tractandam apti videantur

antur in publico maximé se simulant negotiosos, tanquam inertem, & umbraticis tantúm atque Scholasticis nugis bonum otium conterentem contemptum iri. Quod si istiusmodi homines probè considerabunt, quàm necessaria sit accurata antiquitatis cognitio, cum adversus conterminos populos, ut sæpé expertisumus, pro libertatis, & immunitatum conservatione pugnandum est, videbunt profectó & cognoscent, non inutilem tantúm non esse hunc laborem, sed & plus commodi ex otio meo, quam ex suis negotiis ad Rempublicam esse venturum. Quanquam igitur, multis rebus â proposito averti posse videbar, nihilo tamen minùs in suscepto consilio permansi, & pro virili parte gnaviter illud decrevi pertendere. Nunc ergo, Amplissimi prudentissimique PROCERES, primam laboris mei partem, seu ipsas urbis vestræ origines vobis offero: quas ideò quidem separatim nunc edere consilium mihi fuit, ne, ex quo in patriam redii, nihil egisse, & vanâ promissione gratiam captasse videar. Prævideo enim multũ me temporis in reliquo opere pertexendo consumturum, quod uná cum incremento urbis scribendi crescat materia. Adhæc eam quoque ob causam editionem primi hujus libri maturavi, ut instar Apellis post tabulam latens, vitia, quæ á transeuntibus notabuntur, auscultem & emendem, &, ne quid in reliquo opere committam simile, præcaveam. Cęterum minimè dubito, quin hanc natalium vestræ urbis descriptionem benevolo animo excepturi sitis; Qui, tantum abest, ut ignobiles & sordidi sint, ut etiam gloriari de eorum conditione jure vestro vobis liceat. Carolum enim Magnum quo post antiquissimos Cæsares illustrior nemo extitit Imperator, primum urbis vestræ conditorem habetis. Cujus filius Ludovicus, paternæ erga eandem benevolentię hæres, Archiepiscopatum, ut pater destinaverat, ibi constituit, reddiditque eam omnium, quotquot versus Septentrionem sitæ sunt, regionum Metropolim. Quâ ratione jam illis temporibus, * INCLYTÆ NOBILISSIMÆQUE SAXONUM CIVITATIS, & FOECUNDISSIMÆ GENTIUM MATRIS nomen meruit. Nec objicere nobis quisquam audeat, crebris eam direptionibus & incendiis â Paganis exhaustam & deletam fuisse, & aliquamdiu ut ignobilem jacuisse vicum: quippe cùm hoc maximé dignitatem ejus augeat, quod tanquam Palma innumerorum Martyrum irrigata sanguine adversus calamitatum pondera toties resurrexerit. Ego profectò ex septem illis, quę ob Christianæ religionis professionem perpessa est, excidiis, vel minimum majori nobis honori esse arbitror, quam si septem primi Cæsares in eâ exædificanda exemplum magnificentiæ suæ ostentassent. Quoties etiam præsentem urbis magnitudinem intueor, quoties splendorem ejus & potentiam considero, quoties denique frequentiam habitatorum, & stupenda hæc, quibus nullâ per Europam urbe inferior est, munimenta & propugnacula contemplor præcipuam tanti incrementi causã piæ ipsius infantiæ attribuo, majorumque nostrorum inter excidia urbis pro Christo sparso sanguine felicitatem horum temporum nobis partam existimo. Quod superest, obnixè vos rogo, PROCERES plurimum observandi, ut ęqui bonique faciatis, quam huic opusculo impendi operam; atque ita vobis persuasum sit, me non pravâ ambitione, vel aliis illiberalibus causis ductum, sed necessitate ipsius rei, & eo, qui egregiâ facta comitari solet, bonę conscientiæ præmio, ad hęc scribenda animum appulisse. Quod si non hoc tantum impetrabo, sed placere etiam vobis hunc laborem meum intellexero, multò me credatis approbationis vestræ authoritate ad reliqua absoluenda redditum iri alacriorem. Intereá Deum Opt. Max. precor, ut vos vestramque urbem & ditionem custodiat, servet, & protegat, nec tantùm ab externorum hostium vi, verúm etiam ab intestinis insidiis & discordiis tueatur. Hamburgi v. Non. Jul. clↄ Iↄc LI.

* *Adam. Brem. l. 1. c. 16 & 21 It. l. 3. c. 27. Helmol. l. 1. c. 5. Albert. Staden. ad an. 840. Privileg. Eccles. Hamb.*

AMI-



AMICO LECTORI S.

ECce tibi, amice Lector, tertium ingenii mei foetum, & eum quidem tantó præteritis duobus nobiliorem, quanto rerum gestarum memoria arti præstat Criticæ. Nempe Origines nunc tibi offero florentissimæ Urbis Hamburgensis, tentatam quidem antehac â multis scribendi materiam, sed nulli ritê pertractatam. Ex his verô, qui in eà industriam suam exercuerunt, primas sine controversiâ tenet Albertus Crantzius: scriptor sanê diligens & fidelis, quippe qui ex antiquioribus historicis ad verbum omnia excerpsit. Atenim cum ea, quæ de nostris rebus scripsit, sparsim & intercisê per omnia ejus opera diffusa sint, ideo & minus præbent voluptatis legentibus, & minús rectê percipiuntur, & nisi longa investigatione reperiri & conjungi non possunt. Post Crantzium multi quidem obiter & in transitu de Originibus nostræ Urbis aliquid memoriæ tradiderunt, nemo tamen omnium singularem & exactam iis illustrandis impendit operam. Quamvis enim non negem Adamum Thracigerum in Chronico Hamburgensi Germanicâ linguâ composito, prolixiús aliquantò & latiús de rebus nostris egisse, in hoc tamen cæteris eum similem reperio, quod nec Chronologiæ satis accuratam habuit rationem, nec suis oculis ad veritatem indagandam in antiquissima quæque monumenta inquisivit, sed Crantzii tantum judicio & authoritati confisus, ut quæque ab illo narrata & tradita sunt, contentus fuit referre. Ego veró, Amice Lector, ut ab ineunte ætate nescio qua ingeneratâ Antiquitatis reverentia ductus, in omni studiorum genere veteres sapientiæ Magistros recentioribus prætuli, ita etiam, cum primúm de patriæ meæ rebus scribendis cógitare cœpi, omnium mihi optima tutissimaque propositi mei cum laude simul & sine invidia exequendi visa est via, si ex vetustissimis quibuscunque monumentis & æqualibus rerum narrandarum scriptoribus nudam veritatem bonâ fide eruerem & proferrem in medium. Nec satis mirari possum quorundam hominum levitatem, qui ut operæ suæ parcant, postpositâ pervestigatione veterum monumentorum & accurata temporum computatione, tanquam alieni Judicii mancipia, ex aliis æquê recentibus historicis origines urbium excerpunt, &, quasi piaculum esset transversum unguem ab aliena discedere sententiâ, quod hic vel ille, quem sequendum sibi statuerunt, ait, ajunt, quod negat, negant, & plus quam satis se fecisse credunt officio suo, si compilatâ magna rerum farragine, ingentia brevi tempore conficiant Chronica. Quæ scribendi ratio cum facilitate sua semidoctos admodum allectet, magnum hinc & uberrimum illum Chronicorum Germaniæ, quæ vernacula lingua vulgo circumferuntur, proventum nobis attulit. Quibus tantum abest, ut memo-

memoria rerum gestarum illustretur, ut corrumpatur etiam & multò reddatur incertior. Et sane majoris facio, qui ingeniose fictam fabulam docto & eleganti stylo persequitur, quam eum, qui dum historicum se profitetur, res gestas negligenter & perversê posteritati tradit. Ille enim, dum aperto commento lectorem delectare studet, proprii saltem ingenii ostentat vires, nec fallit quenquam, nec cuiquam nocet: hic autem, qui, ejurato proprii judicii usu, perperam & oscitanter ex aliis non satis probatis scriptoribus historias transcribit, cùm ineptum se ad aliquid per se agendum satis hâc re demonstrat, tùm etiam lectorem historici titulo decipit, & cum magno puplici boni damno veritatem rerum gestarum obnubilat. Verum enim verò ut culpandi sunt, qui adeò negligenter res gestas memoriæ consignant, ita quoque vehementer errant, qui, ubi de rebus, quæ aliquot multis ante seculis acciderunt, disceptandum est, recentiorum modo authorum verba & testimonia allegant: quippe quibus non absolute credendum est, sed ea duntaxat lege, si, ex quibus fidei & vetustatis probatæ monumentis antiquiora illa desumpserint, constet. Quin potiùs igitur aquam petunt ex ipsis fontibus, & eos, unde illi sua hausere, consulunt, judiciique proprii examine perscrutantur. Ita enim veritatem rei penitiùs introspicient, firmiusque propugnabunt. Et hæc potissimum causa est, cur ipsa veterum scriptorum verba & integra nonnunquam diplomata hisce Originibus inseruerim: Eadem quoque me impulit, ut in margine libri, ubi allegati authorum loci quærendi sint, addiderim. Nempe quod olim Plautina illa Cleæreta de suis ajebat manibus, id majori etiam jure de his temporibus dicendum est: Oculata sunt, nec credunt quidquam, nisi quod vident. Quod si alicui forté absurdum videbitur, quod inserendo rei narratæ probationes, & latiorem de nonnullis dissertationem, de curriculo propositi paulisper interdum deflecto, is velim consideret, multum interesse, Origines quis scribat alicujus Urbis, an historiam suorum temporum. Ubi enim ejusmodi res narramus, quibus gerendis vel ipsi interfuimus, vel quas â majoribus natu, qui iis interfuere, accepimus, earum contextum & seriem inconveniens foret superfluis probationibus interrumpere; neque verò styli ratio, quo condenda est historia, id pateretur. Primordia autem Urbium, & multis anté seculis â majoribus præclarê gesta conscribenti, nihil prorsus creditur, nisi, unde quæque eruerit, apertissimè demonstret. Neque hic æquè, ut fit in historiis, orationibus fictis, vel probabilibus conjecturis dilatare materiam & augustiorem eam reddere licitum est, sed ut quæque in antiquissimis monumentis tradita reperimus, ita religiosissimè castissimèque referenda sunt. Quin etiam quo omnia certa magis & dilucida sint, & ut cuivis de narrationis fide arbitratu suo judicare integrum sit, ipsa quoque eorum verba, qui Authores citantur, necessarió adiicienda sunt. Ejusmodi igitur, Amice Lector, Originum Commentarius est primus hic liber, quem de Patriæ meæ Rebus in præsens publico: exili quidem ille, ut ferebat materiæ tenuitas, & simplici stylo conscriptus, sed summâ, audacter hoc dico, diligentiâ & fide. Quod si ad reliquas hujus operis partes usque ad hanc memoriam pertexendas usuram vitæ & otium Deus mihi concesserit, sedulô operam dabo, ut non æquê tantum fidelem & industrium in iis me præstem, verum etiam ut incrementum majestatis dignitatisque rerum narrandarum condigno dicendi genere adæquem. Quod reliquum est, nostri quidem seculi & paucorum quorundam malevolorum hominum de hoc labore meo perversa judicia nihil moror: posteritati autem eum fore gratissimum & opto & confido.

CICE-

CICERO LIB. I. DE LEGIBUS

De ſcriptionis hiſtoriæ requiſitis.

HISTORIA NEC INSTITUI POTEST, NISI PRÆPARATO OTIO, NEC EXIGUO TEMPORE ABSOLVI: ET EGO ANIMI PENDERE SOLEO, CUM SEMEL QUID ORSUS, TRADUCOR ALIO: NEQUE TAM FACILE INTERRUPTA CONTEXO, QUAM ABSOLVO INSTITUTA. QUARE NEQUE OCCUPATA OPERA, NEQUE IMPEDITO ANIMO RES TANTA SUSCIPI POTEST. UTRUMQUE OPUS EST, ET CURA VACARE, ET NEGOTIO.

IDEM IN BRUTO

De ſtylo hiſtorico.

NIHIL EST IN HISTORIA PURA ET ILLUSTRI BREVITATE DULCIUS.

IDEM LIB. II. DE ORATORE

De dignitate Hiſtoriæ.

NEMO STUDET ELOQUENTIAE NOSTRORUM HOMINUM, NISI UT IN CAUSIS ATQUE IN FORO ELUCEAT: APUD GRÆCOS AUTEM ELOQUENTISSIMI HOMINES, REMOTI A CAUSIS FORENSIBUS, CUM AD CÆTERAS RES ILLUSTRES, TUM AD SCRIBENDAM HISTORIAM MAXIME SE APPLICAVERUNT.

AD

PETRUM LAMBECIUM

CUM ORIGINES HAMBURGENSES EDERET.

TOT PATRIÆ MONUMENTA TUÆ DUM PRISCA RECLUDIS,
ALTAQUE DOCTILOQUA PULPITA VOCE REPLES;
DUM JUVENIS SUPERAS MORUM GRAVITATE CATONEM,
ET PICO INGENIUM TE PROBAT ESSE PAREM;
DUM LOQUERIS, DUM MULTA LEGIS, DUM PLURIMA CONDIS,
CUNCTAQUE DUM PERAGIS, QUA DECET ARTE SENEM;
GRANDIA QUI NOSTRI QUÆRIT MIRACULA SECLI
CERNERE, TE VISO NIL PETAT ULTERIUS.

GABRIEL NAUDÆUS
SERENISSIMÆ SVECORUM REGINÆ A BIBLIOTHECA.

CATALOGUS LIBRORUM,


QVOS

PETRUS LAMBECIUS HAMBURGENSIS,
J. U. D. S. CÆS. MAJESTATIS CONSILIARIUS, HISTORIOGRAPHUS AC BIBLIOTHECARIUS, COMPOSUIT ET IN LUCEM EDIDIT

AB ANNO ÆTATIS DECIMO NONO USQUE AD QUADRAGESIMUM QUINTUM; NEMPE AB ANNO CHRISTI MDCXLVII USQUE AD ANNUM M DC LXXIII.

S. AUGUSTINUS
In Prologo Duobus Retractationum Libris Præfixo:

JAm diu istud facere cogito atque dispono, quod nunc, adjuvante Domino, aggredior; quia differendum esse non arbitror, ut Opuscula mea, sive in Libris, sive in Epistolis, sive in Tractatibus, cum quadam judiciariâ severitate recenseam, & quod me offendit, velut censorio stylo denotem. Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideò quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit, non ea debuisse à me dici, quæ posteà mihi etiam displicerent, verum dicit, & mecum facit. Eorum quippe reprehensor est, quorum & ego. Neque enim ea reprehendere deberem, si dicere debuissem. Sed qui primas non potuit habere sapientiæ, secundas habeat partes modestiæ; ut, qui non valuit omnia inpœnitenda dicere, saltem pœniteat, quæ cognoverit dicenda non fuisse. Sed, ut volet, quisque accipiat hoc, quod facio; me tamen Apostolicam illam sententiam & in hâc re oportuit intueri, ubi ait: Si nos ipsos judicaremus, à Domino non judicaremur. Quapropter quicunque ista lecturi sunt, non me imitentur errantem, sed in melius proficientem. Inveniet enim fortasse, quomodo scribendo profecerim, quisquis Opuscula mea ordine, quo scripta sunt, legerit.



CATA-

CATALOGUS LIBRORUM,

QUOS,

PETRUS LAMBECIUS HAMBURGENSIS, J. U. D., S. CÆS. MAJESTATIS CONSILIARIUS, HISTORIOGRAPHUS AC BIBLIOTHECARIUS.

Composuit & in lucem edidit,

Ab anno ætatis decimo nono usque ad quadragesimum quintum; nempe ab A. C. 1647. usque ad Annum 1673.

I.

P*Rodromus Lucubrationum* (*) *Criticarum in Auli Gellij Noctes Atticas*, una cum *Dissertatione de Vitâ & Nomine Auli Gellij*; Parisijs apud Sebastianum Cramoisy, Regis & Reginæ Regentis Architypographum, & Gabrielem Cramoisy, viâ Jacobæâ, sub Ciconijs, Anno 1647. cum Privilegio Regis, in Octavo. *A. C. 1647. ætatis 19. Natus enim est A. C. 1628. d. 13. Aprilis styli novi sive Gregoriani.*

Epistola dedicatoria ad Avunculum, Illustrissimum & Reverendissimum Dominum *Lucam Holstenium* Hamburgensem, Basilicæ Vaticanæ Canonicum & Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum, data est Lutetiæ Parisiorum Calend. Februarii A. 1647.

II.

S*Syntagma Originum & Antiquitatum Constantinopolitanarum* græcè & latinè in folio, anno 1647, 1648 & 1649. partim Lutetiæ Parisiorum, partim Romæ, collectum & elaboratum; anno autem 1650, ante reditum ex Galliâ in Patriam, Parisiis apud Sebastianum Cramoisy relictum, & integro ferè quinquennio post, nempe A. 1655, ibidem ex Typographiâ Regia Luparæâ, Regiis sumtibus, in lucem editum. Continentur eo hæc: *A. C. 1647, 1648. & 1649. ætatis 20, 21. & 22.*

Epistola dedicatoria ad Eminentissimum & Reverendissimum Principem *Franciscum Barberinum* S. R. E. Cardinalem, data Hamburgi prid. Id. Decembr. A. 1653.

Georgij Codini Excerpta de Originibus Constantinopolitanis, ope variorum Codicum manuscriptorum singulis ferè versibus, sive, ut vulgò loquuntur, lineis, emendata & aucta, cum antiquâ Versione Latina, plurimis locis correctâ & mutatâ.

Ejusdem *Codini* Opusculum, nunquam anteà editum, de Schematographiâ Urbis Constantinopolitanæ temporibus Byzantis Constantini Magni & Theodosij Junioris, cum novâ Versione Latinâ.

Ejusdem *Codini* Liber, majori ex parte anteà non editus, de Signis, Statuis, aliisque rebus Constantinopoli spectatu dignis, cum novâ Versione Latinâ.

†† 2 Ejus-

(*) Hæ lucubrationes Lambecii magnam partem recusæ sunt in nova Gellii editione quam cum Joh. Frid. Gronovii, suisque & selectis Variorum notis hoc ipso anno MDCCVI, vulgavit Vir doctiss. Jacobus Gronovius Lugd. Batav, in 4.

Ejusdem *Codini* Liber de Ædificiis Urbis Constantinopolitanæ, nunquam anteà editus, cum novâ Versione Latinâ.

Ejusdem *Codini* Liber de Structurâ Templi S. Sophiæ, ope Codicum manuscriptorum emendatus, & auctus, cum antiquâ Versione Latinâ, plurimis locis correctâ & mutatâ.

Ejusdem *Codini* Liber de Annis ab orbe condito usque ad imperium Constantini Magni, & de Imperatoribus Constantinopolitanis usque ad expugnationem Urbis Constantinopolitanæ per Turcarum Imperatorem Muhammedem IIdum A. C. 1453. d. 29. Maij, cum nova Versione Latinâ.

Anonymi cujusdam antiqui Autoris Græci Collectanea de Antiquitatibus Constantinopolitanis, anteà nunquam edita, quorum in pervetusto Codice membranaceo manuscripto Bibliothecæ Regiæ Parisinæ hæc est Inscriptio: *Παραςάσεις σύντομοι χρονικαί.*

Manuelis Chrysoloræ Epistola ad Imperatorem Constantinopolitanum *Joannem Paleologum* de Comparatione Veteris & Novæ Romæ, hoc est, de Comparatione Romæ & Constantinopoleos, antea nunquam edita, cum Versione Latina.

Ejusdem *Chrysoloræ* de eodem argumento Epistolæ duæ ad *Joannem* & *Demetrium Chrysoloras*, anteà nunquam editæ.

Animadversiones (*) *Lambecianæ* in *Georgij Codini* & alterius cujusdam Anonymi Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis. Præfatio harum Animadversionum ad Lectorem data est Romæ Calend. Maij A. 1649. Præfationi subjungitur Dissertatio de *Georgy Codini* Vitâ & Scriptis. Dissertationem hanc sequuntur ipsæ Animadversiones; Quibus præter aliorum viginti duorum hactenùs non editorum veterum Autorum Fragmenta, integræ insertæ sunt *Anonymi* cujusdam Græci Historica Recensio Septem Conciliorum Oecumenicorum sive Generalium & *Photij* Patriarchæ Constantinopolitani Oratio, habita die Dedicationis Ecclesiæ Novæ Beatissimæ Virginis Deiparæ, ab Imp. Basilio Macedone in Palatio Imperatorio exstructæ.

Joannis Meursii Notæ ad *Georgij Codini* Excerpta de Originibus Constantinopolitanis.

Imp. Leonis, cognomine *Philosophi* seu *Sapientis*, Oracula de imperio Romano Orientali, græcè & latinè, cum Figuris æri incisis, nec non cum antiqua Græcâ anteà nunquam editâ Paraphrasi, & cum Annotationibus *Lambecianis*.

Autoris Anonymi, qui creditur esse *Franciscus Patricius* Dalmata, Expositio Oraculorum Imp. Leonis, ut ea ex Græco in Latinum & vulgarem Italicum sermonem translata, A. 1596. Brixiæ in octavo in lucem prodierunt.

A. C. III.

1650. 1651. ORigines *Hamburgenses*, sive, *Rerum Hamburgensium Liber primus* ab Urbe conditâ sive
& 1652. æ- A. C. 808. usque ad A. 1225, cum *Collectione variorum Veterum Diplomatum*, quæ ad
tatis 23. 24. tuendam rerum fidem & pleniorem earum cognitionem in eodem Libro citantur; ut
& 25. & cum *Appendice*, quæ continent duplicem *Sancti Anscharij*, primi Archiepiscopi Hamburgensis, Vitam, quarum prior à Successore ipsius *S. Remberto*, secundo Archiepiscopo Hamburgensi, oratione prosâ, posterior autem *à Gualdone*, Monacho Corbejensi, tempore *Adalberti*, decimi tertii Archiepiscopi Hamburgensis, qui A. C. 1072. obiit, hexametris versibus composita, & primùm A. 1650. Parisiis ex Bibliothecâ S. Germani Pratensis eruta atque descripta est. Utrique additæ sunt Notæ. Hamburgi sumptibus Autoris, typis Michaëlis Piperi A. 1652. in quarto.

Epistola dedicatoria ad Senatum Hamburgensem atque Duodecim & Octo-Virorum Collegia data est Hamburgi V. Non. Jul. A. 1651.

A. C. IV.

1653. 1654. PRodromus *Historiæ Literariæ*, quâ continetur, partim quidem Generalis Narratio Ori-
1655. 1656. ginis, Incrementi, Mutationis, Interitus & Restaurationis omnium Linguarum,
16571.658. Scientiarum, Facultatum & Artium liberalium secundum Chronologicam successio-
& 1659. æ- nem Seculorum omnis Ævi, nempe Seculorum quadraginta ante Christum & septende-
tatis 26. 27. cim post Christum, ut & secundum Geographicam Transmigrationem in omnes Regio-
28. 29. 30. nes totius Orbis terrarum; Partim autem Specialis Recensio Virorum & Fœminarum sa-
31. & 32. pientia,

(*) Carolus du Fresne glossar. Græc. in ἀφθα. *Lambecius, scrupotius Holstenius, nam ex ejus schedis compactæ sunt notæ ad Codinum de Originibus (Politanis.*

pientia & eruditione illustrium, qui quæve inde à creatione Mundi usque ad nostram ætatem, vel publicatis ingenii sui monumentis, vel saltem amore erga Literas & Artes liberales earumque studiosos claruerunt: nempe quo tempore, quo loco, & quâ ratione vixerint, quid vel inveniendo, vel scribendo, vel propagando, vel protegendo, in Rem literariam contulerint; quæ cujusque Scripta perierint, quæ supersint, quæ jam prodierint in lucem, quæ & in quibus Bibliothecis adhuc latitent; Quæ optimæ Editiones, qui optimi Commentatores aut Interpretes; Quid de unoquoque Autore respectu ingenii, diligentiæ, fidei, & styli judicandum, & quomodo alter alteri ratione antiquitatis aliarumque circumstantiarum vel præferendus, vel post habendus sit. Divisus autem est *Prodromus* ille in *Libros duos*, quorum *prior* Tempus complectitur à Creatione Mundi, seu Seculo ante Æram Christianam quadragesimo, usque ad Nativitatem Moysis, seu Seculum ante Æram Christianam decimum sextum; *posterior* autem comprehendit Capita quatuor à Nativitate Moysis, seu seculo ante Æram Christianam decimo sexto, usque ad Seculum ante Æram Christianam duodecimum, in quod apud Græcos Excidium Trojæ incidit; cum *Appendice*, quæ Sciagraphiam continet, sive primam Delineationem præcipuarum Personarum ac Rerum, de quibus in reliquis triginta duobus ejusdem Libri Secundi Capitibus pleniùs & accuratiùs agetur. Insertæ etiam iisdem Libris sunt *Tabulæ synopticæ Summorum Quatuor Imperiorum*, quæ vulgò per excellentiam *Quatuor Monarchiæ* appellantur; item *Tabula Successionis Illustrium Veteris Græciæ Philosophorum secundum Diogenem Laertium*; atque insuper accedunt *Tabulæ duæ Chronographiæ Universalis*; quarum priori Successio omnium Seculorum à Creatione Mundi usque ad initium vulgaris Æræ Christianæ, posteriori autem Continuatio eorundem ab initio vulgaris Æræ Christianæ usque ad nostram ætatem exhibetur; & quidem ternis Intercolumniis ita ut primum Intercolumnium Historiam Sacram, secundum Profanam, tertium Literariam complectatur. Hamburgi, sumptibus Autoris, typis Michaëlis Piperi A. 1659. in folio.

Epistola dedicatoria ad Sacratissimum Gloriosissimumque Imperatorem LEOPOLDUM I. data est Hamburgi VI. Id. Octobr. Anno 1659.

V.

A.C. 1660. ætatis 33.

ORationes aliquot in illustri Gymnasio Hamburgensi, partim octo annis Professoratûs, partim duobus annis Rectoratûs, publice habitæ, una cum *Programmatibus* nonnullis publicè ibidem propositis; Hamburgi sumtibus Autoris, typis Michaëlis Piperi Anno 1660. in quarto.

Epistola dedicatoria ad Spectatissimos Prudentissimos & Doctissimos Viros, Dnn. *Matthiam* & *Gerardum Boden*, data est Hamburgi d. 26. Aprilis A. 1660.

VI.

A.C. 1660. ætatis 33.

T*Abulæ Synopticæ* in V. CL. *Philippi Cluverii* Introductionem in Universam Geographiam tàm Veterem, quam Novam; Hamburgi sumptibus Autoris, typis Michaëlis Piperi, A. 1660. in folio oblongo.

Epistola dedicatoria ad Fratrem, Nobilissimum Doctissimumque Dominum *Lucam Lambecium*, Philosophiæ & Medicinæ Doctorem, qui A. 1661. d. 4. Maij præmaturâ morte obiit, data est Non. Novembr. A. 1660.

VII.

A.C. 1661. ætatis 34.

R*Erum Hamburgensium Liber secundus* ab A. C. 1225. usque ad A. 1292. cui præter *Mantissam* variorum *veterum Diplomatum*, quæ ad tuendam rerum fidem, & pleniorem earum cognitionem in eodem Libro citantur, accedunt *Chronologia & Auctarium Libri primi* ab A. C. 808. usque ad An. 1072. atque insuper *Dissertatio de Asino ad Tibiam*, qui vetusto cuidam Lapidi sepulcrali Ecclesiæ Cathedralis Hamburgensis non minùs ingeniose, quam lepidè insculptus cernitur; Hamburgi sumptibus Autoris, typis Michaëlis Piperi, Anno 1661. in quarto, cum variis antiquis Monumentis æri incisis.

Epistola dedicatoria ad senatum Hamburgensem, & ad Duodecim atque Octo-Virorum Collegia data est Hamburgi XIII. Kal Augusti A. 1661.

VIII.

A.C. 1662. 1663. 1664. & 1665. ætatis 35. 36. & 37.

L*Iber primus Commentariorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi sive Wiennensi*; Vindobonæ sive Wiennæ Austriæ, typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, Anno 1665. in folio, cum viginti Iconismis æri incisis.

Divisus autem est hic Liber in *duas Partes* quarum *prima* comprehendit Epistolam ad Illustrissimum & Reverendissimum Dominum *Renatum Franciscum Slusium*, Ecclesiæ Cathedralis S. Lamberti apud Leodicenses Canonicum, & Serenissimi Principis Electoris Coloniensis Consiliarium Intimum, quâ, tanquàm universali quâdem Responsione ad variorum amicorum & doctorum Virorum literas, primò, & quidem cursim, agitur de secundo Itinere Italico ab Urbe Hamburgensi per Vindobonam sive Wiennam Austriæ Romam, redituque in Aulam Imperialem, & susceptâ Præfecturâ Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ; secundò autem, & quidem præcipuè, de jam memoratæ Augustissimæ Bibliothecæ inclytâ Origine, multiplici Incremento, variâ fortunâ sub variis Præfectis, ac demùm præsenti dignitate, ordine & usu, postquam ea auspicio ac liberalitate Sacratissimi Gloriosissimique Principis & Domini Nostri, Imp. Cæs. LEOPOLDI I, Pii, Felicis, Inclyti, Victoris ac Triumphatoris Semper Augusti A. C. 1663. renovata & instaurata est. Inserta etiam obiter eidem primæ Parti est generalis quædam Descriptio inæstimabilis *Cimeliarchij Cæsarei Sacri & Profani*, cum succinctâ recensione præstantissimorum *veterum Numismatum* eo comprehensorum; item specialis Dissertatiuncula de admirandâ *Inscriptione* sacrâ *non-manufactâ* amplissimæ *Pateræ ex unâ orientali Achate* artificiosissimè fabrefactæ, quæ in eodem adservatur Cimeliarchio. Huc insuper accedit generalis Descriptio magnificentissimæ atque instructissimæ *Pinacothecæ*, olim *Archiducalis*, nunc verò *Cæsareæ*; unà cum prolixâ Dissertatione speciali de *vetustissimo Sarcophago lapideo*, qui Vindobonæ sive Wiennæ A. 1661. d. 28. Januari, cùm fundamenta Novæ Appendicis Palatii Cæsarei aperirentur, fortuitò inventus est, ut & de *Antiquitatibus ethnicis*, quæ partim in eo, partim juxta eum simul repertæ sunt.

Secunda autem ejusdem Libri *Pars* complectitur præcedentis Epistolæ *Appendicem*, sive, *Additamenta quinque* ad Historiam ejusdem Augustissimæ Bibliothecæ pertinentia, ut ex sequenti eorum brevissimâ *Synopsi* qualitercunque videre est.

Additamento I. continetur.

Recensio & generalis descriptio *septem* MStorum Codicum Operis *S. Gregorij Nysseni de creatione hominis*, quorum præcedentis Epistolæ Segmento quadragesimo quinto fit mentio.

Additamento II. continentur.

Lucæ Holstenij Epistolæ tres ad *Sebastianum Tengnagelium*, Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Præfectum, quibus annexa est *Nota librorum editorum Romæ linguâ Arabicâ & Syriacâ*; nec non *Catalogus Homiliarum SS. Patrum Græcorum ac Latinorum*, quos idem *Holstenius* olim edere constituerat. Accedit insuper *Annotatio* de *tribus* Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ MStis Codicibus, in *secundâ* & *tertiâ* Holsteniana epistolâ memoratis, quorum primus *Perdice Protonotarii Ephesini Descriptionem metricam sanctorum locorum Hierosolymitanorum*, secundus *Excerpta ex Arriani Descriptione Ponti Euxini*, tertius autem *octodecim priores libros Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti* complectitur. Clauditur denique hoc Additamentum Epilogo de *Bibliothecæ Tengnagelianæ Pentateucho Hebraico, Arabico & Persico* Constantinopoli excuso A. 1545. vel 1546. in fol.

Additamento III. continetur.

Gabrielis Naudæi locus notabilis de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ *Origine & Incremento*, cum necessariis quibusdam *Animadversionibus*, quibus non tantùm demonstratur, primam jam memoratæ Bibliothecæ institutionem perperam *Imp. Friderico II.* attribui, verùm etiam complures gravissimi *errores*, partim in *Catalogo MStorum Codicum Græcorum Sacrorum* ejusdem Bibliothecæ, à R. P. *Antonio Possevino* edito, partim in *Joannis Jacobi Frisii Bibliothecâ Universali*, partim in *Antonij Verderij Bibliothecâ Constantinopolitanâ* occurrentes, deteguntur & emendantur, eâque occasione non pauci optimæ notæ MSti Codices in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ exstantes, recensentur, quorum præcipui sunt, quibus cum alia multa præclara veterum Autorum scripta, tum quoque continentur *Opera S. Ephræmi Syri*; *Acta Synodi Nicenæ II. sive Oecumenicæ VII. & Historia Miraculi per Imaginem Christi, à Judæis in Urbe Beryto crucifixam, editi*; *Homilia de expulsione Adami ex Paradiso, & de bonis atque malis mulieribus, quæ S. Joanni Chrysostomo vulgò attribuitur*: *Georgij Gemisti Plethonis opuscula varia*; *Georgij Mytilenæi oratio de passione Christi Joannis Staurarii*

racii Chartophylacis Thessalonicensis Oratio de miraculis S. Demetrii Proconsulis & Martyris; Joannis Philoponi libri septem Commentariorum in caput primum Geneseos, & ejusdem Disputatio de Paschate; Eusebij Pamphili, Episcopi Cæsareæ Palæstinæ, Eclogarum Propheticarum de Christo libri quatuor hactenùs inediti, quorum tertio egregius locus est libro quinto Chronographiæ Sexti Julij Africani insertus est; Philonis Hebræi opuscula quædam; S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani Catecheses; Palladii Episcopi Helenopoleos ad Præpositum Lausum de diversis SS. Patribus narratio; Demetrii Cydonii opusculum de Processione Spiritus Sancti, & ejusdẽ translatio Græca Refutationis Alcorani Muhammedici, à Richardo monacho Dominicano linguâ latinâ conscriptæ; Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, Expositio Sacrorum Canonum Synodalium; S. Thomæ Aquinatis Argumentationes de Divinâ Incarnatione, & alia quædam ejusdem opuscula ex Latino sermone in Græcum versa; ac demùm Procli Diadochi libri sex de Theologiâ Platonicâ.

Additamento IV. continetur.

Narratio de pretiosissimo Codice membranaceo MSto *Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti, à Tengnagelio* Illustriss. Præsidem *Jac. Aug. Thuanum* impressionis Causa A. 1614. *Lutetiam Parisiorum* misso, & anno demùm 1627. remisso in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream.* Cujus rei confirmandæ gratiâ insertæ sunt huic Narrationi *Epistolæ variæ* eò pertinentes; nempe *Roberti Scheilderi*, primùm *Atrebatensis*, deinde *Cameracensis Canonici*, Latina ad *Tengnagelium*, data Linzii d. 6. Septembris A. 1614. Illustrissimi Præsidis *Jacobi Augusti Touani* Gallica ad jam memoratum *Scheilderum*, data Lutetiæ Parisiorum d. 22. Julii A. 1614. R. P. *Frontonis Ducæi*, è Societ. JESU, Latina ad *Tengnagelium*, data Lutetiæ Parisiorum d. 24. Februarii A. 1615. Ejusdem R. P. *Frontonis Ducæi* Gallica ad *Scheilderum*, data Lutetiæ Parisiorum d. 15. Maij 1615. Illustriss. Præsidis *Jacobi Augusti Touani* Latina ad *Tengnagelium*, data ex Villabonio d. Maij 1615. R. P. *Frontonis Ducæi* Latina ad *Tengnagelium*, data Lutetiæ Parisiorum d. 13. Januarii A. 1621; ac denique R. P. *Jacobi Sirmondi*, è Societ. JESU, Latina ad *Tengnagelium*, data Lutetiæ Parisiorum d. 3. Septembris An. 1626.

Additamento V. continetur.

Catalogus centum septuaginta novem MStorum Codicum *Arabicorum*, *Persicorum*, *Turcicorum & Hebraicorum*, Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ à *Tengnagelio* legatorum; quorum *duo Persici* atque *unus Arabicus à Wilhelmo Schikardo* in Prooemio *Tarich* sive *Seriei Regum Persiæ*, ut præ cæteris rarissimi, speciatim laudantur. Adjecta sunt huic Catalogo necessaria quædam *Scholia* de *Ærâ annorum Hegiræ Muhammedicæ*; de *Ærâ Judaica R. Hillelis Hannasi*; de *Vitis quatuor Evangelistarum*, & *Notis in Evangelium S. Matthæi*, ex *Tengnageliano* Codice *Arabico* à *Petrò Kirstenio Vratislaviensi* editis; & de nonnullis rebus itidem notatu dignis. Clauditur hoc Additamentum prudentissimâ pariter ac eruditissimâ Epistolâ *Petri à Valle* Romani, partim quidem de *studio linguarum Orientalium*, partim autem de *Persici & Turcici Imperii* Statu *politico* ac *militari* ad *Tengnagelium* scriptâ Romæ d. 29. Junii A. 1628.

IX.

Diarium (*) *Sacri Itineris Cellensis interrupti & repetiti*, quod Sacratissimus Gloriosissimusque Imperator LEOPOLDUS I. A. C. 1665. primùm quidem d. 27. Junii susceperit irritè postea autem feliciter peregit à d. 11. Augusti usque ad diem ejusdem mensis vigesimum. Vindobonæ sive Viennæ typis Mathæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi: A. 1666. in quarto.

A. C. 1666. ætatis 38. nempe ante diem decimum tertiũ Aprilis styli Gregoriani sive novi.

Diarium hoc scriptum est formâ *Epistolæ* ad Illustrissimum & Generosissimum Dominum *Emericum Fridericum, Liberum Baronem de Walderdorf*, tunc temporis, nempe Anno 1665. Augustissimi Tribunalis Spirensis Adsessorem Cæsareum, tunc autem Inclyti Consilii Imperialis Aulici Consiliarium.

Præter Narrationem ipsius Itineris inserta est huic Diario Descriptio antiqui Codicis manuscripti membranacei, quo continetur *Diarium Vitæ Imp. Friderici*, vulgò *Tertii* vel *Quarti*, reverà autem *Quinti*, propriâ Ipsius manu exaratum, & ut Ipse ibi refert, inchoatum A. C. 1437, anno ætatis vigesimo secundo. Inter Excerpta varia Historica, quæ ex eodem Codice ibi in lucem proferuntur, notabilis inprimis est vera & genuina *Explicatio Symboli Imp. Friderici.*

(*) Ex hoc libro prolixa excerpta leguntur in Clarissimi W. E. Tenzelii dialogis menstruis Germanice editis Anno MDCXCIV. mense Februario.

A. E. I. O. U.

Secundum propriam Ipsius tam latinam, quam germanicam interpretationem; Item *Annotationes* ejusdem de obitu Parentum, de tempore suæ Electionis in Imperatorem, de Itinere suo in Palæstinam seu Terram Sanctam, & de receptione sua in Sodalitium Ordinis Equestris Cyprii. Præterea inserta etiam est eidem Sacri Itineris Cellensis Diario amplissima *Dissertatio de Assumptione corporali Beatissimæ Dei Genitricis in Cælum*, & de origine, propagatione *Festi Assumptionis* in Sancta Ecclesiâ Catholica. Annexum denique eidem Diario in fine est *Additamentum* satis prolixum, quo demonstratur, Imp. *Fridericum*, Imp. *Maximiliani I.* Patrem, non *Tertium* vel *Quartum*, sed re verâ cognominandum esse *Quintum*, quia *Fridericus Austriacus* cognomine *Pulcher*, & *Fridericus Dux Brunsvicensis atque Luneburgensis*, post Imp. *Wenceslai Ignavi* abdicationem legitime electum, Imperatorum Romanorum Catalogo minime excludendi sunt. Inserta quoque sunt eidem Additamento antiqua & genuina *tria Diplomata*, quibus electio Imp. *Friderici Pulchri* ab *Henrico* Archiepiscopo Coloniensi, & tribus Principibus Electoribus secularibus, *Henrico* Rege Bohemiæ, *Rudolpho* Comite Palatino Rheni, & *Rudolpho* Duce Saxoniæ, Sanctæ Sedi Apostolicæ & universo Imperio Romano publice significata est. Quod etiam idem Imp. *Fridericus Pulcher*, licet ab Imp. *Ludovico Bavaro* A.C. 1322. superatus prælio triennalem subjerit captivitatem, Imperatorio tamen suo Juri & Titulo, ut a quibusdam falso traditum est, recuperandæ libertatis causâ non renunciaverit, sed postquam A.C. 1325. e custodia dimissus est, pari deinceps potestate cum Imp. *Ludovico Bavaro* Imperium Romanum gubernaverit, luculenter ac solide ibidem demonstratur ipso illo antiquo nec minus incorrupto, quam genuino *Diplomate publico Reconciliationis Imperatorum Friderici Austriaci & Ludovici Bavari, & concordiæ de S. Imperio Romano pari potestate administrando inter eosdem compositæ*, quod etiam nunc in Augustissimo Archivo Cæsareo aulico cum appensis duobus cereis Sigillis Imperatoriis authenticum adservatur, & ex eo primum quidem à *Joanne Cuspiniano* in Historica Descriptione Austriæ, secundum autem ab ipso *Lambecio* post iteratam fidelissimam & accuratissimam collationem atque recognitionem in jam memorato Diarii Cellensis Additamento editum est.

X.

A.C. 1666. ætatis 39. **E***pistola* ad Serenissimum Celsissimumque Principem & Dominum, Dominum *Augustum*, Brunsvicensium ac Luneburgensium Ducem, de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis Codicibus *septem* manuscriptis, partim *Græcis*, partim *Latinis*, qui adornandæ novæ omnium *Flavii Josephi* Operum editioni græco-latinæ possunt inservire, eàmque ob causam clementissimo Sacræ Cæsareæ Majestatis permissu Wolfenbüttlum, atque inde porrò ad V. CL. *Joannem Andream Bosium*, Historiarum in illustri ad Salam Academiâ Professorem Publicum, Jenam transmissi sunt. Data est hæc Epistola die 17. Augusti Anno 1666. eodemque anno Vindobonæ sive Wiennæ, typis Matthæi Cosmerovij, S. Cæs. Majestatis Typographi, impressa est in quarto.

XI.

A. C. 1667. ætatis 40. **A***Xiomata Politica Gallicana*, ex Dominì *Auberii* Advocati Parlamenti Parisiensis & Consiliarii Regii Tractatu, quem *de Justis Prætentionibus Regis super Imperium & de Præeminentiâ Regis super Imperatorem* inscripsit ac cum Privilegio Regis die 19. Julii Anno 1649. dato, anno demum 1667. Lutetiæ Parisiorum apud Antonium Bertier in lucem edidit, bonâ fide ad verbum excerpta, & cum cæteris Gentibus, quarum interest, tum inprimis Germanicæ Nationi ad considerandum proposita. Vindobonæ sive Wiennæ typis Mathæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, A. 1667. in quarto.

XII.

A.C. 1669. ætatis 41. & 42. **L***Iber secundus Commentariorum de Augustissimâ Bibliotheca Cæsareâ Vindobonensi*, Vindobonæ sive Wiennæ typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, A. 1669. in folio, cum quadraginta Icanismis æri in cisis.

Continetur eo *Supplementum Libri primi*, divisum in *Capita novem* hoc modo:

Capite primo demonstratur *Wiennam Austriæ* nec *Viennam*, nec *Biennam*, nec *Vianam*, nec *Vendum*, nec *Galbianam*, nec *Flavium*, nec *Flavianum*, nec *Alam Flavianam*, nec *Aras Flavias*, nec *Castra Flaviana*, nec *Flavabim*, nec *Faviam*, nec *Favianam*, nec *Fabianam*, à Romanis olim appellatam fuisse, eâque occasione varia celeberrimorum quorundam vete-

veterum & recentiorum Autorum loca examinantur, corriguntur ac illustrantur; & quidem præcipuè *Strabonis*, *Plinii Senioris*, *Claudii Ptolemæi*, *Cornelii Taciti*, *Itinerarii Antonini*, *Notitiæ Utriusque Imperii*, *Eugippii de Vitâ S. Severini*, *Paschasii Diaconi Romani*, *Cassiodori*, *Isidori Archiepiscopi Hispalensis*, *Pauli Diaconi Aquilejensis*, *Martyrologii Romani*, *Sigeberti Gemblacensis*, *Ottonis Episcopi Frisingensis*, *Æneæ Sylvii sive Papæ Pii II*, *Joannis Trithemii*, *Joannis Aventini*, *Joannis Heroldi*, *Guidonis Panciroli*, *Joannis Cuspiniani*, *Wolfgangi Lazii*, *Laurentii Surii*, *Card. Baronii*, *Abrahami Ortelii*, *Marci Velseri*, *Jani Gruteri*, *Henrici Canisii*, *Heriberti Rosweidi*, & *Auberti Miræi*.

Capite secundo demonstratur. *Wiennam Austriæ* vero & genuino nomine suo à Romanis antiquitus appellatam fuisse VINDOBONAM. Nititur autem ea demonstratio autoritate ac testimoniis *Antiquæ Tabulæ Itinerariæ Peutingerianæ*, *Itinerarii Antonini Augusti*, *Claudii Ptolemæi*, *Antiquæ Notitiæ Utriusque Imperii*, *Sexti Aurelii Victoris*, *Eutropii*, *Jornandis*, *Inscriptionis Romanæ antiquæ*, *Beati Rhenani*, *Wolfgangi Lazii*, *Bilibaldi Pirckheimeri*, *Stephani Vinandi Pighii* & *Philippi Cluverii*. Additur quoque ibidem Etymologia nominis VINDOBONÆ, deducta à *Vindone* amne, Urbem præterfluente, & vulgò nunc dicto die *Wien*; simul etiam refutantur eorum errores, qui verum nomen VINDOBONA corruptè ac perperàm in *Viliobona*, *Juliobona*, *Vendabona*, *Vindomona*, *Vindomana Vindomina* & *Viudoniana* transformarunt. Quandoquidem etiam ibidem mortis *Imp. M. Antonini Philosophi* obiter fit mentio, demonstratur hac occasione contra *Tertullianum* & *Onuphrium Panvinium*, testimoniis *Sexti Aurleii Victoris* & *Eutropii*, jam memoratum Imperatorem obiisse *Vindobonæ in Panonia Superiori*, non autem *Sirmii in Inferiori Panoniâ*. Huc insuper accedit *Explicatio quinque veterum Inscriptionum Romanarum*, in quibus fit mentio *Legionis Decimæ Geminæ*, quæ VINDOBONÆ sedem suam habuit.

Capite tertio agitur de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice membranaceo manuscripto in quarto, inter Codices manuscriptos Theologicos Latinos quingentesimo nono, quo inter alia continetur *Concilium Provinciale*, quod autoritate Summi Pontificis *Clementis IVti* à Fratre *Guidone* Ordinis Cistertiensis, Tituli S. Laurentii in Lucina Cardinale Presbytero & Apostolicæ Sedis Legato, *Vindobonæ* sive *Wiennæ Austriæ* Anno 1267. mense Majo, celebratum est. Occasionem de hoc Codice MSto speciatim ac singulatim agendi præbuit superiòr Dissertatio de nomine Urbis *Wiennæ*; utpote in quâ is testimonii causa citatus est. Inserta igitur huic Capiti est non solum *nova atque integra editio Constitutionum istius Concilii Provincialis*, ex duobus antiquis Codicibus manuscriptis Cæsareis adornata, verum etiam addita illi sunt ejusdem *Cardinalis Guidonis Decreta Hungarica*, nunquam antea in lucem edita. Huc insuper accedunt aliæ variæ *Observationes singulares de ejusdem Cardinalis Guidonis Vitâ & Legationibus Apostolicis per Saxoniam Inferiorem*, *Daniam atque Succiam*, ut & de differentia inter *ipsum* & *Guidonem Fulcodium*, Cardinalem Episcopum Sabinensem, cum quo ab *Alberto Crantzio*, *Joanne Meursio*, & nonnullis aliis perperam confunditur.

Capitae quarto agitur de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo in quarto, inter Codices manuscriptos Historicos Latinos centesimo nonagesimo septimo, quo inter alia continetur *Rationarium Austriae & Styriae*, ab *Helwico Thuringo*, *Ottocari* Regis Bohemiæ, Ducis Austriæ & Styriæ & Marchionis Moraviæ, *Notario*, partim sub ipso Rege *Ottocaro* A. C. 1265. & 1267. partim autem post annum 1253. sub *Imp. Rudolpho I.* compositum, cujus in superiori Dissertatione de nomine Urbis *Wiennae* testimonii causa facta est mentio. Eidem capiti inserta etiam obiter est Dissertatiuncula quædam de *Imp. Augusti Rationario Imperii*, cujus meminerunt *Tacitus* atque *Suetonius*. Huc insuper accedit Commemoratio Libelli aurei, cujus titulus: *Princeps in Compendio*.

Capite quinto agitur de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquis duobus Codicibus manuscriptis, inter Codices MStos Historicos Latinos 458vo & 459no, quibus continentur *Statuta & Privilegia Inclytae Academiae Vindobonensis* sive *Wiennensis*. Occasionem de his Codicibus MStis speciatim ac singulatim agendi præbuit suprà memorata Dissertatio de nomine Urbis *Wiennae*, utpote in quâ ij testimonii causa citati sunt. Principio hujus Capitis refutatur *Wolfgangi Lazii*, *Georgii Ederi* & aliorum quorundam error, qu *primam fundationis Inclytae Academiae Vindobonensis originem* perperam attribuunt *Imp. Friderico II.* & ad demonstrandam veram illius originem producuntur in lucem *Diplomata du Summorum Pontificum Urbani Vti* & *Urbani VIti*, quorum primus A. C. 1365. concessi

 eidem

eidem *Studium generale etiam in Facultate Theologica*. Sequuntur deinde *Statuta generalia & Privilegia*, ad totam Universitatem & omnes Facultates simul pertinentia, quæ a Gloriosissimo Austriæ Duce *Alberto III.* cognomine *cum Tricâ*, eodem anno 1384. promulgata, nec solum ab ipso, verum etiam a fratre ejus Duce *Leopoldo III.* cognomine *Probo*, à *Pilgrino* sive *Peregrino* Archiepiscopo Salzburgensi, à *Joanne* Episcopo Pataviensi, ut & à Proceribus Austriæ; Senatuque ac Communi Civitatis Vindobonensis sive Wiennensis approbata & confirmata sunt. His porro subjunguntur *Statuta particularia singularum Facultatum*, nempe Facultatis *Theologicae*, *Juridicae*, *Medicae*, & *Philosophicae*, quemadmodum ea A. C. 1389. publicata, & ab omnibus Facultatibus confirmata sunt. Quandoquidem autem in jam memoratis antiquis *Statutis & Privilegiis* identidem inculcatur, *Academiam Vindobonensem*, quasi *Filiam*, ad exemplum *Academiae Parisinae*, tanquam *Matris*, ordinatam esse, iisdemque Juribus ac prærogativis gaudere, idcirco exhibetur ibidem ex duobus antiquis Codicibus MStis Cæsareis *Catalogus octoginta septem veterum Diplomatum de Statutis & Privilegiis Almae Academiae Parisinae*, quæ a diversis Summis Pontificibus, & Cardinalibus, atque Legatis S. Sedis Apostolicæ, ut & a Regibus Galliæ, & a tota Universitate vel singulis ejus Facultatibus promulgata sunt. Differitur etiam hac occasione ibidem de verâ *Academiae Parisiensis* origine, &, quantum ipse Imperator *Carolus Magnus* omni fere facultatum, Scientiarum & Artium liberalium generi deditus fuerit, ostenditur amplissima Recensione speciali *viginti trium* præstantissimorum veterum Codicum manuscriptorum, ad Vitam & res gestas Ipsius pertinentium, qui cum aliis ejusdem argumenti compluribus in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsarea Vindobonensi adservantur, & multa non mediocris momenti monumenta antiqua, antehac nunquam edita, continent. Agitur præterea ibidem de ejusdem vere Magni Imperatoris *Bibliothecâ Cubiculari*, utpote ad quam jam memoratorum Codicum nonnulli sine ulla controversia olim pertinuerunt; item de *antiqua lingua Germanica*, respectu universæ Germaniæ *Theotisca*, respectu autem istius partis Germaniæ, quam veteres *Franci* sive *Francones* possederunt, *Francisca* dicta, quam idem Imperator, ut natione Germanus, summopere excoluit, & primus omnium certis regulis grammaticis in artem redigere conatus est. Clauditur denique hoc Caput Dissertatione satis prolixa de *Otfrido*, Monacho Benedictino Weissenburgensi, qui Grammaticam Germanicam, ab Imp. *Carolo Magno* compositam, absolvit & auxit; ut & de ejusdem *Otfridi* variis scriptis, quæ partim jam edita sunt, partim in Augustissima Bibliotheca Cæsarea adhuc servantur inedita. Præ cæteris autem agitur ibidem accurate de *Volumine Evangeliorum*, antiquis rhythmis *Theotiscis* composito, & in quinque libros diviso, quod jam memoratus *Otfridus Liutberto* Archiepiscopo Moguntino, qui A. C. 865. electus, & A. 889. mortuus est, peculiari quadam lectu dignissima Præfatione latina dedicavit. Suppletur etiam illud Opus ibidem integris *octo* hactenus desideratis foliis in folio, & refelluntur varii gravissimique errores, qui ab Hæresiarchâ *Matthiâ Flacio Illyrico* in primâ ejusdem Operis editione Basileensi commissi sunt.

Capite sexto fuse lateque agitur de *Henrici Gundelfingii*, patria *Constantiensis*, Magistri Artium & Friburgensis Ecclesiæ in Helvetia Sacellani, hactenus inedita *Historia Austriaca*, in tres Partes divisa, & *Sigismundo*, primo ejus nominis Archiduci Austriæ, A.C. 1476. dedicata, cujus authenticus Codex manuscriptus membranaceus in Augustissima Bibliotheca Cæsarea adservatur, & Libri hujus secundi Capit *primo* in Dissertatione de nomine Urbis *Wiennae* citatus est. Inserta igitur sunt huic Capiti varia jam memoratæ Historiæ *Fragmenta selecta* cum *Annotationibus* necessariis; & quidem præcipue de *Augustissimae Domus Habsburgo-Austriacae* verissima gloriosissimaque *Origine Anicianâ*, de *Successione Comitum Teriolensium*, & de vita ac rebus gestis Ducis Burgundiæ *Caroli Audacis* seu *Pugnacis*, qui A. C. 1477. apud *Nansium* Lotharingiæ Urbem in prælio occubuit.

Capite septimo specialissimè accuratissiméque agitur de *vetustissimo Codice manuscripto Dioscoridiano*, curâ & liberalitate *Julianae Aniciae*, Imp. *Flavii Anicii Olybrii* filiæ, ante *mille & centum sexaginta tres* annos exarato, & figuris plantarum ad vivum depictis, aliisque variis Imaginibus, inter quas etiam Ipsius est effigies, elegantissimè exornato, qui etiamnunc in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ adservatur, & proximè præcedenti Capite *sexto* in Dissertatione de splendidissimâ Potentissimæ *Gentis Aniciae* antiquitate, seu, ut S. *Hieronymi* verbis utar, de *Illustri Anicii Sanguinis Decore*, testimonii causâ citatus ac laudatus est. In descriptione igitur præstantissimi hujus Codicis servatur hic ordo. *Primò* indicatur, quomodo ac quo tempore is *Constantinopoli* pervenerit in Augustissimam Bibliothecam

thecam Cæsaream Vindobonensem sive Wiennensem, & qualis ejus sit character ac ratio scripturæ. *Secundò* explicantur Picturæ priorum sex foliorum, quibus præter Iconismum *Pavonis*, tanquam symboli rei herbariæ & consecrationis Augustarum, & præter effigiem ipsius *Julianae Aniciae*, continentur Imagines *quatuordecim* illustrium veterum Medicorum Græcorum; nempe *Chironis Hippocentauri*, *Machaonis*, *Pamphili Grammatici Alexandrini*, *Xenocratis Aphrodisiensis*, *Sextii Nigri*, *Heraclidae Tarentini*, *Mantiae*, *Claudii Galeni*, *Cratevae*, *Apollonii Memphitae*, *Andreae*, *Pedanii Dioscoridis Anazarbensis*, *Nicandri Colophonii*, & *Rufi Ephesii*. Earundem Picturarum explicationi insertæ etiam sunt notabiles quædam Parecbases sive Digressiones de *Mandragorâ nigrâ*, de *more veterum scribendi super genua*, de *Genealogiâ posterorum Imp. Valentiani I* sive *Magni*, utpote inter quos quoque est *Juliana Anicia*. *Tertiò* exhibetur & illustratur *Titulus* antiquus græcus alphabeticæ Descriptionis plantarum, ex *Dioscoridis Anazarbensis* Libris quinque de Materiâ Medicâ collectæ, unà cum Additionibus variis ex *Cratevâ*, *Pamphilo* & *Galeno*; ibidémque inter alia solidè demonstratur, *Dioscoridem Anazarbensem* non *Pedacium*, sed, ut antiquæ Romanæ Gentis *Pedaniae* clientem, appellandum esse *Pedanium*. *Quartò* agitur de *Eutecnii Sophistae in Nicandri Theriacà*, *Alexipharmaca*, ut & in *Oppiani Halieutica* sive Poema de Piscatione, & in ejusdem *Ixeutica* sive Poema de Aucupio, antiquâ Græcâ & hactenus ineditâ *Paraphrasi*, quæ in eodem exstat præstantissimo Codice manuscripto Cæsareo; simul etiam subministratur locuples Apparatus ad adornandam novam editionem Operum *Oppiani & Dioscoridis*.

Capite octavo agitur de uberrimo fructu literario, quem Augustissima Bibliotheca Cæsarea percepit ex S. Cæsareæ Majestatis *Itinere Oenipontano*, adeundæ hæreditatis Teriolensis causâ A. 1665. à die 10. Septembris usque ad diem 15. Novembris prosperè peracto. Constat autem hoc caput *duabus* primariis *Partibus*; quarum *primâ* continetur ipsius jam memorati Itineris *Diarium Historicum*, cui cum aliæ multæ rarissimæ *Observationes*, tùm inprimis *Chorographicæ* & *Topographicæ* variæ insertæ sunt: nempe, ut exempli gratiâ nonnullæ speciatim memorentur, de celeberrimo Austriæ Inferioris ad Danubium in præcelsa rupe sito *Monasterio Benedictino Melicensi*, & de *S. Colomanno* atque *Beato Gothalmo*, qui ibidem sepulti sunt, ut & de *Particulâ Ligni S. Crucis*, quæ in eodem Monasterio adservatur; de pervetustâ Norici Ripensis Urbe *Lauriaco*, sive, *Coloniâ Augustâ Lauriacensi*, ejusque Antiquitatibus ethnicis & antiquâ Dignitate Metropolitanâ; de *Colonia Aureliâ Antoninianâ Ovilabi*, vulgò nunc dictâ *Wels*; de celeberrimo *Monasterio Lambacensi*, vulgò *Lambach* dicto, ubi olim fuit veterum Romanorum *Tergolape*; de *Coloniâ Æliâ Cetiensi*, vulgò nunc dicto *Kalen*; de admirando *Cataracte Trauni* amnis, vulgò dicto *der Traun-fall*; de *Colonia Hadrianâ Juvaviâ*, vulgò nunc *Saltzburg* dictâ, ejusque variis rebus spectatu dignissimis; de pretiosissimâ antiquâ *Statuâ æneâ*, pro *Antinoi* ab Imp. *Hadriano* adamati imagine à nonnullis habitâ, quæ A. C. 1502. in Carinthiâ in amplissimis ruinis pervetusti *Municipij Solvensis* fortuitò reperta, & à *Matthæo Langio*, S. R. E. Cardinale & Archiepiscopo Salisburgum translata est; de *Sebato*, sive *Sevato*, vulgò nunc dicto *Swatz*, Vallis Oenanæ Pago, ditissimis metallorum fodinis celeberrimo; de *Urbe Oenipontanâ*, & de magnificentissimo *Imp. Maximiliani I. Monumento* marmoreo, Statuis æneis viginti octo colosseæ magnitudinis circumdato, quod ibidem exstat in Templo Franciscanorum, ab *Imp. Ferdinando I.* è quadrato saxo magnis impensis constructo, & *S. Cruci* dicato; de celeberrimo Ordinis Præmonstratensis S. Norberti *Cœnobio Veldidenensi*, vulgò nunc corruptè *Wilden*, *Wiltan* & *Wilthaim* appellato; de famosissimo illo *Pariete S. Martini*, vulgò *die Martins-wand*, ubi *Imp. Maximilianus I*, dum in primo juventutis flore nimis temerariâ & imprudenti aviditate rupicapras insequitur, in maximum & præsentissimum vitæ periculum incidit; de celebratissimâ Archiducali *Arce Ambrasianâ*, variisque rebus illic spectatu dignis; & quidem præcipuè de *duobus rarissimis M. Tullii Ciceronis antiquis Numismatibus argenteis*, in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream inde translatis, ut & de *quinque Columnis milliariis*, quibus tanquam pretiosissimis venerandæ Antiquitatis reliquiis jam memoratæ Arcis area exornata est. *Secundâ* ejusdem Capitis *octavi* parte continetur *Catalogus atque descriptio quingentorum Codicum Manuscriptorum*, qui A. C. 1665. ex jam memoratâ Archiducali *Arce Ambrasianâ* juxta *Oenipontem* sitâ, in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem translati sunt, & præclara multa continent, antehac incognita & inedita.

Capite nono agitur de *Itinere Budensi*, quod clementissimo S. Cæs. Majestatis jussu ipse *Lambecius* peregit A. 1666. a die 25. Februarii usque ad diem 24. Martii propter reliquias celeberrimæ istius *Bibliothecæ Regis Hungariæ Matthiæ Corvini*, cujus interitu & dissipatione Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensis amplissimo incremento aucta est.

Subjecta huic Libro *secundo* in fine est *Appendix*, qua continentur *Additamenta sedecim*, quorum succincta Synopsis est hæc.

Additamento primo, ad ejusdem Libri *secundi* pag. 35. pertinente, agitur de *Carnunto*, antiquissima celeberrimaque *Pannoniæ Superioris* Urbe, cujus situm *Wolfgangus Lazius*, *Vico S. Petronellæ*, *Philippus* autem *Cluverius Urbi & Arci Haimburg* respondere existimat: quæ duæ opiniones licet prima fronte videantur discrepantes, nova tamen declaratione & interpretatione solide ibi conciliantur. Exhibentur etiam ibidem variæ *Antiquitates Carnuntinæ* antehac incognitæ, inter quas spectatu dignissimus est *Arcus triumphalis*, erectus in sempiternam memoriam gloriosissimæ victoriæ, quam *Imp. Augustus* per *Tiberium* de *Dalmatis* & *Pannoniis* consecutus est anno Æræ Christianæ *nono*. Huc quoque accedit *Achates* tam naturâ, quam arte, nec minus vetustate, quam argumento, rarissima & summo jure admiranda, quæ in *Augustissimo Cimeliarchio Cæsareo Vindobonensi* adservatur, & jam memoratæ præclarissimæ Victoriæ historiam ingeniosissima brevitate repræsentat.

Additamento secundo, ad ejusdem Libri *secundi* pag. 37. pertinente, corrigitur & illustratur corruptus est mendosus Geographiæ *Ptolemæi* locus, ubi *Vindobonæ* & *Carnunti*, celeberrimarum *Pannoniæ Superioris* Vrbium, fit mentio.

Additamento tertio, ad ejusdem Libri pag. 73. & 74. pertinente, agitur de Sapientiæ hegemonicæ Enchiridio, cujus titulus: *Princeps in compendio.*

Additamento quarto, ad ejusdem Libri pag. 298. & 299. pertinente, agitur de pervetusto Codice manuscripto Cæsareo, quo continetur *S. Gregorii Magni Liber Sacramentorum*, & ejusdem *Benedictionale.*

Additamento quinto, ad ejusdem Libri pag. 317. 318. & 319. 320 pertinente, agitur de *Confessionis sacræ antiquâ Formulâ Theotiscâ*, tempore *Imp. Caroli Magni* usitatâ.

Additamento sexto, ad ejusdem Libri pag. 323. 324. 325. 326. & 327. pertinente, agitur de Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo, quo præter *Vitam Imp. Caroli Magni* ab *Eginhardo* compositam, & præter *Libros duos de Gestis ejusdem Imperatoris*, ab anonymo quodam *Monacho Sancti Galli* conscriptos, continentur etiam *Eginhardi Annales rerum gestarum Pipini, Caroli Magni* & *Ludovici Pii* ab anno 741. usque ad ann. 829.

Additamento septimo, ad ejusdem Libri pag. 381. pertinente, agitur de duabus *Imp. Caroli Magni* Uxoribus *Hildegarde* & *Liutgarde*, quæ perperam a nonnullis confunduntur.

Additamento octavo, ad ejusdem Libri pag. 449. pertinente, agitur de *Hartmuto*, primum *Monacho*, deinde autem *Abbate* celeberrimi Monasterii Benedictini *Sancti Galli in Helvetia.*

Additamento nono, ad ejusdem Libri pag. 511. pertinente, emendatur & suppletur *Tabula Genealogica Fuggeriana.*

Additamento decimo, ad ejusdem Libri pag. 520. pertinente exhibetur *Epitaphium Augerii Busbeckii* a *Justo Lipsio* compositum.

Additamento undecimo, ad ejusdem Libri pag. 522. pertinente, agitur de vetustissimis quibusdam Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codicibus manuscriptis Græcis, qui, itidem ut *Dioscorides Julianæ Aniciæ*, literis majusculis, & sine accentibus atque distinctione singularum vocum scripti sunt.

Additamento duodecimo, ad ejusdem Libri pag. 640. pertinente, agitur de nonnullas antiquis Diplomatibus, Historiæ *Archiepiscopatus Lauriacensis*, qui postea *Salisburgum* translatus est, inservientibus.

Additamento decimo tertio, ad ejusdem Libri pag. 716. pertinente, agitur de obitu Archiducissæ *Mariæ Madalenæ*, filiæ natu minoris Serenissimi Archiducis Oenipontani *Ferdinandi Caroli.*

Additamento decimo quarto, ad ejusdem Libri pag. 787. pertinente, exhibetur *Epitaphium Joannis Fabri*, Episcopi Vindobonensis sive Wiennensis, qui A. C. 1541. obiit.

Additamento decimo quinto, ad ejusdem Libri pag. 962. pertinente, exhibetur *Epitaphium Joannis Cuspiniani*, qui A. C. 1529. obiit.

Addita-

Additamento decimo sexto, ad ejusdem Libri pag. 972. pertinente, agitur de *Nicolao Langmanno de Falckenstein*, qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus ac Sacellanis, quos *Imp. Fridericus* vulgo *Vtus*, re vera *IIItius*, anno 1451. tanquam Legatos & Oratores suos, annuli pronubi Sponsæ suæ *Eleonorae* offerendi causa misit in *Lusitaniam*.

XIII.

L*iber tertius Commentariorum de Augustissimâ Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi*, Vindobonæ *A. C.*
sive Wiennae, typis Matthaei Cosmerovii, S. Caes. Majestatis Typographi, anno *1670. ætatis*
1670. in folio, cum *quinquaginta quinque* Iconismis aeri incisis; inter quos praecipuum *43.*
locum obtinent Tabulae *quadraginta octo* antiquissimi Codicis manuscripti Graeci Geneseos, ante mille & trecentos annos pictae.

Continetur eo *Catalogus Manuscriptorum Codicum Theologicorum Graecorum secundum præsentem collocationis eorum seriem & novum ordinem numerorum, quibus iidem nunc notati sunt, a Codice primo usque ad centesimum.* Præterquã igitur, quod accuratissime ibi indicatur, quid unusquisque eorum Codicum a pagina ad paginam comprehendat, & quae sint singulorum Operum iis comprehensorum initia, summa etiam diligentia ibidem additur, quaenam Scripta genuina sint aut supposititia; item, quae edita aut inedita; & quomodo eorum, quae jam edita sunt, ultimae vel optimae editiones impressae beneficio horum Codicum manuscriptorũ Caesareorum emendari possint aut suppleri. Adijciuntur quoque passim aliae variae Observationes singulares, partim de ipsis antiquis Autoribus novis, quorum cura & studio veteres illi Scriptores vel primum publicati, vel translati in Latinam linguam, vel emendati, suppleti, & Commentariis aut Notis illustrati sunt. Huc porro accedunt *quinque* amplissimi *Indices*: nempe *primo*, Index alphabeticus Autorum Theologicorum & ad Historiam Ecclesiasticam pertinentium, quorum Opera supra enumeratis centum Codicibus manuscriptis Theologicis Graecis continentur, & quidem hoc modo compositus, ut non solum significetur, quae cujusque Autoris Opera in quibus Codicibus manuscriptis quaerenda sint, verum etiam, quis unusquisq; illorum fuerit Autorum, & quo tempore objerit, vel saltem circa quod tempus floruerit; *secundo*, Index chronologicus, sive, Indicis praecedentis Repetitio succincta respectu temporis, quo jam memorati Autores Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes vel floruerunt, vel obierunt; *tertio*, Index alphabeticus Autorum nec Theologicorum, nec ad Historiam Ecclesiasticam pertinentium, quorum Opera supra enumeratis centũ Codicibus manuscriptis Theologicis Graecis minus convenienter inserta sunt, & quidem plane modo eodem compositus, ut Index primus; *quarto*, Indicis tertii Repetitio succincta secundum differentiam Materiarum, simul & respectu Temporis, quo jam memorati Autores nec Theologici, nec ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes vel floruerunt, vel objerunt; *quinto*, Index alphabeticus Rerum observatu dignarum, quae recensioni supra enumeratorum centum Codicum manuscriptorum Theologicorum Graecorum sparsim insertae, aut marginatim annotatae sunt. Subjuncta eidem Libro in fine est *Appendix*, qua continentur *Additamenta viginti duo*, non solum ad Librum huc *tertium*, verum etiam ad priores duos, *primum* videlicet atque *secundum*, pertinentia, ut ex sequenti eorum brevissima Synopsi videre est.

Additamento primo explicatur Libri primi Titulus æri incisus cum Inscriptione ΨΥΧΗ͂Σ ἸΑΤΡΕΙ͂ΟΝ, hoc est, *Medicina Animæ*, sive, *Animæ Officina Medica*.

Additamento secundo, ad Libri primi pag. 23. & 27. pertinente, agitur de selectissima *Bibliotheca Lambeciana ter mille circiter Voluminum*, viginti annorum spatio in Germania, Gallia & Italia collecta, quæ A. C. 1667. a S. Cæsarea Majestate empta, & *Hamburgo* in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem* translata est.

Additamento tertio, ad Libri primi pag. 25. pertinente, demonstratur, literam B. in ἀχειροποιήτῳ, sive non-manufacta Inscriptione admirandæ Pateræ Cimeliarchii Cæsarei, ex una orientali Achate artificiosissime fabrefactæ, recte explicari posse per vocem *Beatus*, quemadmoduo *Dii* a Græcis & Latinis Scriptoribus passim Μάκαρες sive *Beati* appellantur.

Additamento quarto, ad Libri primi pag. 39. 40. & 46. pertinente, proferuntur in lucem *duæ* antehac ineditæ *Augerii BusbecKii* ad *Hugonem Blotium* Epistolæ, quibus contra *Joannem Leunclavium* demonstratur, Præfecturam Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis ab *Imp. Maximiliano II.* A. 1575. fuisse commissam jam memorato *Hugoni Blotio*, non autem *Joanni Sambuco*.

Additamento quinto, ad Libri primi pag. 46. pertinente, proferuntur in lucem *duæ* antehac ineditæ *Joannis Sambuci* ad *Hugonem Blotium* Epistolæ, quibus itidem contra *Joannem Leunclavium* demonstratur, Præfecturam Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis ab *Imp. Maximiliano II.* non fuisse commissam *Joanni Sambuco*, sed *Hugoni Blotio*.

Additamento sexto, ad Libri primi pag. 72. & 73. pertinente, exhibetur Sciagraphia sive Adumbratio specialis & satis prolixa praesentis status totius Augustissimae Bibliothecae Caesareae, quo videlicet modo ea respectu *Theologiæ*, *Jurisprudentiæ*, *Medicinæ*, *Philosophiæ proprie dictæ*, *Historiæ* & *Philologiæ* in *sex primarias Classes* distributa sit, & quo pacto unaquaeque jam memoratarum *sex Classium* porro sit divisa in præcipuas suas *Materias*, & unicuique *Materiæ* subjectos *Titulos*, ac demum quo ordine *singula Volumina*, ad unum quemque *Titulum* pertinentia, secundum differentiam editionum disposita & collocata sint.

Additamento septimo, ad Libri primi pag. 147. & 148. pertinente, agitur de *duobus* Codicibus manuscriptis Græcis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, quibus continentur *Procli Platonici de Platonicâ Theologiâ Libri sex*, ut & de *tertio* quodam Codice manuscripto Latino, quo continetur *Institutionis Philosophiæ Platonicæ, ab eodem Proclo ducentis undecim Capitibus comprehensæ, antiqua Versio latina, absoluta Viterbii à Fratre Guilelmo de Morbecta Ordinis Fratrum Prædicatorum XV. Kal. Junij. A. C. 1268.*

Additamento octavo, ad Libri primi pag. 165. pertinente, exhibetur *Diploma Imp. Rudolphi I.* quo *Henricum Comitem de Furstenberg* constituit ac declarat Præfectum & Rectorem Provinciæ Italicæ, *Romaniolæ* & *Maritimæ* dictæ, simul etiam eundem non modò *Consanguineum* sed & majoris affectùs testandi causâ *Os de ossibus & Carnem de carne suâ* nuncupat. Confirmatur quoque ibidem eadem Cognatio aliis *duobus Imp. Rudolphi I. Diplomatibus*, A. C. 1278. & 1283. datis; simul etiam corriguntur, hâc occasione & illustrantur notabilia duo loca Historiæ Florentinæ *Joannis Villani*, ubi *Imp. Rudolphus I.* perperàm appellatur *Comes de Furinborgo* & *Comes de Finborgo*.

Additamento nono, ad Libri primi pag. 186. & 187. pertinente, exhibentur Tituli sive Inscriptiones *quinque* Codicum manuscriptorum Orientalium, quorum in quâdam *Petri à Valle* ad *Sebastianum Tengnagelium* Epistolâ fit mentio, simul etiam proferuntur ibidem in lucem aliæ *quatuor* ejusdem *Petri à Valle* ad *Sebastianum Tengnagelium* Epistolæ, antehac ineditæ, sed multiplicem ob causam publicâ luce dignissimæ.

Additamento decimo, ad Libri secundi pag. 360. pertinente, exhibetur *Henrici Bebelii Dissertatio apologetica, quòd Imperator Romanorum jure sit dicendus Christianissimus*, eademque ibi defenditur & illustratur variis Anotationibus atq; Animadversionibus marginalibus.

Additamento undecimo, ad Libri secundi pag. 463, 805. & 988. pertinente, exhibetur *Joannis Trithemii*, *Spanheimensis* primo, deinde autem *S. Jacobi* apud *Herbipolim* Abbatis, *Epistola* ad *Petrum* Abbatem Monasterii in *Amorbach*, antehac inedita, sed varias ob causas lectu dignissima, quæ autographa sive idiographa adservatur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea.

Additamento duodecimo, ad Libri secundi pag. 571. & Libri tertii pag. 54. pertinente, agitur de pervetusta Imagine *S. Lucæ Evangelistæ*, in qua *Adtonsio capitis* ipsius, sive, *Corona* ejusdem *Clericalis* & *Monastica* inprimis est notabilis.

Additamento decimo tertio, ad Libri secundi pag. 597, 598. & 599. pertinente, agitur de vetusto quodam Codice manuscripto Græco Librorum *Dioscoridis Anazarbensis* de Materia Medica, qui olim ad *Petrum Victorium* Florentinum & *Joannem Sambucum* pertinuit.

Additamento decimo quarto, ad Libri secundi pag. 960. & 961. pertinente, exhibetur antehac ineditum *Diploma Imp. Friderici*, vulgò *Tertii*, revera autem *Quinti*, datum Brunnæ in Moravia A. C. 1459, per quod Nobilissimus Dominus *Nicolaus de Lobcowitz* cum Uxore sua *Sophiâ de Zerotin Societatis* seu *Ordinis Temperantiæ* consors atque particeps declaratur.

Additamento decimo quinto, ad Libri secundi pag. 984. pertinente, exhibetur *Testamentum M. Grunii Corocottæ Procelli* cum nova & quidem amplissima Expositione, qua demonstratur, totum hoc ludicrum Testamentum esse meram *Satyram* seu *Apologum Satyricum de trium Imperatorum Gordianorum vita, moribus ac rebus gestis*, & præcipuè quidem de *Imp. Gordiani Tertii* per Præfectum & Invasorem Imperii *Philippum Arabem* nefariè perpetrata, sed callidissimè occultata, interfectione anno Urbis conditæ 997. Christi autem 244.

Additamento decimo sexto, ad Libri secundi pag. 1000. pertinente, exhibetur & necessa-

cessariis Annotationibus illustratur pervetusta *Imago Urbis Romæ*, sub *Imp. Constantino Magno* prægrandi forma in muro cujusdam conclavis coloratè picta, & A. 1656. prope Baptisterium Ecclesiæ Lateranensis, cum aliquid ibi immutaretur, fortuito ab architectis reperta, cujus apographum sive exemplar, cura & studio Gloriosissimi *Imp. Ferdinandi III.* in membrana accuratissimè delineatum, & veris coloribus suis illuminatum, adservatur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea.

Additamento decimo septimo, ad Libri tertii pag. 1. pertinente, agitur de ordine Librorum Veteris & Novi Testamenti in antiquo quodam Codice manuscripto Græco, ab *Augerio Busbeckio Constantinopoli* olim translato in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem.

Additamento decimo octavo, ad Libri tertii pag. 9. pertinente, agitur de *Columnis milliariis* veterum Romanorum.

Additamento decimo nono, ad Libri tertii pag. 44. pertinente, agitur de *Severi Episcopi Antiocheni* Fragmento de triduanâ Christi Sepulturâ.

Additamento vigesimo, ad Libri tertii pag. 61. pertinente, agitur de *Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Bessarionis antiquo Inventario*, *Alexandro Brusenello*, Ducali Secretario, *Venetiis* composito, quod autographum adservatur in Augustissimâ Bibliotheca Cæsarea.

Additamento vigesimo primo, ad Libri tertii pag. 183. 205. 206. & 207. pertinente, exhibentur *sex* antehac ineditæ Nobilissimi Equitis Angli *Henrici Savilii* ad Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Præfectos *Hugonem Blotium* & *Sebastianum Tengnagelium* Epistolæ lectu dignissimæ, ex quibus apparet, quanta illi cum utroque intercesserit amicitia, quantumque is in edendo *Joanne Chrysostomo*, & in recensendis *S. Gregorii Nazianzeni* & *Gregorii Nisseni* Operibus per *Cæsareos* Codices manuscriptos adjutus sit.

Additamento vigesimo secundo, ad Libri tertii pag. 188. & 224. pertinente, promittitur peculiaris quædam Dissertatio pro *Dialogis S. Cæsarii*, fratris *S. Gregorii Nazianzeni*, contra *Jacobum Billium*. Exstat autem ea Libro *quarto* horum Commentariorum à pag. 31. usque ad pag. 50.

XIV.

Liber quartus Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, Vindobonæ sive Wiennæ, typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, A. 1671 in folio, cum triginta tribus Iconismis æri incisis. *A. C. 1671. ætatis 44.*

Continetur eo *Catalogus Manuscriptorum Codicum Theologorum Græcorum à Codice centesimo primo usque ad ducentesimum*, eadem plane methodo ac diligentia una cum *quinque* amplissimis *Indicibus* compositus, ut supra in commemoratione Libri *tertii* indicatum est. Subjuncta eidem Libro in fine est *Appendix*, qua continentur *Additamenta octodecim*, non solum ad Librum hunc quartum, verùm etiam ad priores tres, primum videlicet, secundum atque tertium, pertinentia, ut ex sequenti eorum brevissima Synopsi videre est.

Additamento primo, ad Libri primi pag. 32. & 33. pertinente, exhibetur *Calendarium Romanum ethnicæ vetustatis*, sub *Imp. Constantio*, Imp. *Constantini Magni* filio, circa annum Christi 354. compositum, & *Valentino* cuidam dedicatum, una cum *duodecim æque antiquis Mensium Imaginibus*, summa diligentia ac fide delineatis & æri incisis, quas *Ausonius Burdigalensis*, qui A. C. 379. cum *Sexto Anicio Olybrio* fuit Consul, *Tetrastichis* suis ornare ac illustrare dignatus est. Huc accedunt *Annotationes Lambecianæ* in ejusdem Calendarii antiquum *Titulum* æri incisum; ut & in supra memoratas singulorum *Mensium Imagines*, & in *Ausoniana Tetrasticha*.

Additamento secundo, ad Libri primi pag. 135. pertinente, agitur de *Georgii Archiepiscopi Nicomediensis* Oratione in sanctam Magnam Parasceven & in Christi crucifixionem.

Additamento tertio, ad Libri primi pag. 169. 170. 174. 175. & 181. pertinente, agitur *de annis Hegiræ*, quibus *Arabes*, *Turcæ*, cæterique *Muhammedani* utuntur in supputatione temporum.

Additamento quarto, ad Libri secundi pag. 79. 82. 83. 84. & 88. pertinente, agitur de *Fundatione Inclytæ Academiæ Vindobonensis* sive *Wiennensis* per Summos Pontifices *Urbanum* V. & *Urbanum* VI. ejusque confirmandæ causâ exhibetur ibi insigne testimonium *Æneæ Sylvii* sive *Papæ Pii Secundi*, ex *Historiâ* ipsius *Austriaca imperfecta* & hactenus inedita, cujus *Exemplaria duo autographa* in Augustissima Bibliotheca Cæsarea adservantur, desumptum & necessariis Annotationibus illustratum.

Additamento quinto, ad Libri secundi pag. 299. 1003. & 1004. pertinente, agitur de Pervetusto Codice manuscripto Cæsareo, in quo *S. Gregorii* Magni *Libro Sacramentorum Benedictionale* ejusdem separatim subjunctum est.

Additamento sexto, ad Libri secundi pag. 740. pertinente, agitur de *duorum veterum Numismatum argenteorum M.* Tullii *Ciceronis Inscriptione* MINERVE.

Additamento septimo, ad Libri secundi pag. 994. pertinente, agitur de *Jani Pannonii*, sive. *Joannis Episcopi Quinque-Ecclesiensis* secunda & adversâ fortuna, quam is in Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini* Aulâ expertus est.

Additamento octavo, ad Libri secundi pag. 1009. & Libri tertii pag. 10. pertinente, agitur de antiquisfimi Codicis manuscripti Graeci Geneseos Tabula *trigesima quarta*, qua repraesentatur *Convivium Pharaonis Regis Ægypti*, in *Sigmate tetraclino*, sive, in *Stibadio semicirculari*, *quatuor accumbentes capiente*. Cujus rei illustrandae causa, accurate ibidem describitur & fuse explicatur similis *Ordo accumbendi* in *tribus* aliis antiquis *Conviviis*: nempe in convivio *Imp. Majoriani*, *Arelate* in Gallia Narbonensi A. C. 461. celebrato, cui *Sidonius Apollinaris*, ut ipse refert, interfuit, in Convivio *Maximi Tyranni*, A. C. 386. *Augusta Trevirorum* celebrato, cui *S. Martinus* Episcopus Turonensis, ut *Sulpitius Severus* in ipsius Vita refert, interfuit; & in Convivio ultimo, sive *supprema Cœna Christi Domini*, in qua repræsentanda ab *Hieronymo* Mercuriali, *Hieronymo Prado*, *Joanne Baptista Villalpando*, & aliis compluribus multifarie erratum est.

Additamento nono, ad Libri tertii pag. 41. pertinente, agitur *de antiquis Imaginibus Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli*, quæ exstant in Codice manuscripto Theologico Græco vigesimo octavo, & cum *Nicephori Callisti* descriptione eorundem Apostolorum satis bene congruunt, simul etiam ibidem differitur *de Sigillis plumbeis Summorum Pontificum*, *Capitibus SS. Apostolorum Petri & Pauli insignitis*, quippe ubi itidem, ut in antiqua illa Codicis Cæsarei pictura, locus *sinister S. Petri* loco *dextro S. Pauli* dignior est atque honoratior.

Additamento decimo, ad Libri tertii pag. 42. pertinente, agitur *de antiquis Imaginibus quatuor Evangelistarum*, quibus Codex manuscriptus Theologicus Græcus vigesimus nonus exornatus est.

Additamento undecimo, ad Libri tertii pag. 47. pertinente, agitur *de antiquis Imaginibus quatuor Evangelistarum*, quibus Codex manuscriptus Theologicus Græcus trigesimus exornatus est.

Additamento duodecimo, ad Libri tertii pag. 96. pertinente, agitur de Libro *S. Joannis Damasceni* contra *Nerianis*.

Additamento decimo tertio, ad Libri tertii pag. 151. & 255. pertinente, agitur de Precatione quadam *Callisti* ad Beatissimam Virginem Deiparam.

Additamento decimo quarto, ad Libri tertii pag. 165. 166. 246. 247. & 255. pertinente, agitur de vita, scriptis & dogmatibus *Joannis Philosophi*, origine & cognomine *Itali*, & de Capitibus undecim de orthodoxa Fide, totidemque Anathematismis, contra eundem compositis a *Niceta* Archidiacono Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ & Chartophylace.

Additamento decimo quinto, ad Libri tertii pag. 194. & 220. pertinente, agitur de *Barlaami, Monachi Calabri*, vita, studiis, moribus, & varia fortuna sub Imperatoribus Constantinopolitanis *Andronico Palæologo II.* sive *Juniore* & *Joanne* Cantacuzeno.

Additamento decimo sexto, ad Libri quarti pag. 36. 37. & 38. pertinente, agitur de significatione verborum Ἐπὶ σεκρέτῳ.

Additamento decimo septimo, ad Libri quarti pag. 159. & 160. pertinente, agitur de Codice manuscripto Theologico Græco centesimo sexagesimo primo, quo præter *S. Augustini* Libros quindecim de Trinitate, a *Maximo Planude* in Græcam linguam translatos, continentur etiam alia nonnulla, quæ jam memorato loco omissa sunt.

Additamento decimo octavo, ad Libri quarti pag. 162. pertinente, agitur de *Scythismo*, cujus *S. Epiphanius* in principio *Panarii* sive Operis adversus Hæreses meminit.

XV.

A. C. 1642. ætatis 45. L*iber quintus Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi*, Vindobonæ sive Wiennæ, typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, A. 1672. in folio.

Continetur eo *Catalogus Manuscriptorum Codicum Theologicorum Græcorum a Codice ducen-*

ducentesimo primo usque ad trecentesimum trigesimum sextum, eadem plane methodo ac diligentia una cum *quinque* amplissimis *Indicibus* compositus, ut supra in commemoratione Libri *tertii* indicatū est. Subjuncta eidem Libro in fine est *Appendix*, qua continentur *Additamenta quatuordecim*, non solum ad Librum hunc *quintum*, verum etiam ad priores *quatuor*, primum videlicet, secundum, tertium atque quartum pertinentia, ut ex sequenti eorum brevissima Synopsi videre est.

Additamento primo, ad Libri primi pag. 189 & Libri tertii pag. 332. pertinente, agitur de Commentario Historico de Rege Persarum *Abbas*, a *Petro de Valle* Italice conscripto, & Venetiis anno 1628. edito in quarto.

Additamento secundo, ad Libri tertii pag. 151. pertinente, agitur de *Precatione* quadam ad Beatissimam Virginem Deiparam.

Additamento tertio, ad Libri quarti pag. 46. pertinente, exhibentur & illustrantur *antiquissima octo Testimonia de Baptismo Imp. Constantini Magni in fine vitae*: nempe *Eusebii Pamphili*, Cæsareæ in Palæstina Episcopi, Libro quarto de Vita Imp. Constantini Magni; *Trecentorum & aliquanto amplius Episcoporum Catholicorum Occidentalium Concilii Ariminensis*, A. C. 359. celebrati, in Synodica eorum Epistola ad *Imp. Constantinum* pro sancto Symbolo Niceno contra Arianos latine scripta, quam in græcum sermonem translatam ipse *S. Athanasius* Magnus, Archiepiscopus Alexandrinus, approbavit, & Epistolæ suæ de Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis integram inseruit; *S. Ambrosii*, Episcopi Mediolanensis, in Oratione, quam A. C. 395. in funere Imp. Theodosii Magni publice habuit; *S. Hieronymi Stridonensis* in Continuatione Chronici Eusebii Pamphili; *Socratis Scholastici* in Historia Ecclesiastica; *Hermiae Sozomeni* in Historia Ecclesiastica; *Theodoreti*, Cyri Urbis in Syria Episcopi, in Historia Ecclesiastica; ac demum *Gelasii Cyziceni*, Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, in Historia Actorum S. Concilii Nicæni primi.

Additamento quarto, ad Libri quarti pag. 56. 207. & 247. pertinente exhibetur *Tabula Chronologica simul & Genealogica Imperatorum Constantinopolitanorum ex Familia Palæologica* ab A. C. 1260. usque ad anno 1453. singulari studio ac diligentia ex probatissimis coætaneis Autoribus collecta, & peculiari folio comprehensa.

Additamento quinto, ad Libri quarti pag. 81. pertinente, agitur de celeberrimo Monasterio Constantinopolitano *S. Joannis Prodromi* sive *Praecursoris Christi*, sito proxime Cisternam *Aetii*, & cognominato *Petra*.

Additamento sexto, ad Libri quarti pag. 97. 98. 99. & 100. pertinente, exhibetur *translatio latina Testamenti Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebastenorum*, quod jam memorato loco primum in lucem editum est, sed tantum græce. Adjuncta etiam est ipsius S. CÆS. MAJESTATIS ad *Lambecium* Epistola autographa, qua Translationem illam Sibi probari clementissime indicat.

Additamento septimo, ad Libri quarti pag. 139. & 143. pertinente, agitur de *Abbatis Ammonii* seu *Ammonae* Capitibus asceticis.

Additamento octavo, ad Libri quarti pag. 326. pertinente exhibetur *Catalogus Codicum manuscriptorum Graecorum viginti & unius*, qui olim pertinuerunt ad V. Cl. *Sebastianum Ericium*, proxime autem superiori anno 1672. auspicio & liberalitate S. CÆS. MAJESTATIS, per Ipsius apud Serenissimam Rempublicam Venetam Residentem, Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Abbatem *Dominicum Federici*, Venetiis empti, & in Augustissimam Bibliothecam Cæsaream translati sunt.

Additamento nono, ad Libri quinti pag. 6. pertinente, agitur de *S. Joannis Damasceni Octöecho* cum Commentariis amplissimis *Joannis Zonaræ*.

Additamento undecimo ad Libri quinti pag. 24. pertinente, agitur de *Eusebii Episcopi Alexandrini* Oratione de Memoria Sanctorum.

Additamento undecimo, ad Libri quinti pag. 48. 49. 118. & 359. pertinente, agitur de *Leone Rhaul*, *Georgio Rhaul*, & aliis nonnullis Viris illustribus ex eadem celeberrima orientali Familia.

Additamento duodecimo ad Libri quinti pag. 277. pertinente, agitur de *Sexti Julii Africani*, vetustissimi Christianorum Chronographi, Narratione de iis, quæ in Perside contigerunt per incarnationem Christi.

Additamento decimo tertio, ad Libri quinti pag. 299. pertinente, agitur de rarissimis quibusdam & spectatu ac consideratu dignissimis *Rei literariae & pictoriae Sinensis* monumentis, quæ anno 1672. ad S. CÆS. MAJESTATEM a R. P. *Prospero Intorcetta*, Procura-

curatore Sinicæ Missionis Societatis Jesu, transmissa sunt, & nunc adservantur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea.

Additamento decimo quarto, ad Libri quinti pag. 300. pertinente, agitur de *bis mille & ducentis sedecim antiquis Numismatibus*, partim *aureis*, partim *argenteis*, partim *æreis*, quæ olim pertinuerunt ad V. CL. *Thomam Lansium*, proxime autem superiori anno 1672. pro S. CÆS. MAJESTATE per *Lambecium* mille & octingentis florenis, sive mille & ducentis Imperialibus, empta sunt, & nunc adservantur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea.

XVI.

A.C. 1673, ætatis 46.

Liber sextus Commentariorum de Augustissimâ Bibliotheca Cæsareâ Vindobonensi, Vindobonæ sive Viennæ, typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi A. 1673. In folio, cum variis Iconismis æri incisis.

Divisus autem est hic Liber in *duas Partes*, quarum *Primâ* continetur *Catalogus Manuscriptorum Codicum Græcorum Juridicorum*, *Secunda* autem *Catalogus Manuscriptorum Codicum Græcorum Medicorum*; quorum uterque eadem plane methodo ac diligentia una cum quinque amplissimis Indicibus compositus est, ut supra in commemoratione Libri *tertii* jam est indicatum. Subjuncta eidem Libro in fine est *Appendix*, qua continentur varia *Additamenta*, non solum ad Librum hunc *sextum*, verumetiam ad priores *quinque* pertinentia. Quæ autem illa sint, nondum potest certo & accurate indicari, quia hic Liber adhuc sub prelo est.

(1) *Quò rectius hæc Synopsis percipiatur, vide* Sciagraphiam universi Ordinis totius Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ, *quæ exstat in Appendice* Libri tertii *horum Commentariorum à pag. 293. usque ad pag. 325.*

Cæterum ne quem lateat, quo ordine Autor vastissimum hoc Opus, si Deus ipsi vitam, vires, & reliqua necessaria adminicula benigne concesserit, in posterum sit continuaturus, exhibetur hic successionis & argumenti *residuorum novemdecim Librorum* brevissima hæc (1) Synopsis.

Septimus Liber (*) continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Græcorum Philosophicorum proprie dictorum.*

Octavus Liber, in *duas Partes* divisus, continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Græcorum Historicorum*; nempe partim *Ecclesiasticorum*, quo in primis *Vitæ sanctorum & Acta Conciliorum* pertinent, partim autem *Profanorum*.

Nonus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Graecorum Philologicorum*.

Decimus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Theologicorum*; quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*, *Gallici*, *& Germanici*.

Undecimus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Iuridicorum*; quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*, *Gallici*, *& Germanici*.

Duodecimus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Medicorum*; quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*, *Gallici*, *& Germanici*.

Decimus tertius Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Philosophicorum proprie dictorum*; quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*, *Gallici*, *& Germanici*,

Decimus quartus Liber, in *duas Partes* divisus, continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Historicorum*; ** nempe partim *Ecclesiasticorum*, quo inprimis *Vitæ Sanctorum & Acta Conciliorum* pertinent, partim autem *Profanorum*: quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*; *Gallici*, *& Germanici*.

Deci-

(*) *Septimus* liber Commentariorum de Bibliotheca Vindodonensi lucem vidit (post Catologum hunc à Lambecio editum) Vindobonæ typis Joh. Christophori Cosmerovii A. 1675. fol. & *Octavus* ibidem A. 1676. fol. Ulterius non progredi potuit Lambecii industria, fatis Anno 1680. (ætatis 53.) vacationem Viro erudito eidemque laboriosissimo imponentibus. Qui verò ipsi in munere Bibliothecarii successit *Daniel Nesselius*, uno volumine paulo crassiori in fol. complexus est Catalogum sive recensionem specialem omnium Codicum MStorum Græcorum, nec non linguarum Orientalium Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis; compendium ita simul quoddam commentariorum Lambecianorum daturus & supplementum. Vindobonæ A. 1690.

(**) Tomo 2. Commentar. p. 261. Lambecius promisit singularem Tomum de præstantioribus MStis Bibl. Vindobonensis ad Vitam & res gestas Caroli M. pertinentibus. Eidem tomo inserere constituerat Eginhartum de Vita Caroli M. integrum è MSS. Codicibus emendatum, cum notis. id. p. 204.

Decimus quintus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Latinorum Philologicorum*; quibus etiam secundum similitudinem Materiarum adjungentur *Italici*, *Hispanici*, *Gallici*, *& Germanici*.

Decimus sextus Liber continebit *Catalogum Manuscriptorum Codicum Orientalium*, nempe *Hebraicorum*, *Syriacorum*, *Arabicorum*, *Turcicorum*, *Persicorum*, *Sinensium*, & ejus generis aliorum; respectu *Theologiæ*, *Jurisprudentiæ*, *Medicinæ*, *Philosophiæ proprie dictæ*, *Historiæ*, *& Philologiæ* in *sex primarias Classes* divisum.

Decimus septimus Liber continebit *Catalogum ter mille Numismatum*, *genuina vetustate*, *rara elegantia*, *& multifaria eruditione præstantium*; ut & aliarum nonnullarum *Antiquitatum & Raritatum*, ornatui *Augustissimæ Bibliothecæ* inservientium.

Decimus octavus Liber continebit *decem Centurias selectarum Epistolarum*, partim proximè superiori, partim autem hoc nostro seculo, vel *à Bibliothecariis Cæsareis*, vel *ad Bibliothecarios Cæsarios* scriptarum; quibus multa, quorum in præcedentibus Libris facta est mentio, valde poterunt illustrari.

Decimus nonus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Theologicorum*.

Vigesimus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Juridicorum*.

Vigesimus primus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Medicorum*.

Vigesimus secundus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Philosophicorum proprie dictorum*.

Vigesimus tertius Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Historicorum*.

Vigesimus quartus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Philologicorum*.

Vigesimus quintus Liber continebit *Syntagma universæ Historiæ Literariæ*, divisum in *quadraginta Secula ante Christum* & in *septendecim Secula post Christum*, ac primum quidem *Hamburgi* A. 1659. sub titulo *Prodromi Historiæ Literariæ* in folio editum, nunc autem beneficio *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* accuratius elaboratum, innumeris fere locis auctum, & præcedentibus *Viginti quatuor Commentariorum Libris* loco *indicis Chronologici universalis* subjunctum.

XVII.

B*aptistæ Sacchi Cremonensis, ex vico* Platina vulgo appellati PLATINÆ, *Historia Inclyta Urbis* (*) *Mantuæ & Serenissimæ Familiæ Gonzagæ*, in *Libros sex* divisa, & *Francisco Gonzaga Cardinali Mantuano* olim dedicata, nunc primum autem ex *Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi* in lucem edita cum *Chronologia* accurata & necessariis *Annotationibus*; Vindobonæ sive Wiennæ, typis Matthæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, anno 1673. in quarto, cum Iconismis æri incisis. Opus autem hoc adhuc sub prelo est. *A.C. 1673. ætatis 46.*

XVIII.

S*yntagma Rerum Germanicarum*, (**) sive, *Germanicarum Rerum Scriptores varii, variaque Acta publica*, ex *Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi* in lucem edita cum *Annotationibus* necessariis *Chronologiâ* accurata, & amplissimis *Indicibus*, *Geographico* in primis & *Genealogico*; Vindobonæ sive Wiennæ, typis Mathæi Cosmerovii, S. Cæs. Majestatis Typographi, anno 1673. aliquot Tomis in folio, cum multis *Iconismis* & *Tabulis* æri incisis. Quandoquidem autem amplum hoc & diffusum Opus jam quidem sub prelo est, ob magnitudinem tamen suam & multiplicis argumenti varietatem non adeo præpropere potest accelerari, ut quidam arduorum hujusmodi laborum ignari absurde opinantur, exhibetur hic in antecessum brevis Notitia præcipuorum quorundam Monumentorum, quæ illo continebuntur. Ea nempe sunt hæc. *A. C. 1673. ætatis 46.*

Codex Epistolaris Carolinus, continens Romanorum Pontificum, *Gregorii III. Zachariæ*, *Stephani III.* vel secundum alios *II. Pauli I. Stephani IV.* vel secundum alios *III. Hadria-*

Vide Lib. I. Commen*tar. de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag. 62. & 320. 321. & 322.*

(*) Conr. Samuel Schurzfleisch Vir Clariss. in literis datis prid. Cal. Sept. Anni MDCLXXVII. *Historiam Mantuanam Lambecii optarem continuari*, *sed*, *ut Dresdæ audivi*, *eo scripto offensam Augustae viduae incurrit*, *quod non dubito quin cognitum habeas*.

(**) Hoc Syntagma quod post Lambecii mortem vix inchoatum in ejus Museo repertum est, jussus fuit perficere edereque successor ipsius Daniel Nesselius: At nec ab eo quicquam in hoc genere prodiit præter solam *Sciagraphiam* quam vocat *Magni Corporis Historici hactenus inediti*, *brevi tamen*, *Deo volente edendi in varia Syntagmata diversosque tomos divisi* &c. Vindobonæ anno 1693.4. Vulgavit præterea Anno 1690. Vindobonæ in fol. Prodromum Historiæ Pacificatoriæ, sive indicem Chronologicum Corporis Historico Politici Publicarum Pacificationum, Confœderationum &c. ab A. C. MCCC. ad MDCLXXXV. Sed & hoc opus ipsum nunquam vidit lucem Obiit Nesselius Anno MDCC.

ni I. & Pseudo-Papæ *Constantini*, *Epistolas nonaginta novem* ad Principes & Reges Francorum, *Carolum Martellum*, *Pipinum*, & *Carolum Magnum*, anno Christi *septingentesimo nonagesimo primo* cura & auspicio Ipsius *Caroli Magni*, tunc temporis nondum Imperatoris, sed tantum Regis Francorum & Langobardorum atque Patricii Romanorum, ne vetustate & per incuriam perirent, studiose collectas, in unum redactas Volumen membranaceum, quod olim, primo quidem ad ipsius *Caroli Magni* Bibliothecam Cubicularem, deinde autem ad *Willibertum* Archiepiscopum Rotomagensem, pertinuit, nunc vero authenticum asservatur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, ubi inter Codices manuscriptos Theologicos Latinos est centesimus nonagesimus octavus. Totum igitur hoc præstantissimum Opus post primam editionem Ingolstadiensem nunc demum, summa fide & diligentia recognitum ac collatum, plurimis locis emendatum, & *Chronologia* accurata atque necessariis *Annotationibus* in fine adjunctis illustratum est.

Vide Lib. II. Commentar. de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag. 359. 360. 361. & 362.

Ermoldi Nigelli Exulis Poema elegiacum de Vita & rebus gestis Imp. Ludovici Pii, in quatuor Libros divisum, quod ille ut exilii sui impetraret remissionem, in jam memorati Imperatoris honorem composuit. Exstat illud etiam nunc authographum in Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, & est ibi inter Codices manuscriptos Historicos Latinos ducentesimus quadragesimus nonus. Accedunt etiam huic Poemati *Annotationes* necessariæ cum *Tabula Chronologica*.

Vide Lib. II. Commentar. de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag. 298 & 320.

Calendarium Ecclesiasticum, sub Imperatoribus *Carolo Magno* & *Ludovico Pio* compositum, & multifaria illorum temporum notitia, magnaque *veterum Germanicorum Nominum propriorum* copia refertum, quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ pervetusto Codice manuscripto membranaceo, inter Codices manuscriptos Theologicos Latinos trecentesimo sexagesimo. Accedunt etiam huic Calendario *Annotationes* necessariæ.

Vide Lib. II. Commentar de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag. 415. 416. 856. & 951.

Rhabani Mauri, qui A. C. 847. ex Abbate Fuldensi in Archiepiscopum Moguntinum electus est, *Glossarium Latino-Theotiscum in Biblia Sacra Veteris & Novi Testamenti*, antiquæ Linguæ Germanicæ, qualis *Imp. Caroli Magni* ævo in usu fuit, explicandæ & illustrandæ inserviens; quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cesareæ vetustissimo Codice manuscripto membranaceo Ambrasiano ducentissimo quinquagesimo secundo, ipsa *Rhabani* ætate exarato. Accedunt etiam huic Glossario *Annotationes* necessariæ.

Concilii Wormatiensis, A. C. 868. habiti, Professio Fidei contra errores Græcorum, quæ exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ pervetusto Codice manuscripto membranaceo inter Codices manuscriptos Historicos Latinos, qui nondum certis numeris notati sunt. Deest eximium hoc Antiquitatis Germanicæ monumentum in *Severini Binii* Syntagmate omnium Conciliorum, ut & in R. P. *Philippi Labbei S. J.* Synopsi historica omnium Conciliorum; Annalibus autem Francorum Fuldensibus, e P. Pithœo primum editis, expressa ejus fit mentio his verbis: *Anno Christi 868. Synodus apud Wormatiam mense Majo habita est præsente Hludovico Rege, ubi Episcopi nonnulla (1) Capitula de utilitate Ecclesiastica conscribentes, Græcorum ineptiis congrua ediderunt responsa.*

(1) Capitula *hæc sive* Canones octoginta de utilitate Ecclesiastica *exstant apud Binium Tom.* III. *Part.* I. *Sect.* 2. *a pag.* 592. *usque ad pag.* 598. Responsa *autem* ad ineptias Græcorū *ibi desunt.*

(2) *Historia de Sanctitate Meritorum & Gloria Miraculorum Beati Caroli Magni*, ab *anonymo* quodam Autore sub *Imp. Friderio I.* cognomine *Ænobarbo* sive *Barbarossa*, circa annum Christi 1165. composita, & in tres Libros divisa; quæ exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquis Codicibus manuscriptis Historicis Latinis centesimo quadragesimo quadragesimo nono & ducentesimo secundo. Accedunt etiam huic Historiæ *Annotationes* necessariæ cum *Tabula Chronologica*.

(3) *Officium Ecclesiasticum in honorem & memoriam S. Caroli Magni*, compositum anno Christi 1165, quo is cura & studio *Imp. Friderici I.* cognomine *Ænobarbi* sive *Barbarossæ*, qui Corpus ipsius, divina revelatione manifestatum, Aquisgrani solenniter elevavit, ab Antipapa *Guidone Cremensi* sive *Paschale III.* in numerum Sanctorum relatus est. Quam canonizationem Papa *Alexander III.* postquam A. C. 1177. cum jam memorato *Imp. Friderico* rediit in gratiam, approbavit & confirmavit. Exstat illud *Officium* in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo Historico Latino centesimo quadragesimo nono. Accedunt etiam huic Officio *Annotationes* necessariæ.

Udalrici Babenbergensis Codex Epistolaris, continens, variorum Pontificum & Imperato-

(2) *Vid. Lib. II. Commentar. de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag.* 329. 353. & 359. (3) *Vide Lib. II. Commentar. de Augustiss. Biblioth. Cæs. pag.* 340. 341. 342. 343.

ratorum Romanorum, ut & S. R. E. Cardinalium & S. R. I. Ecclesiasticorum & Secularium Principum Epistolas, anno Christi 1125. ab ipso collectas, & in unum redactas Volumen membranaceum, quod etiam nunc authenticum adservatur in Augustissimâ Bibliotheca Cæsarea inter Codices manuscriptos Historicos Latinos, qui nondum certis numeris notati sunt. Accedunt etiam huic Codici Epistolari *Annotationes* necessariæ cum *Tabulâ Chronologica.*

Codex Epistolaris Antiquitatum Archiepiscopatus Magdeburgensis, continens plusquam centum antiqua Diplomata variorum Privilegiorum, Fundationum, Donationum, aliorumque Contractuum, ab anonymo quodam Collectore ante aliquot centum annos in unum Volumen membranaceum redacta, quod etiam nunc authenticum adservatur in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, & ad Bibliothecam *Lambecianam* olim pertinuit. Accedunt etiam huic Codici Epistolari *Annotationes* necessariæ cum *Tabula Chronologica.*

Anonymi cujusdam Autoris, qui se anno Christi 1112. *Brunonis* Archiepiscopi Trevirensis memorabili cuidam facto in opprimenda Berengarianorum hæresi interfuisse refert, *Chronicon Trevirense* ab Urbe condita usque ad annum Christi 1146, quo grave & diuturnum bellum inter *Adelberonem* Archiepiscopum Trevirensem & *Henricum* Comitem Namurcensem exstinctum est. Ipsum hujus Chronici exemplar autographum membranaceum exstat in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, & est ibi inter Codices manuscriptos Historicos Latinos centesimus sexagesimus quartus. Exstat quoque ibidem aliud ejusdem Chronici exemplar membranaceum, in Codice MSto Ambrasiano trecentesimo nonagesimo primo. Accedunt etiam huic Chronico *Annotationes* necessariæ cum *Tabula Chronologica.*

Vide Lib. II *Commentarior. de Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ Pag.* 977.

Hermanni Abbatis Altaichii Inferioris, celeberrimi in Bavaria Inferiore ad Danubium siti Monasterii Benedictini, *Chronicon Altaichiense*, maximam partem ex meris Diplomatibus coætaneis coagmentatum, quod *Joannes Aventinus* in Prolegomenis Libri tertii Annalium Bojorum laudat inter domestica Monumenta, quorum beneficio ipse multùm adjutus est, *Christophorus* autem *Gevoldus* in Epistolâ dedicatoria, Chronico Monasterii Reicherspergensis præfixa, valdè deplorat tanquam deperditum, & quo omnis deinceps posteritas careat. Ipsum præstantissimi hujus Chronici autographum Exemplar membranaceum exstat etiam nunc in Augustissima Bibliotheca Cæsarea, & est ibi inter Codices manuscriptos Historicos Latinos centesimus nonagesimus sextus. Quod porrò ad ætatem Abbatis *Hermanni* attinet, indicat ipse ibi tempus electionis suæ his verbis: *Ego Hermannus Dei gratiâ Abbas Ecclesiæ Altahensis, cum, mortuo ac sepulto Domino & antecessore meo bonæ memoriæ Dietmaro Abbate, concordi electione Fratrum, permissione Dei, in Vigilia Apostolorum Simonis & Judæ, anno ab Incarnatione Domini millesimo CCXLII, Indictione prima, præsentibus Domino Ulrico Venerabili Abbate superioris Altah, de Aldersbach & de Osterhofen, Prioribus, Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, & aliis honorabilibus Ecclesiasticis sæcularibusque Personis, qui ad hoc fuerant evocati, de me indigno electio facta esset, videns, quòd, peccatis exigentibus, à tempore lamentabilis interfectionis Domini Philippi Romanorum Regis, quæ facta fuit anno Domini millesimo CCVIII, diversis persecutionibus, maximè tamen per tyrannidem Alberti Comitis de Bogen, Ecclesia nostra in distractione hominum & possessionum, ac oblivione census & juris eorundem, nec non contractibus diversis esset multiformiter disturbata, cum jam clamor & fletus viduarum & orphanorum, Monachorum, aliorumque pauperum Christi, sæpè ac sæpiùs per captivitates, incendia & rapinas in alienas Provincias propulsorum, in aures Domini Sabaoth introisset, & per misericordiam Dei priori anno subtracto de hoc medio Comite supradicto, per Ducem gloriosum Dominum Ottonem, Principem Christianissimum, reddita fuisset toti Provinciæ pax optata, utile fore putavi, si omnia, quæ tempore Regiminis mei per me vel per alios fierent, ad Ecclesiam spectantia, vel etiam dependentia, quæque à prædecessoribus meis incœpta, quorum finis vel determinatio me respicere videbatur, scriptis commendarem, ad præsentium & futurorum notitiam transfundenda. Nec mirari quis debet, quod statim post sepulturam prioris Abbatis electio sit de alio celebrata, cum ipse Dominus Dietmarus Abbas infirmitate gra-*

vi corporis præventus, & extra spem recuperandæ sanitatis positus, ante plures jam dies cessionem sui Regiminis fecisset, ac ipsâ cessione canonicè adprobatâ, in prædictâ Vigilia Apostolorum electionis terminus sit indictus, & sic deficientibus viribus suis, eos, qui vocati fuerant ad electionem, morti & sepulturæ dicti Abbatis, sicut Domino placuit, contigit interesse. Hæc ipse Abbas *Hermannus* de tempore electionis suæ & principio regiminis. Præfuit autem is Altaichio Inferiori usque ad annum Christi 1273, quo illi successit *Albinus*. Quæcunque igitur in eodem Codice de rebus sub jam memorato *Albino* ejusque successore *Volcmaro*, ut & sub *Imp. Rudolpho I.* gestis, referuntur, ea post mortem Abbatis *Hermanni* adjecta sunt.

Vide Diarium Sacri Itineris Cellensis à pag. 208. usque ad pag. 212.

Codex Epistolaris Imp. Rudolphi I. continens *Epistolas centum quadraginta novem*, partim & quidem præcipuè *ab Ipso*, partim *ad Ipsum*, partim *de Ipso* scriptas, Reverendissimi autem & doctissimi Domini *Joannis Seifridi*, vigilantissimi quondam Abbatis Zwethalensis, curâ & studio ex antiquis duobus Monasterii S. Crucis & Monasterii Zwethalensis Codicibus manuscriptis collectas, & in tres Libros divisas; quibus accedunt non solùm *Seifridianæ*, verùm etiam *Lambecianæ Annotationes* cum *Tabulâ Chronologicâ*, & *variantibus Lectionibus* ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice membranaceo, inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Latinos, ducentesimo sexagesimo secundo, in quo eædem exstant Epistolæ.

Codicis Epistolaris Imp. Rudolphi I. Liber quartus, continens varia ejusdem Imperatoris Diplomata, ex diversis Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquis Codicibus manuscriptis à *Lambecio* primùm collecta, & necessariis *Annotationibus* atque accuratâ *Chronologiâ* illustrata.

Vide Lib. II Commentarior. de Augustiss. Biblioth. Cæsar. pag. 2. & à pag. 71. usque ad pag. 79.

Rationarium Austriæ & Styriæ, ab *Helwico Turingo*, *Ottocari* Regis Bohemiæ, Ducis Austriæ & Styriæ & Marchionis Moraviæ Notario, partim sub ipso Rege *Ottocaro* A. C. 1265. & 1267, partim autem post annum 1273. sub *Imp. Rudolpho I.* compositum, quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ authentico Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos centesimo nonagesimo septimo.

Ottocari de Horneck, Equitis Styri, Chronicon Germanicum rhythmicum rerum gestarum Impp. Rudolphi I. & Alberti I, sub quibus ipse floruit; quod exstat bis in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ duobus antiquis Codicibus manuscriptis, inter Codices MStos Historicos Latinos septuagesimo quinto & septuagesimo sexto.

Engelberti Abbatis Admontensis Liber de Ortu & Fine Romani Imperii, post primam *Gasparis Bruschii* editionem hæreticam secundum editus ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo & forsan autographo Codice manuscripto membranaceo, & necessariis *Annotationibus* illustratus.

Ejusdem *Engelberti, Abbatis Admontensis*, hactenus ineditum Opus, quod inscribitur *Speculum Virtutum*, & inter annos Christi 1308. atque 1314. in Ducum Austriæ & Styriæ *Alberti* atque *Ottonis*, filiorum *Imp. Alberti I.* & nepotum *Imp. Rudolphi I,* gratiam & usum compositum est. Exstat illud in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Theologicos Latinos trecentesimo trigesimo secundo.

Annales Crembsmunstrenses, in vetustissimo & nobilissimo Austriæ Superioris Monasterio Benedictino, quod germanicè *Crembsmunster* latinè autem *Cremiphanum* vel *Cremifanum* vulgò appellatur, anno Christi 1142. conscripti, & porrò ibidem continuati usque ad annum 1217, qui exstant in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ authentico Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo quinquagesimo tertio.

Chronicon Crembsmunstrense ab A. C. 777. quo splendidissimum & opulentissimum illud Monasterium à *Tassilone* Duce Bavariæ fundatum est, usque ad A. 1298; quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ authentico Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos centesimo quadragesimo septimo.

Anonymorum quorundam Autorum hactenus ineditæ *Continuationes Chronici Hermanni Contracti* usque ad annum Christi 1347, quæ exstant in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquis Codicibus manuscriptis membranaceis, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo quinto & quadringentesimo nono.

Wichardi de Polhaim, Archiepiscopi Salisburgensis, qui A. C. 1315. obiit, *Continuatio Chronici*

nici Hermanni Contracti ab A. 1279. usque ad A. 1310, quæ exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo nono.

Chronicon Austriacum ab A. C. 1104. usque ad A. 1279. quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo nono.

Chronicon Austriacum Florianense, in celeberrimo Austriæ Superioris *Monasterio S. Floriani* Canonicorum Regularium S. Augustini compositum, quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo Ambrasiano ducentesimo septuagesimo secundo, & complectitur res gestas à temporibus *S. Leopoldi*, Marchionis Austriæ, usque ad annum Christi 1310.

Chronicon Austriacum Neuburgense, in splendidissimo & opulentissimo Austriæ Inferioris Monasterio, vulgò *Kloster-Neuburg* dicto, compositum, quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo quinto; & complectitur res gestas ab A. C. 1114. quo Basilica Neuburgensis à *S. Leopoldo* fundari cœpta est, usque *ad* A. 1310.

Vide Lib. II. Commentarior. de Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ pag. 3. 916. 917. 918. 919.

Anonymi cujusdam Autoris *Chronicon Thuringiæ* usque ad annum Christi 1310. quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto, inter Codices MStos Historicos Latinos centesimo trigesimo primo.

Chronicon Austriacum Zwethalense, in celeberrimo S. Ordinis Cistertiensis *Monasterio Claravallis* in Austria Inferiori, vulgo *Zwethal* dicto, compositum, quod exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ duobus antiquis Codicibus manuscriptis, inter Codices MStos Historicos Latinos ducentesimo vigesimo septimo & quadringentesimo quinquagesimo quarto, & complectitur res gestas ab A. C. 928. usque ad A. 1362.

Chronicon Maurbacense, sive, *Antiquitates celeberrimi Monasterii Cartusiani Vallis Omnium Sanctorum in Maurbach*, duobus circiter milliaribus Germanicis à *Vindona* sive *Wienna* dissiti, & A. C. 1313. a Gloriosissimo Austriæ & Styriæ Duce *Friderico Pulchro* qui sequenti anno 1314. d. 18. Octobris a parte Septem-Virorum contra *Ludovicum Bavarum* Imperator electus est, fundati cum consensu Fratrum suorum *Leopoldi*, *Alberti*, *Henrici & Ottonis*; inter quas inprimis notabile est ejusdem *Imp. Friderici Testamentum*, quod una cum aliis variis eo pertinentibus antiquis Diplomatibus in jam memorati splendidissimi Monasterii Archivo etiam nunc authenticum adservatur, & illustrandæ ac supplendæ illorum temporum Historiæ plurimum potest inservire.

Aureæ Bullæ Imp. Caroli IV. editio nova ex antiquo Codice membranaceo, A. C. 1400. jussu filii ipsius *Imp. Wenceslai* scripto, & multis *Imaginibus* inauratis elegantissime exornato, qui inter Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Codices MStos Ambrasianos est centesimus trigesimus octavus,

Vide Lib. II *Commentarior. de Augustiss. Bibliotb. Cæs. a pag. 814. usque ad pag. 817.*

Anonymi cujusdam Autoris, natione *Itali*, qui se abbreviate *B. de A.* nuncupat, *Tractatus* hactenus ineditus *de Expeditione Imperatoria in Italiam recte instituenda & feliciter conficienda*, compositus A. C. 1376. quo Imp. Carolo IV. suadet, ut post filii sui *Wenceslai* in Regem Romanorum electionem & coronationem suscipiat expeditionem in Italiam ad sedandas intestinas ejusdem discordias & reprimendam præcipue eorum insolentiam, qui in Hetruria non solum S. Romani Imperii, verum etiam Summi Pontificis ditiones violenter invaserant, simul etiam indicat modum, quo ea res bene sit inchoanda, & prospere queat perfici. Exstat hic Tractatus in eodem supra memorato Codice manuscripto Cæsareo, & Aureæ Bullæ Imp. Caroli IV. immediate subjunctus est una cum annexa *Notitia Status Hetruriæ A. C. 1376.* qua indicatur, quænam civitates & Castra tunc temporis ibi fuerint societate & fœdere sibi invicem conjuncta contra Imperatorem & S. Imperium Romanum, atque contra, quænam civitates & castra debitam illis servaverint fidem, & quamvis ab aliis occupata, jure tamen ad S. Romani Imperii Dominium adhuc pertinuerint.

Vide Lib. II *Commentarior. de Augustiss. Bibliothecâ Cæs. a pag. 817. usque ad pag. 821.*

Aureæ Bullæ Imp. Caroli IV. prima omnium atque authentica Versio germanica, quæ exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ antiquo Codice manuscripto, inter Codices manuscriptos Historicos Latinos septuagesimo tertio; quo inter alia etiam continentur *Impp. Rudolphi I. & Alberti I. Constitutiones* quædam *germanicæ*, & *Eberhardi de Windeck* Historia Vitæ & rerum gestarum *Imp. Sigismundi*, qui ipso familiariter usus est.

Vide eundẽ supra citatum Librũ II. a pag. 821. usque ad pag. 824.

Anonymorum quorundam Autorum *Catalogi antiqui Archiepiscoporum*, *Episcoporum*

rum & Abbatum Germaniæ, ex variis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ vetuſtis Codicibus manuſcriptis collecti, neceſſariis *Annotationibus* illuſtrati.

Centuriæ quatuor variorum veterum ſelectorum Diplomatum hactenus ineditorum, ad Hiſtoriam Rerum Germanicarum partim Sacram, partim Profanam pertinentium, cum neceſſariis *Annotationibus* & *Tabula Chronologica*.

Summaria antiqua ſelectorum veterum Diplomatum miſcellaneorum plusquam *bis mille*, ad Hiſtoriam Rerum Germanicarum Partim Sacram, partim profanam pertinentium, ordine chronologico diſpoſita, neceſſariis *Annotationibus* illuſtrata.

Tractatus Commercii inter Regnum Angliæ & Hanſam Teutonicam, editus ex antiquo Codice membranaceo *Lambeciano*, qui nunc adſervatur in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea, una cum aliis variis hactenus ineditis Diplomatibus & Monumentis publicis ad *Hiſtoriam Hanſæ Teutonicæ & Civitatum Hanſeaticarum* pertinentibus.

Monumenta varia antiqua ad *Hiſtoriam Hamburgenſem* pertinentia, inter quæ etiam ſunt *Summaria antiqua Germanica veterum Diplomatum*, quæ in *Archivo Hamburgenſi* adſervantur; necnon *Acta publica Homagii* Regibus Daniæ ex Familia Oldenburgica, & quidem hucusque poſtremum Regi *Chriſtiano IV.* a *Civitate Hamburgenſi* anno 1603. præſtiti.

Monumenta varia antiqua ad *Hiſtoriam Archiepiſcopatus & Civitatis Bremenſis* pertinentia: nempe Deſcriptio ſolennitatis olim uſitatæ in *prima Introductione* novi Archiepiſcopi in Civitatem Bremenſem; Deſcriptio *Aulæ Archiepiſcopalis* in Civitate Bremenſi, cum Catalogo *Nobilium miniſterialium & Vaſallorum* ejusdem Eccleſiæ; Diplomata varia, quibus demonſtratur *Civitatem Hamburgenſem*, ut ipſis antiqui Scriptoris verbis utar, *de juribus & pertinentiis Eccleſiæ Bremenſis non eſſe delendam, ſed eam pleno jure & dominio tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, ad Eccleſiam Bremenſem olim pertinuiſſe, & adhuc pertinere, licet per Comites Holſatiæ injuſte occupata ſit*; & cætera.

Anonymi cujusdam Presbyteri Bremenſis *Continuatio Chronici Slavorum Helmoldi* ab anno Chriſti 1164. auque ad annum 1448. deſumpta ex Codice manuſcripto *Lambeciano*; qui nunc adſervatur in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea.

Vide Lib. II. *Commentar. de Auguſtiſſ. Biblioth. Cæſ. pag.* 4. 7. 8. 473. 474. 972. 973. *& Lib.* IV. *pag.* 303. 304. 305. 306.

Æneæ Sylvii Hiſtoria Auſtriaca usque ad annum Chriſti 1458. quo ipſe ex S. R. E. Cardinale Presbytero Tituli S. Sabinæ Summus Pontifex creatus, & *Pius Secundus* appellatus eſt, *dupliciter* duabus diſtinctis & ſibi invicem e regione collocatis columnis édita ex *duobus* ipſius *Æneæ Sylvii autographis Codicibus chartaceis*, non mediocriter a ſe invicem diſcrepantibus, qui etiam nunc adſervantur in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea. Accedunt etiam huic Hiſtoriæ *Annotationes* neceſſariæ cum *Tabula Chronologica*.

Concordata de Beneficiis Eccleſiaſticis Germaniæ inter Papam Nicolaum V. & Imp. Fridericum V. A. C. *1448.* quæ exſtant in Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codice manuſcripto Hiſtorico Latino trecenteſimo quinto.

Joannis de Zredna Protonotarii Cancellariæ Regis Hungariæ, *Epiſtolæ hiſtoricæ de rebus geſtis inter* Imp. *Fridericum V. & Regnum Hungariæ ab* A. C. *1445. usque ad annum 1451* recollectæ in unum Volumen membranaceum & Annotationibus marginalibus illuſtratæ a *Paulo de Iwanich* Diœceſeos Zagrabienſis, Presbytero & Rectore Altaris S. Pauli Apoſtoli in Eccleſia Waradinenſi, cum præfixa Epiſtola dedicatoria ad *Paulum Archidiaconum Waradinenſem*, data Waradini d. 12. Januarii anno 1451. Ipſum illud Volumen exſtat etiam nunc autographum in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea, & eſt ibi inter Codices MStos Hiſtoricos Latinos ducenteſimus quadrageſimus tertius.

Vide Lib. II. *Commentar. de Auguſtiſſ. Biblioth. Cæſ. pag.* 698. 715. 971. 972. 973. 974. & 1012.

Nicolai Langmanni de Falckenſtein, qui unus fuit ex duobus Sacerdotibus ac Sacellanis, quos *Imp. Fridericus V.* A. C. 1451. tanquam Legatos & Oratores ſuos, annuli pronubi Sponſæ ſuæ *Eleonoræ* offerendi cauſa miſit in *Luſitaniam*, *Hiſtoria Deſponſationis & Coronationis* jam memorati *Imp. Friderici V.* & Conjugis ipſius *Eleonoræ*, deſumpta ex Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ authentico Codice, ipſius *Nicolai Langmanni* propria manu ſcripto, qui inter Codices MStos Ambraſianos eſt trecenteſimus trigeſimus ſeptimus. Accedunt etiam huic Hiſtoriæ *Annotationes* neceſſariæ cum *Tabula Chronologica*.

Columbani de Pontremulo ad *Nicolaum de Pontremulo*, Ducis Mediolanenſis Secretarium & apud Papam Nicolaum Quintum Oratorem, *Deſcriptio Coronationis Imp. Friderici*, vulgo Tertii re,vera autem *Quinti*, A. C. 1452. quæ exſtat in Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ antiquo Codice manuſcripto, inter Codices MStos Philophicos & Philologicos centeſimo quadrageſimo tertio; una cum Oratiuncula, quam Ladislaus, Imp. Alberti

Alberti II. filius, Hungariæ & Bohemiæ Rex, eodem tempore ad Papam Nicolaum V. Romæ habuit.

Goswini Mandocta, *Cantoris in Capella Papæ Nicolai V. Descriptio* Introitus Imp. *Friderici V in Urbem Romam anno 1452. & subsecutæ Coronationis*, quæ exstat in Augustissimæ Bibliothecæ Cesareæ Codice manuscripto Historico Latino octogesimo quinto.

Acta publica Rebellionis Austriacorum contra Imp. *Fridericum V.* quæ exstant in Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ authenticis Codicibus manuscriptis, inter Codices MStos Historicos Latinos ducentesimo vigesimo quarto & ducentesimo vigesimo quinto.

Acta publica & Concordata inter Imp. Fridericum V. & Mtahiam Corvinum, Regem Hungariæ, quae exstant in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codicibus manuscriptis Historicis Latinis ducentesimo octogesimo primo.

Anonymi cujusdam coaetanei Autoris *Descriptio Exsequiarum Imp. Friderici V.* quae exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codicae manuscripto Historico Latino quadringentesimo quadragesimo nono.

Bernhardi Bergeri, *Præfecti Senatus Vindobonensis* sive *Wiennensis* qui germanice *der Stadt-Anwald* appellatur, *Oratio in funere Imp. Friderici III.* seu potius V. ad *Imp. Maximilianum I.* publice habita, quae exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codice manuscripto Latino octogesimo quarto, atque incipit his verbis: *Mallem; Serenissime ac Potentissime Princeps* Maximiliane, *Sacri Romani Imperii Moderator & Rex semper Auguste, id in præsentiarum dicendi genus humeris meis impositum, quod* &c.

Diplomata varia hactenus inedita, ad *Imp. Friderici*, vulgo *IIItii*, reverâ autem *Vti* Vitam & res gestas pertinentia & ex diversis Augustissimae Bibliothecae Caesareae antiquis Codicibus manuscriptis collecta atque ordine chronologico edita cum necessariis *Annotationibus*.

Henrici Gundelfingii *de Constantia*, *artium Magistri & Ecclesiæ Friburgensis in Helvetia Capellani*, *Historia Austriaca*, A. C. 1476. composita; & Serenissimo Archiduci Austriæ *Sigismundo*, qui A. C. 1466. Oeniponti sine liberis obiit, dedicata, quæ exstat authentica in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos trecentesimo vigesimo primo.

Ejusdem *Henrici Gundelfingii Narratio de Successione Comitum Teriolensium*, quae exstat in eodem jam memorato Codice MSto Caesareo.

Vide Lib. II. *Commentarior. de Augustiss. Bibliotheca Cæs. pag. 3. & pag. 465. usque ad pag. 519.*

Alberti Baronis de Bonstetten, qui *Imp. Maximiliani* I. Sacellanus fuit & Eremitarum in Helvetia Decanus, *Historia Austriaca*, A. C. 1461. composita & regi Galliae *Carolo* VIII. dedicata, quae exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos centesimo nonagesimo primo.

Joannis Langeri de Bolckenhan seu *Polckenhayn*, urbe Silesiaca Ducatuum Suidnicensis & Jaurovìensis, *Calendarium Astronomicum fatidicum ab anno Christi 1800. quo is illud composuit, usque ad annum* 1534. summa fide & diligentia descriptum ex ipsis autographis membranis, quae in supra memoratae Urbis Bolckenhanensis Ecclesia Paroeciali etiam nunc adservantur.

Vide Lib. II. *Commentarior. de Augustiss. Bibliotheca Cæs. pag. 41. 124. & 239. item Lib.* IV *pag. 304.*

Nicolai Schreitweini Catalogus Archiepiscoporum & Episcoporum Laureacensium & Pataviensium, compositus jussu *Imp. Friderici* vulgo *Tertii*, re vera autem *Quinti*, & continuatus usque ad annum Christi 1517. qui exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae autographo Codice manuscripto inter Codices MStos Historicos Latinos, qui nondum certis numeris notati sunt.

Laurenti Hochwardi, J. U. D. & Ratisbonensis Ecclesiæ Presbyteri Canonici, Catalogus Episcoporum Ratisbonensium ab Urbe condita usque ad annum Christi 1539. qui exstat in Augustissimae Bibliothecae Cæsareae autographo Codice manuscripto inter Codices MStos Historicos Latinos, qui nondum certis numeris notati sunt.

Wolfgangii Lazii Chorographia Austriæ hactenus inedita, quae exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae autographo Codice membranaceo, inter Codices MStos Historicos Latinos quadringentesimo septimo, cum praefixa Epistola dedicatoria ad *Imp. Ferdinandum I.* data Vindobonae sive Wiennae A. 1545.

Ejusdem *Wolfgangi Lazii alia varia Scripta historica hactenus inedita*, diversis Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codicibus manuscriptis comprehensa, inter quae etiam sunt *Historia Belli Schmalcaldici*, *Archæologia Hungariæ*, *Descriptio Transsylvaniæ*, *Historia trium Coronationum Imp. Maximiliani II.* & ejusmodi plura.

†††††††† Ano-

Anonymi cujusdam coaetanei Autoris *Narratio de Dissensione Provincialium Austriæ post obitum Imp. Maximiliani* I. orta Wiennae, & quae subsecuta sint, Serenissimo Principe *Ferdinando* Austriae Provincias moderante A. C. 1522.

Imp. Ferdinandi I. *Fata astrologica, conscripta a Balthasare Sartorio Vratislaviensi* anno 1553. ut & *Nativitates* sive *Themata genethliaca* Imp. *Friderici* III. seu potius V. *Eleonoræ* Conjugis Imp. Friderici, Imp. *Maximiliani* I. *Philippi* I. Regis Hispaniae, *Eleonoræ* filiae Regis Philippi I. Imp. *Caroli V. Isabellæ* filiae Philippi Regis Hispaniae, Imp. *Ferdinandi* I. *Annæ* Conjugis Imp. Ferdinandi I. *Elisabethæ* filiae Imp Ferdinandi I. Imp. *Maximiliani* II. *Annæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Ferdinandi* Archiducis Oenipontani filii Imp. Ferdinandi I. *Mariæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Magdalenæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Catharinæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Eleonoræ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Margarethæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Joannis* filii Imp. Ferdinandi I. *Barbaræ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Caroli* filii Imp. Ferdinandi I. *Ursulæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Helenæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Joannæ* filiae Imp. Ferdinandi I. *Philippi* II. Regis Hispaniae filii Imp. Caroli V. *Caroli Philippi* filii Regis Philippi II. & nepotis Imp. Caroli V. *Annæ* filiae Imp. Maximiliani II. *Ferdinandi* filii Imp. Maximiliani II. ac demum Imp. *Rudolphi* II. filii Imp. Maximiliani II. composita ad eodem supra memorato *Sartorio*. Autographus hujus Operis Codex exstat etiam nunc in Augustissima Bibliotheca Caesarea, & est inter Codices MStos Historicos Latinos centesimus quintus.

Vide Lib. I. Commentarior de Augustiss. Biblioth. Biblioth. Cæs. pag. 53.

Anonymi cujusdam Autoris *Descriptio Satyrica Aulæ Imp. Maximiliani* II. quae exstat in Augustissimae Bibliothecae Caesareae Codice manuscripto membranaceo inter eos Codices MStos Historicos Latinos, qui nondum certis numeris notati sunt.

Acta publica *Electionis Imp. Maximiliani* II. *in Regem Poloniæ anno 1575.* Collecta ab *Hugone Blotio* Augustissimæ Bibliothecae Caesareae Praefecto, A. 1576.

Joannis Sambuci Liber de Panauthentia sive Majestate Imperatoris, & quorundam præjudicio Donatione Constantiniana, qui exstat authographus in Augustissima Bibliotheca Caesarea, & Imp. *Maximiliano* II. ab ipso dedicatus atque oblatus est A. 1571. d. 22. Julii.

Onuphrii Panvinii Veronensis de Comitiis & potestate Imperatoris Libri tres hactenus inediti, cum *Præfatione ad Imp. Maximilianum II.* data Romae Kal. Novembris aeno 1563, cujus principium: *Scripseram olim, Magnanime Rex tantum ad usum meum* (1) *parvum de Comitiis Imperatoris Librum, quo carptim, quæ ad id argumentum pertinebant, annotaveram; eum cum aliquot annis jacuisset ubi primum audivi Te Regem Romanorum feliciter electum esse, iterum in manus sumpsi, cursim legi, & multa in ipso valde scitu digna desse animadverti. Maximo igitur in Majestatem Tuam, cujus eximiis in omni genere laudibus omnium aures personant, studio incensus, facere non potui, quin eundem Librum, ita multis rebus notitia dignis auctum & locupletatum, ut in tres Libros dividi oportuerit, sub Majestatis Tuæ nomine in lucem ederem. Multa enim erant, quæ me, ut id consilii caperem,* &c. Autographus hujus Operis Codex, qui ipsi *Imp. Maximiliano II.* olim fuit oblatus, exstat etiam nunc in Augustissima Bibliotheca Caesarea, & est inter Codices MStos Historicos Latinos ducentesimus sextus.

(1) Parvus ille de Comitiis Imperatoriis Liber editus primum est in fine Librorum quatuor de Romanis Principibus Basileæ typis Henrici Petri anno 1558. in folio. Idem quoque postea separatim editus est Argentorati sumptibus Lazari Zetzneri A. 1613 in 8vo.

(2) *Cæremoniale antiquum Coronationis & Consecrationis Imperatoris Romanorum Aquisgrani*, quod exstat in Augustissimae Bibliotheae Cæsareae vetusto Codice manuscripto membranaceo, inter Codices MStos Ambrasianos ducentesimo nonagesimo octavo, atque incipit his verbis: *Ad consecrandum Regem Alemanniæ hoc modo procedatur. Primo in Ecclesia Aquensi sit indutus plenis pontificalibus Dominus Archiepiscopus Coloniensis, ex jure Regni debitus Consecrator;* &c.

(2) Vide Lib. II. Commentarior. de Augustissima Biblioth. Cæs. pag. 949.

Codex Epistolaris Imp. Rudolphi II. continens Epistolas selectas plusquam ducentas, de variis negotiis publicis scriptas, quibus Historia illorum temporum valde potest illustrari ac suppleri.

Hæc igitur & alia longe plura ejus generis *Monumenta atque Acta publica* inserentur supra memorato *Syntagmati Rerum Germanicarum;* cujus impressio uti anno ho 1673. feliciter jam est inchoata, sic in manu DEI OPT. MAX. est, ut suo deinceps tempore æque felix sequatur.

F I N I S.

Hacte-

Hactenus Catalogus ille Scriptorum Lambecianorum Viennæ editus. At præterea multorum aliorum edendorum ſpem idem Lambecius in ſcriptis ſuis fecit, ut ſunt:

Supplementum Hiſtoriæ Conciliorum. T. I. Commentar. de Bibl. Vindob. p. 132. 133.
Supplementum Hiſtoriæ Byzantinæ. T. I. de Bibl. Vindob. p. 139. 142. 146. 147. & T. III. p. 56. 116. 172. &c.
Supplementum Bibliothecæ Patrum. T. I. p. 137.
Supplementum Hiſtoriarum de vitis & miraculis Sanctorum. T. I. p. 148.
Supplementum Philoſophiæ Platonicæ. T. I. p. 144.
His addenda quæ inſuper pollicitus eſt publice ad calcem prioris editionis libri ſecundi rerum Hamburgenſium, & Prodromi Literarii:

Scripta jam abſoluta, ſed nondum edita:

Ariſtæneti antiqui Græci Rhetoris Nicæni Epiſtolæ Commentario illuſtratæ, * unà cum diſſertatione de vita ipſius, aliisque veteribus *Epiſtolographis*, cui *Libanii* Sophiſtæ *duodecim* Epiſtolæ elegantiſſimæ, hactenus ineditæ, quarum decem ad ipſum *Ariſtænetum*, duæ autem de illo ad *Entrechium* & *Acacium* ſcriptæ ſunt inſerentur.
Anonymi cujusdam *Presbyteri Bremenſis* Continuatio Chronici Slavorum *Helmoldi* ab A. Æ. C. 1164. usque ad an. 1448. nunc primùm è tenebris eruta & Notis illuſtrata.
Antiquum *Holſatiæ* Chronicon rhytmicum ab an. Æ. C. CIↃXCIX usque ad an. CIↃ CCXXXI, vernaculâ Saxoniæ inferioris linguâ compoſitum, multaque ad Hamburgenſium Hiſtoriam pertinentia complectens, & nunquam antehac editum, cum Notis.
Antiquitatum *Archiepiſcopatus Magdeburgenſis* Liber ſingularis, quo continentur plus quam *centum* antehac non edita variorum privilegiorum, fundationum, donationum, aliarumque ejus generis materiarum diplomata, ex perveruſto Codice membranaceo MSto, quem in Bibliotheca mea aſſervo, deſumpta & Notis illuſtrara.
Prodromi Lucubrationum Criticarum in A. Gellii Noctes Atticas Editio ſecunda, primâ illâ, quæ Lutetiæ Pariſiorum an CIↃ IↃ CXLVII in lucem prodiit, quadruplo auctior.
Spicilegium Notarum & Index accuratiſſimus in *Georgii Codini* Excerpta de Antiquitatibus Conſtantinopolitanis.
Bibliothecæ Chronologicæ Claſſicorum Autorum *Joan. Jacobi Friſii Tigurini* nova editio, cum accuratâ emendatione ſupputationis temporum, aliisque neceſſariis Animadverſionibus & locupletiſſimo Indice.
Analyſis & Selecta publicarum & privatarum Prælectionum in *Joan. Sleidani* libros tres de quatuor ſummis Imperiis, unà cum emendatione ingentium errorum, qui in iis latitant.
Analyſis & Selecta publicarum & privatarum Prælectionum in *Ubbonis Emmii* deſcriptionem Rerumpublicarum Athenienſis & Laconicæ, cum ejusdem argumenti Spicilegio.
Analyſis & Selecta privatarum Prælectionum in *Polydori Vergilii* libros octo de rerum inventoribus, cum uberrimo ejusdem argumenti Spicilegio.
Analyſis & Selecta publicarum Prælectionum in *Diogenis Laertii* libros decem de illuſtribus veteris Græciæ Philoſophis, cum accuratisſimo *Indice* omnium Scriptorum, qui in eo opere citantur, ſecundum ſeriem Alphabeti:
Analyſis & Selecta privatarum Prælectionum in *Decadem Hiſtoriæ Romanæ T. Livii* cum Gnomologia Ethico Politicâ & accuratis ſingulorum librorum tabulis Chronologicis.
Analyſis & Selecta publicarum Prælectionum in C. *Cornelii Taciti Annalium libros duos priores*, ut & in ejusdem *Germaniam* & *Vitam Agricolæ*, cum Gnomologia & Monitorum Politicorum Sylloge.
Tabulæ Synopticæ in *Theopholi Golii* Ethica & Politica.
Analyſis & Selecta publicarum Prælectionum in *Wilhelmi Beckeri* Jus publicum Imperii Romano Germanici.

(*) Apographum Commentarii Lambeciani in Ariſtænetum, è Bibliotheca Cæſareo nactus eſt eruditiſſimus Vir Georgius Francus de Frankenau, Potentiſſimi Daniæ Regis Chriſtiani V. glorioſæ memoriæ Archiater qui novam Ariſtæneti editionem meditabatur. Sed & ipſe fatis præreptus eſt poſtrid. Iduum Junii A. M DCC IV. Vide Rev. Viri Henr. Pippingii Memorias Theologor. p. 1133.

Analysis & Selecta publicarum Prælectionum in *Jacobi Middendorpii* libros octo de celebribus universi Orbis terrarum Academiis.

Analysis & Selecta privatarum Prælectionum in *Valentini Forsteri* Historiam Juris Civilis Romani, cum diligenti emendatione Chronologiæ, aliisque necessariis Notis & Animadversionibus.

Analysis & Selecta privatarum Prælectionum in *Institutiones Justinianeas*, cum Synopticis aliquot Tabulis totius reliqui Juris Civilis Romani, nec non Juris Canonici.

Quinque Centuriæ Epistolarum ineditarum, quas quidam hujus Seculi solidè docti Viri de variis lectu dignissimis argumentis, & præcipuè quidem de re literariâ elegantissimo stylo ad se invicem scripserunt.

Alciphronis antiqui Rhetoris Græci Epistolæ octo hactenus non editæ cum versione latinâ.

Analysis & Selecta privatarum Prælectionum in *Caroli Sigonii* libros septem de Republica Hebræorum, cum non mediocri ejusdem materiæ Spicilegio.

Scripta jam affecta, & brevi, volente Deo, absolvenda:

Vita fortissimi Herois *Christiani IV.* Regis Daniæ & Norwegiæ.

Historiæ Augustæ Imperatorum ex Serenissimâ Familiâ Austriacâ oriundorum *Liber primus*, sive Annales vitæ & rerum gestarum *Imp. Rudolphi I.*

Chronologia & Auctarium *Libri primi* Rerum Hamburgensium ab A. Æ. C. 1073. usque ad an. 1225.

Chronologia & Auctarium *Libri secundi* Rerum Hamburgensium ab an. Æ. C. 1225. usque ad an. 1292.

Rerum Hamburgensium *Liber tertius* ab A. Æ. C. 1292. usque ad an. 1410.

Rerum Hamburgensium Liber *quartus* ab an. 1410. usque ad an. 1461.

Rerum Hamburgensium Liber *quintus* ab an. 1461. usque ad an. 1525.

Rerum Hamburgensium Liber *sextus* ab an. 1525. usque ad an. 1603.

Rerum Hamburgensium Liber *septimus* ab an. 1603. usque ad an. — — —

Prodromi Historiæ Literariæ *Tomus secundus* complectens elaborationem Sciagraphiæ Libri secundi a capite *quinto* usque ad caput *decimum sextum*, sive tempora a *bello Trojano*, quod in Seculum ante Æ. C. duodecimum incidit usque *ad initium vulgaris Æ. C.*

Dissertatio de conscribendis *Rerum Germanicarum* Annalibus.

Dissertatio de abusu *Typographiæ* & negotiationis *librariæ*.

Bibliothecæ, ter milse (*) circiter selectissimorum voluminum, qua in publicis atque privatis hisce laboribus adornandis usus est Lambecius, Catalogus duplex, nempe & secundum nomina Auctorum & secundum varietatem materiarum ordine Alphabetico compositus.

FINIS.

CLAUDII ARRHENII
Breviarium vitæ Anscharii & excerpta Chronologica.

An. 805. AN. Christi 805. natus est Anscharius. Quo mense mensisve die, silentibus scriptoribus, ignoramus penitus. Quibus parentibus ortus sit, quosque habuerit co-
An. 809. gnatos agnatosque nescimus pariter: nisi quod Rimb. 1.4. dicit matre admodum pia orbatum fuisse cum esset annorum quinque; & patrem matri superstitem, mox misisse eum in scholam, ut mature bonis imbueretur literis. Quæ schola fuit in Corbeiæ veteris monasterio, ubi fuit educatus ab Adalardo Sancto istius cænobii Antistite, seu, ut vocant, Abbate probe institutus. Gvald. Præf. v. 33.

Pri-

(*) Bibliotheca Lambetii Voluminum typis impressorum 3000. & 200. MSS. inserta est post possessoris mortem Bibliothecæ Cæsareæ, & à vivo illo redemta per Imperatorem gloriosæ memoriæ Leopoldum pretio 2300. Imperialium, ut narrat ipse Lambecius T. 3. de Bibliotheca Vindob. p. 288. seq. Reliquorum bonorum suorum heredem ex asse constituit Petrum Strellmayerum U. J. Doctorem & Advocatum Judicii Aulici, ut intellexi ex tabulis testamenti Lambeciani facti die 21. Januar. A. M DC LXXVIII. & promulgati die 6. Aprilis A. M DCC LXXX.

Primum ingenii cultum admisit animo prorsus languenti, utpote deditus ludo & puerilibus ineptiis sed mox excussit istum veternum animo, monitu, ut fingit Rimb. I. 6. Virginis Deiparæ.

Spem de se jam præbens meliorem, in eodem monasterio imbutus est diligentissime disciplinis monasticis, adscriptusque Monachorum ordini solemni tonsuræ ceremonia, cum adhuc esset adolescentior, ut scribit Rimb. I. 9. hoc est, ut ego illum locum, aliter quam interpres Suecicus, accipio, adolescente adhuc minor, sparsis jam, ut modo innuebam, nucibus pueritiæ, rejectoque hactenus inutili puerorum consortio: Sic repente mutato instituto vitæ in stuporem dans plurimos.

Adscitus jam in Monachorum cœnobii hujus ordinem, quod factum videtur Anno Christi 813. Abbati loci hujus debitam spopondit obedientiam mansurumq; in eo semper Sodalitio, in quo monasticæ vitæ genus amplexus est. Rimb. IV. 7. Hinc studia pietatis eruditionisque augendæ iterum cœpit quam paulo ante colere segnius, donec audita morte Imperatoris CAROLI MAGNI quæ incidit in 28. diem Januarii Anno 814. mortalitatis jam suæ memor, ad se rediit, & postea constanter optima quæque studio summo sectatus est. Egit vero tum Anscharius annum ætatis decimum, unde Rimb. II. 1. seqq. narrat, vidisse ipsum usurpasseque oculis regni Augusti hujus splendorem ac gloriam. An. 813. An. 814.

Refert Iohannes Magnus Historiæ Gothorum Sueonumque XVII. 1. fin. hoc anno celebratum fuisse Aquis grani plurimorum Episcoporum concilium sub Stephano Papa ejus nominis VI. (qui tamen fuisse non poterat nisi V.) atque in eo conclusum inter cætera de Sveonibus ad Christum convertendis, quod ex Johanne nostro, ut videtur, repetit Magnus Matthias Lundensis Canonicus, in M.S. Archiepiscop. Lundensium historia. Sed qui Stephano huic successit Papa Pascalis I. in Sveciam & vicina ei regna, Apostolici legati munere fungi jussit Ebbone Remorum in Galliis Archiepiscopum, qui multa egregie præstitit, utilemque Sveonibus locavit operam in percipiendis mysteriis Christianæ fidei, commemorante ista Rimberto, qui ipsis illis temporibus vixit, in vita S. Ansgarii XII. toto & XXIX. 10. sqq. Ita vero non sunt eo extendenda, ut putemus venisse unquam in Sveciam Gothiamve Ebbonem ipsum, quod sensit olim superius nominatus Lundensis Canonicus & cum ipso nonnulli alii; sed quod vice sua huc miserit nepotem suum Gautbertum, & quos præterea dictis locis nominat Rimbertus, & frequentibus literis, aliquando etiam præsens sermonibus, monuerit Ansgarium, Gautbertum, (cui præter alios in legationem hanc sumptus, etiam cesserat a Ludovico sibi datum prædium Welanoo in ripa Albis) Erimbertum, Anfridum & Ragimbertum, ut susceptum munus peragerent graviter. Causas cur ipse in Sueciam non iverit, innuit non improbabiles Adamus Histor. Ecclesf. Brem. I. 18. in illis: In adjutorium etiam prædicationis datus est S. Anschario Ebbo Remensis Archiepiscopus. Hic, seu fatigatione itineris, seu corporis debilitate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus, vicarium pro se dedit Anschario nepotem Gaudbertum. Quarum postremam prioribus veriorem ipse judicat. Nimium enim amans fuit hic Ebbo rerum hujus seculi, atque fuit ipse inter eos Episcopos, qui sævam illam inter Ludovicum Pium ejusque filios severunt discordiam, qua Patri filii impie abrogarunt imperium, cui postmodum restitutus convictum Ebbonem hunc ejus criminis, egit in annorum Septem exilium, ut recte in Catalogo Episcoporum Hildeshemensium de Ebbone hoc observat Casparus Bruschius. Quod vero ibidem narrat Bruschius, exulem Ebbonem ab Analchario constitutum Episcopum Hildeshemensem, quo in munere Anno 847. illic sit mortuus, de eo equidem valde dubitaverim, tum quia nihil juris reperio fuisse Hamburgensibus Archiepiscopis in Episcopatum illum isthoc tempore, tum quia testantur acta synodi Remensis sub Lothario Ludovici Pii filio, Ebbonem a Lothario restitutum sedi suæ, post exactos septem annos in exilio. Vide epitomen actorum hujus Synodi apud Magdeburgenses Centuriatores seculi. IX. p. m. 236. An. 817.

Anno 820. una cum Withmaro quodam, post ipsius mortem athuc superstite Rimb. IV. 5. videtur factus Rector Scholæ ad S. Petrum in Corbeja veteri. Rimb. III. 1. IV. 1. 12. Guald. IX. 2. An. 820.

Anno 821. verosimile videtur contigisse cœdem Fulberti pueri, de quo Rimb. IV. 1. sqq. An. 821.

Anno 822. structo per Ludovicum Pium monasterio Corbejæ novæ ad ripam Visurgis in veteri saxonia, una cum nonnullis aliis monachis e Corbeja veteri, quæ ad ripam An. 822.

pam Samaræ (non fummæ aut fommæ vel fummani, ut male vocant Joh. Gothus, Vaftovius & Meffenius) in Piccardia eo traductus est Anscharius, ubi etiam aliquamdiu functus est munere Doctoris & in Schola & in Ecclesia. Vide fis Rimb. IV. 7. & 8. & V. toto.

An. 826. Anno 826. per Regem Daniæ Regnerum Lodbrok pulfus Daniæ parte illa, quam pro regno habuit Haraldus Klach vel Klag; à Jutis & Scanis rebellibus contra Regnerum Rex pronunciatus, unde illis perpetua inimicitia, ad Ludovicum Pium tunc Moguntiæ degentem venit, petens ut ope ejus regno, unde pulfus, redderetur: quod Imperator promifit, ea Lege, ut relicto paganifmo, fidem Chrifti fufciperet, & reftitutus regno, fubditos fibi ad Chriftum converteret. Eam demum firmam folidamque amicitiam, quæ effet inter Reges eundem DEUM eademque Sacra amplexos, prædicans Rimb. VI. 3. Haraldus neceffitati obfequens, a Ludovico, & quibus ille uti ad hanc rem voluit, edoctus, Chriftianam fidem amplectitur, atque Ludovico fufceptore, a Moguntinæ fedis Archiepifcopo Ottigario, una cum conjuge, fratre Erico Danorumque ingenti numero baptifmum admittit. vid. Rimb. VI. toto. Lambec ad Rimb. obf. 10. & quos ille ex antiquis vocat ad teftimonium, ut ex recentionibus plurimos prætercam.

An. 827. Anno 827. in publico procerum tam Ecclefiafticorum quam civilium conventu, exquifivit Ludovicus Pius, an quis idoneus, reverfuro ad fua Haraldo comes ire poffet velletque, confirmaturus ipfum in fufcepto religionis negotio, eoque adducturus regno ipfius fubditos? Abbas veteris Corbejæ Walo, tanquam maxime idoneum multisque dotibus commendabilem nominat Anfcharium, qui ab Imperatore atque Abbate interrogatus, refpondet, iturum fe animo lubenti, fi ipfis autoribus fieret, cui mox focium comitemque fe futurum animo promptiffimo pollicetur ejusdem fodalitii frater Aulbertus, & nobili fatus genere, & Waloni Abbati procurator domus feu Palatii. Hæc Rimb. VI. toto.

An. 828. His duobus è gente fua comitibus dimittens Ludovicus Haraldum Anfgario dedit facram quandam fupellectilem Rimb. VII. 1. diverteruntque illi omnes in via ad Hadeboldum urbis Colonienfis Archiepifcopum, qui commodioris itineris cauffa Anfgario & Autberto donavit navem, qua vectus una Haraldus, familiaritatem & amicitiam cum eis juxit propiorem. Ita per urbem Frifiorum Dorftatum & vicina Frifiis loca alia iter facientes pervenerunt hoc anno in Daniam. Ita duo hi Anfgarius & Autbertus primi docebant Chriftianam pietatem in regno Daniæ, idque ultra biennium. Scilicet annis 829.

An. 829. & 830. & 830, quo tempore multos Chrifto lucrati funt in Dania. Nam Haraldus Klach Rex, pueros gentis fuæ eis tradidit erudiendos, & illi infuper aliquot redemerunt è fervitiis, quos etiam Chriftianæ pietatis præceptis imbuere, inftituta Schola puerorum duodecim. Rimb. VII, 11. & 13.

An. 831. Anno fequenti Autbertus æger Corbejam novam rediit, ubi circa tempus Pafchatos piè morbo deceffit. Rimb. VII. 14.

Interea dum in Dania hærent Anfcharius & Autbertus, Legati Sveonum veniunt ad Ludovicum Pium, inter cætera Regis fui mandata, fignificantes multos gentis fuæ velle fieri Chriftianos, & Regem ipfum prono animo fufcepturum Chriftianifmum, fi à Ludovico impetret pios facerdotes. Rimb. VIII. 1.

Unde apparet, ne tum quidem fuiffe Sveones Chriftianæ pietatis expertes penitus, jam enim aliquanto ante ipforum multi, vel vacaturi militiæ, vel collecturi experientiam, regiones adierant exteras, & præcipuè Germaniam ac Belgium, ubi Chrifti fides recepta paffim, præcipuè foliti adire Dorftatum Frifonum Chriftianifmi percipiendi caufa, tefte Rimb. XXIV, 16. Et Gothi mei aliquamdiu ante habuerant pios facerdotes ex Anglia & Frifia, à quibus eruditi.

Anno 813. vivente adhuc Carolo Magno, fub Rege Berone III. Lincopiæ templum fumptuofi operis moliti funt, ut hiftoriæ & antiqua gentis meæ monumenta perhibent. Vani itaque funt illi fcriptores Danici, qui gentem fuam prius ad Chriftum converfam jactitant, quam Sveones Gothosque. vid. Magni Matthiæ Lunden. Canonici Hiftoriam MS. Archiepifcopi. Lundenf. fub initium.

Poft exactos in Dania annos duos & plus tanta feftinatione ad fe redire jubet Ludovicus Pius Anfcharium, ut radi ipfum antequam ad fe veniret, noluerit, & mox venientem in Succiam ablegat volentem libentiffime. Rimb. VIII. 7. Mox itaque comitatus Wiet-

Wietmaro veteris corbejæ Monacho eximio, abit in Sueciam, subdelegato interim Gislemaro in locum suum ad Regem Haraldum in Daniam Rimb. IX. toto. Multa in legationis istius itinere, & in ipsa Suecia passi sunt. Rimb. IX. 5. Incidentes in piratas, direpta navi amiserunt omnia, & munera ad Regem regia, quæ secum in Sueciam deferre debuerant, & 40. Libros continentes res religionis & ritum colendi Numinis Rimb. IX. 9. Amissa navi, partim pedites, partim usi per interposita maria navigiis, comitati legatis Regis Sueciæ tandem Bircam ad Regem Berone veniunt. Rimb. XI. seqq. I. Iter Ansgarii in Sveciam.

Is requisito consilio sibi fidelium permisit Anschario & Withmaro libere docere publice, & quotquot possunt ad fidem habendam Christo perducere. Rimb. X. 3. captivos Christianos multos tum tenebant Sueci, qui sumopere lætati adventu sacerdotum horum, nacti facultatem audiendi cœlestis doctrinæ præconium, & utendi pia ipsorum opera in rebus animarum æternam salutem concernentibus Rimb. X. 5. ab his quoque aliqui veram pietatem didicerant, ut est credibile.

Inter cæteros quos tum adducunt Christo, non postremus fuit Herigarius oppidi Bircensis Præfectus & Consiliarius Regi admodum charus: qui in paterno fundo non procul a memorato oppido suis sumptibus Christo templum fecit erigi. Rimb. X. 8.

Anno 832. integro & sequenti dimidio exacto in Suecia, acceptis a Rege Berone literis redeunt ad Imperatorem Ludovicum Ansgarius & Wiethmarus, narrato successu prædicationis lætissimo, quo exultans Ludovicus, serio cogitare occipit de instituendo ultra Albim Episcopatu, in regione aliqua viciniore septemtrionibus, ut missis inde Divini verbi præconibus, & nonnunquam etiam euntibus ipsis Episcopis facilius possent vicinas & Christo nondum credentes gentes ad veram fidem convertere. Rimb. XI. 3. seq. An. 832. & 833.

Habuerat idem in animo ante ipsum pater ejus Carolus, qui ferro domita universa Saxonia, & ut facilius Christo subderet, divisa in Episcopatus varios, nullum Episcopum regionibus trans Albim voluit præficere, cogitans de constituendo illic Archiepiscopo, cui esse deberet cura de convertendis omnibus ad septentriones populis; quod propositum Caroli morte impeditum, Ludovicus filius jam cupit perficere. Carolus Presbyterum Heridach Hamburgensibus servire voluit Divini verbi præconio, habens in animo ipsum illic constituere Episcopum, itaque locum illum & regiones trans Albim nullius Episcopi Sacræ Jurisdictioni subdidit: Templum tantum urbis hujus consecrari fecit a Galliæ Episcopo Amalhario, ut ibid. Rimb. perhibet, qui fuit Amalharius fortunatus Trevirensis Archiepiscopus, cujus urbs tum accensebatur Galliæ, ut pote sita in Cis-Renana Germania. An. 834.

Habito frequenti conventu Episcoporum in synodo, Ludovicus Pius. Anno 834. D. 15. Maji Anschario tradit manus Archiepiscopi Hammaburgensis, & legati in regna Septentrionalia, consecrarique eum fecit per manus Drogonis Metensis, Ebbonis-Remensis, Hattonis Trevirensis & Ottigarii Moguntinensis Archiepiscoporum, nec non Heligandi Ferdensis & Willerici Bremensis Episcoporum: quos postremos duos adhibere voluit huic negotio Ludovicus, quia mortuo Heridacho, inter illos diviserat curam inspectionis in gentes Transalbianas, sed contra mentem patris Caroli. vid. Rimb. XI. 8. seq. XII. 11. Et quia sedes hæc Archiepiscopi vicina erat gentibus infidelibus, & earum populationibus obnoxia; cum securitatis, tum majoris commoditatis causa, cellam Turholt in Gallia ei adjecit & successuris Archiepiscopis possidendam perpetuo. Rimb. XI. 12. Confer cum his Rimb XXX. 3.

Ut hæc valerent firmius, conciliandam voluit Ludovicus muneri novo & difficili autoritatem a Rom. Pontifice. Itaque jussu Augusti hujus anno sequenti Comitatus Rátolfo & Vernolfo ignotarum mihi adhuc sedium Episcopis, nec non illustrissimo comite Geroldo, ipse Ansgarius præsens a Gregorio IV. accepit pallium, constitutusque est una cum successuris Hamburgensibus Archiepiscopis Legatus Apostolicus per Succiam, Daniam, Norvagiam, Farriam, Gronlandiam, Hellsinglandiam, Islandiam, Scrikfindiam, Schlaviam, Transalbiam, & nationes omnes Septentrionales ac Orientales, ut habent Ludovici & Gregorii IV. diplomata & ex iis commemorat Rimb. XII. toto atque hanc potestatem ab ipso Pontifice Romæ accepit Anscharius ante corpus & confessionē S. Petri Apostoli Rimb. XII. 2. Et ne quis auderet his omnibus quoquo modo ponere obicem, ipse Papa diris execrationibus territos voluit obstrepentes quoslibet. An. 835.

Rimb. XII. 3. quæ omnia ex ipsis literis Imperatoris & Pontificis desumpserat Rimbertus fere ad verbum, ut videre licet ex Bullario meo Romano-Sveo-Gothico ad hos annos.

Et ut Ancharius melius posset ex Episcopalis muneris debito, consulere commodis & saluti gregis fidei suæ traditi, hoc est, cura sua amplecti Hamburgensem Diæcesin, & Sueciam cæterasque regiones sedentes in tenebris, & correptas adhuc erroribus mortiferis, cum omnibus simum invigilare foret in possibile; de consilio Ebbonis antea dicti, quo cum habere jam videbatur curam communem, socium laboris adsciscit Ebbonis propinquum Gautbertum, prius creatum Episcopum, vocatum simonem, adjectis ei sumtibus ad id munus exsequendum necessariis. Rimb. XII. 9. XIII. 1.

An. 836. Dum Hamburgi & apud Danos commissi muneris partibus bona fide defungitur Ansgarius, interea veniens Gautbertus in Sueciam a Rege Bern (nobis Biörn) & universo populo benigne recipitur struendique palam templi veniam consequitur, aucto insigniter in dies numero credentium. Rimb. XII. & XIV. princ. Et hoc eodem tempore Ansgarius pueros aliquot emptos redemptosque ex captivitate, sacrorum Christianorum rationem edocet, atque eorum aliquot penes se alit aliquotque alendos educandosque mittit ad cellam Turholt in Galliam. Rimb. XIV, 2. & 3. & VII. 10.

Hoc etiam anno, ut videtur, vel circiter, Piratæ (Nordmannos tradunt aliqui) Hamburgum exurunt, vastantque urbem cum suburbio: templo, monasterio, Scholâ, & Bibliothecâ redactis in cineres, quod contigit absente Bernario comite, qui urbem tueri debuit adversus vim impiam; tum dilapsis sacerdotibus quos secum habuit, nudatus omnibus, vix etiam sine Cappa effugere potuit Anscharius. Servatis tantum quibusdam reliquiis Sanctis, quas ægre in tanto tumultu direptioni hostium potuit subducere. Hac perculsus tempestate adeo Sævâ, velut alter Job, adversa omnia tulit animo æquissimo Deum laudans in omnibus. Rimb. XIV. toto.

Eodem tempore, in Svecia, nesciente prorsus Rege, pars populi desæviens, in Gautbertum irruit, direptis rebus ejus omnibus, nepotem ejus Nithardum gladio cecidit, injectisque in Gautbertum vinculis, multiplici affectum opprobrio, cum sociis omnibus, regni pellit finibus. Rimb. XV. 3. seqq. Causam hujus persecutionis in pulsum regno Anundum Regem rejicit Alb Crantz. Metrop. I. 33. &c. Nithardum vitiosè Vithardum ibid. vocat, nisi sit mendum typographi. Sed quomodo Divinæ Majest. æquitas popularem hunc furorem punierit unius inter ipsos potentioris exemplo docet Rimb. XV. 5. sqq. qui & ipse, consulto divino seu hariolo calamitatum suarum causam discit, de qua re Rimb. legere expedit, & nostram Histor. Eccles. lib. 1. cap. 10.

An. 837. & sqq. sex. Tot affecto injuriis pulsoque Gautberto, Svecia annis fere septem caruit sacerdotis opera ac ministerio. Rimb. XVI. 1.

Sed ne prorsus extingueretur illic accensa divini verbi lux, amore tum miseri populi, tum optimi piissimique viri Herigarii, illuc mittit Ansgarius Anachoretam Ardgarium, cujus adventu omnes pii magnam perceperunt lætitiam. Rimb. XVI. 1. sqq.

Post fugam Gautberti, aut verius impositum à parte furentis populi exilium, nutantem apud Sveones rem Christianam pie constanter, fortiter, multis spretis devictisque opprobriis ac calumniis, sustinuit Herigarius, cujus piæ contentiones cum infidelibus recitantur à Rimb. XVI.

An. 840. Dum decurrunt septem illi anni, quibus Suecia caruit Presbyteris, Anundus Rex Sveonum pulsus regno exulabat apud Danos. Hic collectis suis navibus undecim, & auxiliaribus Danorum una ac viginti, promisit Danis deprædationem urbis Biscensis, si ipsum solio redderent: sed absente justo Sveonum Rege, fide, virtute & pietate Herigarii urbis Præfecti & Regii Consiliarii, urbs defenditur, & Amundus accepta ab opulentibus civibus multa librarum argenti centum, iram quam in urbem primariam patriæ conceperat, effudit in quandam urbem Schlavicam, quam hic Rimb. non nominat: Atque ita Danis alia placatis præda, Svecis suis reconciliatus Anundus, apud eos desedit in pace, reddito argento, quod ad sedandos Danos extorserat. Tribuitque Anundo huic Rimb. tales sermones, qui a fide Christi alienum prorsus non fuisse arguant. Rimb. XVI. 36.

Per se servatæ urbis gloriam Herigarius imputabat divino auxilio, ideoque in conventu populi svadet civibus, abjectis idolis, servatorem JEsum Christum pro Deo habeant, cujus opem tam præsentem in summo periculo omnes senserant. Rimb. XVI. 44. Hic Herigarius aliquamdiu post, sumpto per Ardgarium corporis Dominici (calice

lice orbatus) ſupremo viatico pie & placide obiit. Rimb. XVI. 48. Huc etiam pertinet hiſtoria matronæ Sueticæ Fridburgis & filiæ ejus Catbles, cui, pro remedio animæ maternæ, diſtribuenti Dorſtati eleemoſynas, tantundem reſtituit Deus per miraculum, quantum diſtribuerat inter pauperes ap. Rimb. XVII. 12. ſeq.

Herigario & Fridburgi matrona mortuis, relicta Svecia, ad ſolitudimem ſuam, cui antea adſveverat, ſe recepit Ardgarius, anno ne eodem quo venerat, an pluribus poſt, incertum. Rimb. XVIII. 1. ſeq. atque ita Sveci iterum ſine ſacerdote vixerunt aliquamdiu. Rom. XVIII. 2.

In hæc fere tempora ait Rimb. incidere mortem Ludovici Pii Imperatoris, quo decedente, inter filios factum ſit magnum de ſucceſſione in regnum certamen Rimb. XVIII. 4. Mortem autem ejus hiſtorici fere omnes referunt ad annum poſt natum mundo Redemptorem 840. d. 20. Junii.

Mortuo Ludovico (vivus diviſerat inter filios quas tenuerat regiones) Lotharius factus eſt Imperator, Ludovicus Rex Germaniæ, Carolus Calvus Rex Galliæ (Pipinus Aquitaniæ Rex ante patrem obiit.)

Carolus Calvus Monaſterium Turholt, utpote ſitum in ſolo Gallico, quod ſui jam juris, ademit Anſchario, deditque comiti Raginario vid. Rimb. XXX. 63. ſeqq. nec ulla fratrum prece flecti potuit ut reſtitueret, unde labefactata plurimum vis Legationis Apoſtolicæ in Septentrionem, dilapſis adminiſtris muneris plurimis, cum ad id non ultra ſuppeterent ſumptus neceſſarii. Itaque Ludovicus Rex Germaniæ cupiens decretum patris de convertendis gentibus Borealibus non intercidere, eo tempore deſtitutam Epiſcopo ſedem Bremenſem, velut vicinam Hamburgo, adjecit Anſgario, nemine ſuffecto in locum nuper defuncti Leudgarii Bremenſis Epiſcopi, atque id propterea, ut pluribus ſubſidiis inſtructus, ſufficere poſſet faciendis in Doctores emittendos ſumptibus, quos ex ſola Hamburgenſi Diæceſi, habente tunc non niſi quatuor baptiſmales Eccleſias, ut ait Rimb. colligere neutiquam poterat. Duos illos Epiſcopatus, autoritate priorum Regum & Romanorum Pontificum diviſos, in unum conjungere, neque Ludovicus Rex, neque Guntharius Colonienſis tum Archiepiſcopus, cujus ſedi Bremenſis hactenus fuerat obnoxia, neque etiam ipſe Anſgarius ſuſtinuit, niſi Romani Pontificis accederet autoritas: itaque ad eam negotio huic comparandam mittitur poſt annos tres Romam Salomon Conſtantienſis Epiſcopus, cui, quia ipſe eò ire nequivit, comitem adjecit ſuo nomine Nordfridum presbyterum Anſcharius, qui retulerunt ſecum Diploma Nicolai primi Pontificis, quo hæc omnia confirmata ſunt. Vide fuſius hæc narrata à Rimb. XVIII. XIX. & XX. capitibus, & quæ dicimus inf. ad Anno 864. An. 860. ſeqq.

Anno 861. contigit viſio illa Anſgario, cujus meminit Rimb. XXX. 60. item iter ſecundum ejus in Sveciam. Nam ab Erico I. Rege Daniæ literas & legatum impetrat Anſgarius, quibus commendetur Regi Oleph & populo *Sveciæ*, ut ejus fideli opera in percipienda Chriſtianâ fide uti velint benignè, quarum argumentum vide ap. Rimb. XXIII, 1. ſeqq. XXII, 1. An. 861.

Perſvadere equidem hoc iter voluit Anſcharius Gautberto, prius pulſo Svecia, ſed ille ſuis ductus cauſis, renuit: at vice ſua nepotem ſuum (Rimb. XXI. 1. XXV. 2.) Eribertum iturum ibique permanſurum pollicetur. Rimb. XXII. 4. Ambo vero, re communicata cum Ludovico Rege Germaniæ, neceſſariis inſtructi mandatis ejus literas ad Regem Sveciæ perferendas accipiunt. Rimb. XXII. 8. Gv. LII. 24. Confirmatur inſuper Anſgarius recordatione viſionis cujusdam in ſomno. Rimb. XXII. 10. ſeq. Secundum iter Anſgarii in Sveciam ſuſceptum fuiſſe Ao. 861. apparet ex collatione XX. 24. cum XXI. 1. Rimberti. Quæ ei hac vice acciderant in Svecia memorabilia valde ſunt, quæ vide ſis ap. Rimb. XXIII. toto. Egitque in hoc itinere Anſgarius Legatum & Ludovici Regis Germaniæ qui filius Ludovici Pii, & Erici I. ejus nominis Regis Daniæ, ſicut ex duorum horum in Rimb. capitum collatione liquet. II. Iter Anſgarii in Sveciam.

Viginti dies navigando exegit Anſcharius, antequam è Dania Byrcam perveniret ſedem Regum Sveoniæ, Rimb. XXIII. 3.

Quo ſermone vel alloquio Regem & populum Sveonum tum avertere conatus ſit Sathanas, per quendam cultui ſuo addictum à recipienda pia ſanctaque in Chriſtum fide, meretur ſanè probè conſiderari apud Rimb. XXIII. 4. ſeqq.

Erico Wäderhatt Sueonum quondam Regi (ut ego exiſtimo, quamvis multi eum diu poſt vixiſſe autument) ante ſecundum hunc Anſcharii adventum in Sueciam Divini

ni decreti honores sunt. Rimb. XXIII. 9. Conf. Meurs. Hist. Dan. lib. II. p. 42. Col. 1. Hac legatione defungente Anschario Rex Oleph seu Olaus Byrcam sedem regni habuit. Rimb. XXIV. 10. Sine adsensu totius populi, nihil gravioris negotii, nec quidem in religione, decernere tum poterant audebantue Reges Sveciæ., fatente ipso Rege Olao Rimb. XXIII. 17.

Et explorata voluntate civium in parte regni una nil decernere poterat Rex, antequam cognitam etiam haberet voluntatem partis alterius. Rimb. XXIV. 22. Perduas autem illas regni sui partes intelligit haud dubie Rex Olaus Sveciam Gothiamque.

Sub hoc Rege Olao (fortassis Trätelgia) utrique parti regni bonum visum est, admitti sacerdotes Christi, itaque edicto Regio indulgetur libertas omnibus volentibus suscipere fidem Christi, cui templa jam erigi permittit, & quibuslibet integrum facit Christum recipere, sine ullo vitæ, famæ, bonorumve discrimine. Rimb. XXV. 1. seqq. Quid præterea hic Rex ad propagandam Christianam fidem contulerit, monstrant seqq. ejusdem cap. §§.

Quantopere Proceres & aulici Byrcenses obnisi sint legationi huic Anscharii apparet ex Rimb. XXII. 10. 11. & seqq. unde certo potest colligi, obfirmatos adhuc fuisse multorum animos in cultibus Idololatricis. In altera vero parte regni, scilicet Gothia, sine ullo renisu, libentissimis animis adsentiuntur omnes petitioni Anscharii vid. Rimb. XXIV. 23. & 24. itaque illi minus a Christo alieni tum mentibus.

De sortibus quibus uti soliti olim Sveones in exquirendis deorum voluntatibus, etiam illustria hic sunt aliquot loca. Rimb. XVI. 35. seq. XXIV. 7. XXVII. 15. Guald. LVII. 19. seqq. LVIII. 17. LXVI. & LXVII. vide nostrum in vitam hanc indicem, voce *sortes*.

De Sveonum profectionibus ad Frisonum Dorstadum religionis & pietatis discendæ gratia. Remb. XXIV. 16. seqq. Et hæc sunt loca maxime illustria; in historia hac secundi itineris Anscharii in Sveciam, quorum is locus qui est de potestate Regum circa ardua regni negotia illustrari potest ex LL. Provincial. patriæ tit. de jure Regum II. §. 1. IV. §. 5. 7.

Dum erat in Svecia Ansgarius, Dani in instructa classe adoriuntur Curlandiam, diu ante subjectam Svecis, sed damnoso ipsis exitu. Rimb. XXVII. 2. seqq. Sed anno mox sequenti, Sveci Curlandiam, quæ imperium Svecorum jam aliquantisper spreverat, recipiunt, inde occasionem nacti pluris adhuc faciendi Christum, cujus opem præsentissimam benigne jam senserant indifficultatibus omnium maximis; atque huic bello ipse Rex Olaus interfuit. Rimb. XXVII. 26. Atque hoc tempore in Svecia cepit religio Christiana incrementa maxima. Rimb. XXVII. 36.

His rite paractis in Svecia, Ansgarius relicto illic Presbytero Eriberto Gautberti nepote, bona Regis cum gratia ad sua revertitur. Rimb. XXIV. 4. Hunc Eribertum Svecicus interpres vocat Heribertum & nepotem facit Anscharii, perperam, quæ res occasionem dedit errandi multis, ut Heribertum primum Lincopensem Episcopum cum hoc confuderint, quamvis nusquam dicat hæc historia Erimbertum abiisse in Gothiam, sed post triennium rediisse in Galliam vix visa nunquam Gothia. Et trium annorum spatio, quo fuit in Svecia, tantæ molis templum qui potuit vel aliqua sui parte exstrui.

Eodem pene tempore Rex Daniæ Ericus I. a propinquis quibusdam suis & piratis regno insidiantibus, una cum plerisque regni primoribus in bello occiditur, cui successit Ericus Junior (Barn dictus) qui Christianæ religioni infensus, impulsu Slesvicensis Comitis Hovi jussit templum Slesvicense claudi, pulso in exilium loci Presbytero. Sed Hovi iste postmodum justas luit impietatis pœnas, amissa nec recuperata unquam Regis gratia. Rex eo pulso legatum misit ad Anscharium, rogans, ut expulsum Presbyterum in priorem locum restitueret, atque ita ipse quoque Regem sibi faventem, adjuvante Burchardo comite, reperit, qui comes utrique Regi, ob propinquitatem generis, gratus. Permisit etiam Ripis templum Christo exstrui, & sacerdotem docere publice. Rimb. XXVIII. toto.

Anscharius diu ante tenuit utrumque Episcopatum Hamburgensem & Bremensem, quam id autoritate sua ratum haberet Pontifex, ut censet Gvaldo XCI. 25. toto triennio, hoc est ab An. 861. Confirmatio enim Pontificis accessit demum Anno 864. d. 1. Junii, ut monstrat ipsum diploma, quod à diversis descriptum legi etiam potest in meo Bullario,

Auto-

Auctoritate Pontificis Nicolai I. adjunctus est Hamburgensi Archiepiscopatui Episcopatus Bremensis, ea lege, ut ipse Anscharius & ei successuri in Archiepiscopali & Apostolici Legati munere, se Hamburgenses non Bremenses Archiepiscopos adpellarent, prohibitumque Coloniensibus Archiepiscopis, ne imposterum quicquam juris sibi arrogarent usurparentve in Episcopatum Bremensem, qui ipsis hactenus fuerat obnoxius, id est, ut vulgus eruditorum loquitur, suffraganeus. Qua de re videsis Diploma Nicolai I. ad hunc annum. Post annos tn. 359. Archiepiscopalis dignitas ad Bremenses translata est: qua de re vid. in Bullario meo anno 1223. An. 864. d. 1. Junii

Postea Gautbertus misit in Sveciam Presbyterum Ansfridum gente Danum, educatum ab Ebbone Remensi Archiepiscopo, quo adpellente in Sveciam, sacerdos Erimbertus inde discessit, qui illic manserat ultra triennium. Rimb. XXIX. I.

Sed Ansfridus cognita morte Gautberti Sveciam reliquit, & paulo post in Corbeja nova decessit morbo Rimb. XXIX. 2.

Post hunc destinavit Ansgarius in Sveciam Presbyterum suum Ragimbertum, qui in via prope Slesvicum a latronibus occisus est. Rimb. XXIX. 4.

Tandem post ipsum mittit Ansgarius Episcopum Rimbertum natione Danum in Sveciam. Rimb. XXIX. qui illic mansit ad tempora Archiepiscopatus Rimberti illius, qui scripsit vitam S. Anscharii, ultra annum Christi 870. Rimb. XXIX, 7.

Circa initium mensis Octobris cepit Anscharius Bremæ ad mortem decumbere, Rimb. XXXIII, 7. & post ægritudinem mensium 4tuor atque aliquot dierum, jugi dysenteria emaciatus, animam pie Deo reddidit. Rimb. XXXIV, 17. An. 868.

Die proxima post festum Purificationis Mariæ, sumpto corporis ac sanguinis JESU Christi supremo viatico, fusisq; ad DEUM multis precibus ac suspiriis pie placideque obdormiit Bremæ, Anno vitæ 64. muneris Archiepiscopalis Apostolicique Legati 34. cui tamen deerant menses 3. & dies 12. Ecclesiarum verò Hamburgensis & Bremensis conjunctarum anno 5. demptis mensibus integris 4. An. 869. d. 3. Febr.

Atque postrema illa duo capita vitæ Anscharii, una cum Diplomatibus Ludovici Pii, Gregorii V. & Nicolai I. Pontificum, basis & fundamentum sunt totius hujus Chronologiæ, quibus innituntur cætera omnia, quæ tradit in vita hac Anscharii cum socio Rimbertus; & speramus Excerpta hæc Chronologica ejus esse certitudinis ac evidentiæ, ut de his rebus certiora in hanc diem tradita sint à nemine.

Plenius hæc omnia persequemur in Historia gentis nostræ Ecclesiastica, lib. 1. post 4. capitibus pluscullis.

Quum hactenus enarrata in hunc se modum habeant, utique errat Petrus Lambecius Hamburgens. Originum p. m. 27. cum secutus Baronium Tom. X. ad Ann. 858. & 865. ita scribit: mortuus est S. Anscharius Bremæ An. P. C. 865. ætatis suæ 64. post electionem ad Archiepiscopatum An. 34. post Bremensis Ecclesiæ & Hamburgensis conjunctionem An. 7. Cum scribere debuerit: Mortuus An. P. C. 869. ætatis 64. Archiepiscopatus 34. post Bremensis Ecclesiæ & Hamburgensis conjunctionem Ann. 5.

Finis Breviarii Chronologici.

HYMNI ET COLLECTÆ VETERES IN MEMORIAM S. ANSCHARII EDITÆ à CLAUDIO ARRHNIO.

UT adpareat quanto in pretio Majoribus nostris (Svecis) *fuerit hic Anscharius, sciendum est, relato in numerum Sanctorum Sacrum fuisse quotannis diem IV. mensis Februarii, quo laudes ejus canebant celebrabantque pleræque per Sveciam Maiores Ecclesiæ. Quo autem ritu Sacrum Divo huic fecerint, discere licebit ex his quæ è veteri MS. libro Bibliothecæ publicæ Upsaliensis, continente legendas, ut vocant, seu vitas quorundam Sanctorum, descripta hic exhibemus: Fuerat autem liber is olim Laurentii Odonis, qui An. Christi. 1377. hoc est, ante annos trecentos jam, erat Lincopensis Ecclesiæ Canonicus.*

Ecce Sacerdos Magnus, *cum cæteris quæ solent Communiter legi in festo Episcopi Confessoris?*

Hymnus.

ANsgari Pater optime,
Errantes nos in devio
Reduc tuo juvamine,
Servans in Christi gremio.
Svecis & Danis gratiæ
Domum fidemque prædicas,
Pugil fortis in acie
Gentes Deo Sanctificas.
Notam facis incredulis
Doctrinam Evangelicam,
Lucem ministrans populis
Ducis in viam cælicam:
Bonus Pastor viriliter
Gregem pascis Dominicum.
Informans ut veraciter
Christum colat magnificum.
Prudens talenta gratiæ
Cum lucri magnitudine
Adduces Regi gloriæ
In pacis pulcritudine.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paracleto
In sempiterna secula.
Amen.

Vers. Amavit eum Dominus & ornavit eum.
Resp. Stola gloriæ induit eum.

Ad Magnificat *Antiphona.*

Ludovicus Imperator
Dirigit Ansgarium
Ut sit Svecis legislator
Docens Evangelium.
Cæli spargit ex thesauro
Veritatis gratiam,
Ex doctrinæ profert auro
Fidei Constantiam.

Collecta. Adesto supplicationibus nostris optime Deus, & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, intercedente beato Ansgario confessore tuo atque Pontifice, consvetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Amen.

Invitatorium.

Summo Regi Supernorum
Jubilemus pariter,
Ejus laudes & Sanctorum
Psallentes Solenniter.

Venite &c.

Hymnus

Hymnus

Vidit puer Anſcharius
Quamdam raptus in Spiritu
Præfulgidam decentius
Cælorum in exercitu.
Ipſam conſtanter credidit
Mariam eſſe virginem
Quæ ſibi mitis edidit
Talem Sermonis ordinem.
Si vis noſtro conſortio
Et noſtra frui gloriâ,
Vitabis omni ſtudio
Jocos & puerilia.
Vanus quivis diſpliceat
Diſcurſus & laſcivia,
Maturus ſis, & ſatiet
Te Chriſti ſapientia.
Nam deteſtamur otia
Contempto vaniloquio:
Virtutum excellentia
Noſtro ſervit ſolatio.
Poſthæc creſcens appetere
Cæpit virtutum fœdera,
Chriſtum ferventer colere
Fide tranſcendens ſidera.
Deo Patri ſit gloria, &c. ut ſup.
Primò Danis inde Svevis
Fidem Chriſti prædicat,
Neç formidat quod gens ſævis
Hæc ſe factis implicat.
Factus frater Monachorum
Per virtutes floruit,
Ad Conventum ſupernorum
Se totus compoſuit.
In ætate juventutis
Crevit cum Anſgario
Decus morum, lux virtutis
Dei benedictio.

Lectio Prima. Beatisſimi Patris Anſcharii religioſa ſanctitas ab ineunte creſcere cœpit ætate, divina gratia largiente, & per ſingula ætatum momenta ſua multiplicavit augmenta. Namque ab infantia ſpiritualibus revelationibus cælitus inſpiratus, & per Domini gratiam ſuperna viſitatione ſæpius eſt admonitus, ut mentem ſuam à terrenis disjungens toto corde cæleſtibus inhiaret. Tu autem &c. Rimb. I. 1. & 2.

Ludovico preces ferunt Rimb. VIII. 1.
Legati de Svecia
Et Doctores ſibi quærunt
Prædicandi gratia.
Doctor mitis
Dei vitis
Offertur Anſcharius
Prædicandi gratia.

††††††††††† *Lectio*

Rimb. XXII,1. *Lectio II.* Beatus autem Ansgarius pro gente Sveonum nimio condolens affectu, eo quod sacerdotis præsentiam non haberent, à Rege Erico petivit auxilium, ut terras illas adire posset, qui benigne promisit hoc per omnia se facturum. Tu autem &c.

Profert verbum vox divina
Radiando cælitus,
Quod procedat in doctrina
Et virtute Spiritus.

Vers. Prævenisti eum in Benedictionibus dulcedinis.
Resp. Et virtute Spiritus.

Rimb. XVII,9.16 & 17. *Lectio III.* Ex quo beatus Pontifex ferventiori Calore Spiritus accensus, quadam nocte raptus in Spiritu, videbatur sibi quod perveniret in mansionem quandam pulcherrimam, ubi vidit quendam in excelso throno sedentem, & sibi dicentem: Audite insulæ, & attendite populi de longe, Dominus ab utero vocavit Te, de ventre Matris tuæ recordatus est nominis tui. Tu autem &c.

Tribulatus ex labore
Bircam tandem attigit,
Quam Rex Bero cum honore
Reverenter colligit.

Vers. Deduxisti eum Domine in via tua.
Resp. Et ingressus est in veritate tua.

Pro paganis convertendis
Fervida devotio
Cor accendit & extendit
In Doctrinæ studio.

Monet sursum inspirando
DEI revelatio,
Quod procedet germinando
Sua prædicatio.

Stans in Birca, per doctrinam
Fideles multiplicat,
Offert pravis medicinam,
Et Christum magnificat

Lectio IV. Et posuit os tuum quasi gladium acutum, in umbra manus suæ protexit te, in pharetra sua abscondit te. Servus meus es tu Israël, quia in te gloriabor. Quo dicto manum dextram cœpit erigere, dicens: Dedi te in lucem gentium, ut illis sis in salutem usque ad extremum terræ. Reges videbunt, & consurgent Principes, & adorabunt Dominum DEUM tuum, & Sanctum Israël qui elegit te. Tu autem &c.

Præfectus Regis inclitus
Fidelis Herigarius
Totus in fide floruit,
Miraculisque enituit
Domum suam magnificat,
Et Templum Deo dedicat
Miraculis.

Hactenus liber ille Laurentii Odonis.

L. B.

Miratus sum sæpe, cur in veteri Calendario Ecclesiastico Upsaliensi, nulla usquam fiat mentio anniversarii festi instituti in memoriam Anscharii; suspicatusque sum, vix id cultus genus olim ipsi tributum fuisse à sacerdotibus Upsaliensibus, sive multitudo cæterorum Sanctorum, quos hic coluere, locum ei non concesserit; sive recentiorum benefactorum æstimatio memoriam veterum obliteraverit, sive alia aliqua causa intermissi ejus honoris fuerit. Certum equidem est, non per omnes Svecici Regni Diœceses, eosdem iisdem diebus & ritibus semper cultos fuisse Sanctos, ut docebo in gentis nostræ Historiâ Ecclesiastica. Nam habuit

habuit Diœcesis qualibet suos quosdam proprios & velut domesticos Sanctos, more Ethnicorum, qui præter Majorum gentium *Divos passim cultos, proprios habuerunt quosdam & peculiares singulis nationibus ac populis, ut ex Lactantio I. 15. & aliis multis liquet. Atque hanc causam movisse Sigismundum Sveciæ ac Poloniæ Regem arbitror, ut ex consilio Doctorum quorundam Sveonum, quos patria pulsos apud se habuit, Romanum Pontificem Clementem VIII. ogaverit, autoritate sua confirmaret, quem Rex ipsi exhibuerat libellum Rituum, ad quorum præscriptum coli publice per omnes Regni hujus provincias deberent Sancti Patroni Sveciæ: quod negotium Romæ, jussu Pontificiis, in Sacra congregatione, tu ipsi appellant, Rituum, per Cæsarem Baronium, & Ptolemæum Comensem, Cardinales, die 8. Januarii Anno 1605. confirmatum est, permissumque, ut liber iste alicubi imprimeretur in Svecia. Sed cum Svecis eisdem minus placerent observationes Baronii, quas ad oram libri manu sua passim adposuerat, quibus per testimonia Scriptorum exterorum, fidem detrahebat his, quæ Sveci, autores libelli, ex ineditis Scriptoribus domesticis de vitis istorum sanctorum adtulerant, impressio ejus intermittitur. Accessit & altera neglectæ impressionis causa, quod non diu post CAROLUS IX. suffragiis omnium hujus Regni ordinum constitutus creatusque Rex, omni obtinendi Regni hujus, pellendaque hinc susceptæ jam purioris Religionis spe Sigismundum excluderet. Post mortem vero incluti Regis Caroli, & Cardinalis Baronii, qui suas ad oram dicti libri additiones deleri vivus non videbatur permissurus, iterum Confirmationem Ritualis istius libri Sanctorum Sveciæ urgebat Rex Sigismundus apud Paulum V. Pontificem, sed ut liceret Baronii adjectas marginibus notas cum imprimeretur omittere, quod jussu Pontificis in eadem congregatione Rob. Bellarminus & Anton. Mar. Gallus Cardinales nominibus sigillisque suis adpositis die 28. Maij anno 1616. permisere. In illo libro, bellissimè extrinsecus ornato, quem ex Archivo Regio mihi utendum dedit Vir. Cl. Dn. Johannes Hadorphius, Collega & ejusdem Archivi Secretarius eximius, in hunc modum festus Anschario dies celebrari præcipitur. Primum, retinentur omnia ea quæ habentur in libro Laurentii Odonis, usque ad Solemnem precationem illam, quæ indigitatur Collectæ nomine, in cujus locum in Rituali illo libro sequens substituitur.*

Oratio.

Exaudi quæsumus Domine preces nostras, quas in beati Ansgarii Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus, & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum JEsum Christum. Amen.

In primo nocturno legantur lectiones de scriptura occurrenti. In secundo Nocturno, Lectio IV.

Religiosa beati Anscharii Galli, primi Svecorum & Gothorum Apostoli sanctitas, ab ineunte, cœpit statim crescere ætate. Nam vix pueriles annos egressus, superna visitatione per quietem monitus, ut mundi illecebras contemneret: mox in Monasterio Corbejensi sancti Benedicti regulam professus, totum se in Dei amorem transfudit, assiduæ orationi, vigiliis & abstinentiæ deditus. Cum autem ad Ludovicum Caroli Magni filium Imperatorem, primo ejus imperii anno, Legati a Rege Sveonum Biorne secundo venissent, qui Christianæ fidei Doctores in Sveciam mitti petebat, beatus Ansgarius instante Imperatore onus prædicandi Evangelium per Aquilonaria regna lubenti animo suscepit, statimque Regis legatos comitatus, ad Regem Biornem in Birca civitate tum maxima agentem cum Vithmaro & aliis sociis venit.

Resp. Inveni David. &c. *Lectio V.*

Ad cujus prædicationem multi Svecorum crediderunt in Christum, & Baptizati sunt. Inter hos præfectus Regis inclytus Heringarius, qui veluti alter Sebastianus, tantum in suscepta fide floruit, ut in æde sua, quam in Ecclesiam consecrari fecerat, Christo assidue serviens, eumque prædicans, miraculorum etiam gloria illustraretur. Svecis ad fidem conversis & baptizatis, multisque apud illos Ecclesiis constructis, Ansgarius ad Danos deinde se contulit, cum regnaret in Dania Ericus cognomento Impius, ubi etiam Evandelium prædicans, de impio Tyranno pium Christi ministrum effecit. Porro cum videret messem esse multam, nec se huic tanto labori sufficere posse, destinavit in suo loco in Sveciam sanctissimum virum Simonem Episcopum, & Nitardum venerabilem Presbyterum, qui Christianam doctrinam induratis hominibus prædicantes, gravissimas persecutiones sustinuerunt, & ad extremum glorioso martyrio vitam suam feliciter consummaverunt. Ipse vero primo Hamburgensem Episcopatum, postea Bremensem Archiepiscopatum administravit, probante id Gregorio Papa IV. Apostolica autoritate pallii concessione, confirmante vero Nicolao Romano Pontifice, qui ipsum ac successores legatos & vicarios Apostolicæ sedis constituit.

Resp. Posui adjutorium &c. ††††††††††† 2 *Lectio*

Lectio VI.

Hujus Pontificiis tanta erat ſanctitas, ut eam Reges honorarent, Paſtores Eccleſiarum magna veneratione colerent, Clerus admiraretur & populus imitaretur univerſus. Miraculorum quoque gratia ſingularis ad gloriam noſtri JEſu Chriſti, & confirmationem fidei inter gentes, eidem a Deo collata fuit. Nam orationibus ſuis, & olei ſacri inunctione plurimos a diverſis moribus & languoribus ſanabat. Unde certatim ad eum confluebant infirmi, medicinam petentes & ſanitatem integram recipientes. Tandem ætate & laboribus fatigatus, anno ætatis ſuæ ſexageſimo quarto, gravi corporis infirmitate per quatuor & amplius menſes plus ſolito laborare cœpit, qua, licet ſic attritus & conſumptus eſſet, ut pene jam de corpore nihil præter nervos & oſſa remaneret, nihilominus tamen in Dei laudibus perſeverans, invictum ab oratione animum non relaxabat: Sicque oculis in cœlum intentus, cum ſediſſet annos triginta quatuor, ſpiritum in manus æterni Patris tradidit Anno Redemptoris octingenteſimo ſexageſimo quinto. Cujus res præclare geſtas Rimbertus ejus Diaconus ſcripſit, & ipſe ſanctitate conſpicuus ejus in ſede ſucceſſor.

Reſp. Iſte eſt qui, &c. *In tertio nocturno Lectio VII.*

Lectio ſancti Evangelii ſecund. Matth. cap. XXV.

In illo tempore dixit JEſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua & reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ Hom 9.

Talenti nomine cuilibet pauperi etiam hoc ipſum deputabitur, quod vel minimum accepit. Alius namque accepit intelligentiam, prædicationis miniſterium debet ex talento: alius terrenam ſubſtantiam accepit, erogationem talenti habet ex rebus: alius nec intelligentiam internorum nec rerum affluentiam accepit, ſed tamen didicit artem, qua paſcitur. Alius nihil horum aſſecutus eſt, ſed tamen fortaſſe locum familiaritatis apud divitem meruit, talentum profecto familiaritatis accepit. Si ergo nil pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur.

Reſp. Poſuit os ſuum Dominus quaſi gladium acutum, in umbra manus ſuæ protexit te. Et poſuit te quaſi ſagittam electam.

Verſ. Ansgari ſervus meus es tu, quia in te gloriabor. Et poſuit te &c.

Lectio VIII.

Habens igitur intellectum, curat omnino ne taceat Habens rerum affluentiam, vigilet, ne miſericordiæ largitate torpeſcat. Habens artem, qua regitur, magnopere ſtudeat, ut uſum atque utilitatem illius cum proximo partiatur. Habens alloquendi locum apud divitem, damnationem pro retento talento timeat, ſi cum valet, non apud eum pro pauperibus intercedat. Tantum quippe ab unoquoque noſtrum venturus judex exigit, quantum dedit. Ut ergo de talenti ſui rationibus redeunte Domino quisque ſecurus ſit, cum timore penſet quotidie quod accepit. Ecce namque jam juxta eſt, ut ille qui peregre profectus eſt, redeat. Quaſi peregre quoque abiit, qui de hac terra, in qua natus eſt, longe diſceſſit. Sed profecto revertitur ut de talentis rationes ponat; quia ſi a bona actione torpeſcimus, de ipſis donis quæ contulit, nos diſtrictius judicat.

Reſp. Anſgari, dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea usque ad extremum terræ. Reges videbunt, & conſurgent Principes, & adorabunt Dominum.

Verſ. Ego elegi te, ut eas, & fructus tuus maneat. Reges videbunt &c. ut prius. Gloria & Patri &c. Reges videbunt &c. ut prius.

Lectio IX.

Conſideremus igitur quæ accipimus, atque in eorum erogatione vigilemus. Nulla nos a ſpirituali opere cura impediat, ne ſi in terra talentum abſconditur, talenti Dominus ad iracundiam provocetur. Piger etenim Servus, cum jam Judex culpas examinat, talentum de terra levat. Quia ſunt plerique qui tunc ſe a terrenis deſideriis, vel operibus ſubtrahunt, quando jam per animadverſionem judicis ad æternum ſupplicium trahuntur. Ante ergo de talenti noſtri ponenda ratione vigilemus ut cum jam judex ad feriendũ imminet, lucrum nos quod fecimus, excuſet

Te DEUM laudamus &c.

Ab Benedictus *Antiphona.*

Lauguidorum multitudo
Suis ſanctis precibus
Surgit ſana, fortitudo
Daturque debilibus:
Infirmantes apportantur
Ex diverſis Partibus,
Omnes Chriſtum confitentur,
Reſtitutis viribus.

In ſecundis veſperis

Ad Magnificat *Antiphona.*

In extremo terræ ſita
Sveonum regio
In errorum ſorde trita
Traditur Anſgario,
Per doctrinam utpolita
Fiat habitatio
Chriſto, qui eſt lux & vita
Summaque perfectio.



PETRI LAMBECII
ORIGINES HAMBURGENSES
SIVE
RERUM HAMBURGENSIUM LIBER
PRIMUS AB URBE CONDITA USQUE AD ANNUM CHRISTI cIↄ cc xxv.

RES Patriæ meæ ſcribere aggredior: quas nempe origines habuerit, quomodo & ſub qvibus principibus creverit, quam variam belli & pacis tempore experta fuerit fortunam, & qvâ viâ demum in plenam ſe vindicaverit libertatem, & ad præſentem amplitudinem, opulentiam atqve dignitatem aſcenderit. Fateor eqvidem hæc qvæ narraturus ſum, Alexandri Magni victoriis, aut triumphis Romanorum non eſſe æqviparanda: attamen neqve adeò tenuia ſunt & abjecta, qvin legi mereantur, & Lectorem erudire pariter & delectare posſint. Sanè ſi vitæ privatorum hominum, qvi ſuis virtutibus inclaruerunt, cum ſummâ diligentiâ memoriæ conſignantur, iniqvum foret, oblivioni tradi natales, incrementa & fortunas nobilisſimæ urbis, qvæ toti ſeptentrionali regioni Chriſtianam religionem olim diſtribuit, & genero- 2.
sâ ſtrenuitate prudentiqve Reipublicæ adminiſtratione eo ſe provexit, ut nunc ad invidiam usqve floreat. Incipiam igitur propoſitum opus, & qvicqvid ad Hamburgenſem hiſtoriam pertinens, tam ex editis qvam ſcriptis monumentis ſelegi, convenienti brevitate & debitâ fide referam. Primo autem hoc, qvem *Origines* inſcripſi, libro, exponere mihi conſilium eſt res inde ab urbe conditâ usqve ad annum Chriſti milleſimum ducenteſimum vigeſimum qvintum: qvo temporis ſpatio urbs variis & gravisſimis vexata excidiis, direptionibus, incendiis, & ſæpius inſtaurata eſt. Neqve dubito, qvin legentium plerisqve primæ hæ origines minus ſint præbituræ voluptatis, feſtinantibus ad illa, qvorum & auguſtior eſt commemoratio & memoria recentior. Ego vero ſic exiſtimo, non poſſe qvenqvam de præſenti noſtrarum rerum ſtatu rectè judicare, niſi, qvâ ratione paulatim tales evaſerint, inde ab ipſis earum primordiis repetat. Cæterum ſive ſuſceptum munus feliciter expediero, ſive non, amore ſaltem erga patriam labor meus, qvaliscunqve fuerit, laudem impetrabit aut veniam.

A.C. 808. Jam primum omnium certò conſtat, fuiſſe urbem noſtram alterum de duobus iſtis caſtellis, qvæ (1.) Eginhartus refert Imperatorem Carolum Magnum anno P.C. octingenteſimo octavo per legatos ſuos in Albis fluvii ripâ contra Sclavorum incurſiones extrui 3.
A.C. 810. & præſidio firmari curaſſe. (2.) Et legato qvidem, qvi Hamburgenſe condidit * caſtellum, nomen fuiſſe Odoni: præſidium vero illi impoſitum ex Orientalium Saxonum

(1.) Eginhart. Annal. ann. 808.
(2.) Eginhart. Annal. ann. 810.
* Caſtellum hoc, qvod ab Odone Hamburgi exſtructum fuit, ſitum fuiſſe exiſtimo ab auſtrali parte templi Cathedralis in eodem, ut opinor, loco, ubi deinde anno circiter milleſimo trigeſimo ſexto ab Achiepiſcopo Bezelino ingens Palatium Archiepiſcopale, turribus & propugnaculis communitum, extructum eſt. Plura hac de re vide infra ubi agitur de temporibus Archiepiſcopi Bezelini.

manu constitisse. (3.) Secundo post anno castellum à Wilsis Sclavorum gente captum & eversum, & (4.) subseqventi octingentesimo undecimo ab Imperatore Carolo fuisse restauratum. A.C. 811. Ipsa adeò verba, qvibus id probatissimus ejus ævi Scriptor Eginhartus memoriæ tradidit hæc sunt: *Anno,* inqvit, *octingentesimo octavo Imperator Carolus, ædificatis per Legatos suos super Albim fluvium duobus castellis præsidioqve in eis contra Sclavorum incursiones disposito, Aqvisgrani hyemavit. Anno octingentesimo decimo Castellum nomine Hochbuchi Albi flumini contiguum, in qvo Odo Legatus Imperatoris & Orientalium Saxonum erat præsidium à Wilsis captum est. Anno octingentesimo undecimo unum exercitum Imperator trans Albim in Hilinones misit, qvi & ipsos vastavit, & castellum Hochbuchi, superiore anno à Wilsis destructum, in ripa Albis fluminis restauravit.* Hæc Eginhartus, *Hochbuchi* autem vel *Hochburi* Wandalicâ, (5.) ut qvidam putant, lingvâ Hamburgum eâ tempestate vocatum fuisse, testatur
4. Albertus Stadensis his verbis: *Anno,* inqvit, *octingentesimo decimo castellum qvoqve Hochburi, qvod nunc Hamburg dicitur, Albiæ appositum, in qvo vico Legatus Imperatoris erat, à Wilsis captum est.* Item paulo post: *Anno,* inqvit, *octingentesimo undecimo Imperator habito placito generali unum exercitum misit trans Albim, & Liniones vastavit, & Castellum Hochburi, nunc dictum Hamburg, restauravit.* His igitur Alberti Stadensis & Eginharti testimoniis neqve antiqvius qvicqvam neqve certius de origine urbis Hamburgensis in ullis fidei & vetustatis probatæ monumentis reperiri arbitror. (6.) Nam qvod aliqvi tradiderunt, Carolum Magnum, cum olim transalbinam Saxoniam cum exercitu invaderet, unicum in Albis ripâ reperisse oppidum Hamburgum, in eoqve Jovis Hammonis fanum ac statuam cum aliis duodecim Deorum ac totidem Dearum simulacris subvertisse, id omne fabulosum esse & commentitium, cum res ipsa satis indicat, tum jampridem nos docuit præclarum superioris seculi & patriæ nostræ lumen Albertus Crantzius. (7.) Fuere etiam, qvi crediderunt, Hamburgum eandem esse urbem, qvam (8.) Ptolemæus *Trevam* appellat, qvod scilicet ad Albim sub eadem Cœli inclinatione, qvâ nunc Hamburgum, sita fuerit. Et qvanqvam novum non sit, non civitatum modo, sed integrarum etiam regionum no-
5. mina longinqvitate temporis immutari, qvia tamen hæc qvoqve opinio nullis veterum auctorum testimoniis stabilita est, neqve aliis satis probabilibus argumentis, æqve eam atque superius illud de Hammonii templi destructione figmentum rejiciendam esse censeo. Id qvoqve, qvod (9.) alii qvidam memorant, Albionem, qvi una cum Widekindo Ann. 785. Carolo Magno se dedidit, Nordalbingiæ, sive Holsatiæ, Stormariæ, & Ditmarsiæ fuisse principem, & donec hæ regiones in poteſtatem Francorum devenerunt, etiam Hamburgum tenuisse, & Christianam, qvam ipse susceperat, religionem ibi introduxisse, id qvoqve, inqvam, ex parte falsum, ex parte meris conjecturis suffultum est. Jam à principio enim satis constat, Nordalbingiæ nec dum à Francis devictæ imperium non penes unum aliqvem perpetuum & hæreditarium principem fuisse, sed uti in reliqva omni Saxonia, ita etiam hic Respublica à *Senatu* simul & *populo* administrabatur, qvod est, ut ego interpretor, partim ab optimatibus, *quibus,* ut (1.) Tacitus ait, *insignis nobilitas aut magna Patrum merita principum dignationem assignaverant,* partim & à plebe. Diserte id testatur (2.) Eginhartus in actis anni 777. *Cum,* inqvit, *in Saxoniam Carolus pervenisset, totum perfidæ gentis senatum ac populum, qvem ad se venire jusserat, morigeram ac fallaciter sibi devotam*
6. *invenit.* Pacis qvidem tempore antiqvissimam reipublicæ Germaniæ formam, inde à temporibus Taciti usqve ad Caroli Magni ætatem ibi obtinuisse, jampridem à doctissimis viris abunde demonstratum est: nempe ab uno aliqvo ex optimatibus & non nullis ex ingenua plebe delectis assessoribus per pagos vicosqve jus redditum fuisse. Hujus vero magistratus electio vel abdicatio, tum etiam indictio tributi, legum publicarum sanctio vel abrogatio, belli & pacis arbitrium, & ejus generis alia ad solenne universi populi concilium pertinebant. Imminente autem bello, si qvidem illud vel solis Westfalis, vel Angariis seu Angaris, vel orientalibus populis sive Ostfalis, vel Transalbinis gerendum erat, ab ea, cui harum gentium bellandum erat, ex optimatibus aliqvis, qvi promptus, qvi conspicuus, Dux consensu omnium creabatur, *certis terminis exercitus congregandi potestate contentus* (3.) *Si autem universale bellum ingrueret* (verba hæc sunt Widekindi Saxo-

(3.) Eginhart. Annal. ann. 810.
Albert. Stad. Chron. ann. 810.
(4.) Eginhart. Annal. ann. 811.
Alb. Stad. Chron. ann. 811.
(5.) Hermann Langenbecius in præfat. ad antiqvum jus civile Hamburgensium.
(6.) Albert. Crantzius, Saxon. l. 2. c. 16. Metrop. l. 1. c. 12.
(7.) Bilibaldus Birkamerus in Ptolem.
(8.) Ptolem. Geograph. l. 2. cap. 11.
(9.) Albert. Crantz. Metrop. l. 1. c. 12. Chytræus Chron. Sax. lib. 2. Adam Thracig. Chron. Hamb. Manuscriptum.
(1.) Tacitus de moribus Germanorum.
(2.) Eginhart annl. ann. 777.
(3.) Widekindus monachus Corbejens. lib. 1.

Saxonicarum rerum Scriptoris antiquisſimi) *forte eligebatur, cui omnes obedire oportuit, ad*
adminiſtrandum imminens bellum. Qvo peracto aqvo jure ac lege propria contentus poteſtate
unusqviſq; vivebat. Widekindo igitur & Albioni non eo ſenſu *Ducum* appellatio tributa
fuit, qvod libera & infinita poteſtate Saxonibus perpetuum imperârint, ſed qvia exerci-
tus tantum fuere præfecti temporarii. Hinc Eginhartus Widekindum in actis anni 777. 7.
non (4) *Regem* vel *Principem*, ſed tantum *unum è primoribus Weſtfalorum* appellat; (5) *Cun-*
cti, inqvit, *ad Carolum venerunt præter Widekindum unum è primoribus Weſtfalorum, qvi mul-*
torum ſibi facinorum conſcius, & ob id Regem veritus, ad Sigfridum Danorum Regem profuge-
rat. Eundem titulum tribuit tam Albioni qvam Widekindo vetus Poeta Saxo in An-
nalibus geſtorum Caroli Magni;

(6) *Tum* inqvit, *ubi comperérat Widekindum jam memoratum,*
Abbonemqve ſimul, qvi de majoribus ejus
Gentis erant, memores ſcelerum latitare ſuorum:

In qvibus verſibus id qvoqve notandum eſt, Albionem vocari *Abbonem*: * neqve dubito,
qvin verum hoc & genuinum ejus nomen fuerit. Cæterum ego qvidem hujus Abbo-
nis nusqvam mihi notavi in antiqvis monumentis mentionem fieri, niſi in actis anni
785. ubi eum, deſperatis rebus, una cum Widekindo in Tranſalbinam Saxoniam confu-
giſſe legimus, atqve ibi, (7.) ut ait vetus Poeta Saxo, *memorem ſcelerum latitaſſe ſuorum.* (8.)
Qvod vero recentiores illi ſcriptores tradunt, ipſum Tranſalbinam Saxoniam tanqvam
ſupremum principem poſſediſſe, id nullo modo inde poteſt colligi. Qvod ſi qvis hanc
rem ita, uti dixi, ſe habere dubitat, is ipſa hæc (9.) Eginharti verba, quibus ea de re agit,
examinet: *Ac peractis iis,* inquit, *qvæ ad conventus illius rationem pertinebant in pagum nomine* 8.
Bardengau proficiſcitur, ibiq; audiens Widekindum & Albionem eſſe in Tranſalbiana Saxonum re-
gione, primo eis per Saxones, ut omiſſa perfidia ad ſuam fidem venire non ambigerent, ſuadere
cœpit. Cumqve ipſi facinorum ſuorum ſibi conſcii, regis fidei ſe committere dubitarent, tandem
accepta ab eo, qvam optabant impunitatis ſponſione, atqve impetratis, qvos ſibi dari precaban-
tur, ſuæ ſalutis obſidibus, qvos eis Amaluinus unus aulicorum à Rege miſſus adduxerat, cum eo-
dem ad ejus præſentiam in Attiniaco villa venerunt, atqve ibi baptizati ſunt. Et hæc ad
confutandum ea, qvæ de Albionis in Transalbionos Saxones imperio à re-
centioribus hiſtoricis ſcripta ſunt, in præſens ſufficiant. (1.) Qvod porro ajunt,
Hamburgum jam tunc, cum Albion Carolo nec dum ſe dederat, conditum fuiſſe,
& ipſius ſtudio Chriſtianam accepiſſe religionem, neqve hujus rei vel vola vel veſtigium
in antiquis ullis & fide dignis monumentis apparet. Urbes profectò munitas Saxonia
noſtra, anteqvam à Carolo Magno fuit debellata, non habuit, ſed hac etiam in re anti-
qvum retinuit Germanorum morem, qvi aperta colebant loca, & *mœnibus cincta oppida,*
(2.) *tanqvam munimenta ſervitii &* (3.) *circumdata retibus luſtra declinabant.* Qvare ſi conſta-
ret, jam ea tempeſtate locum, ubi nunc urbs noſtra ſita eſt, Tranſalbinorum Saxonum
fuiſſe ſedem, iſtius modi crederem fuiſſe *domorum congregationem non clauſam*, quam (4.)
Luitprandus *à Germanis burgum* ait *vocari.* Verum enim verò & hac cum cæteris, quas 9.
A.C. jam confutavi fabulis, in medium relicta conjectura, ad veram & certam rerum noſtræ
811. urbis narrationem revertamur. Cum igitur Anno octingenteſimo undecimo, ut ſupra
retuli, à Carolo Magno Hamburgum reſtauraretur, tum primum & nomen & formam ur-
bis accepit. Qva etiam tempeſtate Imperator primum ibi templum (5.) *in honorem Chriſti*
Salvatoris & beatiſsimæ matris ejus Mariæ exſtruxit, qvod per (6.) Amalharium Galliæ qven-
dam Epiſcopum curavit conſecrari, ejusqve curam Heridago præclaræ ſanctitatis Presby-
tero demandavit. Sed qvo magis hæc, qvæ dixi, fidem inveniant, ipſa (7.) Adami Bre-
menſis & (8.) Helmoldi verba, ſuper ea re adſcribam: *Qvo tempore,* inqviunt, *Sclavorum*
qvoqve gentes Francorum imperio ſubjicerentur, Carolus Hammaburg civitatem Nordalbingo-
rum extructâ ibidem Eccleſia Heridago cuidam ſancto viro, qvem loci Epiſcopum deſignavit, ad
regendum commiſit. Ex quibus verbis uti Hamburgum jam tunc *civitatis* ſeu urbis titulum

 geſtaſſe

(4) Albert. Crantz. Metrop. l. 1. c. 9.
(5) Eginh. Annal. ann. 777.
(6) Vetus Poeta Saxo. de geſtis Caroli M. ann. 785.
* Sic & Abbo Floriacenſis nonnullis ſcriptoribus perperam vocatur Albo, ut notat Voſſ. de Hiſt. Lat. l. 2. c. 41.
(7.) Vetus Poeta Saxo de geſtis Caroli M. an. 785.
(8.) Albert. Crantz. Metrop. l. 1. c. 12. Chytræus Chron. Sax. l. 2. Adam Thraciger.
(9.) Eginh. Annal. ann. 785.

(1.) Albert. Crantz. Metrop. l. 1. c. 12.
(2.) Tacitus l. 4. Hiſtor.
(3.) Ammian. Marcel. l. 16. c. 3.
(4.) Luitprandus l. 3. c. 12.
(5.) Diploma Gregorii IV. Papæ de confirmatione S. Anſcharii.
(6.) Vitæ S. Anſcharii à S. Remberto ſcripta. Privilegium Eccleſiæ Hamburgenſi à Lud. Pio conceſſum.
(7.) Adam Brem. l. 1. c. 12.
(8). Helmold. l. 1. c. 3.

gestasse apparet: itaqvoqve minime dubium est, per illud tempus, qvo Sclavorum gen-
tes à Francis subjugatos & Ecclesiam Hamburgensem fundatam memorant, annum si-
10 gnificari octingentesimum undecimum. *Tum enim* (9) ut Eginhartus in ejus anni actis
refert, *primores Sclavorum circa Danubium habitantium à ducibus copiarum, qvæ in Pannoniam
missæ fuerant, ad præsentiam Principis Caroli venire jussi sunt.* Idem multo etiam magis
confirmatur (1.) privilegio à Ludovico Pio Ecclesiæ Hamburgensi concesso, ubi eam He-
ridago commissam legimus, tunc cum Transalbini Saxones, qvos ob nimiam rebellio-
nem Carolus (2.) anno 804. in Franciam traduxerat, septimo demum exilii sui anno, qui
Christi est octingentesimus undecimus, per missu ejusdem Imperatoris in patriam remi-
grarent. Ipsa Privilegii verba hæc sunt: *Unde postqvam terram Transalbianorum, laxata
captivitate, qvam, ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis patratam, per septennium
passi sunt, ne locus ille à barbaris invaderetur, Ekeberto comiti restituere præceperat, non jam
vicinis Episcopis committere voluit. Sed ne qvisqvam eorum hanc sibi deinceps parochiam vin-
dicaret, ex remotis Galliæ partibus qvendam Episcopum Amalarium nomine direxit, qvi primiti-
vam Ecclesiam ibidem consecraret. Postmodum vero captivis optatam ad patriam undiqve con-
fluentibus, eandem parochiam cuidam presbytero Heridag nomine specialiter commendavit.* (3.)
Cæterum destinabat etiam Imperator Carolus Hamburgi erigere sedem Archiepiscopa-
11 lem: nempe ut inde in Daniam, Suediam, Norwegiam, & cæteras Septentrionales re-
giones Episcopi ablegarentur, qvi Christianam ibi propagarent religionem: aliis autem
impeditus negotiis & præventus morte, voluntatis suæ executorem reliqvit filium suum A.C.
& Imperii hæredem Ludovicum Pium. Verum anteqvam ulterius progrediar, necesse 814.
videtur paucis agere de nomine & situ urbis. (4.) Sunt, qvi Hamburgum denomina-
tum esse putant ab Hammone Lybico, qvem antiqvitus ibi cultum fuisse opinantur. Ad
qvam Etymologiam alludit Conradus Celtes his verbis:

Inde ad Cimbriacum tendit Chersonesum,
Ad cujus surgit pulchra ostia Cimbrica qvondam,
Sed nunc Hammonis nomine dicta polis.

(5) Alii, & inprimis Albertus Crantzius memorant, Saxones olim cum Danis diutur-
num gessisse bellum, cumque frequentibus præliis uterque populus gravissimè affige-
retur, convenisse tandem inter illos, ut duo viri eligerentur, qvorum singulari certami-
ni fortuna finisqve belli permitteretur; & è Danis qvidem Starcaterum inusitatæ magni-
tudinis hominem, è Saxonibus vero pugilem exercitatissimum appellatum Hamam ei
rei fuisse destinatos, eosqve ibi, ubi nunc urbs sita est, manus conseruisse, & ad perpetuam
12 illius pugnæ memoriam ex victo & occiso *Hama* urbem postea illic conditam nomen ac-
cepisse. Alii alias effinxere originationes non minus ineptas qvam falsas: ut Joannes
Goropius Becanus, qvi rationem nominis derivat à vocabulo Germanico *Hamme*, qvod
significat pernas salitas & fumo siccatas. Cisnerus autem in præfatione ad Saxoniam
Crantzii Hamburgum dictum esse putat à retibus piscatoriis, qvæ Germanico idiomate
Hamen vocantur. Caspar Peucerus Hamburgum olim *Gambrivium* appellatum esse cre-
dit, qvod verisimile sit, Gambrivios antiqvissimos Germaniæ populos eam habitavisse
regionem. Auctor Chronici veteris Marchiæ Hamburgum vocatum putat ab idolo qvo-
dam Teutonico, cui nomen fuisse ait *Hamagi* vel *Hama magni*. Sed ut dixi, omnes istæ
originationes falsæ sunt & nullius momenti. (6.) Id autem verissimum est, *Hamburgum*
sive, ut in antiqvis monumentis scriptum reperitur, *Hammenburgum* urbem esse appel-
latam à sylva qvadam vicina vocabulo antiqvo Saxonico dicta *Hamme*; cujus major pars,
qvamvis jampridem fuerit excisa, supersunt tamen hodieqve ejus reliqviæ, & qvarta tan-
tum milliarii Germanici parte ab urbe distant. Pagus etiam ibidem demortuæ sylvæ lo-
co ædificatus pristinum nomen *Hamme* retinet. Sed qvod paulò anteà dixi, Hamme esse
13 vetus vocabulum Saxonicum, eoqve significari sylvam, satis hoc confirmatur argumen-
to, qvod etiamnum in Dietmarsiâ duæ extant sylvæ, qvarum una ad austrum sita voca-
tur *Suderhamme*, altera versus Septentrionem *Norderhamme*. Hamburgum igitur inter-
pretari licet *Castellum Sylvestre*, hoc est, juxta sylvam, vel in loco sylvestri exstructum.
Neqve hoc loco prætermittendum est, qvod (7.) Albertus Stadensis memoriæ prodidit,
Ham-

(9.) Eginhart. Annal. ann. 811.
(1.) Hoc privilegium extat in Syntagmate Scriptorum rerum Germanicarum Septentrionalium Erpoldi Lindenbrogii.
(2.) Eginh. Annal. ann. 804.
(3.) Adam Brem. l. 1. c. 12. Helmol. l. 1. c. 3. S. Rembert. in vita S. Anscharii & alii.
(4) Crantz. Saxon. l. 2. cap. 16.
(5.) Crantz. lib. 1. c. 11. Saxo Gramm. Hist. Dan. l. 6.
(6.) Tracig. & Erpoldus Lindenbrog. in vita Carol. M.
(7.) Albert. Stad. Chron. an. 810. & 811.

Hamburgum olim *Hochburi*, vocatum fuiſſe. (8.) In Eginharti qvidem annalibus, unde
is hoc deſumſit, non *Hochburi*, ſed *Hochbuchi* & *Hochboki* legitur. Hermannus vero Lan-
genbecius, qvi centum ſexaginta adhinc annis Conſulari poteſtate urbi noſtræ præfuit,
in præfatione ad vetus noſtrum jus civile pro *Hochburi* ſcribendum eſſe cenſet *Bochburi*,
idqve ait Wandalicâ linguâ ſignificaſſe *civitatem Dei*. Hujus autem denominationis hanc
fuiſſe cauſam, qvod Deorum maximus Hammon antiqvitus ibi coleretur. Mihi ſanè id
magis probatur, qvod refert author (9.) antiqvæ fabulæ de innumeris Chriſtianis tempore
Ludovici Pii cum Benedicto Papa Hamburgi occiſis, urbi noſtræ nomen tum fuiſſe *Buch-
borch*. Multo enim hoc ſuperioribus illis ſignificantius eſt vocabulum. Hactenus de
nomine Urbis. Sita autem illa eſt ad fauces Cimbricæ Cherſoneſi in ultimâ Saxoniæ par-
te, qvæ ab (1.) Alberto Stadenſi *Transalbia*, ab (2.) Eginharto *Transalbiana Saxonum regio*, 14
à pleriſqve verò antiqvis auctoribus *Nordalbingia* appellatur: qvippe qvæ trans Albim in
Septentrionem protenditur. Hac re paſſim (3.) in antiqvis monumentis Hamburgum vo-
catur *ſedes & civitas Nordalbingorum*. Dividitur autem Nordalbingia ſive Transalbina
Saxonia, uti olim, ita etiam nunc in tres regiones; nempe *Holſatiam*, quæ vulgo *Holſte-
nia* dicitur, *Stormariam* & *Ditmarſiam*. Diſertis verbis hoc teſtatur (4) Adamus Bremenſis:
Transalbinorum Saxonum, inquit, *tres ſunt populi. Primi ad oceanum Thiatmarsgoi* (vulgò
Dietmarſi) *& eorum Eccleſia Mildinthorp* (vulgò Meldorp) *Secundi Holzati dicti à ſylvis, qvas
accolunt. Eos Sturia flumen interfluit: qvorum Eccleſia Sconenfeld. Tertii, qui & nobiliores,
Sturmarii dicuntur* (nunc vocantur Stormari) *eò qvod ſeditionibus illa gens frequenter agitur.
Inter qvos metropolis Hammaburg caput extollit.* Hæc ille. (5) Et qvod qvidem Hambur-
gum in Stormaria ſitum eſſe ait, id veriſſimum eſt. In eo autem fallitur, qvod *Sturma-
rios* ſive *Stormaros* à crebris ſeditionibus nomen accepiſſe opinatur. Revera enim Stor-
maria, vel potius *Stormarca*, hæc regio dicitur à *Sturia*, ſive ut nunc appellatur, *Storn* flu-
vio, qvi ab Holſatia eam ſeparat, & prope Gluckſtadium in Albim influit. Cæterum ab
oceano qvidem Septentrionali ſeu Germanico (6) octodecim milliaribus germanicis 15
Hamburgum diſtat, ſed per Albim fluvium ei conjungitur; Qvippe qvi ex Bohemia huc
deſcendens, alveo deinde ampliſſimo in mare delabitur, & ſingulis ſex horis viciſſatim
affluit refluitqve. Verum hâc de re alias, ubi res poſtulabit, prolixius agemus: Nunc
unde digreſſi ſumus, eò revertamur. Cum igitur Ludovicus Pius Imperii adminiſtra-
A.C. tionem ſuſcepiſſet cogitata Patris religioſiſſimè perfecit, (7.) & Hamburgi inſtituit Archi-
833. epiſcopatum Anno P.C. 833. ſubjiciens ei univerſam Nordalbingorum Eccleſiam, omnes-
que ſeptentrionales populos, qvi necdum Chriſtianam Religionem agnoverant (8) Mox
etiam ſummus Pontifex Gregorius IV. auctoritate ſuâ illum confirmavit. Primus autem
ad Archiepiſcopalem dignitatem electus eſt S. Anſcharius, Monachus Benedictinus cœ-
nobii Corbejenſis, qvi à Drogone Metenſi Epiſcopo & fratre germano Ludovici Impe-
ratoris ſolenniter conſecratus eſt, præſentibus Archiepiſcopis Ebbone Rhemenſi, Hed-
do Trevirenſi, & Odgario Moguntino & aliis aliqvot Epiſcopis. Pallium autem Ar-
chiepiſcopale & dignitatem ſedis Apoſtolicæ legati ad ſeptentrionales populos accepit
Romæ à Papa Gregorio IV. in Eccleſia Vaticanâ S. Petri Apoſtoli. Exinde Hamburgum
venit, & qvemadmodum jurejurando Romæ Deo promiſerat, Chriſtianam religionem o-
C.A. mni ſtudio promovit. (9) Præfecturam urbis tunc habebat *Vir illuſtris Comes Bernarius*,
845. qvi cum forte (1.) anno 845. qvam neſcio ob cauſam, longius inde diſceſſiſſet, Dani ſive 16
Normanni arrepta hac occaſione, fretiqve diſcordia filiorum Ludovici Pii, qvos poſt mor-
tem patris cupido imperandi in mutuam armaverat ruinam, claſſe piratica noctu per Al-
bim ſubvecti ſunt, & Hamburgum ex improviſo invaſere, adeò ut cives priusqvam ad

 reſi-

(8.) Eginh. Annal. ann. 810. & 811.
(9.) Hæc fabula, qvæ ab Alberto Crantzio Metrop. l. 3. c. 21. & alibi confutata eſt, extat inter vitas ſanctorum Martyrum Saxonicâ linguâ ſcriptas & abhinc centum qvinqvaginta annis impreſſas in folio.
(1.) Albert. Stad. Chron. ann. 785.
(2.) Eginh. Annal. an. 785.
(3.) Privilegia à PP. Gregorio IV. & Nicolao I. Eccleſiæ, Hamburg. conceſſa. Adam. Brem. l. 1. c. 12. Helmol. lib. 1. c. 3.
(4.) Adam. Brem. l. 2. c. 8.
(5.) Adam. Brem. l. 3. c. 27.
(6.) Vide Privilegium de Altari portatili in turri Novi operis à Papa Bonifacio VIII. anno 1291. Hamburgenſibus conceſſum.
(7.) Helmol. l. 1. c. 4. Antiqv. Anon. Auctor. Annal. Sclav. an. 833. Adam. Brem. l. 1. c. 17. Privileg. Eccleſ. Hamb. Albert. Stadenſ.
(8.) Papæ Gregorii IV. Diploma de Confirmatione S. Anſcharii extat in Volumine rerum Germ. ſeptentrion. Erp. Lindenbr.
(9.) S. Rhembert. in Vita S. Anſch. c. 34. Adam. Brem. l. 1. c. 21. Helmol. l. 1. c. 5. Albert. Stad. Chron. ann. 840. Gualdo in Vita S. Anſchar.
(1.) Annales Francorum Metenſes.

resistendum hostibus concurrerent, se agnoscerent victos, & S. Anschario cum sanctorum aliqvot martyrum reliqviis vix effugiendi tempus relinqueretur. Qvicqvid igitur Christiani nominis ibi degebat vel trucidatum est, vel in captivitatem abductum exceptis admodum paucis, qui fugâ hostium manibus evaserunt. Tota verò urbs cum suburbio incendio disperiit, &, cum antea, ut (2.) Adamus Bremensis, (3.) Helmoldus & (4.) alii diserte testantur, *inclyta & totius Saxoniæ transalbinæ primaria civitas fuisset*, multo dehinc tempore ignobilis jacuit & variis subinde casibus turbata, pristinum splendorem & potentiam recuperare non potuit. Præ cunctis autem cæteris rebus, quæ hac urbis vastatione perierunt, vehementer atqve nominatim lugent ejus seculi scriptores combustionem magnificentissimi templi à S. Anschario exstructi: tum etiam monasterii amplissimi,
17. qvod ei adjunctum erat: & bibliothecæ omni librorum genere instructissimæ, qvam ipse Imperator Ludovicus Pius S. Anschario donaverat. Sed qvo ad cognoscendum antiqvissimum urbis nostræ statum, omnia illustria magis magisqve in aperto sint, operæ pretium est, ipsa adeò audire verba, qvibus æqvalis temporum illorum (5.) S. Rembertus in vita S. Anscharii excidium hoc describit: *Cum hæc*, inqvit, *in utraq; parte laudabiliter & Deo dignè agerentur, contigit ex improviso Piratas advenientes Hammaburgensem civitatem navigio circumdedisse. Quod cum inopinatè & subitaneè accidisset, spacium non fuit Pagenses congregandi; Qvippe cum & Comes, qvi eo tempore præfecturam loci illius tenebat Vir illustris Bernarius tunc deesset. Dominus verò Episcopus ibi positus, cum his qui aderant in urbe ipsa vel in suburbio manentibus, primo qvidem audito adventu eorum, locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium. Sed implentibus Paganis & civitate jam obsessâ, cum eis resisti non posse conspexit, qvomodo pignora Sanctarum reliqviarum asportarentur præparavit. Sicq; ipse, clericis suis huc illucq; fuga dispersis etiam sine cappa sua vix evasit. Populi qvoqve ex loco ipso exeuntes & hac illacq; palantes, plurimis aufugientibus, quidam capti, pleriq; etiam perempti sunt. Deniq; hostes arreptâ civitate, & omnibus, qvæ in eâ vel in vico proximo erant, spoliatis, cum vespertino tempore eo adventassent, noctem ipsam cum seqventi die & nocte ibi con-*
18. *sederunt. Sicq; succensis omnibus ac direptis egressi sunt. Ibi Ecclesia miro opere magisterio Domini Episcopi constructa una cum claustro monasterii mirifice composita igni succensa est. Ibi Bibliotheca, qvam Serenissimus jam memoratus Imperator eidem Patri nostro contulerat optimè conscripta una cum plurimis aliis libris igni disperiit. Sicqve omnia, qvæ inibi aut in Ecclesiasticis ministeriis aut in aliis thesauris & facultatibus habuerat, aut deprædatione, aut igne, aut hostili impetu direpta sunt, ut quasi nudum eum dimiserint; qvippe cum penè nihil exinde prius elatum sit, nec tunc qvidem aliqvid subventum, nisi qvod qvisqve fugiens casu arreptum forsan exportare potuit.* Hæc Rembertus. Qvibus addere haud inconveniens erit ejusdem rei narrationem ex vita S. Anscharii, quam tempore Imp. Henrici IV. hexametris versibus composuit, (6.) Gualdo Monachus Corbeiensis. Atqve ibi capite 35. hæc leguntur:

Ergo Deo digne gereret cum præsul uterqve,
Hammaburgensem piratas contigit urbem
Ex improviso multo valasse liburno.
Ad propugnandum cogimanus indigenarum
Plurima non potuit, spatium properantia rupit
Istis terrifico vallantis mœnia giro.
Non erat obsessis arcere pericula mortis
Virtus, cum Præses Bernarius urbis abesset.
Urbe Pater positus primi terrore tumultus
19. *Tentavit retinere locum, sed barbara murum*
Ut vis irrupit, formido suprema coegit
Cedere. Vix tandem rapiens sacra pignora secum,
Integer evasit, cappam tamen hostis ademit.
Cessit uti Laicus fugiendo per avia clerus
Et qvidam capti, pleriqve fuere perempti.

At

(2.) Adam. Brem. l. 1. c. 21.
(3.) Helmol. l. 1. c. 5.
(4.) Albert. Stad. Chron. ann. 840. S. Rembert. in Vita S. Anscharii Privileg. Eccl. Hamb.
(5.) S. Rembert in Vita S. Anschar. cap. 34.
(6.) Gualdo Monachus Corbeiens. in Vita S. Anschar. cap. 35.

At fera barbaries totam diffusa per urbem,
Postqvam congessit gazam, biduumq; peregit,
Ædibus incensis discessit onusta rapinis
Hoc domus Ecclesiæ claustrumq; flagravit ab igne,
Et cultus alii flammis arsere libelli.

Jam vero (7.) Adamus Bremensis hanc urbis vastationem paulo strictius narrat his verbis: *Interea Nordmanni, piraticis excursionibus usq; qvaqve degrassati, Fresones tributo subjiciunt. Eodem tempore per Rhenum vecti, Coloniam obsederunt; per Albiam verò Hammaburg incenderunt. Inclyta civitas tota aut prædâ aut incendio disperiit. Ibi Ecclesia, ibi claustrum, ibi Bibliotheca summo collecta studio, consumpta est. Sanctus autem Ansgarius, ut scribitur, cum reliqviis Sanctorum martyrum nudus evasit. Excidium Hammaburg historia non tacet Francorum & privilegia Romanorum. Hoc, ut ajunt, factum est anno Ludovici senioris novissimo.* Ex his igitur, qvæ adscripsi, veterum auctorum testimoniis satis apparet, qvomodo temporibus Ludovici Pii res urbis nostræ se habuerint. Id autem præcipuè notandum est, Hamburgum à S. Remberto vocari *urbem cum suburbio*. Atqve ipsa qvidem *urbs* 20
his finibus eâ tempestate terminabatur, qvibus hodieqve Parœcia sive Parochia S. Petri à reliqva urbis parte divisa est. * Templi tamen S. Petri neqve vola tunc neqve vestigium extitit, sed unica in urbe erat *Ecclesia S. Mariæ*, qvam vulgo nunc (8.) *Domum* nuncupant. Hæc, ut supra dixi, à Carolo Magno anno 811. extructa & deinde à S. Anschario temporibus Ludovici Pii aucta fuit & ornata. Paulo post primò à Normannis anno 845. & deinceps aliqvoties à Wandalis qvoqve incensa & destructa est. Ultimæ autem restaurationis ejus gloria Comitibus Schowenburgensibus adscribenda esse videtur, qvippe qvi in antiqva qvadam inscriptione, cujus exemplum (9) commodiori loco, integrè in medium dabo, *post Carolum Magnum & Ludovicum ejus filium Romanorum Imperatores & Francorum Reges secundos se hujus Ecclesiæ fundatores* appellant. Qvantæ autem dignitatis & æstimationis olim fuerit hoc templum, (1) diplomate constat Alberti Comitis Orlamundensis dato anno 1212. ubi inter alia hæc habentur: *Ecclesia beatæ Mariæ Virginis in Hamborg, aliqvando prima & præcipua fuerat inter omnes Ecclesias occidentales, licet postmodum multis attrita sit doloribus.* Jam qvis qvidem S. Anscharii ævo urbis nostræ circuitus, & qvæ illa Ecclesia fuerit, qvam Nordmanni tum exussere, ad necessitudinem rei satis explanavi. 21.
Per *suburbium* vero, cujus S. Rembertus meminit, cum urbis tractum significari credo, qvem nunc *Parochia S. Nicolai* occupat. Is enim qvamvis jam S. Anscharii temporibus fuerit habitatus, mœnibus tamen vel vallo cinctus non erat. Sed ubi deinde prolato veteris urbis pomœrio munimentis circumdari cœpit, ex eo non jam *suburbium* amplius, sed *urbs nova* appellata est, ut apparet cum ex (2) aliis monumentis antiqvis, tum vel maximè ex diplomate Adolphi III. Comitis Schowenburgensis *de fundatione Capellæ Sancti Nicolai in nova urbe.* Per urbem igitur cum suburbio qvid S. Rembertus significare voluerit, vidimus. Superest, ut id qvoqve paulum discutiamus, qvod de Comite Bernario præfecto urbi memorat. Jamprimum itaqve sic habendum est, Saxoniam nostram Caroli Magni & seqventium Francicorum Imperatorum temporibus per *Legatos & Comites*, qvi vice Imperatoris jurisdictione civili fungebantur, gubernatam fuisse. De Legatis hæc habet Eginhartus in actis anni 798. *Saxones*, inqvit, *Transalbiani occasionem nacti Legatos Regis, qvi ad eos ob justitias faciendas missi erant, comprehensos interficiunt, paucis eorum qvasi ad nunciandum reservatis.* Et vetus Poeta Saxo:

Tum sub judicibus, inqvit, qvos Rex imponeret ipsis 22.
Legatisqve suis, permissi legibus uti
Saxones patriis & libertatis honore.

Et ejusmodi qvidem Legatus Imperatoris fuit *Odo*, qvem (3) Eginhartus anno 810. Castello Hamburgensi præfuisse perhibet. Mittebantur autem hi legati extra ordinem, & ad hoc præcipuè, ut in ipsorum Comitum, Episcoporum, Abbatum & Scabinorum vitam ac mores inqvirerent, &, si qvi officio suo minus recte essent functi, eos corrigerent. Neqve ab eorum judicio nisi ad ipsum Imperatoris palatium supererat provocatio. Hæc & sexcenta alia de Legatis, vel, (4) ut alias appellantur, *Missis Regiis* eorumqve officio, auctori-

(7) Adam. Brem. l. 1. cap. 21.
* Templi S. Petri ante annum 1220. nullam in antiqvis monumentis reperi memoriam.
(8) Hac de relatiorem vide dissertationem infra, ubi agitur de temporibus Archiep. Bezelini.
(9) Inscriptionem hanc qvære infra in Actis anni 1106.

(1) Integrum hoc diploma quære infra, ubi agitur de temporibus Alberti Com. Orlamundæ.
(2) Adam. Brem. l. 3. c. 28.
(3) Eginh. Annal. ann. 810.
(4) Nempe in Capitulis Caroli M. & Ludovici Pii, & in Epistolis Papæ Leonis III. ad Carol. M. & passim alibi.

ctoritate & judiciis reperire est in (5) Capitularibus Caroli Magni & Ludovici Pii: qvæ omnia hîc inserere nimis longum foret. Cæterum qvod ad *Comites* attinet, eorum stata erat & ordinaria jurisdictio. Singulis enim Saxoniæ pagis sive partibus unus aliquis ab Imperatore præficiebatur, isqve in primario ditionis suæ oppido *mallum publicum* constituebat, hoc est tribunal sive locum, ubi publicè jus diceret. Nec tamen solus Comes jus
23. dicebat, sed aliqvot illi ex populo præ cæteris virtute prudentiâ & dignitate conspicui viri adjungebantur, qvi una judicarent. Hi vulgò dicebantur *Scabini*, eorumque eligendorum jus partim penes Legatos erat, de qvibus supra egi, partim penes Comitem & universum populum. Ad hæc qvæ dixi, confirmandum, libitum est adscribere (6) ex antiqvo Diplomate Caroli Magni hæc verba: *Qvapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum Virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut resideat in curte ad campos, in mallo publico, ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda. Isqve advocatum omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superq; Vicarios & Scabinos, qvos sub se habet, diligenter inqvirat & animadvertat, ita ut officia sua sedulo peragant.* Huc etiam faciunt hæc verba, qvæ (7) in alio qvodam antiqvo monumento habentur: *Ante illustrem Virum Hildogarium Comitem & judices, qvos Scabineos vocant venerunt.* Item hæc Capit. Addit. IV. cap. 73. *Missi nostri, ubicunq; malos Scabinos inveniunt, ejiciant, & totius populi consensu in locum eorum bonos eligant, & cum electi fuerint, jurare faciant, ut scienter injustè judicare non debeant.* Ibidem cap. 74. *Ut in omni comitatu hi, qvi meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur à missis nostris ad inqvisitiones faciendas, & rei veritatem dicendam, & adjutores Comitum sint ad justitias faciendas.* Plerumqve etiam Comes in eadem residebat urbe, in qva Episcopi vel Archiepiscopi ejus diœceseos commorabantur. Hinc legitur in Capitulis Caro-
24. li M. & Ludovici Pii, l. 2. cap. 25. *In Vesontio, qva est diœcesis Bornoini Archiepiscopi, Heiminus Episcopus & Monogoldus Comes. In Moguntia, qva est diœcesis Archiep. Heistulfi, idem Heistulfus Episcopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadaboldus Archiep. & Ermundus Comes &c.* Eodem modo Hamburgi *Anscharius* & *Comes Bernarius* residebant; qvorum hic civilem, ille sacram exercebat jurisdictionem. Et hic urbis nostræ status, hæc ejus regendæ ratio fuit, cum à Normannis eversa & devastata est. Qvanqvam autem (8) Adamus Bremensis primum hoc Hamburgi excidium accidisse ait anno Ludovici senioris seu Pii novissimo, qvi est post Christum octingentesimus qvadragesimus: ego tamen (9) Helmoldo potius aliisqve compluribus scriptoribus assentior, qvi Normannorum hanc grassationem anno eo, qvi mortem Ludovici Pii consecutus est, initium cœpisse referunt, cum discordiis filiorum defuncti Imperatoris civilibusqve armis totum qvateretur Christianum imperium. Verissimum igitur esse credo, qvod tradunt (1) Annales Francorum Metenses, illam Hamburgi desolationem accidisse anno 845. qvi est qvintus post Ludovici senioris obitum. Ipsa autem annalium verba hæc sunt: *Normanni etiam castellum in*
25. *Saxonia nomine Hamburg populati, nec inulti reversi sunt.* Eadem etiam verba in narratione gestorum ejusdem anni 845. leguntur (2) in Annalibus Francorum Fuldensibus, & Normannorum. Item Lupus apud Sethum Calvisium, anno, inqvit, 845. *Normanni in Galliam irrumpunt, omniaq; cæde & incendiis vastant, Carolus cum vi minus posset, pecuniis eos placat, & ex regno dimittit. Iidem vastant Hamburgum in Saxonia.* Præterea id confirmat Papa Nicolaus I. (3) in rescripto de confirmatione Ramesloæ, ubi hanc Hamburgi vastationem accidisse ait, postqvam Carolus frater Ludovici II. monasterium *Turbolt* Ecclesiæ Hamburgensi, cui Carolus Magnus illud donaverat, subtraxit, qvia situm erat intra terminos Galliæ, qvæ pro parte hæreditatis paternæ illi obvenerat. Verum de his satis. Nunc ad S. Anscharium revertor, (4) qvi cum post Hamburgi excidium in *Rameslоâ* vel *Ramsolâ*, prædio venerabilis cujusdam matronæ nomine Iciæ, monasterium extruxisset, ibiqve profugum recollegisset Christianorum gregem, aliquanto post Bremam se contulit. (5) Vacante enim morte Ludovici Episcopatu Bremensi, placuit Ludovico Ludovici Pii filio, Germaniæ Regi, ut is Archiepiscopatui Hambur-

(5) Imprimis Capitulo 26. l. 2. Capit. 74. l. 4. Cap. 83. l. 3. c. 28. lib. 2. Cap. 32. l. 2. c. 66. l. 4. cap. 17. l. 4.

(6) Integrum extat hoc Diploma in Vindiciis Billingianis Hen. Meibomii.

(7) Extat apud Goldastum.

(8) Adam. Brem. l. 1. c. 21. item Albert. Stad. ann. 840.

(9) Helmold. lib. 1. c. 5.

(1) Extat in Syntagmate Scriptorum Histor. Franciæ Andreæ du Chesne.

(2) Extat in Syntagmate Scriptorum Historiæ Franciæ Andreæ du Chesne.

(3) Hoc rescriptum extat in Syntagmate, Rerum Germ. Septentrion. Erpol. Lindenbr.

(4) S. Rembert. in Vita S. Anscharii. Nicolaus PP. 1. in rescripto de confirmat. Ramesloæ. Adam. Brem. l. 1. c. 23.

(5) S. Rembert. in Vita S. Anschar. c. 45. & 49. Adam. Brem. l. 1. c. 24. 25. 26. & 27. Baron. tom. 10. ann. 858 Helmold. l. 1. cap. 5. Privileg. Eccles. Hamb. Gualdo in Vita S. Anscharii.

burgensi subjiceretur, & S. Anscharius utriqve præesset. Hinc magna in S. Anscharium exorta fuit invidia, eô scilicet qvod Episcopatus Bremensis anteà subesset Coloniensi 26
Archiepiscopatui. Sed impetravit Ludovicus Imperator à Papâ Nicolao I. ut Hamburgensis & Bremensis Episcopatus copularentur & deinceps haberentur pro uno: *ita tamen ut Hamburgensis Archiepiscopali titulo praecelleret.* Præterea ut olim à Gregorio IV. itidem tunc à Papâ Nicolao I. S. Anscharius ejusqve successores Legati & Vicarii sedis Apostolicæ per regiones Septentrionales constituti fuerunt. Post hæc non multo tempore interjecto urbs nostra per Bernarium, ut opinor, vel alium aliqvem Comitem aut Legatum Imperatoris instaurata est. Meminit ejus rei (6) Helmoldus his verbis: *Unita est*, inqvit, *Ecclesia Bremensis Hamburgensi, & recepit S. Anscharius utramq; regendam, factumq; est unum ovile & unus Pastor. Post non multum temporis furore Danorum aliqvantulum sopito cœperunt readificari diruta Hammenburgensis urbis, & Nordalbingorum populi ad proprias sedes reversi sunt.* Interim vero S. Anscharius post Hamburgensis & Bremensis Ecclesiæ conjunctionem qvasi duplicatis viribus pomœrium Christianæ religionis proferre studuit, magnoqve labore & multis periculis ipsemet Danorum & Svedorum regna obivit, & primus eis Paganicæ superstitionis errores detexit. Neqve frustra laboravit. (7) Nam ipsum Daniæ Regem Ericum, infensissimum antea Christiani nominis hostem, reddidit Christi sectatorem, & exemplo Principis usus est ad conversionem subditorum. Plura de vita, 27
moribus & gestis ejus narrare, extra propositum meum est; superfluum etiam, cum extet (8) liber singularis eâ de re scriptus à S. Rhemberto discipulo ejus & successore. Mortuus autem est S. Anscharius Bremæ (9) anno P. C. 865. ætatis suæ sexagesimo quarto: post electionem ad Archiepiscopatum anno 34. post Bremensis Ecclesiæ & Hamburgensis conjunctionem anno septimo. Nomen ejus hodieqve (1) porta urbis nostræ retinet, prope qvam olim Ecclesia fuit in honorem ipsius exstructa, cujus loco nunc splendidissimum cernitur Orphanotrophium. (2) Successit S. Anschario S. Rhembertus, exemplo illius & assidua conversatione instructus ad Archiepiscopalem dignitatem dignè gerendam. Qvantum hic pro dilatandâ Christiana religione susceperit, qvanta cura munus sibi commissum administraverit, qvantaqve vitæ sanctitate excelluerit, silentio prætereo, cum minus ad institutum meum faciat, & plenissime memoretur (3) singulari volumine de ejus vita & gestis à coævo Scriptore edito. Obiit autem S. Rhembertus Bremæ anno P. C. 888. post electionem verò ad Archiepiscopatum Hamburgensem anno vigesimo tertio. (4) Successorem habuit Adalgarium, qvi à Papa Stephano V. pallium accepit Archiepiscopale. (5) Huic Hermannus Coloniensis Archi-Episcopus Bremensem Ecclesiam 28
summa vi summove studio eripere conatus est. Adalgarius itaqve ad Pontificem Formosum provocavit, qvi qvidem in Concilio Triburiensi celebrato anno 895. causam hanc Coloniensi Archiepiscopo adjudicavit & Bremensem Ecclesiam ejus suffraganeam esse censuit. (6) Verum Pontifex Sergius I. qvi cum Formoso de Papatu dimicaverat, & non multo post Christophorum Papam violenter sede Apostolicâ depulit, inter alia, qvæ à Formoso constituta fuerant, rescidit hoc qvoqve, Bremensem Ecclesiam suffraganeam censendam esse Archiepiscopatus Coloniensis, eamqve Adalgario Hamburgensi Archiepiscopo addixit. Cæterum post mortem Adalgarii (7) qvæ contigit anno 909. loco ejus Monachus Corbejensis nomine Hogerus vel Hojerus Archiepiscopus electus est. (8) Interjecto deinde tempore cum Hungari universam Germaniam bello vexarent, & usqve in Saxoniam procurrerent, Dani & Slavi Transalbinam invasere provinciam, & Hamburgum, (9) qvod sub finem vitæ S. Anscharii reædificari cœperat, diripuerunt, impunitatem facinoris ex eo sibi promittentes, qvod Imperator bello Hungarico occupatus esset. Et licet non ex tempore vindicta delinqventibus supervenerit, attamen non defuit, sed tarditate sua acqvisivit vires. (1) Interea Hogero anno 915. defuncto, successit Reginwar- 29

A.C. 865.

A.C. 888.

A.C. 895.

A.C. 909.

A.C. 915.

 dus

(6) Helmol. l. 1. cap. 5.
(7) S. Rhembert. in Vita S. Anscharii cap. 5. & deinceps. Adam. Brem. l. 1. c. 28. Histor. antiqva Regum Daniæ in Erico II.
(8) Mentionem facit hujus libri Adam. Brem. l. 1. cap. 31. & alibi.
(9) Baron. tom. 10. ann. 865. & ann. 858.
(1) Porta S. Anscharii.
(2) Adam. Brem. l. 1. c. 32. & deinceps.
(3) Mentionem facit hujus lib. Adam. Brem. l. 1. c. 39.
(4) Adam. Brem. l. 1. cap. 38. 39. Baron. tom. 10. an. 888.
(5) Adam. Brem. lib. 1. cap. 41. Baron. tom. 10. ann. 895. & 908.
(6) Adam. Brem. l. 1. c. 42. Baron. tom. 10. ann. 908.
(7) Adam. Brem. l. 1. c. 42.
(8) Adam. Brem. l. 1. c. 45. Albert. Stad. Chron. ann. 913. Anon. Annal. Scla.
(9) Helmold. l. 1. c. 5.
(1) Adam. Brem. l. 1 c. 45. Baron. tom. 10.

dus sive Reinwardus, sed qvo anno Archiepiscopale munus susceperat, eodem morte oppressus deposuit. Imperium Germaniæ tunc gubernabat Franconiæ Dux Conradus, (2) qvi Ludovico Arnulphi filio, ultimo ex familia Caroli Magni Germaniæ Imperatori suffectus fuit. (3) Hic Sacerdotem nomine Unnonem Archiepiscopum Hamburgensem constituit. Cæterum, (4) ut post Conradi mortem Henricus cognomine Auceps, Saxoniæ Dux imperium adeptus est, &, Hungaris repressis, Germaniæ reddidit qvietem, in Danos arma vertit, ad vindicandam injuriam Transalbinis illatam, qvo protegi non poterant tempore. Nec conatui ejus Deus obstitit. Fudit igitur profligavitqve Danorum exercitum & ad inhibendas eorum incursationes, urbi Slesvico, qvæ in medio Cimbricæ Chersonesi sita est, Marchionem præfecit cum valido militum præsidio è Saxonibus delecto. (5) Dum hæc ab Imperatore vi armorum peragebantur, neqve Archiepiscopus Unno officio suo defuit: Sed ipsemet in Daniam profectus est, eosqve qvi aut Christum nondum agnoverant, aut à Christiana religione ad errores paganicos erant relapsi, in viam veritatis reduxit. Deinde in Svediam se contulit, ubi non minori studio Christianam A.C.
30. religionem propagavit, ibidemqve mortuus est (6) anno 936. Eodem anno obiit Henricus Imperator, cui successit filius ejus Otho, primus illius nominis Imperator post illum, qvi inter primos duodecim Cæsares locum habet. Is Archiepiscopum Hamburgensem constituit (7) Adeldagum, virum pietate pariter atqve generis nobilitate illustrem, cujus tempore accepit Ecclesia Hamburgensis Episcopos suffraganeos, qvos necdum habuerat. Tunc enim Dani, qvorum insolentiam Henricus Imperator qvodammodo represserat, denuò res novas moliri ausi sunt, & omnes Imperatoris Legatos una cum Marchione Slesvicensi interfecerunt. Abjectâ insuper Christianâ religione ad pristinos suos errores & persecutionem eorum, qvi veritati adhærerent, reversi sunt. Qvare Otho cum potenti exercitu in Daniam descendit, & collatis signis in Cimbrica Chersoneso apud urbem Slesvicum cum rege Haroldo depugnavit, qvo victo captoqve, & ad professionem religionis Christianæ retracto, Imperator dignitatem suam, cui ante à Dani illuserant, conservavit auxitqve & labefactatam religionem in integrum restituit. Atqve post hanc Imperatoris victoriam, Jutia, qvæ Cimbricæ Chersonesi provincia est, in tres Episcopatus divisa fuit, (8) nempe Slesvicensem, Ripensem & Arnhusensem, qvi Archiepiscopo Hamburgensi fuerunt subjecti. Et hactenus qvidem Archiepiscopi Hamburgenses, sacris 936.
31. tantum Officiis vacantes, paucis villis, agris, sylvis, servis aliisqve ejus generis ad Ecclesiarum & monasteriorum suorum sustentationem necessariis rebus contenti fuere. Adaldagi autem & seqventibus porrò temporibus nimiâ Imperatorum liberalitate urbes etiam & arces, atqve adeò integros comitatus & regiones pleni dominii jure possidere cœperunt. Qvæ res ita demum potentes illos reddidit, ut nonnunqvam maximos etiam principes armis lacessere ausi fuerint. Ad hoc igitur Archiepiscopalis potentiæ incrementum digitum intendit (9) Adamus Bremensis, dum vitam Adaldagi his verbis inchoat: *Iste est, qvi nobis Rempublicam restituit.* Et aliqvanto post, eadem de re loqvens, *Adaldagus*, inqvit, *primo ut ingressus est Episcopatum, Bremam longo prius tempore potestatibus ac judiciariâ manu oppressam, præcepto Regis absolvi, & instar reliqvarum urbium immunitate simulqve libertate fecit donari.* Nempe his verbis hoc dicere vult, Jurisdictionem civilem oppidi Bremæ, qvam anteà Legati & comites vice Imperatoris obtinuerant, Archiepiscopo Adaldago ab Imper. Ottone Magno concessam fuisse, una cum omni proventu monetæ, telonei, banni aliarumqve fisci Imperatorii rerum & jurium. Supersunt etiam-
32. num ipsæ (1) tabulæ hujus donationis, in qvibus hæc præcipuè ad rem præsentem faciunt: *Qvare omnibus constet, nos pro Dei amore venerabilis Adaldag, Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitatibus annuentes, construendi mercatum in loco, Bremen nuncupato, illi concessisse licentiam; bannum & teloneum, nec non monetam, totumqve qvod inde Regius Regi publicè fiscus obtinere poterit, prælibata conferimus sedi. Nemoqve inibi aliqvam sibi vindicet potestatem nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & qvem ipse ad hoc delegaverit.* Item illa: *Concedimus insuper ut nullus Dux, neq; Marchio, vel Comes aut alia qvædam judiciaria potestas ullam sibi in præ-*

(2) Adam. Brem. l. 1. c. 44. Anon. Chron. Slau. cap. 6. Widikindus Corb. annal. l. 1.

(3.) Adam Brem. l. 1. c. 47.

(4) Adam. Brem. l. 1. c. 48.

(5) Adam. Brem. l. 1. c. 49. 50. 51. 52.

(6) Seth. Calvis. Ditmarus Mersp. l. 2. Adam. Brem. l. 1. c. 52. Anon. Chron. Sclau. c. 6.

(7) Adam. Brem. l. 2. c. 1. & deinceps. Frodoardi Chron. ann. 948. Anon. Chron. Sclau. c. 7.

(8) Diploma Ottonis Imper. de Ecclesiis Hamburgensi Eccl. suffragantibus.

(9) Adam. Brem. l. 2. c. 1.

(1) Extant hæc diplomata in syntagmate rerum Germ. septentrion.

prædictis omnibus usurpent potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus & advocati, qvos ipse elegerit. Sic idem Imperator Otto Fratri (2) Brunoni Coloniensi Archiepiscopo Coloniam, Wilhelmo filio Moguntino Archiepiscopo Moguntiam, (3) Episcopo Spirensi Spiram, (4) Mindensi Mindam, cum mero & mixto Imperio & omnibus fisci Imperatorii juribus concessit. Atqve ideo Adamus Bremensis Bremam ait *instar reliqvarum urbium*, scilicet, *Episcopalium, & Archiepiscopalium, libertate donatam fuisse.* Libertas autem tunc vocabatur Episcoporum subjectum esse imperio: nempe qvia Comites & Legati, urbibus & Provinciis ab Imperatore præfecti, nimis plerumqve avarè & insolenter populum tractare consveverant. Qva de re in antiqvis monumentis passim satis multæ extant qverelæ. Cæterum qvamvis, ut dixi, Bremæ aliarumve aliqvot urbium & locorum jurisdictio civilis Episcopis & Archiepiscopis cesserit, non tamen fas erat, civilibus ipsos præsidere judiciis, sed ad hæc nomine suo exercenda, advocatos habebant, homines profanos, vel, ut vulgò ajunt, *laicos*: qvi qvidem etsi usqve ad Imperat. Friderici secundi tempora plurimum ab Imperatoribus ipsis constituti fuerint, nonnullis tamen Episcopis & Archiepiscopis speciali qvodam permissu libera eos elegendi potestas concessa est. In his etiam Adaldago nostro, ut constat ex suprà adscriptis fragmentis Diplomatum Othonis Magni. Hæc de Archiepiscoporum nostrorum advocatis & jurisdictionis civilis incremento eam maximè ob rem hic inserui, ut inde eluceat, qvomodo post Adaldagi tempora Bremense & cætera Archiepiscopalis dominii oppida & regiones recta fuerint. Jam qvod ad nostram urbem attinet, non illa itidem ac Brema in Archiepiscopi potestatem devenit, sed sub Imperatorum eorumve, qvi Saxoniam deinceps administrarunt, remansit imperio. (5) Cum itaqve, ut supra retuli, Otho Imperator Danos perdomuisset, & porro ad res Italiæ ordinandas Romam profecturus esset, neqvid intereà in Saxonia turbaretur, præfecturam ejus commisit *Hermanno Billingo*, probatæ fidei viro, artiumqve belli & pacis longè peritissimo. Is, (6) ut qvidam tradunt, in agro Luneburgensi, patre natus erat pauperculo & ignobili, nempe colono: cæterum cum perspicaci esset ingenio, animo generoso, formâ decora, patiens, laboriosus, affabilis, naturâ aptus ad omnia, nec modicâ literarum cognitione instructus, paulatim his virtutibus ad palatium primò, post vero etiam ad notitiam atqve familiaritatem Imperatoris aditum sibi patefecit. Dextreqve & fideliter qvæque officia obeundo tantum promovit, ut dignus haberetur, cui Imperator non solum liberorum suorum curam & institutionem committeret, qvemqve publicis & privatis conciliis domi forisqve interesse vellet, sed etiam qvem toti præficeret Saxoniæ, tunc cum maximè firma indigeret tutelâ contra Danorum impetus. Hanc autem præfecturam tanta industria, prudentia & æqvitate administravit, (7) ut deniqve eum Imperator renunciaverit Saxoniæ ducem, & liberis posterisqve ejus perpetuum succedendi jus concesserit. Sic igitur virtus ignobilitatem generis vicit, &, qvi patre natus fuerat rustico, natos suos amplissimi ducatus hæredes reliqvit. Et qvamvis repentina hujusmodi & propria virtute acqvisita nobilitas non minus legitima & gloriosa sit, qvam qvæ fortuita nascendi conditione à majoribus nobis relicta est: attamen (8) illorum magis sententiæ sum, qvi Hermannum non ut ignotum terræ filium, primum suorum è luto emersisse ferunt, sed avitam duntaxat nobilitatem præ cæteris sui nominis plurimum auxisse & illustrasse. Verum ut cunqve sit, constat certè, hactenus circiter annos 170. nempe à Carolo Magno usqve ad Othonem Magnum, gubernationem urbis nostræ fuisse penes Comites & Legatos, qvi Imperatorum vice Saxoniæ Transalbinæ præerant. Horum primus fuit *Odo*, qvem anno octingentesimo octavo Castellum Hamburg condidisse, & anno octingentesimo decimo à Wilzis inde ejectum fuisse, supra demonstravimus. Secundus fuit *Comes Ekbertus*, cui anno octingentesimo undecimo Transalbinam Saxoniam ab Imp. Carolo commissam fuisse, ex Diplomate apparet Ludovici Pii de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis, ubi hæc leguntur: *Præcepit* [scil. Imp. Carolus M.] *terram Transalbianorum, laxata captivitate, qvam ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis patratam, per septennium passi sunt, ne locus ille à barbaris invaderetur, Ekeberto Comiti restituere.* Tertius Hamburgi præfectus fuit *Vir illustris Comes Bernarius*,

33. 34. 35. A.C. 961.

(2) Widikindus Annal. l. 1. Auctor. Chron. Belgici magni & Chron. Coloniense Vetus.

(3) Diploma Othonis III. qvo illam Othonis donationem confirmavit, extat apud Lehman. Chron. l. 4. c. 13.

(4) Diploma Othonis Magni donationis hujus memoriam continens, extat in Chronico Mindensi.

(5) Adami Brem. l. 2. c. 4. & 5. Anon. Chron. Slau. c. 8. Widikind. Corb. annal. l. 3.

(6) Adam. Brem. l. 2. c. 4. Thracigeri Chron.

(7) Adam. Brem. l. 2. c. 4.

(8) Hen. Meibom. in Vindiciis Billingianis: & in notis ad Widikindum Corb. l. 3. p. 75.

narius, cujus temporibus anno 845. à Normannis urbs eversa est. Reliqvorum Comitum & Legatorum, qvi deinceps usqve ad Othonis Magni tempestatem urbi nostræ re-
36. gendæ præfuerunt, omninò intermortua est memoria. Sub Othone autem primus omnium hæreditario jure totius Saxoniæ Ducatum obtinuit is, cujus paulò ante mentionem feci, Hermannus Billingus. *Nondum enim* (9) inqvit Adamus Bremensis, *post tempora Caroli, propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia ducem acceperat, nisi Cæsarem.* Qvare cum
& Hamburgum in Transalbina Saxonia situm sit, itidem illud ac reliqva Saxonia Duci A.C.
Hermanno tunc parere cœpit. (1) Cæterum Imperator Otho anno 961. cum Archiepi- 961.
scopo Adeldago in Italiam abiit, & Romæ (2) VIII. Cal. Januarii anni 962. à Johanne Papa C.A. 962.
XII. consecratus & imperiali diademate insignitus est. Deinde eundem, (3) qvod Adelbertum Berengarii filium Romam evocasset, deposuit, & loco ejus Pontificem creavit Leonem VIII. à qvo eum Adamus Bremensis & alii aliqvot scriptores denuò coronatum fuisse memorant. (4) Sed cum Otho Romà discessisset, Romani, pulso & abdicato per vim Leone, Joannem restituerunt: qvo paucis post diebus mortuo Benedictum Cardinalem Diaconum, Papam ejus nominis qvintum, propria authoritate sublegerunt, eumqve contra Othonem se defensuros promiserunt. Qvare reversus Otho cum exercitu Romam, Leoni Pontificiam dignitatem restituit; Benedictum verò custodiendum tradidit Adel-
37. dago Archiepiscopo Hamburgensi. Et Benedictus qvidem non multo post, qvam ab Adeldago Hamburgum deductus fuerat, ibi obiit. Visitur hodieqve cenotaphium ejus A.C.
in medio Chori Ecclesiæ beatæ Virginis Mariæ, cui inscripta sunt hæc verba: 965.

BENEDICTUS PAPA, QVI DE SEDE APOSTOLICA PER VIOLENTIAM AMOTUS, ET POST, CUM REVOCARETUR, OBIIT HAMBURGI ANNO DOMINI DCCC° QVADRAGESIMO PRIMO, QVINTO NONAS JULII, ET SEPULTUS EST HIC.

Hunc numerum ita, uti hîc appositus est, cenotaphio inscriptum esse, meis vidi oculis. Dubium tamen non est, quin legendum ibi sit DCCCCLXV. (5) Anno enim 961. Imp. Otho Magnus in Italiam profectus est, & (6) qvinqvennio ibi transacto, (7) anno demum 965. in Saxoniam reversus est; Qvo eodem Adeldagus Benedictum Hamburgum deduxit, ubi paulo post obiit. Sed age, qvo minus, qvæ de Papæ Benedicti V. exilio & anno obitus retuli, dubia sint, ipsum hâc de re audiamus (8) Adamum Bremensem: *Tali*, inqvit, *viro* [sc. Hermanno Billingo] *Piissimus Rex & Archiepiscopus noster vices suas in hac regione commendantes, in Italiam discesserunt*, [sc. anno 961.] *Ubi Rex Episcoporum habito concilio Joannem Papam, cui Octavianus nomen erat, accusatum criminibus fecit deponi, quamvis absentem,*
38. [*Nam fugâ judicium subterfugerat*] *& in locum ejus promtum Leonem ordinari præcepit. A qvo ipse mox coronatus Imperator & Augustus à populo Romano consalutatus est, anno regni sui XXVIII, post coronatum Carolum Romæ CLIII. Eo tempore Imperator per qvinqvennium in Italia commoratus, filios Berengarii debellavit, Romamq; pristinæ reddidit libertati. His diebus annisqve totidem noster Archiepiscopus, apud qvem summa conciliorum pendebat, in regno Italiæ conversatus est. Reversus autem Archiepiscopus in patriam, duxit in comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed ab Imperatore Othone depulsum, qvem ille in Hammaburg custodiæ mancipari præcepit; Archiepiscopus verò magno cum honore usqve ad obitum ejus detinuit. Nam vir sanctus literatusqve fuisse dicitur, qvi & dignus Apostolicâ sede videretur à populo Romano, nisi qvod per tumultum electus est, expulso eo, qvem ordinari præceperat Imperator, Igitur apud nos in sanctâ conversatione vivens, aliosqve sanctè vivere docens, cum jam, Romanis poscentibus, à Cæsare restitui debuisset, apud Hammaburg in pace qvievit. Cujus transitus III. Nonas Julii contigisse describitur.* Hæc Adamus, & suo more iisdem verbis (9) Albertus Stadensis. Id verò inprimis notandum est, qvod Benedictum obiisse ajunt, *cum jam Romanis poscentibus à Cæsare restitui debuisset.* (1) Nempe cum XVI. Kal. Aprilis anni 965. Leo VIII.
39. decessisset, Romani Othonem (2) jam in Saxoniam reversum per Legatos Azonem Protoscri-

(9) Adam. Brem. l. 2. c. 4.
(1) Adam. Brem. l. 2. c. 5.
(2) Onuph. Panvin. Rom. Principium lib. 3. Carol. Sigon. de regno Italiæ lib. 6. & 7.
(3) Otto Frising. lib. 6. cap. 23.
(4) Otto Frising. l. 6. cap. 23. & 24. Luitprand. l. 6. cap. 6. & seq.
(5) Albert. Stadens. Sigon. de reg. Ital. l. 6.
(6) Adam. Brem. l. 2. c. 5.
(7) Sigon. de reg. Ital. l. 7.
(8) Adam. Brem. l. 2. c. 5. & 6.
(9) Albert. Stad. Chron. an. 961.
(1) Carol. Sigon. de Reg. Ital. l. 7. in actis anni 965.
(2) Confirmat hoc diploma Ottonis I. de Ecclesiis Hamburgensi Ecclesiæ suffragantibus, datum Magdeburgi Anno Domini DCCCCLXV. VI. Kalend. Iulii.

toscriniarium & Marinum Episcopum Sutrinum de Pontifice substituendo consuluerunt,
petieruntqve, ut Benedictum ad pristinam dignitatem promoveri pateretur atqve con-
cederet. Qvod cum jam Imperator iis gratificaturus esset, obiit Hamburgi Benedictus,
qvinto, vel, ut apud Adamum legitur, *tertio Nonas Julii.* Sexto autem Nonas Octobris
ejusdem anni 965. Joannem Narniensem Episcopum Imperator Pontificem declaravit, qvi
decimus tertius cognominatus est. Satis jam argumentis, ut opinor, certissimis osten-
di in Epitaphio Benedicti V. pro DCCC. QVADRAGESIMO PRIMO scribendum
esse DCCCC LXV. Et verisimile est, ab illis, qvi trecentis vel qvadringentis ab hinc an-
nis Benedicti illud Cenotaphium vel extruxerunt, vel renovarunt, errorem hunc in nu-
mero commissum esse, sive negligentiâ, sive *ἀνιστορησίᾳ* istis seculis familiari. At qvoniam
ἀνιστορησίας mentio facta est, res ipsa postulare videtur, ut absurdissimam fabulam de Bene-
dicti Papæ martyrio, qvam rerum historiarum veterum ignarissimus aliqvis monachus
olim excogitavit, paucis hic attingam. (3) Jam primum Imperatoris Ludovici Pii tem-
poribus duo ait Hamburgi, qvod tum *Buchborch* vocabatur, castella fuisse, unum Septen-
trionem versus ad Alstriam, alterum Austrum versus ad Albim, ubi nunc templum bea- 40
tæ Virginis Mariæ situm est. Hæc autem castella refert Wandalicum qvendam Princi-
pem nomine *Baruch* tum obtinuisse: cujus uxor *Herina*, Christiano nomini infensissima
mulier, cum monstrum peperisset, credidisse illum, Christianorum incantationibus ma-
gicis hoc effectum esse, atqve eâ re tantam in omnes ditiones suæ Christianos exercuisse
crudelitatem, ut Ludovici Imperatoris & summi Pontificis Benedicti auxilium implora-
re coacti fuerint. Ad qvibus succurrendum Benedictum cum ingenti Imperatoris exer-
citu Hamburgum venisse: paganos autem, qvod Christianorum viribus impares se co-
gnoscerent, anteactæ vitæ pœnitentiam simulasse & vehemens Christianæ religionis susci-
piendæ desiderium. Christianos porrò facilè his credidisse; & cum Benedictus Papa die
festo S. Petri coram multis, Episcopis, Ducibus, Comitibus & innumeris aliis, qvos Ro-
ma adduxerat, Hamburgi solenne celebraret sacrum, omnes de improviso ab ethnicis op-
pressos & trucidatos fuisse. Fabulam ipsam summatim narravi: Quæ qvam falsa, qvam
frivola, qvam futilis sit, prolixè demonstrat doctissimus nostrarum rerum scriptor Alber-
tus Crantzius Metropoleos libro tertio, capite vigesimo primo, secundo & tertio. Qvare
ego nunc actum non agam, sed hoc tantùm moneo, Papam Benedictum qvintum, qvi ab 41.
Imperatore Othone Hamburgum relegatus fuit, atqve ibi anno 965. decessit, fabulæ hu-
jus confingendæ ansam præbuisse & materiam. Verum de his plus satis. Redeamus
jam ad illa unde divertimus. Qvod igitur ad Ducis Hermanni imperium attinet, (4) con-
A.C. tinuâ pace & tranqvillitate urbs nostra sub eo fructa est, atqve plurimum beneficentia
973. ipsius cœpit incrementi. Ut autem anno * 973. è vita excessit, & filius ejus (5) Benno
Saxoniæ imperium adeptus est, eadem qvoqve urbis felicitas aliqvamdiu duravit. Is
enim patris in Hamburgum beneficia suis auxit. &, qvoad vixit, Danorum & Wandalo-
rum invidiæ, qvam contra urbis incrementum conceperant, restitit, ne in vim hostilem
A.C. erumperet. Hoc dominante Adaldagus mortuus est, (6) anno 988. cui successit Liben-
988. tius, natione Italus, qvi ipsum ex Italia redeuntem erat comitatus. (7) Hujus vigesimo
A.C. secundo Pontificatus anno, qui Christi est decimus supra millesimum, Dux Saxoniæ Ben-
1010. no vitam cum morte commutavit; *vir*, (8) ut ait Helmoldus, *omni probitate conspicuus &
strenuus Ecclesiarum defensator.* In cujus locum successit filius ejus Dux Bernhardus; a-
varus æqvè atqve ferox & superbus. Simul enim ac rerum potitus est, Wandalos Sa-
xonum tributarios, qvos pater atqve avus ejus, qvia recenter Christiana religione erant 42
imbuti, leniter tractaverant, iniqvis pecuniarum exactionibus aliisqve molestiis adeò gra-
vavit, ut abjectâ demum Christiana religione, armis se in libertatem vindicatum iverint:
A.C. hâc præsertim opportunitate freti, qvod Dux Bernhardus bello, in Imp. Henricum II. su-
1013. scepto, intentus esset. Itaqve ultimo Libentii Archiepiscopi anno (9) qvi est Christi mil-

 lesimus

(3) Hæc fabula qvæ à Crantzio Metrop. lib. 3. c. 20. 21. 22. & 23. prolixe confutata est, extat inter vitas Sanctorum lingva vernacula Saxoniæ inferioris conscriptas & circiter centum qvinqvaginta abhinc annis impressas in folio.

(4) Adam. Brem. l. 2. c. 13. & 14.

* Toto errant cælo Thraciger atqve alii aliqvot scriptores, qvi Ducem Hermannum an. 984. decessisse memorant. Nam ex Ditmari Mersburgensis Histor. l. 2. & Witikindi Annal. lib. 3. clarissimè apparet, Ducem Hermannum paulò ante Othonem Magnum obiisse anno scilicet 973. Cal. Apr. Witikindus sane disertis verbis testatur, Othonem paulo ante mortem Ascensionem Domini Mersburgi celebrasse & tristè ea perambulasse loca obitu optimi Viri Ducis Hermanni. Mortuus autem est Imp. Otho Nonis Maji an 973. qvarta feri ante festum Pentecostes.

(5) Adam. Brem. l. 2. c. 14. Helmol. l. 1. cap. 16.

(6) Adam. Brem. lib. 2. c. 19. & 20. Helmold. l. 1. c. 17.

(7) Adam. Brem. l. 2. c. 32.

(8) Helmold. l. 1. c. 16.

(9) Adam. Brem. l. 2. c. 32.

lesimus decimus tertius, ducibus Mistiwoi & Mizzudrag Transalbinam invasere Saxo-
niam, atqve totam per omne crudelitatis genus penitus devastârunt. Hanc cladem
tanto vehementius urbs nostra sensit, qvo cæteris locis Archiepiscopali titulo erat illu-
strior. Tota igitur urbs cum Ecclesia beatæ Mariæ, solo adæqvata est. Cives partim
occisi, alii in servitutem abducti sunt omni morte graviorem. Sed operæ pretium est,
ipsa audire (1) Helmoldi verba, qvibus de hac agit desolatione: *Postqvam autem*, inqvit,
*Dux Bernhardus emergentibus causis arma adversus Cæsarem corripuit, Slavi opportunitate arre-
ptâ, congregato exercitu, totam primo Nordalbingiam ferro & igne depopulati sunt: deinde re-
liqvam peragrantes Slavoniam, omnes Ecclesias incenderunt & ad solum usqve diruerunt. Sa-
cerdotes autem & reliqvos Ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum Christiani-
43. tatis vestigium trans Albim reliqverunt. Apud Hammenburg eo tempore ac deinceps multi ex
clero & civibus in captivitatem abducti sunt; plures etiam interfecti propter odium Christiani-
tatis. Hæc facta sunt ultimo tempore senioris Libentii Archiepiscopi, sub Duce Bernhardo filio
Bennonis, qvi populum Sclavorum graviter afflixit.* Hæc Helmoldus, qvem unum in ha-
rum rerum narratione secutus sum. Nam qvæ apud Adamum Bremensem Historiæ Ec-
clesiæ Hamburgensis libri secundi capite trigesimo, trigesimo primo, secundo & tertio
leguntur adeò turbata & corrupta sunt, ut nihil inde sani atqve veri colligi possit, nisi
instar decimi sexti capitis libri primi Chronicorum Helmoldi reformentur. Itidem (2)
Albertus Stadensis, qvi prorsus eisdem verbis sua ex Adamo transtulit, corrigendus est
Cæterum in demortui Libentii locum, anno 1013. sublectus est (3) Unwanus Canonicus A.C.
Paderbornensis, qvi toto pectore omniqve studio ad hanc curam incubuit, ut Dux Bern- 1013.
hardus Imperatori Henrico reconciliaretur. Qvo facto, simul & Wandali ad pristinam
obedientiam retracti sunt & Transalbinæ Saxoniæ pax restituta est. Deinde ad restau-
rationem Hamburgi Dux atqve Archiepiscopus animum appulere, & supra ruinas anti-
qvæ urbis nova è ligno exstruxerunt ædificia & Ecclesiam & Claustrum. Dispersos etiam
recollegerunt cives, & novos insuper in urbem receperunt incolas. Qvare brevi in eum
44 statum urbs restituta est, ut ipse Dux cum Archiepiscopo freqventer ibi commorari, &
Daniæ Regem Wandalorumqve Principes eò ad colloqvium invitare dedignatus non
fuerit. Tum primum qvoqve Archiepiscopus collegium duodecim Canonicorum ibi
instituit; qvod qvidem etiam nunc eodem constat hominum numero, & æqvè atqve o-
lim bonis fruitur Ecclesiæ, cæterò nihil ferè prisci * instituti retinuit. Verum qvo cla-
riora sint, qvæ de instauratione nostræ urbis retuli, ipsa super eâ re adscripsi (4) Adami
verba: *Hamburgi*, inqvit, *post Slavanicam cladem Unwanus Archiepiscopus & cum eo Dux Bern-
hardus claustrum nobile de ruinis antiqvæ urbis elevantes, Ecclesiam & diversoria omnia con-
struxerunt lignea.* (5) Et idem alibi: *Ergo habito inqvit nostri Pontificis* [scil. Unwani] *consi-
lio, rebellis tandem flexus Princeps* [scil. Dux Bernhardus] *apud Scalchinburg Cæsari Henrico
supplex dedit manus. Moxqve favente Unwano, Slavis tributo subjectis, pacem reddidit Nord-
albingis & matri Hammaburg. Ad cujus restaurationem venerabilis Metropolitanus post Sla-
vanicam cladem, civitatem & Ecclesiam fecit novam; Simul ex singulis congregationibus suis,
qvæ virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qvi in Hammaburg Canonica
degerent conversatione, populum ab Idololatriæ revocantes errore.* (6) Item aliqvantò post:
45 *Eo tempore*, inqvit, *cum esset pax firma inter Slavos & Transalbinos, Unwanus Archiepiscopus
Metropolim Hammaburg renovavit, clerumqve dispersum colligens, magnam ibidem tam civium
qvam fratrum multitudinem adunavit. Itaqve cum Duce Bernhardo freqventer inhabitans lo-
cum sæpe dimidium annum vixit in Hammaburg, gloriosissimum Regem Knut invitans ad collo-
qvium, Sclavorumqve Satrapas Utonem & Sedericum.* Hæc Adamus de renovatione urbis no-
stræ, qvæ sub Unwano contigit. Id porrò autem apud eundem auctorem maxime ob-
servatu dignum est, qvod ait: (7) *Unwanum Archiepiscopum primum omnium congregationes,
ad Canonicam traxisse regulam, qvæ antea qvidem mixtæ ex Monachis & Canonicis conversatio-
ne degebant.* Hinc enim discimus qvæ antiqvissima Canonicorum Hamburgensis Eccle-
siæ vita fuerit. Nempe instituerat olim S. Anscharius Hamburgi congregationem viro-
rum, qvi instar monachorum Corbejensium S. Benedicti regulam seqvebantur. Hi us-
qve ad annum 845. qvo Hamburgum à Normannis vastatum est, in cœnobio sive clau-
stro

(1) Helmold. lib. 1. c. 16.
(2) Albert. Stadens. Chron. in actis anni 1001.
(3) Adam. Brem. l. 2. c. 33. Chron. Hildesheim an. 1022.
* De vestitu hæc aliisqve ecclesiasticis ceremoniis intelligenda sunt.
(4) Adam. Brem. l. 2. c. 52.
(5) Adam. Brem. l. 2. c. 33. & 34. Helmold. lib. 1. c. 17.
(6) Adam. Brem. l. 2. c. 41.
(7) Adam. Brem. l. 2. c. 6.

stro(8) qvod inibi S. Anscharius juxta Ecclesiam beatæ virginis Mariæ exstrui curaverat, solitariam egerunt vitam, prædicationi tantum vacantes & institutioni juventutis atqve aliis ejusmodi sacris ministeriis. Post illud verò, cujusmodo memini, Hamburgi excidium, translata est hæc congregatio trans Albim in locum nuncupatum Rameslo, (9) ubi 46.
S. Anschario cœnobii ædificandi concessa fuit venia. Memorat hanc rem (1) Adamus Bremensis his verbis: *Siquando*, inqvit, *S. Anscharius à prædicatione gentilium fortè liber erat, domi congregationum suarum curam egit. Qvarum prima, qvæ ab Hammaburg olim barbarica incursione depulsa est, ipse, ut prædiximus, transtulit ad Ramsolas.* Hactenus Adamus. Jam verò qvod institutio juventutis ad antiqvas illas Monachorum congregationes, in qvorum locum Canonicorum collegia deinde successerunt, maximè pertinuerit, ex vita discimus S. Anscharii, (2) ubi S. Rembertus ipsum refert *ex gente Danorum atqve Slavorum nonnullos emisse pueros, aliqvos etiam ex captivitate redemisse, qvos ad servitium Dei educaret. Atq; eorum qvosdam Hamburgi secum retinuisse, qvosdam verò ad cellam Turbolt nutriendos posuisse. Fueruntqve*, inqvit, Corbejenses monachos appellans, *cum eo* [sc. S. Anschario] *hic ex societate vestra Sancti Patres nostri & Magistri, qvorum doctrina & institutione feliciter nobiscum Religionis divinæ crevit opinio.* Qvæ posteriora Remberti verba (3) Gualdo in Vita S. Anscharii aliqvanto clarius ita reddidit:

Sed Comites habuit, sibi qvos Corbeja misit,
Sanctorum genetrix monachorum cella beatrix:
Hamburgensis Schola queîs edocta magistris,
Crevit & ad florem perducta refudit odorem.

Hinc *Scholastici* nomen & officium ortum est. Ita videlicet vocabatur, cui Scholarum 47.
commissum erat regimen. Qvalis fuit Tiadhelmus de qvo (4) Adamus Bremensis, *Tum* [scil. circiter annum 965.] *& Scholas*, inqvit, *Ecclesiæ florentissimo studio rexit Tiadhelmus, qvi fuerat Magni Ohtrici Magdeburg discipulus.* Sed his omissis ad rem redeamus. Qvod igitur Adamus Bremensis ait congregationem à S. Anschario institutarum conversationem mixtam fuisse ex Monachis & Canonicis, id qvomodo accipiendum sit, ipse (5) alias docet his verbis: *Secundam*, inqvit, *congregationem S. Anscharius Bremæ habuit sanctorum virorum, qvi habitu qvidem usi canonico regulâ vivebant monasticâ usqve ad nostri ferè temporis ætatem.* Mihi sanè id videtur velle dicere, Canonicos Bremenses habitu qvidem eodem usos fuisse, qvo omnes alii id temporis utebantur Canonici: cætero uti monachos ad S. Benedicti vixisse regulam. Atqve hinc socii atqve consortes illarum Congregationum usqve ad Archiepiscopi Unwani tempora, qvi primus eis observationem regulæ monasticæ remisit, *fratres* plerumqve vocantur. Cujus rei passim multa apud (6) Adamum extant testimonia. Cum itaqve Unwanum Bremensem & cæteras antiqvas monachorum congregationes in Canonicorum sive sacerdotum regularium Collegia convertisse constet, dubium non est, qvin & illi, qvos primus Hamburgi constituit duodecim Canoni- 48.
cos, monasticæ disciplinæ exempti fuerint. Attamen qvò officiis sacris, qvibus singulis diebus statis horis vacabant, commodius fungerentur, non, ut nunc fit, sparsim & in sejunctis ædibus, sed apud ecclesiam in uno eodem omnes habitabant *claustro* sive contubernio, ut testatur (7) Adamus Bremensis, dum post excidium urbis, qvod anno 1013. contigit, una cum ecclesia sive templo Beatæ Mariæ *nobile* ait *claustrum de ruinis antiqvæ urbis reædificatum fuisse.* Qvin etiam adhuc apud dictum templum antiqvi illius claustri clarissima supersunt vestigia. De prisca Canonicorum vita satis in præsens ad necessitudi-
A.C. nem rei dictum. At ubi Unwanus (8) anno 1029. obiit, suffectus est in ejus locum (9)
1029 Libentius Libentii superioris nepos, vir probus, & qvi Hamburgensem Ecclesiam fre-
A.C. qventer invisit. Post hunc anno (1) 1032. dignitatem Archiepiscopalem adeptus est (2)
1032. Hermannus Præpositus Ecclesiæ Halberstadensis, qvi semel duntaxat Hamburgum pro-
A.C. fectus, reliqvum tempus Bremæ transegit, eâqve muro cingendâ occupatus, anno 1036.
1036. obiit; & locum dedit (3) Bezelino Alebrando Canonico Coloniensi, qvi, ut ipsis Adami verbis

(8) Rembertus in Vita S. Anschar. c. 34.
(9) Extat eâ de re Diploma Papæ Nicolai I.
(1) Adam. Brem. lib. 1. c. 29.
(2) Rembert. in vita S. Anschar. c. 33.
(3) Gvaldo in Vita S. Anschar. c. 34.
(4) Adam. Brem. l. 2. c. 6.
(5) Adam. Brem. l. 1. c. 29.
(6) Adam. Brem. l. 1. c. 37. & 43. l. 2. c. 3. 4. 20. 34. 51.
(7) Adam. Brem. l. 2. c. 52.
(8) Adam. Brem. l. 2. c. 44.
(9) Adam. Brem. l. 2. c. 48.
(1) Adam. Brem. l. 2. c. 49.
(2) Adam. Brem. l. 2. c. 50.
(3) Adam. Brem. l. 2. c. 51.

verbis utar, *Archiepiscopus ordinatus est à suffraganeis & aliis septem Saxoniæ Episcopis: Et qui-*
49 *dem in urbe Metropoli Hammaburg.* Hanc enim ut veram & legitimam Archiepiscopatus
sui sedem eo, quo par erat, amore prosecutus est. Ut igitur & augustiorem eam & ab
incendiis aliisqve fortuitis casibus magis tutam redderet, templum primò beatæ Virginis
Mariæ, qvod post eversionem ejus, qvæ extremis Libentii senioris temporibus accidit,
Unwanus ex ligno refecerat, saxo qvadrato exstruxit. Cujus operis aliqva pars etiam
nunc superest. Deinde ad Albim ab australi parte supradicti templi [ibi videlicet, ni
fallor, ubi domus illæ sitæ sunt, qvas Physicus Urbis & unus de Canonicis nunc inhabi-
tant] ingens erexit palatium Archiepiscopale, instar firmissimæ arcis turribus & propu-
gnaculis communitum; Cujus, ut (4) Crantzius memoriæ tradidit, non ita multo abhinc
tempore sub terra amplæ & in præsenti etiam urbis magnificentia pro miraculo conspici-
endæ substructiones à fodientibus repertæ sunt. Sed non me piget ipsa hâc de re adscri-
bere verba Crantzii. In his enim, qvæ de suorum temporum rebus scripsit, probatissi-
mus mihi auctor est. Antiqviora autem ex antiqvioribus etiam historicis eruenda esse
existimo. *Aliam deinde domum*, inqvit, *Bezelinus fecit lapideam turribus & propugnaculis*
50 *satis communitam: Cujus nuper à fodientibus in eo loco, ampla & magnica sunt reperta funda-*
menta ab austro ecclesiæ: stuporemqve ingessere cernentibus, mirantibusqve qvid hoc fuisset ab
olim, cum jam in media civitate rudera inde eruerentur. Tum verò cum collocarentur termi-
nus ibi erat urbis, ad ripam Albis fluminis positus, ut arcis custodes extrema urgente necessitate
abitum invenirent, cum tutari non possent, elapsi per rivum fluminis, primoqve impetu perveni-
rent in ripam fluminis alteram; Sed etiam ut commeatus & necessaria omnia per flumen impor-
tarentur. Ea verò qvæ ex hoc loco repertorum nuper fundamentorum nunc extructa cernimus,
post ea tempora urbi sunt adjecta, cum paludosa limosaqve terra pulvere injecto & arena cum
purgamentis locorum in eam soliditatem redigerentur. Poterat & vis fluminis alluvione auge-
re terram. Hæc Crantzius. Mihi autem certissimis argumentis ita persuasum est
hoc eodem loco, qvo Bezelinus Archiepiscopalem illam domum ædificavit, positum
olim fuisse antiqvum illud castellum, qvod ut initio operis memoravi, Odo legatus im-
peratoris Caroli Magni anno 808. Hamburgi in ripa Albis fluvii adversus Slavos condi-
dit, & ab his anno 810. excisum est. Verumenimverò cum, qvod memoravi, Bezelinus
sibi suisqve Hamburgi præsidium comparasset, metuens Dux Bernhardus, ne potentia
Archiepiscopi nimium in urbe prævalesceret, ipse qvoqve ab altera Ecclesiæ parte ad Al-
striam arcem ædificavit, cujus ad nostram usqve memoriam aliqva extiterunt vestigia,
51 ibi, ubi nunc eqvile Senatus est. (5) Adamus Bremensis, qvi æqvalis fuit illorum tempo-
rum, hanc rem ita describit: *Hæc dum Bremæ*, inqvit, *Bezelinus operis insignia relinqveret,*
mox ad Ecclesiæ Hammaburgensis ædificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cla-
dem Sclavanicam, (qvæ contigit anno 1013.) *qvam supra contigisse retulimus, Unwanus Ar-*
chiepiscopus & cum eo Dux Bernhardus claustrum nobile de ruinis antiqvæ civitatis elevantes,
Ecclesiam & diversoria omnia construxerunt lignea. Alebrandus verò Pontifex adversus crebras
hostium incursiones, aliqvod fortius præsidium pro inopia necessarium loci arbitratus, primus o-
mnium Ecclesiam, qvæ constructa erat in matris Dei honorem lapide qvadrato ædificavit. Ali-
am deinde sibi domum fecit lapideam, turribus & propugnaculis valdè munitam. Cujus æmu-
latione operis Dux provocatus, & ipse domum suis in eodem loco paravit. Ita prorsus civita-
te renovata, Basilicæ eadem ex parte una habuit domum Episcopi, ex alia Prætorium Ducis.
52 Hæc ille. Unde cum qvis Bezelini temporibus urbis nostræ status fuerit satis intelligi-
tur, tum verum illud esse, qvod alias dixi, eam non itidem atqve Bremense oppidum do-
no Imp. Othonis Magni totam in Archiepiscoporum venisse potestatem, sed qvod in eam
Imperium Comites habuerant, ab Imperatore in Ducem Saxoniæ Hermannum ejusqve
posteros translatum fuisse. Præterea autem id qvoqve in modò citatis Adami verbis haud
inconsideratè prætereundum est, qvod ait, Ecclesiam, qvam Bezelinus primus omnium
lapide qvadrato ædificavit, *in Matris Dei honorem constructam fuisse.* Nempe hoc illud est
antiqvum & *primitivum* templum, qvod anno 811. à Carolo Magno conditum & Christo
Salvatori atqve beatissimæ Matri ejus Mariæ consecratum fuisse, alias satis ostendi. Ne-
qve in aliam partem accipienda sunt hæc verba Diplomatis Papæ Gregorii IV. *Ipsamq;*
sedem Nordalbingorum Hammaborch dictam, in honore sancti Salvatoris ejusque intemeratæ
genitricis Mariæ consecratam, Archiepiscopalem esse decernimus. Item hæc qvæ in qvadam
constitutione Othonis Magni extant: *Cujus juxta & rationabilis videtur petitio ad hono-*
rem

(4) Crantz. Metropol. lib. 4. c. 25.

rem sanctæ Dei genitricis Mariæ, cui locus ille Hammaburch est consecratus: Nostro qvidem
ævo priscum *templi beatæ Mariæ* nomen ferè obliteratum est, & plerumqve illud tem-
plum *templum Cathedrale* [à cathedra videlicet sive sede Archiepiscopali, qvæ à Ludovico
Pio in eo constituta est] vel Saxonico à Latinis mutuato vocabulo *de Dom*, sive *Domus* 53
nuncupatur. Qvo etiam nomine (6) Gualdo utitur in Vita S. Anscharii, ubi agit de pri-
mâ hujus Templi eversione:

Hoc, inqvit, *domus Ecclesiæ claustrumq; flagravit ab igne.*

Domus enim recentiores Latini majora & primaria vocare solent templa: Cujus rei me
aliqvot legisse memini exempla apud (7) Adamum Bremensem & Anastasium Bibliothe-
carium de vitis Romanorum Pontificum. Ad hunc modum etiam Itali adhuc cathe-
drale sive metropolitanum templum vulgari suo sermone *un Duomo* appellant. Et hæc
obiter: non tamen ab re. Cæterum præterqvam qvod Bezelini temporibus, ut supra
exposui, urbs nostra aucta & exornata fuit novâ templi structura & duarum arcium mu-
nimine, muro insuper etiam hic Archiepiscopus & turribus eam circumdare decreverat:
qvod videlicet, qvæ Carolus Magnus ei olim circumdederat mœnia, anno 845. à Nor-
mannis diruta, nec deinceps reædificata fuerant. Sed priusqvam huic consilio exeqven-
do manum admovere posset, præmaturâ morte oppressus decessit: Expresse id testatur
(8) Adamus Bremensis: *Voluit etiam*, inqvit, *nobilis Archiepiscopus Hammaburg Metropolim*
circumdare muro, ac munire turribus, nisi velocior ejus transitus votum ejus impediisset. Haud 54
ab re fuerit subtexere etiam (9) Crantzii verba, qvibus hæc memoriæ tradidit: *Bezelinus*
interim, inqvit, *optimus metropolita Hamburgensis Ecclesiam illam suam matricem exornare*
studuit, civitatem muro circumdari disposuit, tribus portis ac duodecim turribus: ita ut primam
Episcopus, alteram Advocatus, tertiam Præpositus, qvartam Decanus, qvintam Scholarum ma-
gister [sive Scholasticus] *Sextam Fratres, & Canonici tenerent; alias sex cives adhibitis sorti-*
rentur custodiis, Hactenus Crantzius. Qvi qvod de tribus portis & duodecim turribus
& æqvali partitione custodiæ earum inter Canonicos & cives scribit, id ego nullibi præ-
terqvam apud Anonymum qvendam non magni momenti Scholiasten Adami Bremen-
sis repperi. Sed utcunqve sit, Adamus sanè, qvi Bezelini temporibus sine dubio jam
vixit, dilucidis verbis testatur, voluisse duntaxat Bezelinum muro urbem cingere, sed
præpeditum morte, ne inchoasse qvidem illud propositum. Etiam Crantzius, *Disposuit*,
tantum inqvit, *civitatem muro circumdari.* Qvo magis miror, qvid in mentem venerit
(2) Thracigero, qvi *non tantum* affirmat, *Hamburgum à Bezelino muro cinctum fuisse, sed* & 55
addit, *eundem murum jussu Archiepiscopi Alberti, qvi Bezelino successit, fuisse destructum, ut la-*
pidibus inde detractis exstructio templi à Bezelino incepta absolveretur. Anno tandem Archi-
episcopatus ejus septimo anteriorem templi partem consummatam & altare majus sanctissimæ
Dei genetrici, secundum S. Petro dedicatum fuisse; cujus reditibus deinde templum ait S. Petri
fuisse exstructum. Hæc Thraciger: qvi qvam toto erret cœlo, ex his, qvæ dicturus sum,
qvisqve judicet. Jamprimum igitur Bezelinus ut Adamus Bremensis testatum reliqvit,
voluit, qvidem muro Hamburgum circumdare; at tantum abest, ut circumdiderit, ut ne
inceperit qvidem hoc propositum. Qvicqvid deinceps Thraciger de muri demolitio-
ne & consummatione templi narrat, id verò non Hamburgi, ut ille putat, sed Bremæ ac-
cidit. Et profectò, si ipsum inspexisset Adamum Bremensem, qvi eâ floruit tempesta-
te, vel saltem (3) Crantzium, qvi sua iisdem verbis ex eo descripsit, probe considerasset,
procul dubio id facilè animadvertisset. Reverà ergò res ita se habet. Narrat (4) Ada-
mus *Archiepiscopum Hermannum murum civitati Bremensi circumdare voluisse, vixqve jactis*
fundamentis cum opere vitam finivisse. (5) *Bezelinum deinde murum civitatis à prædecessore* 56
suo Hermanno orsum, in gyro construxisse, & aliqvibus in locis eum usqve ad propugnacula
erexisse, alias qvinq; aut septem cubitorum altitudine semiperfectum demisisse. (6) *Porro autem*
anno Archiepiscopi Bezelini penultimo, domum S. Petri Bremæ conflagrasse. (7) *Eo tempore*
Archiepiscopum in Fresiam iter egisse, & conflagratione audita Ecclesiæ mox pedem retorsisse, ja-
ctisq; seqventi æstate fundamentis, ad formam Coloniensis Ecclesiæ disposuisse Bremensis magnitu-

(6) Gualdo in Vita S. Anscharii c. 35.
(7) Adam. Brem. l. 2. c. 61. Domus sancti Petri Bremæ & l. 3. c. 5. Beneventana domus Helmoldus l. 1. c. 60. Domus S. Petri Romæ Idem l. 2. c. 10.
(8) Adam. Brem. l. 2. c. 52.
(9) Crantz. Metropol. l. 4. c. 25.

(2) Thraciger ille, contra qvem hic disseritur lingua Germanica Chronicon Hamburgense scripsit.
(3) Crantz. Metrop. l. 4. c. 16. 21. 27. & 31.
(4) Adam. Brem. l. 2. c. 50.
(5) Adam. Brem. l. 2. c. 51.
(6) Adam. Brem. l. 2. c. 61.
(7) Adam. Brem. l. 2. c. 62.

dinem perficere. Sola etiam æstate, qva inceperat hoc opus, fundamenta Ecclesiæ jacta, columnas & arcus earum, lateraq; in altum erecta fuisse. Transacta autem hyeme, cum jam Paschalis immineret festivitas, beatissimum Pontificem Alebrandum decessisse. (8) *Posteà Archiepiscopum Albertum, cum videret Basilicæ noviter inceptæ* [templi videlicet cathedralis Bremensis, S. Petro dedicati, qvod penultimo Bezelini anno conflagravit] *opus immensum vires qvæ-*
57 *rere maximis, nimis præcipiti usum consilio, statim murum civitatis à prædecessoribus suis* [Hermanno scilicet & Bezelino] *orsum, & qvasi minus necessarium destrui fecisse, lapidesq; in templo jussisse poni. Intereà surrexisse Ecclesiæ murum, cujus formam antè Alebrandus adinstar Coloniensis inceperat: Ipsum verò ad exemplum Beneventanæ domus cogitasse perducere. Anno tandem septimo,* inqvit, *incepti operis moles, à fronte est levata, ac principale Sanctuarii altare in honore S. Mariæ dedicatum. Nam secundum in occidentali absida consecrandum Altare in honorem S. Petri disposuit, sub cujus invocatione legitur antiqva Basilica extructa fuisse.*
Hæc verbis adeò ipsis, ut ab Adamo Bremensi tradita sunt, referre necessum duxi. Neqve dubito, qvin satis superqve hinc eluceat, illum hîc non de Hamburgensis, ut Thraciger credidit, sed de Bremensis & muri & templi Cathedralis destructione & exstructione loqvi. Id verò etiam atqve etiam inculcandum censeo, posteriora hæc Adami verba, *Nam secundum, & cætera*, ita Thracigerum germanicè vertisse, qvasi Hamburgi in templo Beatæ Mariæ sive Cathedrali altare erectum fuerit, cujus reditibus deinde templum Parochiale S. Petri exstructum sit. Qvæ interpretatio minimè ferri potest. Hæc enim
58 vera illorum verborum sententia est, in novo templo Cathedrali Bremensi secundum Altare S. Petro consecratum fuisse, cujus nomini olim antiqva Basilica, qvæ Bezelini temporibus conflagravit, dedicata fuerat. Atenim verò cum Archiepiscopus Bezelinus (9) anno millesimo qvadragesimo tertio obiisset, suffectus est in ejus locum ab Imp. Henrico III. (1) Albertus sive Adalbertus, genere summo prognatus, cujus vitam (2) fusè lateqve Adamus Bremensis perscripsit, *qvi,* (3) ut ipse de se fatetur, *qvotidianam ipsius inspexit conversationem.* Nos verò cæteris, qvæ de ipso prodidit, omissis, ea tantum perseqvemur qvæ ad institutum nostrum pertinent. Eqvidem ex omnibus, de qvibus antehac egi Archiepiscopis; nulli certè nostra urbs curæ magis atqve cordi fuit, qvam huic ipsi Alberto: neqve tamen alius cujusqvam temporibus vel gravius vel sæpius à Paganis afflicta est. (4) Ab initio statim Archiepiscopatus magna inter ipsum & Daniæ Regem Svenonem II. dissensio orta est. Is enim consangvineam suam Regis Sveciæ filiam in uxorem ducendo, incesto se contaminaverat: qvod cum Archiepiscopus factum improbasset, &, ut eam à se dimitteret, sub pœna interdictionis sacrorum per Legatos illi denunciasset, adeò hac re commotus fuit Sveno, ut cum Religione se potius qvam uxore divortium facturum renunciaverit: comminatus insuper, omnem se
59 Hamburgensem Ecclesiam ferro & igne vastaturum. Qva licet pòst habitâ interminatione, Archiepiscopus Regem nihilo segnius de divortio urserit, qvo tamen magis à vi & insidiis tutus esset, Hamburgo per aliqvod tempus Bremam concessit. Saxo Grammaticus hæc ita memorat: (5) *Cum Rex*, inqvit, *ab antistite per sacram ac salutarem admonitionem incesti reus ageretur, disciplinæ minas opposuit seqve ferro correptionis insolentiam repressurum edixit. Qvæ res ab Hamburgensibus maritimi periculi metu ad Bremenses Pontificium transtulit.* In his itaqve verbis per translationem Pontificii non tituli Archiepiscopalis & metropolitanæ dignitatis ab Hamburgensi ad Bremensem urbem transitio significatur [qvippe qvam revera anno demum 1223. contigisse alias demonstrabo] sed temporaria tantum Archiepiscopi transmigratio. Nam aliqvanto post & Regi reconciliatus est, & Hamburgum rediit. *Diligebat sanè Pontifex eum locum* [verba hæc sunt (6) Adami Bremensis] *Sicut omnes prædecessores sui, eò qvod Metropolis sedes omnium septentrionalium fuerit nationum & caput suæ Parochiæ. Ideoqve dum adhuc pax fuit trans Albiam, omnes ferè solennitates Pascha ac Pentecostes, itemqve Dei matris ibi celebrare voluit.* (7) Cæterum cum jam
60 Archiepiscopus noster decimum ageret & septimum Pontificatus sui annum, qvi Christi est sexagesimus primus supra millesimum, fato concessit Saxoniæ Dux Bernhardus, relictis successoribus filiis Ordolpho & Hermanno, (8) qvorum hic Nordalbingiæ Comes, ille verò reliqvæ omnis Saxoniæ Dux fuit. Et videtur mihi qvidem hic Hermannus

A.C. 1043

A.C. 1061

(8) Adam. Brem. l. 3. c. 5.
(9) Adam. Brem. l. 2. c. 63.
(1) Adam. Brem. l. 3. c. 1.
(2) Toto videlicet libro tertio Historiæ Ecclesiasticæ.
(3) Adam. Brem. l. 3. c. 4.
(4) Adam. Brem. lib. 3. c. 12.
(5) Saxo Grammat. Histor. l. 11.
(6) Adam. Brem. lib. 3. c. 28.
(7) Adam. Brem. l. 4. c. 1.
(8) Adam. Brem. l. 4. c. 3.

nus is esse, qvi (9) in diplomate qvodam Archiepiscopi Liemari, qvi Alberto successit,
dato anno 1088. *Comes* vocatur *de Hammaburg*. Ipsa verba diplomatis hæc sunt: *Cum
in villa, qva dicitur Acheim, nos & Dux Magnus & reliqvi milites ecclesiæ nostræ qvibusdam
de causis colloqvium haberemus. Aderant autem de militibus Ducis Comes H. de Hammaburg,
Comes Reinoldus, &c.* Sed utcunqve sit, (1) ex qvo Dux Ordolphus & Comes Her-
mannus Patri Bernardo successerunt, continuas & apertas cum Archiepiscopo exercu-
ere inimicitias & simultates. Is (2) verò cum metropolim Hamburg & circumjacentem
regionem adversus hostium incursiones non satis munitam cerneret, eâ re in monte ad
Albim sito, qvi *Sullenberg* vocatur, & duo circiter ab urbe milliaria germanica (3) inter
villas Nienstede & Blankenese situs est, excisâ qvâ tegebatur sylvâ, castellum exstruxit,
qvod simul & Præpositurae locus esset, & metropolitanæ sedis totiusqve Transalbino-
rum Ecclesiæ propugnaculum. Non multò post autem hoc castrum seditiosa ipsorum 61
Transalbinorum manu dirutum fuit, tam ob custodum neqvitiam, qvi qvam regionem
defendere debuerant adversus hostes, eam ipsi instar latronum infestaverant, qvam
qvod scirent, qvocunqve demum prætextu Archiepiscopale illud munimentum everte-
rent, gratissimum in fore (4) Ordolpho Ducis Bernhardi filio, penes qvem tunc Saxo-
niæ erat imperium. Qvippe terrebat illum nimia Archiepiscopi potentia, jampridem
etiam patri suspecta: simul qvod bene nosset, Albertum animo esse intrepido, nobili-
tate generis illustrem, (5) acceptum Henrico Imperatori, ideoqve qvidvis ausurum, si
daretur occasio. Hæc igitur atqve ejusmodi alia cum animo suo volvens Ordolphus,
vim vi opponendam esse duxit, (6) condiditqve Hamburgi arcem, qvæ ad differentiam
istius qvam Bezelini tempore pater ejus similem ob causam ad Alstriam ædificaverat, *No-
va* cognominata fuit. Sita autem fuisse creditur hæc arx in eâ urbis regione, qvæ hodie-
qve *Burgi novi* nomen retinet. Ea igitur tempestate Dux & Archiepiscopus separatim
habitare cœperunt: Et hic qvidem *vetus* incoluit *oppidum*, in qvo templum Matris Dei,
seu cathedrale, & vetus Bernhardi castellum ad Alstriam situm erat, ille verò *novum*, qvod
S. Anscharii temporibus *suburbium* vocatum fuisse suprà docui, qvodqve eum comple-
ctebatur tractum, qvem nunc Parochia Ecclesiæ S. Nicolai obtinet. Libet jam mihi qvæ 62
de novis Archiepiscopi Alberti & Ducis Ordolphi munimentis narravi, verbis qvoqve
referre Adami Bremensis, qvò per se qvisqve accuratius ea expendat & examinet: *Anno*,
inqvit, *Pontificatus sui XVIII. totius Parochiæ suæ diligentissimam provisionem adhibens, Me-
tropolim Hammaburg in Principio lætitiæ suæ posuit Archiepiscopus, fœcundissimam gentium
matrem illam appellans, omniqve devotionis officio venerandam: Protestatus ei tanto majorem
offerri debere consolationem, qvanto majori plaga & propioribus insidiis & tam longiturna Pa-
ganorum infestatione cribraretur. Ergo accepta pace temporum, dum sæpè meditatus est Ham-
maburgensem munire, simulqve ornare Toparchiam, qvoddam utile contra Barbaricos incur-
sus inchoavit opus, in qvo & populus, & Ecclesia Nordalbingorum perenne haberet præsidium.
Igitur cum provincia Sturmariorum, in qva Hammaburg sita est, tota in planitiem campi de-
scendat, ex parte, qva Slavos attingit, neqve mons neq; flumen est in medium, qvod incolis mu-
nimen præstet, absqve sylvis passim occurrentibus, qvarum latebris protecti hostes incertis ali- 63
qvando excursibus repentini superveniunt, nostrosqve securos & nil mali suspicantes, vel peri-
munt, vel qvod gravius morte est, captivos abducunt. Solus in ea regione mons prominet jux-
ta Albiam, longo in occasum dorso protensus, qvem incolæ Sullenberg vocant. Qvem Ponti-
fex opportunum arbitratus, ut in eo firmaretur castellum, qvod genti præsidio foret, statim syl-
vam, qvæ montis verticem obtexit, excidi nudariqve locum præcepit. Itaqve multis impensis
multoqve hominum sudore voti compos effectus montem asperum fecit habitabilem. Ubi præpo-
situram constituens disposuit congregationem facere Deo servientium, qvæ mox conversa est in
turmam latronum. Ex illo enim castro nostri qvidam populares in circuitu, ad qvos tuendos
positi sunt, deprædari ac perseqvi cœperunt. Ideoqve locus ille posteà tumultu comprovinciali-
um destructus est: populus verò Nordalbingorum excommunicatus. Compertum est nobis in
gratiam Ducis hoc factum, qvi more solito felicibus ecclesiæ actibus invidebat. Nam & Dux eo 64
tempore relicto veteri castello Hammaburg, novum qvoddam præsidium sibi suisqve fundavit in-
trà Albiam flumen, & rivum qui Alstra vocatur. Ita nimirum cortibus vel mansionibus ad in-
vicem*

(9) Hoc diploma extat in Syntagmate rerum Germ. Septentrional. Erp Lindenbrogii p. 168.
(1) Adam. Brem. l. 4. c. 1.
(2) Adam. Brem. l. 3. c. 27. & 28.
(3) Crantz. Metrop. l. 5. c. 5.
(4) Adam. Brem. l. 4. c. 1. Helmold. l. 1. c. 22.
(5) Helm. l. 1. c. 22.
(6) Adam. Brem. l. 3. cap. 28.

vicem divisis, Dux [scilicet Ordolphus] *novum, Archiepiscopus coluit vetus oppidum.* Hæc Adamus Bremensis. Verumenimverò, qvam Albertus Imperatori Henrico tertio carus fuerit, satis inde apparet, (7) qvod Imperator cum Urbanum Hungariæ Regem debellaret & Italiæ res componeret, & Flandriam exercitu invaderet, perpetuum comitem habere eum voluerit, nec inscio eo vel inconsulto qvicqvam gesserit aut incœperit, (8) Insuper post illius mortem cum Hannone Coloniensi Archiepiscopo Imperatori Henrico qvarto tutor datus, & imperii administrandi particeps factus est (9) Sed perbrevis fuit hæc Archiepiscoporum in regendo imperio societas. Nam Coloniensis Archiepiscopus vetus & qvasi hæreditarius Alberti inimicus erat Bremensis ecclesiæ causa: uterqve verò animo ambitioso & intemperanti, & qvi cunctis rebus imperandi potestatem anteponeret. (1) Hanno igitur, ut solus pro libito suo imperium gubernaret, non destitit,
65 donec calumniis insidiisqve Albertum ab administratione tutelæ removeret. Is itaqve potentiâ inimicorum excuriatus, (2) Bremam se contulit, ibiqve latuit triennium. (3) In- A.C.
ter hæc anno millesimo sexagesimo sexto Obotriti Slavorum natio, interfecto Principe 1066
suo Gotscalco [*qvi*, ut ait Adamus Bremensis *fervidus erat Christianæ religionis propagator, & urbem Hammaburg ut matrem colebat, eoqve solvendorum causâ votorum solitus erat frequenter venire*] ad superstitionem paganicam relapsi, omnem devastarunt Saxoniam transalbinam, & Hamburgense castrum, (4) qvod Dux Bernhardus ad Alstriam condiderat, funditus destruxerunt. Qvam rem (5) Helmodus ita memorat: *Et Slavi quidem*, inqvit, *victoriâ potiti, totam Hamburgensem provinciam ferro & igne demoliti sunt. Sturmarii & Holzati ferè omnes aut occisi, aut in captivitatem ducti. Castrum Hammenburg funditus excisum, & in decisionem Salvatoris nostri, etiam cruces à Paganis truncatæ sunt. Accidit autem perturbatio hæc in Slavorum provincia anno post incarnationem Domini millesimo sexagesimo sexto, anno regni Henrici qvarti octavo.* (6) Adamus Bremensis mortem Gotscalci, & Archiepiscopi expulsionem & excidium nostræ urbis uno ferè anno ait contigisse. (7) Archiepiscopus eqvidem exacto Bremæ triennio, in aulam Imperialem revocatus, pristi-
66 nam dignitatem recepit. Et tum demum omni cogitatione curaqve ad Patriarchatum Hamburgi constituendum incubuit; neqve Archiepiscopum se amplius, sed *Patriarcham Hamburgensem* vocari voluit. Cui hominis vanitati obsecundantes parasitos sæpe citatus (8) Adamus refert *per Angelos sibi revelatum jactâsse, Hamburgensem Patriarcham citò Papam futurum.* Inter hæc igitur magnarum cogitationum vota & consilia Albertus A.C.
anno millesimo septuagesimo secundo vitam finiit. (9) Adamus Bremensis postqvam 1072
narravit Archiepiscopi corpus Goslaria deductum, & Bremæ humatum fuisse, aliqva deinde subjungit, qvæ ad verbum huc adscribere necessum duxi, qvod inde dilucide inprimis appareat, qvam singulari amore & æstimatione Archiepiscopus Albertus Metropolim Hamburgensem, qvamvis ob Christiani nominis professionem amplius septies miserè vastatam, prosecutus sit. *Affirmant*, inqvit, *illum*, [scilicet Archiepiscopum Albertum] *sæpe antea rogasse, ut sepeliretur in urbe metropli Hammaburg, qvam sicut prædecessores sui omni semper amore censuit esse colendam. Ibi namqve dum adhuc viveret, plerumqve totam æstatem transigens, præcipuas solennitates cum magna gloria celebravit. Ibi promotiones Ecclesiasticorum ordinum legitimis temporibus gravi prorsus reverentia sæpius implevit. Ibi tempus & locum, qvo à nostris Ducibus*, [scilicet Saxoniæ] *seu à proximis Slavorum gentibus,*
67 *sive à cæteris Arctoæ gentis legatis adiri posset, ex more constituit. Tantum honorem destructæ Urbi, tantumqve honorem habens exhaustæ matri, ut in illa diceret impletum scripturæ vaticinium, qvæ dicit: Lætare sterilis, qvæ non paris, qvia multi filii desertæ, magis qvam ejus, qvæ habet virum.* Usqve huc Adamus. Uno autem eodem millesimo septuagesimo secundo anno, qvo Archiepiscopus Albertus fato concessit, etiam Hamburgum bis à Paganis incensum, desolatum, & prorsus ad extremam redactum est miseriam. Et procul dubio qvidem duplex hoc urbis excidium paulo ante Archiepiscopi mortem contigit, qvia (1) Adamus præsagiis futuri obitus ejus illud annumerat: *Omnia*, inqvit, *mortem portendebant Episcopi. Nam & Hammaburg eodem anno, qvo Metropolitanus decessit, incensa & bis vasta-*

(7) Adam. Brem. l. 3. c. 7. & 32.
(8) Adam. Brem. l. 3. c. 36.
(9) Adam. Brem. l. 3. c. 36. & 37.
(1) Adam. Brem. l. 4. c. 7. 8. & 17.
(2) Adam. Brem. l. 4. c. 8. 17. 21. 24.
(3) Adam. Brem. l. 4. c. 12. 13. Hist. Archiepisc. Brem. in vita Alb. ann. 1066. Helmold. l. 1. c. 24.
(4) Crantz. Wandal. l. 3. c. 5.
(5) Helmold. l. 1. c. 4.
(6) Adam. Brem. l. 4. c. 13.
(7) Adam. Brem. l. 4. c. 24.
(8) Adam. Brem. l. 3. c. 41.
(9) Adam. Brem. l. 4. c. 35.
(1) Adam. Brem. l. 4. c. 31.

vastata est, Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in sua ditione: bellatoribusq; occisis, aut in captivitatem ductis, provincia in solitudinem redacta est, ut diceres, in fine boni Pastoris etiam pacem terris ablatam. Præter hæc id qvoqve apud eundem auctorem, cujus fides, cum eâ tempestate vixerit, minimè suspecta esse potest, inprimis memoratu dignum est, qvod ait, (2) *Hamburgum ante hac tempora nobilissimam Saxonum civitatem fuisse.* Idem alibi eadem de re loqvens his verbis utitur, qvæ qvia plurimum ad gloriam nostræ urbis faciunt, integre adscripsi. (3) *Tertii,* inqvit, *Transalbinorum Saxonum* 68
populi & nobiliores Stormarii dicuntur, eò qvod seditionibus illa gens freqventer agitur. Inter qvos Metropolis Hammaburg caput extollit, olim viris & armis potens, agro & frugibus felix, nunc verò peccatorum vindicta patens in solitudinem est redacta. Et qvamvis occulto Dei judicio vastata decorem urbis amiserit, vires tamen adhuc retinet metropolis, viduitatis suæ damna consolans in profectu filiorum, qvos per totam septentrionis latitudinem suæ legationi qvotidie videt accrescere. Hæc ille. Sed parum esset, urbem tunc funditus vastatam fuisse, [qvamvis enim hoc ei jam aliqvoties antea accidisset, semper tamen illa ex ruderibus suis major surrexerat] nisi hæc vastatio honoris & tituli Archiepiscopalis transferendi causam præbuisset. Etenim à S. Anscharii temporibus usqve ad Liemarum, (4) qvi post mortem Adalberti ab Imper. Henrico qvarto Archiepiscopus creatus fuit, (5) annos circiter ducentos & qvadraginta urbs Hamburgensis sine ullâ controversiâ legitimam dignitatem & existimationem suam retinuit, ut videlicet sola omnium septentrionalium regionum metropolis haberetur & esset. Albertum enim Liemari antecessorem (6) Pontifices Romani semper *Hamburgensem*, nunqvam verò Bremensem, Archiepiscopum vocant: (7) & sic ipse in epistolis suis ad Reges & Principes se appellat. (8) Ad hæc diserte testatur Adamus Bremensis, eum Hamburgo, ut metropolitanæ sedi, qvamvis sæ- 69
piùs vastatæ maximum honorem habendum esse censuisse, atqve præcipuas solennitates ibi celebrasse, ibiqve locum & tempus constituisse, qvo cum Wandalorum & cæterarum sepentrionalium nationum ducibus & legatis ageret. (9) Verùm postqvam duplici illa & omnium gravissimâ vastatione, qvam anno millesimo septuagesimo secundo accidisse dixi, urbs planè ad nihilum redacta est, exinde primùm, qvasi jam illi toties & tam vehementer desolatæ colligendi se ex tantâ miseriâ spes nulla superesset, Brema Archiepiscopalis tituli usum arripuit: non statim tamen eò processit, ut Hamburgum eo honore, qvem immenso temporis spatio jure obtinuerat, omninò excluderet; sed aliqvamdiù etiam Archiepiscopi promiscuè nunc Hamburgenses, nunc Bremenses cognominati sunt. Liemarus sanè, & Fridericus, & Adalbero & Hartvicus I, qvi post Adalberti mortem ab anno 1072. usqve ad millesimum centesimum sexagesimum octavum Archiepiscopatum administrarunt, nonnunqvam Archiepiscopi Bremenses vocantur: ipsi tamen, qvibus de se maximè credendum est, in diplomatibus suis, (1) qvæ etiam nunc supersunt plerumqve *Hamburgenses Archiepiscopos* se appellant. Extat adhuc diploma Hartvici primi, in qvo qvanqvam Archiepiscopi Bremensi titulo utitur, Hamburgensis Ecclesiæ antiqvuum honorem stabilit, & freqventi urbis excidio metropolitanam ejus dignitatem 70
minimè imminutam confirmat. Integrum adeò illud diploma, qvia historiæ Ecclesiasticæ illorum temporum multum affert lucis, è tenebris erutum, hic inserere libitum est.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hartvicus sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Pastoralis officii nostri sollicitudo nos admonet, pia antecessorum nostrorum studia considerare, & ne ipsorum religiosa facta ulla possint refragatione perturbari, vigili curâ providere. (2) *Notum ergo esse cupimus tam præsentibus qvam futuris: qvod cum venerabilis pater & antecessor noster Adelbertus totius parochiæ suæ diligentissimam curam gereret, praelegit Metropolim suam Hamburg, per sævitiam Barbarorum propter Evangelium Jesu Christi sæpius vastatam, & jam qvasi jure postliminii reversam, reformare & in statum pristinum revocare; facundissimam illam matrem gentium considerans, omniq; devotionis officio venerandam, protestatus ei tanto majorem offerri debere consolationem, qvanto ma-* 71
jori plagâ & propioribus insidiis & tam longiturnâ paganorum infestatione cribraretur. Qvæ qvalis

(2) Adam. Brem. l. 2. c. 7.
(3) Adam. Brem. l. 2. c. 8.
(4) Adam. Brem. c. penultimo libri de situ & naturâ regionum septentrion.
(5) Albert. Stad. Chron. an. 1072.
(6) Priv. Eccl. Hamb. Ad. Brem. l. 4. c. 43.
(7) Adam. Brem. l. 4. c. 43.
(8) Adam. Brem. l. 4. c. 36. & l. 3. c. 38.
(9) Crantz. Metrop. l. 5. c 18.
(1) Vide collectionem Privilegiorum Archiecclesiæ Hamburgensis ab Erpoldo Lindenbrogio editam in Syntagmate rerum Germanicarum septentrionalium.
(2) Hæc iisdem ferè verbis extant apud Adam. Brem. l. 3. c. 27.

& cujus sit meriti, quibusqve eam dignitatibus præferre debeamus, Pontificum & Principum Romanorum apud nos deposita nos instruunt privilegia. Qvæ idem venerabilis Pater noster intuens, licet eadem ecclesia in sua vastatione nominis conservasset dignitatem, ut planè tamen in eâ pristinum remansisse declararet honorem, ne propter temporis lapsum, & freqventem Paganorum insultum de libertatis suæ titulo possit suboriri dubium, canonicos in ipsâ restitui in omni libertate & jure metropolitico, ipsis à sancta Romana ecclesia pontificibus & piissimis principibus concesso, usqve ad vitæ suæ excessum cum debitâ conservans reverentiâ. Nos ergo qui eandem ecclesiam, licet indignè gubernandam suscepimus, factum ejus per omnia commendantes, & confirmantes ut ex laboris nostri sollicitudine aliqvid adjicere videamur, qvia suffraganeis scilicet Lubecensi, Raceburgensi & Zuerinensi ipsam
72 *decorrvimus; authoritate sedis apostolicæ, cujus legatione fungimur, statuentes, qvatenus prædictæ ecclesiæ novellæ ad Hamburgensem Ecclesiam tanqvam ad metropolim suam in omnibus respectum habeant, ut matrem debito honore venerentur; nec non ejusdem sedis Archiepiscopo, tantum secundum canonum sanctiones exhibeant debitam obedientiam & reverentiam. Jura etiam & consuetudines tàm Bremensis, qvam Hamburgensis ecclesiæ, qvæ post unionem ipsarum fideliter ab antecessoribus nostris suo tempore servatæ sunt, & qvæ maximè propter viarum & aqvarum pericula & locorum distantiam ad commoda utriusqve provinciæ providè instituta sunt, in perpetuum servanda decernimus; ita ut in Hamburgensi ecclesia semel in anno cum suffraganeis prælatis, clericis, nobilibus, liberis, tantum Cisalbinis provincialis Synodus: In Bremensi verò, sicut consuetum est, suo tempore tantum cum Transalbinis generalis synodus celebretur. Ut autem prædicta omni ævo rata & inconvulsa permaneant, præ-*
73 *sentem chartam scribi & sigilli nostri impressione signari fecimus. Ne qvis autem hanc nostræ confirmationis paginam infringere præsumat, sub anathemate & districti judicii interminatione prohibemus. Actum Hamburg anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo, indictione octava.*

Hujus igitur Archiepiscopi Hartvici primi, vel certè Baldewini temporibus, qvi anno 1169 in locum ejus suffectus est, lis primum inter Canonicos Hamburgenses & Bremenses super Metropolitanæ dignitatis jure & honore orta videtur. Nempe Hamburgenses pristinam sibi præcellentiam vendicare annitebantur, literas jactantes summorum Pontificum, & Imperatorum diplomata, & annorum amplius trecentorum præscriptionem. Tantum etiam abesse, ut ob crebras direptiones & excidia debito honore urbs privari potuerit, ut eò majori insuper afficienda fuisset, qvo plus pro Christianæ religionis professione esset perpessa, Bremenses contrà præsenti rerum statui insistentes, antiqvitatem contemnebant; nec reverà, sed titulo tantum tenus post primum Hamburgi excidium, qvod sub Anschario contigit, metropolitanam dignitatem penes Hamburgenses remansisse argumentabantur, qvod omnes deinceps Archiepiscopi Bremæ habi-
74 tassent, Hamburgi autem tantum in transitu nonnunqvam essent commorati. Et sanè post qvinqvaginta annorum litigium, anno demum millesimo ducentesimo vigesimo tertio (ut alias demonstrabo) Ecclesia Hamburgensis Bremensi cessit, eiqve, qvam inde à S. Anscharii temporibus jure obtinuerat prærogativam, sponte transmisit. Archiepiscoporum itaqve, qvi sine ulla controversia Hamburgenses dicti fuerunt, usqve ad annum millesimum septuagesimum secundum, qvo Adalbertus decessit, pertingit series. Ex qvorum vitâ & gestis desumptum est, qvicqvid hactenus de originibus urbis nostræ retuli. Adeò tamen jejunè id ibi tractatur, adeòve Ecclesiasticarum rerum narrationi permixtum est, ut parum voluptatis legentibus præbiturum sit. Posthac verò ut paulatim urbs nostra grandior evadet & validior, ita etiam qvæ de eâ narrabuntur, sensim jucundiora fient & augustiora. His autem vel nihil omninò Ecclesiasticæ historiæ immiscebitur, vel certè qvam minimum erit necessarium ad civilem urbis statum rectè cognoscendum. Cum ergò ut ad rem redeam, anno millesimo septuagesimo secundo ab Obotritis, Slavorum gente, qvam à religione Christianâ non multò antè descivisse memoravi, Hamburgum deletum esset, (3) aliqvamdiu deinde tota Nordalbingia sub eo-
75 rum fuit imperio: & eo qvidem adeò gravi & duro, (4) ut amplius sexcentæ Holsatorum familiæ transmisso Albi in Harticos sive Hercinios montes habitatum commigraverint. AC.
Anno demum centesimo supra millesimum (5) Henricus Godscalci Obotritorum Princi- 1100
pis filius, qvi post Patris cædem auxilii gratia ad Saxones confugerat, cum Crucone Obotritorum tyranno pacem inivit, eoqve per insidias ope uxoris ejus, qvam se ducturum promiserat, interfecto, paternam simul recepit ditionem, & dominatu Slavorum liberatam Nordalbingiam, Magno Saxoniæ Duci, (6) Ordolphi filio, restituit. Is vero hujus

(3) Ad. Brem. l. 4. c. 31.
(4) Helm. l. 1. c. 26.
(5) Helm. l. 1. c. 34.
(6) Helm. l. 1. c. 25.

hujus regionis Comitem declaravit nobilem qvendam virum nomine Gotfridum. Cujus operâ cum septimum jam vastata urbs nostra contra spem votaqve Paganorum de integro resurgeret, accidit, (7) anno millesimo centesimo sexto magnam Slavorum manum ex improviso in Stormariam incursionem facere, & prope Hamburgum magnam hominum multitudinem, repentino impetu oppressam, cum pecore aliave prædâ per vim abducere. Qvod cum Comiti Gotfrido nunciatum esset, derepente, posthabito omni vitæ periculo, paucis duntaxat Hamburgensibus civibus comitatus, prædatores insecutus est: & cum nimio vindictæ desiderio longius processisset, latentibus hostium insidiis circumventus pro religione Christianâ & liberatione captivorum fortiter pugnando concidit. 76

A.C. 1106

Prolixius hæc narrat (8) Helmoldus hisce verbis. *Accidit autem*, inqvit, *in diebus illis* [anno scilicet 1106. paulo post mortem Ducis Magni] *ut latrunculi Sclavorum* [Apud Anonymum Helmoldi Continuatorem legitur, Sclavi de Aldenborg] *venirent in Stormariam, & tollerent prædam de jumentis, & captiones hominum prope civitatem Hammenburg. Ad vocem autem clamoris surrexit Comes provinciæ illius Godefridus, cum aliqvantis civium de Hammenburg, & persecutus est latrones. Sentiens autem, qvia multi essent, substitit aliqvantisper, donec veniret ei majus auxilium. Præteriens ergo rusticus qvidam, cujus uxor & filii captivi ducebantur, inculpavit Comitem dicens: Qvid trepidas ò virorum vilissime? habes cor muliebre, non virile. Certe si videres uxorem tuam & filios abduci sicut meos, non subsisteres. Propera, festina, libera captivitatem, si de cætero in terra honorari volueris. His verbis irritatus Comes, abiit velociter seqvens hostes. At illi posuerant post se insidias, & cum præteriret Comes cum paucis, surrexerunt insidiæ de locis, percusseruntq; Comitem, & cum eo Viros, qvasi viginti, & abierunt via sua cum præda, qvam rapuerant. Provinciales pariter inseqventes, invenerunt Comitem interfectum, caput verò ejus non repererunt, eò qvod defectum Sclavi illud secum duxissent. Qvod postmodum multo pretio redemptum, in patriis reconditum est sepulchris.* Hæc Helmoldus. Unde colligo Comitem Nordalbingiæ 77
Gotfridum ea tempestate Hamburgi tanqvam in metropoli sua habitasse. Et qvanqvam qvo genere Gotfridus prognatus fuerit, non certò constat, pro maximo tamen præclaræ nobilitatis ejus argumento habeo, qvod Helmoldus ait, *corpus ejus in Paternum Conditorium illatum fuisse.* Id vero ubi terrarum fuerit, ex antiqvis aliqvot Chronicis, Saxonica lingua scriptis, comperi, qvæ Gotfridum Hamburgi sepultum fuisse, expresse memorant. (9) Cæterum haud ita multò ante hujus obitum eodem etiam anno Dux Magnus decesserat: itaqve qvod nemo virilis sexus è stirpe Hermanni Billingi superesset, Ducatus Saxoniæ in Imperatoris potestatem recidit. Præerat autem tunc Imperio Henricus qvintus: qvi Ducatum defectu masculæ stirpis Hermanni Billingi vacantem Lothario Comiti Supplenburgensi ut imperii feudum donavit. (1) Hic verò post Gotfridi obitum Adolpho Comiti Schowenburgensi Comitatum Holsatiæ, Wagriæ & Stormariæ concessit. Eoqve modo Hamburgum ut Stormariæ Metropolis Comitibus Schowenburgensibus, parere cœpit: ita tamen, ut tanqvam pars feudi Ducatus Saxoniæ subjectum maneret potestati Imperatoris. Visitur etiamnunc in templo Cathedrali Hamburgensi antiqvum monumentum, qvod positum olim fuit ad sempiternam memoriam translationis Comitatus Nordalbingiæ ad Schowenburgensem familiam. Exemplum ejus hic apposui. 78

ANNO M. C. VI. Inclytus & magnificus Dominus Luderus Dux Saxoniæ & Westphaliæ, qvi posteà Romanorum Imperator factus, & Lotharius appellatus, contulit & dedit Comitatum Holsatiæ, Wagriæ & Stormariæ vacantem absqve hæredibus, per mortem nobilis viri Domini Gothofridi, dictarum terrarum ultimi Comitis, à Paganis pro fide Catholicâ, cum multis Christianis ministerialibus suis, prope Hamburg interfecti; nobili viro Domino Adolpho Comiti de Schawenburg: qvi & sui filii de ipso pro tempore procreati, ab illo tempore usqve in hodiernum diem prædictarum terrarum pacifici Domini & Comites sunt & fuerunt: Post Carolum Magnum & Ludovicum ejus filium Romanorum Imperatores & Francorum Reges, hujus Ecclesiæ secundi fundatores & fidelissimi fautores extiterunt.

Atenim verò Adolphus, qvi primus Comitum Schawenburgensium Hamburgum rexit (2) summo studio illud amplificavit ornavitqve & templum matris Dei, sive, cathedrale, à Sclavis proximè destructum; refecit: qvamobrem in superiori Inscriptione 79
post Carolum Magnum & Ludovicum Pium secundus Ecclesiæ istius fundator appellatur. Insuper uxor

(7) Antiqva Inscriptio templi Cathedr. Helm. l. 1. c. 36. Incerti auctoris Chron. Slav. ann. 1106. Anonymus Helmoldi Continuator.

(8) Helm. l. 1. c. 36.

(9) Antiqva Inscriptio templi Cathedr. Helm. l. 1. c. 36. Incerti Authoris Chr. Slav. ann. 1106.

(1) Helmold. l. 1. c. 37. Antiqva Inscriptio templi Cathedralis.

(2) Helm. 1. c. 57. Albert. Stad. Chron. an. 1139.

uxor ejus super ruinas castelli, qvod à Duce Bernhardo ad Alstriam exstructum & (3) proxima Paganorum incursione deletum fuerat, firmissimam ædificavit arcem, qvæ urbi adversus hostiles impetus munimento esset. (4) Obiit autem Adolphus Anno P. C. 1128. A.C. 1128. (5) relictis duobus filiis Hartungo & Adolpho I. qvorum ille militaribus exercitiis deditus, haud multò post bello, qvod Imperator cum Bohemis gessit, absumptus est. Alter singulari prudentiâ, nec leviter eruditus, diutius superfuit. Et vivo qvidem Imperatore Lothario Comitatum Nordalbingiæ qvietè possedit. (6) Verum ubi, eo mortuo, Henricus Bavariæ dux & gener Lotharii atqve Albertus Marchio Brandenburgensis, cognomine Ursus, uterqve Ducis Magni ex filiabus Elica & Wulfhildi nepos, de ducatu Saxoniæ armis contendere cœperunt, eumqve Imperator Conradus tertius Alberto adjudicavit, tum deniqve Adolphus, qvod Henrici partibus, cui Lotharius ducatum illum pri-
80 dem concesserat, adhæreret, Holsatiâ atqve Stormariâ deturbatus est. Cujus loco Albertus Henrico Comiti Badewidensi eas regiones tradidit. (7) Posthæc autem non multo interjecto tempore Henricus Bavariæ Dux auxilio socrus, defuncti scilicet Lotharii uxoris, expulso Alberto, Saxoniæ Ducatum vi recuperavit, & simul Adolphus comitatum Holsatiæ, Wagriæ & Stormariæ recepit. Cui cum armis inparem se agnosceret Henricus Badewidensis, pleraqve castella & munita loca, qvæ si ab hostibus occuparentur, pro iis & adversus se opportunissima crederet, evertit. In his castrum Segeberg (8) ab Imperatore Lothario exstructum, arcemqve firmissimam, qvam supra dixi à matre Comitis Adolphi II. Hamburgi constructam fuisse. Helmoldi verba, qvibus hæc refert, hæc sunt: *Videns autem*, inqvit, *Henricus de Badewid, qvia subsistere non posset, succendit Castrum Segeberg, arcemqve firmissimam Hammenburg qvam Comitis Adolfi* (scilicet secundi) *mater murato opere construxerat, ut esset firmamentum urbi contra impetus Barbarorum. Hanc ergo domum & qvicqvid nobile senior Adolphus construxerat, Henricus fugam meditans, demolitus est.* Adolphus verò, cum, fugato Henrico Badewidensi, Hamburgum recepisset, statim illud restauravit munivitqve (9) Præterea Lubecam, nunc opulentissimam urbem A.C. & principem omnium Hanseaticarum urbium, condere cœpit anno P. C. 1140. Distat 1140
81 illa Hamburgo decem milliariis germanicis, & sita est ad Travam vel (1) *Trabenam*, seu (2) *Travenam* fluvium, qvi duobus ab urbe milliaris in oceanum orientalem seu mare Balticum se exonerat. (3) Cæterum Comes Adolphus secundus post plurima egregia opera, (4) dum anno 1164. Henrico Leoni Duci Bavariæ & Saxoniæ contra Casimirum & Bugislaum Pomeranorum principes strenuam navat operam, unà cum Reinoldo Ditmarsorum Comite in prælio periit. Filium ex se reliqvit Adolphum tertium adhuc impuberem, (5) cui Dux Henricus Leo avunculum ejus Henricum Comitem Orlamundensem tutorem dedit; (6) qvem postea Machtildis, defuncti Adolphi uxor, mariti loco habuit. Adolphus vero postqvam adolevit, patris exemplum secutus, singularem Hamburgi curam atqꝫ rationem habuit. Erga Ducem Henricum qvoqꝫ paternam continuavit benevolentiam & A.C. fidem, sed parum felici successu. (7) Cum enim Anno 1181. pro Duce Henrico bellum gessisset 1181. cum Westphalis, fusoqve hostium exercitu, plurimisqve eorum manu captis, domum rediisset victor, petiit ab eo Henricus, ut captivos sibi traderet; qvod ubi ille recusaret, & jure sibi diceret deberi utilitates belli, qvi incommoda ejus perpessus esset, & licet alieno
82 nomine, sui tamen capitis periculo suisqve impensis expeditionem illam obiisset, tantum hæc repulsa apud Henricum potuit, ut deinceps nunqvam bono in Adolphum animo fuerit. Nec deerant ex familiaribus Henrici, qvi hac dissensione admodum lætabantur, & partim invidiâ ducti, alii possessionibus Adolphi inhiantes, ambitiosum Henrici animum & vindictæ percupidum magis magisqve instigabant. (8) In his præcipuè Guncelinus Comes Sverini. Itaqve ut iracundiæ Henrici iniqvitas malevolæ assentationis se junxit, evenit, ut Adolphus ab eo per vim Holsatiâ, Wagria, & Stormaria pelleretur: qvibus locis eousqve caruit, (9) donec Dux Henricus ab Imperatore Friderico Barbarossa proscriberetur. (1) Etenim Imperator, proscriptionem armis exsecuturus, anno A.C. 1182. cum ingenti exercitu in Saxoniam descendit, & pulso fugatoqve Henrico omnem 1182
eam

(3) Ad. Brem. l. 4. c. 13.
(4) Albert. Stad. Chron. An. 1133.
(5) Helm. l. 1. c. 50. Albert. Stad. Chron. an. 1133.
(6) Helm. l. 1. c. 55. Albert. Stad. Chron. an. 1137. & 1138.
(7) Albert. Stad. Chron. an. 1139.
(8) Helmold. lib. 1. c. 57.
(9) Helm lib. 1 c. 58. Alb. Stad. Chron. an. 1139. Antiqvum Chronicon Saxonicum MS. An. 1139.
(1) Helm. l. 1. c. 58. & alibi.

(2) Alb. Stad. Chron. ann. 1139.
(3) Helmold. lib. 2. c. 4.
(4) Albert. Stad. Chron. ann. 1164.
(5) Helm. l. 2. c. 5. & 7.
(6) Arnol. Lubec. l. 2. cap. 25.
(7) Arnold. Lub. l. 2. c. 32. & 35.
(8) Arnol. Lubec. l. 2. c. 35.
(9) Arnold. Lubec. l. 2. c. 20. 29. & 40.
(1) Arnol. Lub. l. 2. c. 39.

eam regionem suo parere coegit imperio. (2) Lubecam qvoqve deditione cepit, (3) qvæ eâ re inde usqve ad hunc diem urbis Imperialis titulo gaudet, (4) Præterea Comiti Adolpho Holsatiam Wagriam & Stormariam restituit. Ita & nostra urbs in fidem ejus rediit:
A.C. qvam de hinc cum reliqvâ Nordalbingiâ usqve ad annum 1189. qvietè possedit. (5) Qvo
1189. anno cum Imperator Fridericus circa Majum è Germania per Ungariam ad bellum sacrum in Asiam profecturus esset, paulo ante discessum urbi nostræ rogatu Comitis Adol- 83
phi, cui, cum ipso discessuro, (6) prælargum illa subministraverat viaticum, singularia qvædam concessit privilegia. Nempe Cives Hamburgenses perpetuum omni onere bello pro comitibus Schauenburgensibus eorumqve ditione suscipiendo immunes fore; nec per Albim ab urbe usqve ad mare, neqve in ulla regione dictorum Comitum imperio subjecta, vectigal aut qvodcunqve aliud tributum ab iis exigendum esse: nec circum urbem intra proxima duo milliaria germanica cuiqvam licere castellum vel domum munitam exstruere. Adhæc dedit illis jus piscandi in Albi ab utraqve urbis parte duo millaria; unum vero milliare in fluviolo nomine Billa, qvi prope urbem in Albim influit. De his aliisve, qvibus tunc Imperator Fridericus urbem nostram privilegiis donavit, (7) ipsius hodieqve extat Diploma, cujus hîc exemplum inserui.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus, Notum facimus universis tam præsentibus qvam futuris: Qvod nos ad petitionem dilecti & fidelis nostri Comitis Adolphi de Schouwenborg concedimus & donamus civibus suis in Hamborch degentibus, ut unà cum navibus suis & mercandisiis ac hominibus de mare usqve ad prædictam civitatem liberi sint ab omni theloneo 84
& ungelt, exactione veniendi & redeundi. Si verò aliqva bona duxerint hospitum, mittant nuncium idoneum Stadis, qvi per juramentum suum theloneum persolvat secundum bonorum qvantitatem. Si autem videtur thelonario, qvod aliqva parte theloneum neglexerit, seqvatur ipsum Hamborch, ut secundum justitiam satisfaciat & emendet. Ei in omni districtu præfati eorum Domini Comitis, ipsos Burgenses liberos facimus de theloneo & omnis Ungeldi exactione: Ipsisqve illam conferimus libertatem, qvod nemo ædificet aliqvod castrum penes eorum civitatem circumqvaqve ad duo milliaria. Et piscaturam habeant in aqva dicta Albea ex utraqve parte Civitatis ad duo milliaria: similiter in rivulo dicto Billa liberam habeant potestatem in piscibus capiendis ad unius spatium milliaris. Qvalia cunqve etiam bona oppidani illius loci emerint vel comparaverint in terminis, sæpe dicti eorum Domini in lignis cineribus & blado, & in curru vel navi oneraverint, illa bona à nemini debent arrestari 85
vel impediri, nisi per testes idoneos probabile sit, qvod post hæc aliqvid fecerint forte factum. Pascuis verò utantur, ut eorum pecora manè exeant & serò revertantur. Decrevimus verò, ut incidendorum lignorum terræ illius usum habeant, & in fructibus lignorum, sicut hactenus liberè perfruantur. Qvod autem in cerevisiâ, pane vel carnibus per injustam mensuram delinqvitur, qvidqvid lucri seu compositionis exinde provenerit, tertia pars judici, duæ verò cedant Civitati. Argentum qvoqve in ipsa civitate si qvis cambire voluerit, in qvocunqve loco fuerit oportunum, cambiat, nisi fuerit ante domum monetæ. Potestatem etiam habeant examinandi denarios monetariorum in pondere & puritate. De omni autem expeditione ipsos cives liberos fore annuimus. Similiter etiam & in defensione totius terræ. Ut igitur omnia prædicta in perpetuum robur obtineant firmitatis, præsentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem sunt Hinricus de Wida, Hinricus de Hesterburg, Comes Hermannus de Altindorp, Comes Tippoldus de Lethsgemunde & alii qvamplures. Da- 86
tum Nuenborch super Danubium, anno Dominicæ incarnationis Millesimo Centesimo Octuagesimo Nono, Indictione tertia, Nonis Maij.

Cæterum, simul atqve Comes Adolphus cum Imperatore Friderico in Palæstinam abiit, continuò Dux Henricus Leo, (8) qvi hactenus in Anglia apud generum suum Regem Richardum latuerat, (9) in Germaniam reversus est; & de improviso pleraqve Holsatiæ, Stormariæ & reliqvæ Saxoniæ inferioris oppida partim vi, partim dolo, partim ostentatione clementiæ ad deditionem subegit. (1) In his Lubecam, qvæ eâ se dedidit conditione, ut comitis Adolphi matri Machtildi & uxori Adelheidæ, qvæ eò confugerant, qvovis inde liberè & tutò abire liceret. (2) Hamburgenses qvoqve commune exemplum secuti, sine certamine urbem suam tradiderunt. (3) Bardovicum verò, opulentum, pariter ac perantiqvum oppidum, qvia intempestivâ obstinatione & pervicaciâ

D Hen-

(2) Arnold. Lub. l. 2. c. 40.
(3) Arnold. Lub. l. 3. c. 4. & l. 4. c. 11.
(4) Arnold. Lub. l. 2. c. 41.
(5) Arnold. Lub. l. 4. c. 1. Sigon. l. 15. de regno Ital.
(6) Thraciegeri Chron.
(7) Adjunctum est hoc Diploma Apologiæ Hamburgensi, qvæ prodiit anno 1641.
(8) Arnold. Lub. l. 2. c. 41.
(9) Arnold. Lub. l. 4. c. 1.
(1) Arnold. Lub. l. 4. c. 1. & 2.
(2) Arnold. Lub. l. 4. c. 1.
(3) Arnold. Lub. l. 4. c. 2.

Henrico restitit, funditus tum ab eo deletum est. Cujus ruinis urbs nostra haud mediocriter crevit. (4) Omnia enim illa ingentia partim oblonga, partim qvadrata saxa,
87 qvibus substructiones illæ, qvæ à portu Winsensi, sive superiori dicto, ad inferiorem usqve adversus Albis fluvii, tunc alluentis urbem, nunc vero mediam interfluentis, impetum erectæ cernuntur, inde deducta, & trecentis marcis argenti à Duce Henrico coemta sunt. Qvâ de causa & Bardovicensibus fori olitorii, qvod adhuc prope templum S. Catharinæ situm est, constituendi venia concessa videtur. (5) Verumenimverò simulatqve Comes Adolphus ad defendendum regiones suas ex Palæstina rediit, ejecto statim ex urbe Ducis Henrici præsidio, Hamburgenses summa illum alacritate exceperunt, & (6) strenuè porro juvarunt in recuperando Lubecam, Stadium, & cætera loca, qvæ eo absente hostis occupaverat. (7) Sed vix dum bello hoc defunctus Adolphus, gravius multò & infelicius gerere coactus fuit cum Canuto Rege Daniæ & fratre ejus Duce Waldemaro. Causæ belli hæ prætendebantur: (8) Conspirasse eum cum Waldemaro Episcopo Slesvicensi, eiqve adversus Canutum tulisse opem: (9) Wandalos insuper ditioni ejus subjectos, sæpius lacessivisse bello, & Othonem Marchionem Brandeburgensem eadem in re adjuvisse; (1) Adhæc Lawenburgense castrum, qvod Ducis Henrici Leonis fuerat & legitimi principis auxilio destitutum Danorum imploraverat auxilium, (2) ad-
88 ductâ Hamburgo maximâ navium copiâ, per vim occupasse. Ob hæc aliaqve his similia Comes Adolphus Daniæ Regis offensionem incurrerat. (3) Domi etiam suorum & maxime nobilium à se averterat animos, partim solito gravioribus pecuniæ exactionibus ad belli usum; partim nimia severitate, qvod multos ex proceribus Holsatiæ, qvi, se ad bellum sacrum cum Imperat. Friderico profectò, Ducis Henrici Leonis partes amplexi fuerant, in exilium ejecerat. Qvi ferè omnes in Daniam profecti Regem Canutum Adolpho ex inimico inimiciorem reddiderunt, & ipsam Holsatiam atqve Stormariam per familiares & propinqvos suos, qvi ibi remanserant, intestinis seditionibus perturbarunt. (4) Horum igitur auxilio fretus Rex Canutus anno millesimo ducentesimo A.C.
primo circiter festum exaltationis S. Crucis, sive medium Septembrem fratrem suum Wal- 1201
demarum Ducem Slesvicensem cum magno & pridem ad hoc collecto exercitu in Adolphi regiones immisit. Is vero obviam processit Waldemaro, & prope Itzehoam oppidum prælium cum eo commisit, cujus is fuit finis, ut fuso fugatoqve Adolphi exercitu, ipse cum paucis suorum Hamburgum profugerit. Qvo loco cum minus tutum se crederet, transmisso Albi fluvio perrexit Stadium. At Waldemarus, confirmatis denuò copiis,
89 circa festum SS. Simonis & Judæ, seu, vigesimum octavum diem mensis Octobris, Hamburgum oppugnatum ivit; qvod cum ob maximam formidolosissimamqve armorum ejus potentiam ad præsens tempus honorifice eum suscepisset, nobilem qvendam Holsatum nomine *Radulfum*, qvi ab Adolpho in exilium missus fuerat, urbi præfecit. (5) Sed præterito vixdum integro mense, circiter festum S. Andreæ, sive Calendas Decembris, Hamburgum Adolphus rediit, & fugato Radulfo, tantò lætius à Civibus exceptus fuit, qvo majori ægritudine Danicum tulerant præsidium. Itaqve Adolphus qvò securius ibi degeret, urbem munire, per muros turresqve machinas bellicas disponere, copiam parare frumenti, colligere milites, deniqve omnia facere & parare, qvæ ad tutandam urbem & ferendam obsidionem necessaria videbantur. Qvod ubi Waldemaro nunciatum fuit, initiò qvidem derepente Hamburgum cum exercitu reverti cogitabat, ut nondum satis paratum Adolphum ipsa celeritate opprimeret. Verum ut dubitare cœpit, ne iterum ille, ut anteà, inclinatâ urbis salute, fugâ trans Albim elaberetur, eousqve oppugnationem urbis differendam statuit, donec tempestate anni perfugium illud præclusum foret. Interim occultato consilio, qvieta omnia simulabat. Circa me-
90 dium verò hiemis, cum fluvios Albim atqve Alstriam ita gelu strictos atqve condensatos cerneret, ut amplius non possent navigari, neqve tamen tanta adhuc esset glaciei durities, ut qvis pedibus eos transire posset, tum deniqve pridie festi nativitatis Christi ex im-

(4) Antiqvum Chronicon Saxonicum MS. Henrici Buntingi Chron. Brunsvicense.
(5) Arnold. Lub. l. 4. c. 7.
(6) Arnold. Lub. l. 4. c. 10.
(7) Arnold. Lub. l. 6. c. 13.
(8) Arnold. Lub. l. 6. c. 10. & l. 4. c. 17.
(9) Arnold. Lub. l. 6. c. 9. & 10.
(1) Arnold. Lub. l. 6. c. 12.
(2) Ipsa Arnoldi Lubecensis verba hac de re hæc sunt: *crebit igitur obsidio* (scilicet Lawenburgi) *qvia Comes copiam navium de Hammenburg adduxerat, qvas viris & armis & machinis optime munierat.*
(3) Arnold. Lub. l. 6. c. 13.
(4) Arnold. Lub. l. 6. c. 13. Albert. Stadens. Chron. an 1201. Antiqvum Holsatiæ Chronicon. MS.
(5) Arnold. Lub. l. 6. c. 14.

improviſo Hamburgum acceſſit, mœnia exercitu circumvenit & ſimul undiqve oppugnavit. Interea cives, qvamvis ſubito hoſtium adventu conſternati, attamen pro libertate ſua & principis ſui ſalute arma capere, muros defendere, tueri portas, omnibus modis viribusqve hoſtium vi obſiſtere. Ipſe Adolphus cæteris præbere exemplum fortitudinis, hortari alios, alios juvare, & nullum deniqve aut ſtrenui militis aut boni Ducis officium prætermittere. Sed qvanto acrius Hamburgenſes repugnabant, tanto major Waldemarum invadebat cupido urbis potiundæ. Inſtare igitur, & modò militum increpare ignaviam, modò prædam illis oſtentare; Subinde eos laudare, qvi naviter pugnarent, cæterosqve generoſis acclamationibus excitare. Qva de cauſa ut Adolphus intellexit, haud diu ſe tantæ hoſtium violentiæ reſiſtere poſſe; auxilii verò externi ſpem nullam ſupereſſe, & ne trans Albim qvidem, ut olim, ſibi aufugere licere, miſit ad Waldemarum, qvi de deditione cum eo agerent. Convenit tandem, ut Adolphus, tradita Waldemaro arce Lauwenburgenſi, liberè cum ſuis abiret. Parumper hic interrumpenda eſt narrationis ſeries, ut qvæ de Regis Canuti & Comitis Adolphi dimicati- 91
onibus, & variâ interim urbis noſtræ fortunâ retuli (6) Arnoldi Lubecenſis, probatiſſimi illorum temporum Scriptoris, verbis confirmem: *Circa exaltationem*, inqvit, *S. Crucis Waldemarus Dux cum expeditione gravi terram Comitis intravit. Cui Comes cum ſuis occurrit ad locum, qvi Stilnöwe dicitur. Congreſſione autem facta, pars Comitis infirmata eſt, ita ut multi gladiis perirent, alii verò captivitatem ſubirent. Comes autem fuga elapſus in Hammenburg ſe recepit. Videns autem Dux, qvod fortuna favente introitus ſibi terræ pateret, circa feſtum Simonis & Judæ rurſum inſtaurato exercitu terram intravit. Et qvia dictus Comes jam terram exierat, venit Hammenburg. Ubi occurrentibus provincialibus, honorificè ſuſceptus eſt à Clero & ab omni populo. Radulfum qvoqve* (hunc præcedenti capite vocat *Virum illuſtrem de Holſatia*) *in Hammenburg locavit: ut qvi propter ipſum exulaverant, per eum majora reciperent.* (7) *Poſthæc Comes Adolphus de Schawenburg dolens de perditione terræ ſuæ circa feſtum B. Andreæ contractis navibus & copiis de Stadio, qvod adhuc tenebat, occupavit Hammenburg. Unde territi homines Regis ſive Ducis. Cum Radulfo advocato* (*Advocati* tunc vocabantur præfecti urbium & Caſtellorum) *fugam inierunt. Comes verò in ipſa civitate usqve ad nativitatem, ſiniſtro tamen omine perduravit. Nam ſeductus à referentibus, qvi* 92
eum fraudulenter circumvenerunt, nullatenus Ducem venturum propter feſtum Nativitatis, qvod Dani feſtivis potationibus honorare ſolent, hac inqvam fiduciâ ſeductus, repente circa vigiliam Nativitatis Ducem cum infinitis ſenſit adeſſe. Sed tunc effugium non patebat, qvia horrore hyemis tota Albia & Alſtera conſtricta erant. Comes igitur in arcto poſitus, qvid faceret qvo ſe verteret ignorabat: qvia ex omni parte inimicorum rabies eum urgebat. Tractabat cum ſuis, ſi forte nocturno tempore, aliis qvieſcentibus ad arma convolans, violenter exire poſſet. Sed nec hæc ſtare poterant propter maximas copias, qvæ undiqve per circuitum ordinatæ erant. Cumqve dies B. Stephani advenißet, ſic ordinatum erat, ut Comes Lawenburg Duci redderet, & ipſe cum ſuis liberè abiret. Hactenus Arnoldus. Nunc ad rem redeo. Transgreſſus igitur Adolphus ex urbe in caſtra Waldemari, Lawenburgum cum ipſo proceſſit, ut caſtrum hoc poteſtati ejus tradendo, deditionis conditionem impleret. Sed nullis precibus Adolphus ab illis, qvi ei caſtello præſidio erant, impetrare potuit, ut illud pro liberatione ſuâ Waldemaro dederent. Cujus rei cauſa fuiſſe videtur vel metus Danici Imperii, vel qvod crederent, Adolphum ſine amiſſione tam egregiæ arcis alia fortè adhuc & leniori conditione liberatum iri. Hanc igitur ob rem, cum Waldemarus 93
oppugnando Lawenburgo diutius tum immorari minus opportunum arbitraretur, in Daniam reverſus eſt, & Adolphum captivum eò ſecum abduxit (8) Anno autem ſeqventi, menſe circiter Auguſto, (9) cum jam poſt obitum Canuti fratris Rex Daniæ creatus eſſet, (1) Lawenburgum denuò obſedit, qvod hac demum conditione deditum illi fuit, ut Adolphus, duobus filiis ſuis aliisqve propinqvorum & familiarium ſuorum decem virilis ſexus liberis ad decennium obſidibus datis, perpetuò ſe Holſatiâ atqve Stormariâ ceſſurum promitteret. Hoc facto Adolphus libertatem recepit, & reliqvum vitæ tempus in Schauwenburgenſi Comitatu qvietè tranſegit. Hujus viri caſum & ignominioſam avitæ & paternæ ditionis ejurationem præ cæteris noſtra urbs vehementiſſimè luxit, qvod benignitate ejus plurimum ceperat incrementi. Primis enim in *nova urbe* [ita tunc vocabatur totus ille tractus, qvem in præſens *Parochiam S. Nicolai* nuncupant] ſacellum, ſive, ut vulgus loqvitur, *Capellam* S. Nicolai ædificavit, qvæ ſeqventibus deinde ſeculis in

A.C. 1203.

D 2

(6) Arnold. Lub. l. 6. c. 13.
(7) Arnold. Lub. l. 6. c. 14.
(8) Antiqvi Anonymi Auct. Annales an. 1203.
(9) Arnold. Lub. l. 6. c. 16.
(1) Arnold. Lub. l. 6. c. 17.

in maximum amplissimumqve templum mutata est. Præterea *molendinum* illud exstru-
xit, qvod vulgo nunc *antiqvum* & *superius* cognominatur. Utriusqve rei mentio fit in
94 antiqvo qvodam diplomate ipsius Adolphi, qvod anno 1238. à filio ejus & successore
Adolpho qvarto confirmatum est. Exemplum ejus hic inserui, qvò qvisqve totum
diligentius per se consideret, &, qvæ ad historiam illorum temporum pertinent, inde
eruat.

*In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis (2) Adolphus) Dei gratia Comes Holsatiæ omnibus
hanc literam inspecturis in perpetuum. Cum piæ voluntatis ammonitu & hortatu aliqvid de bonis
nostris ad honorem Dei & Ecclesiarum usus convertimus, solerter præcavendum est, ne alicujus quæ-
stionis dubietas exinde processu temporis valeat suboriri. Notum itaqve esse volumus tàm præsentis
qvàm futuri temporis Christi fidelibus universis, quod, (3) cum assumpto sacrosanctæ Crucis signaculo
in Livoniam peregrè profecturi essemus, Canonici Hamburgenses renovationem qvorundam Ecclesiæ
suæ privilegiorum per nos fieri postulabant. Qvorum precibus annuere cupientes, ea nobis fecimus
exhiberi, inter quæ qvoddam privilegium bonæ memoriæ patris nostri fuit exhibitum, cujus tenor
talis est.*

*Ego (4) Adolphus Dei gratia Wagriæ, Stormariæ & Holsatiæ Comes præsenti protestor, qvod
95 cum in prima fundatione Capellæ Sancti Nicolai in nova urbe, lis super jure ejusdem inter Canonicos
Hamburgenses & me verteretur victus dilectione ac precibus eorum omne jus, qvod in ea habui, vel
videbar habere de consensu domini mei Hartvici Archiepiscopi contuli beatæ Mariæ (*de templi Cathe-
drali loqvitur*) in perpetuos usus Canonicorum pro anima mea & meorum remedio. Protestor
etiam me contulisse ecclesiæ beatæ Mariæ virginis in Hamborch sex magnas mensuras siliginis, quæ vul-
gariter* Wischepel *dicuntur in molendino ejusdem civitatis. Tres ad structuram monasterii & tres
ad præbendas Canonicorum festo Sancti Michaelis perpetuò persolvendas, in recompensam damni, qvod
feci Ecclesiæ in ædificatione ejusdem molendini. Adjicimus, ut qvando nuncii Canonicorum ad id
molendinum molere venerint, primo & sine mora expediantur. Contuli etiam dictæ Ecclesiæ de heredi-
tate mea duas villas scilicet Arnesfelde & Bergfelde, cum earum decimis, ut de fructibus earundem duo
96 Canonici choro deserviant qvousqve cum adjectione aliorum bonorum, duas præbendas integras fa-
ciam, ut autem hæc donatio rata permaneat, præsentem chartam sigilli mei impressione signavi, offerens
per hanc ipsa prædicta super altare beatæ virginis Mariæ.*

*Nos igitur donationem patris nostri in tribus choris Canonicis deputatis, in qvorum possessione
à tempore donationis eos fuisse constiterat, & in Capella sancti Nicolai ratam habentes, privilegium ap-
probavimus. De reliqvis verò tribus choris ad structuram collatis & de duabus præscriptis villis, qvæ-
rum ipsos aliqvando fuisse in possessione nobis non constitit, ita duximus providendum, ut iidem tres chori,
qvos pater noster, ut dictum est, structuræ assignaverat, ad structuram cedant. Ita tamen, qvod si Do-
mino adjuvante memorata Ecclesiæ fabrica tempore futuro consumpta fuerit, dicti chori tres in usum Ca-
nonicorum inibi Domino servientium convertantur, & ipsi Canonici à reqvisitione villarum de cætero con-
97 qviescant. Si qva etiam tum temporis vertebantur inter nos & ipsos, penitus sint sopita. Ut autem
hæc Patris nostri nostraqve donatio rata permaneat, præsentem paginam inde confectam, sigilli nostri
munimine roboravimus. Hujus rei testes sunt Alardus Decanus, Theodoricus Præpositus Zwerinensis,
Manegoldus, Helpradus, Bartholdus Canonici Hamburgenses. Laici, Henricus de Barnstede, Verestus,
præfectus, Henricus de Hamme, Wernerus Lerhorn, Volradus Dapifer, & alii quam plures. Acta sunt
hæc anno Domini 1238. II. Kalend. Augusti.*

Qvo autem *nova urbs* Hamburgensis, in qva à Comite Adolpho tertio sacellum S.
Nicolai exstructum fuisse supra demonstravi, majoribus augesceret incrementis, & fre-
qventia habitatorum amplior redderetur & opulentior, permisit ibi in perpetuum *bis
qvotannis nundinas* celebrari. Adhæc civibus libertatem concessit *utendi antiqvâ justitiâ
Lubecensium*, qvod est, ut ego interpretor, jus fruendi pascuis, sylvis, fluviis aliisqve bo-
nis ad Comitatum Nordalbingiæ pertinentibus, in qvantum & qva ratione id olim Lu-
becensibus (5) à Duce Henrico Leone concessum fuerat. (6) Super est etiam nunc diplo-
98 ma Imp. Friderici secundi, qvo libertatem hanc ab Adolpho III. Hamburgensibus con-
cessam rogatu filii & successoris ejus Adolphi IV. confirmat Exemplum hujus Diploma-
tis subjungere operæ pretium duxi, qvo de genuino ejus sensu rectius qvisqve judicet.

FRI-

(2) Is est Adolphus qvartus, qvi patri Adolpho tertio à Waldemaro Danorum Rege ereptam Nordbingiam armis anno 1225. recuperavit.

(3) Vide Alb. Stad. Chron. & Anonymi ab Erpol. Lindenbrogio editi Annales in actis anni 1238.

(4) Is est Adolphus tertius, qvi anno 1203. coactu Waldemari Danorum Regis Holsatiam, Wagriam & Stormariam ejuravit.

(5) Arnold Lub. l. 2. c. 40.

(6) Hoc diploma extat Literâ C. in appendice primæ responsionis Danicæ ad Apologiam Hamburgensem.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex, per præsens scriptum notum facimus universis Imperii fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod Adolphus Comes Holsatiæ fidelis nostro culmini supplicavit, quatenus concessionem juris, quod olim secundum antiqvam justitiam Lubecensem Pater ejusdem Comitis fecit civibus novæ civitatis in Hamburg juxta Alstriam, in bonis & jure suo, de areis, pascuis in fructu arborum sylvestrium, concessam qvoqve immunitatem ac libertatem Telonei spectantis ad eum in tota terra sua, & qvod bis fieret ibi forum in anno juxta tenorem paterni privilegii eis indulti, confirmare de nostra gratiâ dignaremur. Nos igitur ejusdem Comitis Adolphi fidelis nostri supplicationibus favorabiliter inclinati, eandem concessionem, sicut idem pater ejus prædictis civibus novæ civitatis in Hamburg secundum antiqvam justitiam Lubecensium in bonis & jure suo juste noscitur concessisse, de areis videlicet, pascuis fructu arborum sylvestrium, & immunitate 99
telonei, spectantis ad eum in totâ terrâ suâ, & insuper de foro bis in anno faciendo, prout & indulto eis ejusdem Patris sui privilegio pleniùs continetur de nostra gratiâ perpetuò confirmamus. Ad hujus itaqve confirmationis memoriam & stabilem firmitatem præsens scriptum fieri jussimus, Majestatis nostræ sigillo comunitum. Hujus autem rei testes sunt S. Moguntinus Archiepiscopus, B. Patriarcha Aqvilegen: Salseburgen: Madeburgen: Archiepisc. E. Papibergen: Ratisbonen. Imperialis aulæ Cancellarius. It. Wormatien. Herbipolen. Epi. Frisingen. Electus Abbas sancti Galli, Saxoniæ & Moraviæ, Karinthiæ Duces: Comes H. de Horenbergen, Marchio de Baden, Marchio de Burgo; Wernerus de Bollandia; Guntzelinus G. Zodefrobensir, Pincerna de Vinterstet, Pincerna de Dinghan, Richardus Camerarius & alii qvamplures. Acta sunt anno Domini Incarnationis Millesimo ducentesimo trigesimo secundo, Mense Maji, qvin- 100
tæ indictionis, Imperante Domino nostro Friderico secundo Dei gratiâ invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege, Romani Imperii ejus duodecimo, Regni Jerusal. septimo & regni Siciliæ tricesimo qvarto feliciter. Dat: apud Ultinum in foro Julii, Anno, Mense & Indictione præscriptis.

Per *antiqvam* autem *justitiam Lubecensium*, cujus in his tabulis mentio fit, non civile sive municipale eorum jus significari, sed duntaxat legitimam consuetudinem & potestatem utendi pascuis aliisqve bonis ad Comitatum Nordalbingiæ pertinentibus, id cum ex ipso diplomate satis apparet, tum verò etiam ex his (7) Arnoldi Lubecensis verbis: *Verum priusqvam*, inqvit, *Lubecenses ei* [scilicet Imp. Friderico Barbarossæ] *civitatem aperuissent, exierunt ad eum, rogantes, ut libertatem civitatis, qvam à Duce* [scilicet Henrico Leone] *prius traditam habuerunt, obtinerent, & justitias, qvas in privilegiis scriptis habebant, secundum jura Sosatiæ, & titulos, qvos in pascuis, sylvis, fluviis possederunt, ipsius auctoritate munificentia possiderent.* Hæc Arnoldus; Ubi qvidem de eadem *antiqva justitia Lu-* 101
becensium eum loqvi, cujus supra citatum Diploma meminit, satis, ut opinor, manifestum est. Qvæ verò illa *jura Sosatiæ* fuerint, secundum qvæ Lubecensium libertatem ait formatam fuisse, nec dum inter omnes constat. (8) Sunt, qvi pro *Sosatiæ* legendum censent *Susati*, & nobile Westfaliæ oppidum Susatum, vulgò *Sust* dictum hic significari arbitrantur. Qvam opinionem stabilire videtur Diploma qvoddam Comitis Adolphi IV. qvo à patre Adolpho III. concessam Hamburgensibus immunitatem confirmat. Ibi enim sub finem hæc leguntur: *Et in pascuis & in lignis ad comburendum libertate gaudebunt, qvam constat eos retroactis temporibus possedisse: Et in reliqvis jure fruantur Susatensium & Lubecensium.* Mihi verò magis probatur (9) V. Cl. Hermanni Conringii conjectura, qvi apud Arnoldum pro *jura Sosatiæ* legendum putat *jura Holsatiæ*. Ideoqve in allegato diplomatis Adolphi IV. fragmento scribendum opinor: *Et in reliqvis jure fruantur Holsatensium & Lubecensium.* Qvæ verba ita interpretor: qvantum ad pascuorum aliorumqve bonorum possesionem & usum, pari jure Hamburgenses fuisse, qvo Lubecenses; cæterò usos esse communibus Holsatensium & reliqvæ Nordalbingiæ legibus judiciariis. De hoc *Holsatensium* sive *Holsatorum jure* egregius extat locus apud (1) Anonymum Pres- 102
byterum Bremensem Helmodi Continuatorem, ubi agit de statu rerum Nordalbingiæ ab anno 1203. qvo Adolphus tertius coactu Regis Waldemari eam ejuravit, usqve ad annum 1225. qvo Adolphus IV. eam recepit. *Volebant Dani*, inqvit, *sicut ceperunt, totam terram Holsatiæ subjicere sibi & legibus suis: Ita ut Lex Holsatorum in jus vulgare extingueretur in toto. Et qvod deinceps secundum legem & librum Danorum Loebock deberet judicari. Super qvo Holtzatenses, Danis subjecti, sunt multum conqvesti, qvod legibus suis solitis ab antiqvo*

(7) Arnold. Lub. l. 2. c. 40.
(8) Henricus Meibomius in notis ad Witikindum. Reinerus Reineccius in margine citati loci Arnoldi Lubecensis.
(9) Herm. Conring. Comment. de origine Juris Germanici capite 28.
(1) Anonymus Helmoldi Continuator MS.

tiqvo deberent privari & nova incognita uti. Ita etiam, qvod remurmurare contra Capitaneum in castro Segeberg positum inceperunt, qvando aliam legem & aliud jus, qvam suum solitum imponere nisus fuit, dicentes, uti lege sua velle Holtzatensi. Et aliqvanto post. *Tunc Holsati*, inqvit, *conglobati hinc inde reversi & Capitaneum & Advocatum prope Segeberge petentes iterum, jus sibi Holtzatense ministrari.* Hactenus ille. Qvale autem illud *Holsatensejus* fuerit, docet nos (2) Helmoldus: *Tres autem sunt*, inqvit, *Nordalbingorum populi, Stormari, Holsati, Thetmarsi, nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenentes Saxonum jura.* Qvibus verbis si habenda est fides, ex communi jure Saxonico desumptum fuit. Nec me latet, qvod (3) Adamus Bremensis refert, *Danorum Regem Haraldum VI. Transalbinis Saxonibus leges & jura constituisse*, citato Helmoldi loco qvodammodo repugnare.
103 Qvorum conciliatio, qvia longioris est dissertationis, in aliud tempus differenda est. Cæterum, cum, ut supra memoravi, Comes Adolphus tertius Holsatiam Wagriam & A.C.
Stormariam in perpetuum ejurasset, dedit earum regionum præfecturam Rex Walde- 1203.
marus fratri ejus uterino (4) *Alberto Comiti Orlamundensi.* Eadem tempestate gravissima inter Ecclesias Hamburgensem & Bremensem orta est contentio. (5) Nam cum post obitum Hartvici Archiepiscopi Bremensis Canonici ejus Ecclesiæ neglecto Hamburgensium suffragio, Waldemarum Episcopum Slesvicensem in Archiepiscopum elegissent, Hamburgenses Canonici, qvo magis jam pridem dolebant, Metropolitanam dignitatem Ecclesiæ suæ subreptam, eo tum gravius ferebant, ne ut suffraganeos qvidem ad electionem novi Archiepiscopi solito more se vocatos fuisse. Ideoqve ut par pari referrent, Burchardum Bremensis Ecclesiæ præpositum Hamburgum accersiverunt, eumqve propria auctoritate suum renunciaverunt Archiepiscopum. Etiam Daniæ Rex Waldemarus Hamburgensium Canonicorum factum approbavit atqve armis defendit, hanc maximè ob causam, qvod Waldemarus ille Slesvicensis Episcopus, qvem Bremenses in
104 Archiepiscopum elegerant, (6) jam olim cum ipso & fratre ejus Canuto armis de regno dimicasset, &, (7) qvamvis post diuturnam captivitatem libertate donatus, Waldemaro Regi promisisset, reliqvum vitæ tempus sé adeò procul à Daniâ consumpturum, ut amplius ei molestus vel suspectus esse non posset, nihilo minus tamen, posthabito, qvo id confirmaverat juramento, in Archiepiscopum Bremensem se eligi non tantum passus esset; sed etiam clanculum ambiisset, atqve insuper, qvem Archiepiscopatum jure non poterat, vi occupare niteretur. Cæterum hæc Ecclesiarum dissensio aliqvamdiu utriusqve factionis studiosis plurimas peperit molestias, (8) nempe donec morte Imperatoris Philippi, à qvo Waldemarus Episcopus protegebatur, exstincta est. (9) Interim dum hæc A.C.
geruntur, ut qvisqve in Holsatiâ atqve in Stormaria generoso erat animo, cæteros 1208
pristini status & imperii monere, & Saxonibus indignum dicere, qvod servirent Danis, nationi non extraneæ tantum, sed dissimilis etiam linguæ, qva maximè homines natura conjunguntur. Dein primores nobilium occultè convenire, conjurare adversus Danorum tyrannidem, & tractare de restitutione legitimi sui Principis Adolphi. Sed comuni huic voluntati Dux deerat & executor: ut plerumqve fieri solet in re periculosa pariter & necessariâ,
105 qvam simul qvidem omnes percupiunt, singulatim verò nemo audet aggredi. Missi tamen sunt ad Adolphum, qvi inceptum cum eo communicarent, eumqve hortarentur ad recuperandum perditas regiones; verum is qvasi exul Schawenburgensi Comitatu contentus esse, & qvieto certoqve otio frui maluit, qvam iterum dubio eventu fortunam belli experiri. Neqve minus Hambugenses qvam reliqvi contermini populi Danicum jugum excutere desiderabant, grave pariter atqve insolitum. (1) Ideoqve cum A.C.
anno 1215. Imperator Otho qvartus cum exercitu ad urbem accessisset, ultrò ipsi tan- 1215.
qvam vindici libertatis suæ occurrerunt obviam, & perpetuum se Imperio Romano, à qvo per vim avulsi fuerant, subjectos fore, jurejurando confirmarunt. (2) Qvâ de causâ etiam nunc immediatè se sub Imperio esse prædicant. Qvâ in sententia & (3) Crantzium fuisse video, qvi, ubi Hamburgum ab Othone receptum commemoravit, hæc dein sub-

(2) Helmold. l. 1. c. 48.
(3) Adam. Brem. l. 2. c. 19. Vide & Conringii Commentarium de Org. Juris Germ. c. 19.
(4) Arnold. Lub. l. 7. c. 13.
(5) Arnold. Lub. l. 7. c. 12. & 13.
(6) Arnold. Lub. l. 4. c. 17.
(7) Arnold. Lub. l. 6. c. 18.
(8) Arnold. Lub. l. 7. c. 15.
(9) Crantz. Saxon. lib. 7. c. 20. Anonym. Helmold. Continuator MS.
(1) Alb. Stad. Chronicon. Antiqvi Anonymi Annal. à Lindenbrogio editi. Antiqvum Holsatiæ Chron. MS.
(2) Apologia Hamburgensis contra Daniæ Regem Christianum IV. anno 1641. edita p. 18.
(3) Crantz. Dan. l. 7. c. 17.

subjungit: *Et hanc arbitror extitisse causam, cur oppidum istud Imperio sine medio subesse putaretur ætate nostra* [anno scilicet 1510. qvo in Comitiis Augustæ Vindelicorum habitis (4)Imperiali decreto libera Imperii civitas declarata est] *qvia ab Othone quarto expugnatum, sacramenta præstitit imperio*.. Hæc Crantzius. (5) Verumenimverò mox atqve Imperator ab Hamburgensibus recesserat, animum intendit Rex Daniæ Waldemarus, ut 106
A.C. ad pristinam obedientiam eos reduceret. Qvare, ut primum ad hoc collegit copias,
1216. anno nempe 1216. urbem obsedit, & precibus initiò atqve oblatione impunitatis, ubi verò hoc irritum fuit, minis atqve vi eam expugnare tentavit. Tantum autem apud Hamburgenses potuere nupera Impetatoris præsentia, & odiosa memoria præteritæ servitutis, ut qvidvis perpeti & sustinere mallent, præterqvam in Danorum potestatem reverti. Adhæc inhonestum videbatur, toties & adeò leviter mutare fidem, metuebantqve, ne facili sua patientia victores etiam redderent insolentiores & magis injuriosos; nempè insito hominibus naturâ, ut qvos vident ita vili & abjecto animo, ut nulli prorsus injuriæ repugnare audeant; eorum socordiam & ignavam humilitatem irrideant simul & puniant, dum pro lubitu qvam plurimas illis inferunt. Cum igitur Rex Waldemarus sæpius tentata urbis expugnatione, pari constantia atqve strenuitate Hamburgensium propulsatus esset, nec absqve magno suorum militum dispendio, eâ re statuit fame & mora debellare, qvos vi extempore non poterat: (6) posuitqve ab utraqve urbis parte castellum; qvorum alterum, qvod ipse exstruxit, situm fuit infra urbem ad Albim: non autem, ut(7) aliqvi putant, in eo urbis tractu, cui hodie *Burgi novi* nomen est, [is enim aliud ob castellum, de qvo supra, cum de Ducis Ordolphi temporibus egi, feci 107
mentionem, ita appellatur] sed * ibi, ubi ante nuperam pomœrii prolationem (8) *qvercetum* fuit. Alterum verò supra urbem Albertus Comes Orlamundanus. qvem Nordalbingiæ præfecerat, condidit, cujus hodieqve vestigia prope pagum *Schipbeck* supersunt ad fluviolum, qvi vocatur *Billa*, & non longe ab urbe in Albim influit. Itaqve ut hoc modo Rex Waldemarus præclusit vias, qvibus auxilium ad tolerandas necessitates obsessis advehi posse videbatur, non dubitabat fore qvin brevi seqveretur voluntaria deditio. Nec sanè frustrà hoc speravit. Qvamdiu enim in urbe abundè supererat, qvo populus sustentaretur, vel timidissimus qvisqve de ferenda obsidione magnificè loqvebatur & sentiebat. Consumptis autem jam ferè alimentis, etiam generosissimi labascere & de deditione cogitare cœperunt. Erant qvidem ex Patriciis non pauci, qvi amplius exspectandum & ipsam qvoqve mortem futuræ servituti præferendam censebant. Sed contrà plebs fremebat: vanum esse decoris & honesti nomen, ubi agitur de conservatione vitæ: hanc naturali instinctu omnibus æqvè caram esse, illud ambitiosi cujusdam ingenii commentum: satis jam se tam longa durissimæ obsidionis, & laboris, & famis, & in- 108
opiæ rerum omnium patientia libertatis retinendæ studium ostentasse; & diutius porrò cum hæc tum qvævis alia perpeti paratos esse, si qvid inde sperari posset salutis. At enim nihil prorsus vanâ hac obstinatione profici, sed indies duntaxat magis magisqve exacerbari victoris animum. Cedendum igitur fortunæ, & è duobus malis eligendum esse minimum. Nec fore, qvi deditionem dissuaderent, si omnes æqvè urgenti inopia premerentur: nempe intrepidos illos & magnanimos urbis defensores satis sibi providisse rebus necessariis: interim majorem populi partem fame perire, & insuper qvasi per ludum non spe & ostentatione auxilii, sed speciosis & inanibus verbis ad perseverantiam excitari. Missi ergo sunt, qvi (9) sex jam integros menses obsessam urbem Regi Waldemaro traderent. Qva in deditionem acceptâ, contra qvam promiserat, incredibilem in omnes cives crudelitatem exercuit & insolentiam. Deinde ubi hac in re iracundiæ suæ satisfecit, (1) vendidit in perpetuum totam urbem cum omni, qvod in eam habebat imperio *septingentis Marcis argenti* Alberto Comiti Orlamundensi, qvi in ea recuperanda præcipuam illi navarat operam. Expressis verbis hoc testatur antiqvus Anonymus Anna- 109
lium Sclavicorum Author (2) inter scriptores rerum Germanicarum Septentrionalium

jam-

(4) Hoc imperiale decretum extat in Appendice Apologiæ Hamb. Num. 14.

(5) Alb. Stad. Chron. an. 1216. Antiqv. Anoym. Annal. Erici Regis historia gentis Danorum. Antiqvum Holsatiæ Chron. MS. Historia Archiepiscoporum Brem. à Lindenbrogio edita.

(6) Alb. Stad. Chron. ann. 1216.

(7) Crantz. Saxon. l. 7. c. 34. & Dan. l. 7. c. 17.

* Extant etiam nunc hujus Castelli vestigia ante portam urbis novæ, qvæ Ellerana vulgô dicitur, ad Albim eo loci, ubi in præsens domus sulphurato pulveri adservando destinata cernitur.

(8) Antiqvum Holsat. Chron. rhythmicum MS.

(9) Antiqvum Holsat. Chron. rhythmicum MS.

(1) Crantz. Wandaliæ l. 7. c. 4. Hamburgum ait *à Rege Waldemaro Alberto donatum fuisse in perpetuam possessionem*.

(2) Pag. 223. Syntagm. rerum Germanic. Septentrional.

jampridem ab Erpoldo Lindenbrogio editus: *Anno Domini* 1218. [procul dubio legendum AC. est 1216] *Waldemarus Rex Danorum cepit civitatem Hamburg, & dedit eam Alberto Comiti* us. *Holsatorum in hareditatem perpetuam, sumens ab eo* 700. *marcas argenti.* Hæc ille. Reliqvæ igitur omni Nordalbingiæ Albertus vicaria tantum potestate præfuit: Hamburgi autem plenum sibi emtione acqvisivit dominium. Unde patet (3) audiendos non esse, qvi *Albertum*, ajunt, *qvod suum minimè foret, neqve vendere idem potuisse.* (4) Sunt & alii aliqvot recentiores Historici, qvi *inter Albertum Orlamundanum & Regem de oppido Hamburgo ita conventum* memorant, *ut is illud sibi acciperet, unà cum jure ac privilegiis, hâc tamen conditione, ut Regno qvotannis argenti qvinqvaginta marcas dependeret, atq; ipse in Regis obseqvium, qvandoqve res arma aut militem reqvireret, cum numero copiarum adesset.* Verum cum neqve illi, unde hoc hauserint, addant, neqve ipse, qvamvis diligentissimè in antiqvissima qvæqve monumenta inqvisiverim, id ita traditum reperiam, ignoscant mihi velim, qvod Anonymo potius assentiar annalium Slavicorum scriptori, ex qvo paulò superius retuli, *Albertum non ad tempus & sub conditione annuæ pensionis oppido Hamburgo fru-*
110 *ctum esse, sed purè & in perpetuum plenum ejus dominium cum liberâ juris & imperii in alium qvemvis transferendi potestate septingentis Marcis argenti emisse.* Cæterum ut consideravit Albertus non sua sibi virtute in Hamburgenses imperium esse, neqve successione à majoribus, sed pretio à Rege Waldemaro accepisse, qvamqve in vita Danis civitas se submisisset, tam etiam difficulter & coactè Domino obedituram, qvem sibi imposuissent. Hanc ob rem optimum ratus ad firmandam auctoritatem suam, non severitate vi oppressos cives coercere, sed vitute & beneficentia devincire sibi & conciliare, dignumqve se præbere, cujus imperio ultrò se subjicerent. In templum etiam Cathedrale & Canonicos summam exercuit liberalitatem: cujus rei testimonium perhibent antiqvæ tabulæ cujusdam donationis, qvam jam anno millesimo ducentesimo duodecimo, cum uti reliqvæ omni Nordalbingiæ, ita etiam Hamburgo vicaria potestate adhuc præesset, munificentiam suam ostentavit. Exemplum earum tabularum, qvia maximè ad rem pertinent, subjunxi.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albertus Dei gratiâ (5) Comes Nordalbingiæ omnibus tam præsentibus qvam futuris in perpetuum. Sicut ex verbis discretorum
111 *& Deo dilectis sæpius intelleximus, qvod qvi claustra construit, vel dilapsa reparat, cœlum ascensurus scalam sibi facit: sic profectò non ignoramus, qvod si qvis contrarium circa Ecclesiam Dei operare studuerit, ultionem debitam omnipotentis & iram terribilem extremi judicii non evadat. Ne igitur Ecclesia beatæ Mariæ Virginis in Hamborch, qvæ aliqvando prima & præcipua fuerat inter omnes Ecclesias occidentales, licet postmodum multis attrita sit doloribus, aliqvod per nos patiatur detrimentum, notum esse cupimus tam præsentis temporis qvam futuræ successionis hominibus, qvod qvatuor marcas argenti, qvas Comes Adolphus eidem Ecclesiæ ad usus unius prabendæ deputaverat; duas in theloneo singulis annis in festo beati Johannis exsolvendas, ad prædictos usus conferimus. Pro reliqvis verò duabus marcis, & pro viginti tribus marcis argenti, qvas Domino Fromoldo solvere tenebamur, nec non pro salute animæ nostræ & ob reverentiam Domini nostri Jesu Christi & piæ matris ejus Mariæ, decimam totam in Schipbeke, decimam totam*
112 tor Aldenborg *& in palude, totam prope Stenbeke decimam præfatæ Ecclesiæ libere contulimus. Ne igitur hujus sancti memoria protractu temporis alicui deveniat in oblivionem, in monumentum veritatis hanc chartam conscribi fecimus & sigilli nostri impressione muniri. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis* 1212. *Testes Henericus Decanus Hamburgensis & Canonicus, Gerhardus Custos, & Manegoldus, Lambertus & Wilkinus Scholasticus, Eilardus. Laici verò Henricus de Barmstede, Otto de Wittenborg, Theodoricus dapifer noster, Ulricus Cusa, Baldrawinus de Hamme, & alii multi.*

Verumenimverò circa idem tempus, qvo Comes Albertus urbem nostram tenuit, vehementissimè denuò inter Ecclesias Hamburgensem & Bremensem de titulo & dignitate Archiepiscopali agitata est contentio. Nata hæc primum fuit post millesimum septuagesimum secundum annum (6) qvo bis Pagani Hamburgum funditus exciderunt: crevit deinde, ut alias dixi, & invaluit Archiepiscoporum Hartvici primi & Baldewini
113 temporibus, anno circiter millesimo centesimo sexagesimo nono. Post autem inclinantibus nimium in partem Canonicorum Bremensium Archiepiscopis, anno demum millesimo ducentesimo vigesimo tertio extincta penitus & oppressa est ad hunc modum, ut

(3) Meurs. Histor. Dan. in Vita Waldemari II.
(4) Pontan. Histor. Dan. l. 6. in actis anni 1218.
(5) Ita etiam vocatur ab Arnold. Lub. l. 7. c. 13.
(6) Adam. Brem. l. 4. c. 21.

ut Canonici Hamburgenses antiqvo honore & jure suo in perpetuum Bremensibus cesserint. Haud abs re fuerit tabulas hujus pactionis subjungere cum hactenus qvod sciam, de translatione tituli Archiepiscopalis ad ecclesiam Bremensem nihil à qvoqvam certi dictum sit.

Gerhardus Dei gratia S. Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Johannes Præpositus S. Stephani, & Johannes de Beuersethen Canonici Bremenses. L. de Barmstede, & A. Canonici Hamburgenses, arbitri constituti, omnibus hoc scriptum visuris salutem in vero salutari. Noverint singuli & universi, has literas inspecturi, qvod, cum Bremenses & Hamburgenses Canonici causas Ecclesiarum Bremensis & Hamburgensis, qvas habebant super jure eligendi pontificem, aliisqve multis articulis nostro arbitrio, qvod juramento omnium prædictorum vallatum extitit, commisissent, nobis mediantibus totaliter sunt sopita qvod, videlicet Ecclesia Hamburgensis
recognoscit, titulum & Archiepiscopalem dignitatem apud Ecclesiam Bremensem remanere. Bre- 114
mensis & Hamburgensis Ecclesiarum Canonici renunciabunt actionibus & judiciis hinc inde propositis & qvicqvid ex eis, vel propter discordias inter dictas Ecclesias motas est subsecutum. Similiter & instrumentis obtentis & obtinendis. Archiepiscopus Bremensis synodum & capitula celebret & officia ecclesiastica in Bremensi & Hamburgensi Ecclesiis exerceat, sicut antecessores sui. Transalbiani de Bremensi diœcesi ad præposituram Hamburgensem pertinentes, ad Synodum & capitulum non trahantur Bremense nisi per appellationem. Præterea tres Canonici Hamburgenses, scilicet Præpositus, Decanus & Scholasticus, vacante sede Bremensi, competenti tempore vocati ad Bremensem Ecclesiam habeant jus eligendi Bremensem Archiepiscopum nomine Hamburgensis Ecclesiæ, sicut Canonici Bremenses pleno jure, nec plures qvam dicti tres habeant jus eligendi. Si autem hi vocati non venerint careant ea vice jure eligendi. Præposi-
tus Hamburgensis post Præpositum Bremensem, Decanus Hamburgensis post Decanum Bremen- 115
sem, Scholasticus Hamburgensis ultimo loco post Canonicos Bremenses eligent. Sæpe dictæ Ecclesiæ sunt consorores & servant eam confraternitatis vicissitudinem, qvam Bremensis Ecclesia servat cum Hildesheimensi. Acta sunt hæc anno gratiæ 1223. præsentibus & consentientibus Bremensibus & Hamburgensibus Canonicis, qvorum nomina sunt hæc; Burchardus major Præpositus, magister Bernardus qvondam Decanus, Henricus Scholasticus, Magister Godescalcus, Theodoricus de Walle, Sipodo præpositus de Repesholte, Albertus Cellerarius, Johannes præpositus S. Stephani, Gerardus Custos, Johannes de Beuersethen, Magister Arnoldus, tres Hermanni, Daniel, Henricus & Albertus Canonici Bremenses. Hermannus Præpositus, Wulfardus Decanus, Eilardus Scholasticus, Lambertus de Barmstede, Alardus, Manegoldus & Helpradus Hamburgenses Canonici hujus rei factum sigillis nostris roboramus.

Eodem anno qvo pactionem hanc fecerunt Hamburgenses & Bremenses Canoni-
A.C. 1223. ci, (7) accidit Daniæ Regem Waldemarum ab Henrico Comite Zuerinensi, cum qvo gra- 116
ves & atroces gesserat inimicitias, sub specie reconciliationis per insidias in tentorio suo capi, & in arcem Dannenbergensem abductum, vinclis mandari. Qvi inopinatus casus magnorum motuum maximæqve in Nordalbingiæ conversionis rerum causa & origo fuit. Tum enim Adolphus cognomento qvartus, Comes Schawenburgi, illius Adolphi filius, qvem supra memoravi à Rege Waldemaro Holsatia Wagria & Stormaria exutum fuisse, de recuperandis paternis regionibus cogitare occœpit. Per totum tamen proximè seqventem annum (8) freqventes de liberatione Regis habiti conventus propositum ejus eluserunt. Inter hæc Comes Albertus, qvem hactenus potentia Regis Waldemari texerat, ubi gravissimum sibi ab Adolpho IV. bellum imminere præsensit, qvam maximè Hamburgensium animos conciliare sibi studuit, qvo alacriori animo, qvandocunqve opus foret, obseqvium sibi & fidem præstarent. Qvicqvid igitur immunitatum, jurium & privilegiorum Imperatores Fridericus I. & II. Dux Henricus Leo, & Comites Schauwenburgenses iis concesserant, largiter confirmavit. Cujus rei testimonium perhibent, duo ipsius diplomata qvorum alterius in manus meas non venit nisi argumentum, qvod sic habet:

Albertus Dei gratiâ Comes Holsatiæ dat civibus Hamburgensibus, in nova civitate ma-
nentibus, omnem libertatem & justitiam, qvam habent à prædecessoribus suis, &, ut bis in anno 117
solennes habeant nundinas, scilicet in festo beati Viti martyris, in assumtione sanctæ Mariæ, & secundum justitiam Lubecensium in omnibus se habeant.

(7) Albert. Stad. Chron. anno 1223. Antiqvum Holsatiæ Chron. rhythmicum MS.

(8) Antiqvum Holsatiæ Chronicon rhythmicum MS.

Alterum diploma, qvod integrum repperi, ita conceptum est.

Albertus Dei gratiâ, Comes Orlamundæ & Holsatiæ omnibus præsentem paginam inspicientibus. Petitioni Burgensium de Hamburg annuentes qvia multis incommodis & exactionibus se conqverebantur afflictos, iis omnia jura, qvæ tempore Ducis Henrici data iis fuerant & constituta, & à Comite Adolpho permissa, dimisimus inviolabiliter observari. Præcipue volumus, ut ab exactione illa qvæ Ungeld dicitur, sint immunes, & in aliis tam in lignis ad usus negotiatorum, & ad ædificandum & ad comburendum secandis, & in pascuis & in aqvis in omni jurisdi-
118 *ctione nostra suam habeant libertatem. Et ut hæc eis inviolabiliter observentur, præsentem paginam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Testes sunt consanguineus noster Otto Princeps de Luneburg, Gevebardus Dapifer ipsius, Dietericus de Monte, Wernerus de Lawenburg, Reinwerdus de Schurlemer, Hasso de Wittule & fratres sui, Henricus de Barnestede, Henricus Pincerna & frater suus, & alii qvam plures. Data in Hamburg Anno incarnationis Dominicæ* 1224. 9. *Kal. Januar. Indictione* 12. *per manus Notarii nostri Maroldi.*

Ex hoc diplomate id inprimis discimus, anno adhuc millesimo ducentesimo vigesi- A.C.
mo qvarto urbem nostram in Comitis Alberti manu fuisse. (9) Verum ubi sub princi- 1224
pium anni seqventis Comes Adolphus IV. auxilio fretus Gerhardi Bremensis Archiepi- A.C.
scopi & Henrici Comitis Zwerinensis, trajecto Albim ingenti exercitu, Nordalbingiam 1225.
invasit, hic statim Comes Albertus, assumto in societatem armorum (1) Othone Duce Luneburgensi, qvam maximas potuit, contraxit copias, ut pro liberatione commissæ sibi regionis cum hostibus acie dimicaret. Præerat, ut dixi, Comes Albertus reliqvæ qvidem omni Nordalbingiæ ut vicarius Daniæ Regis: solam verò urbem nostram pleni
119 possidebat dominii jure; (2) qvippe qvam anno millesimo ducentesimo decimo sexto purè & in perpetuum septingentis marcis argenti de Rege sibi emerat. Qvam ob rem, cum partes Adolphi admodum validas, ideoqve eventum prælii plusqvam dubium fore cerneret, præ reliqva omni Nordalbingia Hamburgi amissionem maximè sibi præcavendam credidit. Ne autem, si forte prælio superaretur, omnino illud ingratis perderet, & qvam in ejus emtionem impenderat pecuniam, frustraretur, (3) vendidit ipsis Hamburgensibus, anteqvam adversus Adolphum copias educeret, *mille & qvingentis marcis argenti*, qvicqvid in eos eorumqve urbem imperii & potestatis de Rege Waldemaro olim emerat. Qvâ acceptâ pecuniæ summâ liberos eos suiqve juris declaravit. Sic Albertus prudentis nautæ instar, futurum prævidens naufragium, qvicqvid servari poterat, jacturâ redemit. (4) Post hæc cum Comite Adolpho congressus est; sed adeò infelici succes- A.C.
su, ut post universi exercitus sui cladem vivus in victoris potestatem pervenerit. Qvam 1225.
victoriam conseqvutus Adolphus, nullo ferè negotio totam deinde Holsatiam, Wagriam & Stormariam brevi in deditionem redegit. Hactenus prima nostræ urbis ætas, seu *infantia* pertingit: qvæ qvidem maximè ob Christianæ religionis professionem ad-
120 eò variis obnoxia fuit adversæ fortunæ casibus, ut præsentem amplitudinem, opulentiam & splendorem jure illi nemo invidere possit: at certè qvivis mirari, qvi ex tantillis *originibus* & tot miseriis in tantam excreverit magnitudinem. Qvis verò postqvam Comes Adolphus paternas regiones omninò recuperavit, urbis status fuerit, & qvomodo illa paulatim, ut indies robustior evasit & validior, alieno excusso patrocinio, suâ se virtute illustrem reddiderit, has res, ut graviorem uberioremqve scribendi materiam, seqventi, si vita suppeditet, libro seposui.

(9) Albert. Stad. Chron. ann. 1225. Histor. Archiepiscop. Brem. ann. 1225. Antiqvum Holsatiæ Chron. rhythmicum MS.

(1) Antiqvum Holsat. Chronicon rhythmicum MS.

(2) Antiqvus Anonymus Annalium Sclavicorum author ab Erpol. Lindenbrogio editus.

(3) Thracigeri Chron. MS. Chytræus Saxoniæ l. 2.

(4) Albert. Stad. Chron. ann. 1225. Antiquum Holsatiæ Chronicon rhythmicum MS.

FINIS RERUM HAMBURGENSIUM LIBRI PRIMI.



COL-

COLLECTIO 121

Aliqvot veterum Diplomatum, qvorum ad nonnulla in hisce Originibus probanda usus sum testimonio.

IMP. LUDOVICI PII DIPLOMA de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis.

Hujus diplomatis fragmenta citantur p. 10. & 35.


*N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hludovicus divina favente
& propitiante clementia Imperator Augustus. Si specialibus cujusque fidelium nostro-
rum necessitatibus prospectius subveniendum esse, Imperialis auctoritas monstrat, quan-
tò magis ad debitam generalitatis providentiam æqvum dignumque pertinet, ut Ecclesia
Catholicæ atque Apostolicæ, quam Christus pretioso sanguine redemit, eamque nobis tuendam re-
gendamque commisit, piam ac sollicitam in cunctis oportet gerere curam, & ut in ejus prospectu
vel exaltatione congruam exhibeamus diligentiam, novis ad ejus necessitatem vel utilitatem atque
dignitatem pertinentibus rebus, nova imò necessaria & utilia provideamus constituta. Idcirco san-
ctæ Ecclesiæ filiis præsentibus & futuris certum esse volumus, qualiter divinâ ordinante gratiâ nostris in* 122
*diebus, Aquilonaribus in partibus, in gentibus videlicet Danorum, Svecorum, Norweorum, ter-
ræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon & omnium Septentrionalium & Orienta-
lium nationum magnum cœlestis gratia prædicationis sive adquisitionis patefecit ostium. Ita ut mul-
titudo hinc inde ad fidem Christi conversa, mysteria cœlestia Ecclesiasticaque subsidia desiderabiliter ex-
peteret. Unde Domino Deo nostro laudes immensas persolventes extollimus, qui nostris temporibus
& studiis sanctam ecclesiam, sponsam videlicet suam in locis ignotis finit dilatari atque proficere. Quam
ob rem una cum sacerdotibus cæterisque Imperii nostri fidelibus hanc Deo dignam cernentes causam
valdè necessariam atque futuræ Ecclesiæ dignitati proficuam, dignum duximus, ut locum aptum no-
stris in finibus evidentiùs eligeremus, ubi sedem Archiepiscopalem per hoc nostræ auctoritatis præceptum
statueremus, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum faciliùs uberiusque capere vale-
rent, & sitientes salutis gratiam præ manibus vel oculis haberent, insuper & magnorum progenitorum* 123
*nostrorum sacra lucrandi studia nostris in diebus nunquam deficerent. Progenitor etenim noster glorio-
sæ memoriæ KARULUS omnem Saxoniam Ecclesiasticæ religioni subdidit, jugumque Christi adusque
terminos Danorum atque Sclavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasque
gentes Danorum sive Winedorum ultimam Saxoniæ partem sitam & diversis periculis, temporalibus
videlicet & spiritualibus, interjacentem perspiciens, Pontificalem ibidem sedem fieri decrevit trans Albi-
am. Unde postquam terram Transalbianorum, laxata captivitate, quam ob multam perfidiam, in
ipsis Christianitatis initiis patratam, per septennium passi sunt, ne locus ille à barbaris invaderetur,
Ekeberto Comiti restituere præceperat, non jam vicinis Episcopis commitere voluit. Sed ne quisquam
eorum hanc sibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus quendam Episcopum Ama-
larium nomine direxit, qui primitivam Ecclesiam ibidem consecraret. Sed & eidem Ecclesiæ sacras re-* 124
*liquias ac plura Ecclesiastica munera piâ largitate specialiter destinare curavit. Postmodum, verò ca-
ptivis optatam ad patriam undiqve confluentibus, eandem parochiam cuidam Presbytero Heridag no-
mine specialiter commendavit, quem universæ Transalbinorum Ecclesiæ, ne ad ritum relaberetur gen-
tilium, vel quia lucrandis adhuc gentibus locus ille videbatur aptissimus, disposuerat consecrari Archi-
episcopum, ut ipsi occasione vel auctoritate summa in ipsis terminis gentium sedulitate prædicandi sancta
multiplicaretur Ecclesia, dum vicinorum ipsius novitatis Episcoporum multa latitudinis cura non suffi-
ciebat discurrere per omnia. Delegavit etiam eidem presbytero quandam cellam Rodenach vocatam,
quatenus eidem loco periculis circumdato fieret supplementum. Sed quia consecrationem jam dicti vi-
ri, velox ex hac luce transitus pii genitoris nostri fieri prohibuit, Ego autem quem divina clementia in* 125
*sedem regni ejus asciverat, cum in multis Regni negotiis insisterem, hoc quoque prædictum patris mei
studium, velut Regni in finibus minus caute attenderem, prædictam parochiam vicinis Episcopis interim
commendavi. Nunc autem tam propter suprascripta Ecclesiastica lucra in gentibus demonstrata, qvam
& propter votum pii genitoris nostri, ne qvid ejus imperfectum remaneat, statuimus unà cum consen-
su Ecclesiastico præfata ultima in regione Saxonicâ trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum
universa Transalbianorum Ecclesia, proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem, cui primum præ-
esse atque solenniter consecrari per manus Drogonis Metensis, & summæ sanctæ Palatinæ dignitatis præ-
sulis Ansgarium fecimus Archiepiscopum, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Treverensi,*

& Otgaro Moguntiensi, cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii nostri præsulibus congregatis: assistentibus quoque specialiter & consentientibus atque consecrantibus Hellingando sive Willerico Episcopis à quibus jam dictæ parochiæ partes, à nobis & patre nostro sibi olim commendatas recepimus.
126 *Cui videlicet Ansgario tam nostro, quam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate hanc Deo dignam in præfatis gentibus commisimus legationem ac proprii vigòris adscribere decrevimus dignitatem. Et quia casus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans Albiam, vel alicubi in prædictâ parochiâ vindicet potestatem, certo limite conscriptum esse volumus, videlicet ab Albia flumine deorsum usque ad mare Oceanum, & sursum per omnem Slavorum provinciam usque ad mare quod Orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes quoque paludes, infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas, infra terminos ejusdem parochiæ ponimus; ut Transalbiani se & sua ab incursu paganorum, qui sæpe timendus est, securius in his locis occultare queant. Et ut hæc nova constructio periculosis in his locis cæpta, subsistere valeat, quandam cellam Turholt vocatam, tam huic novæ constructioni, quam Archiepiscopi successorumque suorum in gentibus legationi perenniter*
127 *servituram ad nostram nostræque sobolis perpetuam mercedem divinæ offerimus Majestati. Res itaque præfatæ sedis & jam dicti monasterii sub plenissima defensione & immunitatis tuitione volumus ut consistant, ut liceat venerabili Archiepiscopo prædicto suisque successoribus ac omni clero sub eorundem tegmine constituto, quietè in Dei servitio gerere, & pro nobis proleque nostra atque statu totius Imperii divinam misericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & sigilli nostri impressione signare jussimus.*

Signum Hlode [monogram] wici piissimi Imperatoris

Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovi.

Data Idus Maji, Anno XXI. Imperii Domini Hlodewici piissimi Augusti Indictione XII. Actum Aquisgrani in Palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen. Anno Domini JESU CHRISTI DCCC. XXXIV.

128

DIPLOMA PAPÆ GREGORII IV.

De Confirmatione Ansgharii primi Archiepiscopi Hamburgensis.

Hujus Diplomatis fragmenta citantur p. 9. 15. & 52.

GREGORIUS Episcopus servus servorum Dei omnium fidelium dinoscentiæ certum esse volumus qualiter beatæ memoriæ præcellentissimus Rex KARULUS tempore prædecessorum nostrorum divino afflatus spiritu gentem Saxonum sacro cultui subdidit, jugumque Christi, quod suave ac levè est, ad usque terminos Danorum sive Sclavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ultimamque regni ipsius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula constitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentilium, vel etiam quia lucrandis adhuc gentibus aptissima videbatur proprio Episcopali vigore fundare decreverat. Sed quia mors effectum probibuerat, succedente ejus præcellentissimo filio Hlodewico Imperatore Aug. pium studium sacri genitoris sui efficaciter implevit. Quæ ratio nobis per venerabiles Ra-
129 *tolfum sive Vornoldum Episcopos, nec non Geroldum Comitem vel missum venerabilem relata est, confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam statutam providentiam cognoscentes, instructi etiam præsentia fratris filiique nostri Anscharii, primi Nordalbingorum Archiepiscopi, per manus Drogonis Metensis Episcopi consecrati, sanctum studium magnorum Imperatorum, tam præsenti auctoritate, quam etiam pallii donatione, more prædecessorum nostrorum roborare decrevimus, quatenus tantâ auctoritate fundatus prædictus filius noster, ejusque successores lucrandis plebibus insistentes adversus tentamenta Diaboli, validiores existant, ipsumque filium nostrum jam dictum Anscharium & successores ejus legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueonum, Nortweborum, Farriæ, Oronlandon, Halsingolandan, Islandan, Scridevindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium & Orientalium nationum quocunq; modo nominatarum delegamus. Et posito capite & pectore super corpus & confessionem sancti Petri Apostoli, sibi suisq; successoribus vicem nostram perpetuo retinendam publicamque*
130 *Evangelizandi tribuimus auctoritatem, ipsamq; sedem Nordalbingorum, Hammaborch dictam, in honore sancti Salvatoris ejusque intemeratæ genitricis Mariæ consecratam Archiepiscopalem esse decernimus. Consecrationem verò succedentium sacerdotum donec consecrantium numerus ex gentibus augeatur, sacræ palatinæ providentiæ interim committimus. Strenui verò prædicatoris persona, tantoque officio apta in successione semper eligatur, omnia verò à venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata nostra etiam auctoritate piâ ejus vota firmamus, omnemque resistentem vel contradicentem, atque piis nostris studiis his quolibet modo insidiantem, anathematis mucrone percutimus atque perpetua ultione reum diabolicâ sorte damnamus, ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum causam*

sam Dei pio affectu Zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Et quia te, charissime fili Anschari, divina clementia nova in sede primum disposuit esse Archiepiscopum, nosque pallium ad missarum solennia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, uti & Ecclesiæ tuæ perpetuo statu ma- 131
nentibus privilegiis uti largimur. Sancta Trinitas vitam tuam conservare dignetur incolumem, atque post seculi amaritudinem ad perpetuam perducat beatitudinem. Amen.

DIPLOMA PAPÆ NICOLAI I.

De Confirmatione Ramesloæ.

Hoc diploma citatur p. 14. 15. & 46.

NICOLAUS Episcopus servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentis scilicet temporis & futuri. Quisquis Dominum & Redemptorem nostrum Jesum Christum de sinu patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum vera & certa fide descendisse non dubitat, profecto non ignorat, omnes qui ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & præcipuè nos, qui per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum retinemus, nominibus debere lucrandis insistere, & per universas gentes verbi semina serere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem quia Hlodewicus sublimissimus Rex per Salomonem venerabilem Episcopum civitatis Constantiæ nostro studuit Apo- 132
stolatui intimare, quod piæ memoriæ Hludewicus Imp. genitor suus quendam monachum, nomine Anscharium de monasterio Corbeja tulisset, & collocasset eum juxta Albiam fluvium in confinibus Sclavorum & Danorum atque Saxonum in Castello Hammaburg, annuente ac solennia sedis Apostolicæ privilegia præbente prædecessore nostro beatæ memoriæ Papa Gregorio, cujus etiam auctoritate in supra dicto Nordalbingorum populo sedes constituta est Archiepiscopalis in castello superius nuncupato Hammaburg, & in eadem quoque sede accepto à sede Apostolicâ pallio, Archiepiscopus primus est ordinatus Anscharius. Cui à præfato Pontifice delegata est cura seminandi verbum Dei & animas lucrandi Deo. Cujus delegationis & auctoritatis & pallii acceptionis pagina nobis est à præfato filio nostro Hludewico Rege per jam dictum Salomonem Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ bullata. Per cujus tenorem paginæ hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam fati Regis per fidelem virum Salo- 133
monem scilicet Episcopum intimavit. Verum quia Karolus Rex frater sæpe dicti Regis Hludowici abstulit à prænominato loco, qui dicitur Hamburg, monasterium, quod appellatur Turbolt, utpote quod post partitionem inter fratres suos in Regno suo conjacere videbatur, situm in Occidentali Francia, quod illic genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis ejus dederat, capere, sicut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumtibus ab ipsis recesserunt gentibus, & eadem ad gentes legatio per hujusmodi factum defecit. Ipsa quoque metropolis Hammaburg, Dei permittente occulto judicio, per barbarorum sævitatem prorsus devastata est. Contigit namque ex improviso piratas advenientes civitatem navigio circumdedisse, filius verò noster Archiepiscopus Anscharius ibi positus, cum his, qui aderant in urbe ipsa vel in suburbio manentibus primo quidem audito adventu eorum locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium, sed impellentibus paganis, & civitate jam obsessa, cum eis resisti non posse conspexit, quomodo pignora sanctarum reliquiarum asportarentur præ- 134
paravit, sicque ipse Clericis suis huc illucque fuga dispersis etiam sine cappa sua vix evasit. Denique hostes arrepta civitate ac succensis omnibus & direptis egressi. His ita peractis, cum filius noster jam dictus Anscharius multis esset pressuris & calamitatibus oppressus, & fratres congregationis ejus unà cum sanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucq; vagarentur, & nusquam sedem haberent quietam, matrona quadam nomine Ikia, divino amore tacta ex sua hæreditate possessiunculam ei tradidit in sylvâ Ramesloa nominata, in pago Berdamgoa, in Episcopatu Waldgarii Verdensis Ecclesiæ Episcopi, ubi & cellam construxit, & reliqvias sanctorum unà cum fratribus, qui superarant, collocavit. Quamobrem Clementissimus Rex jam sæpè dictus Hludowicus quærere cæpit, quomodo ei solatium subsistendi faceret, quo legationis suæ mandatum perficere posset. Et quia in eadem provincia cellam nullam huic legationi habebat congruam, suggerere studuit prædicto Waldgario Verdensis Ecclesiæ Episcopo, ut ejus permissione 135
ei liceret in supradicto loco Ramesloa monasterium ex suis impensis construere, ubi fratres, qui tanta cladi superfuerant, sustentarentur, & ipse locum suspirandi, & si qua unquam facultas suppeteret, propter vicinitatem ejusdem loci Hammaburgensem Ecclesiam restaurandi, haberet sub suo successorumqve ejus regimine & potestate mansurum. Cui quidem rei ipse admodum contrarius extitit. Qua de causa postmodum in Wormatia civitate positus duobus Regibus Hludowico & Hlotario præsentibus Archiepiscopis Ebone Remensi, Hetti Trevirensi, & Otgario Moguntiacensi cum plurimis aliis generali interventu utriusque Regni præsulibus congregatis hæc eadem res posita est. Quod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut prædictus Pontifex Walgarius hoc ipsum sua auctoritate concederet & firmaret, cuncti rogaverunt. Qui primo quidem fortiter his reniti cæpit, justum non esse multipliciter asserens, ut honorem suæ sedis in aliquo minueret; postremo tamen & ipsis Regibus & cunctis Episcopis ibi aggregatis 136

 pro

pro hoc ipso eum rogantibus & omnino causâ necessitatis id licitum fore dicentibus respondit, si Apostolica
auctoritate firmaretur, ex se quoq; ratum esse. Unde persæpe nominatum venerabilem missum Salo-
monem videlicet Constantiæ Civitatis Episcopum hoc relatum est confirmandum, ac postulatum est nostra
auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine, animadvertimus propter instan-
tem necessitatem & animarum lucra in gentibus demonstrata utile fore. Omnia enim quæ proficua Ec-
clesiæ probantur existere, & divinis non resultare præceptionibus, licita & facienda esse non dubitamus:
maximè in tam novella Christianitatis plantatione, in qua varii solent eventus contingere. Quam-
obrem omnipotentis Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & hoc nostro decernimus decreto, se-
cundum reverentissimi Regis Hludowici votum, & prænominati Episcopi Waldgarii, aliorumque Episco-
porum consensum, ut prædictum monasterium Ramesloa nuncupatum, sub potestate & regimine Anscha-
137 rii Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi ejus successorum perpetualiter consistat. Nullus igitur Fer-
densis vel quilibet Episcopus ullam sibi deinceps in eodem monasterio vindicet potestatem. Quin imo &
ipsi & omnibus suademus, & veræ religionis cultoribus, ut sacra hâc legatione fungentibus adjutorio &
solatio sint, quatenus pro gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur, ab eo, qui dixit, Ite
docete omnes gentes, &, quicunque receperit vos, me recipit. Itaque omnia à dilecto filio nostro Rege
Hludovico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et quia
casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem vel contradicentem, at-
que piis his nostris studiis quolibet modo insidiantem anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ
ultionis reum diabolica sorte damnamus, ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, causam-
que Dei pro affectu Zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Observator verò & cu-
138 stos hujus nostræ praeceptionis benedictionis gratiam à beato Petro Apostolorum Principe, & cœlestis retri-
butionis æterna gaudia à justo judice Domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Leonis
notarii, regionarii, & scriniarii sanctæ Romæ Ecclesiæ in mense Majo, Indiction. XII, Datum Kalend. Ju-
niis per manus Tiberii primicerii sanctæ sedis Apostolicæ. Imperante Domino Nicolao piissimo Papa.
Anno pontificatus ejus V. Indictione XII.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I.

De libertate Ecclesiæ Hamburgensis.

Hoc diploma citatur p. 52.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Qui mundiali
potestate præditi quibuscunque necessariis, regentium suffragari festinant, divinam sibi nihil refraga-
ri certissimè sciant. Ideoque non dedignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum,
quia ob hoc temporalis regni modificationem nobis pariter speramus & amplificationem æternalisque
139 proventuram perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet
& futurorum sagacitas, quod Adeldagus sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopus,
adiens excellentiam serenitatis nostræ, expetivit à nostra pietate talem libertatem & tuitionem mona-
steriis in ejus Episcopio consistentibus, qualem cætera per nostrum regnum monasteria noscuntur habere.
Cujus justa & rationabilis videtur petitio ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ cui locus ille Ham-
maburch est consecratus, eidem loco supradicto concedimus omnes concessiones, quas concesserant ante-
riores Francorum Reges, cæterisque monasteriis ad hanc diœcesim pertinentibus, idem Ramaslaum, Bre-
mum, Biresinum, & Bukkenum, videlicet ut nullus judex publicus, vel qualibet judiciaria potestas ali-
quam sibi vindicet potestatem in supradictorum hominibus monasteriorum, litis videlicet & colonis, vel eos
aliquis capitis baño ob capitis furtum, vel quocunq; banno constringat, aut aliquam justitiam facere cogat,
nisi Advocatus Archiepiscopi, quam diu eos corrigere valuerit. Quod si quispiam illorum incorrigibi-
140 lis extiterit, tunc ab advocato eidem præsentetur judiciariæ potestati, cæteri verò in subditione Archi-
episcopi permaneant. Si verò aliquis ex liberis voluerit jammundling vel litus fieri aut etiam colonus
ad monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum, non prohibeatur à qualibet potestate, sed
habeat licentiam nostrâ auctoritate, habeat quoque potestatem prædictus Adeldagus, successoresque
ejus Hamburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi super liberos & jammundelingos monasteriorum supra dictorum,
in expeditionem sive ad placitum Regis. Donamus quoque Clericis Hammaburgensis Ecclesiæ potesta-
tem inter se sive aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Et ut hæc auctoritatis nostræ
concessio à fidelibus nostris verius credatur, & per succedentia tempora diligentius observetur, manu propria
subtus eam firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Data II. Kalend. Julii Anno Domini
DCCC. XXXVII. Indictione decima, anno regni Ottonis piissimi Regis I. Actum in Werlaha in Dei
nomine.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. 141

De Ecclesiis Hamburgensi Ecclesiæ suffragantibus.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina favente Clementia Imp. Aug. Quum Imperatoriæ dignitatis officium esse constet, ut erga divini cultum officii pervigili cura insistant, & quicquid augmenti sanctæ Christianæ religioni adhibere potuerint, indesinenter in hoc studeant. Idcirco nos interventu dilecti Archiepiscopi nostri Adaldagi prosperitate & incolumitate imperii nostri, quicquid proprietatis in marca vel regno Danorum ad Ecclesias in honorem Dei constructas, videlicet Sleswigensem, Ripensem, Arnusensem vel adhuc pertinere videtur, vel futurum adquiratur, ab omni censu vel servitio nostri juris absolvimus, ut & Episcopis præscriptarum Ecclesiarum absque ulla Comitis vel alicujus fisci nostri exactoris infestatione serviant & succumbant, volumus & firmiter jubemus. Servos verò & colonos in eisdem proprietatibus 142 *habitantes, nulli nisi eisdem Episcopis servituros ab omni etiam nostri juris servitio absolvimus, & sub nullius banno vel disciplina illos nisi sub illarum Ecclesiarum advocatis esse volumus. Et ut hoc auctoritatis nostræ præceptum firmum & inconvulsum permaneat, hanc chartam conscribi annulique nostri impressione sigillari jussimus, quam & manu propria subtus firmavimus. Data VI. Kalend. Julii Anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXV. Indictione VIII. Domini Ottonis Imperii IV. Regni autem XXX. Actum Magdeburch in Dei nomine. Amen.*

Hoc diploma citatur p. 30. & 39.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I.

De Imperio Archiepiscopi Hamburgensis in urbem Bremensem.

In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto Dei clementia Imperator Augustus. Si religiosorum obtemperaremus votis nostræ liberalitatis loca divino cultui mancipata largitate donaremus, ad æternæ recompensationis præmium indubitanter id nobis credimus profuturum. 143 *Quare omnibus constet nos pro Dei amore venerabilis Adaldagi Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi flagitatibus annuentes, construendi mercatum in loco Bremen nuncupato illi concessisse licentiam, bannum & theloneum, nec non monetam, totumque quodinde regius Reipublicæ fiscus obtinere poterit prælibatæ conferimus sedi: quin etiam negotiatores ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinia condonavimus, præcipientes hoc imperatoriæ autoritatis præcepto, quo in omnibus tali patrocinentur tutela, & potiantur jure, quali cæterarum regalium institores urbium. Nemoque inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontificatus Archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegaverit. Et ut hæc nostra concessio firma & inconvulsa permaneat, manu nostra signata, & annuli nostri impressione roborata est. Acta IV. Idus Augusti. Anno Dominicæ Incarnationis D CCCC LXVI. Indictione VIII. Anno Domini Ottonis Magni Imperatoris Regni XXXI. Imperii vero IV. Actum Mersburg in Dei nomine feliciter.*

Hujus diplomatis fragmenta citantur p. 32.

DIPLOMA IMP. OTTONIS II. 144

De libertate bonorum Ecclesiæ Hamburgensis.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Rex. Omnium fidelium nostrorum noverit industria, qualiter Adaldagus, sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus nostram Regiam deprecatus est dignitatem per fidelem suum missum, nomine Wigbertum, quatenus præcepta à nostris antecessoribus suæ sanctæ Ecclesiæ anteâ collata, nostra tuitione confirmarentur. Cujus petitionem quia justam esse cognovimus pii genitoris nostri Ottonis scilicet Imperatoris consilium, quid inde nobis faciendum esset investigavimus; ipse verò non solum consilium dabat, verum etiam ut ita ageremus præcipiebat, maximè qui quosdam si hæc in quoquam frangere possent, tentantes audivit. Quapropter concedimus prædicto monasterio, cum omnibus aliis monasteriis sibi subditis, videlicet Bremen, Bukkun, Biresivum & Haramusla, cum cunctis illorum adjacentiis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, 145 *mancipiis, aliisque, quæ uti possunt, omnes concessiones, quas priores Imperatores concesserant, ut semper sub tuitione perpetualiter sint, vel deinceps aliquomodo adquirere possint, ut eis eorumque Episcopo liberè serviant, omni judiciariâ potestate remotâ. Concedimus insuper ut nullus Dux neque Marchio, vel Comes, aut alia quædam judiciaria potestas ullam sibi in prædictis omnibus usurpent potestatem, nisi prædictæ sedis Archiepiscopus, & advocati, quos ipse elegerit. Ipsi verò advocati nostro banno constringant omnes viros prædictarum Ecclesiarum ad omnem justitiam faciendam. Et ut hæc nostra concessio firma & inconvulsa permaneat, hanc jussimus chartam conscribi, & annuli nostri impressione subtus firmari: quam & manu propria subtus*

Hoc diploma citatur p. 32.

subtus firmavimus. Data VI. Kalend. Novembr. Anno Dominicæ Incarnationis D CCCC LXVII. Indictione X. Anno serenissimi Regis Ottonis VII. Actum Veronæ in DEi nomine, Amen.

146

DIPLOMA ARCHIEPISCOPI LIEMARI

de VII. mansis, qvas dedit Ecclesiæ Gerhardus de Stumpenhusen.

Hujus diplomatis fragmenta citantur p. 60.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem dicit. Notum esse volumus caritati vestræ, qualiter Gerhardus filius Gerberti de Stumpenhusen, post mortem patris, fervore juventutis multas rapinas, multas captiones in homines Ecclesiæ nostræ sine exemplo commiserat. Quod cum faceret diutissimè, essetq; jam intolerabilis omnibus, nos & Dux Magnus, quem non minus in suis hominibus offenderat, usi sumus in eum nos mucrone anathematis; ille persecutionis infestatione factâ. Ergo hac voce ille à nobis animæ, à Duce periculum pertimescens vitæ, timore coactus est, ut declinationem faceret Duci, nobis autem satisfactionem damnorum. Cum ergo optio illi daretur, quidnam in compositione & optione nobis offerret, summam aliquam
147 *denariorum, an partem prædiorum, post multam deliberationem, videns sibi copiam argenti nullam esse, nec spem in amicorum præsidiis aliquam, dedit ex paternâ hæreditate mansos aliquot, cum mancipiis VIII. Quod cum apud Bremam die statuto faceret & daret super reliquias sanctorum in prædio Asanthorp dicto mansos VII. cum mancipiis VIII. factum est, ut in ea villa pars mansorum deesset vel dimidia. Deinde cum in villa, quæ dicitur Acheim, nos & Dux Magnus, & reliqui milites Ecclesiæ nostræ quibusdam de causis colloquium haberemus; aderant autem Dux Magnus, ut dixi, Udo Marchio Udonis Marchionis filius, tunc adolescens, Comes Fridericus, tunc advocatus Ecclesiæ nostræ, Comes Ekkibertus, Comes Egilmarus, Lambertus Comes de Westfali, Adolphus frater ipsius Gerhardi, Thidericus Svevus, Fr. noster Marcellinus & filius fratris nostri Adalbero, quidam Udo de Westfala, nobilis adolescens Folcbertus. Hi omnes milites Ecclesiæ nostræ. De militibus Ducis Comes H. de Hammaburg, Co-*
148 *mes Reynoldus, Hermannus de Imma. De militibus Marchionis, Gerbertus frater ipsius, G. Doulricus de Statha, & alii quam plures, tum ex liberis hominibus atq; ex familia Ecclesiæ plusquam trecenti. Ibi Gerhardus præsens laudantibus fratribus ejus Gerberto & Adolfo, videntibus & audientibus his, quos nominaveram, atque omnibus, qui in conventu illo aderant, nam publicè actum est, super reliquias nostras cum chiroteca, sicut mos est liberis Saxonibus tradidit in Asanthorp curtim ipsam & mansos IV. & dimidium, cum areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæsitis & inquirendis, pratis, pascuis, piscationibus, aquis aquarumq; decursibus, sylvis forestis, venationibus, pastionibus porcorum, incisionibus arborum, molendinis atque omnibus utilitatibus, quæ inde jure provenire possunt, mancipia dedit VIII. filiam Presbyteri Lamberti, & alia VII. Ut autem impleret numerum mansorum septenarium, quem promiserat, dedit in villa, quæ dicitur Usbusen, mansos II. & dimidium, cum area una. Aderat Comes F. advocatus Ecclesiæ, qui chirotecam traditionis sacris reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, &*
149 *ab ipso Gerhardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit. Post idem G. decimo die ex condicto nostro in sylva apud Asbeke, ubi nos calcem ad ædificandam Ecclesiam nostram parabamus, matrem suam verissimam ejus hæredem nobis præsentavit, quæ ex lege Saxonum donationem ejus ore laudavit & digito confirmavit. In hujus rei testimonium, ut res gesta posteritati fiat cognita, chartam hanc conscribi jussimus, & bulla plumbea, ut nobis mos est, signari. Actum est anno ab incarnatione Domini M LXXXVIII anno ipsius Liemari Archiepiscopi Episcopatus & ordinationis XVII. Indictione XIV. regnante & imperante IV. Rege & Imperatore H.*

Waldo senex & vetulus archicancellarius recognovit.

DIPLOMA PAPÆ HONORII III.

De confirmatione possessionum Ecclesiæ Hamburgensis, & nominatim templi S. Petri.

150

Hoc diploma citatur p. 20.

HONORIUS Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis præposito, Decano & Capitulo Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Hamburgensis Salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios, & assueta pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum molestiis agitentur, nos tanquam pia mater suæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras & Ecclesiam, in qua divino estis mancipati obsequio, cum omnibus bonis, quæ in præsentium rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci sub beati Petri & nostrâ protectione suscipimus. Specialiter autem Ecclesiam S. Petri Hamburgensis cum pertinentiis suis & decimis de Dockenhude & Alsterdorpe, sicut eas justè & paci-

ficè

ficè possidetis, vobis & per eos Ecclesiæ vestræ autoritate Apostolicâ confirmamus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Lateran. II. Idus Decemb. Pontificatus nostri anno quarto.

Ultimum hoc Papæ Honorii III. diploma paulò velim. Amice Lector, attentius
A.C. consideres, cum qvod inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis ab Erpoldo Linden- 151
1220 brogio edita non extet, sed nunc primum è tenebris erutum sit, tum verò etiam, qvia templi S. Petri, qvod hoc tempore in urbe nostrâ cæteris omnibus dignitate præstat, in eo fit mentio. Ante annum enim millesimum ducentesimum vigesimum, qvo diploma hoc scriptum est, nullam in antiqvis monumentis templi illius memoriam reperi. Unde meritò dubitari posse videtur, utrum illud sit vetustius, an templum S. Nicolai; qvippe qvod certò constat jam ante annum millesimum ducentesimum tertium à Comite Adolpho tertio exstructum fuisse. Sed meum non est, hanc rem in præsens dijudicare; cum minimè dubitem, qvin ex antiqvis diplomatibus aliisqve monumentis, qvæ forte alicubi adhuc latent, de prima templi S. Petri fundatione certius aliqvid possit erui. Tantum enim abest, ut has Origines omnibus numeris perfectas esse, nec qvid- 152
qvam iis posse addi, vanâ cogitatione præsumam, ut vel uberrimum superesse censeam Spicilegium, si cui fortè major, qvam mihi fuit, in chartophylaciis publicis vetera monumenta investigandi libertas erit & occasio. In hac igitur parte alii forsan multò me feliciores erunt, qvod ad diligentiam autem & fidem, qvæ in hoc scribendi genere adhibenda est, nemini unquam cessurus sum.


FINIS.

INDEX
AUTHORUM ET MONUMENTORUM
veterum, qvorum in primo hoc Rerum Hamburgensium libro feci mentionem.

Ptolemæus Geographus.
Tacitus.
Ammianus Marcellinus.
Luitprandus.
Leonis III. Papæ Epistolæ ad Carolum Magnum, editæ à Conringio Helmstadii anno. 1647.
Capitularia Caroli Magni & Ludovici Pii.
Eginharti Annales.
Vita S. Anscharii scripta à S. Remberto ejus successore.
Vita S. Anscharii versibus Heroicis conscripta à Gualdone Monacho Corbejensi temporibus Imperat. Henrici qvarti. MS.
Otto Frisingensis.
Collectio Privilegiorum Archiecclesiæ Hamburgensis, edita ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagmate rerum Germanicarum septentrionalium.
Imp. Ludovici Pii diploma de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis, datum anno Christi 834.
Diploma Papæ Gregorii IV. de confirmatione S. Anscharii Archiepiscopi.
Nicolai PP. I. diploma de confirmatione Rameslo.
Ottonis I. Imperat. privilegia Adeldago & Ecclesiæ Hamburgensi concessa.
Privilegium de Altari portatili in turri novi operis à Papa Bonifacio VIII. anno 1292. Hamburgensibus concessum.
Anastasius Bibliothecarius de Vitis Pontificum Romanorum.
Adamus Bremensis, qvi scripsit Historiam Ecclesiæ Hamburgensis à temporibus S. Anscharii usqve ad annum Christi 1072.
Helmoldus qvi scripsit Chronica Slavorum usqve ad A. C. 1168.
Arnoldus Abbas Lubecensis, qvi Helmoldi Historiam continuavit usqve ad annum 1209.
Chronicon Presbyteri cujusdam Bremensis, Continuatoris Helmoldi ab anno Domini 1164. usqve ad annum 1448. MS.
Alberti Stadensis Chronicon ab urbe condita usqve ad annum Christi 1256.
Anonymi cujusdam Annales à nativitate Christi usqve ad annum 1265. editi ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagm. rerum Germ. Septentr.

Incerti auctoris Chronica Sclavica usqve ad annum 1487. edita ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagm. rerum Germ. Septent.
Erici Regis Daniæ historia gentis Danorum, edita ab Erpoldo Lindenbrogio.
Wittikindi monachi Corbejensis Annales.
Ditmarus Mersburgensis.
Frodoardi Chronicon.
Chronicon Hildesheimense antiqvum.
Annales Francorum Metenses à Pithœo editi.
Annales Francorum Fuldenses à Pithœo editi.
Diploma Papæ Honorii III. de confirmatione possesionum Ecclesiæ Hamburgensis, datum anno 1220.
Antiqva gesta Normannorum.
Diploma Liemari Archiepiscopi Hamburgensis, datum anno 1088.
Auctor Chronici veteris Marchiæ.
Saxo Grammaticus.
Vetus Poëta Saxo de gestis Caroli M. editus ab Andrea du Chesne in Syntagm. scriptorum Historiæ Francicæ.
Antiqvi cujusdam Anonymi Notæ in Adamum Bremensem.
Fabula de Martyrio Papæ Benedicti V. edita inter vitas Sanctorum lingua vernacula Saxoniæ inferioris conscriptas, & circiter centum & qvinqvaginta abhinc annos impressas in folio.
Auctor Chronici Belgici Magni.
Chronicon Coloniense vetus.
Chronicon Mindense.
Alberti Crantzii Saxonia, Dania, Wandalia & Metropolis.
Henrici Buntingi Chronicon Brunsvicense.
Cisneri præfatio ad Saxoniam Crantzii.
Vita Caroli Magni ab Erpoldo Lindenbrogio germanicè conscripta.
Cardinalis Baronii Annales Ecclesiastici.
Bilibaldus Pirckhamerus.
Conradus Celtes.
Caspar Peucerus.
Joannes Goropius Bekanus.
Sethi Calvisii Chronologia.
Henrici Meibomii Vindiciæ Billingianæ, & notæ ad Witikindum.
Chytræi historia Saxoniæ.
Carolus Sigonius de Regno Italiæ.
Hermanni Conringii Commentarius de origine juris Germanici.
Reineri Reineccii Notæ ad Arnoldum Lubecensem.
Antiqvum Holsatiæ Chronicon rythmicum ab anno 1199. usqve ad annum 1231. MS.
Historia Archiepiscoporum Bremensium ab Erpoldo Lindenbrogio edita.
Apologia Hamburgensis contra Daniæ Regem Christianum IV. an. 1641. edita.
Onuphrius Panvinius de Romanis Principibus
Adami Thracigeri Chronicon Hamburgense, germanicâ lingua compositum, ab origine urbis usqve ad annum 1557. MS.
Hermanni Langenbecii J. U. D. qvi centum sexaginta abhinc annis Consul Hamburdensis fuit, præfatio ad vetus jus civile Hamburgense. MS.
Antiqva Inscriptio templi Cathedralis Hamburgensis de translatione Comitatus Holsatiæ, Wagriæ & Stormariæ ad Adolphum Comitem Schawenburgensem, an. 1106.
Inscriptio Cenotaphii Papæ Benedicti V. qvod visitur in eodem templo.
Hartvici Archiepiscopi Bremensis Diploma de libertate & jure metropolitano Ecclesiæ Hamburgensis, datum anno 1160.
Privilegium Hamburgensibus concessum anno 1189. ab Imp. Friderico I.
Antiqvum Chronicon Saxonicum MS.
Diploma Adolphi IV. Comitis Holsatiæ de Capellâ S. Nicolai in nova urbe Hamburgensi, datum anno 1238.
Diploma Imper. Friderici II. qvo immunitatem & jura à Comite Adolpho III. Hamburgensibus concessa, rogatu filii ejus & successoris Adolphi IV. confirmat, datum anno 1232.
Joannis Meursii Historia Danica.
Pontani Historia Danica.
Diploma Alberti Comitis Nordalbingiæ & Orlamundæ, datum anno 1212.
Aliud ejusdem Diploma, datum anno 1224.
Tabulæ Compositionis factæ inter Canonicos Hamburgenses & Bremenses super titulo & dignitate Archiepiscopali, & jure eligendi; datæ anno 1223.

FINIS.



AD-

ADDENDA.

Pag. 2. lin. 18. post *reperiri arbitror* interfere: Eqvidem non me latet Sethum Calvisium operi suo Chronologico longè aliam de Origine Hamburgi opinionem inseruisse. Refert enim ex Reginone, scriptore satis probato, qvippe qvi Impp. Ludovici IV. & Conradi I. temporibus floruit, Imp. Carolum Magnum Anno Æ. C. 809. contra Daniæ Regem Godefridum urbem Hamburgum exstrui & muniri jussisse, ejusqve fundamenta jacta esse die 13. Martii. Sed operæ est, ipsum audire Calvisium: *Anno*, inqvit, 809. *cum res ad bellum spectaret inter Godefridum Danum & Carolum, Danis colloquium petit, quod obtinet, ubi res ita componitur, ut Frisiam restitueret & Carolo obsides daret. Cum verò Danus non facile quiesceret, Carolus urbem contra Danos munire jussit Hamburgum, cujus fundamenta jacta die 13. Martii. Regino.* Hæc Calvisius: Qvæ sanè prima fronte satis sunt speciosa, sed si ipsum Reginonem, unde se ea desumpsisse fatetur, introspiciamus, illicò apparet, Calvisium perperam Hamburgo attribuere, qvæ de longè alia urbe Regino memorat. Ipsa enim ejus verba, qvorum authoritatem prætendit Calvisius, hæc sunt: *Imperator itaque cum ei multa de jactantia & superbia Regis Danorum nunciaretur, statuit trans Albim civitatem ædificare, Francorumqve in ea ponere præsidium: Cumqve ad hoc per Galliam atque Germaniam homines congregasset, armis ac cæteris ad usum necessarium rebus instructos, ad locum destinatum ducere per Frisiam jussisset, Thrasco Dux Abroditorum* (lege Obotritorum) *in emporio Rerich ab hominibus Godefridi dolo interfectus est. Imperator postqvam locus civitatis constituendæ fuerat exploratus, Egbertum Comitem huic negotio exeqvendo præfici, & Albiam transiicere, & locum jussit occupare. Est* 160 *autem locus super ripam Sturiæ fluminis vocabulo ESSESFELT: Occupatus est itaqve ab Egberto, & Comitibus Saxonibus & circa Idus Martii muniri cœptus.* Hucusqve Regino lib. 2. Chronici in actis Anni 809. Qvi qvidem de Urbè hic loqvitur trans Albim ab Imp. Carolo Magno exstructâ, sed expresse addit, loco novæ huic urbi condendæ delecto nomen fuisse ESSESFELT, eumqve non in Albis sed Sturiæ fluvii ripâ, (qvi vulgo nunc vocatur *Stoer*, & septem ad minimum Hamburgo distat miliaribus Germanicis,) situm fuisse. Qvod idem etiam *Eginhartus*, autor multo antiqvior & hoc majori fide dignus, qvo certius, qvæ ætate sua gesta sunt, scire potuit, ἀπαραλλάκτω iisdem planè verbis & affirmat in Annalibus Francicis ad annum 809. Nec dubium est qvin Regino inde sua descripserit. Jam verò qvod alii tradiderunt, Carolum Magnum &c.


Pag. 3. l. 45. post verba, *Amalbarium Galliæ qvendam Episcopum*, scholii loco in margine hæc addenda sunt: Is est Amalharius Fortunatus Trevirensis Episcopus, qvi temporibus Imperatorum Caroli Magni & Ludovici Pii floruit. Anno enim 811. primum templum, qvod Hamburgi ab Imper. Carolo* *In honorem Christi Salvatoris & beatissimæ matris ejus Mariæ* fuit exstructum, consecravit. Cujus rei mentio fit in privilegio Imp. Ludovici Pii Hamburgensi Ecclesiæ concesso his verbis: *Ne qvisqvam eorum* (vicinorum scilicet Episcoporum) *hanc* (nimirum Hamburgensem) *sibi deinceps Parochiam vindicaret ex remotis Galliæ partibus* (Imp. Carolus) *qvendam Episcopum Amalarium nomine direxit, qvi primitivam Ecclesiam ibidem consecraret.* Qvi hic igitur simpliciter tantum Galliæ qvidam Episcopus vocatur, eum Eginhartus in annalibus Rerum Francicarum *Trevirensem Episcopum* nuncupat. *Anno*, inqvit, 813. *Imperator Carolus Aqvisgrani hyemavit & incipiente verno* 161 *tempore Amalharium Trevirensem Episcopum & Petrum Abbatem monasterii Nonantulæ propter pacem cum Michaële Imperatore confirmandam Constantinopolim misit.* Meminit ejusdem Amalharii Trevirensis Episcopi etiam in actis Anni 814. ubi eum memorat re benè gesta, Constantinopoli Aqvisgranum rediisse. Post mortem verò Imp. Caroli Magni, filius qvoqve ejus Imp. Ludovicus Pius Amalharii hujus operâ egregiè usus est. Misit enim eum Romam ad Pontificem Gregorium IV. Antiphonarii Gallici emendandi gratia; eidemqve Imperatori Amalharius qvatuor illos libros dedicavit, qvos *de Ecclesiasticis*, officiis edidit. Calvisius in opere Chronologico ad Annum 831. Amalharium hunc Trevirensem Episcopum perperam vocat *Amalricum.*

Pag. 5. lin. 9. post *significantius est vocabulum* adde: Qvod si hoc qvoqve minus placet, adsentiendum omnino est probatissimo historico Lamberto Schaffnaburgensi, qvi Hamburgum vocat *Hohenburg*. Ipsa ejus verba hæc sunt: *Anno octingentesimo decimo, Hohenburg Castellum impositum est Albiæ flumini ab Imperatore Carolo contra Danos.* Qvin enim per *Hohenburg* Castellum hic significetur Hamburgum, nemo dubitare potest, qvi superius

* Vide Orig. Hamb. p. 9. 10. 51. 53.

rius citata Eginharti & Alberti Stadensis verba ex actis annorum 810. & 811. probè considerabit. Qvod enim Castellum Eginhartus vocat *Hochbuchi*, id appellat Lambertus Schafnaburgensis *Hohenburg*. Albertus verò Stadensis *Hockburi*, atqve ita olim Hamburgum dictum fuisse disertis verbis testatur.

162 Pag. 8. lin. 43. post *Carolus frater Ludovici II.* σχόλιον hoc in margine addendum est: Ludovicum secundum hic appello Ludovicum Imp. Ludovici Pii filium, primum ejus nominis ex familia Caroli Magni Germaniæ Regem, qvi frater fuit Caroli Calvi Galliæ Regis, patruus Imp. Ludovici II. & Pater Carolomanni Bavariæ Regis, Ludovici secundi ejus nominis Germaniæ Regis, & Caroli Crassi, qvi post Ludovicum Balbum fuit Imperator. Huic rei lucem addet tabula Genealogica qvam hic subjunximus.



163 Pag 30. lin. 46. post *Ideoqve cum anno 1215. Imperator Otho qvartus cum exercitu ad urbem accessisset*, scholium hoc in margine addendum est: Qvæ de Imperatore Othone IV. hic narrantur, ea perperam Calvisius in opere Chronologico ad Annum 1215. Imperatori Friderico II. attribuit. Cujus erroris ansam illi dedit malè intellectus Alberti Stadensis locus, cujus fidem & authoritatem secutus est. Verba ipsa Calvisii hæc sunt: *Fridericus Imper. Hamburgum, quod à Rege Daniæ in civili bello Imperatorum interceptum fuerat, obsidet & recipit; sed seqventi anno, cum Fridericus aliis negotiis implicaretur, Danus eandem urbem recuperat. Albertus Abbas Stadensis.* Hæc Calvisius. Audiamus jam & Albertum Stadensem, cujus authoritate is nititur. *Anno Domini*, inqvit, 1215. *Rex Fridericus Trines Landescrone cepit. Rex Danorum cum multis navibus Albiam intrat Stadium invasurus, sed probibet Palatinus. Imperator cum frater & Marchione de Brandenburg & Waldemaro Episcopo Hamburg obsedit & in pace recepit.* Huc usqve Albertus Stadensis. Qvo in loco priora qvidem illa verba, *Rex Fridericus &c.* de Imperatore Friderico II. intelligenda sunt: qvæ postea autem seqvuntur. *Imperator cum frater &c.* ea ad Imperatorem, Othonem IV. pertinent. Qvod non animadvertit Calvisius, qvi per *Regem Fridericum* & *Imperatorem* unam eandem personam hic designari credidit: Qvanqvam manifestò repugnent verba illa, *Imperator cum fratre*. Fridericus enim secundus fratrem non habuit: Otho autem habuit duos, *Guilhelmum* scilicet, ex qvo descenderunt Duces Brunsvicenses & Luneburgenses; & *Henricum*, Comitem Palatinum Rheni, cujus in præsens fit mentio. Cæterum qvod Albertus Stadensis Fridericum II. *Regem* tantum, Othonem IV. verò

164 *Imperatorem* appellat, eò fit, qvia Otho IV. post mortem Philippi Svevi, cum qvo diu de Imperio contenderat, Anno Æ. C. 1208. legitima electione Imperator creatus & seqventi anno Romæ à Papa Innocentio III. imperiali diademate insignitus est. Fridericus autem II. qvi contra eum legitimè jam electum & coronatum Imperatorem Imperium Anno 1212. invasit, à nonnullis qvidem Germaniæ Principibus, qvi Pontificis partes contra Othonem excomunicatum tenebant, Rex Romanorum fuit salutatus, sed qvamdiu tamen Otho IV. vixit, Anticæsar potius fuit, & invasor imperii, qvam legitimus Imperator; post ejus mortem verò jure demum Imperatoris titulum obtinuit, & à Papâ Honorio III. consensu omnium, ad qvos ea res pertinebat, Romæ consecratus est. Huc igitur respexit Albertus Stadensis, dum Fridericum non nisi *Regem*, Othonem verò κατ᾽ ἐξοχὴν *Imperatorem* nuncupare voluit. Cujus rei aliud etiam apud eundem extat exemplum ad Annum 1213. *Imperator*, inqvit, *Magdeburgensem Episcopatum & terram Lantgravii devastat. Rex Fridericus eum cum Boemo seqvitur, Brunswick obsessurus*; Ubi similiter per *Imperatorem* Otho IV. per *Regem* verò *Fridericum* æmulus Othonis Fridericus II. designatur.

HAEC in præsens, Lector addenda habui. Si qvæ alia imposterum se obtulerint, ea secundæ libri hujus editioni reservabuntur.

APPENDIX
PRIMI LIBRI
RERUM HAMBURGENSIUM,

Continens

Duplicem S. ANSCHARII primi Archiepiscopi Hamburgensis vitam, qvarum prima à Successore ejus S. REMBERTO, altera autem abhinc qvingentos octoginta annos à GUALDONE Monacho Corbeiensi hexametris versibus composita, & nunc primum eruta est è tenebris.

Utriqve additæ sunt NOTÆ,

Adhæc

Antiqvum HOLSATIÆ CHRONICON rhytmicum ab anno Æ C. clↄ cxcix usqve ad annum clↄ cc xxxi.

PETRI LAMBECII

In VITAM S. ANSCHARII Primi Archiepiscopi Hamburgensis à S. REMBERTO ejus Successore prosa oratione conscriptam, à GUALDONE Monacho Corbeiensi metrica Paraphrasi redditam

PROLEGOMENA
Ad Candidum Lectorem.



CUm abhinc triennio, Candide Lector, ex Italiâ in Galliam reversus, ardentissimâ febri in Massilensi agro detinerer, eaqve insuper accederet temporis calamitas, ut confirmata jam à morbo valetudine, ob tumultum belli civilis & gravem in iis locis exortam pestilentiam, qvo destinaveram ire, pervenire non possem, sed aliqvot menses illic cogerer immorari, accidit; ut cum alia qvidem multa ad levandam animi curam & diuturnam solitudinem in mente versarem, nihil tamen æqvè me afficeret, qvam lectio rerum nostræ Urbis, qvarum qvalemcunqve germanicè conscriptam narrationem forte fortuna mecum portabam. Jam primum enim in ipsa ejus origine, qvanqvam tenui admodum & paupertina, videre mihi videbar qvid nescio augustum & illustre, cum inde à principio sedes Archiepiscopalis & Metropolis fuisset totius Septentrionis. Inter crebra verò ejus excidia & varias destructiones ita se mihi clarè ostentabat singularis providentiæ divinæ cura, ut nisi magnam & præpotentem evadere non potuisse crederem, qvam urbem Deus toties ex ruinis suis ac ferè ex nihilo resurgere voluisset. Ut porrò autem consideravi, qvomodo post initia suæ libertatis, cum qvadringentis jam & septendecim annis freqventi sortis vicissitudine conflicta esset, constanter demum ac bona fide crescere cœperit & florescere, non tam fortunæ benignitatem hic admiratus sum, qvam ipsius urbis solertiam & virtutem, qvæ pro status sui ac temporum ratione modo vi, modo precibus, modo pretio, rem & libertatem suam vel defendisset, vel confirmasset, vel auxisset. Hæc igitur aliaqve ejusmodi patriam historiam pervolventi mihi tunc veniebant in mentem; qvæ ut infelici itineris successu afflictum animum non mediocriter erigebant, ita non minus mihi præbebant occasionem tacitè mecum stomachandi, qvod toto nunc terrarum orbe clarissima civitas tanto temporis spatio non invenisset, qvi res ejus, qvâ par fuisset diligentia & fide, eruisset è tenebris literisqve consignasset. Neqve verò satis esse rebar, inani miseratione hanc patriæ sortem proseqvi, sed tum demum boni civis officio me credebam satisfacturum, si hanc ab aliis neglectam provinciam in me reciperem, & pro virili parte Urbis nostræ dignitati subvenire anniterer. Differendum tamen hoc propositum censui, qvoad ipse in patriam rediissem: cum qvod omninò necesse sit; historicum regionem eam, aut urbem, de qva scripturus est, diligenter perlustrasse & penitus cognitam & perspectam habere, priusqvam ad scribendum accedat; tum verò etiam, qvia verosimile est, nec certiorem famam, nec majorem monumentorum veterum copiam ullibi de rebus gestis reperiri, qvam in iis locis, ubi gestæ sunt. Qvibus de causis, etsi imperfectum forte prævidebam, qvicqvid ante reditum in patriam de rebus ejus compositurus essem, in antecessum tamen utcunqve potui in itinere, futurum opus delineavi, & qvæ ad hoc usui mihi fore videbantur, studiose collegi. Veni inter hæc Lutetiam Parisiorum, urbem ut cæteris omnibus rebus, ita doctissimis viris lectissimisqve bibliothecis instructissimam. Hic cum veteres amicos meos Viros illustres Petrum & Jacobum Puteanos, Nobilissimum Sarravium, Reverendissimum Sirmondum, Clarissimumqve

Nau-

Naudæum ac alios complures salutassem, incredibiliter eorum omnium comprobatione & applausu in consilio patriæ historiæ scribendæ sum confirmatus. Qvin ipsa etiam fortunâ ibidem conatui meo propitiam se præbuit & volentem. Cum aliqvando enim animi oblectandi gratia bibliothecam monasterii S. Germani Pratensis inviserem, incidi fortuitò in pervetustum Codicem membranaceum manuscriptum, qvi, ut in margine primæ paginæ recentiori manu erat adnotatum, ex Corbeja, veteri illo, ut opinor, Galliæ monasterio translatus olim eo fuerat. Continebat is autem duplicem S. Anscharii Vitam, prosa alteram, alteram pedestri oratione compositam. Obstupui eqvidem præ gaudio, ubi hunc thesaurum reperi, & qvam potui ardentissimis precibus, qvi tum Bibliothecæ præerat, Virum summæ modestiæ & humanitatis exoravi, ut me utramqve illam vitam ex dicto Codice describere permitteret. Qvod & facilè impetravi; eove beneficio cum ipsi speciatim, tum universo etiam illi celeberrimo Cœnobio summopere sum obligatus. Ut nunc verò, Candide Lector, tecum qvoqve eas communicem & publicè hic in medium producam, id inprimis me impellit, qvod multa inde de antiqvissimis Urbis nostræ rebus eruerim, qvæ alibi non leguntur: nec pauciora etiam in iis adhuc latcant, qvibus finitimarum Septentrionalium gentium tum profana, tum ecclesiastica historia plurimum possit illustrari. Huc accedit, qvod ipsa vetustas ita nobis hasce vitas commendet, ut de veritate rerum, qvæ iis continentur, nemo jure qveat dubitare. Primæ enim illius prosa oratione conscriptæ author est S. Rembertus, assiduus comes & fidissimus discipulus S. Anscharii, ejusdemqve in Archiepiscopatu Hamburgensi successor. Testantur hoc disertis verbis Anonymus scriptor Vitæ S. Remberti, & Adamus Bremensis historiæ Ecclesiæ Hamburgensis lib. 1. cap. 31. Item Thrithemius, Albert. Crantzius & alii multi recentiores historici; inter qvos & Eminentissimus Cardinalis Baronius est, qvi in Annalibus Ecclesiastics ad Annum Æ. C. 826. & 858. hujus Vitæ S. Anscharii interitum & jacturam gravissimè qveritur. Verum non perierat illa omninò, sed cum aliis multis veterum Authorum scriptis, qvæ etiam nunc desiderantur, vel ignorata, vel neglecta in bibliothecarum pulvere latuit, donec primum, qvod sciam, una cum Vitis SS. Wilhadi & Remberti Anno 1642. ex antiqvo codice Ecclesiæ Hamburgensis Coloniæ in lucem prodiit. Qvam autem editio illa multis locis & maximè circa finem mutila sit & imperfecta, tumet judicabis, Candide Lector, si cum ea hanc nostram, qvæ & vetustissimo Codice MSto Corbejensi expressa est, contuleris. Audacter enim hoc affirmare audeo, &, vel me tacente, sola GUALDONIS metrica Paraphrasis satis manifestè indicat, hanc demum, qvam nunc tibi exhibeo, genuinam illam & veram & integram S. Anscharii Vitam esse, qvæ septingentis octoginta septem ab hinc annis à S. Remberto fuit conscripta. Et hæc de priore Vita dicta sint. Venio jam ad alteram illam, qvæ hexametris versibus composita est. Ejus ætatem præfatio indicat, qvæ scripta est ad Albertum seu Adalbertum decimum tertium Hamburgensem Archiepiscopum, qvi Imperatorum Henrici III. & IV. temporibus floruit; & decessit Anno Æ. C. 1072. Unde patet vitam hanc ad minimum qvingentis octinginta ab hinc annis fuisse compositam. Qvod ad Authorem verò attinet, is qvantum qvidem conjectura augurari licet, suo ipsius indicio sub finem præfationis ex 181. & 182. versu cognoscitur:

Contra naturam quem compulit esse poetam
GUALDO tibi fidus, sanctissime Præsul, amicus.


Inter duos enim hos versus tertius aliqvis hujus modi librarii culpa omissus esse videtur.

Anscharii meritis semper devota voluntas.

Ut nempe hi tres versus veluti subscriptio qvædam hujus præfationis sint, qvibus & auctorem poëmatis se profiteatur *Gualdo*, & simul se excuset, qvod cum natura minus ad Poësin aptus sit, nimio tamen erga S. Anscharium affectu compulsus, vitam ejus vel invita, qvod ajunt, Minerva versibus includere aggressus fuerit. Qvemadmodum enim, *si natura negat, facit indignatio versum*, sic & amor Musicam docet, κἄν τις, ut Græci loqvuntur, ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. Et hæc qvidem mea hactenus de auctore hujus poëmatis fuit opinio; qvæ qvamvis satis, ut opinor, sit probabilis, scio tamen, ut ingenuè fatear, id mihi contrà objici posse, qvod dempto medio illo versu, qvem ego inter 181. & 182. inse-

ren-

rendum censeo, is loci hujus sensus videatur, qvasi non ipse Gualdo, cujus hic fit mentio, poëmatis hujus auctor sit, sed qvod ejus tantum jussu, qvisqvis ille demum fuit Anonymus Auctor, qvi hoc poëma composuit, ad id componendum fuerit impulsus. Verum ut alicujus momenti sit hæc objectio, tanti tamen non est, qvin tam diu saltem Gualdo poëmatis hujus auctor haberi possit, donec alius, cui certioribus argumentis tribui qveat, reperietur. Qvod superest non dubito fore complures, qvi operam illam, qvam duabus his S. Anscharii vitis edendis impendi, levem, & non laude tantum, sed luce etiam indignam judicent, cum videbunt singulas earum paginas, singulos versus, singula ferè verba familiarem illis seculis barbariem spirare, & passim in iis superstitiosa multa ad nauseam usqve legentibus obtrudi; Sed hi erunt ferè qvi humaniorum literarum expertes, rectum & legitimum veterum hujusmodi monumentorum usum ignorabunt. Qvi si didicerint, omnes illos semibarbaros scriptores, qvi inde à Caroli Magni ævo temporum suorum historiam, & virorum sanctitate, vel eruditione, vel bellicâ virtute illustrium vitas memoriæ tradiderunt, non hoc nomine à Pithœo, Canisio, Goldasto aliisve magni nominis viris studiosè investigata & in lucem protracta esse, qvod barbarum illorum scribendi genus per se dignum censuerint qvod conservaretur, verum qvia sub sordido illo & aspernabili tegumento multas pretiosas Antiqvitatis & historiæ priscæ gemmulas latitare animadverterunt: non admirabuntur amplius, me clarissimorum hominum exempla secutum, antiqvam S. Anscharii Vitam à Remberto successore ejus conscriptam, qvæ multis partibus mutila hactenus exstitit, collatione veteris Codicis MSti Corbejensis implere, & una cum metrica Paraphrasi Gualdonis, qvam primus è tenebris erui, Originibus nostræ Urbis subjungere non dubitasse. Profectò à solide eruditis hominibus tantum abest ut metuam crimen, ut applausum etiam ab illis sperem, qvi septentrionalium gentium historiæ pro virili parte consuluerim. A semidocto autem vulgo, & morosis illis atqve ineptis Censoribus, qvi domi secum sapiunt, &, ut alienos labores impune carpant, ipsi nihil agunt, sed silentio vitam transeunt tanqvam pecora, neqve boni qvidqvam spero, qvia ut asinis rugitus, ita his maledicendi & calumniandi prurigo est innata; neqve qvidqvam metuo mali, qvod licet usqve illi detrahant & criminentur, manet tamen apud posteros saltem benè de Republica literaria meritis hominibus posthuma sua gloria & præclarum nunqvam interituræ famæ præmium. Ut igitur malevolorum linguas, cum evitare eas non possim, generoso animo negligere decrevi, sic gratissimum mihi erit, si te candide & erudite Lector, labori atqve studiis meis favere intellexero. Vale.



TESTI-

TESTIMONIA VETERUM
ET RECENTIORUM QUORUNDAM
DE
VITA S. ANSCHARII à S. REMBERTO
conſcripta.

Anonymus * auctor de Vita S. Remberti cap. IX.

QUamdiu ergo fuit in corpore vir Domini Anſcharius, iſte ſervus Dei Rembertus præ cunctis familiarius illi in omnibus adeſſe ſolebat, de qvo aliqvotiens nobis in hoc opuſculo mentio incidit & *Libellus geſtorum prefati Pontificis ab ipſo Rimberto alioque diſcipulo ejus editus* teſtatur. In qvo videlicet *Libro* ubicunqve commemoratio fit cujusdam fidiſsimi Diſcipuli ejus, qvod freqventer ibi Lector inveniet, ipſum ſciat fuiſſe Rembertum: ſed qvia, ut diximus ipſe cum alio qvodam editor eorundem extitit *geſtorum* idcirco veritatem rei, ſuppreſſo nomine ſuo, exprimere voluit, ne de ſe familiariorem gratiam jactanter proferre videretur. Sic enim & Beatus Evangeliſta Joannes in Evangelio ſuo fecit, ubi ſuam ſemper perſonam maluit indiciis rerum accidentium, qvam proprio deſignare vocabulo. Qvatenus autem in hoc devotionis loco cum Epiſcopo familiariter Sanctus Vir Rimbertus perſeverarit ex verbis *prefati libelli* cognoſcitur, qvibus de tranſitu, Domini Epiſcopi ita commemoratur: *Percepta*, inqvit, *Dominici Corporis & Sanguinis communione, Sanctus Pontifex Dominum deprecabatur, ut quicunque in eum quoquomodo peccaſſet, divina hoc ei pietas remitteret. Deinde verſiculos illos cœpit frequentius repetere: Secundum miſericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam Domine; Et, Deus propitius eſto mihi peccatori; Et, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Cumque hæc ſæpius repeteret, & frequenti anhelitu jam ea frequentare non poſſet, cuidam fratri præcepit, ut hæc vice illius frequentando caneret. Sicque oculis in cœlum intentis Domini gratiæ commendatum ſpiritum exhalavit.* Hic ergo, qvem vice ſua verba orationis pro ſe freqventare præcepit, Rimbertus fuit, cui loqvelæ ſuæ defectu voti ſui verba commendans Epiſcopus, per eum ſe compenſare credidit, qvicqvid ipſe minus orationum jam moriens peragere poſſet; qvoniam & propter vitæ ejus meritum pro ſe illum exaudiri non dubitavit, & qvod ille fecit, non diſcrevit ab eo, qvod à ſe ipſo factum fuiſſet; qvia cor unum, & anima una, unus ſpiritus & una fides, erat ſemper in eis.

Idem in eâdem vita cap. II.

S. Anſcharii à pueritia in Dei timore converſationem, vel cum ætatis proceſſu virtutum incrementa, ut qvantis indiciis divinitus præmonſtratum ſit Pontificatus & prædicationis ejus officium, & qvomodo per ſedis Apoſtolicæ privilegia ejus ſit omnis cauſa munita, ſtudiumqve ejus & profectus in lucrandis Deo animabus, qvas vel in fide roborare, vel de paganiſmo ad Chriſtianitatem producere qvotidie ſatagebat, qvisqvis ſcire cupit, legat *libellum vitæ ejus*, & qvantæ Sanctitatis vir ipſe fuerit perpendet.

Adamus Bremenſis Hiſtoriæ Eccleſiæ Hamburgenſis lib. 1. cap. 13.

Eadem verò die, qva ipſe [*ſc. S. Anſcharius*] commendatus eſt [*ſcribendum hic cenſeo, humo mandatus eſt*] Rimbertus diaconus ejus à clero ſimul & populo electus eſt. Qvi etiam *Vitam S. Patris veridico ſermone deſcribens*, more beati Johannis, qvaſi de alio ſcribens, innuit ſe fideliſsimum ejus diſcipulorum teſtimonium perhibere ſanctitati, qvam cognoverat in viro DEI. Hunc ille librum ad fratres cœnobii direxit novæ [*veteris ſcribendum eſt, ut in Notis demonſtrabo*] Corbejæ, beatificans illos, qvod talem miſerint, & nobis congratulans, qvod talem ſuſcipere meruimus Paſtorem.

Idem eodem libro cap. 18.

In adjutorium etiam prædicationis, datus eſt S. Anſchario Ebbo Remenſis Archiepiſcopus, de qvo & antea diximus. Hic ſeu fatigatione itineris, ſeu corporis debili-

 tate

(*) Auctor ille, qvi hanc Remberti vitam ſcripſit, ipſius fuit æqvalis, & floruit temporibus Imperatorum Caroli Craſſi & Arnulphi. Vide Voſſium, de Hiſtor. Latin. lib. 2. cap. 38.

tate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus vicarium pro se dedit Anschario nepotem Gaudbertum. Qvem si ambo consecrantes Episcopum, vocaverunt eum Simonem, eumqve divinæ gratiæ commendatum in Sueoniam miserunt. Hæc *in Vita S. Anscharii* copiose descripta, nobis abbreviandi locum præbuerunt. Verum qvod distinctio temporum ibi obscura est, pleraqve ab aliis scriptis tempori congruentia mutuavimus.

Idem eodem libro cap. 19.

Ecclesias ubiqve per Episcopum congruis erexit in locis. Tres verò Bremæ, qvarum primam scilicet domum sancti Petri, de lignea lapideum fecit, & corpus S. Willehadi exinde translatum in australi, qvod fecit, oratorio recondit. Qvod etiam *scriptor Vitæ ejus* præterire noluit.

Idem eodem libro cap. 21.

Et exinde Sueonia caruit septennio sacerdotali præsentia. Qvo tempore Amundus regno pulsus in Christianos movit persecutionem. Herigarius verò Bircæ Præfectus Christianitatem ibi solus sustentavit. Qvi etiam tantam fidei gratiam meruit, ut potentia miraculorum & exhortatione doctrinæ multa Paganorum millia salvavit, Scriptum ita est *in actibus beati Anscharii.*

Idem eodem libro cap. 24.

Tunc Ludowicus Pius Cæsar inclytus Hammaburgensis Ecclesiæ desolationem miseratus, venerabili Anschario contulit Bremensem Archiepiscopatum. At ille qvamvis Canonum non ignoraret decreta, qvibus cautum est, ut Episcopus, qvi à suâ civitate persecutionem passus expellitur, in alia vacante recipiatur, tamen ne pro invidia cæteri scandalizarentur, Cæsari super hac re diu restitit. Postremo si absqve fratrum qverelâ fieri posset, tunc solummodo concederet. *In vita nostri Antistitis* hæc plenissimè describuntur. Obscurè verò notatur tempus, qvod liber donationum significat apertius.

Idem eodem libro cap. 26.

His etiam ex sententia finitis, Evangelista noster Anscharius Ecclesiam Sueonum Erimberto commendavit presbytero & rediit. Qvæ *in Vita S. Anscharii* latissima gestorum narratione descripta, nos brevitate nitentes amputavimus.

Idem eodem libro cap. 28.

Post hæc scribitur *in Vita beati Antistitis*, qvaliter in Daniam veniens juniorem Ericum in regno reperit. &c.

Et cap. 29.

Inde Fresos adiens castigavit eos pro labore dominici diei. Pertinacius verò agentes, igne cœlesti mulctavit. Et alia, qvæ antiqvis miraculis non imparia, leguntur *in Vita ejus.*

Eminentissimus Cardinalis Cæsar Baronius in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum Æ. C. 826.

Res gestas S. Anscharii scriptis mandatas esse à S. Rimberto ejus discipulo & in Ecclesia successore, auctor, qvi res ipsius S. Rimberti conscripsit, testatur. Sed qvod sciamus, non extant. Pauca verò tantum de eo in vitâ ejusdem S. Rimberti scripta reperiuntur, nec non apud eos, qvi sunt prosecuti res Saxonum.

Idem ad annum Æ. C. 858.

Res præclare gestas Anscharii scriptis mandavit æqve Sanctus ejus successor Rimbertus, qvi de *Vita ejus librum* conscripsit, sed magna jactura perditum querimur. Ex eo tantum illa sunt nobis nota, qvæ idem, qvi supra, Adam suo Chronico intexuit, &c.

Gerardus Joannes Vossius de Historicis latinis lib. 2. cap. 37.

Ludovici II. Caroli Calvi, Ludovici III. & Caroli Crassi temporibus vitam carus multis agitabat Rembertus seu Rimbertus Flander, vel potius Frisius, prius monasterii Turholtani monachus, postea secundus Archiepiscopus Hamburgensis; qvem honorem tempore Nicolai Papæ consecutus fuit à Lutperto Archiepiscopo Moguntino. *Scripsit vitam decessoris sui S. Anscharii*, qvi Adoni in martyrologio celebratur III. Febr. atqve obiit anuo Domini ɪↄ ccc ʟxv. Indictione XIII: qvi est Ludovici, II. ejus nominis Imperatoris, XXVI. Auctor nobis Adam, Canonicus Bremensis lib. I. historiæ suæ cap. 31. Ut autem ipse Anscharii vitam scripserat, ita & fuere, qvi vitam Remberti consignarent ut postea dicemus. Atqve ut Adamus multa adfert ex *Rimberti opere de vita Anscharii*: ita & ex libro de Rimberti vita; non pauca idem adducit. Qvi & obiisse Rimbertum scribit anno ɪↄ ccc ʟxxxvɪɪɪ successoremqve habuisse Adalgarium. Vide eum lib. I. cap. XXXVIII. & XXXIX. Ac imprimis adi Remberti Vitam, qvæ est apud Surium T. I. die IV. Febr. Ad hæc Trithemium lib. IV. cap. LXXXIX. Albertum Crantzium in Saxoniâ, Joannem Molanum in Indiculo Sanctorum Belgicæ, Mejerum in Annal. Flandr. ad an. 832. & 837. & Suffridum Petri in scriptor. Frisicis.

[o]

VITA

VITA S. ANSCHARII
PRIMI ARCHIEPISCOPI HAMBURGENSIS 167

Conscripta

â S. REMBERTO ejus successore.

PRÆFATIO.



SAnctissimis, & in Christi amore præcipua veneratione recolendis Patribus & fratribus, in sacratissimo Corbejæ Monasterio Deo militantibus, filii atqve Discipuli Reverendissimi Anscharii perennem perpetuæ felicitatis orant in Domino Dominantium pacem & salutem.

Diu per Domini gratiam Pastoris boni munere delectati, prædicationibus & exemplis informati, meritis & intercessionibus & exemplis informati, meritis & intercessionibus suffulti, nunc tandem ejus præsentiâ desolati, satis perpendimus, qvid pro nobis gemendum, qvidve pro illo gratulandum sit. Etenim verus Dei cultor abstinens se ab omni opere malo & in simplicitatis modestia permanens certam de se fiduciam præbuit, qvod hinc sublatus ad Deum, qvem semper tota devotione dilexit, cuiqve semper animo intendebat, sine cunctatione eo pervenit. Unde pro retributionis ejus præmiis nobis verè gratulandum credimus; Pro nostrâ autem desolatione necessario supplicandum; Ut qvi humanitùs tanto destituti sumus Pastore, cœlitus divino protegamur auxilio. Inter varias etenim pressuras positi, veraciter id sentimus qvod amiserimus, & qvid pro nobis dolere debeamus satis intelligimus. Vivente enim ipso, nihil nobis deesse videbamus. Ejus namqve sanctitatem Reges honorificabant; Pastores Ecclesiæ venerabantur; Clerus imitabatur; populus 168
universus admirabatur, & dum illum cuncti sanctum & justum prædicarent, nos qvoqve tanqvam corpus Capitis pro ejus bonitate venerandi ac laudabilis videbamur. At nunc tanto munere frustrati de nostris meritis non præsumimus, cum magis timido corde expavescimus, ne peccatis merentibus Luporum patere incipiamus morsibus. Mundus namqve in maligno positus, magis ea qvæ justa & sancta sunt evertere, qvam religiosa qværit erigere; & inimicus humani generis Diabolus, qvanto sanctiorem & religiosiorem qvemqve conspexerit ducere vitam, tanto majori conamine adversa qvæqve objicit, ut ea qvæ sunt sancta destruat, & ne ab aliis imitentur; callida svasione & pravis intentionibus auferat. Nos itaqve inter formidolosa pericula suspirantes, licet multiplicia mala temporaliter timeamus, Divinum tamen adjutorium nobis licet indignis non defuturum credimus. Ideoqve vestram devotissimam sanctitatem supplici corde rogamus & petimus, ut memores nostri intercedere pro nobis dignemini ad Dominum qvod nunc nos ejus misericordia non derelinqvat, sed adjutor noster benignissimus noxia cuncta à nobis depellat: sitqve nobis refugium in tribulatione, qvi non deserit sperantes in se. De illius itaqve clementia præsumentes, spemqve nostram in illius misericordia collocantes, & qvæ nobis contingere vel qvaliter in futurum subsistere debeamus, illius judicio derelinqventes, pietatis ejus gratiam toto cordis ac mentis affectu collaudamus & glorificamus, qvi nobis vel ad tempus tanto concessit uti Patrono. Vestræ qvoqve Paternitati gratiarum actiones immensas referimus, qvia vestro beneficio ac licentia talem promeruimus Patrem habere. Cujus exempla si qvis imitari voluerit, cœlestem qvodammodo in terris habebit conversationem; si qvis doctrinæ ejus recordatus 169
fuerit, viam mandatorum Dei sine errore incedere poterit: Si qvis monita exhortationis ejus attenderit, laqveos Inimici præcavere studebit. Hujus itaqve Sanctissimi Patris memoriam, stylo exarare decrevimus: & qvaliter apud nos vixerit, qvidqve de eo nobis cognitum extiterit, vestræ Reverentiæ scriptis intimare, qvo divinam clementiam in beato viro vestra nobiscum collaudet affectio, & imitari volentibus exemplum salutis fiat ejus sanctissima devotio.

INCIPIT VITA

CAP. I. BEatissimi Patris Anscharii religionis sanctitas divina largiente gratia ab ineunte crescere cœpit ætate, & per singula ætatum momenta virtutum multiplicavit augmentum. Namqve ab infantiâ spiritalibus revelationibus cœlitus inspiratus, & per Domini gratiam supernâ visitatione est sæpius admonitus, qvo mentem suam à terrenis disjungens, toto corde cœlestibus (1) inhiaret; qvas qvidem revelationes qvibusdam nostrum, qvi ei familiarius adhærebant innotuerat, eo tamen tenore, ne tempore vitæ suæ cuiqvam manifestarentur. Qvas nos ad laudem Domini post obitum ejus huic operi inserere elegimus, ut qviqve legentes agnoscant, qvantâ gratiâ Dominus servum suum â primævâ ætate correxerit, ac deinceps succedentibus bonorum operum meritis clarificare dignatus fuerit. Referebat namqve, qvòd in tempore pueritiæ suæ, cùm qvinqve esset annorum, mater sua in Dei timore admodum religiosa defuncta fuerit, ac non multo post tempore ipsum pater suus causâ discendi Literas ad scholam miserit. Ubi cum esset positus, cæpit, ut tali ætati familiare est, cum coævis sociis suis pueriliter agere,
170 re, & discursibus inanibus atqve jocis magis operam dare, qvam discendæ disciplinæ instare. Cumqve puerili ætati taliter deditus esset, visum est ei qvadam nocte, qvòd esset in qvodam loco nimis lutoso & lubrico, ita ut inde non nisi cum magna difficultate exire valeret, secus illum vero locum esse viam amœnissimam, in qva videbat procedentem qvandam qvasi Dominam omni ornatu & honestate præclaram; plures vero alias fœminas dealbatas, cum qvibus erat & mater sua. Cumqve eam recognovisset, cœpit ad eam velle accurrere, sed de loco illo cœnoso & minus lubrico non facile exire poterat. Chorus autem ille fœminarum cùm ei appropiasset, visum est illi, eam, qvæ qvasi Domina aliarum videbatur, qvam ille indubitanter Sanctam Mariam esse credebat, ei dixisse: Fili, vis ad matrem tuam venire? Cui cùm ille respondisset, inhianter se velle; rursus illa intulit: Si nostræ societatis particeps esse volueris, omnem debes vanitatem fugere, & jocos pueriles dimittere: Valde enim nos detestamur omnia, qvæ vana & otiosa sunt; nec potest in nostro Conventu esse, qvicunqve fuerit hisce delectatus. Post hanc igitur visionem statim cœpit se gravius agere, & puerilia consortia devitare; Lectioni & meditationi, cæterisqve utilitatibus arctius se occupare, ita ut socii ejus valde mirarentur, qvòd tàm subito mutatus est in aliam conversationem; cumqve apud vos tonsuratus, atqve in Monasticis disciplinis positus adolescentior fuisset factus, humana suprepente fragilitate aliqvantulum cœpit â propositi prioris vigore frigescere.

CAP. II Interim contigit, cùm excellentissimi Caroli Imperatoris obitum audisset, qvem ipse antea in magna potentia gloriosum viderat, atqve cum magnâ prudentiâ Regna laudabiliter gubernasse judicarat: De tanti itaqve Imperatoris excessu ipse nimiò terrore
171 perculsus, rursus ad se cœpit redire, & admonitionis sanctæ Dei genitricis ad memoriam verba reducere. Sicqve postposita omni levitate compunctionis divinæ cœpit amore langvescere, totumqve se in Dei servitutem convertens, orationi & vigiliis atqve abstinentiæ operam dedit. Cumqve his virtutum exercitiis verus Athleta Domini insisteret, atqve in hac gravitate permanenti mortuus illi mundus fieret, & ipse mundo; Adveniente die Pentecostes, gratia Spiritus Sancti, qvæ in eadem festivitate super Apostolos effusa est, mentem illius ut credimus, illustravit atqve exhilaravit. Visum est illi eadem nocte, casu subitaneo mori debere & in ipso mortis articulo sanctum Petrum Apostolum & beatum Johannem Baptistam in adjutorium sibi invocasse; cumqve anima, ut ipsi videbatur, egrederetur à corpore, ac statim in aliam pulcherrimam speciem corporis omni mortalitate carentis appareret, sub eodem momento mortis & admirationis apparuerunt præfati viri. Qvorum unus erat senior, cano capite, (2) capillo plano & spisso, facie rubenti, vultu subtristi, veste candida & colorata, statura brevi, qvem ipse sanctum Petrum esse nemine narrante statim cognovit. Alius vero Juvenis erat statura procerior, barbam emittens, capite subfusco atqve subcrispo, facie macilenta, vultu jucundo, in veste serica, qvem ille sanctum Johannem omnino credidit. Hi itaqve eum undiqve circumsteterunt. Porro anima ejus egressa, statim in immensa claritate, qva totus mundus implebatur, sibi videbatur esse: per qvam claritatem illum nullatenus in aliqvo laborantem, sancti supradicti miro & ineffabili modo ducentes, cum pervenissent ad locum qvemdam, qvem ipse ignem purgatorium esse, nemine narrante certissime

(1) MS. initiaret. (2) MS. pallio.

me sciebat, ibi eum dimiserunt, ubi cum multa passus esset præcipue tamen tenebras den-
sissimas, pressurasqve immanissimas & suffocationes visus est tolerasse; atqve omni
memoria ablata, hæc solum excogitare sufficiebat, qvomodo tam immanis posset existe- 172
re pœna. Cumqve per triduum, ut ipse putabat, ibi cruciaretur, qvod spatium illi mil-
le annis longius propter immensam pœnam visum est, rursus prædicti Viri redeuntes,
iterumqve illum hinc inde circumstantes, & longi majori qvam prius alacritate lætantes,
atqve in omnibus multo svavius incedentes, per majorem, si dici possit claritatem, gres-
sum immobili sine via corporea ambulantes ducebant, & ut verbis ipsius utamur. Vide-
bam, inqvit, à longe diversos (3) sociorum ordines, qvosdam vicinius, qvosdam vero
longiùs ab oriente assistentes, ad orientem tamen respicientes. Ipsumqve qvi in ori-
ente apparebat collaudantes, qvidam submissis capitibus, qvidam supinis vultibus, ten-
sisqve manibus adorabant. Cumqve pervenissemus ad locum orientis, ecce viginti
qvatuor Seniores, secundum qvod in Apocalypsi scriptum est, in sedibus sedentes, serva-
to introitu amplissimo, apparuerunt, qvi & ipsi reverenter ad orientem respicientes,
ineffabiles Deo laudes promebant. Laudes verò in commune canentium svavissimam
mihi refectionem ingerebant. Sed post reversionem ad corpus retinere nullo mo-
do poteram. In ipso vero Orientis loco erat splendor mirabilis, Lux inaccessibi-
lis immensæ claritatis, cui inerat omnis color pretiosissimus, omnisqve jucunditas.
Omnes vero (4) sociorum ordines, qvi undiqve lætantes circumstabant, ab ipso gau-
dium hauriebant; qvi splendor tantæ magnitudinis erat, ut nec initium ejus, nec finem
contemplari valerem; & circumqvaqve cum longe vel prope respicere possem, in
ipsa immensitate Luminis qvod intus haberetur contemplari non poteram, sed (5) tamen
superficiem cernerem, ipsum tamen (6) Jesum credebam de qvo Petrus ait: In qvem deside-
rant Angeli prospicere. Ab ipso namqve claritas procedebat, ex qva omnis longitudo & la- 173
titudo (7) sociorum illuminabatur. Ipse qvoqve erat in omnibus, & omnes in eo, ipse omnes
exterius circumdabat, ipse omnes interius satiando regebat, ipse superius protegebat,
ipse inferius sustentabat. Sol verò & Luna neqvaqvam lucebant ibi, nec cœlum ac ter-
ra ibidem visa sunt. Sed neqve ipsa claritas talis erat, qvæ oculos contemplantium im-
pediret, sed qvæ oculos gratissime satiaret. Cum itaqve à præfatis viris coram hac im-
mensitate Luminis, ubi mihi majestas Dei omnipotentis nemine monstrante, esse vide-
batur præsentatus fuissem, vox svavissima omni sonoritate clarior, qvia mihi visum est
omne seculum implevisse, ab eadem Majestate procedens, ad me facta est, dicens; Va-
de & (8) ad me revertere. Ad qvam vocem omnis conventus (9) sociorum Deum hinc
laudantium conticuit, atqve submissis vultibus adoravit. Deniqve hæc vox à qvo for-
mata est prorsus non vidi. Post qvam vocem tristis factus, qvia ad seculum redire com-
pellabar, sed revertendi promissione securus, cum prædictis ductoribus exinde remea-
bam. Qvi mecum tam euntes qvam redeuntes, nihil locuti sunt; Sed (1) tamen pro af-
fectu in me respiciebant qvemadmodum mater unicum filium contemplatur. Sicqve ad
corpus redii. In eundo verò ac redeundo, nec labor erat, nec mora, qvia qvo tende-
bamus, statim aderamus. Et licet aliqva visus sum de tanta dulcedine dulcedinum
enarrasse; fateor tamen, qvia neqvaqvam stylus tanta exprimere potuit, qvanta animus
sentit, sed nec ipse animus sentit, ut fuit: qvia illud esse mihi videbatur, qvod oculus non
vidit, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Ex hac itaqve Visione, qvam si-
cut ipse dictaverat, verbis illius enarravimus, præfatus servus Dei perterritus & consola-
tus cœpit se sollicitius in divino timore exercere, bonisqve operibus de die in diem arden-
tius inhærere, spemqve de Dei misericordia præsumere (2) qvam qvalibet ipse disponeret 174
occasione, ut ad palmam martyrii posset pertingere. Qvod tamen qvia corporaliter gla-
dio imminente non contingit, qvaliter in mortificatione crucis, qvam jugiter in suo corpo-
pore pro Christi nominis honore portavit, Deo miserante completum est, cum de obitu
ejus narrare incœperimus explicabimus.

Post hæc verò cum Magister fuisset scholæ ad sanctum Petrum, eundo vel redeun- CAP. III
do ad Claustrum consuetudinem sibi faciebat in Oratorio sancti Joannis Baptistæ preci-
bus secretius insistere. Itaqve post duos annos superioris visionis, qvadam nocte vi-

sum

(3) Col. edit. sanctorum.
(4) Col. edit. sanctorum.
(5) Col. edit. sed tantum superficiem cernebam.
(6) Col. edit. inibi,
(7) Col. edit. sanctorum.
(8) Col. edit. martyrio coronatus ad me reverteris.
(9) Sanctorum. Col. edit.
(1) tam pio, Col. edit.
(2) Qvod qvadam Col. edit.

sum est ei, qvod ad idem Oratorium orandi causa divertisset, cumqve ab oratione surrexisset, ecce vir per ostium veniebat, statura procera, Judaico more vestitus, vultu decorus; ex cujus oculis splendor divinitatis velut flamma ignis radiabat: qvem intuitus omni cunctatione postpositâ Christum Dominum esse credebat, atqve procurrens ad pedes ejus corruit. Cumqve prostratus in facie jaceret, ut surgeret imperavit; cumqve surgeret, & coram illo reverenter astaret, atqve præ nimio splendore ex oculis ejus emicante in faciem ejus intendere non valeret, blanda voce locutus est ad eum dicens: Dic, ait, iniqvitates tuas, ut justificeris. Cui Dei servus respondit: Domine qvid necesse est tibi dicere, tu omnia nosti, & nihil te latet. Ille autem subseqvutus: Scio inqvit, omnia, sed ideò volo, ut confiteantur mihi homines peccata sua ut remissionem accipiant: Cui cum omnia qvæ ab infantia gesserat indicasset, & illo post hæc in oratione prostrato ipse
175 erectus astans dixit: Noli timere, ego sum qvi deleo iniqvitates tuas. Post hanc vocem qvi apparuerat recessit. Et vir Dei excitatus à somno de fiducia remissionis peccatorum suorum confortatus immenso tripudiabat gaudio.

CAP. IV. Qvo etiam tempore contigit, qvod vestræ Reverentiæ notissimum est, ut qvidam puerulus in Schola, Fulbertus nomine, à socio suo tabula percussus usqve ad mortem perductus sit. Pro qva re prædictus servus Dei nimium tristis effectus est, qvod sub cura Magisterii sui tanta negligentia sibi acciderit. Verum appropinqvante horâ exitus ipsius pueri, Vir Dei fortè sopori deditus (3) loculo incumbebat; cum ecce vidit in corpore & in somnis animam ipsius à corpore sublatam Angelico ministerio ad cœlum deferri; se qvoqve miro & ineffabili ministerio Deo disponente pariter comitari. Cumqve cœlorum secreta penetrassent, pueri præfati animam in qvandam purpuream mansionem conspexit introduci, & ibi inter agmina Martyrum collocari; ibiqve datum est ei agnovisse, qvod qvia puer ille vulnus sibi illatum satis patienter tulit & animam fratris usqve ad mortem diligens pro percussore suo nimium benigne intercesserit, patientiam & benignitatem ejus divina remunerante pietate, inter Martyrum Choros deputatus est. Hoc autem tam celerius in hora mortis ejus ei demonstratum est, ita ut dum in his adhuc moraretur venerandus Pater (4) Wichmarus, qvi cum eò Scholam puerorum regebat, & hujus rei testis præsens adest, cum pro hoc ipso ipsum excitans, obitum Discipuli nunciaret, ille se hoc ante scire responderit, qvod profectò Domini gratia consolationis causa ei videre concessit, ut, qvia pro hac re nimium tristabatur, ex pueri salute mœstitiam sui relevaret animi. His ergo & aliis qvamplurimis revelationibus & visionibus Vir Dei cœlitus inspiratus, qvanta inter vos postmodum sanctitatis gratia ac bonitatis excreverit, Virorum qvi tunc affuere testimonio melius comprobabitur. Nobis autem,
176 qvæ apud nos gesta sunt narrare cupientibus, primo indagandum videtur propter eos qvi hujus rei forte minus conscii sunt, qva occasione à loco stabilitatis suæ huc secesserit, & cum apud vos Deo oblatus sit, ibiqve obedientiam promiserit, qvo instinctu ad has partes emigraverit atqve ad Episcopatus officium apud nos sublimatus sit. Hoc autem scribere necessarium duximus, ne forte levitati qvis assignet, qvod vir Dei divinæ compunctionis instinctu, & peregrinationis amorem pro animarum salute suscepit.

CAP. V. Cœptum itaqve est olim in his partibus videlicet Saxoniæ, Monasterium fieri, qvod authoritate & magisterio vestro, & primo fundatum, & succedenti tempore Deo donante consummatum est, nomenqve mutuatum à loco habitationis vestræ accepit, ut vocaretur *nova Corbeja*. Ad hoc Cœnobium Dei famulus unà cum aliis fratribus vestris primo directus est, ut inibi officio fungeretur docendi. In qva re ipse tam probabilis & acceptus est inventus, ut omnium electione publicè in Ecclesia verbum Dei populis prædicaret. Sicqve factum est, ut ejusdem loci ipse primus & Magister Scholæ, & Doctor fieret populi.

CAP. VI. Post hæc verò contigit, ut *Herioldus* qvidam Rex, qvi partem tenebat Danorum, ab aliis ipsius Provinciæ Regibus, odio & inimicitia conventus, Regno suo expulsus sit. Qvi Serenissimum adiit Imperatorem *Ludovicum*, postulans, ut ejus auxilio uti mereretur, qvo Regnum suum denuo evindicare valeret. Qvi cum secum detentum, tam per se qvam per alios ad suscipiendam Christianitatem cohortatus, qvod scilicet inter eos ita major familiaritas esse posset, populusqve Christianus ipsi ac suis promptiori voluntate in adjutorium sic veniret, si uterqve unum Deum coleret. Tandem divina gratia tri-

(3) lectulo incubabat. Col. edit. (4) Witmarus Col. Edit.

tribuente ad fidem convertit, & sacro baptismate perfusum, ipse de sacro fonte suscepit, sibiqve in filium adoptavit. Qvem cum iterum ad sua remittere vellet, ut ejus auxilio 177
munitus Regni sui fines repeteret; cœpit diligentius qværere, si qvem inveniret sanctæ devotionis virum, qvi cum eo ire posset, eiqve continuo adhæreret, fieretqve illi & suis ad corroborandam suscipiendamqve fidem Domini magister doctrinæ Salvatoris. De hoc itaqve prædictus Augustus in publico Conventu optimatum suorum cum sacerdotibus, cæterisqve fidelibus suis tractare cœpit, ut sibi aliqvem ad tale opus & voluntarium & condignum invenirent sollicitus omnes rogare. Qvod cum universi abnuerent, nullatenus se qvicqvam scire dicentes tantæ devotionis virum, qvi peregrinationem tam periculosam pro Christi nomine suscipere vellet. Extitit nunc temporis Venerabilis Abbas Monasterii vestri *Walo*, qvi Imperatori dixit, unum se scire Monachum in Monasterio suo, qvi multo ardore circa divinam Religionem ferveret, ac pro Dei nomine multa pati desideraret. Cujus qvoqve pariter Institutionem ac mores laudavit, & qvod ad hoc opus esset satis idoneus indicavit; sed tamen se nescire testatus est, utrum ad hanc peregrinationem tolerandam voluntarius esset. Qvid plura? jubente Rege evocatur ad Palatium: Cui Abbas cuncta qvæ acta dictaqve erant simul retulit, & ad qvid vocaretur aperuit. Qvi se ad Dei servitium in omnibus, qvæ ei causa obedientiæ injungerentur, paratum esse respondit. Deductus itaqve ad præsentiam Augusti, cum ab ipso interrogaretur, si pro Dei nomine causa prædicandi in gentibus Danorum Comes fieri vellet *Herioldi?* omnino se velle constanter respondit. Cui cum etiam Abbas intulisset, nullatenus se tantum onus jubendo illi imponere; si ipse tamen hoc sua sponte eligeret, sibi gratum esse, ac suæ authoritatis ei licentiam dare. Qvod ille nihilominus se eligere, & modis omnibus se perficere velle respondit. Deniqve cum hæc publicè protestare- 178
tur, essetqve omnibus cognitum, qvi in domo conversabantur Abbatis, cæperunt multi tantam ejus admirari mutationem; qvod relicta scilicet patria & propinqvis suis, fratrumqve, cum qvibus educatus fuerat dulcissima affectione, alienas vellet expetere nationes, & cum ignotis & barbaris conversari. Multi super eum hoc detestari & improperiis lacessere, qvidam à proposito revocare conabantur. Sed vir Dei incœpta voluntate immobilis permanebat. Deniqve cum Abbas per singulos dies ad Palatium iret, ipse domi residens consortia omnium fugiebat, & in qvadam vinea juxta posita solitarium sibi locum eligens orationi & lectioni vacabat. Erat etiam tunc qvidam ibi cum Abbate frater Monasterii vestri nomine *Autbertus*, qvi cum eum nimis sollicitum ac tristem & qvotidie secretum ibi consistere, & nullius consortio, vel colloqvio uti videret, cœpit ei compati, & qvadam die pergens ad locum ubi in supra dictâ vineâ solus sedebat, cœpit ab eo inqvirere, utrum veraciter peregrinationem illam vellet suscipere? Qvi sperans eum non compassione hoc, sed propter astutiam magis inqvirere respondit: Qvid vobis curæ est super hoc? Nolite mentem meam tali inqvisitione conturbare. Ille verò nihil omnino se deceptionis in hac re prætendere testabatur; Sed magis veraciter scire velle, utrum ille in propositâ voluntate disponeret perseverare? Tunc ipse congratulans ejus benevolentiæ, respondit. Interrogatus sum, si pro Dei nomine vellem inter gentes ire Paganas ad prædicandum Evangelium Christi? cui propositioni ego neqvaqvam reniti ausus sum, imo totis viribus exopto, ut mihi ad hoc copia detur eundi, nullusqve ab hac intentione mentem meam poterit immutare. Tunc præfatus frater ei respondit. Et ego te nunqvam patiar solum ire, sed pro Dei amore tecum proficisci cu- 179
pio, tantum ut Domini Abbatis mihi licentiam impetres. Firmata itaqve inter eos conventione hac religiosa, redeunti Abbati ipse obvius astitit, & qvod sibi socium inventum haberet, qvi hujus profectionis comes esse voluntarius vellet, indicavit. Cujus personam cum Abbas inqvireret, & ille fratrem *Autbertum* nominaret, multo miraculo obstupuit, neqvaqvam putans eum, qvi & nobilis prosapiæ in sæculo, & apud eum tunc familiaris, ac post ipsum Domus ejus procurator habebatur, talia velle. Advocatum tamen eum super hoc interrogavit. Qvi respondit neqvaqvam se pati posse, ut ille solus iret; sed pro Christi nomine se velle ei solatio & adjutorio fieri, si suam & fratrum haberet licentiam. Cui dominus Abbas se daturum licentiam, si ille spontaneè hanc profectionem eligeret, respondit. Nullum tamen eis ex familia sua comitem ad obseqvium servitii deputaturum, nisi forte ipsi aliqvem ad hoc provocare possent, ut sua sponte cum eis ire vellet. Hoc autem venerabilis Abbas non de inaffectione faciebat, sed qvia abominabile eo tempore & injustum videbatur, ut qvis invitus inter Paganos conversari cogeretur.

Post

CAP. VII. Post hæc itaqve ambo deducuntur ad Regem, qvorum voluntati & desiderio ipse condelectatus, dedit eas ministeria ecclesiastica, & scrinia, atqve tentoria, cæteraqve subsidia, qvæ tanto itineri videbantur necessaria, & cum præfato *Herioldo* ire præcepit: denuncians ut ejus fidei maximam impenderent sollicitudinem, eumqve & suos qvi simul baptizati fuerant, pia exhortatione ne ad pristinos reducerentur Diabolo instigante errores, continue roborarent; simulqve etiam a[illegible] ad suscipiendam Christianam Religionem verbo prædicationis strenue commonerent. Dimissi itaqve ab Imperatore, nullum habuerunt socium, qvi eis aliqvid servitii impenderet, qvoniam nemo ex fami-
180 lia Abbatis cum eis sua sponte ire, nec ille qvemqvam ad hoc invitum volebat cogere. *Herioldus* qvoqve, cui commissi fuerant, adhuc rudis & Neophytus ignorabat qvaliter servi Dei tractari debuissent. Sui qvoqve tunc nuper conversi, & longe aliter educati, non multa super eos cura intendebant. Cum gravi itaqve difficultate hanc suscipientes peregrinationem pervenerunt *Coloniam*, ubi tunc temporis venerandus Antistes *Hadeboldus* compatiens eorum necessitati, dedit eis navem optimam, ubi sua reponerent, in qvâ erant duæ mansiunculæ satis (5) optime præparatæ. Hanc itaqve prædictus *Herioldus* conspiciens elegit ipse in eadem navi cum illis manere, ut ipsi unâ & alterâ potirentur mansiuncula; sicqve inter eos familiaritas cœpit & benevolentia crescere; sui qvoqve exhinc servitium eis diligentius impendebant. Inde egressi per (6) *Dorstatum*, & vicinia *Fresonum* transeuntes ad Confinia pervenerunt Danorum, & qvia interdum pacifice in Regno suo Herioldus Rex consistere non poterat, dedit ei memoratus Augustus ultra *Albiam* Beneficium, ut si qvando ei necessarium esset ibi subsistere posset. Præfati itaqve servi Dei cum eo positi aliqvando inter Christianos, aliqvando inter Paganos constituti cœperunt verbo Dei insistere, & qvoslibet poterant ad viam veritatis movere. Multi etiam exemplo & doctrina eorum ad fidem convertebantur, & crescebant qvotidie, qvi salvi fierent in Domino. Ipsi qvoqve divino inspirati amore ad promulgandam devotionis suæ religionem cœperunt curiose pueros qværere, qvos emerent, & ad Dei servitium educarent. Præfatus qvoqve *Herioldus* ex suis aliqvos sub eorum cura erudiendos posuit: Sicqve factum est, ut scholam inibi parvo tempore statuerint duodecim, aut eo amplius puerorum. Alios qvoqve hinc inde sibi asciverunt servitores, & adjutores; cœpitqve eorum fama & religio in DEI nomine fructuosius cresce-
181 re. Cum itaqve in hoc sancto proposito biennio; aut eo amplius morarentur, contigit jam dictum fratrem *Autbertum* infirmitatis gravari molestia. Qvâ de causâ inde ad *novam Corbejam* deductus languore diutino ingravescente, fœlici, ut credimus, transitu in tempore Paschæ, sicut & ipsi ante à Domino revelatum fuerat, diem inibi clausit extremum.

CAP. VIII. Interim verò contigit Legatos *Sueonum* ad memoratum Principem venisse *Ludovicum*, qvi inter alia legationis suæ mandata clementissimo Cæsari innotuerunt; esse multos in gente sua, qvi Christianæ Religionis cultum suscipere desiderarent; Regis qvoqve sui animum ad hoc satis benivolum, ut ibi sacerdotes Dei esse permitteret, tantum ejus munificentia mererentur, ut eis prædicatores destinaret idoneos. Qvod religiosissimus audiens Imperator plurimum exhilaratus, denuò qværere cœpit, qvos in illas partes dirigeret, qvi probarent, utrum populus ille ad credendum paratus esset, sicuti missi illi intimaverant, & cultum Religionis Christianæ illis tradere inciperent. Unde factum est, ut iterum cum memorato Abbate vestro Serenissimus Imperator tractare cœperit, si qvem forte de suis Monachus invenire posset, qvi pro Christi nomine in illas partes ire vellet, aut certe qvi cum *Herioldo* moraretur, & is qvi cum eo erat servus Dei *Anscharius* illam susciperet legationem. Qva de re contigit, ut regio jussu ab hinc ad Palatium vocaretur; eiqve denunciatum est ne se traderet, anteqvam ad præsentiam Imperatoris veniret. Vir autem Dei ad qvid vocaretur prænoscens, cœpit toto cordis fervore in amore Dei exardescere & omne gaudium existimare si lucrandis sibi animabus liceret insistere. Si qvid qvoqve in hujusmodi profectione contrarietatis sive adversitatis ei potuisset accidere, proposuit animo patien-
182 ter tolerare pro Christo nihilqve dubietatis in corde pro tali gerebat opere; qvoniam visionis divinæ, qvam ante præviderat consolabatur munere. Si qvidem tempore supradicto cum apud vos moraretur, & jam duabus visionibus cœlitus inspiratus haberetur, qvadam nocte visum est ei, qvod devenisset in qvandam domum, ubi plures

(5) Opportunè Col. Edit. (6) Dorstratum. Col. Ed.

res ex ordine prædicatorum ad prædicandi officium præparati adstabant, coram qvibus subito in excessu mentis raptus, videbat immensi luminis claritatem super solis radium de cœlo emissam se circumfulsisse; cumqve miraretur, qvid hoc esset, vox qvoqve penè similis illi, qvam in prima visione se audisse narraverat, facta est ad eum, dicens: Dimissum est peccatum tuum. Cui ille, divino ut credimus spiritu afflatus, respondit dicens; Domine qvid vis ut faciam? Et iterum vox sonuit, dicens: Vade, & annuncia Gentibus verbum Dei. Hanc itaqve visionem servus Dei pertractans animo, lætus gaudebat in Domino, videns jam ex parte completum qvod sibi imperatum fuerat, & ad majorem laboris sui cumulum etiam *Sveonibus* verbum DEI annunciare cupiens.

Cum itaqve ante præsentiam Cæsaris adductus, interrogatus ab eo fuisset, utrum Legationem illam suscipere vellet? Liberâ voce respondit: Se paratum ad omnia, qvæ illi pro Christi nomine sua auctoritate decrevisset injungere. Tunc DEI ordinante providentia socium illi ex vestra fraternitate venerabilis Abbas invenit Nomine *Wietmarum*, tanto operi satis condignum & voluntarium. Porrò cum Herioldo esse disposuit Patrem devotissimum *Gislemarum* fide & operibus bonis probatum atqve in zelo DEI ferventissimum. Suscepit itaqve Legationem sibi à Cæsare injunctam, ut in partes iret Sveonum, & probaret, utrum populus ille ad credendum paratus esset, sicut missi supradicti innotuerant. In qvâ legatione qvanta qvamqve gravia perpessus 183 sit mala, melius ipse qvi interfuit prædictus *Wimarius* intimare poterit. Nobis hoc tantum narrasse sufficiat, qvod dum in medio fere essent itinere, in Piratas offenderunt. Et cum negociatores, qvi cum eis ibant, se viriliter defenderint, & primo qvidem victoriam cæperint, in secundo tamen ab eisdem Piratis devicti ac superati sunt, ita ut naves & omnia qvæ habebant eis tulerint, & ipsi vix pedibus ad terram fugientes evaserint. Ibi itaqve & munera regia, qvæ illuc deferre debuerant, & omnia qvæ habuerant perdiderunt; excepto parvo, qvod fortè prosilientes è navi secum auferre & asportarea potuerant. Inter qvæ & penè qvadraginta libros, qvos ad servitium Dei sibi aggregverant, illis diripientibus amiserunt. *CAP. IX.*

Hoc itaqve facto, cum qvidam reverti, qvidam in antea ire disponerent, servus Dei accepto itinere, nulla ratione flecti potuit, qvin potius in Dei ponens arbitrio, qvid illi contingeret, neqvaqvam redire disposuit, anteqvam nutu Dei dignosceret, utrum in illis partibus licentia prædicandi fieri posset. Cum gravi itaqve difficultate pedibus hæc per longissimam viam incedentes, & ubi congruebat interjacentia maria navigio transeuntes, tandem ad portum Regni ipsorum, qvi *Byrca* dicitur pervenerunt; Ubi benigne à Rege, qvi *Bern* vocabatur suscepti sunt, missis ejus referentibus, qvâ de causa advenerint. Cognitâ itaqve legatione eorum, & cum suis de hujusmodi negotio pertractans fidelibus; omnium pari voto atqve consensu dedit eis licentiam ibi manendi, & Evangelium Christi ibi prædicandi; concessa libertate, ut qvicunqve vellent, eorum doctrinam expeterent. Itaqve alacri corde servi Dei videntes prospere sibi ea qvæ optaverant successisse, populis ibi constitutis verbum salutis annunciare cœperunt. Plu- 184 res qvoqve erant, qvi eorum Legatione favebant, & doctrinam Domini libenter audiebant. Multi etiam apud eos captivi habebantur Christiani, qvi gaudebant jam tandem se mysteriis divinis posse participare. Probatumqve est ita omnia veraciter constare sicuti missi ipsorum serenissimo Cæsari innotuerant, & baptismi gratiam nonnulli devote expetebant. Inter qvos etiam Præfectus vici ipsius & Consiliarius Regis admodum illi amabilis *Herigarius* nomine sacri baptismatis donum suscepit, atqve in fide Catholica firmissimus extitit. Ipse namqve in hæreditate sua non multo post Ecclesiam fabricavit, & in Dei servitio semetipsum religiosissime exercuit. Hujus viri diversa extant præclara insignia, & ejus invicta, fidei multa probantur Indicia, qvæ in seqventibus evidentius exponemus. *CAP. X.*

Peracto itaqve apud eos altero dimidio anno, præfati servi Dei cum certo suæ Legationis experimento & cum literis Regia manu more ipsorum deformatis, ad Serenissimum reversi sunt Augustum. Qvi honorificè, & cum maxima pietatis benevolentia ab eo suscepti, narraverunt ei, qvanta Dominus secum egerit, & qvod ostium fidei in illis partibus ad vocationem Gentium patefactum fuerit. Hoc itaqve devotissimus audiens Imperator, immenso lætificabatur gaudio, pariterqve recolens, qvæ jam olim apud Danos circa Dei cultum concepta fuerant, & laudes ac gratias omnipotenti Deo referens, *CAP. XI.*

ardore fidei ſuccenſus, qværere cœpit, qvomodo in partibus Aqvilonis in fine videlicet Imperii ſui ſedem conſtituere poſſet Epiſcopalem, unde congruum eſſet Epiſcopo ibi conſiſtenti cauſa prædicationis illas freqventius adire partes & unde etiam omnes illæ Barbaræ nationes facilius uberiusqve capere valerent divini Myſterii ſacramenta. Cum itaqve pro hujusmodi ſollicitudine cura vigilanti inſtaret, qvibusdam fidelibus ſuis re-
185 ferentibus ei innotuit, qvod qvando glorioſæ memoriæ, pater ſuus *Carolus* Auguſtus omnem *Saxoniam* ferro perdomitam & jugo Chriſti ſubditam per Epiſcopatus diviſit, ultimam partem ipſius (7) *Provinciæ, quæ erat in Aquilone ultra Albiam* nemini Epiſcoporum tuendam commiſit, ſed ad hoc reſervare decrevit, ut ibi Archiepiſcopalem conſtitueret ſedem, ex qva Domini gratia tribuente etiam ſucceſſio fidei Chriſtianæ in exteras proficeret nationes. (8) *Qua de re primitivam etiam ibi Eccleſiam per quendam Epiſcopum Galliæ Amalharium nomine conſecrari fecit. Poſtea quoque ipſam Parochiam cuidam Presbytero Heridac nomine ſpecialiter, gubernandam commiſit, nec omnino voluit ut vicini Epiſcopi aliquid poteſtatis ſuper eum locum haberent. Quem etiam Presbyterum conſecrari diſpoſuerat Epiſcopum, ſed volocior ejus de hac luce tranſitus hoc ne fieret impedivit.* (9) Poſt obitum itaqve tantæ memoriæ Auguſti filio ejus ſupradicto videlicet Imperatore Ludovico in ſede Regni ejus collocato, ſuggerentibus qvibuſdam partem illam Provinciæ, qvæ ultra Albiam erat, in duo diviſit, & duobus vicinis Epiſcopis interim commendavit. Non enim ſatis attendit patris ſui ſuper hoc conſtitutionem, aut certe omnimodis ignoravit. Iſta verò facta occaſione, qva jam fides Chriſti in partibus Danorum, atqve Sveonum per gratiam DEI fructificare cœperat, cognito patris ſui voto, ne qvid ejus ſtudii imperfectum remaneret una cum conſenſu Epiſcoporum ac plurimo Synodi conventu *in præfata ultima Saxoniæ regione trans Albiam in civitate HAMMABURG ſedem conſtituit Archiepiſcopalem, cui ſubjaceret univerſa Nordalbingorum Eccleſia, & ad quam pertineret omnium Regionum Aquilonalium poteſtas, ad conſtituendos Epiſcopos ſive Presbyteros, in illas partes pro Chriſti nomine deſtinandos. Ad hanc ergo ſedem Dominum & Patrem noſtrum ſanctisſimum Anſcharium prædictus Imperator ſolenniter conſecrari fecit Archiepiſcopum per*
186 *manus Drogonis Metenſis Præſulis & ſummæ ſanctæque Palatinæ dignitatis tunc Archicapellani, aſtantibus Archiepiſcopis Ebbone Remenſi, Hetti, Treverenſi, & Otgario Moguntiacenſi unà cum pluribus aliis in Conventu Imperii Præſulibus congregatis, aſſiſtentibus quoque & conſentientibus ac pariter conſecrantibus Hilingaudo & Wilderico Epiſcopis, à quibus jam dictas Parochiæ illius partes commendatas receperat.* Et qvia Diœceſis illa in periculoſis fuerat locis conſtituta, ne propter Barbarorum imminentem ſævitiam aliqvo modo deperiret, & qvia omnimodis parva erat, qvandam cellam in Gallia Turholt vocatam ad eandem ſedem perpetuo ſerrvituram ejus Legationi tradidit.

CAP. XII. Et ut hæc omnia perpetuum ſuæ ſtabilitatis retinerent vigorem, eum, honorabiliter ad ſedem direxit Apoſtolicam, & per miſſos ſuos venerabiles *Bernoldum* & *Ratoldum* Epiſcopos ac *Geroldum Illuſtriſſimum Comitem* omnem hanc rationem ſanctisſimo *Papæ Gregorio* intimari fecit confirmandam. Qvod etiam ipſe tam (1) Decreti ſui auctoritate, qvam etiam pallii datione, more prædeceſſorum ſuorum roboravit, atqve ipſum in præſentia conſtitutum Legatum in omnibus circumqvaqve gentibus Sveonum (2) ſive Danorum, nec non etiam Sclavorum, aliarumqve in Aqvilonis partibus gentium conſtitutarum una cum Ebone Remenſi Archiepiſcopo, qvi ipſam Legationem ante ſuſceperat, delegavit: & (3) ante corpus & confesſionem ſancti Petri Apoſtoli publicam Evangelizandi tribuerit auctoritatem. Et ne horum qvicqvam in futurum irritum fieret, omnem reſiſtentem ac contradicentem, vel qvolibet modo his ſanctis ſtudiis (4) piisſimi Imperatoris inſidiantem anathematis mucrone percusſit atqve perpetua ultione reum diabolica ſorte damnavit. Porro, ut præmiſimus, eadem Legatio auctoritate Paſchalis Papæ Eboni Remenſi Archiepiſcopo prius commendata fuerat.

(7) Loqvitur hic de Nordalbingia ſeu Saxonia Transalbinâ, qvæ in tres diviſa eſt Regiones Holſatiam, Stormariam & Ditmarſiam. Vide Origin. Hamb. p. 14.

(8) Vide Orig. Hamb. p. 9. 20. & 52.

(9) Vide Origin. Hamb. p. 13. ubi de fundatione hâc Archiepiſcopatus Hamburgenſis prolixè agitur.

(1) Decretum hoc Papæ Gregorii IV. de confirmatione S. Anſcharii extat in origin. Hamburg. p. 128.

(2) Col. edit. Danorum Farriæ, Gronlondon, Islondon Scridevindon Sclavorum, nec non omnium Septentrionalium atqve Orientalium nationum, qvocunqve modo nominatarum delegavit.

(3) Col. edit. Et poſito capite pectore ejus ſuper Corpus & confesſionem S. Petri Apoſtoli, ſibi ſuisqve ſucceſſoribus vicem ſuam perpetuo retinendam publicamqve Evangelizandi tribuit auctoritatem.

(4) Col. edit. Domini Apoſtolici atqve.

rat. Si qvidem ipse divino, ut credimus, afflatus spiritu provocatione Gentium, & 187
maxime Danorum, qvos in Palatio sæpiùs viderat, & Diabolico deceptos errore dolebat, ferventissimo ardebat desiderio, & pro Christi nomine se suaqve omnia ad salutem Gentium tradere cupiebat. Cui etiam Dominus Imperator locum unum ultra Albiam qvi vocatur Welanao dederat, ut qvotiens illas in partes pergeret, locum subsistendi ibi haberet. Multotiens itaqve ipse ad eundem venit locum, & pro lucrandis animabus multa in Aqvilonis partibus dispensavit, ac plurimos Religioni Christianorum adjunxit, atqve in fide Catholica roboravit. Verum post ordinationem Domini & Patris nostri Anscharii, superiùs comprehensam, visum est illis de eadem Legatione inter se conferentibus necessarium esse, ut aliqvis illi ordinaretur adjutor, qvi in partibus Sveonum Ministerii Episcopalis officio fungeretur qvoniam in regione tàm longè posita præsens adesse deberet Pontifex, & ipse solus ad utrumqve locum minus sufficeret. (5) Cum consensu itaqve & voluntate prædicti Imperatoris venerabilis Ebo qvendam propinqvum suum *Gautbertum* nomine ad hoc opus electum & Pontificali insignitum honore ad partes direxit Sveonum; Cuiqve ad Ministeria Ecclesiastica necessarios sumptus tam ex suâ qvam ex datione regia abunde tribuit, (6) cumqve qvasi vice sua qvidem prædicandi officium prius auctoritate Apostolica suscepit legatum in Gentibus Sveonum esse constituit. Cui etiam posteà clementissimus Augustus suggerente venerabili Præsule Ebbone cellam, qvam ipse in loco memorato Welanao construxerat, qvasi locum (7) refrigerii tradidit, ut scilicet ad ipsius ministerium Officii perpetua stabilitate deserviret.

Prædictus itaqve *Gautbertus*, qvem (8) ipsi consecrantes honore Apostolici nominis Simonem vocaverunt, ad partes veniens Sveonum honorifice & à Rege, (9) & à populo susceptus est, cœpitqve cum benevolentia & unanimitate omnium Ecclesiam inibi fabricare, & publicè Evangelium fidei prædicare. Fiebatqve gaudium salutis Christianis ibi degentibus, & die in diem numerus credentium augebatur. CAP. XIII 188

Interim qvoqve Dominus & Pastor noster in Diœcesi sibi commissa & in partibus Danorum strenue suum implebat officium & exemplo bonæ conversationis multos ad fidei gratiam provocabat. (1) Cœpit qvoqve ex Gente Danorum atqve Slavorum nonnullos emere pueros, aliqvos etiam ex captivitate redimere, qvos ad servitium Dei educaret. Qvorum qvosdam hic secum retinuit, qvosdam verò ad cellam prædictam *Turbolt* nutriendos posuit: fueruntqve cum eo hic ex societate vestra sancti Patres nostri & Magistri qvorum doctrina & Institutione feliciter nobiscum Religionis divinæ crevit opinio. *Verum cum hæc in utraqve parte laudabiliter & Deo digne agerentur, contigit ex improviso Piratas advenientes HAMBURGENSEM civitatem navigio circumdedisse. Quod cum inopinatè & subitaneè accidisset, spatium non fuit Pagenses congregandi, quippe cum & Comes qvi eo tempore præfecturam loci illius tenebat, illustris Vir BERNARIUS tunc deesset. Dominus verò Episcopus ibi positus cum his, qui aderant in urbe ipsa, vel in suburbio manentibus, primo quidem audito adventu eorum, locum ipsum continere voluit, donec majus eis veniret auxilium; sed implentibus Paganis & civitate jam obsessa, cum eis resisti non posse conspexit, quomodo pignora sanctarum Reliquiarum asportarentur præparavit, sicq; ipse Clericis suis huc illucque fugâ dispersis, etiam sine cappâ suâ vix evasit. Populi quoque à loco ipso exeuntes, & hac illacque palantes, plurimis aufugientibus, quidam capti, plerique etiam perempti sunt. Denique hostes arreptâ civitate, & omnibus, quæ in ea vel in vico proximo erant, spoliatis, cum vespertino tempore eo adventassent, noctem ipsam cum sequenti die & nocte ibi consederunt. Sicque succensis omnibus ac direptis egressi sunt. Ibi Ecclesia miro opere magisterio Domini Episcopi constructa, una cum claustro Monasterii mirifice composito, igni succensa est. Ibi Bibliotheca, quam Serenissimus jam memoratus Imperator eidem Patri nostro contulerat, optime conscripta, unà cum pluribus aliis Libris igni disperiit. Sicque omnia quæ inibi aut in Ecclesiasticis ministeriis, aut in aliis thesauris, & facultatibus habuerat, aut depredatione, aut igne, aut hostili impetu direpta sunt, ut quasi nudum eum dimiserint. Quippe cum pene nihil exinde prius elatum sit, nec tunc quidem aliquid subvectum, nisi qvod quisque fugiens casu arreptum forsan exportare potuit.* Pro qvibus omnibus Dominus & Pater sanctissimus nullatenus CAP. XIV 189

vel

(5) Col. edit. Itaqve Apostolica auctoritate & suggestione imprimis qvendam Gauthbertum, &c.

(6) Col. edit. eumqve vice sua Legatum Hammaburgensis Ecclesiæ in gentibus Sveonum esse constituit.

(7) Col. edit. refugii.

(8) Col. edit. ipse consecrans vocavit.

(9) Col. edit. Bern.

(1) Vide Orig. Hamb. p. 46.

vel animo molestabatur, vel labiis peccavit; sed cum omnia ferè, quæ ab initio Episcopatus aggregare, vel in fabricam ædificiorum componere potuerit, uno velut momento perdiderit, illud beati Job sæpius verbis replicabat: Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est; Sit nomen Domini benedictum.

CAP. XV. His itaqve ita peractis, cum Dominus Episcopus cum suis in multis esset pressuris & calamitatibus, & fratres Congregationis ejus unà cum sanctis pignoribus per varia loca circumeundo huc illucqve vagarentur, & nusqvam sederent qvieti, prævalente iniqvi machinatione, contigit etiam diabolico instinctu ut populus Sueonum furore zeli accensus præfatum (1) *Gautbertum* Episcopum insidiosè perseqvi cœperit; factumqve est, ut ad Domum, in qva manebat, unanima conventione pars qvædam populi causa direptionis irruerit & nepotem qvidem ipsius *Nitardum* nomine gladio peremerit, & odio Christiani nominis percussum, Dei, ut credimus, Martyrem fecerit. Ipsum verò cum cæteris sociis, qvi simul aderant, ligaverunt, & diripientes omnia, qvæ apud eos invenire potuerunt, contumeliâ & opprobriis affectos à finibus suis expulerunt. Qvod tamen non Regio jussu factum, sed populari tantum conspiratione est perpetratum. Divinæ verò Majestatis clementia hoc neqvaqvam inultum est passa abire; Sed omnes penè qvi affuere, qvamlibet diverso modo in parvo tempore puniti sunt. De qvibus multa dici poterant; Sed ne fastidium legentibus inferamus, unius tantum mentionem facere curavimus, ut qvâ pœnâ cæteri qvoqve evindicati fuerint ex hujus perditione patefiat. Qvidam, namqve in terra illa potens extitit, cujus filius in eadem conspiratione cum aliis fuerat, & qvæ sibi de spoliis inibi captis provenerant, in domum patris sui contulit. Post qvod factum cœpit illius substantia minui, & pecora qvoqve ac familia deperire. Ipse qvoqve filius divina ultione percussus interiit. Sed & uxor ejus cum filio & filia non multo interjacente spatio obiit. Cum itaqve se, excepto uno filio parvulo, omnibus bonis suis defraudatum videret, cœpit miser Deorum iras expavescere, & qvod hæc omnia alicujus Dei offensione pateretur mente tractare. Qva de re, sicut ibi moris est, qvendam adiit divinum, rogans, ut cujus Dei offensam haberet &, qvaliter eum placare deberet, ipsi indicaret. Agens itaqve ille, qvæ circa cultum hujusmodi observare solebat, omnes Deos illorum ipsi placatos esse respondit. DEum verò Christianorum illi omnimodis infensum: Christus inqvit, sic te habet perditum; Et qvia qvodlibet illorum, qvod illi consecratum fuerat, in Domo tua manet reconditum, ideo venerunt super te omnia mala hæc qvæ perpessus es, nec poteris ab eis liberari donec illud in domo tua manserit. Hoc ille audito, mente pertractans sollicita, qvid illud esse posset de filio suo recordatus est, qvod ex spoliis supradictis qvendam librum in domum suam advexerit. Qva de re horrore nimio & terrore perculsus, & qvia sacerdotis tunc ibi deerat præsentia, qvid de eodem libro faceret omnimodis nescius, secum qvoqve illum longius retinere nullatenus ausus. Tandem vix reperto consilio, in conspectu populi, qvi in eadem villa manebat eum attulit & qvæ passus sit retulit. Cumqve se omnes ignaros consilii super hac re dicerent, & tale aliqvid in domo sua recipere, vel habere pertimescerent, ipse eum diutius apud se retinere obstupescens, honeste compositum ad qvandam levavit sepem, denuntians ut qvicunqve vellet eum inde sumeret, & pro reatu commisso Domino Jesu Christo voluntariam satisfactionem vovit. Qvem librum qvidam Christianorum exinde sublatum in sua advexit. Ex cujus ore etiam ista cognovimus, qvi postea magnæ fidei & devotionis extitit, ita ut psalmos qvoqve apud nos postea memoriter sine Literis didicerit. Taliter ergo & cæteris sive morte, sive peste, & damno rerum suarum punitis, liqvido omnibus patuit, qvod, qvia sanctum Dei Pontificem & suos inhoneste tractare & dispoliare præsumpserant, gravissimam Domini nostri Jesu Christi senserint ultionem.

(Margin numbers: 190 beside "men non Regio jussu factum"; 191 beside "dotis tunc ibi deerat")

CAP. XVI. Post hæc ita locus ille septem ferè annis sine sacerdotali fuit præsentia; pro qvâ re Dominus & Pastor noster Anscharius nimio mœrore anxius, Christianæ Religionis fidem ibi cœptam perire non sufferens, & maximè pro filio suo, qvem supra memoravimus, *Herigario* condolens, qvendam *Anachoretam Ardgarium* nomine, illas in partes direxit, & ut specialiùs eidem adhæreret præcepit. Ipse itaqve illo adveniens, officiosè ab ipso susceptus est *Herigario*, & Christianis qvi ibi aderant magnum suæ præsentiæ exhibuit gaudium. Cœperuntqve, sicuti primo egerant, ea qvæ Dei sunt devotè qvæ-

(1) Col. edit. Simonem.

quærere, & ritum Christianitatis libenti animo custodire. Nemo qvoqve incredulorum ejus prædicationi audebat resistere, qvia, qvâ pœna mulctati fuerint, qvi servos Dei 192
inde expulerant mente pavida meminerant. Suggestione qvoqve præfati Herigarii Regis, qvi tunc erat & jussu, & licentiâ, publicè cœpit Dei celebrare mysteria. Qvi videlicet fidelissimus vir *Herigarius* tempore, qvo sacerdotalis ibi deerat præsentia multa ab infidelibus sustinuit opprobria, sed largiente divina gratia, signis cœlestibus ejus petitione veræ fidei declarata sunt præconia. Ex qvibus, uti promisimus, aliqva hic interserere curavimus, qvo ejus fidei invictus declaretur animus. Qvadam namqve vice ipse in qvodam sedebat placito, scenâ in campo ad colloqvium parata, ubi cum inter alia collocutionum verba illi Deos suos laudassent, qvorum favore prospera sibi multa provenirent & ei qvod solus â consortio omnium inani fide aberraret verbis multiplicibus improperarent. Ipse ut erat fervens spiritu respondisse illis fertur: Si tanta est de divina Majestate dubietas, qvod tamen dubium esse nullo modo deberet, probemus miraculis, qvis sit majoris potentiæ, vestri multi, qvos dicitis, Dii, an meus solus omnipotens Dominus Jesus Christus. Ecce tempus adest pluviæ; si qvidem tunc pluvia imminebat, Invocate vos nomina Deorum vestrorum, ne pluvia super vos descendat, & ego invocabo Dominum meum Jesum Christum, ne aliqva stilla pluviæ me contingat, & si qvis in hac parte se invocantes exaudierit ipse sit Deus. Hac itaqve facta inter se conventione, cum illi omnes in una parte sederent, ipse verò cum uno puerulo in altera, cœpit unusqvisqve eorum invocare Deum suum, Ille qvoqve invocabat Dominum Christum, & descendens immensa de cœlo pluvia, ita omnes illos aqvis infudit, ut qvasi in flumine cum vestimentis jactati viderentur, & etiam folia ramorum de umbraculo ibi facto, super ipsos magno casu decidentia virtute divina illos oppressos ostenderent. Super ipsum verò & puerum, qvi cum eo erat, nec una 193
descendit pluviæ gutta. Qvo facto, confusis illis & admirantibus; Ecce, inqvit, videte qvis sit Deus; nolite me infelices ab ejus cultura revocare, qvin potius ab erroribus vestris confundamini, & veritatis viam discite. Alio qvoqve tempore contigit, ut dolorem in tibia sua sustineret nimium, ita ut non aliqvo modo se movere à loco, in qvo erat posset, nisi portaretur. Cum hanc ergo diutius sustineret molestiam, cœperunt multi ad eum causa visitandi venire, & qvidam adhortationibus, qvo pro salute sua Diis sacrificaret, commonere, qvidam improperiis, qvod sine Deo esset, lacessere, & idcirco eum salute carere. Cum itaqve hæc sæpius agerentur, & ipse constanter malis eorum suggestionibus resisteret, postremo non ferens eorum calumniam respondit: Neqvaqvam se à vanis simulachris auxilium petere velle, sed à Domino suo Jesu Christo, qvi posset in momento si velit ab infirmitate sua eum sanare. Et ascitis illico domesticis suis, ut ad suam eum deferrent Ecclesiam, præcepit. Ubi positus coram cunctis, qvi stabant, supplices ad Deum preces effudit; dicens: Domine mi Jesu Christe, ut sciant isti miseri, qvia tu es Deus solus, & non est alius præter te, da mihi servo tuo in hac hora pristinam corporis mei sanitatem, ut videntes inimici magnalia tua de suis erroribus confundantur, & ad cognitionem tui nominis convertantur: fac qværso qvod peto propter nomen tuum sanctum, qvod est benedictum in secula, ne sit confusio confidentibus in te Domine. Post qvam vocem, divina cum medicante gratia, confestim sanissimus est redditus, sicqve de Ecclesia ipse per semetipsum egressus, pro salute sua Deo gratias agebat, & in fide Christi convalescens magis magisqve incredulos confundebat. Per idem ferè temporis accidit, ut etiam qvidam Rex Sveonum nomine (3) *Avoundus* ejectus Regno suo apud Danos exul fuerit. Qvi fines Regni qvondam sui denuo repetere cupiens, cœpit ab ipsis auxilium qværere spondens, qvod si seqverentur, multa eis possent 194
donaria provenire. Proponebat enim eis vicum nominatum *Byrca*, qvod ibi multi essent negotiatores divites & abundantia totius boni, atqve pecunia thesaurorum multa. Ad illum itaqve vicum se eos promittebat ducturum, ubi sine sui exercitus damno multo suæ necessitatis fruerentur commodo. Illi ergo promissis muneribus delectati, & thesaurorum acqvisitione avidi, in auxilium ejus expeditorum ad pugnam hominum viginti & unam naves impleverunt, & cum eo destinaverunt. Ipse vero de suis naves habebat undecim. Exeuntes ergo de Danis ad vicum insperatè venerunt memoratum; & forte tunc Rex ipsorum longius inde aberat, & Principes ac populi multitudo congregari non poterant. Tantùm supradictus *Herigarius* præfectus ipsius loci, cum eis qvi ibi ma-

(3) Col. Edit. Anoundus.

manebant negotiatoribus & populis præsens aderat. In magna ergo angustia positi, ad civitatem, qvæ juxta erat confugiunt; cœperunt qvoqve Diis suis, immo Dæmonibus, vota & sacrificia plurima promittere, & offerre, qvo eorum auxilio in tali servarentur periculo, sed qvia civitas ipsa non multum firma erat, & ipsi ad resistendum pauci, miserunt ad eos Legatos, dexteram & fœdus postulantes. Qvibus Rex præfatus mandavit, ut pro redemptione ipsius vici centum Libras argenti persolverent, sicqve pacem haberent. Qvod illi ut petebatur statim miserunt, & à Rege jam dicto susceptum est. Porro Dani graviter hujusmodi ferentes conventionem, qvia non sicuti disposuerant actum fuisset, cœperunt velle super eos irruere & locum ipsum funditus deprædari atq; incedere, dicentes unumqvemlibet negotiatorem plus ibi habere, qvam sibi oblatum fuisset, & nullo
195 modo se tantam calumniam sufferre posse. Cum hæc ergo inter se agerent, & ad diripiendam urbem in qvam Byrcenses confugerant, se præpararent, hoc qvoqve illis innotuit. Unde rursus pariter congregati, cum nullo modo, vires haberent resistendi, nullaqve ei spes esset refugii, ad vota & sacrificia majora Diis suis offerenda se invicem cohortabantur. Contra qvos iratus fidelis Domini *Herigarius*: Maledicta sunt, inqvit, à Deo vota & sacrificia vestra, cum Idolis vestris. Qvamdiu vultis Dæmonibus servire, & vos ipsos ad perniciem vestri votis inanibus in paupertatem, redigere? Ecce multa obtulistis & ampliora vovistis, insuper & centum libras argenti dedistis. Qvid profuit vobis? Ecce omnia qvæ habetis veniunt diripere: Uxores vestras & filios ducent captivos, civitatem & vicum igni succendunt, & vos gladio peribitis. Qvid ergo prosunt vobis simulachra vestra? Ad qvam vocem illi omnes perterriti, & qvid agerent nescii, unanimiter responderunt: Salus nostra & consilium in tua sit deliberatione, & qvicqvid nobis suggesseris, procul dubio faciemus. Qvibus ille: Si inqvit vota spondere vultis, vovete & reddite Domino Deo omnipotenti qvi regnat in cœlis, & cui ego in conscientia pura & fide recta deservio, Ipse omnium Dominus est, & in voluntate ejus omnia sunt posita, nec est qvi ejus ditioni possit resistere, si itaqve ejus auxilium toto corde petieritis; omnipotentiam ipsius vobis non defuturam sentietis. Accepto itaqve ab eo consilio, cuncti unanimes & voluntarii exeuntes sicut sibi consuetudinis erat, in campum, pro liberatione sibi jejunium & eleemosynas Domino Christo devoverunt. Interim Rex præfatus cum Danis agere cœpit, ut forte perqvirerent, utrum voluntate Deorum locus ipse ab eis devastandus esset. Multi inqvit, ibi sunt Dii potentes & magni,
196 ibi etiam olim Ecclesia constructa est, & cultura Christi à multis Christianis ibi excolitur, qvi fortissimus est Deorum, & potest sperantibus in se qvomodo vult auxiliari. Necessario ergo qværendum est, utrum divina ad hoc voluntate incitemini. Qvod illi qvia sic apud eos moris erat, neqvaqvam abnuere potuerunt. Qvæsitum est igitur sortibus & inventum, qvod cum sua hoc prosperitate nullatenus perficere possent, neqve locum ipsum eorum deprædationi à Deo concessum. Iterum qvæsitum est, in qvam partem ituri essent, ubi sibi pecuniam acqvirerent, ne forte vana spe frustrati ad sua vacui remearent. Ceciditqve sors, qvod ad urbem qvamdam longius inde positam in finibus Sclavorum ire deberent. Hoc ergo illi videlicet Dani, qvasi divinitus sibi imperatum credentes, à loco memorato recesserunt, & ad urbem ipsam directo itinere properarunt, irruentesqve super qvietos & securè habitantes, improvise civitatem illam armis ceperunt, & captis in ea spoliis ac thesauris multis ad sua reversi sunt. Rex verò ille qvi ad eos deprædandos venerat, pace cum eis fœderata, argentum qvod ab eis nuper acceperat reddidit, & apud eos aliqvamdiu resedit, (4) nolens genti suæ reconciliari. Sicqve Domini gratia propter fidem servi sui *Herigarii* populum illius loci ab hostium incursu liberans, bonis suis restituit. Qvo facto ipse in Conventu populi publico eandem rem proposuit, & ut qvis Deus esset, intentius providerent, monuit: Heu miseri, dicens, vel jam intelligite, qvod vanum sit à Dæmonibus auxilium petere, qvi non possunt tribulatis subvenire. Suscipite fidem Domini mei Jesu Chuisti, qvem probastis verum Deum esse, qvi vobis nullum habentibus refugium suæ miserationis tribuit solatium. Nolite ultro culturam superstitiosam qværere, & inani sacrificio Idola vobis placare. Verum Deum, qvi omnibus qvæ in cœlis & terris sunt, dominatur, colite & ipsi
197 vos subjicite, ipsiusqve omnipotentiam adorate. Deniqve post hæc tanto alacrior qvanto freqventius domini beneficiis in fide robustior factus, publicè ubicunqve aderat, partim exaltando virtutem Domini & fidei gratiam cunctis nunciabat. Sicqve bonum cer-

ta

(4) Col. edit. volens.

tamen usqve adfinem suæ perduxit vitæ: Consummatoqve boni operis cursu languore ingravescente, astante jam dicto *Ardgario* sacerdote, divinæ commendatus clementiæ communione sacra percepta feliciter in Christo obiit. De cujus fidei constantia multa adhuc dici poterant, sed qvia brevitati studuimus hæc sufficiant.

CAP. XVII.

Illis qvoqve temporibus apud eos Matrona qvædam fuit valde religiosa, qvam nulla unqvam improborum perversitas à fidei suæ potuit rectitudine evertere. Cui freqventer in qvacunqve necessitate positæ, ut more eorum Idolis sacrificaret, suggestum est. Sed illa immobilis fidei suæ munia non reliqvit, vanum esse dicens, à simulacris mutis & surdis auxilium qværere, & abominabile sibi videri, ut his, qvibus in baptismo renunciaverat, denuo intenderet, & sponsionem, qvam Christo promiserat, falleret. Si enim malum est, inqvit, hominibus mentiri, qvanto magis Deo. Et si bonum est inter homines fidem constare, qvanto magis, qvi fidem Domini accipit, nullatenus ab ea debet immutari, neqve vanitatem veritati miscere. Dominus, inqvit, meus Jesus Christus omnipotens est, ipse mihi si in ejus fide perseveravero & sanitatem, & omnia qvibus indiguero bona, secundum voluntatem suam præstare poterit. Prædicta itaqve religiosa fœmina nomine (5) *Frideburg* in bonitate vitæ & fidei constantia laudabilis, dies vitæ suæ usqve ad tempus perduxit senectutis. Cumqve jam appropinqvare diem suæ crederet mortis, & post discessum Domini (6) *Gautberti* nullus ibi tunc adesset sacerdos, ipsa amore sacrificii, qvod audierat esse Viaticum Christianorum, de vino aliqvid emptum in 198
qvodam reservari fecit vasculo; filiæ suæ etiam in fide religiosæ demandans, ut si qvando ei tempus instaret ultimum, de ipso vino, qvia sacrificium non habebat, ei in os distillaret, ut vel sic Domini gratiæ exitum suum commendaret. Illud itaqve vinum tribus fere annis apud eam conservatum est, sicqve contigit illuc prædictum adventasse sacerdotem *Ardgarium*. Qvo ibi posito ipsa qvamdiu vires habuit, religionis suæ devotionem exercuit; missarum solennia & salutaria monita sedulo, ab eo exqvirens. Verum inter hæc languore se præoccupante cœpit infirmari. Et sollicita de obitu suo memoratum ad se accersiri fecit Presbyterum, & accepto de manu ejus optato viatico, feliciter migravit ad Dominum. Ipsa verò eleemosynis semper intenta, qvia in sæculi qvoqve rebus dives erat, filiæ suæ prædictæ *Cathle* nomine injunxerat, ut post suum ex hac luce discessum cuncta, qvæ illius erant, in pauperes dispensaret. Et qvia hic minus Pauperes inveniuntur; post obitum, inqvit, meum cum tibi prima opportunitas evenerit; venditis omnibus, qvæ hic dispensata non fuerunt, sume tecum & vade ad *Dorstadum*. Ibi sunt Ecclesiæ plurimæ & sacerdotes ac Clerici, ibi indigentium multitudo; illo adveniens qvære, qvi edoceant, fideles, qvomodo ea dispenses, & pro animæ meæ remedio omnia distribue. Post excessum itaqve matris, filia, qvæ mater jusserat, strenuè adimplevit. Arreptoqve itinere perveniens ad *Dorstadum* religiosas ibi exqvisivit fœminas, qvæ cum ea loca sancta circumirent, & qvid cuiqve dispensari deberet, eam instruerent. Cumqve ergo qvadam die causa dispensandi loca sancta peragrarent, & medietas jam distributa esset, ipsa sociis suis dixit: Nunc jam lassæ sumus, melius est, ut nobis aliqvid de vino ematur, unde refocillari possimus, & sic demum cœpta peragamus. Datis igitur ad hoc (7) septem denariis, & viribus resumptis, qvod cœpere peregerunt. 199
Qvibus completis, ipsa ad hospitium suum rediens, saccum in qvo argentum fuerat, in qvodam loco vacuum posuit, sed largiente superno munere, denuo ipsum locum adiens, sicuti antea fuerat plenum invenit. Qvæ tanto obstupefacta miraculo ascitis ad se, qvæ cum ea prius ierant religiosis fœminis, qvid sibi contigerit, ostendit. Coram qvibus, qvid ibi esset computans, tantundem pretii esse invenit, qvantum illo advexerat, exceptis (8) decem denariis. Consilio itaqve ab eis accepto ivit ad sacerdotes, qvi ibi probabiliores videbantur, & idipsum eis innotuit. Qvi gratiam Dei pro tanta ejus bonitate laudantes, qvod ejus labori ac bonæ intentioni Dominus ea retribuerit, intimabant. Qvia, cum inqviunt, matri tuæ obediens fuisti, & fidem tuam circa eam illibatam servasti, & tanti itineris labore suscepto eleemosynam illius strenue implesti, Dominus omnium bonorum retributor pro mercedis retributione & necessitatis tuæ subsidio ista tibi contulit. Ipse nempe est omnipotens & omnibus sufficiens, nullius indiget. Ipse qvoqve omnia, qvæ pro illius nomine à fidelibus in necessitates pauperum

(5) Frethuburg. Col. edit.
(6) Col. edit. Simonis.
(7) Col. edit. qvatuor.
(8) Col. edit. qvatuor.

perum ac servorum illius distributa fuerint in cœlesti regno compensabit. Qvod ita esse, ne aliqvomodo dubitares, & ne te census dati distributio pœniteret, hoc te Dominus miraculo certificare dignatus est. Hoc jam signo, qvod mater tua cum Domino salva sit, firmiter crede, hoc miraculo admonita tu qvoqve tua pro Christo dare, ne timueris, certa, qvod tibi à Domino recompensabuntur in cœlis. Ista ergo tibi à Domino donata tua sunt & tuo arbitrio, qvomodocunqve volueris, ea dispensabis. Nam ea qvæ in usus tuos acceperas, ipse tibi reddere noluit, qvia ea tantum sua benignitate retribuit,
200 qvæ pro ejus amore in pauperes illius distributa fuerunt.

CAP. XVIII. Igitur post discessum prædicti viri *Herigarii* jam memoratus sacerdos Dei *Ardagarius*, amore solitariæ, qvam ante duxerat, vitæ ab illis partibus egressus, locum suum repetiit, sicqve denuò Christiani ibi positi sacerdotali sunt præsentiâ destituti. Qva de re manifesto patuit judicio, qvod ad corroborandam fidem præfati viri *Herigarii*, necnon & supradictæ Matronæ, (9) pariterqve ut exitum eorum divinæ commendaret clementiæ, & qvod fideliter desideraverant (1) mysterium videlicet sacræ communionis pro ultimo viatico perciperent, jam dictus *Anachoreta Ardgarius* ad illas partes destinatus fuerit. Verum inter hæc superiùs comprehensa, contigit, bonæ memoriæ *Ludovicum* Serenissimum Imperatorem, divino ordinante Judicio, vita præsenti decessisse. Post cujus obitum cum de Regni divisione magna (2) fuerit perturbatio, Pastoris qvoqve nostri labefactari cœpit Legatio. (3) Nam cum cella supradicta *Turbolt* in partem cessisset venerandi Regis Caroli, ipse eam à servitio, qvod pater suus disposuerat, amovit, & vobis bene cognito dedit *Reginario*. Pro qva re cum & fratribus suis gloriosissimis Regibus, & à multis qvoqve aliis sæpius fuisset admonitus, & ipse eorum petitioni nullatenus assentiret, jam dictus Pater noster multiplicibus, tunc atteri cœpit necessitatibus & indigentiis. Unde contigit, ut & fratres vestri, qvi hic tunc cum eo aderant, ad vestram societatem redierint, & multi qvoqve alii causa paupertatis eum derelinqverint. Ipse tamen cum paucis, qvi cum eo substiterant, prout poterat, se agebat, & licet in paupertate degens, injunctum sibi officium neqvaqvam deserere voluit.

CAP. XIX. Dominus qvoqve humilitatem ejus & patientiæ fortitudinem conspiciens, qvia cor
201 Regis in manu Domini est, clementissimi Domini & Senioris nostri *Ludovici* Regis, qvi post patrem suum hujus Regni gubernacula suscepit ad hoc animum incitavit, ut qværere inciperet, unde ei solatium subsistendi facere posset, qvo Legationis suæ mandatum perficeret. Et qvia in hac Provincia cellam nullam huic legationi habebat congruam: Erat autem ibi juxta Episcopatus Bremensis Ecclesiæ tunc desolatus Pastore, illum ei dare disposuit. Unde in publico conventu Episcoporum, cæterorumqve fidelium suorum tractare cum eis cœpit, utrum hoc ei facere canonica auctoritate liceret. Dominus enim & Pastor noster hoc sibi periculosum esse aliqvo modo formidans, & ne à qvibuslibet (4) nævo cupiditatis reprehenderetur, cautè prævidens, non facilè huic dispositioni assentiebat. Jubente itaqve Rege, hæc eadem res in Concilio Episcoporum ventilata est. Qvi multis præcedentibus exemplis probaverunt, benè posse fieri, ut qvia Diœcesis illa ad qvam ordinatus fuerat ipse, admodum parva erat; nam non nisi qvatuor baptismales habebat Ecclesias, & hæc ipsa multotiens jam Barbarorum incursionibus devastata, ei causa solarii adjungeretur. (5) Verum ne in aliqvo scrupulum Ferdensis pateretur Episcopus, qvod etiam partem de suo Episcopatu ultra Albiam sumptam, ipse cum Bremensi tota simul Parochiam retineret, statuerunt ut sicut tempore Domini *Ludovici* Imperatoris primo fuerant Episcopatus ipse & *Bremensis* scilicet & *Ferdensis* restituerentur, & ipse teneret Bremensem. Ex qva major pars Diœcesis suæ sumpta fuerat, qvæ etiam tunc Pastoris erat præsentia desolata. Qvo Decreto ita ab Episcopis constituto, ipse jubente Rege Bremensem suscepit Diœcesim gubernandam. Porro partem Parochiæ, qvæ ultra Albiam ad se pertinere debebat, *Waldgarius* recepit tunc Ferdensis Epi-
202 scopus. Qvod cum ita aliqvandiu esset, iterum diligentius ipsa re in alio Concilio Episcoporum ventilata, visum est eis bonum non esse, ut sedes, ad qvam ille ordinatus fuerat, ab alio Episcopo teneretur. Nam HAMMABURG tunc in partem cesserat *Waldgarii*, Potestatem qvidem Regis esse dicentes, ut Diœcesim parvam, & admodum captivatam augeret, (6) *Locum* tamen *ad Archiepiscopalem dignitatem auctoritate apostolica firmatum*

(9) Col. edit. Frethuburgis
(1) Col. edit. ministerium.
(2) Col. edit. fieret.
(3) Vide Orig. Hamb. p. 25.
(4) Col. edit. nova Cupiditas.
(5) Hæc omnia usqve ad c. 20. in Coloniensi edit. desunt.
(6) De Hamburge loqvitur.

tum nullatenus immutandum. Unanimo ergo consensu cum voluntate prædicti Regis piissimi *Ludovici* Episcopi ibi constituti censuerunt, ut sedem, ad qvam consecratus fuerat Pater noster Anscharius, reciperet, & si qvis ultra Albiam ex Ferdensi ipse retineret Diœcesi ex Bremensis Ecclesiæ Parochia, illius sedis restitueret Episcopo. Qvod ita & Regio jussu, & synodali Episcoporum Decreto, ipsius qvoqve Waldgarii memorati Ferdensis Episcopi voluntate statutum est.

(7) Porrò cum hæc agerentur, *Colonia* civitas, ad qvam Bremensis Parochia suf- *Cap. XX.*
fraganea erat, eo tempore absqve benedictione Episcopali degebat. Qvod qvia diuturnum extitit, istud etiam sine illius loci Pontificis præsentia necessariò decernendum fuit. Postea tamen consecrato ad eundem locum venerabili Præsule *Gunthario*, hoc ipsum Dominus & Pater noster ei suggerere studuit, ut sua qvoqve auctoritate firmaretur, cui tamen rei, ipse admodum contrarius extitit. Qva de causa postmodum in *Wormacia* civitate positis duobus Regibus *Ludovico* scilicet & *Lothario* coram multa Episcoporum utriusqve Regni freqventia præsente venerabili Patre nostro hæc eadem res exposita est. Qvod cum ab omnibus benè ita ordinatum probaretur, ut prædictus qvoqve Pontifex *Guntharius* hoc ipsum sua auctoritate firmaret, cuncti rogaverunt. Qvi primo qvidem fortiter his reniti cœpit, justum non esse multipliciter asserens, ut sedes suffraganea in Archiepiscopalem verteretur, nec se debere honorem sedis suæ in aliqvo minuere. Postremo tamen & ipsis Regibus, & cunctis simul Episcopis ibi aggregatis, pro hoc ipso 203
eum rogantibus, & omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus, respondit; Si apostolica auctoritate firmaretur ex se qvoqve ratum esse: Qvo responso accepto cum etiam omnes suffraganei ejus hæc eadem consensissent, piissimus Rex jam dictus *Ludovicus*, cupiens & patris sui eleemosynam in omnibus augmentare, & qvod ipse disposuerat per omnia ratum fieri, Reverendissimum *Salomonem Constantiæ Civitatis Episcopum* pro hoc ipso ad sedem direxit Apostolicam. Cum qvo etiam Dominus & Pater noster *Anscharius*, qvia ipse per se non poterat, filium suum fratrem (8) nostrum *Nordfridum* misit Presbyterum. Qvi officiosissime à sanctissimo suscepti (9) *Papa Nicolao* Legationis suæ mandatum ei planè & dilucidè retulerunt. Qvi prudenter & sollicitè ea, qvæ ab ipsis dicebantur mente pertractans, & Deo inspirante pro lucrandis animabus Gentilium hanc constitutionem justam esse decernens, voluntatem Regis nostri sua auctoritate firmavit. Deniqve ut ipsam rem diligentius ab eo elucubratam manifestius aperire possimus, verba ipsius interponere decrevimus. Cum enim causam Legationis ejus & cætera superius comprehensa plenè & breviter recapitulasset, deniqve subjunxit:
(1) *Cujus delegationis, & auctoritatis, & pallii acceptionis pagina nobis est à filio nostro Ludovico, per Salomonem sanctissimum Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ bullata; per cujus tenorem pagina hac ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam fati Regis per fidelem virum Salomonem scilicet Episcopum intimavit. Unde nos vestigia tanti Pontificis, & prædecessoris nostri seqventes Gregorii, omnemque ibi Deo dignam statutam providentiam agnoscentes, magnorum Principum votum, Ludovici videlicet divæ recordationis Augusti, & æqvivoci ejus filii excellentissimi Regis, tam hujus Apostolicæ auctoritatis præcepto, qvam etiam pallii datione, more prædecessorum nostrorum roborare decrevimus, quatenus tanta fundatus auctoritate prænominatus Anscharius primus Nordalbingorum Archiepiscopus, & post i-* 204
psum successores ejus lucrandis plebibus insistentes adversus tentamenta Diaboli validiores existant: Ipsumque filium nostrum jam dictum Anscharium, (2) Legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum sive Danorum, nec non etiam Sclavorum, vel in cæteris ubicunque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publicam evangelizandi tribuimus auctoritatem. (3) Ipsamque sedem Nordalbingorum HAMBURG dictam, (4) in honore sancti Salvatoris sanctæque ejus intemeratæ genitricis Mariæ consecratam, Archiepiscopalem deinceps esse decernimus, atque ut strenui prædicatoris Episcopi post decessum crebrò dicti Anscharii Archiepiscopi persona tantoque officio apta eligatur semper successio, sub divini Judicii obtestatione statuimus. (5) Verum quia Carolus Rex frater sæpedicti Regis Ludovici post discessum Imperatoris Patris sui piæ memoriæ Ludovici, abstulit à prænominato loco, qui dicitur HAMMABURG mona-

I

(7) Vide Orig. Hamb. p. 25. & 26.
(8) Col. edit. suum.
(9) Vide Orig. Hamb. p. 26.
(1) Fragmentum Rescripti Papæ Nicolai I. de conjunctione Hammaburgensis & Bremens. Ecclesiæ.
(2) Col. edit. & successores ejus.
(3) Vide Orig. Hamb. p. 14.
(4) Vid. Orig. Hamb. p. 12.
(5) Vid. Orig. Hamb. p. 25.

nasterium, quod appellatur Turbolt, utpote quod post partitionem inter fratres suos in Regno suo conjacere videbatur, situm in occidentali Francio, quod illic genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis ejus dederat; cœpere, sicut fertur, omnes Ministri Altaris recedere: Deficientibus quippe necessariis sumptibus, ab ipsis recesserunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio per hujusmodi factum defecit: (6) Ipsa quoque Metropolis HAMMABURG pene deserta facta est. Igitur dum hæc agerentur mortuus est Diœceseos Bremensis Episcopus, qua huic contigua esse dicitur. Cumque sæpedictus Rex & hanc Diœcesim vacantem, illam novellam Institutionem cerneret deficientem; insuper & utramque hanc Ecclesiam Dei permittente occulto Judicio per Barbarorum sævitiam admodum attenuatam; quærere cœpit, qualiter prædicta Bremensis Ecclesia prædictæ novellæ Archiepiscopali uniretur ac subderetur sedi; nostro hoc votum roborante decreto: Unde per sæpe nominatum venerabilem missum Salomonem videlicet Constan-
205 *stantiæ Civitatis Episcopum, nobis hoc relatum est confirmandum, ac postulatum est nostra auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes examine animadvertimus propter instantem necessitatem, & animarum Lucra in gentibus demonstrata, utile fore. Omnia enim quæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & divinis non resultant præceptionibus, licita, & facienda esse non dubitamus; maximè in tam novella Christianitatis plantatione, in quâ varii solent eventus contingere. Quamobrem Auctoritate omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & hoc nostro Decreto, decernimus secundum reverendissimi Regis Ludovici votum, ipsas prædictas Diœceses Hammaburgensem scilicet & Bremensem non deinceps duas, sed unam esse & vocari, subdique sedi, quæ prædecessoris nostri Decreto Archiepiscopali est munere sublimata, restitutâ duntaxat de Bremensis Ecclesiæ rebus Episcopatui Ferdensi parte inde ante ablatâ; Nullus verò Archiepiscopus Coloniensis ullam sibi deinceps in eadem Diœcesi vindicet potestatem. Quin immo & ipsis & omnibus omninò suademus veræ Religionis cultoribus, ut sacra hac Legatione fungentibus adjutorio & solatio sint; quatenus gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur ab eo, qui dixit: Ite docete omnes Gentes, & quicunque receperit vos, me recipit. Itaque omnia à dilecto filio nostro Rege Ludovico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostra etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et quia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem vel contradicentem, atque piis nostris his studiis quolibet modo insidiantem, anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus: ut culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, causamque Dei pio affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus.* His itaqve Decretis atqve institutionibus Papæ sanctissimi *Nicolai* Bremensis Ecclesia adjuncta & unita *sedi Hammaburgensi*; qvæ prius *Metropolis* constituta fuerat, facta est Archie-
206 piscopalis. Verum qvia de Diœceseos illius ratione ita firmata hæc præoccupando diximus; multum enim fuit temporis, ex qvo sedem illam gubernandam suscepit, priusqvam auctoritate Apostolica firmaretur: ad ea qvæ prius gesta sunt redeamus.

CAP. XXI Namqve susceptâ Bremensi Parochiâ, iterum spiritu cœpit fervere intimo, qvia jam tunc qvid daret habebat, si qvid posset in partibus Danorum pro Christi elaborare nomine. Unde freqventius (7) *Oricum* adire, qvi tunc solus Monarchiam Regni tenebat Danorum, & muneribus eum, ac qvibuscunqve poterat obseqviis conciliare studuit, ut sua licentia prædicationis officio in Regno ejus frui valeret. Aliqvoties namqve regia etiam Legatione ad eum mittebatur, & qvæ ad fœdera pacis, & utriusqve regni utilitatem pertinebant, strenuè & fideliter peragebat. Qva de re cognitâ fide & bonitate sancti Viri prædictus *Oricus* Rex multo eum affectu cœpit venerari, & libenter ejus consilio uti, ac familiarissimum in omnibus, ita ut etiam inter secreta sua, dum de negotiis Regni cum Consiliariis suis tractaret, ipsi liceret interesse. Ea qvoqve qva inter populum hujus terræ, videlicet Saxonum ac Regnum ipsius causa fœderis debebant constitui, non aliter sine fide illius volebat firmari, hoc sibi dicens omnino fidissimum esse, qvod ille ei & laudasset & spopondisset. Hac itaqve familiaritate potitus cœpit etiam illi persuadere, ut fieret Christianus. Ille qvoqve omnia, qvæ ei ex divina intimabat scriptura, benigne audiebat, & bona prorsus ac vere salutaria esse laudabat, seqve his plurimum delectari, ac libenter Christi velle gratiam promererit. Cui post talia vota pater sanctissimus patenter suggerere cœpit, ut Christo Domino hanc concederet benevolentiam, qvod ei gratissimum foret, ut in Regno suo Ecclesiam fieri permitteret, ubi sacerdos omni tempore præsens adesset, & verbi divini semina ac baptismi gratiam qvi-
207 busqve suscipere volentibus traderet. Qvod ille benignissimo concessit affectu, & in portu

(6) Vide Orig. Hamb. p. 16. 17. 18. & 19. (7) Col. edit. Horicus, for. Ericus.

portu qvodam Regni sui ad hoc aptisfimo & huic Regioni proximo (8) *Sclaswich* vocato, ubi ex omni parte conventus fiebat Negociatorum, Ecclesiam illi fabricare permisit, tribuens locum in qvo Presbyter maneret: data pariter licentiâ, ut qvicunqve vellet in Regno suo fieret Christianus. Hâc ergo Dominus Episcopus noster acceptâ licentiâ, statim qvod diu desideraverat perfecit: Et constituta ibi Ecclesiâ in honore sanctæ genitricis Dei Mariæ & constituto ibi presbytero, gratiâ Dei in eodem loco fructuosius crescere cœpit. Multi namqve ibi antea erant Christiani, qvi vel in *Dorstado* vel in *Hammaburg* baptizati fuerant, qvorum qvidam primores ipsius vici habebantur; & gaudebant sibi facultatem datam Christianitatem suam observandi. Qvorum exemplo multi qvoqve alii & viri & fœminæ relicta superstitiosa Idolorum cultura, ad fidem Domini conversi baptizabantur. Factumqve est gaudium magnum in ipso Loco, ita ut etiam Gentis hujus homines absqve ullo pavore, qvod antea non licebat, & Negotiatores tam hinc, qvam ex *Dorstado* vicum ipsum libere expeterent, & hac occasione facultas totius boni inibi exuberaret. (9) Et cum multi inibi baptizati supervixerint, innumerabilis tamen *Albatorum* multitudo exinde ad Regna conscendit Cœlorum. Qvia libenter qvidem signaculum Crucis recipiebant, ut *Catechumeni* fierent, qvo eis Ecclesiam ingredi & sacris officiis interesse liceret, baptismi tamen perceptionem differebant, hoc sibi bonum dijudicantes, ut in fine vitæ suæ baptizarentur, qvatenus purificati lavacro salutari puri & immaculati vitæ æternæ januas absqve ulla retardatione intrarent. Multi qvoqve apud eos infirmitatibus detenti, cum se frustra Idolis pro salute sua sacrificasse viderent, & à propinqvis suis desperarentur, ad Domini misericordiam confugientes Christianos 208
fieri se devovebant. Cumqve accito sacerdote, baptismi gratiam percepissent, statim incolumes divina largitate fiebant. Sicqve crevit in eodem loco Dei miseratio & ad fidem Domini populi conversa est multitudo.

Inter hæc verò Dominus & Pater noster Anscharius pro Gente Sueonum, eo qvod **CAP.**
sacerdotis tunc præsentia desolati essent, nimio condolens affectu à præfato poscere cœ- **XXII.**
pit Rege *Orico* sibi in omnibus familiarissimo, uti suo auxilio fines illius Regni petere posset. Qvi cum maxima benevolentia hanc qvoqve petitionem ejus suscipiens, ita se per omnia facturum promisit. (1) Qva de causa Dominus Episcopus noster cum præfato cœpit *Gautberto* Pontifice de hoc ipso tractare: necessarium esse dicens, ut iterum probaretur, si forte gens illa divinitus admonita, sacerdotes secum manere pateretur, ne fides Christi illis in partibus cœpta eorum negligentia aliqvomodo deperiret. Prædictus verò Pontifex *Gautbertus*, qvi & *Simon*, se inde expulsum, rursus locum illum repetere non ausum respondit, nec id valde proficuum fore posse, immo magis periculosum, si denuò primorum reminiscentes aliqvid perturbationis circa eum excitarent; sibi magis congruum videri, ut ille iret, qvi hanc Legationem primo susceperat, qvippe benigne ibi habitus fuerat. Ipse verò cum eo Nepotem suum mitteret, qvi ibi, si locus prædicandi inveniretur, remaneret, & sacerdotali apud eos officio fungeretur. Hoc itaqve ratum inter se decernentes, coram præsentia clementissimi Regis venerunt *Ludovici*, causamqve hujuscemodi ei retulerunt, atqve ut ejus licentia ita fieri permitteretur exorabant. Qvi sciscitans utrum ipsi in hac voluntate concordes fuissent, responsum a venerabili *Gautberto* Pontifice tale accepit: In Dei, inqvit, servitio nos semper concordes 209
& fuimus & sumus, & istud unanimo consensu ita fieri cupimus. Itaqve serenissimus Rex in Dei causa semper voluntarius, secundum qvod inter eos convenerat Legationem hanc pro Christi nomine Pastori nostro injunxit, religiosissimo suæ qvoqve partis sicuti & pater ejus fecerat, ad Regem Sueonum mandata ei committens. Igitur devotissimus Pater noster ad hoc iter præparare se cœpit, & ut qvantotius hoc expleret ferventiori incitabatur spiritu; Siqvidem & hoc cœlitus sibi injunctum credebat, visione qvadam imbutus, qvam ante præviderat. Visum namqve est ei, qvod pro ipso itinere, sicut erat, valde esset sollicitus, & videbatur ei, qvod ad qvendam deveniret locum, in qvo erat structura ædificiorum magna, & mansiones diversæ, ubi qvidam ei obvius factus, locutus est ad eum, dicens: De itinere qvod sollicitaris, & de his qvæ sunt in corde tuo, ne supra modum contristeris, qvia hic qvidam est Propheta. Abbas (2) qvondam clarissimus *Adalardus*, ipse (3) nunc est Propheta ad te à Domino missus, qvi tibi ea,

 qvæ

(8) Col. edit. Slietwich.
(9) Hæc omnia usqve ad vocem *intrarent* in Coloniensi editione desunt.

(1) Hæc omnia usqve ad vocem *igitur* in Coloniensi edit. desunt.
(2) Col. edit. qvidam.
(3) Col. edit. nempe.

qvæ proventura sunt annunciabit. Qvo ille audito exhilaratus animo visus est illi re-
spondisse: Domine ubi inveniam eum? Et ille, Tuo inqvit, labore invenies eum, nec est
licitum cuiqvam eum tibi insinuare. Tunc visum est ei, qvod iret per circuitum man-
sionum ipsum qværendo, & pariter in mente sua tractaret. Si, inqvit, ille non inter-
rogatus à me annunciaverit mihi, qvæ sunt in animo meo, tunc verum illum Prophe-
tam comprobabo. Ad qvandam ergo perveniens mansionem, clarissimam & specio-
sissimam, vidit eum ibi in solio suo sedentem, & statim recognovit. Ille qvoqve con-
festim pronuncians, intentus in eum dicere cœpit. Audite Insulæ & attendite populi
210 de longe. Dominus ab utero vocavit te, de ventre matris tuæ recordatus est nominis
tui. Et posuit os tuum qvasi gladium acutum, in umbra, manus suæ protexit te & po-
suit te sicut sagittam electam: in pharetra abscondit te, & dixit tibi: Servus meus es tu,
qvia in te gloriabor. Qvo dicto extento brachio manum dexteram ad eum cœpit erige-
re. Ille autem hoc viso, ad genua ejus accessit, sperans eum se velle benedicere. At
ille subjunxit: Et nunc hæc tibi dicit Dominus, formans te ex utero servum: Dedi te in
Lucem Gentium, ut sis illis in salutem usqve ad extremum terræ Reges videbunt & con-
surgent Principes, & adorabunt Dominum Deum tuum & sanctum Israel, qvia glorifi-
cabit te. Hanc ergo visionem servus Dei cum ante professionem illam longe vidisset,
certum tenebat animo, Dei se imperio ad partes illas incitari, & maxime in verbo qvo
dictum est: Audite insulæ, qvia omnis patria illa in Insulis est constituta: & qvod sub-
junctum est; Eris illis in salutem usqve ad extremum terræ; qvia finis mundi in aqvi-
lonis partibus in Sueonum conjacet Regionibus. Deniqve etiam verbum qvod de Pro-
pheta Jeremia in finem commutatum est; scilicet qvia glorificabit te, ardorem desiderii
illi maximum nutriebat, qvia palmam Martyrii olim sibi promissam hoc significare pu-
tabat

CAP. XXIII. Profectionem itaqve hanc suscepturus jam dicti Regis *Orici* missum pariter & sinum
habuit secum, Qvi Regi Sueonum nomine *Oleph* partis suæ mandatum tali intimari jus-
sit. Servum Dei, qvi, ex parte Regis *Ludovici* missus, fines Regni ejus peteret, sibi per
omnia cognitum esse, ac se in vita sua nunqvam tam bonum vidisse hominem, nec in
qvolibet mortalium aliqvando tantam fidem invenisse. Ideoqve cognita ejus sanctissi-
ma bonitate, omnia qvæ ille in Regno suo causa Christianæ Religionis disponere vellet,
se ei concessisse; Ipsumqve petere, ut similiter & in Regno suo ei permitteret culturam
211 Christianitatis, qvam optabat statuere, qva ipse nihil aliud qvam qvod bonum & rectum
foret vellet perficere. Susceptum itaqve peragens iter, viginti ferme diebus navigio
transactis pervenit ad *Byrcam*, ubi invenit Regem & multitudinem populi nimio errore
confusam. Instigante enim Diabolo, adventum boni viri omnimodis præsciente, con-
tigit eo ipso tempore, ut qvidam illo adveniens diceret, se in Conventu Deorum, qvi
ipsam terram possidere credebantur, affuisse, & ab eis missum, ut hæc Regi & populis
nunciaret: Vos, inqvam non vobis propitios diu habuistis, & terram incolatus vestri
multa abundantia nostro adjutorio in pace & prosperitate longo tempore tenuistis; vos
qvoqve nobis sacrificia & vota debita persolvistis, grataqve nobis vestra fuerunt obse-
qvia. At nunc & sacrificia solita subtrahitis, & vota spontanea segnius offertis, & qvod
magis displicet, alienum Deum super vos introducitis. Si itaqve nos vobis propitios
habere vultis, sacrificia omissa augete, & vota majora persolvite; Alterius qvoqve Dei
culturam, qvæ contraria nobis docetur, ne apud vos recipiatis; & ejus servitio ne inten-
datis. Porro si etiam plures Deos habere desideratis, & vobis non sufficimus *Ericum*
qvondam vestrum nos unanimes in Collegium nostrum asciscimus, ut sit unus de nu-
mero Deorum. Hoc ergo Diabolicum mandatum publicè denunciatum in adventu
Domini Episcopi mentes cunctorum perturbabat, & error nimius ac perturbatio corda
omnium confuderat. Nam & Templum in honore supradicti Regis dudum defuncti
statuerunt, & ipsi tanqvam Deo vota & sacrificia offerre cœperunt. Adveniens itaqve
illuc Dominus Episcopus ab amicis suis qvondam ibi cognitis qværere cœpit, qvomodo
Regem super hac re interpellaret. Qvi omnes toto annisu contradicentes, asserebant
nihil omnino ea vice Legationem ejus proficere posse, sed si aliqvid haberet pretii, ea
212 ratione illum dare debere, ut vivus inde evaderet. Qvibus ille. Non inqvit, pro vi-
tæ meæ redemptione aliqvid hic daturus sum, qvia si Dominus meus ita disposuerit, pro
ejus nomine paratus sum hic & tormenta subire & mortem pati. Cum ergo pro hac re
in maxima esset positus anxietate; tandem accepto consilio Regem ad suum invitavit
hospi-

hospitium. Cui convivium exhibens, dona, qvæ potuit, obtulit, & Legationis suæ mandata retulit. Nam & antea per missum *Orici*, & per fideles Domini Episcopi, qvi ibi manebant, causa adventus ipsius eidem Regi denunciata fuerat. Delectatus itaqve & charitatis ejus benevolentia, & munerum datione, se qvidem, qvæ ille suggesserat, gratanter velle respondit. Anteatamen hic, inqvit, fuerunt Clerici, qvi populari hinc seditione, non Regio jussu, ejecti sunt. Qvapropter hanc Legationem vestram confirmare nec possum nec audeo, priusqvam sortibus Deos nostros consulam, & populi qvoqve super hoc voluntatem interrogem sit missus tuus in placito mecum proximo, & ego pro te loqvar populo; & si qvidem Diis fautoribus illi tuæ consenserint voluntati, qvod qvæsisti prosperabitur, sin autem, minus & hoc tibi notum faciam. (4) Sic qvippe apud eos moris est, ut qvodcunqve negotium publicum magis in populi unanima voluntate, qvam in Regia consistat potestate. Hoc ergo Pastor noster devotissimus responso Regis accepto, totum se ad Domini convertit Refugium, Jejuniis & orationibus vacans, atqve in contritione & afflictione cordis semetipsum in conspectu Dei humilians.

Verum ipso inter has pressurarum angustias posito cum dies placiti appropinqvaret, qvadam die inter sacra missarum solemnia, dum sacerdos altari astans mysteria sancta benediceret, illi in terram prostrato, cœlestis effusa est inspiratio. Si qvidem Spiritus sancti dono interius roboratus, & fiducia maxima in animo confortatus, cognovit omnia sibi proventura uti vellet. Unde eidem sacerdoti sibi in omnibus familiarissimo post missam denunciavit, nihil trepidationis se habere debere, qvia secum gratia Dei comitaretur. Cui interroganti qvomodo hoc sciret, divinitus sibi inspiratum respondit. Qvam mentis ejus illustrationem frater ille satis recognovit, qvia taliter eum divinitus consolari multis ante probavit indiciis. Hanc ergo animi ejus fiduciam statim rei confirmavit eventus. Nam Rex congregatis primo Principibus suis, de hac Patris nostri Legatione cum eis tractare cœpit. Qvi sortibus qværendum statuerunt, qvæ super hoc Deorum esset voluntas. Exeuntes igitur more ipsorum in campum, miserunt sortes; cecidìtqve sors qvod Dei voluntate Religio Christiana ibi fundaretur. Qvod factum unus ex Primoribus amicus Domini Episcopi statim ei innotuit, & ut consolaretur animo amico admonuit dicens: Confortare & viriliter age, qvia Deus voluntati & Legationi tuæ non abnuit, sicqve ipse fiducia sumpta spiritu interiori lætificatus, exultabat in Domino. Deniqve cum dies placiti advenisset, qvod in prædicto vico *Byrca* habitum est, sicut ipsorum est consvetudo; præconis voce Rex, qvæ esset errorum Legatio, intimari fecit, populo. Qvo illi audito, sicut erant antea errore confusi, diversa sentire, & tumultuare cœperunt. Qvibus ita perstrepentibus, consurgens unus qvi erat senior natu in medio plebis dixit: Audite me Rex & populi. De cultura istius Dei pluribus nostrum bene jam est cognitum, qvod in se sperantibus magnum posset præstare subsidium. Nam multi nostrum jam sæpiùs & in marinis periculis, & in variis necessitatibus hoc probaverunt. Qvare ergo abjicimus, qvod necessarium nobis & utile scimus. Aliqvando nempe qvidam ex nobis *Dorstadum* adeuntes, hujus Religionis normam profuturam sibi sententes spontanea voluntate suscipiebant. Nunc multæ interjacent insidiæ, & Piratarum infestatione periculosum valdè nobis iter illud factum est. Qvod ergo tam longe positum prius sollicite qværebamus, hic nobis modo oblatum qvare non sucipimus? & qvia ejus Dei gratiam nobis in multis utilem probavimus, qvare servos ejus nobiscum munere non libenter assentiamus? Attendite populi consilium vestrum, & nolite abjicere utilitatem vestram. Nobis enim qvando nostros propitios habere non possumus Deos, bonum est hujus Dei gratiam habere, qvi semper in omnibus potest & vult ad se clamantibus auxilium præbere. (5) Hoc ergo ita perorante, omnis multitudo populi unanimis effecta, elegit ut secum & sacerdotes essent & qvæ competebant mysteriis Christi, apud eos sine contradictione fierent. Rex itaqve surgens à placito statim commisso Domini Episcopi suum direxit nuncium, mandans populi unanimitatem ad suam voluntatem conversam; sibiqve hoc per omnia placere, nec dum tamen se plenam licentiam ei concedere posse, donec in alio placito, qvod erat in altera parte Regni sui futurum, idipsum populis ibi positis nunciaret. Tunc iterum bonæ memoriæ Pater noster consveta sua requi-

CAP. XXIV.

213

214

(4) Locus singularis de potestate Regem Svediæ.
(5) Hæc omnia usqve ac vocem *faterentur* in Colon. edit. desunt.

qviteris subsidia, divinam clementiam intentius exorabat, cum ecce placiti tempus advenit, & Rex Præconis voce Legationem Domini Episcopi atqve omnia pariter, qvæ in priori placito dicta & acta fuerant, intimari fecit. Divina ergo providentia largiente, omnium corda ita adunata sunt, ut prioris placiti consensum cuncti laudarent, & se qvoqve his assentire velle modis omnibus faterentur.

CAP. XXV. Hoc itaqve facto convocato ad se Rex Domino Episcopo, qvæ fuerant gesta, retulit; Sicqve omnium unanimo voluntate & consensu decrevit, ut apud eos & Ec-
215 clesiæ fabricarentur, & sacerdotes adessent, & qvicunqve vellet de populo, absqve contradictione fieret Christianus, Dominus autem & Pastor noster prædictum nepotem venerabilis (6) *Gautberti* Episcopi *Eribertum* nomine manibus Regis commendavit, ut suo auxilio & defensione munitus mysteria divina ibidem ageret. Cui etiam Rex in præfato vico atrium unum ad oratorium dedit fabricandum: Dominus qvoqve Episcopus Presbytero ad habitandum alterum cum domo emit, præbensqve idem Rex benignissimum circa Dominum Episcopum dilectionis suæ favorem; fidelissimum qvoqve in omni parte suis circa Christianæ Religionis cultum se fore velle promisit. Sicqve, per Domini gratiam rite omnibus peractis Dominus Episcopus ad sua reversus est.

CAP. XXVI. Porro angustiam maximam mentis qvam in ipso perpessus est itinere, dum illud iter pararetur, Domino revelante Pater noster sanctissimus ante præscivit. Visum est namqve illi qvadam nocte, qvod tempus esset passionis, & qvod ille præsens adesset, cum Dominus Jesus Christus a Pilato duceretur ad Herodem; & ab Herode ad Pilatum, deniqve cum à Judæis & militibus sputa & opprobrio patiens, per omnia membra verberibus, ut ipsi videbatur, afficeretur, ipse non sufferens illum sic puniri, accurrens, opposuit se post dorsum ejus verberantibus, omniaqve verbera, qvæ illi infligebantur ipse in corpore suo susciperet, excepto qvod statura procerior capite illi eminentior videbatur & idcirco illud defendere non poterat. Hanc itaqve visionem miles Christi invictus; qvid significaret prius non cognovit, qvam de hoc itinere reversus mente tractavit, qvanta opprobria & irrisiones ibi sustinuerit, & in qvanta angustia fuerit, qvantasqve blasphemias in Deum illatas ibi sustulerit. Nam qvantum ad ejus pertinuit animum,
216 ubi ille sine dubio pro Christo passus est & ibi Christus in servo suo prius sibi illata denuo sustinuit improperia. Porro qvod caput illius defendere non poterat, hoc significare putabat, qvia caput Christi Deus, qvod passiones, qvas sancti in hoc mundo pro Christo sustinent, partim ad ipsam etiam Dei pertineant Majestatem, qvas ipse in se qvodammodo compatiendo suscipiens ad tempus qvidem tolerat, sed qvandoqve districte judicabit, sicut scriptum est: mihi vindictam ego retribuam dicit Dominus.

CAP. XXVII. Nec prætereundum qvoqve videtur qvaliter virtus Domini post hanc profectionem jam dictis Sueonibus, patefacta sit. Gens enim qvædam ab eis longe posita vocata (7) *Chori* Sueonum Principatui olim subjecta fuerat; sed jam tunc diu erat; qvod rebellando ejus subjici dedignabantur. Deniqve Dani hoc scientes tempore supradicto, qvod Dominus Episcopus jam in partes Sueonum advenerat, navium congregata multitudine ad eandem perrexerunt provinciam volentes & bona eorum diripere, & sibi eos subjugare. Regnum verò ipsum qvinqve habebat Civitates. Populi itaqve inibi manentes cognito eorum adventu, conglobati in unum, cœpere viriliter resistere & sua defendere. Dataqve sibi victoria medietate populi Danorum cæde prostrata, medium qvoqve navium eorum diripuerunt, auro & argento spoliisqve multis ab eis acceptis. Qvod audiens prædictus Rex *Oleph* populusqve Sveonum, volentes sibi nomen aqvirere, qvod facere possent qvæ Dani non fecerant, & qvia sibi etiam antea subjecti fuerant, innumerabili congregato exercitu, illas adierunt partes, & primo qvidem improvise ad qvandam urbem Regni ipsorum vocatam *Seeburg* in qva erant septem millia pugnatorum devenientes penitus illam devastando succenderunt. Exinde confortati ani-
217 mo dimissis navibus, iter qvinqve dierum arripientes, ad aliam urbem ipsorum, qvæ *Apulia* dicebatur effero corde properabant. Erant autem in illa urbe qvindecim millia hominum bellatorum. Cum itaqve illo advenissent conclusis ipsis in civitate isti à foris urbem debellare, illi de intus cœpere viriliter repugnare; illi intrinsecus defendebant isti exterius impingebant, sicqve transierunt dies octo, ut omni die à mane usqve ad vesperam dimicantes bello instarent & multi hinc inde caderent, neutra tamen pars vi-
cto

(6) Col. edit. Simonis. (7) Col. edit. Chor, videtur autem hic loqvi de Curlandia.

ctoriam obtineret. Cum ecce (8) nono die populus Sveonum diutina cæde fatigatus cœpit angustari, & timido corde expavescens hoc solum cogitare, qvomodo inde evaderent. Hic, inqvit, non proficimus, & naves nostræ longius absunt. Nam qvinqve dierum, ut prædiximus, iter erat ad portum in qvo naves eorum stabant. Cum ergo qvid sibi esset agendum nimium turbati omnimodis nescirent, qværendum sortibus statuerunt, utrum Dii eorum eis vellent auxiliari, ut vel victoriam caperent, vel vivi inde evaderent. Missis itaqve sortibus, neminem Deorum qvi eis subsidio esse vellet reperire potuerunt. Qvod cum denunciaretur in populo, ululatus ab eis recessit. Qvid, inqviunt, infelices acturi sumus, Dii recesserunt à nobis & nullus eorum adjutor est nostri. Qvo fugiemus? Ecce naves nostræ longius sunt positæ, fugientibusqve nobis inseqventes usqve ad internecionem nos delebunt. Qvid ergo nobis erit? Cum itaqve in tanta angustia essent positi, qvidam negotiatorum memores doctrinæ & Institutionis Domini Episcopi suggerere eis cœperunt: Deus, inqviunt, Christianorum multoties ad se clamantibus auxiliatur & potentissimus est in adjuvando. Qværamus an ille nobiscùm esse velit, & vota ei placita libenti animo spondeamus. Omnium itaqve rogatu supplici missa est sors, & inventum qvod Christus vellet eis auxiliari. Qvod 218
cum publice denunciatum cunctis innotuisset, omnium corda ita subitò roborata sunt, ut confestim ad urbem expugnandam intrepidi vellent accedere. Qvid, inqviunt, nobis formidandum, qvidve pavendum est, Christus est nobiscum; pugnemus & viriliter agamus, nihil nobis obstare poterit, nec deerit nobis certa victoria, qvia potentissimum Deorum nostri adjutorem habemus. Conglobati ergo omnes læto & forti animo ad debellandam profecti sunt urbem. Cumqve in circuitu astantes pugnam inirè vellent, ab his qvi intrinsecus erant postulatum est, ut copia eis daretur loqvendi. Qvod cum Rex Sveonum annuisset illis, subsecuti sunt: Nobis jam pax magis qvam pugna placet; fœdus vobiscum inire cupimus. *Et primo qvidem qvicqvid ex spoliis Danorum præterito anno in auro & armis acqvisivimus vobis pro munere fœderis damus. Deinde pro unoqvoqve hominum in hac urbe constitutorum dimidiam Libram argenti offerimus; & insuper censum, qvem antea solebamus vobis dare, persolvemus, & datis obsidibus, abhinc subjecti, & obaudientes, sicuti antea fuimus, vestro imperio esse volumus. Cum hæc itaqve oblata fuerint, nec dum tamen animi Juvenum sedari poterant, verum alacriores facti, & absqve metu imperterriti pugnare tantum desiderantes, armis se urbem & omnia, qvæ haberent, vastaturos, ipsosqve captivos abducturos dicebant. Rex verò & Principes saniori consilio dexteras ab eis accipientes fœdus inierunt, & thesauris innumerabilibus, atqve obsidibus triginta sibi collatis cum gaudio ad sua reversi sunt. Deniqve pace inter eos fœderata, statim Sveones Christi Domini nostri omnipotentiam collaudantes, ejusqve magnificentiam, qvod vere magnus super omnes esset Deos, totis viribus prædicantes, qvid ipsi, per qvem tantam obtinuissent victoriam, 219
vovere deberent, sollicite qværere cœperunt. Unde à Christianis edocti negotiatoribus, qvi simul aderant, Christo Domino placitum devoverunt jejunium, ita ut ad sua reversi, postqvam Domi septem dies essent, (*)alios septem omnes pariter à carne abstinerent. Sed & posthac qvadraginta diebus evolutis, ipsi qvoqve unanima conventione qvadraginta seqventes similiter à carne abstinentiam agerent. Qvod & factum est, omnesqve qvi ibi affuerant, hoc statutum libenti perfecerunt animo. Multi etiam posthæc reverentia & amore Christi apud eos jejuniis, qvæ Christiani observabant, insistere incipientes, & eleemosynis, qvia hoc Christo gratum didicere, qvoslibet pauperes adjuvare cœperunt sicqve favore omnium prædictus *Erimbertus* sacerdos libere apud eos, qvæ Dei sunt agere, & cunctis Christi potentiam laudantibus Religionis divinæ in illis partibus devotio augmentum sui ab eo tempore sine ullius contradictione cœpit habere.

Inter hæc verò divino contigit Judicio, ut Piratarum infestatione memoratus *Oricus* *CAP.*
Rex, qvibusdam propinqvis ejus Regnum ipsius invadere conantibus bello interem- *XXVIII.*
ptus sit. Cum qvo pariter omnes primores terræ illius, qvi olim Domino Episcopo familiares & amici habebantur, gladio interierunt. Deinde post hac constituto in Regno ipsius *Orico Juniore*, qvidam eorum qvos ille tunc habebat Principes, & minus antea Domino cogniti fuerant Episcopo, persvadere ei cœperunt ut Ecclesia apud eos facta destrueretur, & Religio Christianitatis ibi cœpta annullaretur, dicentes: Deos suos sibi iratos esse, & qvod ideo cuncta eos mala invenerint, qvia alterius & ignoti Dei apud se cul-

(8) Col. edit. nova. 191 Col. Edit. illos.

culturam receperint. Qva de re Comes præfati vici. *Sliesswic*, videlicet nomine *Hovi* qvi huic Religioni præcipue resistebat, & ad destruendam Christianitatis fidem Regem
220 provocabat', Ecclesiam ibi factam jussit claudi, Religionemqve Christianitatis ibidem prohibuit observari. Unde & Presbyter, qvi ibi aderat, persecutionis acerbitate compulsus inde recessit. Pro hac itaqve re Dominus Episcopus nimium sollicitus, & admodum tristis effectus fuerat, qvia nullum tunc cum *Orico juniore* de amicis habebat, qvos antea largissimis donationibus sibi familiares acqvisierat, per qvos eum ad Domini voluntatem conciliare posset. Unde qvia humano destitutus fuerat ad divinum solito more concurrit auxilium. Nec spes eum sua fefellit. Consolatus est qvippe eum Dominus spirituali in animo consolatione, & certus omnino factus est, qvod nullo modo, ut hostes Christi machinabantur, Religio ibi cœpta deperiret. Qvod ita Domino annuente non multo post contigit. Nam cum pro hac eadem causa ad prædictum Regem ire disponerent, Domini præveniente gratia, idem Rex expulso prius de vico memorato jam dicto Comite, ita ut nunqvam postea in ejus gratiam redire potuerit, ad Dominum Episcopum suum gratis direxit Legatum, mandans, ut Sacerdotem suum ad propriam remitteret Ecclesiam: non se minus qvam *Seniorem Oricum* Christi velle gratiam promereri asserens Dominiqve Episcopi amicitiam. Qvo facto cum ipse qvoqve reverendissimus Pastor noster ad ejusdem Regis præsentiam cum adjutorio *Burchardi Illustrissimi Comitis* venisset qvi etiam antea apud *Oricum Seniorem* adjutor illi in omnibus fuerat, & apud Regem utrumqve bene poterat, qvia propinqvus ipsorum erat, tanta gratia à *juniore* susceptus est *Orico*, ut statim ei omnia, qvæ antecessor suus causa Christianitatis in Regno suo fieri permiserat, ipse qvoqve concederet. Insuper etiam, qvod antea nefandum Paganis videbatur, ut (1) *Clocca* haberetur in Ecclesia, consensit. In alio qvoqve vico Regni sui *Ripa* vocato, similiter locum ubi Ec-
221 clesia fabricaretur tribuit, & ut ibi sacerdos præsens adesset, suæ potestatis Licentiam dedit.

CAP. XXIX. Deniqve dum hæc agerentur; prædictus venerabilis Gautbertus Episcopus ad Gentem Sveonum qvendam misit Presbyterum nomine *Ansfridum*, qvi ex gente Danorum oriundus à Domino *Ebbone* ad servitium Domini educatus fuerat, qvi cum illo advenisset memoratus *Erimbertus* sacerdos exinde reversus, & ille ibi cum multa omnium ambitione tribus aut eo amplius annis demoratus est. Post hoc vero audito Domini Gautberti obitu, ipse qvoqve exinde reversus, & apud nos aliqvandiu conversatus infirmitatis molestia correptus aggravescente dolore defunctus est. Qvo facto Dominus Episcopus non sufferens fidem Christianitatis ibi cœptam deperire, suum illuc Presbyterum *Ragembertum* nomine mittere disponebat. Qvi cum ad hoc satis idoneus & tanta profectione valde esset voluntarius, dum ad portum memoratum *Sleaswich* in qvo naves cum negotiatoribus, qvi cum eo ituri erant, constabant, pergeret. Diabolica machinatione fortuitu in via Danorum latrocinantium insidiis circumactus & iis, qvæ habebat, spoliatus die Assumptionis sanctæ Mariæ ipse qvoqve in bonæ voluntatis cursu feliciter consummatus est. Qvod factum cum Domini Episcopi animum nimio affecisset mœrore, neqvaqvam tamen accepta retrahi potuit voluntate. Verum non multo post ad hoc opus alium ordinavit Episcopum, è gente qvoqve Danorum progenitum nomine *Rimbertum*. Qvem cum ad illas partes pro Christi nomine destinasset, benigne ibi à Rege & à populo susceptus, divina apud eos mysteria largiente Domino, liberè hactenus celebravit. (2) Deniqve & ipsi, sicut & cæteris, qvos inter Paganos ante
222 constituerat; denunciavit sacerdotibus ut nullius aliqvid concupiscerent, neqve peterent sed ut magis exemplo beati Pauli Apostoli, ipsi qvoqve manibus suis laborarent, & victu ac vestimento contenti essent, pie eos adhortatus est. Qvibus tamen ipse & seqvacibus eorum, qvicqvid necessarium habebant, insuper & qvid pro amicis acqvirendis dandum erat, de suo abundanter ministrabat. Porro inter has multiplices, variasqve angustiarum pressuras qvas uti commemoravimus de eadem Legatione, ut prædictum est, semper inspiratione roboretur, ne accepto desisteret opere, tamen Domini qvoqve *Ebbonis* memorati *Remensis Archiepiscopi*, qvi hanc Legationem primo susceperat, non modice cum in hac causa, & devotio mentis & fervor consolabatur animi. Si qvidem ipse intimo provocatione gentium flagrans spiritu, jugiter eum ad fidei gratiam in partes istas promulgandam incitabat

(1) Clocca Campanam hic significat. Vide Vossium de vitiis sermon. lib. 2. cap. 10.

(2) Omnia hæc qvæ deinceps seqvuntur usqve ad caput 35. desunt in Col. edit.

tabat, & ut cœpta non desereret strenue commonebat. Cujus verbis exhortationis, & ma-
ximo ardore mentis, qvo ad hoc fervebat iste bonus vir provocatus, indubitanter officii
sibi commissi curam agebat, nec aliqva unqvam incommoditatis adversitate à cœpto o-
pere averti poterat. Et licet innumera fuerint prædicti Pontificis svasoria monita, qvibus
pater noster intimo consolabatur gaudio, illius tamen semper recordabatur sermonis,
qvem de Legationis hujus causa in ultimo collocutionis suæ habuere tempore. Nam cum
Dominus Episcopus noster dinumeratis multis, qvæ sibi contingerant angustiis, qvid de
eadem legatione sibi videretur ipsum reqvireret, qvalemqve consolationem sibi super hoc
dicere vellet, ab eo sollicite exposceret. Ille qvasi prophetico afflatus spiritu, respondit:
Certus sum, inqvit; qvia qvod nos pro Christi nomine elaborare cœpimus fructificare habet
in Domino. Nam ita est fides mea, & sic firmiter credo, immo veraciter scio, qvia & si ali-
qvando propter peccata qvodammodo impeditum fuerit, qvod nos in illis cœpimus Gen- 223
tibus, non tamen unqvam penitus extenuetur, sed fructificabit in Dei gratia & prosperabi-
tur, usqve qvo perveniat nomen Domini ad fines orbis terræ. Hæc itaqve fides fuit eorum
hac voluntate exterarum gentium fines petierunt, hujus religionis amore pro Domino cer-
taverunt, à qvo & præmium laboris sui sine dubio percepturi sunt. Hujus devotionis vo-
luntas ab animo Domini & Patris nostri nunqvam recessit, & pro salute Gentium nunqvam
orare cessavit. Qvin potius cum assidua fere piratarum infestatione, qvi ex Gentibus jam di-
ctis veniebant, Parochia illius in circuitu vastaretur ac familia diriperetur, ille tamen
pro adversantibus & insidiantibus sibi jugiter exorabat, & pro conversione eorum, qvi sibi
malefaciebant, apud Dei misericordiam sine cessatione rogabat, petens, ne statueretur illis
in peccatum, qvod ignorantes Dei Justitiam errore Diabolico decepti Christianorum rebus
essent infesti. Cujus sollicitudinis causa in tantum fervebat, ut etiam in infirmitate positus
novissima, jam dictæ suæ Legationis causam nunqvam antea tractare & disponere omise-
rit qvo usqve ultimum exhalavit spiritum vitæ; In qvo Religionis ardore à seculo susceptus
credimus, qvod maxima secum comitante fidelium multitudine, qvos ex gente Danorum
atqve Sveonum Domino lucratus fuerat meritum boni certaminis illius divina remuneran-
te clementia in die resurrectionis omnium gloriose & feliciter regna, penetrabit cœlorum.

CAP. XXX

Saue qvia de causa Legationis ejus & cura qva alios salvare cupiebat, multa jam di-
ximus qvalis in semetipso in exercitatione salutis propriæ animæ extiterit qvaliterqve
corpus suum pro divino timore continue afflixerit jam nunc tempus est enarrandi. Qva-
lis namqve apud vos in monasterio in omni frugalitate & devotionis studio effulserit, 224
non opus est vobis ea dicere, qvæ vobis sunt optime comperta: Tamen, ut auditum
habemus, ipse adolescens & juvenis senibus & grandævis mirandus videbatur & imitan-
dus. Jam verò sumpto apud nos Episcopatu, hoc omnino, qvod in monasterio inchoa-
verat, modis omnibus augmentare, sed & omnium vitas sanctorum imitari studuit; spe-
cialius tamen beati Martini. Cilicio namqve ad carnem non solum in die, sed etiam
in nocte usus est. Deniqve sicut in ejus vita legerat, magnopere populis verbum Do-
mini prædicando prodesse studebat, interdum tamen ut seipsum, in divina exerceret
philosophia, solitudinem amabat. Ad qvod opus & cellam aptam sibi constructam ha-
bebat, qvam appellabat *qvietum locum & amicum mærori.* Ubi cum paucis demoratus,
qvotiescunqve à prædicatione & Ecclesiasticis officiis & ab inqvietudine Paganorum li-
ber esse poterat habitavit secum. Ita tamen, ut proprium commodum & solitudinis
amorem nunqvam gregis sibi commissi præponeret utilitati. Porro qvousqꝫ Juventutis ali-
qvatenus potitus est robore, persæpe & panem in pondere, & aqvam in mensura sumebat,
maxime qvamdiu solitudine ei uti licitum erat. Qvo tempore non modicè, ut ipse af-
firmabat, à spiritu tentatus est cenodoxiæ. Studebat namqve Inimicus humani generis
peste jam dicta animum illius inficere, & magnus sibi in oculis suis videbatur, qvia ta-
liter abstineret. Qva de re tristis factus, & ad Domini pietatem totis viribus in oratio-
ne conversus postulabat, ut sua eum gratia ab hac pernitiosissima impietate liberaret. (3)
Cumqve pro hac re precibus esset sollicitius intentus, qvadam nocte sopori deditus vi-
dit se qvasi usqve in cœlum rapi & totum sæculum, ac si in teterrimam vallem collectam,
ex qvo tamen & bonorum animæ, licet raro Angelico ministerio rapiebantur & duce- 225
bantur in cœlum. In qva videlicet tenebrosa valle ostensum est ei etiam qvasi sementi-
vum qvoddam, ex qvo genus humanum ducit originem. Cumqve hæc omnia admirans
& horrescens aspiceret, visus est, ut attenderet, qvo initio in hanc vitam veniret, ac
dictum est. Unde, inqvit, homini ulla jactantia esse poterit, qvi de tam vili origine

(3) Hæc omnia usqve ad verba, Qvod ita & factum est, desunt, in Col. Edit.

in convalle lachrymarum procreatus sit, & qvicqvid boni habuerit non à se, sed ab eo à qvo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, acceperit; Si igitur ulterius, inqvit ab ulla tentatus fueris cenodoxiæ peste, istud in mentem reducens memorare, unde progenitus sis, & cum Dei gratia liberaberis, qvod ita & factum est. Jam verò postqvam senuit non adeo potuit de cibo abstinere, potus tamen ei semper aqva erat, nisi qvod propter vanam gloriam vitandam magis; qvam aliqvam svavitatem capiendam, aliqvantulum ipsi aqvæ qvam bibiturus erat, de potu admiscebat. Qva tamen in senectute sua solita neqvivit uti parsimonia, studuit hoc eleemosynis & orationibus, multisqve aliis bonis compensare. Hujus namqve rei gratia multos redemit captivos, qvos & libertate donavit. Nonnullos tamen eorum, qvi ad hoc capti esse poterant, ad Dei servitium educandos, literis divinis instruere jussit. (4) Porro ad devotionem sibi in Dei amore acuendam qvam studiosus fuerit, testantur codices magni apud nos, qvos ipse propria manu per notas conscripsit, qvi solummodo illas continere noscuntur, qvæ ad laudem omnipotentis Dei pertinent & ad peccatorum redargutionem. Ad laudem qvoqve beatæ & æternæ vitæ & terrorem gehennæ, & qvicqvid ad compunctionem pertinet & lamentum. Testes sunt & fratres, & apud vos, & in nova Corbeja degentes, qvos pro hoc opere freqventes postulavit, qviqve illi nonnulla hujusmodi con-
226 scripta miserunt. Sed nunqvam illi sat esse poterat, qvia omnem vitam suam in luctu & lachrymis exigere volebat. Nam licet illi compunctio cordis freqventer lachrymas excitaret, non tamen unqvam ei sufficientes videbantur nisi qvod in ultimo ætatis suæ anno hanc qvoqve gratiam diu qvæsitam Domino largiente promeruit, ut qvotiescunqve vellet, ploraret. Deniqve ex ipsis compunctivis rebus ex sacra scriptura sumptis per omnes psalmos, unicuiqve videlicet psalmo propriam aptavit oratiunculam, qvod ipse *pigmentum* vocitare solebat, ut ei psalmi hac de causa dulcescerent. In qvibus videlicet *pigmentis* ipse non (5) compositionem verborum curabat sed compunctionem tantum cordis qværebat. In qvibus aliqvando Dei laudat omnipotentiam & judicium, aliqvando semetipsum vituperat, & increpat; aliqvando sanctos, qvi Deo obediunt, beatificat, aliqvando miseros & peccatores luget. Qvibus omnibus semetipsum semper deteriorem dicebat. Qvæ tamen aliis cum eo psalmos canentibus finito psalmo ipse solus tacite ruminare solebat, nec ulli ea manifestare volebat. Qvidam tamen nostrum, qvi ei familiarissimus erat magna vi precum vix ab eo obtinuit, ut ei ipsa *pigmenta*, sicut ille cantare solitus erat, dictaret. Qvæ tamen ipse conscripta vivente eo nemini innotuit, sed post obitum ejus qvibusqve legere volentibus exhibuit. Inter psalmos autem cantandum, freqventer etiam manibus operari solitus erat, nam his temporibus rete operabatur. De ipsis verò psalmis dispositum habuit, qvos in nocte, qvos in die cantaret, qvos dum se ad Missam cantandam parabat, qvos dum iterum discalciatus ad lectum ire volebat. Mane autem semper qvando se calciabat & manus lavabat, litaniam cantabat, & sic ad Ecclesiam profectus tres aut qvatuor missas ipse astans & officium agens celebrari faciebat. Statuto tamen legitimo
227 tempore in die publicam Missam, nisi aliqva ei incommoditas accidisset, ipse cantabat, sin verò, audiebat. In eleemosynis verò dandis qvam liberalissimus fuit, qvis enarrare poterit? cum omnia qvæ habebat, in Domini voluntate necessitatem patientibus subministrare cupiebat. Ubicunqve enim aliqvem in necessitate positum sciebat, ex qvanto poterat, eum adjuvare satagebat; & non solum in propria Parochia, sed etiam in longinqvis regionibus positis, subsidium sui adjutorii ministrabat. Specialius tamen *Hospitale pauperum in Brema* constitutum habebat, ad qvod decimas de nonnullis villis disposuit, ut ibi cum qvotidiana susceptione pauperum ægroti qvoqve recrearentur. Per omnem qvoqve Episcopatum suum decimas animalium & omnium redituum, decimasqve decimarum, qvæ ad eum pertinebant, in pauperum expensionem distribuebat; & qvidqvid argenti, vel cujuslibet census illi proveniebat, in usus indigentium decimabat. Insuper in qvinto anno, omnium animalium, licet aurea decimata fuerint, ad eleemosynarum dationem iterum ex integro decimationem faciebat. De argento etiam, qvod ad Ecclesias in Monasteriis veniebat, qvartam partem ad hoc ipsum destinatam habebat. Curam vero pupillorum ac viduarum maximam semper habebat, & ubicunqve Anachoretas esse sciebat, sive viros sive fœminas, freqventibus visitationibus & donis ipsos in Dei servitio confortare, & necessariis subsidiis adjuvare studebat. Habebat qvoqve & in zona propria semper saccellum cum nummis, ut si qvando egens veniret, & dispensator Eleemosynæ suæ deesset, ipse sine mora qvid daret haberet, studebat enim illud beati Job dictum per omnia

(4) Desunt hæc in Col. Edit. usqve ad verba, sed nunqvam illi, &c. (5) Col. Edit. punctionem.

omnia implere, ut nec saltem oculos viduæ aliqvandiu expectare faceret. Sicqve & oculus cæco, & pes claudo, & pater pauperum omnino esse studebat. In qvadragesimo vero 228
tempore qvatuor pauperes qvotidie in *Brema* ad escam suscipi jubebat, duos scilicet viros & duas fœminas. Et viris qvidem ipse cum fratribus pedes lavabat, fœminis autem in prædicto Hospitali pauperum, vice illius qvædam Deo sacrata, qvam ipse in Dei voluntate & Religionis amore probatam habebat. Deniqve cum parochias more Episcopali circumiret, anteqvam ipse ad convivium accederet, pauperes præcipiebat introduci, qvibus ipse & aqvam ad manus lavandas exhibebat, & eulogiis datis miscebat, & mensa ante ipsos posita, sic demum ad suum convivium cum hospitibus accedebat. (6) Et ut misericordiæ ac pietatis ejus viscera exemplis approbemus, vidimus qvondam, cum inter multos alios cujusdam viduæ filium in longinqva regione captivum abductum, in Sveonum videlicet, pretio redemptum, ipse secum ad patriam reduxisset, & cum ipsum mater sua gaudens videret reversum, sicuti mos est fœminarum, præ gaudio in conspectu ejus astans lachrymata fuisset, ipse qvoqve Episcopus compunctus non minus flere cœpit, statimqve ipsum viduæ filium libertate donatum matri reddidit, domumqve gaudentes ire permisit. Et qvia conversatio ejus secundum beatum Paulum Apostolum semper erat in cœlo, nonnunqvam ipse cœlestibus revelationibus sicuti jam præfati sumus, licet multa omiserimus illustrabatur in terra, ita ut ferè omnia, qvæ ei proventura erant, antea semper sive per somnum, sive per intimam revelationem in mente, sive per excessum ipsi cognita fuerint. Nam qvod diximus fieri in mente, hujusmodi esse putamus sicut in actibus Apostolorum legitur: Dixit *inqvit*, spiritus Philippo. Ad omnia enim, qvæ forte præcipua definire debebat, spatium cogitandi habere volebat, & nihil temere disponebat, anteqvam gratia Dei illustratus, ipse in mente sua sentiret, qvid me- 229
lius esset, sicqve superna visitatione certificatus in mente sine cunctatione, qvæ agenda erant, disponebat. Porro ea qvæ per somnum videbat, sicuti jam superius multa comprehensa sunt; tam vera erant, ut nunqvam cassata reminiscamur. Nam ad probationem hujus rei, omissa referamus Anteqvam ad Bremensem invitaretur Ecclesiam, qvadam nocte visum est ei qvod venisset in qvandam Regionem amœnissimam in qva invenit beatum Petrum Apostolum; Cumqve illum admiraretur, venerunt qvidam homines petentes, ut ipse, beatus videlicet Petrus, eis Doctorem & Pastorem destinare deberet. Qvibus cum ille respondisset, iste est, qvem debetis habere; pastorem Dominum Episcopum coram se stantem proponens, visum est ipsi qvod terræ motus fieret magnus, & ipse in terram cecidisset, & qvod venisset vox super eum, & magna svavitas in mente, unctio videlicet spiritus sancti, ita ut se qvasi innovatum sentiret in gratia Christi. Vox vero qvæ venit qvasi benedictionem super eum fudit. Post hæc iterum, sicut ipsi videbatur, jam dicti viri admonuerunt Apostolum, qvo eis doctorum qvemlibet destinaret. Contrarii enim esse videbantur his, qvæ ille eis ante proposuerat. Qvibus ille qvasi indignando respondit: Nonne dixi vobis qvia hic esse deberet, qvi in præsentiarum stat? Qvid dubitastis? Nonne audistis vocem super eum spiritus sancti ad hoc delapsam, ut eum vobis consecraret pastorem. Qvo dicto somno expergefactus, qvod triennio ante viderat, qvam ad Bremensem regendam invitaretur Ecclesiam, certus omnino factus est, qvod alicubi, in nomine Domini ire deberet, sed qvo nesciebat. Postqvam verò regio jussu ad prædictam Ecclesiam venit, & *eam in honore sancti Petri consecratam* didicit, & 230
nonnullos qvoqve ibi invenit, qvi eum non libenti reciperent animo, recordatus est visionis suæ hac qve de causa consensit, ut illam regendam susciperet Diœcesim, nam aliter nunqvam se hoc facere voluisse attestando dicebat. Eo qvoqve tempore qvando cellam prædictam *Turbolt* habuerat, qvoniam omnis ei cura de vocatione gentium erat, ut eis in sua Legatione prodesse potuisset, nonnullos pueros ex *Nortmannis* vel *Sclavis* emptos in eadem cella causa discendi ad sacram militiam nutriendos posuerat, qvorum qvosdam prædictus *Reginarius* qvando cella ipsa data est, inde abstulit, & ad suum servitium misit. Qva de causa cum nimium esset Dominus Episcopus anxiatus, post paululum visum est illi, qvod venisset in qvandam domum, invenissetqꝫ ibi & venerandum *Regem Carolum* & ipsum *Reginarium*, qvos ipse, ut ei videbatur de iisdem pueris increpavit asserens qvod eos ad Dei omnipotentis servitium nutrire disposuerit, non ut *Reginario* servirent. Qvo dicto visum est ei qvod idem *Reginarius* levato pede suo ad os calcitraret Domini Episcopi. Deniqve hoc facto mox visum est ei qvod JEsus Christus propter eum astaret, diceretqve Regi præfato pariter & *Reginario*. Cur, *inqvit*, hunc hominem vos tam turpiter dehonestatis, scitote qvia ipse Dominum habet, & vos de hac causa non eritis immulctati. Qvo dicto ipsi exterriti facti, conturbati sunt: Dominus vero Episcopus evigilavit, qvod illi ostensum, qvia verum fuerit, testatur ultio divina,

(6) Desunt hæc omnia in Col. Edit. usqve ad caput 31.

qvæ super ipsum venit Reginarium. Nam non multo post iram Regis meruit & cellam ipsam una cum omnibus, qvæ ex parte Regis habebat perdidit, nec ulterius in gratiam pristinam redire potuit.

CAP. XXXI.

Verum de Pastorali ejus gratia qvalis qvantusqve extiterit, præteriisse ne videamur, (7) in illo certe probavimus qvam verum sit, qvod beatus Gregorius in figura Pastorum qvi
231 in nativitate Domini super gregem suum vigilabant de Pastoribus Ecclesiæ dixit: Qvid est inqvit hoc qvod vigilantibus pastoribus Angelus apparuit, eosqve Dei charitas consulsit, nisi qvod illi præ cæteris videre sublimia mererentur, qvi fidelibus gregibus præesse sollicite sciunt, dumqve ipsi pie super gregem vigilant; divina super eos gratia largius coruscat. In omni enim actione illius gratiam Dei cum eo comitasse, multis experimentis probavimus. Nam qvod ipse super gregis sui custodiam sollicitus multa sublimia videre promeruit, & in mente divinitus superna freqventius visitatione inspiratus sit, superius jam in multis comprehensum ostendimus. Deniqve etiam exterius gratia Dei in eo largius coruscante, sermo qvoqve prædicationis illius multa svavitate profusus, partim erat horribilis, ut certo probaretur indicio infusione spiritali verba ejus moderari, qvo miscens terroribus blandimenta vim divini jam prætenderet Judicii, in qvo veniens Dominus & terribilis peccatoribus & blandus apparebit justis. Hac qvippe gratia in verbis qvoqve propriis & vultu admirandus erat, ita ut eum potentes & divites, maxime tamen contumaces & protervi, terribilem attenderent, mediocres vero qvasi patrem piissimo venerarentur affectu. Porro licet signa virtutum velut instrumenta jactantiæ caute fugeret, tamen eo non qværente, & hæc ipsa non deerant, qvod evidenti probatum est indicio, qvia scilicet mandatum Domini ex ore illius in irritum prolatum non cessit. Nam cum qvodam tempore in *Fresia*, in pago videlicet *Ostar-*
232 *gao* in die Dominica prædicaret populo, & inter alia prohiberet, ne qvis in die festo opus servile exerceret, qvidam illorum, ut sunt contumaces & stolidi, domum reversi, qvia serenus erat aer, in pratum euntes; collecto fœno acervos fecerunt; qvibus factis, advesperascente die omnes illi acervi qvi eodem die facti fuerant, divinitus igni consumpti sunt, illæsis illis permanentibus qvi anterioribus diebus præparati in medio constabant. Qvo facto populi in circuitu manentes fumum à longe cernentes, hostem adesse putantes, timuerunt valde. Sed diligentius rei veritatem perscrutantes contumaciam nonnullorum probaverunt esse mulctatam.

CAP. XXXII.

Nec silentio qvoqve prætereundum arbitramur, qvia cum qvodam tempore gens *Nordalbingorum* plurimum deliqvisset, qvorum delictum nimis horribile, & hujusmodi erat; videlicet cum nonnulli captivi, qvi de Christianis terris rapti, & ad Barbarorũ terras perducti, nimis apud exteros affligebantur, spe evadendi inde fugerent, & ad Christianos venirent, ad prædictos videlicet *Nordalbingos*, qvi proximi noscuntur esse Paganis, ipsi eos absqve ulla miseratione, cum ad se venissent capiebant, & in vinculis ponebant; qvorum alios iterum ad Paganos vendebant, alios suo mancipabant servitio, aut aliis Christianis venundabant. Cum ergo hoc Domino innotuisset Episcopo, nimium tristis effectus fuerat, qvod tantum nefas in sua Diœcesi contigisset, sed qvaliter id emendari potuisset non satis ratione colligebat, qvoniam in hoc nefandissimo scelere erant plurimi inretiti, qvi potentes apud eos & nobiles habebantur. Deniqve cum de hac re nimium esset anxius, qvadam nocte mo-
233 re solito divina ei apparuit consolatio. Videbatur namqve illi, qvod Dominus JEsus esset in præsenti sæculo, sicut qvondam fuit, qvando suæ præsentiæ doctrinam & exempla populis præbebat, Visumqve est ei qvod esset cum multitudine fidelium, & qvod ipse videlicet Dominus Episcopus cum eo in eodem esset itinere lætus & adgaudens, qvia nulla erat contradictio, ut ipsi videbatur, sed erat in omnibus contumacibus terror divinitus illatus, & ereptio fiebat oppressorum, & qvies magna in omnibus, ita ut nihil contradictionis aut contrarietatis in ipso videretur esse itinere. Post hanc itaqve visionem confirmatus, ad prædictum populum suam ipse paravit profectionem, ea videlicet voluntate, ut & miseros, qvi irrationabiliter servituti addicti erant, & venditi qvoqvo pacto liberaret, & ne in posterum aliqvis tantum malum commitere auderet, cum Dei gratia prohiberet. In qva videlicet profectione tantam illi Dominus concessit gratiam, tantumqve metu auctoritatis ejus contumacibus terrorem incussit, ut licet essent nobiles & male potentes, nullus tamen eorum suæ consultationi aut imperio nullatenus auderet contradicere. Verum qværebantur miseri, ubicunqve venditi erant, & donati libertate dimittebantur, ut irent qvocunqve vellent. Insuper, ne ulla fraus in futurum pro eadem re obtenderetur, conventionem talem fecerunt, ut non juramento nec testibus se ullus eorum, qvi in prædicta rapacitate mulctati fuerant defenderet, sed Judicio omnipotentis Dei se committeret, aut ipse, qvi pro tali scelere impetebatur, aut certe captivus, qvi alium impetebat. Hoc ergo facto in ipso itinere Dominus veraciter exhibuit, qvod fidelibus pollicitus est dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus

(7) Omnia hæc iu Col. edit. desunt usqve ad verba: Nam qvod ipse &c.

diebus usqve ad consummationem seculi. Tanta enim prosperitate & gaudio iter illud perfecit, ut qvidam cum eo comitantes dicerent, nunqvam se in vita sua tam bonum & tam svave iter egisse. Nunc ergo pro certo, inqviunt, cognovimus qvia Dominus fuit nobiscum. 234

CAP. XXXIII.

Qvanti verò oratione illius, & *unctione olei sacri* sanati sint enumerare non possumus. Hoc enim multorum assertione comperto, certatim ad eum non solum de ipsius Diœcesi, sed etiam de longinqvo venire solebant ægrotantes, medicinam salutis ab eo poscentes. Ipse tamen hæc omnia semper occultari maluit qvam vulgari; nempe cum de hujusmodi virtutum signis aliqvando coram eo fieret sermo, ipse cuidam suo dixit familiari: Si dignus essem apud Dominum meum, rogarem, qvatenus unum mihi concederet signum, videlicet ut de me gratia sua bonum faceret hominem. Præterea cum talis ei esset vita, infirmitate tamen proprii corporis pene assidue laborabat. Omnis qvippe vita ejus fere martyrium fuit. Qvippe in laboribus plurimis infra Diœcesim propriam propter incursiones & de prædationes Barbarorum, nec non & contradictiones malignantium, insuper & cruciatione propria, qvam sibi ipse in corpore suo pro amore Christi nunqvam cessavit inducere. Sed qvid facimus, qvi post tot dulcia & salubria illud cogimur referre, qvod sine nostro luctu non valemus explicare? Nam ætatis suæ anno *sexagesimo qvarto*, Episcopatus verò *trigesimo qvarto*, cœpit gravi corporis morbo laborare, dysenteria scilicet jugi, qvâ cum per multos dies, mensibus scilicet qvatuor, & eo amplius acriter laboraret, & se ad mortem (s) urgeri sentiret, semper Deo gratias agebat, minoremqve ipsum laborem esse dicebat, qvam sua mereretur iniqvitas, illud beati Job sæpius decantans. Si bona suscepimus de manu Domini, qvare mala 235
non sustineamus. Tamen qvia se propter supradictas visiones martyrio potius, qvam tali infirmitate credebat consummari, tristis admodum sanctus sibimet ipsi & peccatis suis cœpit reputare, qvod qvasi spe certissima sua esset culpa defraudatus, illud Psalmigraphi sæpius decantans: Justus es Domine, & rectum judicium tuum. Qvem videlicet mœrorem, cum suo fidelissimo discipulo, qvi ei conscius, qverendo revelaret, & ipse eum consolari intentius studuisset, dicens: qvod non ei promissum fuisset ut gladio trucidaretur, aut igne cremaretur, aut in aqva necaretur, sed ut cum corona Martyrii ad Dominum venire deberet, nullatenus tamen consolationem recipere potuit. Deniqve cum sæpius de eadem re cum prædicto discipulo suo collocutionem haberet, & ipse eum summopere consolari voluisset, ad memoriam ejus revocare studens qvanta in Dei servitio sustinuerit, qvantamqve corporis sui pertulerit molestiam, & qvod, & si nihil talium passus sit, ipsa infirmitas novissima gravis nimium & diutina satis superqve ipsi pro martyrio cum Dei gratia reputari potuisset, ipse tamen nullo modo consolationem recipiens, in supradicto permanebat mœrore. Unde factum est, ut Dominus servum suum non jam ut prius per somnum, sed apertius consolari dignatus sit, qvatenus tanto mœrori suæ gratiæ præstaret remedium. Nam cum qvadam die ad missam in Oratorio consistens pro hoc ipso nimium esset sollicitus, subito in excessu mentis raptus, audivit vocem qvandam sic vigilans, qvæ ipsum vehementer increpabat, qvod ullatenus de Dei promissione dubitare debuisset, qvasi aliqva iniqvitas Dei potuisset pieta- 236
tem vincere: Firmissime, itaqve crede, inqvit, & nullatenus dubites, qvia utrumqve tibi Deus sua gratia faciet, id est, & peccata tibi dimittet pro qvibus modo sollicitus es, & omnia qvæ promisit implebit; qva consolatione suscepta ipse qvoqve solabatur semetipsum.

CAP. XXXIV.

Et exinde sollicitius qvæqve erant in Diœcesi sua procurando cœpit disponere; insuper & privilegia Apostolicæ sedis, qvæ erant de Legatione ipsius facta, in multis libellis jussit describere, & per omnes pene Domini *Ludovici Regis* Episcopos destinare. Ipsi qvoqve *Regi Ludovico filioq; ejus æqvivoco* ipsius hoc ipsum dirigens, addens & sui nominis litteras, qvibus postulavit, ut hæc in memoriam haberent, simul & jam pro ut res dictaret, adjutorio essent, qvatenus Legatio ipsa Dei auxiliante gratia, & ipsis adjuvantibus fructificare, & crescere in gentibus potuisset. Porro cum jam per tres continuos menses prædicta laboraret infirmitate, & Epiphania Domini transisset, optare cœpit qvatenus in purificatione sanctæ Mariæ sibi ad Domini gloriam transire liceret. Qva videlicet festivitate appropinqvante præcepit, & Clero & pauperibus convivium præparari, ut in ipso sanctissimo die epularentur. Jussit etiam, ut tres fierent cerei magni ex sua speciali cera, qvam optimam habuit: Qvibus factis in ipsa vigilia prædictæ festivitatis fecit eos ante se ferri qvibus allatis unum ante altare sanctæ Mariæ accendere præcepit, alterum verò ante altare sancti Petri, tertium autem ante altare sancti Joannis Baptistæ, optans ut ipsi eum de corpore susciperent egredientem, qvi in supradicta visione olim ejus fuerant doctores. Cæterum prædicta infirmi- 237
tate ita erat fatigatus & attritus, ut pene jam in corpore ipsius nihil remaneret exceptis ossibus nervis ligatis & corio tectis. Attamen ipse semper in Domini laude se exercebat. Illucescente verò jam dictæ festivitatis die, missas pro eo, sicuti qvotidie soliti fuerant, cuncti

(s) Col. edit. vergere.

pene qvi affuere sacerdotes, celebrarunt. Ipse verò ordinare cœpit, qvaliter ad populum fieret sermo, asserens nihil se eodem die gustaturum, donec publica finiretur missa. Qva finita cum parumper comedisset & bibisset, per omnem pene diem studiosius suos commonere & ad Domini servitium accendere studuit, nunc communiter, nunc singillatim qvemqve, prout poterat ad Divinum animans servitium. Maxime tamen ejus cura & sollicitudo de sua fuit Legatione ad gentes. Noctem qvoqve seqventem in talibus admonitionibus penè duxit continuam. Fratres verò, qvi aderant, cum & Litaniam facerent, & psalmos ex more pro ejus exitu decantarent, admonuit ipse, ut etiam hymnum ad Laudem Dei compositum, id est, *Te Deum laudamus*, pariter canerent; *fidem* qvoqve *Catholicam à beato Athanasio compositam*. Mane verò facto, omnibus fere, qvi aderant, sacerdotibus sacra missarum solemnia pro eo celebrantibus, *Dominici corporis & sanguinis communione percepta*, elevata manu precabatur, ut qvicunqve in eum qvoqvomodo peccasset, divina ei pietas remitteret. Deinde versiculos istos cœpit freqventius repetere: *Secundum misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam Domine*; &, *Deus propitius esto mihi peccatori*; & *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, tu redemisti me Domine Deus Veritatis.* Cumqve hæc ipse sæpius
238 repeteret, & freqventer anhelitu jam ea freqventare non valeret, cuidam fratri præcepit, ut hæc eadem vice illius freqventando caneret. Sicqve oculis in cœlum intentis Domini gratiæ commendatum spiritum exhalavit (9) vitæ. Cujus corpore *ex more thurato*, feretroqve imposito, cum ad Ecclesiam deferretur illud interrari visum est, luctus videlicet, omnium, & vox una plangentium, maxime tamen, Clericorum, Orphanorum, viduarum, pupillorum, & indigentium. Qvamvis enim de illius salute non sit dubitandum, qvis religiosorum, aut fidelium se justò à fletu continere poterit, cum ille nos desolatos reliqverit, in qvo solo penè omnium antiqvorum vigebant exempla sanctorum. Siqvidem ut ab ipso statim electorum omnium capite incipiamus. Christum inops inopem est secutus, cum Apostolis omnia dereliqvit, & cum sancto Joanne Baptista primævum tempus à turbarum freqventia remotum ducens, monasterii solitudinem expetivit. Ubi cum temporis processu qvotidiano profectu excrevisset, & de virtute in virtutem ivisset, vas electionis ad portandum Christi nomen coram gentibus cum beato Apostolo Paulo deputatus, pascendarum Christi ovium postmodum curam cum Principe Apostolorum Petro suscepit. In qvo regimine qvalem se qvantumqve exhibuerit, hoc vel maxime probare videtur, qvod inter cœlum & terram medius inter Deum & proximum seqvester nunc divinæ visioni, & cœlestibus revelationibus intererat, nunc commissorum sibi actus & vitam disponebat, ad qvas active & contemplative geminas alas ideo ipse sufficiebat; qvia cum mundi cordes soli juxta Evangeliorum fidem Deum credantur visuri, ipse virgo ab eo electus cum sancto Apostolo & Evangelista Joanne & mente & cor-
239 pore virgo in eum permansit, & tanta insuper ad cunctos caritate tenebatur, ut cum beato Protomartyre Stephano etiam oraret pro suis persecutoribus. O vere beatum & omni laudis præconio dignissimum virum, qvem talem ac tantum imitari, qvem solum plurimorum tot simul habere virtutes contigit, qvi mente sanctus & corpore castus cum virginibus agnum, qvocunqve ierit, seqventur, qvi semper in confessione Christi perseverans, gloriosum admodum inter Confessores locum habebit, qvi in sublimi illa cum Apostolis Judicum sede in Regeneratione sessurus est, ac mundum, qvem contempserat judicaturus, & cum Martyribus Justitiæ Coronam & palmam martyrii adepturus. Martyrii duo esse genera constat, unum in pace Ecclesiæ occultum, alterum persecutionis articulo ingruente manifestum; utrumqve voluntate tenuit, ad alterum affectu pervenit. Qvia enim qvotidie semper Lachrymas, vigilias, Jejunia, carnis macerationem, & desideriorum carnalium mortificationem in ara cordis Deo mactabat, martyrium profecto, qvod pacis tempore non potuit, voto consecutus est. Qvia vero ad apertum corporis Martyrium persecutoris gladii sibi animus non defuit, qvod opere minus potuit, voluntate adeptus est. Qvamvis hoc qvoqve Martyrium opere eum habuisse, omnino negare neqveamus, si tantos ejus pro Domino labores juxta Apostolū attendamus. In itineribus sæpè periculis fluminum periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa qvæ extrinsecus erant, instantia ejus qvotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum: Qvis infirmabitur, & ipse non fuit infirmus? Qvis scandalizabitur, & ipse non urebatur? Qvi ergo tot ac tantis est pro Domino & corporis adversitatibus & animi æstibus excoctus, qvomodo Martyr esse jure negabitur, Nam si sola vita per passionem terminata martyrio deputaretur, neqvaqvā Sanctum Evangelistā Joannem calicem suum Dominus bibiturum esse testaretur, qvem minime vitam martyrio fuisse
240 scimus. Proinde si illum juxta dominicam sententiam inter Martyrum numerum ascribendum esse non dubitamus, de eo qvoqve qvem præmisimus sancto planè & beato admodum viro omnino ambigere non debemus. Martyr enim fuit, qvia juxta Apostolum & ipsi mundus & ille mundo crucifixus erat: Martyr fuit, qvia inter Diaboli tentamenta, inter carnis illecebras, inter perseqventes Paganos, semper imperterritus, semper immobilis, semper invictus in Christi confessione usqve ad exitum vitæ permansit. Martyr fuit, qvia dum Martyr testis dicatur, ipse divini semper verbi & Christifici nominis extitit testis. Qva in re nemo miretur eum ad hóc, qvod summo ipse desiderio optabat, & sibi repromissum putabat, Martyrium non pervenisse; qvia nec hoc sibi pollicitum juxta hujus nominis interpretationem probatur. Et certe poterat in aperto corporis martyrio aliqva forte suæ menti elatio subrepere. Qvod ut caveretur hoc divina providentia & spopondit & concessit, unde & meritis suis nihil minueretur, & humilitati, qvæ omnium est custos virtutum, provideretur. Qvo circa, qvia jam ex his, qvæ superius commemoravimus, claret, qvantæ vir iste Sanctitatis, qvanti apud Deum meriti fuerit, restat, ut sicut ipse Christi imitator in omnibus fuit, sic nos qvoqve ejus imitatores esse studeamus, Sic qvippe fieri qvibit, ut & ipse semper usqve ad consummationem sæculi nobiscum vivere possit in terris & nos post præsentis vitæ transcursum cum eo in cœlis vivere mereamur. Vivet namqve nobiscum in terris, si eum vitæ sanctitas & doctrinæ recordatio nobis repræsentat: Vivemus nos cum ipso in cœlis, si ejus exempla seqventes, ad eum semper toto desiderio & tota virtute tendamus, ad qvem nos ille præcessit Jesum Christum Dominum nostrum, qvi cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

FINIS VITÆ S. ANSCHARII,

(9) Reliqva usqve ad finem in Colon. edit. desunt.

GUALDONIS MONACHI CORBEIENSIS POEMA DE VITA S. ANSCHARII

PRIMI ARCHIEPISCOPI HAMBURGENSIS

Abhinc qvingentos & octoginta annos compositum & nunc primum erutum é tenebris.

* * *

PETRUS LAMBECIUS LECTORI S.

QVod superiùs tibi pollicitus sum, Amice Lector, hactenus ineditum GUALDONIS poëma S. Anscharii, id uti olim ex antiqvissimo Codice Corbejensi Lutetiæ describendum curavi, ita nunc, quâ par est fide, publice hic oculis omnium atque judiciis exhibeo. Multa equidem passim in eo occurrunt barbara, solœca multa, multa novè, ineptè & contra ipsos etiam prosodiacos canones posita: quæ omnia tamen consultò præterii, quippe cum neque fas neque opus esse crediderim, quidquam eorum corrigere & immutare, quæ in Archetypo invenissem. Si omnia enim, quæ eruditum lectorem hic offendere possunt, voluissem emendare, minori, ut opinor, negotio Augiæ stabulum repurgassem, & ipsum poëma, novum plane atque aliud prodiisset. Prætereà neminem existimo fore tam iniqvum, qui à barbari seculi scriptore puritatem & elegantiam Virgilii desideret, aut mihi, qui eum publico, vitio vertat, quod barbarum illum potius, quam pro lubitu à me correctum ediderim. Nam quod in præfatione ad superiorem S. Anscharii vitam pro mea parte ad defensionem attuli, id cuivis, qui in hoc etiam Gualdonis poëma incidet, ante nunc denuncio; alio nempe nullo respectu id in lucem à me proferri, quàm quod passim ei non pauca intersita sint, quibus Urbis nostræ & finitimarum septentrionalium gentium historia plurimum possit illustrari. Quod ad verba igitur & poësin attinet, velis nolis, Lector, hoc Catone contentus sis necesse est, &, quicquid ineptum aut barbarum occurret, seculi Genio imputes. Vale.

PRÆ-

PRÆFATIO

243 *Ad ALBERTUM decimum tertium Hamburgensem Archiepiscopum, qui temporibus imperatorum Henrici tertii & quarti floruit, & decessit Anno Æra Christiana* 1072.

DUlce tuis, ALBERTE, decus, jubar ignivaporum,
Ecclesiæ turris, Regni Diadema decorum,
Gloria Pontificum, Regum venerabile Numen,
Qvod tibi mater init *Corbeja*, sume volumen.
Id tamen ante tui sibi direxere priores,
Sed non illa suos acuit scriptura tenores:
Per planum discurrit iter sermone pedestri,
Non se per tumulos moderamine flectit eqvestri.
Scanditur hoc senis pedibus modulante Thalia,
Qvam petimus ne vestra velit reprobare Sophia.
Hæc pro pignoribus collatis dona rependit,
Cujus ab uberibus felix puer ille pependit,
Qvi Lac salvificum Scythico stillavit in orbe,
Primus & *in vestra* surrexit Episcopus *urbe*.
Qvam speciosa fuit tua mater sancta juventus,
Cujus adhuc vernat jam canis sparsa senectus.
Qvalis eras cum Regis opes *Adalardus* & aulas
244 Respuit, atqve tuas albo cum vellere caulas
Ingrediens, primo gradu surrexit ab uno.
Hic tibi *Ratbertum* genuit, sapientia cujus
Guttura ditavit dociles ingressa recessus,
Contra Catholicus ne sibilet impius angvis.
Verus in altari Christi de corpore sangvis
Stillat, & occisi pro mundo carnibus Agni
Vescimur in terra, per qvod revocamur ad astra
Fitqve per hoc epulum Domini mens nostra sepulchrum.
Hanc scriptura fidem tenuit, qva condidit idem
Matris Corbeiæ rector *Paschasius* ipse,
Tertius à primo decimus, sed qvartus ab ipso,
Qvi dedit Ausonijs leges & fœdus in armis,
Regni præsidium, Lux mundi, gloria Regum,
Et pater & custos *Adalardus* nobilis Heros.
Hic tuus *Anschari* bonitate magister in omni
Extitit, hoc dulces hausisti fonte liqvores,
Qvêis inrorasti *Sclavos, Danosqve* rigasti
His Aqvilone rigens, chorisqve nivalibus arens
Tota madet guttis, fœcundaqve fruge salutis
Erroris lolium contrivit humus *Sveonum*.
Invia terrarum rivis portantur aqvarum.
Stagnat enim fluviis cremus prius usta pruinis,
Per deserta rubent incultis sentibus uvæ;
Cum myrtho redolet lignum felicis olivæ,
Cedrus odora, comis abies sublimis & ulmus
Collibus incubuere venustate humillima buxus,
Qvæ nescit labi convalles fronde virenti.
Fontibus irriguis divini gratia roris
Exprimitur, per qvam reparatur languidus Adam.
Per torrentis aqvas fidei doctrina redundans
Rite figuratur, eremi sitis unde rigatur:

Spina

Spina manum lacerat, doctoris lingua cruentat
Cor delinqventis verbi mucrone potentis. 245
Qvas Deus infundit qvas mens liqvefacta refundit
De lachrymis animæ pendent in sentibus uvæ
Contusæ myrthus, qvæ corporis alligat artus
Exprimit afflictis affectum compatientis.
Myrthus membra fovet, compassio tristia mulcet,
Pectore propellit curas animumqve reducit.
Et qvid elemosynæ speciem nisi fructus olivæ
Innuit? hac flammas assumit ab arbore lampas,
Et dum diffusis opibus miseretur egenis
Fructus elemosynæ liqvor ut redolentis olivæ
Emicat ante Dei faciem splendore perenni.
Qvæ cariem nescit, qvæ nulla labe putrescit
Qvos virtus celebrat sua cedrus odora figurat.
Horum tota Dei domus halat odore svavi.
Qvi meritis operum per signa potentia rerum
Christi pace vigent, nullaqve putredine lucent.
Hyrta comis abies sublimi vertice nubes
Excrescendo petit, cœlumqve cacumine tangit.
Qvis tenet hanc speciem, nisi qvi trans æthera mentem
Vibrat & in terris positus, caput inserit astris.
Ulmus opacat humum, per frondea brachia fructum
Non habet ipsa tamen, portat cum germine vitem
Divitiis mentes ut frondibus exuberantes
Ex mundi culmo portendi remur ab ulmo
Sed qvamvis terræ famulantes germina ferre
Virtutum neqveunt, justis umbracula fiunt,
Qvos dum sustentant botrum cum palmite portant.
Buxus nec fructum profert, neqve crescit in altum
Est tamen hyrtarum fœcunda virore comarum:
Imbecilla per hanc speciem prætenditur ætas,
Qvæ si cum fructu non tollit ad alta cacumen,
Sed tamen æternum fidei tenet ipsa virorem.
Qvid virgulta per hæc discurrit sermo Poetæ? 246
Qvid ne per excessum perstringit verba Prophetæ
Rite sub arboribus ripi cum paradigma ciemus.
Namqve per *Anscharium* Dominum plantasse videmur
In Danis hortum virtutis odore refertum.
Cum cedro spinam, cum myrtho sevit olivam
Hæc flagrat, hæc pungit, micat hæc ea membra.
Nam redolet virtus, fit enim hæc correctio clavus
Fit medicina dolens, miserans jubar, & liqvor ungens.
Alta petens abies, ulmus frondosa virescens,
Buxus ut accumulent horti speciosa cohærent
Hac theoria nidet, hac vitis ab arbore pendet
Hac viret alma fides, qvæ nec sub sidere canis
Æstuat hyberno nec marcet frigore cauri.
Ergo per *Anscharium* glacialis & invia tellus
Danorum Domini frondescit uti paradysus
Occidit umbra nocens feralis sylva comantes
Ramos deposuit luti cecidere vacantes
Usibus errorum: latebræ patuere Magorum
Excessit cultura Deum polluta cruentis
Officiis pecudum, jam non furit augur in extis
Omnis in Eccesiæ populus sacramenta cucurrit.
Repulit omne nefas, Christo sua colla subegit

Imperat in terris Deus, exulat invidus anguis.
At qvi barbariem domuit, qvi propulit hostem
Signifer & Domini procursor *in urbe Bremensi*
Transqve *Albim* regnat, sed Gallica rura serenat.
Pignoribusqve suis ditat cunabula matris.
Unde pater digne grates, ALBERTE, referre
Non tibi sufficimus meditari, qvippe neqvimus
Qvid de te primum sit nobis commemorandum.
247 Si genus occurrit Regum de sanguine prodit
Stirpis origo tuæ, sed nobilitatis opimæ
Fultus apex titulis transcenditur indole mentis
Præminet imperio ditione Hierarchicus ordo
Altior officii gradus est diademate Regni,
Qvamvis per Regem conscendit honoris ad arcem
Insula Pontificis plus est qvam purpura Regis,
Nil tibi detractum, nihil est, ALBERTE, negatum:
Gloria, nobilitas, species, decus, ampla facultas,
Progenies, qvæ prima putat mortalis & ambit.
Omnia sufficiunt tibi, nil fortuna reliqvit.
Qvo possit niti, qvo possit opinio tendi
Qvæ partim conferre solet natura, qvibusqve,
Dona suæ cumulavit opis locupletius in te.
Corporis est habitudo decens, jucunda senectus,
Cor prudens, mens sancta, fluens dulcedine pectus.
Aspectu frons læta suo, vox blanda loqventis,
Gratior in sermone favi dulcore loqventis,
Affectu miseris pietas effusa benigno,
Larga manus nulli vultu contracta retorto.
Ergo, qvid alme Pater, reparati corporis Isrel.
Currus & Auriga Christi libamen & ara,
Tene levem dicam nubem residemve columbam
Nil defraudabo tibi nomen utrumqve vocabo.
Dum terris cedens animo, cœlestibus hærens,
Abdita rimaris, hominum dum pectora guttis
Doctrinæ in roras: qvasi nubes æthera tranas;
Cum verò refugis per turpia lucra rotari,
Nec cohibes oculos per devia qvæqve vagari,
Cum mitis placidus non exardescis in ira,
Ad propriam resides sine felle columba fenestram,
Hæc super *urbs Romana* tibi sacravit honorem
248 *Legatum* terram qvem fecit in ulteriorem
Sedis Apostolicæ primæqve Vicarius urbis
Castra Dei metator habes in finibus urbis
Si tua majestas adeoqve potentia crevit
Ut rerum Dominæ, qvæ mundi Regna subegit
De solio Romæ confidat Episcopus in te,
Qvi cœlos reserat, qvi vincula cuncta resolvit,
Auspiciis *Patriarcha* tuis ad regmina surgit.
Ergo tuæ petimus memor esto senilis alumnæ,
Ne titubet, sis turris ei, roborqve columnæ,
Qva nihil in terris fuit excellentius unqvam.
Extulit hanc *Batildis* humo Regina puellam
Fecit & Thalamum genitrix pulcherrima Regum
Pulchra subornavit gemmis *Simoniqve* dicavit,
Cum thalamo sponsam Petrus illi contulit arrham
Libertatis opem, sibi ne manus æmula dotem
Auferret per vim, vel eam subverteret olim.

Nupta semel soli post se non nuberet ulli.
Nec sibi rivalis *Præsul* foret *Ambianensis*,
Neve bonis sponsæ præsumeret improbus esse.
Talibus auspiciis *centum qvatuor* hactenus *annis*
Altrix Anscharii, conjux *Corbeja* Petri,
Qvamvis pertulerit discrimen, libera mansit.
Verum qvæ qvondam viguit qvasi libana cedrus,
Jam senio marcens dependet ut arida qvercus
Sed tamen hæret humo, nec turbine flectitur ullo.
Ergo manum prætende, libenter, *Episcopus urbis*
Romanæ, decernet ei, qvodcunqve rogabis.
Talem se lætetur avus genuisse nepotem,
Qvo tutante suam conservet libera dotem.
Maternis laribus sacro de corpore pignus
Transmissum per te, fœdus renovavit utrinqve
Qvod Deus æternet nobis, omniqve gubernet 249
Tempore, te mortis pater eripiendo periclis.
Contra naturam qvem compulit esse Poetam
GUALDO tibi fidus sanctissime Præsul amicus:
Tu ne forte scaber stilus informisve character
Irruget nares doctas, aut differat aures.
Corrigere transductis abolens errata lituris.

INCIPIT NARRATIO VITÆ S. ANSCHARII.

Præsulis Anscharii tenet actus iste libellus,
Qvaliter altrici qvondam tellure profectus
Sidus uti rutilans, qvod noctis nubila pellit,
Disponente Deo *Danorum* Regna petivit.
In tenebris mortis gens illa sedebat & umbra,
Mors erat errorum populi caligo profunda:
Barbara sacrilego cultu portenta colebant
Horrendumqve nefas vice Religionis habebant,
Nondum justitiæ sol luxerat in Regione:
Nullus adhuc liqvidis baptismi mersus in undis,
Per Sacramenta piæ fidei deterserat in se
Aut labem propriam, vel qvæ pater intulit Adam.
Ergo Dei penitus leges miserabile vulgus
Ignorans sacris operam dabat impietatis.
Ast opifex hominum, qvi librat pondera rerum
Te, pater Anschari, Deus illum misit in orbem,
Ut per te populi dissolveret impietatem.
Ergo beate pater, stellanti sede recepte,
In terra positis fer opem fidentibus in te.
Addere pauca tuis amor est Epigrammata gestis,
Vela damus pelago, votis pater alme faveto.

CAP. I.

Libri principium lachrymas & gaudia miscet. 250
Corbejæ Patres in primis rite salutant.
Discipuli Patris *Anscharii* gemitumqve freqventant
In partes animi fluctu pietatis aguntur
Et nunc ad lachrymas, ad gaudia nunc rapiuntur,
Qvod pater occubuit, qvod mortis debita solvit
Plangunt & lugent; petiit qvia sidera gaudent,
Ut sit in exemplum lecturis vita per ævum,
Tradunt notitiæ, bona qvanta peregerit ipse

Cap. II.

Arguit infantem levitatis virgo vacantem.

Virtutum meritis primis excrevit ab annis.
Lustrum fermè puer compleverat, & sua mater
Cesserat humanis thalamis illata supernis.
Tradiderat natum parer artibus erudiendum.
Cum sociis pueri pariter proclive vagantis
Arguit errantem per somnum visio mentem.
Lubricus & lini locus humens labe tenaci
Infantem qvadam sopitum nocte tenebat
Ut vix inde suum posset convertere gressum.
Sed via propter erat, mulier speciosa per illam
Ibat, eam multas vultu formaqve venustas
Vidit pone seqvi, matremqve suam comitissam
Ut tener agnus ovem cupiebat adire parentem
Sed palus obstabat, gressumqve movere neqvibat.
At mulier, sanctam qvam credidit esse Mariam,
Dixit ei, fili, vis esse comes genitrici?
Otia mundanæ levitatis lubrica sperne.
251 Sperne voluptatem, gravitatis habeto rigorem.
Nullus enim nostri poterit collega videri.
Captus ludibrio, qvod nos horremus. Ab illo
Tempore se totum puer immutavit in actum,
Ut vitæ species sociis mirabilis esset

Cap. III.

Principis interitus Monachi deterruit actus.

Cæsariem tonsus post hæc, monachumqve professus,
Cœperat in studiis sancti torpere rigoris,
Cum subito *Regem Carolum* cognovit obisse,
Et vitæ sceptrisqve modum simul imposuisse.
Regis decessu gravis illum terruit horror,
Rursus & in totis canduit ossibus ardor,
Rursus amore Dei cœpit langvescere justus;
Prorsus cœpit ei florens arescere mundus.
Venerat ergo dies omni pietate celebris,
In qvo Discipulos qvondam sacer imbuit ignis.
Nox erat & somnus langventes solverat artus,
Cum subito sese moriturum cernit, & ipse,
Horrescens mortem Petrum vocat atqve Joannem.

Cap. IV.

Ocurrunt hilares animæ Petrus atqve Joannes.

Jamqve per excessum de corpore raptus abibat,
Splendidiorqve virum species & vultus obibat,
Ecce repente viri forma cultuqve verendi
Apparent; unus, cano, planoqve capillo,
Jam senior, miti vultu facieqve rubenti,
Veste coloratus, habitu brevis & moderatus.
Indicio formæ *Petrum* cognovit adesse.
252 Alter erat longus, juvenis macer, ore serenus,
Fusca cæsarie, crispus, barbatus, habensqve
Purpuream vestem, qvem credidit esse *Joannem.*

Hi circumstantes animam per luminis auram
Ad qvemdam duxere locum, qvi torrigus igne
Flammivomo, verè sibi *purgatorius* esse
Constiterat, nullo narrantè qvid esset. In illo
Demissus tot sustinuit tormenta malorum
Inter pressuras densosqve globos tenebrarum,
Immemor ut mundi vix sufficeret meditari
Qvi tam difficilis potuisset poena parari

CAP. V.

Offertur Domino productus ab igne vapore.

At cum per visum triduo pateretur in umbris,
Qvod sibi mille fuit spatium prolixius annis,
Ecce iterum rediere viri sat splendidiores,
Qvi circumstantes immobiliterqve meantes,
Per calles incorporeos in lumine puro
Ducebant animam, seu retulit ipse: Videbam,
Inqvit, sanctorum cœtus orientis in orbe
Longe diversos, qvosdam vicinius esse,
Hos procul astantes, omnes tamen aspicientes
Auroram manibus tensis orientis ad ortus.
Isti summissis, resupinis vultibus illi
Numen adorabant, qvod solis ab axe micabat.
Jam locus auroræ nos accipiebat, & ecce
Luminis ante fores secus introitum seniores
Qvatuor atqve qvater qvini totidem reverenter
Effulti soliis resonabant cantica laudis.
Dulcis erat laus illa qvidem carmenqve svave,
Redditus at terris ea non potui retinere. 253

CAP. VI.

In splendore Dei non est modus aspicientis.

Lucis inaccessæ splendore mirabilis illic
Sed vincebat idem jubar in spatio * *Zoroontem*
Ut nec principium, nec finem cernere possem
Purpurei splendoris erat color atqve serenus
Inde pias animas satiabat grata voluptas
Sed per circuitum qvamvis acies oculorum
Iret & in partes diversas volveret orbes,
Qvod tamen intus erat, visu penetrare neqvibam.
Exteriora videns, intrinsecus esse putabam.
Luminis auctorem, lux inde profunda ruebat,
Qva per circuitum chorus ille sacer radiabat.
In cunctis Deus unus erat, manus omnis in ipso
Sanctorum, supra qvam Deus intus & extra
Omnia girabat Deus, idem cuncta regebat.
Non polus aut tellus, non Cynthia, sed neqve Phœbus
Hac in parte mihi penitus potuere videri,
Nil ibi corporeum nil materiale videndum.
Lux radiis aciem non impediebat ibidem

CAP. VII.

Vox de martyrio sonat, & non paret imago.

Qvamvis ergo senes fulciri sede putarent,
Attamen absqve throno chorus ille sedebat in ipso,
A qvo lux rutilans qvia fons manabat inundans.

Cujus erat species, ut in arcu splendida nubes,
254 Cumqve per immensam divini luminis auram
Luminis ad fontem deductus forte fuissem,
Omnipotentis ubi Majestas esse videri,
Atqve viri mecum summissis vultibus illud
Numen adorassent; tonuit fragor altus ibidem
Vocis clarisonæ, qvæ verbum pertulit ad me:
Huc cum martyrio victor rediturus abito.
Hic chorus obticuit, vox alta silentia fecit,
Nec vidi formam, qvæ vocem protulit illam.

Cap. VIII.

Digressu luget, reditus solamine gaudet.

Hinc ergo digrediens nimium tristatus abibam,
Sed de spe reditus solamina concipiebam.
Porro viri placidè fixis obtutibus in me;
Me deducebant, & tam pie respiciebant,
Qvo vultu tenero mater blanditur alumno;
Nil redeundo mihi nil prorsus eundo locuti.
Corporis his ducibus sic sum per membra refusus
Hoc in progressu verum tamen atqve regressu
Nec labor ullus, mora nec nos ulla tenebat.
Qvo tendebamus, qvoniam properanter eramus
Et licet ex tanta videar dulcedine pauca
Enarasse, tamen rerum depromere partem,
Qvas animus sentit, carnalis lingva neqvivit
Nec mens ipsa capit, nec enim vis corporis haurit
Auris, cor, oculus, splendorem luminis hujus:
Hæc justi mentem summæ virtutis ad arcem
Visio promovit, cœpitqve beatior esse,
Inqve dies Domino se mortificando litare,
Martyr uti roseam posset contingere palmam.
255 Qvam licet hostili non ille dicaverit ense,
Per crucis introitum martyr fuit absqve cruore.

Cap. IX.

Orat, Christus adest, gemit, ille piacula delet.

Inde magistratus regimen præceptor adeptus,
Cum *Sanctum* peteret *Petrum*, claustrumve rediret,
Gressum figebat, *Sanctiqve Joannis* adibat
Privatis aptum precibus lachrymisqve *Sacellum*,
Illius ut sacram clam se mactaret ad aram
Et jam bis tropicum sol volverat aureus annum,
Ex qvo per visum raptus fuit in Paradisum.
Se procumbentem precibus cum justus eodem
Qvadam nocte videt, sed cum discedere vellet,
Ecce per introitum veniebat vir venerandus
Schemate judaico, procerus & ore coruscus,
Cujus ab aspectu splendor stillabat ut ignis.
Luminis inditio facies erat omnipotentis,
Intuitus vultum, Christum fore credidit ipsum,
Et nil cunctatus pedibus provolvitur ejus.
Cumqve jaceret humi, prostratum surgere jussit.
Cum staret Domino coram reverentius ergo,
Ejus & ardentem conspectum ferre neqviret,

Dixit ei blande: Tua nunc delicta fatere,
Juſtificeris uti. · Non eſt opus, omnia noſti,
Ille refert, re nulla latent. Mihi cuncta pateſcunt
Inquit, eoqve mihi volo mortales profiteri
Qvatenus abſolvi valeant, veniamqve mereri.
Ergo repente viro cum ſimplicitate profeſſo
Omne qvod â primis ſcelerum commiſerat annis:
Ne vereare, tuas ego ſum qvi deleo culpas
Hæc ubi vox ſonuit, vir ſplendidus ille receſsit, 256
At Domini ſervus ſomni torpore ſolutus.
Exultare ſibi venia peccata remitti

Cap. X.

Cœlica quo penetrat radio terrena tenebat,

Sic prælectus homo cœli ſecreta videndo,
Crebrius in ſomnis proceſsit eo bonitatis,
Ut ſimul ignitum jubar & ſplendore coruſcum
Abſcondi gremio modii non poſſet opaco
Hoc ignorantes cauſam fortaſſe movebit,
Matrem Corbejam qva conditione reliqvit,
Cum perſiſtendi ſacramentum fecerit illi.

Cap. XI.

Albo martyrii puerum videt attitulari

Contigit hæc inter puerum qvod perculit alter,
In caput ê tabula, mortis comitante ruina
Qvi percuſſus erat *Philbertus* nomen habebat.
Hic pater Anſcharius ſomno mœrore ſolutus.
Illius Angelicis animam vectarier ulnis
Vidit ad æternam reqviem cœloqve receptam
Martyribus Chriſti feliciter annumerari,
Et didicit, qvoniam meruit patientia palmam.
Sed ne præcipites evertat qvæſtio mentes.
Haud levitas hominem rapuit, nec religionis
Fregit propoſitum, patriis digreſſus ab oris.
Cœnobium qvoddam, nomen dixere moderni
Corbejam ductum de nomine matris eorum,
Saxonum in terris, qvas *Viſcera* proluit amnis,
Regum progenies, & Regum nobilis hæres,
Exilio remeans, *Adalardus* condidit *Abbas* 257
Illuc *Anſcharium* direxit ad erudiendum
Pignora prima ſuæ *Corbeja mater* alumnæ.
Qvo turbis crebro verbum Domini faciendo,
Undiqve cum ruerent & templi ſepta replerent,
Ad Chriſti cultum formam dedit & documentum
Nobilis ipſe pater populi, lociqve magiſter.

Cap. XII.

Regni primatus recipit Rex fonte renatus.

Regibus interea Danis in cunctibus arma
Privatus ſceptris *Heroildus* fraude paternis
Supplex Auguſtum Rex expetiit *Ludovicum*,
Ejus uti per opem Regni repararet honorem
Regem magnifice detentum Cæſar apud ſe

Cœpit

Cœpit adhortari suscepto nomine Christi
Fonte perennis aqvæ lavachrum novitatis inire,
Sic ope *Francorum* citius sibi subveniendum,
Si foret in populis communio Religionis.
Tandem mollitus divino numine *Danus*
Credidit, & liqvidas fontis descendit in undas;
Qvem Cæsar *niveis*, ut mos est, induit *Albis*
Et pater in lavacri natalibus extitit illi.

Cap. XIII.

Mittere qvem possit Cæsar cum Rege reqvirit

Auspiciis opibusqve suis altricibus oris
Cæsar item profugum missurus sceptra receptum,
258 Ut direpta sibi, sollerter qværere cœpit,
Sicubi forte virum sibi qvis reperiret honestum,
Ac pietate gravem, verbi virtute potentem,
Qvi cum Rege libens prodiret, eiqve cohærens
In sermone Dei superesset jure magistri
Ingrueretqve suis in dogmate religionis.
Unde sacerdotes super hac, aliosqve fideles
In cætu procerum reconveniendo suorum,
Cæsar huic operi sibi qvemlibet insinuari
Orabat, dignum simul & procedere promptum,
Æternæ populis lumen proferre salutis.

Cap. XIV.

Pro dando monachum Walo lætificat Ludovicum.

Omnibus ergo virum se scire negantibus esse,
Qvemlibet, hoc pondus qvi vellet sponte subire,
Exul ut externis Regem seqveretur in oris
Abbas Corbejæ veteris Walo prosilit ante,
Esse sibi monachum fassus perferre paratum,
Si contingat ei, mortem pro nomine Christi.
Vitam, propositum, mores, animi qvoqve votum
Cum laudavisset, docuit qvod idoneus esset
Clangere signa Dei, vexillum tollere Christi,
Se nescire tamen, num sponte migraret in orbem.
Non tolerando moram Cæsar, præcepit ad Aulam
Acciri monachum, cui providus *Abba* qvid actum,
Aut dictum foret exposuit, retulitqve vocari
Cæsaris ad solium, qvæ causa cœgerit illum:
Anscharius sese facturum naviter esse
Cuncta refert injuncta sibi pro nomine Christi.

259 Cap. XV.

Sanctus inesse sibi votum profitetur eundi

Hinc vir ab Augusto coram productus abire
Vellet utrum cum Rege rogatus ad ultima terræ
Per verbum domini Danos evellere morti?
Hanc *ait*, aggrediar constanti pectore pugnam
Abbas, *inqvit*, ego, non te hoc fasce gravabo;
Qvod si sponte subis, fas nostri juris habebis
Arbitrium de te gratum mihi noveris esse.
Ille nihil Domini præponens insit amori:
Omnibus ultro modis ego me suppono labori.

CAP. XVI.

Exilio monachi graviter turbantur amici.

Res ubi percrebuit vulgiqve per ora cucurrit
Isqve clientelæ discurrens rumor ubiqve
Claruit Abbatis, multis inopina stupori
Causa fuit, patriis qvod cedere vellet ab oris.
Qvod sibi post habitis consangvinitate propinqvis,
Dulcia fraternæ linqvens consortia turmæ,
Barbariem sævam peteret gentemqve profanam.
Pluribus opprobriis qvidam simul & maledictis
Deterrendo virum tentabant frangere votum.
Ille nihil motus nec duris cedere pronus,
Fixior hærebat cœptis annixa voluntas.
Flecti non poterat, sed cum properaret ad aulam,
Abbas, ipse domi turba semotus ab omni
Contiguum qvoddam vinetum solus adibat.
Illic orabat latitando, librisqve vacabat.

CAP. XVII. 260

Autbertus fratrem, dum tentat, adhæret eidem.

His erat *Autbertus* frater cum patre diebus,
Qvi cum crebro virum latebræ captare recessum,
Et nimis attentum curisqve ingentibus ægrum
Cerneret, auferri cœtu, cum nemine fari,
Rem miserando, die qvadam devenit ubi ipse
Vineti vacua secretus agebat in umbra:
Præmissoqve *vale*; viridi consedit in herba,
Tum percunctari cœpit, qvid mentis haberet,
Utrumqve pro Domino Danos peregrinus adiret?
Ille dolis falli metuens, id qværere noli,
Neve meam super his mentem turbaveris, *inqvit*.
Non tibi decipulæ laqveus prætenditur à me,
Ille refert, de te sed certius omnia nosse,
An tibi sit cordi via gentis pande volenti,
Tunc Heros alacris pro sedulitate rogantis
Intulit, an vellem Paganis ferre salutem,
Est mihi propositum; placet, idqve refellere verbum
Horreo, qvin sanctæ rapior pietatis amore
Gentibus ire salus, errorum solvere nexus
Nec valet inde meam mentem pervertere qvisqvam.
Tunc *Autbertus* ei, non, inqvit, solus abibis
Hoc ego in Domino tecum luctamen inibo,
A Pastore mihi si copia fiat eundi.

CAP. XVIII.

Conformes Patri veniunt in fœdere Christi.

Vinxit ut ergo fides amborum fœdere mentes,
Obvius Abbati fuit ipse domum redeunti,
Insinuatqve viæ Collegam se reperisse, 261
Fidum, concivem, subiturum sponte laborem,
Nomen Personæ cum qværeret ejus; & ipse
Diceret *Autbertum*, sibi mira relatio multum
Intulit horroris, stupuit studium novitatis

Affectare virum, qvem nobilitaret origo
Prosapiæ veteris titulus & sangvine longo,
Gratior in rebus sibi qvi popularibus esset
Provisorqve domus post se prima loca teneret.
An tamen ire velit rogat, ille fatetur amicum
Se non posse pati patria decedere solum;
Æterni sese compelli Regis amore
Esse viri comitem, pro posse ferendo juvamen,
Si comitetur eum sua vel permissio fratrum.
Abbas respondit, si mavis ire, licebit;
Attamen ex famulis ego nullum deputo vestris
Obseqviis qvemqvam, nec enim procedere cogam
Invitum vobis, nisi qvemlibet inveniatis
Qvi velit ire simul, fieri peregrinus & exul.
Qvo foret aversus, non sic est inde locutus
Nobilis ille pater, sed eo qvia flagitiosum
Cogere nolentem tunc temporis esse colonum
Inter paganos erat & nimis invidiosum.

CAP. XIX.

Qvæ sunt apta viæ Cæsar legavit utriqve.

Cæsaris oblati post hæc obtutibus ambo.
Athletæ Christi, conjurant fœdere sacro
Contra fana Deum sese committere bellum,
Eminus emissis Reges urgere sagittis,
Cominus ense Dei prærumpere pectora vulgi.
262 Cæsar agens grates Divum locupletius hostes
Ornat, & in tanto qvæ credit idonea bello,
Armis Ecclesiæ munitos jussit abire
Post Regem, liqvidis qvem nuper merserat undis,
Esse sui memores monet arcus inter & enses,
Et triplicem fidei clypeum prætendere Regi,
Confirmare suos noviter hæc castra secutos.
Ne minus instructis hoc in certamine martis
Æmula vulnificam manus intorqvendo sagittam,
Falleret incautam funestis fraudibus alam.

CAP. XX.

Nullus amicorum comes voluit esse virorum.

Cæsare digressis igitur Regemqve secutis
Nullus in obseqvium comitum fuit aut famulorum
Nemo seqvi voluit, nullum pater ire coëgit.
Rex erat ignarus, rudis utpote pignoris hujus,
Qvem deferre Dei famulis deberet honorem,
Porro suis, qvi dissimili ratione priorem
Duxissent vitam, prætendere sedulitatem
Affectus neqve cura freqvens erat, unde profectis
Difficilis fuit & munii via plena laboris.
Ut tuta tandem statione *Colonia* classem
Excepit, monachis compassus Episcopus urbis
Hildeboldus opem tulit, attribuendo biremem,
In qva vectari deberent, vasa reponi,
Firmis exstructam compagibus & satis aptam.
Duplicibus tectis illectus schemate navis

Rex

Rex elegit ea vehier, frueretur ut una
Ipſe domo, monachis eſſet pars altera navis.
Inter eos ita crevit amor & reverentia ſanctis 263
Officium majus famulantum cultior uſus.
Hinc per *Dorſtadum Freſonum* prætereuntes,
Proxima *Danorum* ſiſtunt in littore naves.
Ergo qvod interdum Regem conſiſtere tutum,
In ſolio Regni prohibebat motio belli,
Fixit ei certum trans *Albim* Cæſar Aſylum.

Cap. XXI.

Fructificante fide moritur ſocius logotheta.

Hic aliqvando viri loca per diverſa ſecuti
Regem, gentiles inter Chriſtumqve colentes,
Ut diſcurſus erat ſibi, promulgando ſalutis
Dogmata, nonnullos rapiebant ore draconis,
Qvotqve diebus erant, fidei qvos rete trahebat
Sicqve novus in domino fœcundâ matris ab alvo.
Eccleſiæ fœtus fontis currebat ad ortus.
Ipſi autem ſacri ſpiraminis imbre refuſi,
Uberius ſacræ pro Religionis amore,
Cœperunt juguli ſtudio curaqve freqventi
Qværere, qvos emerent pueros, Chriſtoqve dicarent,
Nec non ex propriis aliqvot Rex tradidit ipſis,
Qvos ad militiam nutrirent omnipotentis.
Unde brevi ſenos ſchola bis collegit Ephebos.
Aſcitis etiam ſociis hinc inde qvibusdam,
Cum fructu late ſibi crevit opinio famæ.
Sol bis ſigniferi ſpacium luſtraverat orbis
Hoc in gymnaſio cum deſudantibus ipſis
Mors, qvæ cuncta metit, fœdus ſociale diremit.
Contigit *Autberti* valetudine membra gravari,
Pro qvo *Corbejæ juniori* ductus, ut ante.
Præſcierat, tritus multis langvore diebus,
Ceſſit naturæ ſolemni tempore Paſchæ 264
Trans ;exutus itu felici carnis amictu.

Cap. XXII.

Miſſurus Byrcam monachus revocatur ad aulam.

Gentis Barbaricæ *Sveonum* contigit inde
Legatos qvosdam veniſſe ad Cæſaris Aulam.
Qvi cum mandatis habitis de rebus agendis
Induperatori dixerunt, fonte renaſci
Velle ſuæ gentis qvosdam, Dominoqve dicari.
Eſſe ſuum Regem promptum ſatis ad pietatem,
Præcones tantum mereantur habere per ipſum.
Cæſar ad omne bonum promptisſimus, experimentum
Ex re qvi caperent, miſſum decernit, ut idem.
Si foret in populo devotio credulitatis,
Inciperent normam ſibi tradere Religionis.
Corbejæ pro qvo Rector conſultus ab ipſo
Iterum, ſi qvem monachum ſibi prodere poſſet,
Aut qvi Regna libens *Sveonum* viſere vellet,
Vel potius cum Rege maneret, ut in regionem

Anscharius rerum Domini legatus abiret,
Ergo Dei propere famulus revocatur, & ante,
Qvam veniens oculis assisteret imperitantis,
Attendere comam prohibetur, radere barbam.

Cap. XXIII.

Principis ad nutum subit ultro negotia rerum.

Militis invicti mens præscia se revocari.
Ad studium pugnæ Christi flagrabat amore,
Omne bonum ratus invigilare lucris animarum.
265 Proposuit patienter homo perferre periclum,
Hæc si forte sibi via qvid peperisset acerbi,
Neve per anfractus raperet dubitatio pectus,
Fundarat certam spem cordi visio qvædam.
Incoleret primævus adhuc qvo tempore cunas
Matris Corbejæ solitus ventura videre,
Intuitu mentis per somnia plena figuris.
Lumine conspicuam per somnum venit in aulam:
Interius vero Doctorum plurimus ordo,
Stabat ad officium verbi prodire paratus.
In facie qvorum subita vertigine raptus,
Se radiis Phœbi vallatum fulgidiori
Æthere delapso splendere videbat ab alto.
Deficiens oculis tanto vibramine lucis
Dum stupet insonuit vox ferme simillima voci,
Qvam prius audierat summi Patris ante Tribunal,
Dicens: scito tuum me delevisse reatum.
Qvid vis, afflatus divini flaminis aura
Ille refert, ut agam? vox inqvit; gentibus insta
In sermone Dei. Qvam rem vir ille tenaci
Pertractans animo, Domino plaudebat, eo qvod
Qvæ prædicta forent partim completa videret,
Et qvia virtutis meritum tritura laboris
Accumulat, populis Sveonum Præco salutis,
Ardebat fieri, sua qværere lucra Tonanti.
Ergo ubi venit ad Augustum, consultus ad id ne.
Egrederetur iter? facturum noveris esse.
Qvicqvid pro Domino mandaveris, inqvit, ut ultro.

Cap. XXIV.

Pertulit insidias, rapuit Pirata carinas.

Dum nutu Domini Pastor venerabilis illi
Invenit socium *Witimarum* nomine sanctum.
266 Insignemqve virum, Regi de more probatum,
Athletam Christi voluit cum Rege morari.
Cæsaris imperio *Sveonum* partibus ergo.
Delegatur, uti missorum dicta probaret,
Illius terræ gens utrum credere vellet.
Qvas autem salebras obitum, qvantumve pericli
Pertulerit, vacat in lepido sermone revolvi.
Witimarus novit mala, qvæ pariter toleravit.
Ut medium tenuere rates iter æqvoris alti
Piratæ hominum genus insatiabile lucri
Incurrere, fugæ spes non fuit, insonuere,
A clamore Poli, fremit bellona; priori

Concursu pugnæ summo conamine nautæ
Se defensantes, victos repulere latrones.
Congressu vero manus impacata secundo
Prævaluit, prædæ patuerunt omnia, vixqve
Diffugiendo viri pedibus per littora nudi
Evasere, rapax tenuit Pirata carinas.
Obtinuit gazam, libros, & Regia qvædam.
Munera, nil victis ex omni merce reliqvit,
Id præter, qvod dum fugeret sibi qvisqve recondit.
Turbine dejecti plures statuere deverti,
Ulterius qvidam procedere, non tamen usqvam
Militis electi potuit sententia flecti,
Arbitrio potius committens omnipotentis,
Qvicqvid in adversis posset contingere causis.
Proposuit retro non ante reflectere gressum.
Vomere, qvam verbi sulcasset agros Sveonum.

Cap. XXV.

Auget oves Domini libertas, forma loqvendi.

Prærepto pelagi procursu, calle pedestri
Explicuere viam per dura per aspera longam.
Inter fusa locis naulo conducta biremis 267
Æqvora transmisit, tandem se *Byrca* recepit;
Qvo portu Regem *Bern* invenere morantem.
Cur veniant, qvi sint, Regi legatio pandit.
Rex per cousultum decernit, qvid sit agendum.
Una fuit Procerum sententia, par qvoqve votum;
Sanctis permitti jus inter eos habitandi,
Jus indicendi cœlorum Regna volenti;
Esse facultatem monitis, vitalibus aurem
Inclinare suam, novitatis discere formam.
Ut licuit tandem populis proferre salutem
Inspirante Deo, fidei nova crevit origo.
Et verbum Domini cum multis esset amori
Indigenis terræ, tum qvos retinebat apud se
Captio Christicolis erat exultatio cordis,
Participando sibi demum mysteria Christi,
Post longam esuriem cœli contingere panem.
Indiciis rerum tenuit labor experimentum.
Qvicqvid ad Augustum tulerat legatio, verum
Constitit, & Christi plures in carne renati,
Fonte perennis aqvæ uteris contagia vitæ
Deposuere, novam nacti pietatis abollam.
Credidit inter eos *Herigarius* inclitus Heros
Præfectus Vici, Regis Consultor, & illi
Fidus, qvi lavacri profusus rore perenni,
Erexit mentem summæ virtutis ad arcem,
Esset ut indicio fidei, qvam rure paterno
Condidit Ecclesiam, sicut & miracula qvædam,
Qvæ Deus ostendit per eum, qvem glorificavit.

Cap. XXVI.

Tripudiat reditu legati Cæsar & actu.

Gentibus ergo viri vitalis semina verbi
Per senos menses Christo sulcante ferentes
Ut sibi judicium facit experientia certum, 268

Ut mos est terræ, qvas Rex inscripserat ipse
Cum chartis redeunt & limina fausta revisunt
Cæsaris officii totius honore recepti
Qvid fecisset eis Dominus, qvi finibus illis
Sit patefacta fides, qvid verbi vomere gentes
Excultæ duplicem referant ex semine frugem
Insinuant; Animo Cæsar rumore secundo.
Exultans alacri, cum grates omnipotenti
Redderet, in Danis recolendo jubar Deitatis
Exortum qvondam noctem vacuasse profundam,
Curâ solerti qværebat Pontificalis
Posset ut institui sedes aqvilonis in oris,
Finis ut imperii præclusus limite tali,
Principium fieret Regni, qvod fine careret,
Cujus ut Ecclesiæ Rectorem crebrius ire
In partes illas compelleret ipsa facultas,
Ex qvo doctrinæ leviori fracta ligone
Effera barbaries fructus daret uberiores.

Cap. XXVII.

Qvod Rex proposuit, suspensum morte reliqvit.

Rex autem Carolus, qvando compescuit omnem
Saxoniam ferro, lavit baptismate gentem,
Pontificesqve suos populis statuendo qvibusqve
Qvi sunt trans *Albim* sub Præsule noluit esse.
Decernebat enim princeps in finibus illis
Poni Pontificem, qvi summi culmen honoris
Scilicet Ecclesiam regeret metropolitanam,
Ex qva flante Deo fidei stillaret origo
269 In reliqvas gentes in terras ulteriores.
Ecclesiam, qva prima locis adolevit in illis,
Sanxit Amalharius, Gallorum Præsul ab oris.
Pontificum verò nulli sub jure redactam.
Augustus *Heridac* commisit Parœchiam
Qvem simul ad culmen summi promôsset honoris
Ni citius ruëret præventus tempore mortis

Cap. XXVIII.

Urbs qvo flat Boreas sit mundi Climate Primas.

Ast ubi post mortem Patris Ludovicus ad arcem,
Regni surrexit, primam qvæ transjacet Albim
A qvisdam monitus binos per Pontificatus.
Distribuit, qvid enim pater ejus senserit olim,
Ponere Pontificem qvod noluit in Regionem,
Terrarum domitor non comperit Induperator
Hâc in *Danorum* regionibus & *Sveonum*
Sorte salutiferi cum sensim gratia Christi
Vitam spirantem jam fructificasset odorem.
Ut concepta fide spes esset firmior ex re,
Ac Patris affectus per se prodiret in actus,
Orbis Romani Rector, lux aurea mundi,
Victor magnificus, cultorqve Dei Ludovicus,
Ut coram multis ageret consultius, inde
Hammaburgensi synodum collegit in urbe
Collegit proceres, Regni venere priores,
Arbitrio qvorum per pontificum synodalem

Censu-

Cenſuram fluvium trans Albim in finibus urbem
Saxoniæ poſitam matrem caput atqve Tribunal
Nordalbingorum fore cenſuit Eccleſiarum
Omnibus terris ſimul & populis Aqvilonis
Et prælata foret, *ſedesqve metropolis* eſſet. 270
Presbyter & mittendus Epiſcopus omnis ut illis
Finibus egrederetur ab hujus Præſule ſedis

Cap. XXIX.

Ex qvo pingveſcit caput, infula rore madeſcit.

Hanc igitur, tota ſynodi plaudente corona.
Primum Pontificem reverenter *Ebone Remenſi*
Aſſiſtentibus *Otgarioqve moguntiacenſi*
Cum medius *Hettis* fulciret Eos *Trevirenſis*,
Archimandritam ſacrari Cæſar ad aram.
Anſcharium fecit, qvem circa juſta peregit
Drogo Palatinæ tum forte Jerarcha Capellæ
Drogo vir illuſtris *Metenſis Epiſcopus urbis*
Patribus imperii, qvos culmen in orbe coëgit
Inter *Helingaudus* fuit, & Coëpiſcopus ejus
Vulgericus, eam qvi pridem Parŏchiam
Per diſpertitum tenuerunt Pontificatum,
Rem confirmando, patris caput illiniendo
Ungventis Hermon, qveis barba flagravit Aaron.
Sed ne barbaricis incurſibus hæc Diœceſis
Ad nihilum redigi poſſet, pro ſorte pericli
Cæſar ad hæc cellam *Furbo*[illegible] ſolatia partam
Ceſpite Gallorum, qvod devitando tumultum
Præſul, ubi fremeret rabies, ſecedere poſſet,
Contulit Eccleſiæ ſervitum tempus in omne.

Cap. XXX.

Decreto Papæ ſcythico legatur in orbe.

Hoc ut præceptum firmum foret omne per ævum,
Gregorio Papæ multo comitatus honore
Qvi ſanciret idem *Romam* lagatus ad urbem
Perrexere duo pariter comitante *Geroldo* 271
Conſule *Radoldus* ductores & *Bervoldus*
Chriſti cultorum Rectores Eccleſiarum,
Sedis Apoſtolicæ decretis hæc ſolidare.
Papa beatificus Regis mandata probavit,
Et *pallæ* tribuendo decus, munimine ſanxit
Juris Apoſtolici, ſtatuens, ut Epiſcopus orbi,
Barbara Danorum qvem gens colit & Sveonum,
Qvemqve colunt gentes Boreæ glacialis ad arces,
Cum Domino, terræ cui ſors obvenerat ante,
Eſſet Romanæ ſedis legatus Ebone.
Conceſſaqve palam ſibi libertate docendi
Ante locum, venerande ſacrat qvem gleba beati
Corporis ante tuam *paradiſi janitor* arcam.
Addit Edictum ſuper hoc anathema tremendum,
Qvo ſe nectendum ſciret Principe mortis,
Hoc qvicunqve bonum ſubvertet ariete fraudis,
Cæſaris aut ſtudiis occurreret invidus hoſtis,

Cap. XXXI.

Verba Dei Danis prior intulit Ebbo Remensis.

Porro, qvod anterius calamus contexuit, hujus
Officii sortem tulerat Gentisqve vocamen,
Nomine *Paschalis Papæ*, prius *Ebbo Remensis.*
Qvippe Vir Angelicus, mitis, sine felle columba.
Credere qvod fas est, interni flaminis aura
Cum foret afflatus, cupiens inferre salutem,
Cœlitus æternum populis infundere lumen,
Pro Danis, qvos implicitos errore videbat
Cæsaris arma seqvi, lugubri corde dolebat,
272 Et tanqvam lampas accenso pectore flagrans,
Ardebat desiderio succurrere mersis
Gentibus horrenda caligine perditionis
Pro Christo penitus seqve & sua tradere promptus.
Augustus *Welani trans Albim* cesserat illi
Fundum, cum peteret patriam, qvo degere posset.
Ergo locum crebro visebat *Episcopus Ebbo*,
Plurima dispensans, animarum lucra freqventans,
Confirmando fide lotos baptismatis imbre.

Cap. XXXII.

Jure ministerii Simon est suffectus Eboni,

At pater Anscharius feliciter urbe regressus,
His compellanti sese de rebus Eboni
Pontificem terræ sacrandum consuit esse,
Qvi præsens populis foret in stud o Deitatis,
Jure ministerii concessus Apostolus orbi,
Et legem Domino statuendo Vicarius ipsi;
Namqve locis solus non posset adesse duobus.
Ergo favente pio sibi Cæsare nobilis Ebbo
Lumbos *Gauberti* cujusdam pontificali
Zona præcinxit, caput ejus rore rigavit,
Qvi super arva Sion stillat de collibus Hermon.
Contulit ornatus, qvibus Ecclesiasticus usus
Indiget, atqve viæ sumptus explevit abunde
Ubertate sui, dono simul imperiali,
Direxitqve Virum pro se populis Sveonum.
Ut commissa sibi legatio cederet illi,
Officiumqve vicis exerceret in orbe.

273

Cap. XXXIII.

Dogmate Gautberti caligo fugatur averni.

Post hæc Augusti clementia contulit illi
Cellam Welani, primo qvam cessit Eboni.
Id pater ille suo tamen impetravit alumno,
Qvod sibi pepetuum certæ stationis asylum
Esset, & ipsius locus ille vacaret in usus
Rex autem *Simonem*, dedit hoc sibi gratia nomen
Ordinis, & terræ populus suscepit honeste;
Et qvi corda regit hominum, qvi tempora ponit
Rebus, & æterno circumdat secula vallo,
Auspicibus terræ primis & Rege favente
Ecclesiam Domino fundamine cœpit ab ipso

Ædifi-

Ædificare, palam credendi tradere formam.
Christicolas illic positos gaudere videres,
Gentiles haurire Dei de fonte liqvores;
Crescere credentum per qvot momenta dierum,
Agmen, & Ægypti currus in gurgite mergi,
Israel dulcisonis modulari carmina psalmis.

Cap. XXXIV.

Multos erudiit pueros s, qvos ipse redemit.

Anscharius verò jus pastoralis agendo
Naviter officii pater propria Diœcesi,
Inde per exemplum vitæ, tum per documentum
Lucrari domino, plures pueros cöemendo,
Qvosdam Sclavorum, qvosdam de gente Danorum,
Qvosdam captivos ad opus deitatis alendos;
Non nullos qvorum retinens in dogmate secum, 274
Qvosdam prædictæ direxit ad ubera cellæ.
Sed comites habuit, sibi qvos *Corbeja* misit,
Sanctorum genitrix monachorum cella beatrix,
HAMMABURGENSIS SCHOLA qveis edocta magistris
Crevit, & ad florem perducta refudit odorem.

Cap. XXXV.

Effugit urbe pater, rapit illam barbarus ater.

Ergo Deo dignè gereret cum præsul uterqve,
HAMMABURGENSEM piratas contigit URBEM
Ex improviso multo vallasse liburno.
Ad propugnandum cogi manus indigenarum
Plurima non potuit, spatium properantia rupit,
Istis terrifico vallantis mœnia giro.
Non erat obsessis arcere pericula mortis
Virtus, cum *præses Bernarius urbis* abesset.
Urbe pater positus primi terrore tumultus
Tentavit retinere locum, sed barbara murum
Ut vis irrupit, formido suprema cöegit
Cedere; vix tantum rapiens sacra pignora secum
Integer evasit, *cappam* tamen hostis ademit.
Cessit uti laicus fugiendo per avia clerus,
Et qvidam capti, pleriqve fuere perempti.
At fera barbaries totam diffusa per urbem,
Postqvam congessit gazam, biduumqve peregit,
Ædibus incensis discessit onusta rapinis.
Hoc *domus Ecclesiæ Claustrumqve* flagravit ab igne,
Et Cultus alii, flammis arsere libelli
Non tamen idcirco pater ingemuit, licet illo
Turbine perdiderit, qvæcunqve paraverat illic,
In rerum damnis viguit patientia fortis.

Cap. XXXVI. 275

Pellitur è terris Simon ager morte nepotis.

Pressuris igitur cum multis afficeretur,
Ac per circuitum manus errabunda suorum
Pignora deferret, nusqvamve qviescere posset

Contra *Gautbertum* fremuit rabies *Sueonum*,
Et face pars populi qvædam succensa furoris
Præsulis hospitium circumvallando, *Nitbardum*
Perculit insontem mucronis more nepotem,
Ejus martyrium pro Christi nomine nactum
At vero comites alios ipsumqve ligantes,
Ejecere suis spoliatos turpiter oris.
Sed qvi cuncta videt momenta latentia rerum;
Hoc transire nefas Deus est non passus inultum.
Impia namqve manus paucis punita diebus
Pertulit exitium diversa sorte malorum.
Unius cladem pro cunctis scribimus autem.

Cap. XXXVII.

Pœnituit sceleris pœna terrore seqventis.

Vir fuit in terra qvidam ditissimus illa,
Hujus in hac rabie consensit filius, atqve
De spoliis partem patris portavit ad ædem
Morte repentina sed mox defecit, & unà,
Interiit conjux, simul alter filius ejus.
Ut vidit orbatum sese miser, esse Deorum
Credidit offensam, qværsivit ab augure causam;
Augur agens sortes, sibi divos esse faventes
Asserit, in Christum factum docet esse reatum.
276 Sed neqve placari Christum, nec posse repelli
Vim morbi penitus, dum res possederit ejus.
Ergo per augurium tremefactus barbarus ille;
Evertendo domum, librum res inter apud se
Repperit; hanc plebem rem promulgando per omnem,
Cum, qvi susciperet, nullum reperire valeret,
Nam miseranda lues hominum formidine mentes
Terruerat, rursum proprii sub culmine tecti
Barbarus horrescens sanctum retinere libellum,
Ne prorsus clades deleret iniqva penates,
Vicinis coram sepem suspendit ad unam.
Post ex plebe sibi nullo spirante reniti,
Indicio cujus patuit vindicta reatus,
Qvidam cultorum Christi tulit inde libellum.

Cap. XXXVIII.

Mittitur ad populos qveis deest Eremita sacerdos.

Taliter afflictis ferali peste profanis,
Non fuit in septem post annis Rector ibidem.
Anscharius pro qvo tactus mœrore profundo,
Ardgarium qvendam direxit eis Eremitam;
Hunc *Herigarius* multo suscepit honore,
Filius Anscharii, nec plebs correpta timore
Obstitit, opprobriis hominem cum crebro protervis
Ante redargueret, qvod nullum numen haberet,
Sed sua jam miris radiarat opinio signis.

Cap.

Cap. XXXIX.

Turba madet pluviis ager viget, ingruit hostis.

Qvadam forte die turbis coeuntibus ipse,
Idola cum vulgus Christo præferret, agamus
Inqvit, judicium de Religione Deorum. 277
Plurimus ecce super nos est in nubibus imber,
Si qvis in hac turba pluviam non senserit, illum
Sit manifesta fides summæ Deitatis amicum.
Fecerat arboribus cæsis umbracula vulgus:
Cum puero longe solus consederat ille.
Verum cum tantus stillasset ab æthere nimbus,
Ut penitus scenas torrens stravisset inundans,
Ac veluti mediis populus maduisset inundis,
Nec pluviæ stillam sensit *Herigarius* unam.
Hoc qvoqve provenit, qvod crus aliqvando doleret,
Viribus ut propriis sese removere neqviret
Verum paganis svadentibus, idola votis
Ut placaret homo dives de more litando,
Sprevit, & Ecclesiæ ferri se fecit, ibiqve
Orans cum lachrymis, astantibus undiqve turbis,
Promeruit celerem Christo medicante salutem
In domum sanus Domini cum laude reversus,
Auxit propositum vulgus reprimendo profanum.
Regno privatus *Sveonum Rex Avoundus*
Collectis Danis, prædæqve cupidine ductis,
Appulit ad *Byrcam*, populo metuente rapinam
Ludibrium, cædem, cum nulla repellere Regem
Esset eis virtus, placuit deposcere fœdus.
Rex petit argenti sibi libras adnumerari
Centum pro vico, misso pro pace tributo.
Displicuit Danis vehementer pactio Regis,
Ire super plebem, subvertere funditus urbem,
Compulerat vulgus qvo transmigrare tumultus
Disponunt, miseri sola formidine victi,
Qvod neqveunt armis, tutantur mœnia votis.
At *Herigarius* Christi munimine fisus,
Cives corripuit, sacris qvid inanibus, inqvit, 278
Pauperiem vobis & pernitiem cumulatis?
Idola qvid prosunt? nulli succurrere possunt;
Est Deus in Cœlis, cujus si corde petatis
Auxilium, verè vos conservabit ab hoste.
Consilium placuit, Christo plebs munera vovit.

Cap. XL.

Parcitur obsessis, urbs provenit altera Danis.

At Rex per sortem qvæsivit, si locus idem
Pro voto Danis in prædam cederet ipsis.
Sors aliam Regem proficisci jussit ad urbem,
Qva propere Dani nullo prohibente potiti,
In sua cum multis alacres rediere rapinis;
Argentum vero totum Rex reddidit ultro.
Tunc Herigarius, Christi qvæ maxima virtus
Esset, prodigiis populum docuit manifestis;
Post hæc decubuit pacisqve sopore qvievit.

Cap. XLI.

Fortis amore Dei fit compos fœmina voti.

His qvoqve temporibus qvædam matrona fidelis
Firmiter inter eos cultum tenuit pietatis,
Barbara tempestas, qvam nec mortalis egestas
Flectere prævaluit, Christo sed semper adhæsit.
Propositumqve piæ fidei servavit adusqve
Extremum tempus, qvæ cum ruinosa senectus
Urgeret, *vini* modicum sibi vase recondi
Fecit, *uti moriens sacramenti non foret expers.*
Qvod cum jam ferme tribus annis, esset apud se,
279 Contigit *Ardgarium* Domini venisse ministrum,
De cujus manibus percepto corpore Christi,
Eructata carne gravi sedes petiit paradisi.

Cap. XLII.

In vacuis virgo loculis stupet ære reperto.

Hæc autem *Cathle* vivens præceperat ante,
Christi pauperibus proprios expendere census.
Filia præceptis cupiens parere parentis,
Mater ut occubuit, Dorstadum prompta petivit.
Illic personis sociata fidelibus, ipsam,
Qvam secum tulerat, loca per sacratissima gazam
Tradidit. Ergo die qvadam confecta labore,
Qvatuor ad vinum nummos sibi misit emendum;
Viribus assumptis post hæc rebusqve peractis,
Venit ad hospitium, congesta pecunia saccum
Qvo fuerat, posuit procul, explicitumqve reliqvit;
Argento plenum subito sed reperit ipsum.
Fœmina prodigio stupuit perterrita tanto,
Et cum presbyteris retulisset, ab ipsis,
Hoc didicit verbum, cœlum penetrasse profundum;
Qvas dispersit opes, qvos pertulit ipsa labores
Matris ad imperium; qva propter fœmina Christum
Crederet exhaustam cursus cumulasse crumenam.

Cap. XLIII.

Terra caret sacris, Eremita recedit ab oris.

Ut *Herigarius* mortales exuit artus,
Cessit & terris *Frideburg* matrona fidelis,
Ardgarius cultor Eremi Christiqve sacerdos
Advertit mentem, vitam reparare priorem,
280 Egressusqve locum rediit, qvo venerat, ipsum,
Sicqve sacerdotis benedictio partibus illis
Rursus defecit, sacer ut Eremita recessit.

Cap. XLIV.

Rex obit ad damnum venit in divortia Regnum.

Interea mundi fidus cecidit *Ludovicus*,
Regis post obitum secuit partitio Regnum,
Qvod patris *Anscharii* rem maxime debilitavit.

In partes Regni *Carolus*, cui *Francia* cessit
Pontificis cellam *Turbolt* de jure removit,
Qvam pater ante suus legarat ei *Ludovicus*.
Nec fratrum monitis potuit sententia Regis
Flecti cumqve virum premeret penuria rerum;
Adversis fracti se deseruere ministri,
Perstitit ipse tamen vice Christi Pastor ibidem,

CAP. XLV.

Fit Rector Bremiæ propriumqve recepit ovile.

Sed qvi corda regit Regum Deus instimulavit
Rectoris Regni super hoc animum *Ludovici*,
Rebus ut attritis succurreret, Ergo *Bremensis*
Ecclesiæ sedem Cæsar Rectore carentem
Auxit Pontifici sed judicio synodali.
Ac ne jacturam *Ferdensis Episcopus* ullam
Ferret, in hoc synodus distinguit Pontificatus;
Hoc est, *Ferdensem* percensuit atqve *Bremensem*,
Qvâ ratione prius discrêrat eos *Ludovicus*.
His ita dispositis Regimen tulit ipse Bremensis,
Porro *Walgarius Ferdensis Episcopus* ejus
Trans Albim positam suscepit Parœchiam. 281
Rursus Pontificis synodum de rebus agentes;
Decrevere sibi justum non posse videri,
Qva fuit ipse pater sacratus Episcopus, alter
Ut teneat sedem, cum jam Romanus eundem
Sanxerit esse *locum* Præsul *Metropolitanum*.
Ergo pari voto Rex, & celeberrimus ordo
Pontificum sedem Patri statuere priorem;
Walgarius cessit, sic res pacata qvievit.

CAP. XLVI.

Præsul ei cedit, Romam legatio tendit.

Urbs autem Rectore *Colonia* forte vacabat
Iisdem temporibus, qvod rem nimis impediebat.
Namqve *Bremensis* ad hanc esset cum subdita sedem,
Præsulis illius poscebat causa favorem.
Urbis *Guntharius* tandem moderamen adeptus
Hoc ut firmaret, cum Dominus eum monuisset
Anscharius, valde contrarius extitit. Unde
Wormacia geminis post Regibus urbe coactis,
Hoc est, *Lothario*, magnoqve simul *Ludovico*,
Pontifices Regni rem contigit ante referri,
Hoc actum juste cunctis profitentibus, ipse
Contra multiplici cœpit ratione reniti
Guntharus, sese commissæ sedis honore
Privari dicendo bonum non esse nec æqvum.
Pontificum monitis, postremo rogantibus ipsis
Regibus, & tota synodi svadente corona,
Annuit, & sese promisit legibus esse
Cessurum, Canonem si Papa probaret eundem 282
Rex augere suum cupiens opus atqve paternum;
Romam *Pontificem Salomonem* misit eam rem
Auribus inferri sancti *Papæ Nicolai*;
Anscharius pro se *Nordfridum* jussit abire.

Cap. XLVII.

Verbum Papa probat, rem sanxit, & inde perorat.

Qvo cultu decuit legatos Papa recepit,
Qvorum mandatis vigilanti corde volutis,
Hoc fore Catholicum decernens & pie cautum,
Ferre manum populis errorum nocte sepultis,
Regis firmavit votum canonemqve probavit.
Esse bonum cujus hic ponere verba putamus,
Ut lector paucis aucto qvicunqve citatis
Scire velit seriem citet hoc in nobile carmen.
Ut qvantum libuit præmissa recensuit, infit,
Pagina *Romana* signata notamine *Bulla*:
Ad nos pervenit hoc omne, qvod insinuavit
Missus ab Augusto Præsul *Salomon Ludovico*,
Nobis explanans qvot sit concessa potestas
Anschario, scythicis ut sit legatus in oris,
Sedis Romanæ pallii redimitus honore,
Et nos *Gregorii* seqvimur vestigia nostri
Prædecessoris, Regumqve favendo benignis
Votis magnorum, canonem firmamus, & ipsum
Anscharium sacræ legis decernimus esse
Latorem populis, qvi sunt in finibus illis,
Ut fidei lumen, si perlustraverit orbem,
Prædicet armatus gladio, cui spiritus almus
283 Est acies, per qvem sqvamosum strangulet angvem.
Ecclesiam verò, *cui mundi præsidet ipse*
Salvator, qvam virgo suo sacravit honore,
Nordalbingorum sedem decernimus esse,
Ut *domus* ipsa protos sit Pontificalis & archos,
Et cum Naturæ fœdus dissolverit esse,
Successor dignus virgam sibi vindicet ejus.

Cap. XLVIII.

Injus Ecclesia Rex urbem amplat utrumqve.

At qvoniam frater *Ludovici*, filius alter
Augusti *Carolus Ludovici*, qvem pater ejus
Præsulem & ad Clerum cultuqve ciboqve fovendum
Hammaburg tribuit *Turholt*, vehementer ademit.
Qvod postqvam Regnum secuit partitio fratrum,
Cellam continuit, qvam Rex in parte recepit
Francia, deciduas mundi qvæ vergit ad oras,
Altaris sacri custodes atqve ministri
Demigrare loco victu cœpere negato.
His igitur causis siluit legatio gentis,
Desiit ipsa prope sedes *Metropolis* esse
Interea carnis *Bremensis Episcopus urbis*
Clausit iter raptus prorsus de turbine mundi.
Hæc urbs *Ecclesiæ* vicina *Metropolitanæ*
Cum foret, orbatam Rex esse, perire novellam,
Immo Barbarie populari prorsus utramqve,
Prospiciens, sedes uniri sanxit & urbes,
Hammaburgensem *supplens subdendo Bremensem.*

Hoc

Hoc per Pontificem nobis patuit *Salomonem*
Juris Apostolici firmandum robore nostri.
Discussâ juste causâ perpendimus esse 284
Proficuam populis erroribus eripiendis
Cum fieri liceat, qvod non in lege repugnat;
Ac magis Ecclesiam sit fas augere novellam,
Qvæ solet ancipiti casu plerumqve moveri.

Cap. LIX.

Roborat Edictum subdens anathema tremendum.

Hinc auctore Deo, qvod Rex petit, indice Petro
Hammaburgensem decernimus atqve *Bremensem*
Non debere duas jam dici Parœchias,
Et locus alter ut jam non erit unus & alter,
Sed qvasi corpus idem, fiet thronus unus & idem;
Archipræsul erit, sedem qvicunqve tenebit,
Ut jam *Gregorius* decrevit Papa beatus
Qvod tamen Ecclesiæ sublatum creditur esse
Antea *Ferdensi*, referat de jure Bremensi
Urbs verò qvemcunqve *Colonia* pontificatu
Extulerit, nullo premat Ecclesiam dominatu
Insuper ipse simulqve Deum qvicunqve verentur;
Subveniendo rogamus ut ipsis auxilientur,
Sorte ministerii Christo qvibus Auspice fungi
Contigerit, pro qvo cumulatior in paradiso
Fiat eis merces, qvi gentes evocat omnes
Qvem recipit qvisqvam recepit qvos dirigit ipse
Ad pietatis opus. Qvapropter *Rex Ludovicus.*
Qvicqvid devovit, Christo qvæcunqve dicavit,
Robóre firmamus, qvo Petri jura tenemus.
Et qvia nos rerum discrimina præteritarum
Cogunt, sollicite qvæ sunt ventura cavere,
His oblatrantem studiis anathematis omnem
Personam gladio jugulamus, & igne vaporo 285
Arsuram Sathanæ damnamus sorte gehennæ.

Cap. L.

Ecclesiam Danis instaurat munere Regis.

Ergo modo tali suscepta *sede Bremensi*
Anscharius Danis iterum mandata salutis
Tradere fervebat, Regemqve freqventer adibat.
Hoc Regnum solus tunc forte tenebat *Horicus*.
Et nunc obseqviis, nunc illum flectere donis
Cœpit, ut in populum Cœli fas pandere Regnum
Esset, & inferri terræ mysteria Christi.
Crebrius ergo virum Regni pro fœdere missum,
Rex inter primos venerari cœpit amicos.
Cujus tanta fides erat, ut decernere Reges
Si qvid deberent, mediator Episcopus esset.
Sic in amicitiis admissus Præsul eundem.
Christicolam fieri svadebat sedulo Regem.
Ille favebat ei, captus dulcedine verbi,
Christi præsidium fassus se velle mereri.
Tunc suggessit ei Christo nil gratius esse
Indictione sui, qvem si permitteret ipse

Re-

Regiminis Ecclesiam fundari qvolibet unum;
Ille pio favit nutu portuqve *Sleaswick*
Ecclesiam fieri permisit, & esse volenti
Converti liqvidam fas currere fontis ad undam.

Cap. LI.

Flore novo fidei seges exuberat paradisi.

Hoc pietatis opus pater ergo licenter adeptus,
Nec mora subrepsit qvod avebat rite peregit.
286 Christi Presbyterium populis sacramenta daturum
Ut locus accepit, fidei nova gloria crevit
Vici primores baptismatis ante liqvores
Qvidam contigerant, multi qvoqve percipiebant
Sexus uterqve sacris mergi properabat in undis.
Jam tuto portum nautis adeuntibus ipsum,
Cunctarum superabat eis opulentia rerum
Sed cum post undam lavachri superesse qvibusdam
Contigerit, *niveis* pars multa migravit in *albis*,
Percipiendo qvidem crucis admirabile signum.
Esse bonum differre sibi baptismatis usum
Credebant vitæ supremum tempus ad usqve,
Ut mox in Domino vitali fonte renati
Felices animas efflarent immaculati.
Multi langventes ipsa formidine mortis
Sese perfundi faciebant rore perenni
Mox divina salus ægros diffusa per artus
Incolumes morbis homines reddebat ab actis;
Sic tua Christe loco soboles adolevit in illo,

Cap. LII.

Qvo Simon ire negat, pastor Sveonibus instat.

Pro populis etiam Sveonum Pastor habendo
Curam, qvod nullus foret in regione sacerdos,
Regem præfatum deposcere cœpit *Horicum*,
Ut sibi ferret opem, qvo posset visere gentes.
Paruit oranti Rex auxiliumqve spopondit.
Intulit ad *Simonem Gautbertum* Præsul eam rem,
Esse bonum populi mentes iterato probari,
Ne per neglectum fidei plantatio pessum
Iret, qvæ pridem stillaverat in Regionem.
287 Propulsum sese *Gautbertus* Episcopus inde
Non audere locum regredi profitetur ad illum,
Plebs iterum recidiva sibi ne bella moveret;
Hoc ipsum potius luctamen inire deceret,
Qvi prius ad Gentes tulerat mandata salutis,
Et nihil adversi fuerat perpessus ab ipsis.
Se non posse suum tamen allegare nepotem,
Qvi sacramenta Dei populis aperiret eisdem
Inter eos habitans, tenebris se forte remotis
Lumen Evangelii radios infunderet orbi.
Hoc ita proposito rem Cæsaris auribus ambo
Insinuant, Rex in Domino laudabilis illud
Approbat, & Christi præconem dirigit illuc
Ad Regem terræ, genitor qvod fecerat ante,
Dans privatarum rerum mandata seorsum.

CAP. LIII.

Spicula sollicitæ menti sunt dicta Prophetæ.

Ut super Anscharium legatio tota pependit,
Ardor cum divinus ad hoc impellere cœpit.
Accelerare viam svadebat visio qvædam
Propter iter dubium curarum turbine pressum.
Devenisse locum se videsat, ordo domorum
In qvo multiformis erat, multiqve recessus,
Vir procurrit ubi qvidam sibi pace vereri
Dicens neve via te sollicitaverit ista;
Hic etenim qvendam tibi noveris esse profectum.
Menti ne qva tuæ dubitatio possit inesse,
Hoc animadvertens qvondam clarissimus Abbas
A Domino missus tibi vates est *Adalardus*
Ille refert, ubinam dic qvæso videbo Prophetam? 288
Per te reperies, inqvit, fas prodere non est.

CAP. LIV.

Circuit & dubitat coram venit ille Propheta.

Vestigando virum girabat in orbe domorum,
Hoc volvens animo, vatem sic esse probabo,
Si secreta meæ mentis patefecerit ipse,
Cum subito qvandam jucundi luminis aulam
Ingrediendo senem vidit sublime sedentem,
Agnovitqve virum, qvi sic est orsus ad illum:
Insulæ & populi procul hoc attendite verbum;
Te Deus ex utero matrisqve vocavit ab alvo,
Os dedit, ut frameam manuum te fovit in umbra,
Te velut electam pharetra condendo sagittam
Servus, ait, meus es, qvia per te glorificabor.
Hoc dicendo, manum protendit, & intulit, & nunc
Gentibus in lucem Dominus Deus inqve salutem
Te dedit extremæ fines telluris ad usqve,
Spectabunt in te Reges coramqve Toparchæ
Surgent, atqve colent Dominum te glorificantem.
Hoc igitur verbum cum viderit ante profectum,
Afflatum sese credebat cœlitus esse,
Iret ut ad populos aqvilonis in orbe remotos,
Palma martyrii sperans se posse beari.

CAP. LV.

Qvanta viro virtus sit Olef commendat Horicus.

Ergo vix tandem pater aggrediendo laborem,
Secum prædicti legatum *Regis Horici*,
Deduxit pariter, qvi *Regi* diceret *Olef*, 289
Rex servum Domini *Ludovicus* dirigit ad te,
Qvem per cuncta mihi spectatum noveris esse,
Moribus insignem sanctumqve virumqve fidelem:
Hunc ego, nam virtus homines supereminet omnes,
Regni Danorum populis inducere cultum
Catholicæ fidei permisi: qvæso qvod ipsum
In ditione tuâ possit disponere Regni.

Cap. LVI.

Præveniendo senem Sathanas everterat orbem.

Exactis igitur bis denis ferme diebus,
Appulit ad *Byrcam*, Regem populiqve catervam
Dæmonis impulsu nimio fervere tumultu
Repperit errorum. Prævenerat ergo beatum
Forte virum qvidam, qvi terræ munia qvendam,
Diceret inter se conventum constituisse,
A divis ipsum populis notescere missum.
Hactenus à nobis in pace plagam tenuistis;
Felices vobis fuimus dum vos coluistis,
Sed cadit à vobis nunc rarior hostia nobis
Idqve qvod est gravius, nobis induci ter unus
Ecce Deus sacris nostris inimicus & aris.
Qvod si forte parum nobis impendere cultum
Est vobis, vestrum Regem cum scimus *Horicum*
In cætu nostro Deus iste domesticus, ergo
Illum nosqve simul votis placate, sed illud
Æternum numen vestrum non intret in orbem.

290

Cap. LVII.

Vulgus eum terret, plaudit Rex & bene spondet.

Hic igitur populos adeo perverterat error,
Vota qvod offerrent, qvod thurificando litarent
Defuncto Regi, posito fundamine Templi;
At pater antiqvos super hoc convenit amicos.
Qvi dixere virum frustra venisse nec illum
Ni redimat sese, vivum decedere posse.
Se nihil ille refert mortis terrore daturum,
Pro Christo potius tormenta subire paratum.
His nuper afflictus diverso turbine mentis,
Cœpit consilium, Regem sibi nectere donis;
Convocat Hospitio; mensam proponit & offert
Munera, tum demum qvid vellet apertius infert,
Alloqvio dulci patris obseqvioqve freqventi
Illectus, plane sibi Rex mandata placere
Asserit, ante tamen populi per seditionem
Non jussu Regis fore de Regionibus illis
Propulsos qvosdam, nunc se decernere causam
Solum non posse, nisi numina consulat ante.
Sed tuus intersit præsenti nuncius, inqvit,
Si vis, in placito mecum populumqve rogato
Sortibus arcanum scrutabor velle Deorum
Et tu qvod qværis, si Diis fautoribus ipsis
Vulgus laudarit, tua res tranqvilla manebit,
Verum qvicqvit erit tibi nuncius insinuabit.

Cap. LVIII.

Cessurum præscit sibi cœlitus omne qvod ambit.

Accepto Regis responso præco salutis
Christi præsidium tutumqve petivit asylum,
Esurit & vigilat, flet, humi sua membra volutat.

291

Volveret ergo virum cum tanta molestia rerum.
Jamqve propinqva dies placiti foret, accidit inter
Cœlestem mensam, dum forte litaret ad aram
Presbyter, infundi sanctum spiramine Christi.
Concipiens eqvidem divinum pectore rorem
Novit, uti vellet sibi res cessura qvod esset.
Inde sacerdotem monuit ne forte timeret,
Cum sibi pro certo virtus divina faveret,
Qvod *fratri* patuit, qvia multis ante probavit
Indiciis rerum solari cœlitus illum.
Fit patris ergo fides rata, Rex nam scilicet Olef.
Primo principibus mandata recensuit ejus;
Qværere per sortem Divum statuere favorem.
Protinus in campum, veluti mos poscit eorum,
Egressi, missis viderunt sortibus illis,
Velle Deum, qvod vera fides adoleret in oris.
Res ea Pontifici statim defertur, amici
Indicio se confortet, soletur agatqve
Pectore constanti, qvoniam Deus annuit illi;
Exilit angelicus pater hoc solamine fultus.

Cap. LIX.

Turba fremit, senior verbum facit, & silet error.

Lux ubi processit placiti, Rex ipse coëgit
In *Byrca* populum, tum morem præco secundum,
Qvid velit antistes, cœtum promulgat ad omnem.
Exoritur mixtus clamor, creberqve tumultus.
Infidum vulgus qverulum facit error iniqvus,
Murmure confusis, fremituqve strepentibus illis,
Surgens in medio qvidam provectior ævo, 292
Sic est ad Regem populumqve locutus eundem:
Hujus jure dei cultura probabilis, inqvit,
Est, in se cum præsidio sperantibus adsit.
Qvam rem supremis experti sæpe periclis
Ex nostris qvidam, *Dorstati* sponte lituram
Chrismatis, & sacrum jam percepere lavachrum,
Qværere qvamlibuit procul ad nos gratia venit,
Et nunc in manibus spem libertatis habemus.
Utile consilium, cur ergo repellimus istum
Res probat esse Deum, qvi summovet omne periclum
Inter nos hujus servos habitare sinamus
Et dii neqveunt, vel si succurrere nolint,
In qvo certa salus, hunc nobis conciliemus

Cap. LX.

Cœtus abit, causæ pars consonat altera terræ.

Talibus oranti plausit collectio vulgi,
Ut Christi Domini cultores atqve ministri
Inter eos habitent, & munia sacra freqventent.
Conventum solvit Rex & notescere fecit
Anschario verbum, se vero cedere nondum
Posse licenter, ait, donec pars altera Regni
Ad qvam deferret causam consulta probaret,
Ergo die placiti, cum rursus in agmine vulgi
Rex per Præconem rem declarasset eandem,
Totius turbæ sonuerunt ora favore.

Cap. LXI.

Rex stat & unda fluit, stat presbyter, ille recedit.

At ubi qvæ voluit, populo plaudente peregit,
Advocat ad se sanctum Rex, Ecclesiasqve
293 Dat libertatem fabricandi per Regionem;
Esse sacerdotes secum decernit & omnes,
Qvi vellent liqvidis mersare licenter in undis.
Præsul *Heribertum*, qvem diximus esse propinqvum
Gautberti, manibus Regis commisit, ut ejus
Mystica præsidio sacra protegeretur agendo.
In vico fundum qvo conderet ille sacellum
Rex dedit ære domum, pater ipse coemit & hortum
Inde sacerdoti qvoniam deferret honorem
Rege sibi spondente, suam remeavit ad urbem.

Cap. LXII.

Obviat insomnis sua Christi terga flagellis.

Hunc pater angorem, mentisqve viæqve laborem
Præscivit longe, navim qvam solveret ante.
Viderat in somnis vinctum cæsumqve flagellis
Ut qvondam Christum tormenta crucis subiturum,
Jeru forte salem sese præsente per urbem
Herodi duci, rursum sub præside sisti,
Passim militibus Domini lanientibus artus
Cum colaphis gemeret cervix, faciesqve maderet
Immaculata sputis, sese prorupit & ipsis
Flagris oppositus plagas excepit & ictus.
Tergo procumbens igitur, lateriqve cohærens,
Cœtera cum prorsus tegeret loca corporis ejus,
Nam sibi præstabat, caput obvelare neqvibat.
Hæc Domini miles qvid visio significaret
Non intellexit primo, sed ubi inde redivit
Tractanti secum, per qvot discrimina rerum
Transierit, qvantum fuerit derisus in illum,
Evomuere viri convitia qvanta profani,
Claruit hæc in se Christum maledicta tulisse,
294 Sed Christi caput est Deus ejus membra fideles,
In qvibus affectus pariter pietatis agones.

Cap. LXIII.

Diro bella chori committunt omine Dani.

Qvanta salus Christum fit credere, barbara demum,
Natio cum timuit bellorum sorte probavit.
Qvædam dicta *Chori*, Schytici gens incola mundi,
Cum foret imperio Sveonum subdita, rupto
Fœdere dissensit, pactumqve fidemqve revulsit;
Nec latuit Danos ea res ad bella protervos
Ergo manu valida cum multa classe coacta
Fluctibus emensis, appulsi ad littora Gentis
Insistunt bello, dominandi tanta libido
Prædæ tanta fames; at Regni qvinqve per urbes
Divisus populus tanti terrore tumultus

Una

Una convenit, totisqve resistere cœpit
Viribus, & Danis ingenti cæde subactis,
Ad mediam partem protritum perculit hostem.
Pars abit infaustæ classis, pars altera prædæ.
At manus argentum victrix pervasit & aurum,
Vasa virum, vestes, clypeos, sua tela, bipennes.

Cap. LXIV.

Occupat & delet Segeburg Exercitus Olef.

Casu Danorum comperto Rex Süeonum
Olef collegit naves, totamqve coëgit
Imperii gentem, cupiens acqvirere nomen.
Si victor Danis animo præstaret & armis,
Ac fieret terræ Rex & Dominator, ut ante. 295
Æqvore transvectis igitur portuqve receptis,
Navibus in tuto glomerantur, & impetu facto
Illius Regni qvandam properanter adorsi
Munitam septem pugnantum millibus urbem,
Expugnaverunt *Segeburg* igniqve dederunt.

Cap. LXV.

Imminet Appuliæ, mars arma cruentat utrinqve.

Inde viri primo successu robore sumpto,
Puppibus eductis Pelago, portuqve relictis,
Per terram pedibus discurrunt qvinqve diebus
Terqvinis celebrem bellantum millibus urbem
Appuliam, spoliis armis opibusqve potentem,
Aggere circumdant, & muros ariete pulsant.
Turribus è summis cives pugnando resistunt,
Missilibus, saxisqve viros sudibusqve repellunt
Atræ grandinis instar; utrinqve volatile ferrum
Errat, & incautis infert lachrymabile fatum.
Traxerat ambiguis bellum labor octo diebus:
Nulla qvies intra, creberrimus impetus extra.
Et sine spe palmæ fragor hinc concursus ab urbe.
Plaga, dolor, gemitus, sangvis, furor, ira, tumultus
Par erat exclusis, par valli robore clausis.

Cap. LXVI.

Imminet Appuliæ, mars arma cruentat utrinqve.

Nona dies pugnæ *Sveonum* pectora fregit,
Cæde manus tremuere, suus vigor ossa reliqvit.
Decernunt qvid agant, redeant urbemve relinqvant? 296
Sed procul est classis, via longa, gravissimus hostis,
Imminet à tergo mors, est sibi sæva cupido,
Ecce mori metuunt, & bello cedere nolunt,
An urbem vincant armis, sanive recedant,
More suo missis inqvirunt sortibus illis,
Est qvia præsidium Dii nolunt ferre repertum.
Dicitur in Castris ubi diræ missio sortis.
Invasit nimius horror miserabile vulgus.
Flent, lugent, ululant, gemitu, planctuqve cruentant
Pectora, se mæstis incusat turba qverelis:
O miseranda manus! gens perdita! qvo fugiemus?

Nulla fugæ spes, nulla viæ; nos deseruere
Numina: castra Dei nolunt infausta tueri.
Sunt procul inde rates, cedendo seqvetur euntes
Hostis, & ut pecudes ferro sternemur inertes.

Cap. LXVII.

Missa sorte gemunt, qvod castris numina desunt.

Jam sine cæde viris sola formidine fractis,
Dogmatis Anscharii memores terrore pericli.
Qvidam Nautarum Christum sanxere probandum
Sortibus, offerri sibi munera, vota voveri,
Utrum vellet eis iter hic aperire salutis,
Qvi Deus adversos retro committere casus
Et valet, & miseros solet exaudire rogatus.
Mittitur ergo Ducum monitu, populiqve precatu
Sors, felici casu canit auxiliari
Velle sibi Christum; qvod ut est in castra relatum,
Clamor lætitiæ summo ferit astra fragore,
Robur & ingenitus juvenum vigor induit artus,
297 Concurrunt alacres animis virtute potentes
Funditus eversis urbem rescindere muris:
Qvid formidandum jam nobis, qvidve timendum?
Exclamant, Deus omnipotens hæc castra tuetur,
In manibus nostris victoria certa tenetur.

Cap. LXVIII.

Cujus fœdus init pubes armata resistit.

Jam circum muros acies directa sub armis
Stabat, & eductis gladiis horrebat & hastis,
Urbis conclusæ cum proclamatur ab arce,
Ut cum Rege sibi sit copia concionandi.
Cedit & assultum cohibet Rex atqve tumultum,
Cives continuant, & sic de pace perorant:
Parcite jam nobis, potior concordia bellis
Est, & in hoc fœdus vobiscum percutiemus:
Bello navali *Danis* æstate priori
Qvicqvid in argento tulimus qvoqve qvicqvid in auro
Arma, rates, vobis dabimus pro pignore pacis.
Pro maribus nostris, qvos continet ambitus urbis,
Argenti mediam capitum per singula libram.
Vectigal solitum super hoc reddemus in annum,
Obsidibusqve datis in fœdere conditionis
Subjicimur vestræ ditione sicut & ante.
Hæc mollire tamen juvenum promissa feroces
Non poterant animos, ira belloqve frementes
Conspirant ferro flammisqve regalibus urbem
Perdere, captivam terris abducere gentem.

Cap. LXIX.

Rex pacem statuit, datur obses, & urbe recedit.

At Rex & primi procerum de pace locuti
Congressu pugnæ pactum sibi tutius esse
298 Iram fregerunt juvenum, dextrasqve dederunt

Ter denos vades igitur pro pignore cives
Tradunt; argenti numerari summa vel auri
Non potuit, numerum superavit copia rerum.
Legibus impositis terræ de pace colonis
Solvitur obsidio. Sveones marte secundo
Gavisi, repetunt naves, patriamqve revisunt,
Confessi Christum, per qvem meruere salutem,
In virtute Deos super omnes esse potentem.
Inqvirunt qvid agant illi, qvæ vota rependant,
Auspice qvo tanti sibi sit data palma triumphi.

Cap. LXX.

Nauticus in votis favor est in laude tonantis.

Qvidam de Nautis, qvi Christi nomen haberent,
Edocuere viros, ipsi qvæ vota voverent.
Scilicet appulsis ratibus felicibus undis
Ad patrium littus, cum septem luna diebus
Cederet auroræ lucis hebetata rubore
Iejunando dies septem, *non tangere carnes.*
Inde qvaterdenis epulatos carne diebus
Continuare qvaterdecies jejunia rursus.
Omni complacuit populo votumqve peregit.
Sobria *Catholico ritu* jejunia multi
Inter eos duxere dehinc in nomine Christi
Et qvia didicerant Christo nil gratius esse
Mendicos fulcire bonis cœpere benigne.
Heribertus eos inter sic dogma sacerdos
Catholicæ fidei pandebat plebe favente.

Cap. LXXI.

299

Rex interficitur, gens sævit, terra movetur.

Contigit hæc inter piratas insidiari
Regno Danorum, certamen & inde moveri,
In qvo confossus qvoqve Rex defecit *Horicus.*
Decubuere Duces terræ simul atqve Tribuni
Rerum Pontificis fautores ejus amici.
Regni primatus *Junior* suscepit *Horicus*
Alteritas Regum fuit immutatio rerum.
Consilium Regni proceres vertere moderni,
Cum qvibus Anscharius, *Senior* dum vixit *Horicus*
Fœdus amicitiæ nullum devinxerat ante.
Unde novum Regem svasere, juberet ut ædem.
Funditus Ecclesiæ subverti stantis apud se,
Et terra pelli penitus mysteria Christi.
Se mala perpessos, offensaqve numina dicunt,
Induci Regno qvod barbara sacra tulerunt.
His permovetur *Hovib Vicecomes Scleaswich,*
Sacrilegæ mentis vir, Christi legibus hostis,
Ecclesiam claudi jussit, cultumqve relinqvi
Legis divinæ; compulsus presbyter inde
Discessit profugus tanti terrore tumultus.

CAP. LXXII.

Mens præsaga senis fit certa vocamine Regis.

Fecerat Anscharium cum sollicitudine tristem
Res ea, qvod veterum nullum cum Rege fidelem,
Qvi sibi præsidium conferret habebat amicum.
Humana privatus opem sibi more petivit
300 Divinam solito, nec eum spes illa fefellit.
Namqve superna viri mentem solatio certam
Reddidit, ut sciret rabiem nil posse malignam.
Qvod fidei lumen tenebris operiret ibidem
Nubes erroris pallens caligine mortis.
Exitus edocuit, qvod mens præsaga futurum
Viderat: ad Regem qvoniam pro rebus iturum
Nuncius ante diem Regis prævenit eundem,
Presbyterum mandantis ad Ecclesiam debere remitti,
Velle patrociniis sese committere Christi,
Nil in amicitiis â se minus esse colendum.
Pontificem, coluisse sedem qvam sciret *Horicum*,

CAP. LXXIII.

Pontificem donat Rex & jus omne reformat.

Ergo pater super his cum Regem sanctus adisset,
Et coram *Burchardus* cum *Comes* exhibuisset,
Nobilis & magnus Regi vir utriqve propinqvus.
Qvo fautore *senem* sibi conciliarat, *Horicum*,
Senserat & fidum per cuncta negotia rerum.
Rex gratanter eum summoqve recepit honore,
Restituitqve libens regali jura favore,
Jam collata sibi dono *Senioris Horici*.
Ecclesiæqve * *Nolam* trabibus permisit ab altis
Appendi, qvod grande nefas erat ante profanis
Cessit & in portu Regni, qvi *Rippa* vocatur,
Ut *domus Ecclesiæ* Christo nova construeretur.

CAP. LXXIV.

Is venit, hic migrat, redit hic & febre laborat.

Ansfridum qvendam nutrirat Episcopus *Ebbo*
Ordine presbyterum, sed carnis origine *Danum*,
301 Qvi per tempus idem Sveonum missus in orbem
Mansit apud populos, præfatus & inde sacerdos
Venit *Erimbertus*, cum vero presbyter idem,
Gente favente sibi, tribus annis esset ibidem,
Præsulis audito *Gaudberti* fine recessit.
Inde dies aliqvot post vitæ tempora clausit
Ultima correptus febre carnis morte solutus.

CAP. LXXV.

Presbyterum spoliat latro, nudum Christus adoptat.

Anscharius, ne forte fides ibi cœpta periret
Anxius, ad populum, cœli qvi rore rigaret
Corda, *Regimbertum* satis hoc operamine dignum

5. Mit-

Mittere disposuit, sed presbyter iste Scleaswich,
Qvo portu puppes stabant, & nautica pubes,
Cum peteret, captum manus impacata latronum
Detinuit, res diripuit, nudumqve reliqvit.
Hic ad nos rediens felici morte beatus
Transiit ad superos terris pro parte retentus,
Qvo mundi Regina die de carne migravit,
Et Regni solium super astra *Maria* locavit.

Cap. LXXVI.

Tota sacerdoti gens est cum Rege favori.

Impatiens animi Pastor turbatus in hac re,
Impositus alium manibus sacravit, eumqve
Misit; ut in populis impleret opus Deitatis.
Illi *Rimberto* nomen, natalis origo
Et genus ex Danis erat; hunc Rex totaqve gentis
Excepit digne facies, habuitqve benigne
Huic etenim pater ille pius legarat, ut omnem
Turpis avaritiæ vellet contemnere labem, 302
Neve qvid à populo peteret, *manuumqve labore*
Tegminis & victus usum sibi qværeret ipse.
Sic, inter gentes statuit qvos esse ministros,
Omnes commonuit; qvod si qvid propter amicos
Lucrandos dandum foret: à se sanxit habendum.

Cap. LXXVII.

In fervore senis cor spiritus urit Ebbonis.

Qvamvis semper eum per tot discrimina rerum
Vinxerit interius divini gratia roris,
Ne torpore pii curam laxaret agonis,
Hoc tamen in studio vehementer *Episcopus Ebbo,*
Cui fuit imprimis legatio credita gentis,
Illius mentem verbis amantibus ignem
Inflammarat, ut in populis mandata salutis
Promulgaret; & intrepidus luctaminis hujus
Curreret in stadio. Pro Gentibus ille vocandis
Cœlitus æterni flammis flagrabat amoris,
Cujus adhortatu pater hic pro nomine Christi
Bella gerens, nullo potuit terrore moveri.

Cap. LXXVIII.

Qvod labor in Domino fructum ferat asserit Ebbo.

Multis qvippe virum monitis formaverat *Ebbo,*
Sed tamen illius nunqvam de pectore sermo,
Inter eos habitus supremo afflamine prorsus
Evelli potuit, nec præsulis ore recessit,
Nam, qvas passus erat, cum Dominus Episcopus illi
Ærumnas retulisset, cumqve rogaret, ut ipsi,
Qvid super hoc esset sibi visum, dicere vellet.
Tunc velut afflatus divini numinis aura, 303
Responsum dedit: Est nil spe mihi certius ista,
Fructificante Deo, qvam qvod labor iste maniplos
Colliget, & fructum dabit; at si qvando procellam

Humani ſceleris tempeſtas moverit ullam,
Non tamen arebit penitus ſed fructificabit
Fruge ſalutari. nomen laudabile Chriſti
Finibus externis dum dilatabitur orbis

Cap. LXXIX.

Fregit nulla virum vis, aut populatio rerum.

Hinc deſiderium ſuccenderat ardor eorum,
Tanta fides animi direxit ad extera mundi
Regna viros ſacræ pro Religionis amore,
Adverſus *Zabulum* Chriſti ſic arma tulerunt,
A qvo non dubiam palmam ſudoris habebunt.
Hæc pietas, hic verus amor, hæc gratia nunqvam
Ceſſit ab Anſchario, genus implacabile qvanqvam
Piratæ raperent famulos, terrasqve gravarent
Eccleſiæ crebris incurſibus, ille beatus,
Ille pius, mitis, patiens pater atqve benignus
Orabat Dominum ſemper, nec verteret illis
Hoc in peccatum, qvod gens intenta rapinis,
Qvam deluſiſſet Sathanas erroribus, eſſet
Ignorando Deum rebus damnoſa piorum.
Hoc adeo viguit mentis fervore per omne
Tempus, qvod ſummo poſitus langoris agone
Non tamen ante ſuæ diſponere ſortis omiſit
Munia, qvam moriens oris ſpiramina clauſit.
In qvo propoſito perventum credere fas eſt,
De tumulis, hominum Caro mortua qvando reſurget,
Multis Danorum comitantibus & Sveonum,
Qvos ſalvavit, eum conſcendere Regna polorum.

Cap. LXXX.

304 *Ut parco victu, ſcabro ſe mulctat amictu.*

Ferbuerit ſane conſtat pro gentibus ipſe
Qvantum ſalvandis, ſuper eſt evolvere, qvalis
Exſtiterit, ſanctam qvo duxerit ordine vitam.
Qvantus Corbejæ fuerit, novere priores,
Sicut fama refert, mirandus apud Seniores
Vixit adhuc juvenis nimii fervore rigoris.
Jam vero promotus ad arcem Pontificatus,
Augmentum capiendo pios excrevit in actus.
Cum zelando patres vitam ſeqveretur eorum,
Martinum ſanxit ſpecialius eſſe ſeqvendum.
Silicio ſubtus nudos obvolverat artus,
Uſu nocturno, non tantum dico diurno.
In verbo Domini populis prodeſſe ſtudebat.
Liber ab officiis aliqvando remotus agebat,
Ad qvod opus cellam ſibi vir fabricaverat aptam.
Nomen ei *placidus locus & moeroris amicus.*
Otia duxit in hoc remoratus dogmata ſecum
Cum paucis, qvotiens ſiluere negotia rerum
Eccleſiæqve tamen ſibi prætulit utilitatem.
Dum viguit corpus, dum rexit membra juventus
Dimenſos latices, appenſos pondere panes,
Degere cum licuit ſolum, ſæpisſime ſumpſit:
Gloria vana viri qvo tempore cor terebravit.

Cap.

Cap. LXXXI.

Qvis foret agnovit, dum vana mente superbit.

Cœperat ergo sibi, vir maximus esse videri,
Qui sic tabe famis tenuasset viscera carnis;
Sensit ut interius pestis crudescere virus,
Sollicitus pro re precibus sibi consulit ipse.
Nocte soporifera torpebant langvida membra, 305.
Reppulerat carnis somnum vigilantia mentis,
Se super astra rapi, faucesqve dehiscere mundi
Vidit ut horrendæ vallis baratrum, tamen inde
Felices animas consurgere lucis ad auras
Angelico ductu; sed in ipso vallis hiatu
Qvædam sementis species apparuit illi,
Unde genus hominum carnis prorumpit in ortum.
Aspiciendo stupor totum pervasit & horror,
Horruit aspectu super hoc mirabile visu;
Audiit & vocem se pertractare jubentem
Præsentis vitæ qvo processisset in esse
Principio, dictumqve sibi fuit; Ergo videto
Unde superbit homo modo, qvem sic exilis origo
Et cum peccatis parit in convalle doloris,
Et si qvid bonitatis habet non accipit à se
Luminis est à patre, bonum qvo ducitur omne.
Ortus ergo tui primordia commemorabis,
Si cor ulterius turbabit improba pestis,
Et tibi subveniet Deus, & vis illa recedet.

Cap. LXXXII.

Escas non potus auxit ruinosa senectus.

At ubi consenuit non sic jejunia duxit,
Sed tamen hausit aqvam semper licet auxerit escam
Ni qvia, vitando vanæ contagia laudis,
Qvas bibiturus erat modicum stillabat in undis.
De potu tenuem nihil indulcando saporem
Indulgere cibis si compulit ægra senectus,
Sparsit opes funditqve preces, operatio virtus
Virtutum radix, & earum sedula nutrix
Captivos de servitio plerosqve redemit,
In libertatem qvorum sub jure redegit 306
Christi nonnullos divinis usibus aptos.

Cap. LXXXIII.

Langvet amore, sitit lachrymas & habendo profudit.

Qvam fervens in amore Dei fuit & studiosus,
Indicio *Libros* qvos ipse notavit habemus,
In qvibus omnipotentis laus æterna resultat,
Tum delinqventum correptio crimina mulctat:
Laus qvoqve perpetuæ lucis, terrorqve gehennæ,
Id qvod lamentum producit, corda legentum
Et mollit lachrymis, stimulis & pungit amoris.
Hoc desiderium senis insatiabile fratrum
Multis *Corbejæ veteris*, plerisqve *Novellæ*

Notuit, his libris aliqvid conferre rogatis.
Sed lachrymas acuens, & luctu pectora scindens,
Pagina nulla sibi poterat satis esse volenti
Perpetuo mœrore suam perducere vitam.
Nam licet assiduo lachrymarum rore maderet,
Cor tamen ardebat, cum mens liqvefacta sitiret;
Tandem supremo Dominus sibi præstitit anno
Ætatis, vellet qvotiens ut flere valeret,

CAP. LXXXIV.

Conterit in psalmis pigmentum nectare mellis.

Ex sacris collecta libris oramina psalmis
Aptavit qvædam qvoqve cordis alentia flammam
Qvod genus orandi placuit *pigmenta* vocari,
Qvod sibi tota per hæc modulatio dulcior esset.
Qvæ non verborum phaleris, sterilive lepore
Texuit, interno permiscuit illa sapore.
Et nunc judicium collaudat Cuncti potentis,
307 Glorificatqve pios; modo sontes luget in illis,
Omnibus esse tamen se judicat inferiorem.
Decantando qvidem psalmos in fine silebat,
Et tacitus psallente choro *pigmenta* terebat.
Pandere nolenti qvidam cum posset apud se
Vix precibus multis extorsit, qvæ tamen ipse
Scripta sibi vivente viro non prodidit ulli.
Exposuit verò post mortem scire volenti.
Inter psallendum *contexere rete* solebat,
Non lingvam, non ipse manus torpere sinebat,

CAP. LXXXV.

Nox, aurora suos habet ara, cubatio psalmos.

Disposuit psalmos qvos in nocte recitaret
Qvos redeunte die, qvos dum libare pararet,
Qvos jam discinctus dum lecto poneret artus.
At cum mane sibi velamina circumferret,
Muniret pedes, oculosqve lavaret,
Os litaniæ cantu resonabat & inde
Ibat ad Ecclesiam; tum tres aut qvatuor astans
Missas rite sibi faciebat concelebrari.
Tempore legitimo *missa solemnis* agebat
Ipse ministerium, si non audire volebat.

CAP. LXXXVI.

In sumptus inopum decimat pecus atqve metallum.

Jam verò qvam pauperibus pie prodigus iste
Vir fuerit, qvantum dederit, comprendere mente
Non opis est. In amore Dei discrimina passis
Subveniendo ferebat opem pro posse, nec illis,
Indigenas terræ tantum qvos noverat esse,
Longinqva positis sumptus dabat in regione.
In *Brema* stabulum speciale dicavit egenis.
308 Huc de contiguis *decimas* conducere villis
Constituit, qvibus æger, inopis, peregrinus & hospes,

Esset

Eſſet habendo cibos recreato corpore ſoſpes.
At *pecudum decimas* ex omni pontificatu
Ad ſe ſpectantes, inopum dirimebat in uſu
Nec minus argenti cenſum decimabat in anno,
Rurſus ab integro decimans animalia qvinto,
Omne caput decimum manibus tradebat egentum.
Porro monaſteriis qvod cederet in ratione
Argenti qvartam partem diſcrevit in hac re.

Cap. LXXXVII.

Extulit in omnes, ne pauper abiret inanis.

Ergo ſuper viduas, pupillos, anachoretas
Maxima cura ſibi paſci, munuſcula mitti,
Corpora ſubſidiis recreari, pectora verbis.
In Zona propria ſemper pendente crumena
Ibat cum nummis, pauper ſi qvando veniret,
Nec forte *Oeconomus* præſens, ut munus haberet
Illud Job ſtuduit de ſe complerere, qvod inqvit:
Nec faceret viduæ cunctari, lumina; ſicqve
Orbis erat cœco, claudo pes, tutor egeno

Cap. LXXXVIII.

Corporis ima lavat pauper, ſedet illi miniſter.

Omni verò die ſacrati temporis, in ſe
Qvod qvater & decies currit, faciebat egentes
Qvatuor induci ſexus utriſqve *Bremenſi*
Hoſpitio, maribusqve pedes pater ipſe lavabat;
Hoc qvædam Dominum metuens reverenter agebat,
Pro ſe fœmineis incumbens fœmina plantis.
Si per Epiſcopii trans aliqvando migraret
Primum pauperibus, domum ad qvamcunqve veniret 309
Poneret ut menſam, ſibi deſudabat in eſcam:
In qvibus obſeqviis adeo fore promptus, ut imbres
Funderet in manibus, miſceret pocula, panes
Inferret menſæ, ſic demum accumberet ipſe,
Hoſpitibus ſecum concitis ad comedendum.

Cap. LXXIX.

Mæſta probavit anus, qvantum fuit ille benignus.

Fas eſt exemplis cujus fuit pietatis
Promere: nunc verſu qvod claruit indice viſu
Expediam: Viduæ cujusdam captus ab hoſte
Filius in Regnum dictus fuerat *Suëonum*,
Præſul eum juvenem, deſcendens in regionem,
Exilio ſolvit pretio, ſecumqve reduxit.
In patriam mater qvem cum gemebunda videret;
Immaduit lachrymis animo gaudente profuſis
Res inopina boni pectus muliebre reſolvit,
Nec minus undanti fletu pater ora rigavit,
Et juvenem viduæ comitem permiſit abire.
Liber abit ſervus lachrymis auroqve redemptus,
Accepit fletum pietas qvæ præbuit aurum,
Et tamen ingemuit, pareret cum gaudia flevit.

Cap. LXXXX.

Omnia præscivit, nec eum res ulla fefellit.

Ergo beatus homo, qvia civis erat Paradisi,
Crebrius æternis splendoribus irradiari
In terris meruit, vel cum sopor ossa rigaret,
In somnis arcana videns, aut cum vigilaret,
Sive per excessum, vel mente per interiorem
310 Intuitum fere rem venturam noverat omnem
Si foret interdum magnum qvid forte gerendum,
Nil inconsulte statuens, optabat habere
Tempus tractandi secum, dum cœlitus illi
Gratia suggereret dum qvid rectius esset
Sic animo certus causam fidenter agebat,
Jamqve Sion montem trepidatio nulla movebat.
Sed qvæcunqve sibi locupletius enituerunt,
In somnis, adeo mysteria certa fuerunt,
Ut neqveat falsi qvid eum vidisse probari
Argumenta fidem faciunt in rebus apertis,
Visus & auditus dijudicat in manifestis.

Cap. LXXXXI.

Per visum terræ Pastor decernitur esse.

Ergo prius *Bremam* qvam processisset ad urbem,
Præsul ut esset ibi, devenerat in Regionem
Qvandam per visum, peragrans ea Tempe, Beatum,
Introitum vitæ qvi pandit in æthere, *Petrum*
Repperit, & valde mirari cœpit; & ecce:
Advenere viri qvidam de gente petentes,
Ut præceptorem legaret apostolus illis.
Vobis pastor erit coram qvem cernitis, *inqvit*
Hic vir & *Anscharium* promovit, tum sibi visum
Est, magno terram motu tremuisse, ruinam
Perpessum terræ, vocem venisse super se,
Qvæ pluit in mentem tantæ dulcedinis imbrem,
Ut se perfundi flatus aspergine sacri
Sentiret totum, Christi novitate refectum.
Vox delapsa fuit benedictio; postea vidit
Prædictos iterare viros, ut qvemlibet illis
Doctorem legaret apostolus, ille molestis
311 Respondit veluti dedignans, nonne ego dixi,
Qvod vobis iste deberet Episcopus esse,
Id circo super hoc audistis ab æthere vocem
Advenisse sacri spiraminis, opilionem
Ut sacraret eum vobis. Hic excita somnum,
Ut solet, excussit sibi mens, & visio cessit.
Post tamen annalem sol ter circumtulit orbem,
Qvem *Bremensis* ad *Ecclesiæ* consurgeret arcem,
Qvolibet ob Dominum cum se prasciret iturum.

Cap.

Cap. LXXXII.

Qvod sopor involvit plebis dissensio solvit.

Imperio Regis tandem directus ad urbem
Ætheris Ecclesiam tibi *Claviger* esse dicatam
Repperit, at qvosdam cum dissentire videtur.
Ex re cognovit, qvod visio significasset.
Sic urbis dictæ consensit Episcopus esse
Ante qvod omnino renuebat. Tempore verò,
Qvo *Turbolt* tenuit, qvosdam de gente coëmit
Sclavorum pueros, qvos legibus erudiendos
Catholicis, cellâ pater educabat in illa.
Horum nonnullos *Rainarius* expulit inde,
Qvando sibi cellam *Carolus* concessit, eosqve
Rex tibi Christe tulit, homini servire coëgit.

Cap. LXXXIII.

Dux furit, ultor adest, tremit ille, nec irrita vox est.

Cum super hoc pateretur Episcopus anxietatem,
In modicam venisse domum se vidit in unam,
In qva *Rex Carolus*, simul & *Rainarius* ipse,
Inveniebantur, qvos ille redarguit inde,
Qvod pueros, nutrire Deo qvos disposuisset,
Usibus hosce suis *Rainarius* applicuisset. 312
Concitus ille furore pedem surrexit, ut ejus
Tunderet os, sibi visus adest assistere Christus,
Et sic ad Regem dixisse virumqve rebellem:
Qvi vos estis, ait, qvi sic *innobilitatis*
Alterius servum, licet illum non timeatis,
Servus habet dominum, qvod non impune feretis,
Hoc sermone viri tremuerunt, ille sopori
Eripitur, nec se delusit visio; Nempe
Pœna mali vindex fuit hujus *Oramatis* index.
Post paulo tantam siqvidem *Rainarius* iram
Principis incurrit, qvod eum placare neqvivit,
Ultra sed cellam cum rebus perdidit ipsam.

Cap. LXXXIV.

Clemens, facundus, lenis fuit & verecundus.

Hanc etiam partem decurrat inepta Poësis,
In pastorali fuerit moderamine qvalis.
Id qvod dixisti sanctissime *Papa Gregori*
In specie vigilum, Christi qvibus angelus ortum,
Didicit Ecclesiæ, patet hunc vigilem meruisse
Vallati splendore Dei videre cohortes,
Angelicas super excubias gregis opiliones.
Hic vigilanter oves, Christus qvas morte redemit,
Pavit, & ad vitæ fontes & pascua duxit,
Promeruitqve frui divini luminis aura,
Mente videre Deum, mysteria nosse suprema.
Agnovere sui, qvoniam comes exitit illi
Ut dux in rebus faciendis, cœlica virtus.
Gratia qvippe Dei radiabat in ore venusto;

Dul-

Dulcior inde favi redolentis nectare sermo,
313 Emanans erat horribilis tamen & metuendus,
Blandimenta metus consperserat, unde modestus
Terror blanditiis influxerat, unde molestus,
Et fera terrebat pater, & pia corda fovebat.
In qvo judicii jam qvædam forma futuri
Præcedebat, ubi judex erit ille severus
Et blandus justis, & iniqvis intolerandus.

Cap. LXXXXV.

Prata virum Fresia flammascunt ætheris igne.

Hæc erat in verbis igitur vultuqve docentis
Gratia, terribilem, qvod eum locuplesqve potensqve
Aspiceret; tremeretqve procax; at pauper inopsqve
Ut patrem coleret, fratrem mediocris amaret
Qværere nolenti, virtutum signa caventi,
Ne qva pruriret mens, ex virtute periret,
Non tamen hæc aberant, qvoniam prolata neqvibant
Illius ore viri Domini mandata resolvi.
Hoc autem, *Fresiæ* qvod contigit in Regione
Cœlum conspexit, tellus exusta probavit.
Forte dies solemnis erat, lux prima dierum;
Qvæ nomen trahit â Domino qvi rupit avernum,
Præsul in *Ostargo* verbum de more salutis
Fecerat ad populum terræ, prohibendo colonis,
Exerceret opus festis ut nemo diebus,
Festis ruris opus non exercere diebus.
At qvidam de plebe truces hominesqve *baburri*,
Ut rediere domum, cœli cum suda sereni
Rideret facies, nec læderet aëra nubes,
Prata petunt, fœni cumulos faciunt; sed acervos,
Vesper ut advenit, combussit cœlitus ignis,
Stulta die cumularat eo qvotqvot manus: acti
Anteriore tamen non sunt incendia passi.
314 At per circuitum populi consurgere fumum,
Et procul ignivomas ferri per inane favillas
Cernentes, valde timuere, putando, super se
Hostilem venisse manum; discussa superbam
Res docuit mentem flammis cœlestibus ultam.

Cap. LXXXXVI.

Flagitio populi mœret mens deficit illi.

Nordalbingorum facinus reor esse notandum,
Qvove modo præsul crimen correxerit illud.
Captivi qvidam de terris Christicolarum,
Cum devenissent ad barbara Regna, malorum
Ponderibus fracti properabant inde reverti.
Sed nihil horrisonas miseris rupisse cathenas
Proderat, aut oneri pede consuluisse fugaci,
Nordalbingorum qvoniam gens forte locorum,
Proxima Paganis, profugos constringere vinclis,
Cum coleret Christum, Paganis vendere rursum.
Vendere Christicolis emptoribus impietatis
Proh dolor audebat, vel eosdem jure tenebat

Ser-

Servitii lugubre nefas. Qvod ut attigit aures
Præsulis, indoluit rem commisisse fideles
Illicitam populos, esset qvibus ipse sacerdos.
Sed cum participes sceleris fore nobiliores
Audisset populi, vulnus reserare volenti
Consilium pro se non sufficiebat apud se.

Cap. LXXXXVII.

Prosequitur Dominum cor tollit gloria rerum.

Cum super hoc igitur fluctu qvateretur & æstu
Curarum, solitam meruit solaminis auram.
Alta qvies noctis fessis diffusa medullis 315.
Obruerat corpus, sed cor erexerat intus,
Visio processit, qvæ mentis nubila tersit.
Vidit in hoc fuit ut qvondam Deus orbe qvod esset;
Cum populis documenta dedit, viditqve qvod esset
Sanctorum multa circumvallante caterva,
Qvorum se comitem progressu sensit eodem
Exultare, sibi qvoniam nihil esse molesti,
Tantus erat terror tumidis illatus & horror.
Cœlitus at fieri nullo spirante reniti,
Libertas captis, optata redemptio vinctis.

Cap. LXXXXIIX.

Corrigitur facinus, rapitur de carcere vinctus.

Hæc patris in Domino firmavit visio mentem,
Iret ut ereptum miseros, compescere sontem
Flagitio populum, facinus damnare nefandum.
Movit iter petiitqve viros, ubi gratia Christi
Sic prævenit eum, qvod nemo resisteret illi.
In primis opibus tum nobilitate potentes
Pœnituit fecisse malum, timuere minores.
Compedibus vincti vulgo scrutamur, & ante
Producti malunt ubicunqve sinuntur abire.
Pactum constituunt nullum jurando tueri
Oppositum crimen, sed vis examine Christi
Hanc adeo pater ergo viam feliciter egit,
Esset ut indicio, Dominum fecisse, qvod inqvit:
En ego vobiscum sum temporis omne per ævum.
Porro viæ comites, alacres ex prosperitate,
In tam felici se nunqvam calle fuisse
Asseruere, palam dicentes: ergo videmus,
Qvod Dominus verè nostros direxerit actus.

Cap. LXXXXIX. 316.

Exul & affinis tulit æger dona salutis.

Dicere nemo valet, qvantos orando saluti
Reddidit, ægra fovens *olei* medicamine *sacri*
Membra, qvod experti passim vulgando celebrem,
In virtute virum terram fecere per omnem.
Non modo finitimos longinqvis rumor ab oris.
Svaserat infirmos ad dona venire salutis,
Occultare tamen qvam divulgare volentem,

Gratia qvanta foret in virtute medenti.
Hoc uni dixisse ferunt aliqvando suorum,
Cum fieret coram se mentio prodigiorum:
Qvem Deus audiret, si scirem me fore dignum,
Jam peterem mihi, vellet uti concedere signum,
Ut faceret de me qvo possem vir bonus esse.

Cap. C.

Piis formido virum torsit jus lingva malorum.

Sed tamen illius morbi violentia corpus
Urgebat, fortis cum sic in robore mentis
Esset, vita qvidem fere pertulit omnis agonem
Martyrii, flammis duri decocta laboris.
Plurima bella pati, qværendo negotia Christi,
Contigit, exterius metus, & labor extitit intus,
Propter barbariem prædas violenter agentem.
Pondera tanta viri contraveniendo maligni
Auxerunt lingvis, spirantes virus ut angvis.
Id præter proprii cruciatio corporis illi
Qvid nisi martyrium fuit & cœleste trophæum.
Dulcia qvæ cecinit rerum monumenta piarum,
Cogitur ad lachrymas luctu confusa voluptas.
Restat in accubitu lugubri plaudere versum,
Luctificum Musæ, sed nollent carmen inire.
Sed licet ora riget fletus, creberqve fatiget
Guttura singultus, contundat pectora planctus
Patris ad exeqvias tamen invitabo camœnas
Qvatuor ad *sextum decies* cumulaverat annum,
Tot rota totius vitæ fuit acta diebus.

Cap. CI.

In langore gemit, qvod Christi victima non sit.

At verè *decimum Episcopus egerat annum*
Qvatuor adjectis, qvo tempore lurida pestis,
Qvam dissenteriam dicunt, in carne ruinam
Intulit, exhausit vires, vitalia torsit
Jugi *digerie* bis bino passio mense
Tabuerat corpus, labor attenuaverat artus,
Senserat urgeri sese glaucomate lethi.
Inde Deo grates cum redderet uberiores,
Dicebat scelerum merito minus esse flagellum.
Illud proclamans, illud Job sæpe freqventans:
Si Domini tulimus bona, qvare non toleremus
Et mala; Mœror erat tamen inde gravissimus illi.
Qvod se martyrio non hoc discrimine solvi
Rebatur, veluti per somnum viderat olim.
Ergo senex animo sibimet reputabat amaro,
Extorrem palmæ factum victricis honore,
Ipsum laurigera se defraudasse coronâ
Per vitium culpæ, spem sangvinis evacuasse,
Cantans cum gemitu, qvod ait Psalmista: Deus tu
Justus es & recte causam decernis & æqvè.

CAP.

Cap. CII. 318

Carnis lingva silet, vox cœli pectora mulcet.

Hanc animi tandem cum panderet anxietatem,
Discipulo, qvi fidus erat, qvi cætera norat
Interiora senis, vitæ prope conscius omnis,
Isqve laboriferum cordis lenire tumultum
Et consolari cupiens, cum diceret ipsi,
Non fore permissum, se vel fornace cremandum
Aut obtruncandum gladio, fluctuve necandum,
Sed neqve dissectum ferris, aut rupibus actum,
Casu felici scansurum culmina cœli;
Sed cum martyrii palma debere reverti
Se propter Christum diversa pericula passum,
In stadio fidei palmam meruisse triumphi.
Si nihil adversi vita tolerasset in omni,
Accumulare tamen juguli felicis honorem,
Lethalis morbi poterat labor ultimus illi.
Attamen attoli solamine dulcis amici
Non potuit senior, conceptus pectore mœror
Dulcorem mentis potarat felle doloris,
At Domini pietas, cui semper prona facultas
Mœstos solari, contritis corde mederi,
Mœroris nebulam tersit, pacando procellam
Sollicitæ mentis superi medicamina roris,
Corripuitqve senem, stillans vigilantis in aurem
Vocem sensificam; nunqvam sopor ingerit umbram,
In somnis animæ cum torpent membra sopore.

Cap. CIII.

Spes redit, ancipitem solidat correctio mentem.

Ergo die qvadam cum *mystica fercula* mensam,
Ornarent Domini sacri de carnibus agni,
Æger & ante sacram resideret Episcopus aram,
Sollicitusqve nimis subito libramine mentis 319
Raptus in excessu, carnisqve reductus ab æstu
Ereptusqve sibi, venientis ab æthere verbi
Voce redarguitur vehementer, qvod qvateretur
Mentis arundineæ ventosis motibus ipse,
Qvi de promissis dubitasset cunctipotentis;
Seu vis ulla mali Dominum pervertere possit,
Aut aliqvod facinus bonitatem subruat ejus:
Indubitanter, ait, credas, utrumqve salutis
Auctor perficiet tibi, nam peccata remittet
Qvæ modo te torqvent, modo qvæ te cura remordet,
Et tibi promissi cumulabit gaudia voti,
Fiet & optatam pariet tibi visio palmam.
Vox siluit, pater intremuit, mentemqve recepit.
Mentem compositam, mentem mœrore piatam
Mellifliu mentem solaminis imbre madentem.

Cap. CIV.

Unit Pontifices, monet ejus Epistola Reges.

Inde Dei famulus vigilanter Pontificatus,
Qvantum prævaluit, librare negotia cœpit.
Regni Pontifices passim mittenda per omnes
Sedis Apostolicæ fecit *decreta* notare
Pluribus in foliis Boreæ glacialis in oris,
Qvæ sibi pro populis fuerant legata vocantis.
Hoc etiam terræ Dominis & gregibus æqvè,
Ut genus alternum sic nomen habentibus unum;
Cum foret ille pater, foret illi filius alter,
Commendans proprios apices, direxit & ambos
Communiit curæ jus Religionis habere;
Hujus propositi pro Regis amore superni
320 Ut memores essent, & uti pro tempore ferrent
Præsidium sese Domini comitante favore,
Qvatinus in Gentes legatio fructificaret

Cap. CV.

Clerus inops prandet, lichnis sacraria lucent.

Mensibus ergo tribus, cum jam violentia corpus
Pestis tabificæ torsisset, eoqve labore
Viribus exhaustis raperet vicinia mortis
Ad suprema virum celeberrimus ille dierum,
Sideris indicio qvi duxit ab orbe remoto
Gentes ad Christi præsepe refulserat orbi,
Egressus tropici de finibns Ægocerotis,
Phœbus ad imbrifluam currum raptaverat urnam;
Instabatqve dies *Hypapante* dictus Achivis,
Festus in Ecclesiâ pro partu virginitatis,
Qvo coram Domino verbum patris innuba virgo
Intulit in Templum velamine carnis opertum,
Observans legem, cum nil deberet eidem;
Qvæ non in partu muliebri tabuit actu,
Concipiendo qvidem non perdidit integritatem.
Hoc in solemni cupiens homo corpore solvi
Sanctus, ut ad Dominum procederet in paradisum,
Lux ubi lætitiæ jam proxima cœpit adesse,
Pauperibus Christi pariter, cleroqve parari
Solemnes epulas fecit, jussit qvoqve ternas,
Candelas fieri sibi de cera speciali.
Accendi primam qvarum præcepit ad *Aram*
Virginis, æternæ peperit qvæ gaudia vitæ,
Qvæ referando polum mortis conclusit abyssum,
Stella Maria maris, mater jus omne tenentis,
Qvi cœli portam pandis tibi *Petre* secundam
321 Obtulit, ad Domini *Baptistam* tertia cessit.
Hoc erat in votis, ut eum vos susciperetis
Eductum carni clarissima lumina mundi,
In visu qvondam qvem judicis ante tribunal,
Ut jam retulimus, solis duxistis ad ortus.

Cap. CVI.

Urbs sibi tota litat, prægustat, & inde perorat.

Et jam decoctis diro langore medullis,
Aruerat penitus qvasi testa solubile corpus
Lurida consumptis extabant carnibus ossa,
Nervis vincta suis, & amictu pellis operta.
Attamen in Domini mens integra laude vigebat;
Spiritui mox membra senex moritura dicabat,
Jamqve die tenebris inlucescente remotis,
Multa sacerdotum menus adventarat ad urbem,
Proqve salute viri missas celebrando per omnem.
Ecclesiam, corpus Christi, tum sangvinis haustus
Obtulerant oculis solemniter omnipotentis.
Ad populum verò qvo debitus ordine sermo
Promulgaretur digessit Episcopus illud,
Affirmando cibum penitus se tangere nullum,
Omnibus officiis dum *publica missa* peractis
Finem fecisset; qvæ postqvam dicta fuisset
Langventem pavit stomachum, modiceqve rigavit
Guttur, & inde diem vitæ præcepta per omnem
Inculcando suis verbi virtute potentis
Ad Christi cultum mentes animavit eorum.

Cap. CVII. 322

Clerus adest, psalmis, vox tota resultat & ignis.

Sed tamen inprimis commissa vocatio Gentis
Sollicitum tenuit, noctem qvoqve taliter egit.
Ejus in egressum jam sancta freqventia fratrum,
Qvæ circum stabat, *psalmos de more canebat.*
Qvos pater angelicum monuit mòdularier hymnum,
Qvo te laudamus Deus, in qvo te profitemur,
Catholicamqve fidem, qvam composuisse beatus
Fertur *Athanasius.* Rosea jam lampade Phœbus
Terras lustrabat, tenebras aurora fugarat.

Cap. CVIII.

Libat & obdormit, plebs glebam mæsta recumbit.

Presbyteris pro se missas celebrantibus, ipse
Corporis ut fragmen sumpsit, sacriqve liqvorem
Sangvinis, erexit dextram, dominumqve rogavit,
Ut qvicunqve modo læsisset qvilibet illum,
Indulgeret ei venia delendo reatum.
Crebrius hoc iterans, & suspirando freqventans;
Justa qvod soli tibi jus Deus est misereri
Gratuita parcendo mei bonitate memento,
Et peccatori mihi tu placabilis esto;
Me manibus commendo tuis; à principe mortis
Eripe *Christe*, crucis pro qvo tormenta subisti.
Hinc in supremo ducens spiramine vitam,
Cum jam vinciret vocis defectio lingvam,
Hæc vice verba sui de fratribus innuit uni
Dicere. Sic altum vibranti lumine cœlum

323 Aspectans, animam paradisi misit ad aulam.
Corpus ad Ecclesiam cum deferretur humandum,
Ingens luctus erat, modus in lachrymis viduarum.
Non fuit, orbatos, inopes, clerumqve videres
Flere, genas alapis contundere, vellere crines.
Cujus enim gemitum posset compescere pectus,
Qvo præsente gregis Pastor foret ille sepultus,
Qvem licet in Domino nullus dubitaret obisse
Officium pietatis erat tamen ingemuisse
Cultor enim Domini, nulli virtute piorum
Aut meritis dispar, speculum tulit omne piorum.
Christi pauperiem primis imitatus ab annis,
Ut vir apostolicus, qvæ sunt peritura, reliqvit,
Seqve monasterii placida statione retrusit,
Amotus turbis studium zelando *Joannis*
In qvo gymnasio laurum virtutis adeptus,
Alter ut in verbi sudet certamine *Paulus*
Gentibus æternæ Deitatis nuncius esse.
Assertor Christi decernitur; inde regendi
Officio *Simonis* curam suscepit ovilis.
Altior iste gradus fuit, illi plurima virtus
Qvod valet esse palam; siqvidem libramine qvondam
Ætheris & terræ medio suspensus, utrinqve
Discurrens interqve Deum populumqve seqvester,
Nunc celeri penna mentis super astra volabat,
Nunc commissorum sibi causas conciliabat.
Hujus enim geminæ pennam virtutis utramqve
Induit ipse Deum, si mundis corde videndum
Credimus, hic virgo primævi floris ab ipso
Electus, fœdam labem non pertulit unqvam
Corporis aut animi, sed compar virgo *Joanni*
Mansit in æternum. Jam vero tantus in illo
Fervor mentis erat, pietas in corde benigno
Tanta redundabat, veluti *Prothomartyr*, ut iste
324 Non minus oraret sævo vallatus ab hoste.
O sanctum vere, dignumqve per omnia laude.
Qvem multiformi virtutum dote beari
Contigit, & solum simul obtinuisse bonorum,
Qvicqvid in antiqvis partim fuit. Ergo pudoris
Lilia contexens, ac virgo cohortibus hærens.
Virgineis, agnum seqvitur, qvocunqve per altum,
Æthera tendit iter, gemmisqve micantibus inter
Fulcra sacerdotum radiantem tollit amictum,
Juris apostolici sortitus in ordine sedem,
Judicio dirimet qvem sprevit parvulus orbem.
Martyribus verò vitæ consertus in albo,
Victricis palma potietur ovanter honore.
Martyrii si qvidem genus esse fatetur
Hoc in pace latet, patet illud, & ense dicatur.

Hoc


Hoc albet lachrymis, illic rubet unda cruoris
Hæc tenuit votum species, tulit altera fructum
Fletibus, esurie tabescens excubiisqve,
Dum carnis vitulam cordis mactavit ad aram.
Martyrii calicem, non effundendo cruorem,
Ebibit affectu martyr non temporis usu.
Qvamvis ergo caput sibi non avulserit ensis,
Obtulerat jugulum, sed voto defuit hostis.
Attendendo tamen, qvanto sua membra labori
Subdiderit, violam non inficiabimur illi
Qvid juxta Paulum creberrimus ille viarum
Sudor & undarum fragor, incursusqve latronum?
Qvid genus & gentes, mare qvid Eremusqve qvid urbes
Qvid fratres falsi? qvid mille pericula lethi,
Algor, acerba fames, sitis, excubiæqve freqventes,
Tot simul ærumnæ pepererunt nonne coronæ
Victricem laurum, & rubicundi sangvinis ostrum?
Præter bella, virum qvæ per momenta dierum
Vallavere foris, timor anxius Ecclesiarum 325
Excoxit mentem; qvis enim fuit æger, & ille
Non ægrotavit? qvis scandala pertulit, & se
Non conflagravit violenti flamma doloris?
Ergo tot internis facibus torrente camino
Pectoris exustus, per tot discrimina ductus,
Palma martyrii frustrabitur? anne putandum
Est, occisorum tantum genus esse beandum?
Nonne sacrum domini calicem bibit ille *Joannes*,
Verbera carnificum qvem non rapuere nec enses?
Qvod si martyribus disjungit nemo *Joannem*,
Laurigeris ducibus hunc inferat oppilionem.
Martyr qvippe fuit, qvoniam sibi mortuus iste
Mundus erat, mundoqve crucem conscenderat ipse,
Gloria martyrii merito decernitur illi.
Namqve dolis Sathanæ, carnisqve vaporibus actus,
Inter Gentiles animos, mundiqve tumultus,
Dum neqve terreri, neqve sicut arundo moveri
Prævaluit semper, tot fluctus præstitit inter
Invictus Christi vita confessor in omni.
Dum martyr græca, qvod testis voce latina,
Innuit, & speciem translatio reddit eandem,
Obtineat nomen, tenuit qvi martyris omen,
Testis Christe tuus, tua sed puer arma secutus.
Ergo qvod ardenti voto cupiebat, & ipsi
Promissum fuerat diademate nemo refellat
Esse coronatum, palmamqve cruoris adeptum.
Forsitan in stadio poterat pruire cruoris
Urtica, privandus ob hoc mercede laboris.
Liber ab hoc moderante Deo discrimine justus,
De meritis nihil imminuit, nec humillima virtus

115. Qvæ

Qvæ dat cautelam reliqvis, eſt paſſa ruinam.
326 Jam qvoniam planè prædicta probaſſe videntur,
Qva viguit bonitate ſenex, qvicunqve movemur
Ad laudes ejus, ſuper eſt imitemur ut actus.
Sic qvoqve nobiſcum verſabitur ipſe per altum;
Sic virtutis iter nos viderit ire magiſter.
Nos qvoqve poſt mundi momenta merebimur illi
Cum regnare polo, ſi pectore ſemper anhelo
Tendimus ad Dominum per blanda, per aſpera Chriſtum,
Ex qvo procedit patri qvem ſpiritus unit.
Ecce procelloſis tibi ſancte cucurrimus undis,
Sit rimoſa licet, jam tandem littora puppis
Attigit, & madidum collegit navita velum,
Fluctibus in mediis te ſæpe vocavimus ambo
Anſchari fer opem, ne nos acheronte ſub uno
Sorbeat infernus, ſed poſſideat paradiſus.
Anſcharii præſul nobis, & civis & exul,
Luminis ad fontem nos transfer ad omnipotentis
Regna, qvibus habitas in deliciis orientis
Floridior palma, ſpecioſus ſicut oliva
Ante thronum Domini, qvo Rex cum patre perenni
Jure triumphat amen, flos virginis & Deus idem.

F I N I S.

VITÆ S. ANSCHARII à GUALDONE MONACHO CORBEIENSI COMPOSITÆ.




PETRI

PETRI LAMBECII
IN
REMBERTUM
ET
GUALDONEM
DE VITA S. ANSCHARII
NOTÆ.

LECTORI S.

D*Um per qvatuordecim illos dies*, Amice Lector, *qvibus mihi nuper ob æstum temporis canicularis à professione publicâ feriari licuit, utramqve hanc S. Anscharii vitam indicis conficiendi gratiâ relego, pauculæ qvædam sub manu mihi natæ sunt observationes, qvibus aliqvem hic locum dare visum fuit, qvod dubia nonnulla & subobscura, qvæ passim in his vitis occurrunt, in iis explicaverim. Magnum eqvidem super est eorum spicilegium, qvæ ego ob temporis augustias & otii inopiam commentatione intacta reliqvi, sed malui vel imperfectas has prodire Notas, qvam, dum iis elaborandis tempus aucupari cogor, totam hanc primam Historiæ Hamburgensis Partem*, *qvæ satis jam diu ob varias easqve gravissimas occupationes sub prælo moram traxit, diutius illic detineri. Qvicqvid ergo hoc est* αὐτοσχεδιάσματος, *qvod feriatis & succisivis horis obiter concinnavi, æqvi*, Lector, *boniqve consule, & meliora â me expecta, si qvando, ut spero*, θεὸς ἐκ μηχανῆς *majus mihi otium faciet; Vale.*



PETRI LAMBECII

329 # IN REMBERTUM DE VITA S. ANSCHARII NOTÆ.

PAg. 51. lin. 7. & 8. *Patribus & fratribus in sacratissimo Corbejæ Monasterio Deo militantibus*] Loqvitur hic de veteri illo Corbejæ Monasterio in Picardia Galliæ provincia haud procul Ambiano, vulgò nunc *Amiens*, in ripâ Samaræ fluvii, vulgò nunc dicti *la Some*. A qvo fluvio ipsa Ambianorum metropolis, *Ambianum* dicta, olim vocabatur *Samarobriva* seu *Samarobriga*, qvasi *Samaræ pons*. *Briva* enim & *Briga* & *Brica* veteri Celtica linguâ pontem significabat, ut prolixè demonstrat doctissimus Cluverius Germaniæ Antiqvæ lib. 1. cap. 7. & rectissime inde colligit; omnia pariter per Hispaniam Galliamqve & alias regiones oppida, in vocem *briga* desinentia, ad fluminum ripas fuisse posita. Cujusmodi sunt in Gallia *Nitiobriga*, ad Garumnam fluvium, vulgò Agen: *Litanobriga* ad flumen, *Æsiam*, olim *Isaram*, vulgo nunc *Oise*: Item *Briva Isaræ*, qvasi pons Isaræ ad eundem fluvium; & *Briva Curresia* ad amnen Curresium, vulgò *Courrese*. In Hispania *Conimbriga* & *Conimbrica* ad *Mundam* amnem: Item Talabrica, Langobriga, Augustobriga & alia. Ad fluvium igitur *Samaram*, unde *Samarobriga* Ambianum dicitur, antiqvum Corbejæ illud monasterium situm est, cujus monachis Rembertus vitam hanc S. Anscharii dedicat. Exstructum illud olim fuit circa annum Æ. C. 665. à *Batilde* Clodovei seu Ludovici II. Regis Franco-
330 rum uxore, & *Corbeja vetus* nuncupatur respectu Monasterii *Corbejæ novæ*, qvod anno Æ. C. 822. ab Imp. Ludovico Pio in Saxonia ad Visurgim conditum est, translatis eò ex Corbeja Veteri seu *Gallicâ* monachis nonnullis eruditione & pietate præ cæteris illustribus: Inter qvos & S. Anscharius fuit, ut disertis verbis testatur Adamus Bremensis lib. 1. cap. 15. *Ludovicus Imperator*, inqvit, *novam in Saxoniâ Corbejam exorsus, religiosissimos Franciæ monachos ad illud congregavit cœnobium, inter qvos præcipuus legitur sanctissimus Pater noster Philosophus Christi Anscharius, vita atqve scientia merito clarus, & omni Saxonum populo acceptus.* Et ipse Rembertus noster infra cap. 5. *Cœptum est olim in his partibus videlicet Saxoniæ Monasterium fieri. qvod authoritate & magisterio vestro & primo fundatum & succedenti tempore Deo donante confirmatum est, nomenqve mutuatum à loco habitationis vestræ accepit, ut vocaretur nova Corbeja. Ad hoc Cœnobium Dei famulus Anscharius unà cum aliis fratribus vestris primo directus est, ut inibi officio fungeretur docendi.* Huc etiam illa pertinent verba præfationis: *Vestræ qvoqve paternitati gratiarum actiones immensas referimus qvia vestro benefico ac licentiâ talem promeruimus patrem habere.* Scribit nempe hæc Rembertus, qvi monachus erat *Corbejæ novæ* sive *Saxonicæ*, ad monachos *Corbejæ veteris* seu *Gallicæ*, in qvorum numero olim fuerat S. Anscharius, priusqvam in septentrionales regiones ablegaretur. Corrigendum ergo est insigne mendum, apud Adamum Bremensem lib. 1. 31. *Eadem verò die*, inqvit, *qvâ S. Anscharius humo mandatus est, Rimbetus Diaconus ejus à clero simul & populo electus est. Qvi etiam Sancti patris veridico sermone describens, more beati Johannis, qvasi de alio scribens, innuit fidissimum ejus discipulorum testimonium perhibere sanctitati, qvam cognoverat in Viro Dei. Hunc ille librum ad fratres cœnobii direxit NOVÆ Corbejæ, beatificans illos, qvod talem miserint, & nobis congra-
331 tulans, qvod talem suscipere meruimus pastorem.* Hæc Adamus. Ubi sine controversia pro *ad fratres cœnobii direxit NOVÆ Corbejæ* scribendum est, *ad fratres cœnobii direxit VETERIS Corbejæ*. Hoc enim cum ex paulo antè citatis, tum ex innumeris etiam aliis Vitæ hujus locis clarissimè apparet, ut Cap. 6. *Extitit*, inqvit, *tunc temporis venerabilis Abbas monasterii vestri Walo*, &c. Qvem locum ita reddidit Gualdo:

Abbas Corbejæ VETERIS VValo prosilit ante.

Item

Item cap. 30. *Testes sunt fratres, & apud VOS* [hoc est, ut ego interpretor, in Corbeja veteri, *& in nova Corbeja degentes.* Hæc enim verba Remberti Paraphrastes Gualdo ita reddidit:

Multis Corbeia VETERIS, plerisqve NOVELLÆ.
Notuit, his libris aliqvid conferre rogatis.

Qvibus testimoniis ex ipsa hac Vitâ desumtis, cum nihil reperiri certius & manifestius possit, superfluum censeo, plura ad hanc rem confirmandam in medium proferre.

Pag. 51. lin. 7. *Recolendis Patribus & fratribus*] *Patres* vocantur monachi ad sacerdotalem ordinem jam promoti: *fratres*, qvi eum gradum vel consecuti nondum sunt, vel conseqvi ob ignorantiam literarum non possunt: Leyen-Brüder.

Pag. 51. lin. 8. *filii atqve Discipuli Reverendissimi Anscharii*] *Rembertus* scilicet & *alter ille Anonymus*, qvi eum in Vita hac scribenda adjuvit. Qvod solus enim Rembertus eam non conscripserit, expresse testatur Anonymus Auctor in vita ejus cap. 9. *Qvamdiu ergo* inqvit, *fuit in corpore Vir Domini Anscharius, iste servus Dei Rimbertus præ cunctis familiarius illi in omnibus adesse solebat, de qvo aliqvotiens nobis in hoc opusculo mentio incidit, & libellus gestorum præfati Pontificis ab ipso Rimberto alioqve condiscipulo ejus editus testatur.* Et ibidem paulo post: *Sed qvia, ut diximus, ipse cum alio qvodam editor eorundem extitit gestorum, idcirco veritatem rei suppresso nomine suo exprimere voluit.* Qvo etiam respexit Paraphrastes Gualdo ultimo Poëmatis capite, his versibus: 332

Ecce procellosis tibi Sancte cucurrimus undis,
Sit rimosa licet, jam tandem littora puppis
Attigit & madidum collegit navita velum.
Fluctibus in mediis te sæpe vocavimus AMBO
Anschari fer opem &c.

Pag. 51. lin. 11. *Diu per* &c.] In Coloniensi editione pro *diu* perperam legebatur *qvi.*

Pag. 51. lin. 42. *Vestræ qvoqve Paternitati* &c.] ἀποστροφὴ ad monachos Corbejæ veteris, ex qva S. Anscharius adhuc adolescens in novam Corbejam, ab Imper. Ludovico Pio in Saxonia ad Visurgim exstructum, fuit deductus. Respicit autem ad hunc Vitæ S. Anscharii locum Adamus Bremensis lib. 1. c. 31. ubi ait: *Hunc ille librum ad fratres Cœnobii direxit veteris Corbejæ* [ita enim ibi legendum est] *beatificans illos, qvod talem miserint, & nobis congratulans, qvod talem suscipere meruimus pastorem.*

Pag. 52. lin. 30. *Cumqve apud vos tonsuratus*] *Apud vos*, id est, in monasterio Corbejæ veteris in Gallia. *Tonsurare*, vox semibarbara, pro *tondere* & *tonsitare*, qvod legitur apud Plautum.

Pag. 53. lin. 22. & 23. *Sed tamen superficiem cernerem, ipsum tamen Jesum credebam, de qvo* &c.] Scribendum censeo: *Sed cum tantum superficiem cernerem, ipsum tamen inibi esse credebam, de qvo* &c.

Pag. 54. lin. 16. *Fulbertus nomine*] in Gualdonis paraphrasi legitur *Philbertus.* 333

Pag. 54. lin. 41. *Captum itaqve est olim*] nempe Anno Æ. C. 822. teste Lamberto Schaffnaburgensi. Vide & Adam. Brem. lib. 1. cap. 15. & Crantz. Saxon. lib. 2. cap. 25. & Metropol. lib. 1. cap. 19. Item Rodolph. Hospinianum de origine & progres. monachatus.

Pag. 54. lin. 50. *Post hæc verò contigit, ut Herioldus qvidam Rex, qvi partem tenebat Danorum* &c.] Is est *Haraldus* cognomine *Klacbius*, seu *Clagus*, qvi contra Daniæ Regem *Regnerum* seu *Reginfredum Lodbrog* à rebellibus Jutis & Scanis Rex appellatus est. Unde continua inter hos fuere certamina, superiore tamen existente Regnero; à qvo Daniâ expulsus, & regno, qvod illegitimè occupaverat, spoliatus Haraldus, Anno Æ. C. 825. in Germaniam confugit ad *Imp. Ludovicum Pium*, qvi tum agebat Moguntiæ, ab eoqve auxilium petiit, qvod hac conditione illi promissum est, ut Christianam religionem susciperet. Haraldus igitur tempori serviens una cum uxore & fratre *Erico* Moguntiæ solenniter baptizatus est, & in Cimbricam Chersonesum reversus, adjuvante Anschario qvem Imperator comitem illi adjunxerat, Christi cultum Daniæ primus intulit. Prolixius multò narrant hæc Adam. Brem. lib. 1. c. 15. & 16. Saxo Grammat. lib. 9. Aimoinus lib. 4. Annales Pithœani ad ann. 826. Albertus Stadens. ad eundem annum, Sigebertus Gemblacens. ad an. 825. & complures alii recentiores Historici, qvi ex his sua desumpserunt.

Pag. 54. lin. 54. & 55. *Qvod scilicet inter eos ita major familiaritas esse posset* &c.] Appositè Saxo Grammaticus Hist. Dan. lib. 9. *At Ludovicus*, inqvit, *summo amplificandæ religionis ardore confertus, conditionem Barbaro* (Haraldo) *intulit, opem spondendo, si Christi cultum exeqvi consen-*
334 *sisset. Nullam enim posse ajebat animorum intervenire concordiam, dissona sacra complexis. Qvamobrem petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neqve magnorum operum consortes existere posse, qvos superna venerationis formula disseperâsset.*

Pag. 56. lin. 13. *Venerandus Antistes Hadeboldus*] Hujus Hadeboldi Archiepiscopi Coloniensis fit mentio in Capitulis Impp. Caroli M. & Ludovici Pii lib. 2. cap. 25.

Pag. 56. lin. 20. *Dedit ei memoratus Augustus ultra Albiam beneficium*] Cum Haraldus Anno Æ. C. 827. ob religionem Christianam à Regnero Lodbrog Dania & Cimbricâ Chersoneso ejectus esset, dedit ei Imperator Ludovicus *partem Frisiæ*, qvam deinceps cum suis incoluit. Et hoc illud est *beneficium ultra Albiam*, cujus hic fit mentio. Confirmat hoc Sigebertus Gamblacensis ad Annum Æ. C. 825. *Harioldus* inqvit, *Rex Danorum, cum uxore & filiis, & magna Danorum parte, Moguntiæ baptizatur, & ab Imperatore muneribus & parte Frisiæ in beneficium sibi data, honoratur.* Et Adam. Brem. lib. 1. c. 15. *Eodem tempore*, inqvit, *Rex Danorum Haroldus à filiis Gotafridi Regno spoliatus ad Ludovicum supplex venit Imperatorem: qui & mox Christianæ fidei Catechismo imbutus, apud Moguntiam cum uxore, fratre & magna Danorum multitudine baptizatus est. Qvem Imperator, à sacro fonte suscipiens, cum decrevisset in Regnum suum restituere, dedit ei trans Albiam beneficium, & fratri ejus Horico, ut tum piratis obsisteret, partem Fresiæ concessit.* Sed notandum est, ultima hæc Adami verba vehementer corrupta esse, & ad hunc modum emendanda: *dedit ei & fratri ejus Horico trans Albiam beneficium, &, ut tempore necessitatis ibi subsisterent, partem Fresiæ concessit.* Nemo enim non videt, hunc Adami locum ex illis vitæ hujus verbis expressum esse: *Qvia interdum pacificè in Regno suo Herioldus Rex*
335 *consistere non poterat, dedit ei memoratus Augustus ultra Albiam beneficium, ut si qvando necessarium esset, ibi subsistere posset.* Nam idem valet, *si qvando necessarium esset*, qvo loqvendi genere Rembertus usus est, & *tempore necessitatis*, qvod usurpavit Adamus, qvodqve librariorum culpa in *tum piratis* fuit mutatum. Aimonius, præstantissimus Rerum Francicarum scriptor, ubi Haraldi ad fidem Christianam conversionem refert, alia utitur formula, qva correctionem nostram omnino confirmat: *Veritus autem*, inqvit, *piissimus Imperator, ne ob tale factum* (scil. ob conversionem ad fidem Christianam) *negaretur Haroldo habitatio soli naturalis, dedit ei qvendam Comitatum in Frisia, cujus vocabulum est Ruistri, qvo se suosqve, si necessitas exigeret, tuto recipere posset.* Eadem leguntur iisdem verbis in Eginharti Annalibus Francicis ad an. 826. Apud utrumqve, *si necessitas exigeret*, idem est, atqve Adami *tempore necessitatis*; atqve adeo hinc patet eum non temerè à me fuisse emendatum. Verum ipsa etiam Aimoini & Eginharti verba mihi suspecta sunt. Qvis enim ille est *Frisiæ Comitatus*, cui nomen ait fuisse *Ruistri*? Si conjecturæ locus est, mutatis literis pro *Ruistri* scribendum censeo *Sturii*. Ut nempe Imperator Ludovicus Regi Haraldo eam Frisiæ partem dederit, in qva *Stauria* oppidum, vulgò Staveren/ situm est. Hanc enim Frisiæ occidentalis regionem *Sturiorum* vocabulo, [qvod apud Plinium Hist. Natural. lib. 4. cap. 15. legitur;] significari, pleriqve Geographorum arbitrantur. Cluverius tamen ἐπέχει. Consule illum Germaniæ antiqvæ lib. 3. cap. 17. ubi agitur de Frisiis.

Pag. 56. lin. 36. *Legatos Sveonum*] *Sveones* sunt qvi vulgo nunc vocantur *Svedi*. Tacito in lib. de Germania *Sviones* appellantur. Vide Cluverium Germ. Antiq. lib. 3. cap. 41.

336 Pag. 57. lin. 14. *socium illi ex vestra fraternitate venerabilis Abbas invenit nomine Wietmarum* &c.] Hæc itidem refert Adam. Brem. lib. 1. cap. 16. *Inde reversi*, inqvit, *cum denuo ab Imperatore postularentur, ultimos Sveonum populos Evangelii gratiâ tentare; intrepidus athleta Christi Ansgarius, assumptis secum fratribus Gislemaro & Withmaro, gaudens pervenit in Daniam. Ubi relinqvens Gislemarum Haroldo, ipse cum Withmaro in Sveoniam transfretavit.*

Pag. 57. lin. 21. *prædictus Wimarius*] Qvamvis in antiqvo Codice ita scriptum invenerim, legendum tamen censeo *Witmarus*, ut paulo superius.

Pag. 57. lin. 35. & 36. *Ubi benigne à Rege, qvi Bern vocabatur, suscepti*] Adam. Brem. lib. 1. cap. 16. *Ipse Anscharius cum Withmaro in Sveoniam transfretavit. Ubi benigne à Rege Biorn suscepti, verbum Dei publicè prædicare permissi sunt. Multos itaqve per annum integrum lucrati sunt Domino Jesu Christo. In qvibus Herigarius oppidi Bircæ præfectus credidit, qvem tradunt etiam miraculis & virtutibus insignem.*

Pag. 58. lin. 11. *Per qvendam Episcopum Galliæ Amalharium nomine*] Is est *Amalharius Fortunatus* Trevirensis Episcopus. Vide Addenda Originibus nostris pag. 160. & 161. ubi pro-

prolixè de eo egimus. Galliæ autem nomine significatur hic Germania, *Cisrhenana*, in Gallico solo sita. Antiqvitus enim Gallia Rheno flumine inclusa & à Germania erat separata; qvem terminum deinde Germani, Rhenum transgressi, sustulerunt.

Pag. 58. lin. 38. *Geroldum Illustrissimum Comitem*] Hujus Geroldi fit mentio in Eginharti Annal. Francicis ad an. 826.

Pag. 59. lin. 4. *Locum unum ultra Albiam, qvi vocatur Welanao*] Wedl seu Wedel vicus haud procul Hamburgo in ripa Albis fluvii oceanum versus.

Pag. 59. lin. 13. & 14. *Qvendam propinqvum suum Gautbertum*] Nepotem scilicet. Adam. Brem. lib. 1. cap. 18. *In adjutorium etiam prædicationis, datus est S. Anschario Ebbo Remensis Archiepiscopus. Hic seu fatigatione itineris, seu corporis debilitate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus, vicarium pro se dedit Anschario nepotem Gaudbertum. Qvem ipsi ambo consecrantes Episcopum, vocaverunt eum Simonem, eumqve divinæ Gratiæ commendatum in Sveoniam miserunt.* 337

Pag. 59. lin. 43. *Etiam sine cappa sua vix evasit*] *Cappa* tam apud Græcos qvam Latinos mediæ ætatis scriptores monachale vestimenti genus est, caput & humeros contegens; qvod & *caparo & caputium* vocatur; qvamvis revera qvidem inter *caputium* & *cappa* aliqvid sit differentiæ, ut apparet ex his verbis lib. Cærimon. 1. cap. 6. *Depositis croceis & parvis caputiis, cappas suas reassumunt.* Vocatur etiam *Capulare, Capitulare*, & *Capitulum*, Isidorus: *Capitulum* inqvit *qvod vulgò capitulare, vel qvod duos apices, ut literâ cappa habeat, vel qvod sit capitis ornamentum.* Vide Salmas in Flavium Vopiscum. Meurs. Gloss. Græcobar. v. *κάππα* & *καπύτζιον*. Vossium de vitiis Serm. lib. 3. cap. 3. Menagium de Originib. Linguæ Gallicæ v. cappe & chaperon.

Pag. 59. lin. 45. *Qvæ in ea vel in vico proximo erant*] Paulo ante eadem de re loqvens dixit, *qvi aderant in urbe ipsa, vel in suburbio.* Utrobiqve autem per *suburbium & vicum proximum* significatur is urbis nostræ tractus, qvem nunc *Parochia S. Nicolai* occupat. Is enim qvamvis jam S. Anscharii temporibus fuerit habitatus, mœnibus tamen vel vallo cinctus non erat. Sed ubi deinde prolato veteris urbis pomœrio, munimentis circumdari cœpit, ex eo non jam suburbium amplius, sed urbs nova appellatus est. Vide Origin. Hamb. pag. 21.

Pag. 60. lin. 11. *Nepotem qvidem ipsius Nitardum*] Paulo aliter narrat hæc Adam. Brem. l. 1. c. 21. *Tunc qvoqve*, inqvit, *Gaudbertus Episcopus Zelo gentilium à Sveonia depulsus, & Nithardus capellanus ejus martyrio cum aliis coronatus est.*

Pag. 60. lin. 27. *Qvendam adiit divinum*] *Divinus* θεῖος μάντις qvi divinat & futura prædicit. Vates, Hariolus Gallicè *un devin*: Italicè *un Indovino*. Autor vulgatæ versionis Bibliorum lib. 1. Reg. cap. 6. *Et vocaverunt Philisthym Sacerdotes & Divinos, dicentes: Qvid faciemus de arca Domini?* Martial. lib. 3. epigram. 71. 338

Non sum divinus, sed scio qvid facias.

Pag. 61. lin. 9. *In qvodam sedebat placito*] *Placitum* propriè dicitur, qvod de re in multorum consilio qvæsitâ & deliberatâ tandem inter ipsos convenit. Qvâ significatione *Placita Philosophorum* legas apud Ciceronem & *Placita majorum* apud Plinium lib. 29. cap 1. & apud eundem lib. 14. cap. 22. *placita medicorum.* Hoc loco autem, & ubivis ferè apud omnes mediæ ætatis scriptores *Placitum* significat *conventum publicum*, seu *solemne concilium.* Aimoinus lib. 4. cap. 30. de Rege Dagoberto scribens; *Generale*, inqvit, *indixit PLACITUM in loco nuncupato Bigurgio: ad qvod properè convenientibus cunctis Franciæ Primoribus* &c. Idem lib. 5. cap. 31. *Generale placitum Idibus Juniis in villa Duziaco tenuit.* Anonymus in Vita Caroli; *Placito generali secundum consuetudinenm Aqvisgrani habito.* Idem colligitur ex hoc loco legum Francicarum Caroli Magni: *Ut nullus ebrius suam causam in mallo possit conqvirere, nec testimonium ferre, nec placitum Comes habeat nisi jejunus.* Præterea etiam *Placitum* posterioribus seculis idem est ac *forum*, sive *locus ubi causæ aguntur.* Lex Frisiorum: *Dicat ille qvi homicidam interpellavit, se in placito publico eum interpellare velle, & ita faciat. Interpellet eum in placito coram judicibus.* Hinc *placitare*, pro disceptare, litigare, judicio experiri. Isidorus in Glossis, *Placitare, in foro litigare.* Sic Carolus M. in donatione Monasteri Ulmensis: *Si advocatus*, inqvit, *in prædictâ villa placitare voluerit, ut non pluribus qvam 30. eqvis ad placitandum veniat.* Galli id vocant *plaider*: Saxones nostri Pleten. 339

Pag. 61. lin. 45. *Rex Sveonum nomine Avoundus*] Apud Adamum Bremens. lib. 1. cap. 21, legitur *Amundus*. Sed nostram lectionem confirmat Gualdonis metrica Paraphrasis:

Regno privatus Sveonum Rex Avoundus.

Pag. 64. lin. 19. *Venerandi Regis Caroli*] Caroli nempe *Calvi*, cui pro parte hæreditatis paternæ obtigit Gallia. Paulo post ubi ait, *fratribus suis gloriosissimis Regibus*, intelligendi sunt *Imperator Lotarius*, & *Ludovicus Germaniæ Rex.* Qvartus enim Ludovici Pii filius Pipinus Aqvitaniæ Rex obiit ante patrem.

Pag. 64. lin. 29. *Clementissimi Domini & Senioris nostri Ludovici Regis*] Is est Ludovicus primus ejus nominis ex familia Caroli Magni Germaniæ Rex, Imp. Ludovici Pii filius. *Senior* autem idem hic est ac *Dominus.* In qva significatione apud mediæ ætatis scriptores sæpius legitur. Ut in Capitulis, qvæ misit Carolus ad Francos & Aqvitanos: *Et mandat vobis noster Senior, qvia si aliqvis de vobis talis est, cui suus Senioratus non placet*, &c. Item in Capitul. Caroli M. & Ludovici Pii lib. 3. cap. 24. *Ut nullus comparet caballum, bovem & ju-*
340 *mentum vel alia, nisi illum hominem cognoscat, qvi ei vendit, aut de qvo pago est vel ubi manet, aut qvi ei est senior.* Cujacius in Præfatione ad libros de Feudis: *Vasallo autem respondet Dominus, qvi & Senior dicitur, licet provectæ ætatis non sit, eadem forma, qva Senatorem & Presbyterum dicimus morum potius, qvam ætatis habita ratione.* Senior itaqve hic idem valet atqve Gallicè *Seigneur*, & *Sire*; Italicè *Signore*.

Pag. 64. l. penultim. *Locum tamen ad Archiepiscopalem dignitatem Apostolica auctoritate firmatum, nullatenus immutandum.*] De Hamburgo hic loqvitur. Unde patet, qvo jure posteâ Archiepiscopalis titulus Bremam inde fuerit translatus.

Pag. 65. lin. 40. *Qvam etiam pallii datione*] De hac datione Pallii, qvâ à Pontifice Romano Archiepiscopalis dignitas confirmatur vide Amalarium de Officiis Ecclesiast. lib. 2. cap. 23. & doctissimi Friderici Lindenbrogii nostri Glossarium Codici Legum Antiqvarum subjunctum.

Pag. 66. lin. 39. *Unde freqventius Oricum adire.*] Is est *Ericus* I. *seu Senior*, frater Regis Haraldi Klachii, de qvo supra ad pag 176. qvædam notavimus. Baptizatus qvidem olim fuerat Moguntiæ cum fratre Haraldo hic Ericus: sed ubi post mortem Regis *Sivardi III.* Daniæ Regnum occupavit, memor pulsum fratrem Haraldum, postqvam fidem Christianam amplexus esset, odium religionis cepit, & antiqvum Idolorum cultum restituit. Cum in Daniam igitur venisset S. Anscharius, nulli parsit operæ in eo convertendo, & juvante Deo, assidua adhortatione effecit, ut Rex Ericus secundum se Christianæ religioni addiceret, & edicto promulgato, si qvis fidem Christianam amplecti vellet, id cuiqve liberum statueret. Qvin etiam templum, qvod jam pridem frater Haraldus Slesvici exstru-
341 xerat & everterat Regnerus, denuò condidit & sanctæ Dei Genitrici Mariæ consecravit. Seqventibus verò deinde seculis ipse S. Anscharius templi Patronus haberi cœptus est. Vide Meursium Historiæ Dan. lib. 3. in Vita Erici I. Et hinc jam apparet, qvomodo concilianda sint, qvæ de Erici hujus conversione & templi Slesvicensis exstructione prolixè disputat doctissimus Joannes Adolphus Cypræus Annalium Episcop. Slesvicens. c. 3.

Pag. 67. lin. 1. *Sclaswich vocato*] *Slesvicum*, vulgo *Sleswyck*: urbs ita dicta, qvod *Slia* fluvius, seu potius brachium maris Baltici, eâ se penetret & sinum ibi faciat, qvi nostra lingua dicitur ein Wick. Vide Adam. Brem. lib. de situ Daniæ & reliqvarum septentr. region. cap. I.

Pag. 67. lin. 14. *Et cum multi inibi baptizati* &c. usqve ad illa verba versus antepenultimi hujus paginæ, *absqve ulla retardatione intrarent.*] Locus insignis & singularis, qvî totus in Coloniensi editione est omissus. Extat idem in metrica Gualdonis Paraphrasi cap. 51. qvod certissimum est γνησιότητος ejus indicium.

Pag. 67. lin. 14. & 15. *Innumerabilis tamen Albatorum multitudo*] hoc est *recentissime baptizatorum.* Gualdo id ita reddidit:

Sed cum post undam lavacri superesse qvibusdam.
Contigerit, niveis pars multa migravit in albis.

Moris nempe fuit in Ecclesia veteri, ut ad testationem abstersionis peccatorum, & innovationis vitæ recens baptizati veste candida induerentur; qva de re ad Gualdonem plura dicemus. Remberti verò hic ea mens est: *multos ex gentilibus conversis statim baptismum accepisse, multo autem plures Catechumenos tantum permansisse, & baptismum in ultimam*
342 *vitæ horam distulisse, & in candida illa veste, qva de more post baptismum fuerant induti, exspirâsse.*

Pag. 67. lin. 18. *Ut in fine vitæ baptizarentur.*] Hi in veteri Ecclesia vocabantur *Clinici*, ut apparet ex Cypriani epist. LXXVI. De hac autem, Catechumenorum baptismi differen-

di

di consvetudine prolixè agit incomparabilis Vir Gerardus Joannes Vossius in doctissimo opere de Baptisimo Disputat. 7. Thes. 24. 26. & Disputat. 12. Thes. 5. Sed qvicqvid demum Catechumeni illi cunctationi suæ prætenderint, mihi hic placet Nazianzeni illud Orat. 40. βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν, καὶ μὴ ἀναβαλλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοὶ, ἵνα πλεῖον συγχωρηθῶμεν. Qvod est: *Baptizemur hodie, ne cras cogamur. Nec beneficium tanqvam injuriam differamus; nec expectemus, ut plura peccata congeramus, qvo plura nobis condonentur.*

Pag. 67. lin. antepenult. *Abbas qvondam clarissimus Adalardus.*] De hoc Adalardo Abbate monasterii novæ Corbejæ, infra qvædam dicemus ad Præfationem Gualdonis.

Pag. 68. lin. 24. *Jamdicti Regis Orici missum pariter & signum secum habuit*] *Missus* mediæ ætatis scriptores idem est ac *Legatus*; cujus rei passim multa extant exempla in Codice Legatum antiqvarum. Vide etiam origines nostras pag. 22. *Signum* verò Adamus Bremensis reddidit *sigillum*. lib. 1. cap. 26. *Exemplum* inqvit, *athleta intrepidus S. Anscharius Horici Regis missum rogavit atqve sigillum, & à littore Danorum transfretans in Sveoniam pervenit.*

Pag. 68. lin. 45. *Ericum qvondam Regem vestrum nos unanimes in collegium nostrum ascisci-* 343
mus, ut sit unus de numero Deorum] Singularis locus de Regum apud Paganos ἀποθεώσει.

Pag. 69. lin. 5. *Antea tamen hic, inqvit, fuerunt Clerici*] Gautbertus scilicet, & nepos ejus Nitardus. Vide supra pag. 189.

P. 69. l. 16. *Cum dies placiti appropinqvaret*] Sic idem paulo antè: *Sit missus tuus in placito mecum proximo.* De *placito*, hoc est, *solenni Concilio*, seu *publico conventu* vide, qvæ notavimus supra ad p. 61. l. 9. ad illa verba: *In qvodam sedebat placito.* Adamus Bremens. lib. 1. c. 26. ubi hæc refert, eodem placiti vocabulo utitur: *A littore*, inqvit, *Danorum transfretans S. Anscharius, in Sveoniam pervenit, ubi tunc Oleph Rex apud Byrcam generale populi sui habuit placitum.*

Pag. 69. lin. 27. *Exeuntes igitur more ipsorum in campum, miserunt sortes.*] Hoc sortilegii genus non Svedorum proprium fuit, sed cum aliis gentibus commune. Audi Tacitum de nostris Germanis: *Sortium*, inqvit, *consvetudo simplex. Virgam, frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant; eosqve notis qvibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox, si publicè consulatur, sacerdos civitatis, si privatim, ipse Pater familiæ, precatus deos cælumqve suspiciens, ter singulos tollit: sublatos secundum impressam ante notam interpretatur.*

Pag. 70. lin. 7. *Sicqve omnium unanima voluntate* &c.] Hæc omnia paucis complexus est Adam. Bremens. lib. 1. cap. 26. *A littore*, inqvit. *Danorum transfretans S. Anscharius, in Sveoniam pervenit, ubi tunc Oleph Rex apud Byrcam generale populi sui habuit placitum. Qvem prævenientе misericordia Dei, ita placatum invenit, ut ex ejus imperio & populi consensu, & jactu sortis, &* 344
idoli responso, Ecclesia ibidem fabricata, & Baptismi licentia omnibus concessa sit. His etiam ex sententia finitis, Evangelista noster Ecclesiam Sveonum Erimberto commendavit presbytero, & rediit.

Pag. 71. lin. 49. *Memoratus Oricus Rex, qvibusdam propinqvis ejus Regnum ipsius invadere conantibus, interemptus sit*] Loqvitur hic Rembertus de bello Regis Daniæ Erici I. seu senioris cum fratris filio *Guthormo* Norwegiæ Rege. Qvo in bello non ipsi tantum utriusqꝫ partis Duces Ericus & Guthormus cum infinita suorum multitudine perierunt, sed omnis etiam prosapia Regia ita prorsus extincta est, ut nullus restaret, præter unicum *Ericum II.* seu juniorem Regis Sivardi tertii filium, cui Deus paternum solium, qvo injustè ab Erico I. Haraldi Klachii Fratre fuerat privatus, hac ratione reddidit. Refert hoc Ericus Pomeranus, Daniæ Rex, in historia Gentis Danorum his verbis: *Tunc ortum est bellum inter Ericum & filium fratris sui Guthorm Regem Norwegiæ, in qvo tanta cæde mactati sunt utriqve, ut vulgus omne caderet, sed & Reges ambo corruerunt, nec aliqvis de stirpe Regia remansit, nisi Grici nomine Erik Barn.* Ubi in fine ita legendum censeo; *nisi Ericus cognomine Barn.* Audiamus jam & Adamum Bremensem, qvi lib. 1. cap. 28. eandem rem ad hunc modum memorat: *Contendentibus*, inqvit, *ad invicem Gudurin* (legendum hic est *Guthorm*) *Principe Normannorum cum patruo suo Horico scilicet Rege Danorum, tantâ cæde utrinqꝫ mactati sunt, ut vulgus omne caderet. De stirpe autem regia nemo omnium remaneret, præter puerum unum nomine Horicum.*

Pag. 71. lin. 53. *Orico juniore*] Is est Ericus II. Regis Sivardi filius, qvi qvod Regnum admodum puer post parentis sui mortem accepisset, vulgo cognomine *Barno* di- 345
ctus est. Ideove contempta ejus ætate Ericus I. Haraldi Klachii frater Regnum occupavit & aliqvandiu illud obtinuit, donec nempe in prælio contra nepotem ex fratre, Guthormum occisus est. Post cujus mortem Ericus II. paternum solium, periniqve ab eo inter-

interceptum, recuperavit. Cæterum qvam principio Ericus II. Christianæ religioni fuerit infensus, & qvomodo tandem opera S. Anscharii ipse eâ fuerit imbutus, id prolixe narrat Meursius Histor. Dan. lib. 3. in ejus Vita, Item Adam. Brem. lib. 1. cap. 28.

Pag. 72. lin. 23. *Ut Clocca haberetur in Ecclesia, consensit*] *Clocca* Campanam hic significat. Anonymus in Vita S. Remberti cap. 7. *Videbatur enim eidem Procuratori, conspexisse se ipsum Rimbertum sedisse in fastigio Oratorii, signumqve Ecclesiæ unum, qvod nos Cloccam vocamus, in Cœlo apparuisse, à qvo ligamen lineum, ut assolet, in modum funis dependeret usqve ad ipsum Rimbertum, per qvod ipse idem signum hilariter traxisse & sono ejus dulciter delectatus esse videbatur.* Vide Vossium de Vitiis Sermonis lib. 2. cap. 10.

Pag. 72. lin. 43. *Nomine Rimbertum*] Rimbertus hic alius est ab eo qvi vitam hanc Anscharii scripsit, & secundus fuit Hamburgensis Archiepiscopus. Cæterum qvæ paulo post seqvuntur: *divina apud eos mysteria, largiente Domino, libere HACTENUS celebravit*: ea indicant Rimbertum illum Presbyterum à S. Anschario in Svediam missum, tunc cum hæc scripta sunt, etiamnum superstitem fuisse.

Pag. 74. lin. 16. *Testes sunt & fratres, & apud vos & in nova Corbeja degentes*] Dedicata itaqve hæc Vita est monachis veteris Corbejæ in Gallia.

Pag. 74. lin. 39. *Publicam Missam*] Ital. *la grande Messa.*


346 Pag. 75. lin. 41. *Et eam in honore S. Petri consecratam didicit*] De eodem Templo Cathedrali Bremensi loqvitur & Adamus Bremensis lib. 2. cap. 61. *Anno*, inqvit, *Archiepiscopi Alebrandi penultimo domus S. Petri Bremæ conflagravit.* Idem paulo post subjungit templum hoc à S. Wilhado fundatum fuisse.

Pag. 77. lin. 25. *Cum suo fidelissimo discipulo*] Is est ipse Rembertus vitæ hujus auctor. Vide Anonym. de Vita Rimberti cap. 9.

Pag. 77. lin. 45. *Filioqve ejus æqvivoco*] Ludovico scilicet secundo ejus nominis Germaniæ Regi. Imp. Ludovici Pii ex filio Ludovico primo Germaniæ Rege nepoti. Vide Adam. Brem. lib. 31.

Pag. 78. lin. 16. *Cuidam fratri*] nempe ipsi *Remberto.* Vide Anonym. de ejus vita, c. 9.

Pag. 78. lin. 18. Corpore ex more thurato] *Thurare*, Ital. *incensare.* Notandus etiam hic obiter est antiqvus Ecclesiæ Catholicæ mos thura dandi corporibus defunctorum, anteqvam humo mandarentur.



PETRI

PETRI LAMBECII 347

IN GUALDONIS POEMA DE VITA S. ANSCHARII

NOTÆ.

PRæfat. verſ. 1. *Dulce tuis.*] Totum hoc poëma excepta præfatione mera eſt paraphraſis Vitæ Anſcharii proſa oratione conſcriptæ à S. Remberto. Itaqve qvicqvid hic obſcurum & minus intellectu facile occurret, id velim, *Amice Lector*, cum præcedenti proſaicâ vita conferas.

Eodem verſ. *Alberte*] is eſt Albertus ſeu *Adalbertus* decimus tertius Hamburgenſis Archiepiſcopus, qvi ſub imperatoribus Henrico III. & IV. floruit, & deceſſit anno Æ. C. 1072. Vitam ejus ac res geſtas fuſè & prolixè deſcripſit Adamus Bremenſis toto libro tertio Eccleſiæ Hamburgenſis, ubi ipſe fatetur, *ſe qvotidianam ejus inſpexiſſe converſationem.* Item Lambertus Schaffnaburgenſis, accuratiſſimus illorum temporum ſcriptor; Et nos in Originibus pag. 58. 59. 60. & deinceps.

Eodem verſ. *jubar ignivaporum*] Græci hoc dicerent, φάος ſeu φέγγος πυρίπνοον vel πυρίφλεκτον. Sic & Lucretius principio libri 2. *lampades* vocat *igniferas.* Etſi autem vox *ignivaporus* inſolens ſit & nova, tolerabilis tamen eſt. Ut enim *odorus* & *decorus*, & ſimilia adjectivè dicuntur, unde fit *odorare* & *decorare*, ita & *vaporus* dici poſſe exiſtimo qvod inde deſcendat verbum *vaporare.* Utitur autem Gualdo adjectivo vaporus cap. 5. verſ. 1.

Offertur Domino productus ab igne vaporo.

Præfat. verſ. 2. *Regni diadema*] Regni ſc. Germaniæ, vel Imperii Romani.

Præfat. verſ. 3. *Regum venerabile numen.*] Loqvitur hic de Impp. Henrico III. & IV. qvorum temporibus Albertus Archiepiſcopatui Hamburgenſi præfuit. Vide Orig. noſtras Hamb. p. 58. & deinceps. *Numen* verò *Imperatorum* Archiepiſcopum Albertum 348
vocat, quod, ut ait Adam. Brem. lib. 3. cap. 6. *uterqve* & Henricus tertius & qvartus *ad omnes expeditiones Reipublicæ conſilia eum habere primum voluerint.* Idem multò etiam clarius teſtatur probatiſſimus illius ævi Hiſtoricus Lambertus Schaffnaburgenſis ad Annum 1063. *Educatio:* inqvit, *Regis* (ſc. Henrici IV.) *atqve ordinatio omnium rerum publicarum penes Epiſcopos erat, eminebatqve inter eos Moguntini & Colonienſis Archiepiſcoporum auctoritas. A qvibus cum in partem conſilii Adelbertus Bremenſis Archiepiſcopus aſſumptus fuiſſet, tum propter claritatem generis, tum propter ætatis atqve Archiepiſcopatus prærogativam ille ſæpius colloqvendo, obſeqvendo etjam atqve aſſentando, ita ſibi Regem brevi devinxerat, ut cæteris Epiſcopis poſthabitis, totus in eum inclinaretur, & ipſe in Regno communi penè Monarchiam uſurpare videretur.* Item ad Annum 1072. *Primus tunc in palatio erat Adalbertus Bremenſis Archiepiſcopus qvi triumphatis æmulis ſuis, qvi eum ante aliqvot annos de palatio, ejecerant, ſolus nunc Rege fruebatur, receptus non modo in gratiam & familiaritatem, ſed pene in Regni conſortium, & omnium, qvæ publicè vel privatim agenda erant ſocietatem.*

Præfat. verſ. 4. *Qvod tibi mater init Corbeja*] *Matrem Corbejam* hic vocat veterem Corbejam in Gallia haud procul Ambiano ad Samaram fluvium ſitam. Hujus enim cœnobii monachus fuit Gualdo, ſeu auctor hujus poëmatis, ut apparet infra ex 158. verſu præfationis.

Extulit hunc Batildis humo Regina puellam.

Gallica enim hæc Corbeja, qvæ & *vetus* appellatur, condita fuit à *Batilde* Ludovici II. Regis Francorum uxore, circa Annum Æ. C. 665. ut in Notis ad Rembertum prolixius docui. *Matris Corbejæ* nomen alibi etiam apud Gualdonem legitur, ut verſ. 28. præfat. 349

Matris Corbejæ Rector Paschasius ipse.

Et cap. 10. vers. 7.

Hoc ignorantes causam fortasse movebit.
Matrem Corbejam, qva conditione reliqvit,

Item cap. 11. vers. 19.

Illuc Anscharium direxit ad erudiendum
Pignora prima suâ Corbejæ Mater alumnæ.

Qvibus omnibus locis minime dubium est, qvin per *Corbejam matrem* Corbeja Gallica designetur, ut contra *Corbejæ junioris* nomine Corbeja Saxonica ad Visurgim significatur cap. 21. vers. 22.

Contigit Autberi valetudine membra gravari
Pro qvo Corbejæ juniori ductus, &c.

Præfat. vers. 5. *Id tamen ante tui sibi direxere priores*] Hoc & seqventibus tribus versibus respicit Gualdo ad vitam S. Anscharii à Remberto ejus successore prosa oratione conscriptam & dedicatam Monachis Corbejæ veteris seu Gallicæ.

Præfat. vers. 14. *Primus & in vestra surrexit Episcopus urbe.*] De S. Anschario hic loqvitur. Per *vestra* vero *urbem* Hamburgum significatur, cujus is primus fuit Archi-Episcopus.

Præfat. vers. 15. *Qvam speciosa fuit* &c.] ἀποςροφὴ ad monasterium Corbejæ veteris in Gallia.

Præfat. vers. 17. *Adalardus*] is est S. Adalardus Corbejæ veteris Abbas, qvi consanguineus fuit Imp. Caroli Magni, & frater Walæ Comitis, qvi post ipsum Corbejensi cœ-
350 nobio præfuit. Hujus Adelardi fit mentio in Eginharti Annal. Francici ad an. 809. & 821. *Adelhardum qvoqve*, inqvit *de Aqvitania ubi exulabat evocatum Corbejæ monasterio, ut prius fuerat, abbatem ac rectorem esse jussit.* Item ad an. 822. *Imperator Ludovicus*, inqvit *tam de hoc facto, qvam de iis, qvæ erga Bernhartum filium fratris sui Pipini, nec non & iis, qvæ circa Adelhardum Abbatem, & fratrem Walachum* (legendum censeo, *Walam Comitem*) *gesta sunt, publicam confessionem fecit & pænitentiam egit.* Extat etiam nunc integra S. Adelardi Vita, conscripta à *Paschasio Ratberto*, qvi eodem tempore vixit & qvartus ab ipso fuit Abbas Corbejensis.

Præfat. vers. 20. *Hic tibi Ratbertum genuit*] Ratbertus hic idem est, de qvo paulo post versu 28. ait.

Matris Corbejæ rector Paschasius ipse.

Claruit is temporibus Caroli Calvi & fuit discipulus S. Adelardi Abbatis Corbejensis, cujus vitam scripsit qvæ extat inter opera ejus Parisiis excusa Anno 1618. Plura de hoc *Paschasio Ratberto* Abbate Corbejensi vide apud Vossium de Histor. Latin. lib. 2. cap. 36.

Præfat. vers. 40. *Eremus prius usta pruinis.*] Perperam hic mediam syllabam in Eremus corripit qvasi non græce sit ἔρημος. Sic cap. 43. vers. ultimo.

Rursus defecit, fater ut eremita recessit.

Sed ejusmodi multa passim apud Gualdonem nostrum occurrunt, ut *diŏcesis* pro *diœcesis*, *Ecclĕsia* pro *Ecclēsia*, *Idŏla* pro *Idōla*, &c. culpa scilicet seculi, qvo vixit. Qvanqvam apud antiqviores etiam Ecclesiasticos scriptores ejusmodi vitia reperiuntur, ut apud Lactantium:

Ecclesiæ pastos ubere, lacte, sinu.

Et apud Sidonium Apollinarem in Panegyrico:

Gaudeat Euphemia, sidus divale parentis,

351 Sic & Prudentius lib. 11. in Symmachum secundam syllabam in *idolum* & *poësis*, qvæ græcè εἴδωλον & ποίησις, corripit: Item mediam in voce *eremus*, qvamvis græcè sit ἔρημος. Ausonio etiam media in *Trigonus* brevis est Idyll. 4. & 12. etsi græce sit τρίγωνος. Qvin ipse etiam Plautus Curculione secundam corripit in nomine *Phædromus*, qvod græce scribitur Φαίδρωμος. Unde patet Latinos olim in nonnullis vocabulis Græcis pronunciandis accentus magis qvam qvantitatis rationem habuisse.

Præfat. vers. 110. *Transqve Albim*] nempe Hamburgi, ubi primus fuit Archiepiscopus.

Ibid.

Ibid. & verſ. 111. *Sed Gallica rura ſerenat, Pignoribusqve ſuis ditat cunabula matris.*] Hinc colligo, partem aliqvam reliqviarum corporis S. Anſcharii ab Archiepiſcopo Alberto monaſterio Corbejæ veteris in Gallia donatam fuiſſe. Qvod etiam confirmant verſus 177. & 178. hujus præfat.

Maternis laribus ſacro de corpore pignus.
Transmiſſum per te fœdus renovavit utrinqve.

Non video enim, qvi aliter hic locus ſit interpretandus.

Præfat. verſ. 120. *Qvamvis per Regem conſcendit honoris ad arcem*] Nempe usqve ad Henrici IV. tempora collatio beneficiorum Eccleſiaſticorum, qvam *Inveſtituram* vocant, ſine controverſia fuit penes Imperatores.

Præfat. verſ. 123. *Gloria, nobilitas, ſpecies, decus, ampla facultas, Progenies*, &c.] Confirmat hoc Adam. Brem. l. 3. cap. 3. *Erat*, inqvit, *Adalbertus vir genere nobiliſſimus, honore primo, Halberſtadenſis Præpoſitus, ingenio acri & inſtructo multarum rerum ſupellectile. In divinis & humanis magna prudentia, & ad ea qvæ auditu vel ſtudio collegit, retinenda vel proferenda memoriæ celebris, eloqventia ſingularis.* Qvibus verbis hoc major adhiberi poteſt fides, qvod ea demum poſt mortem Alberti Adamus ſcripſerit.

Præfat. verſ. 134. *Largæ manus nulli* &c.] Adam. Brem. lib. 3. cap. 3. *Largitas ejus*, inqvit, *fuit ejusmodi, ut petere haberet indignum, tardè aut humiliter acceperit, promptè verò hilariterqve ſæpè non petentibus largiretur.* 352

Præfat. verſ. 154. *Auſpiciis Patriarcha tuis ad regmina ſurgit.*] Cogitavit nempe Albertus de Patriarchatu Hamburgi inſtituendo, ideove non Archiepiſcopum amplius, ſed *Patriarcham Hamburgenſem* ſe appellari voluit. Adam. Brem. lib. 3. cap. 34. *Metropolitanus*, inqvit, *Albertus his rerum ſucceſſibus elatus, & qvod Papam vel Cæſarem ſuæ voluntati pronos videret, multo ſtudio laboravit in Hammaburg Patriarchatum conſtituere.* Et eodem lib. cap. 41. *Tabulis perſonis plena fuit domus Epiſcopi; qvibus acceſſerunt qvotidie alii Gnathones, Paraſiti, Somniatores, Rumigeruli, qvi ea, qvæ ipſi confinxerant, nobisqve placitura rebantur, jactabant ſibi per Angelos revelata; jam publicè divinantes, Hammaburgenſem Patriarcham (ſic enim vocari voluit) citò Papam futurum.* Ejus itaqve rei apud Gualdonem hic habes exemplum. Vide & Origin. Hamb. pag. 66. *Regmina* autem contractè hic dicitur pro *regimina*, ut *regmen* idem ſit atqve *regimen*. Ammianus Marcellinus lib. 25. id vocat *Regimentum*: *Excuſſa*, inqvit, *regimenta perito rei gerendæ ductori, conſummando juveni porrexiſti.* Item Codex Theodoſ. *Regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuò translatis.*

Præfat. verſ. 158. *Extulit hanc Batildis humo*] Clodovei ſeu Ludovici II. Regis Francorum uxor. Vide qvæ notavi ſupra *ad Rembertum* pag. 329.

Præfat. verſ. 165. *Nec ſibi rivalis Præſul foret Ambianenſis*] Vetus nempe Corbeja, de qva hic agitur, in Gallia haud procul Ambiano ſita eſt, ut prolixius monui in *Notis ad Rembertum* pag. 329.

Præfat. verſ. 167. *centum qvatuor hactenus annis.*] Si cum Calviſio ſtatuamus, Corbejam veterem in Gallia fundatam fuiſſe anno Æ. C. 665. & porrò inde usqve ad illud 353
tempus, qvo Gualdo hoc poëma compoſuit, *centum qvatuor*, hoc eſt qvadringenti anni præterierunt, ſeqvitur Gualdonem illud compoſuiſſe abhinc qvingentis octoginta ſeptem annis, nempe Anno Æ. C. 1065. ſeu octavo anno ante mortem Archiepiſcopi Alberti, cui præfatio hæc inſcripta eſt.

Præfat. verſ. 180. *Contra naturam qvem* &c.] Qvæ de explicatione horum duorum verſuum mea ſit conjectura & opinio vide in *Prolegomenis*.

Cap. 2. verſ. 13. *Matremqve ſuam comitiſſam.*] *Comitiſſa* hic dignitatis nomen non eſt, ut in his Chronici Caſinenſis verbis. *Omnia qvæ Iſesgarda Comitiſſa S. Benedicto obtulit*: ſed ſimpliciter *comitem* ſeu *comitantem* ſignificat.

Cap. 6. verſ. 2. *In ſpatio Zoroontem*] Qvid hoc ſit vocabuli, non ſatis mihi liqvet; at certum tamen eſt, pro Horizonte hic uſurpari.

Cap. 11. verſ. 1. *Videt attitulari*] *Attitulare* vox latino-barbara pro *inſcribere*, vel *titulum indere.*

Cap. 11. verſ. 15. *Qvas Viſcera proluit amnis.*] Æneas Sylvius ſeu Papa Pius II. deſcript. Europæ cap. 30. *Poſt Prutenos Saxonicum nomen incipit, gens valida & latiſſima, cui ab occidenti Viſcera fluvius terminum facit.* Fluvius hic Saxoniæ Paterculo, Tacito aliisqve

qve priscis latinis autoribus *Visurgis* dicitur; Ptolomæo *Οὐισοῦργις*. Posterioribus seculis corrupte *Visera*, *Wisuracha*, *Wirracha*, *Wisura* & *Wirra* appellatus est. Adam. Brem. Histor. Ecclesiæ Hamb. lib. 1. cap. 2. *Nobilissimi Saxoniæ fluvii sunt Albis, Sala, Wisura, qvi Wirraha nuncupatur*, Vulgo nunc dicitur Die Weser.

Cap. 11. vers. 17. *Exilio remeans Adalardus condidit Abbas.*] Fuit Adalardus Abbas Corbejæ veteris unus eorum, qvi cum Bernhardo Italiæ Rege contra patruum Impera-
354 torem Ludovicum Pium conjuraverunt, ideove ab eo in Aqvitaniam relegatus est in exilium. Conspiratio hæc Bernardi in patruum Ludovicum Pium incidit in annum Æ. C. 817. qvo ipso etiam anno desertus à suis, patruo se dedidit. Seqventi autem anno 818. (verba hæc sunt ipsius Eginharti) *Imperator Ludovicus conjurationis autores & Bernhartum Regem judicio Francorum capitali sententia condemnatos, luminibus tantum jussit orbari: Episcopos synodali decreto depositos, monasteriis mancipari: cæteros, prout qvisqve vel nocentior vel innocentior apparebat, vel exilio proscribi, vel detondi atqve in monasteriis conservari.* Inter eos, qvi in exilium relegati sunt, fuit & Adalardus, qvi exul in Aqvitania triennium integrum commoratus est; nempe usqve ad mensem Octobrem Anni 821. ubi generalis conventus apud Theodonis villam magna populi Francorum freqventia celebratus est. *In qvo placito* (verba sunt Eginharti) *eminuit piissimi Imperatoris misericordia singularis, qvem ostendit super eos, qvi cum Bernhardo nepote suo in Italia contra caput ac regnum suum conjuraverunt: qvibus sibi ad præsentiam venire jussis, non solum vitam & membra concessit, verum etiam possessiones judicio legis in fiscum redactas, magna liberalitate restituit. Adelardum qvoqve de Aqvitania, ubi exulabat, evocatum, Corbejæ monasterio, ut prius fuerat, abbatem ac rectorem esse jussit.* Huc igitur respicit Gualdo noster, ubi ait: *Exilio remeans Adalardus condidit Abbas.* Nempe Anno 821. ab exilio ex Aqvitania revocatus est, & subseqventi anno fundamenta jecit monasterii Corbejæ novæ in Saxonia ad fluvium Visurgim. Confirmat hoc Lambertus Schaffnaburgensis: *Anno*, inqvit, 822. *Inchoatio monasterii novæ Corbejæ.*

Cap. 12. vers. 3. *Privatus sceptris Heroildus*] *Heroildus, Herioldus, Harioldus, Haraldus*
355 unum & idem nomen est. De conversione Haraldi & restitutione in Regnum Daniæ vide *Notas ad Rembertum*, pag. 333. 334.

Cap. 12. vers. 13. *Qvem Cæsar niveis, ut mos est, induit albis*] *Alba* ἐλλειπτικῶς hic dicitur pro tunica alba: Gallicè *une Aube*. Sic & alia vestium genera solis adjectivis nominantur, ut *Dalmatica, Prætexta, Galbina, Pexa, Scutulata*; & Græci πορφυρᾶς ἰοβαφεῖς, θαλασσοειδεῖς dicunt & subintelligunt ἐσθῆτας. Moris autem fuit in Ecclesia veteri ut post baptismum veste candida induerentur, cujus rei egregium hic extat exemplum apud Gualdonem, & infra Cap. 51. vers. 12.

Sed cum post undam lavacri superesse qvibusdam
Contigerit, niveis pars multa migravit in Albis.

Item apud Eusebium Pamphilum de Vita Constantini Magni lib. 4. cap. 61. ubi ait, Imperatorem Constantinum post baptismum, purpura rejectâ *luce clariore* amictu vestitum fuisse & in *candidissimo* lecto decubasse. Verba ipsa Eusebii hæc sunt: ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἁλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας. Hinc apud Rembertum in Vita S. Anscharii cap. 21. pag. 207. recens baptizati simpliciter vocantur *Albati*: *Et cum multi*, inqvit, *inibi baptizati supervixerint, innumerabilis tamen Albatorum multitudo exinde ad Regna conscendit Cælorum.* Qvo etiam alludit Zeno Veronensis Invitat. 2. ad fontem: *Gaudete: in fontem qvidem nudi demergitis, sed ætherea veste induti, mox candidati inde surgitis; qvam qvi non polluerit, regna cælestia possidebit.*

Cap. 12. vers. ultimo. *Et pater in lavacri natalibus extitit illi*] *Patrem* hic vocat Gualdo, qvi Tertulliano *sponsor fidei*, Augustino *Offerens*, Græcis ἀνάδοχος dicitur; is nem-
356 pe, qvi alterum de sacro fonte suscipit, & eum qvodammodo adoptat respectu paternæ curæ, qvam impendere debet, ut in religione Christianâ piè educetur. Vocabuli *patris* in eadem significatione usurpati exemplum extat in vita S. Epiphanii Constantiæ Episcopi: *Post absolutum itaqve Evangelium, ingressus est Episcopus in baptisterium, & jussit Epiphanium ingredi & ejus sororem. & cum ipsis Lucianum: qvi etiam fuit PATER ejus in sancto baptismate.* Qvi igitur de sacro fonte alterum elevabat *Pater* vocabatur, & *Compater* vel *Commater*; & *Patrinus* vel *Matrina*; levati autem de sacro fonte *filii spirituales* vocabantur;

bantur; ut in Concilio Moguntino cap. 47. *Ut compater vel proximi filiolos suos spiritales Catholicè instruant, præcipimus.* Erasmus Roterodamus *Patrinum* & *Matrinam* appellat *Susceptorem* & *Susceptricem*, græcum scilicet exprimens *ἀνάδοχος*, qvod legitur apud Dionysium Areopagitam lib. de Ecclesiasticâ Hierarchia cap. de baptismo: *ἐπιτίθησιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ τὴν χεῖρα, καὶ σφραγισάμενος, ἀπογράψασθαι κελεύει τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀνάδοχον*

Cap. 14. vers. 13. *Cui providus Abba qvid actum* &c.] *Abba Abbæ* pro *Abbas Abbatis* aliqvoties legitur in Historia Francica Pauli Æmylii Veronensis.

Cap. 18. vers. 5. *Concivem*] *Concivis* pro *cive* seu ejusdem civitatis homine, latinum non est. Vide Vossium de Vitiis Sermonis cap. 19.

Cap. 20. vers. 13. *Hildeboldus*] Apud Rembertum legitur *Hadeboldus*: qvam lectionem probo. Vide Notas ad Rembertum.

Cap. 24. vers. 18. *Manus impacata secundo*] *Impacare*, pro impedire, vox barbara. Italicè *Impacciare*.

Cap. 29. vers. 16. *Vulgericus*] Apud Rembertum cap. 11. legitur *Wilaericus*.

Cap. 46. vers. 7. *Cum Domnus eum monuisset*] *Domnus* pro Dominus posterioribus 357
seculis dictum est de personis Ecclesiastica dignitate fungentibus. Exempla passim occurrunt; ut infra Cap. 78. vers. 6.

Nam qvas passus erat, cum Domnus Episcopus illi
Ærumnas retulisset. &c.

Cap. 51. vers. 11. & seqq.

Sed cum post undam lavacri superesse qvibusdam
Contigerit, niveis pars multa migravit in albis;
Percipiendo qvidem crucis admirabile signum;
Esse bonum differre sibi baptismatis usum
Credebant vitæ supremum tempus ad usqve
Ut mox &c.]

Locus singularis, qvi olim in vita S. Anscharii à S. Remberto conscripta fuerat omissus, sed nunc beneficio optimi codicis MSti. Corbejensis suo loco est restitutus. Rembertus igitur hæc ita narrat: *Cum multi*, inqvit, *inibi baptizati supervixerint, innumerabilis tamen Albatorum multitudo exinde ad Regna conscendit cœlorum. Qvia libenter qvidem signaculum Crucis recipiebant, ut Catechumeni fierent, qvo eis Ecclesiam ingredi & sacris officiis interesse liceret, baptismi tamen perceptionem differebant, hoc sibi bonum dijudicantes, ut in fine vitæ suæ baptizarentur, qvatenus purificati lavacro salutari puri & immaculati vitæ æternæ januas absqve ulla retardatione intrarent.* Hæc Rembertus. Unde colligi posse videtur, etiamnum Imp. Lotharii & Ludovici I. Germaniæ Regis temporibus, qvibus hæc contigerunt, consuetudinem differendi baptismi, qvæ in antiqva olim Ecclesia in usu fuit, sublatam non fuisse. Si tanta enim tunc credita esset baptismi necessitas, qvæ ab Ecclesia Christianâ rectè nunc statuitur, non fuisset licitum Danis illis à S. Anschario ad fidem Christianam conversis, baptismum in ultimum vitæ tempus pro lubitu differre; præsertim cum cunctationem 358
suam hæretico argumento defenderent. *Nam bonum sibi dijudicarunt*, inqvit Rembertus, *ut in fine vitæ suæ baptizarentur, qvatenus purificati lavacro salutari puri & immaculati vitæ æternæ januas absqve ulla retardatione intrarent.* Decepti nimirum fuerunt illi Pagani loco hoc Epistolæ Pauli ad Hebræos cap. 6. v. 4. *ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας.* Ex qvibus verbis cum Novatianis collegerunt, iis, qvi post baptismum peccassent, nullam spem veniæ superesse, ideove baptismum in extremam vitæ horam differendum censuerunt. Et qvamvis hoc errore de baptismi tempore involutis in veteri qvidem Ecclesia baptismus non fuerit omnino negatus, vehementer tamen hanc baptismi differendi consuetudinem Sancti Patres reprehenderunt. Uti Gregorius Nazianz. Orat. in sacrum baptisma: *Ἀλλὰ φοβῇ, μὴ διαφθείρῃς τὸ χάρισμα, καὶ διὰ τοῦτο ἀναβάλλῃ τὴν κάθαρσιν, ὡς δευτέραν οὐκ ἔχων.* *At metuis, ne gratiam corrumpas, ac proinde purgationi moram producis; qvasi nullam alteram jam ultra habens.* Idem eadem orat: *βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν, καὶ μὴ ἀναβαλλώμεθα τὴν εὐεργε-*

σίαν, ὡς ἀδικίαν· μηδὲ ἀναμείνωμεν πλεῖον γενέσθαι κακοί, ἵνα πλεῖον συγχωρηθῶμεν. μηδὲ γενώμεθα χριστοκάπηλοι καὶ χριστέμποροι. μηδὲ φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτανδροι τῇ νηὶ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν. ἀνθ' ὧν πλέον ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. Qvod est: *Baptizemur hodie, ne cras cogamur vi aliqva. Nec beneficium tanqvam injuriam differamus neqve expectemus, ut plura peccata congeramus, qvo plura nobis condonentur. Nec*
359 *Christo cauponum & negotiatorum ritu abutamur; nec graviori sarcina oneremur, qvam vires nostra ferre qveant; ne unà cum ipsâ navi demergamur, ac gratiam naufragio amittamus; dumqve plura spe atqve animo concipimus, omnia perdamus.* Qvi ita autem baptismum differebant donec moribundi in lecto baptizarentur, ii in veteri Ecclesia vocabantur κλινικοί, seu Clinici. Qvorum in numero fuit Imp. Constantinus Magnus, qvem demum paulo ante mortem, cum jam ægrotus decumberet, baptizatum fuisse, omnes, qvi Vitam ejus scripserunt, uno ore testantur. Qvorum præcipuus est Eusebius Pamphilus, qvi libro 4. de ejus vita cap. 61. prolixe eam rem referens his inter alia utitur; Γίνεται δ' αὐτῷ πρώτη τις ἀνωμαλία τοῦ σώματος. εἶτ' οὖν κάκωσις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμβαίνει. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔννοιαν ἧκε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καθάρσεως τοῦτον εἶναι καιρὸν τῶν ποτε αὐτῷ πεπλημμελημένων δεῖν ᾤετο, ὅσα οἷα θνητῷ διαμαρτεῖν ἐπῆλθε. ταῦτ' ἀπορρύψασθαι τῆς ψυχῆς, λόγων ἀπορρήτων δυνάμει, σωτηρίῳ γε λόγῳ λουτροῦ πιστεύσας, τοῦτο τοιδιανοηθεὶς, γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ἱκέτης ἐγένετο τοῦ θεοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ ἐξομολογούμενος. Id est: *Jam primum ei corporis qvadam inæqvalis temperies oborta est: deinde ad eam vehementior dolor accessit. Ut verò ei in mentem venit extremus vitæ dies, existimaretqve hoc tempus opportunum esse ad delenda illa errata, qva, qvoniam mortalis erat admiserat, crederetqve arcanorum mysteriorum efficacia & salutaris lavacri initiatione mentem expiari: hæc, inqvam, cum ei in mentem venirent, humi procumbens genubus, & in ipsâ martyrum æde errata sua confessus, supplicem se Deo offerebat.* Seqventi capite inducit Eusebius Constantinum baptismatis cupidum his verbis Episcopos alloqventem: οὗτος ἦν αὐτὸς πάλαι μοι διψῶντι καὶ εὐχομένῳ τῆς ἐν θεῷ σωτηρίας τυχεῖν καιρὸς ἐλπιζόμενος. ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι
360 τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος. ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μεταχεῖν. ἐπὶ ῥείθρων ἰορδάνου ποταμοῦ ἐνενόουν ποιῆσαι, ἐφ' ὧν καὶ ὁ σωτὴρ εἰς ἡμέτερον τύπον τοῦ λουτροῦ μεταχεῖν μνημονεύεται. θεὸς δ' ἄρα τὸ συμφέρον εἰδὼς, ἐντεῦθεν ἤδη τούτων ἡμᾶς ἀξιοῖ. Qvod est: *Qvam ego jam pridem avidâ mente omnibusqve votis à Deo salutem deprecatus sum, eam nunc hodiernus dies à me vehementer expectatus attulit. Tempus igitur est, ut tandem insigni illo, per qvod immortalitatem adipiscemur, perfruamur. Qvod etsi ego in illius Jordani gurgitibus, in qvibus Servator noster ad nostrum exemplum lavatus esse memoratur, facere constitueram: tamen Deus, qvod mihi maximè accommodatum esset, cernens, hoc in loco iisdem mysteriis dignatur.* Hactenus Eusebius; ubi non tantum refert Constantinum morte jam vicinum fuisse baptizatum, sed causam etiam addit, cur in supremam vitæ horam baptismam distulerit; non eo scilicet tantum, qvod cum Novatianis veniæ spem post baptismum lapsis non superesse crediderit, verum etiam, qvia anili superstitione impulsus ad exemplum Christi in Jordano desideravit baptizari, qvasi verò locus Sacramento efficaciæ aliqvid adderet. Patris Constantini exemplum secutus est filius Constantius, qvi, ut Athanasius de Synodis loqvitur, ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, *moriens voluit baptizari.* Hi igitur sicut Dani illi à S. Anschario ad fidem Christianam conversi, qvorum apud Rembertum & hic apud Gualdonem mentio fit, ob errorem Novatianæ hæreseos baptismum distulerunt, qvod nempe peccatorum post baptismum commissorum veniam non sperarent. Præterea autem & alias duas baptismi differendi causas in prisca Ecclesiâ reperio. Alii enim eo differebant baptismum, ut Christianæ religionis doctrinâ solide instruerentur, & diu se inter Catechumenos probarent. Sic Imperator *Theodosius Magnus*, teste Ambrosio Orat. de ejus obitu, Conciliis
361 ac mysteriis Christianorum interfuit, anteqvam foret baptizatus. Sic *S. Martinus* inter Catechumenos constitutus, miracula edidit; Sic *S. Ambrosius* nondum baptizatus Episcopatum adeptus est. Sic *Gregorius Nazianzenus*, Episcopi filius, & summus deinde baptismi differendi dissuasor, ante virilem ætatem non fuit baptizatus. Sic & *S. Augustinus*, ut ipse de se fatetur in libris Confessionum, trigesimo demum qvarto ætatis anno Mediolani à S. Ambrosio baptismum accepit, *ea* videlicet *intentione*; [ut scribit Walafridus Strabo de Reb. Eccles. cap. 26.] *ut per hanc temporis moram de singulis edoctus, ad eligendum qvod libet libero duceretur arbitrio.* Et qvi hac qvidem de causa baptismum distulerunt, non tam sunt culpandi, qvam qvi pudore & verecundiâ eundem, qvam potuerunt diu declinarunt; nempe qvia olim & viri & mulieres posito pudore universo penitus corpore

pore

pore nudati in conspectu omnium baptizabantur, non per *aspersionem* scilicet, sed per *immersionem* seu καταδύσιν. De hac veteris Ecclesiæ baptizandi ratione innumera extant clarissima testimonia apud Cyrillum Hierosolymitanum, Chrysostomum, Dionysium Areopagitam, Epiphanium, Ambrosium, Bernardum & alios. Ad qvam totius corporis denudationem evitandam, multi olim baptismum in extremum vitæ tempus distulerunt. Qvod respicit Anselmus in Matth. cap. 3. *Plures causæ*, inqvit, *sunt, qvare Christus ad baptismum accessit: primò ut exemplo suo nos invitaret, ne qvis fortè ab inferiori baptizari, vel in conspectu hominum denudari erubesceret.* Item Gregor. Nanzianz. Orat. in sacrum baptisma, ubi ait: μὴ ἀναβαλλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν: qvod est: *ne differamus baptismum, qvi beneficium est, ut injuriam.* Qvæ alia enim hic intelligi potest ἀδικία, qvam ἡ γυμνότης ἐν ὄψει πάντων, hoc est, *nuditas universi corporis in conspectu omnium*, ut loqvi amat 362
Cyrillus Hyerosolymitanus. Et hæc sunt, qvæ de usitata veteris Ecclesiæ baptismi differendi consuetudine ad Remberti & Gualdonis sub obscurum locum illustrandum necessario hic annotanda esse credidi: qvæ tamen in eam partem accipias velim, Lector, ut ea ἱστορικῶς tantum à me narrata existimes. Scio enim, qvid nunc vera Dei Ecclesia de Sacramento baptismi statuat, nec latum unguem ab ejus sententiâ discedendum censeo.

Cap. 71. verf. 9. *Moderni*] Sic supra cap. 11. verf. 13.

Cœnobium qvoddam, nomen dixere moderni
Corbejam, &c.

Modernum barbarè dicitur qvod nostri est temporis. Vide Vossium de Vitiis Sermon. cap. 18. & 27.

Cap. 71. verf. 8. *Alteritas Regum*] Legendum censeo *alternitas*, ut alternitas idem sit atqve alternatio, hoc est, per vices successio. Utitur ea voce Auctor Vitæ S. Adalberti cap. 6. *Unica fervens in eum amoris caritate, gaudebat, & dolebat mutua animi alternitate.*

Cap. 79. verf. 5. *Adversus Zabulum Christi*] *Zabulus* pro diabolo, vox priscis Ecclesiasticis scriptoribus usurpata. Cyprianus ad Demetrianum cap. 6. *Qvid in ruinam Zabuli per ipsum & cum ipso cadis.* Et Hymnus Ecclesiast. de S. Michaele:

Michaelem in virtute conterentem Zabulum.

Zabulus autem recentiorum temporum scriptoribus pro diabolus dicitur, ut *Zeta* pro diæta, *Zaconi* pro diaconi ζάγχειν pro διάγχειν, *Za* nempe hic valet *dia*.

Cap. 84. verf. 2. *Oramina*] *Oramen* pro oratione sæpius occurrit apud mediæ ætatis scriptores.

Cap. 93. verf. 11. *Innobilitatis*] *Innobilitare* hic est ignominia afficere. Vox satis tolerabilis, cum *nobilitare* apud Ciceronem, Terentium, Plinium & alios crebrò legatur. Ælius Lampridius in vita Heliogabali sensu paulum diverso *innobilitatas matronas* vocat, 363
qvæ nobilitatos maritos non habuerunt.

Cap. 93. verf. 16. *Fuit hujus Oramatis index*] *Orama* hic est Græcorum ὅραμα, visio. Ejusmodi ὁράματα Cicero de divinatione *somniorum visa* appellat; *Casus*, inqvit, *multa mirabilia in somniorum visis effecit.*

Cap. 101. verf. 6. *Jugi digerie*] *Digeries* vocabulum insolens, nec priscis auctoribus, qvod qvidem sciam, usurpatum. Significat autem hic *diarrhæam* seu profluvium alvi.

Cap. 102. verf. 3. *Discipulo, qvi fidus erat* &c.] Ipsi scilicet *Remberto*, auctori vitæ S. Anscharii, qvæ prosa oratione conscripta est. Vide qvæ ad eam notata sunt.

Cap. 105. verf. 10. *Instabatqve dies Hypapante dictus Archivis*] ἡ ἑορτὴ τῆς ὑπαπαντῆς, festum *occursus*, qvod in Ecclesia Occidentali *Purificationis* vocatur. ἡ παπαντὴ autem à Græcis dicitur, qvod eo die Simeon & Anna Domino, dum in templo præsentaretur obviaverint. De institutione hujus festi hæc leguntur apud Landulphum Sagacem in Vita Imp. Justiniani: *Anno XV. Imperii Justiniani mense Octobri facta est mortalitas Byzantii. Eodem anno Hypapante Domini sumpsit initium, ut celebraretur apud Byzantium secundâ die Februarii mensis.*

Cap. 107. verf. 1. *Vox tota resultat & ignis*] Per *ignem* faces significantur & cerei in exeqviis S. Anscharii adhibiti. Hunc enim ritum cum facibus efferendi funera non Ethni-

Ethnici tantum coluerunt, sed prisca etiam retinuit Christiana Ecclesia; ut nempe defuncti, tanqvam *athletæ* victoriosi, ad supremum illum βραβευτὴν triumphali pompa deducerentur. Disertis enim verbis hoc testatur S. Chrysostomus Homil. IV. ad Hebr. *εἰπὲ γάρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες, αἱ φαιδραί; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς* (nempe τοὺς τεθνηκό-
364 τας ἢ νεκροὺς) *προπέμπομεν.* Meminit hujus consuetudinis in oratione adversus Julianum Gregorius Nazianzenus, ubi ait, *Imperatoris Constantii corpus Constantinopolim celebri pompâ relatum, piisqve officiis nocturnis, cantibus & facibus,* vel, ut ipsius verbis utar, *δαδουχίαις, αἷς Χριστιανοὶ τιμᾶν μετάστασιν εὐσεβῆ νομίζομεν.* Similiter fit mentio funebrium cereorum etiam in exseqviis Justiniani apud Corippum lib. III.


- - - - - Non plura moratur
Augustus, nutu tolli sublime feretrum
Imperat, & tota populus processit ab aulâ;
Mæstaqve funereas accendunt agmina ceras.

Cap. 108. vers. 122. *Cumregnare polo*] *Cumregnare* idem hic est, atqve *conregnare*, unâ regnare seu consortem esse Imperii. Sulpit. Severus Histor. Sacræ lib. 2. *Helena, mater Principis Constantini, qvæ Augusta cum filio conregnabat.*

Eodem Capite vers. 128. *Te sæpe vocavimus ambo*] *Rembertus* scilicet & *alter ille Anonymus*, qvi eum in conscribenda S. Anscharii Vita adjuvit. Illos enim hic in conclusione poëmatis loqventes inducit Parapharastes Gualdo.

Vide Notas ad Rembertum.

F I N I S.



PETRI LAMBECII
HAMBURGENSIS

RERUM HAMBURGENSIUM,

LIBER SECUNDUS;


Ab Anno Æræ Christianæ vulgaris CIↃ CC XXV. usqve ad annum CIↃ CC XCII.

Cui accedunt

CHRONOLOGIA
ET
AUCTARIUM

LIBRI PRIMI,

Ab anno Æ. C. DCCCVIII. usqve ad annum CIↃ LXXII.



HAMBURGI,

Sumptibus CHRISTIANI LIEBEZEITII,

LEOBURGI, Excudebat CHRISTIAN. ALBRECHT. PFEIFFER.

Anno M DCC VI.

Ethnici tantum coluerunt, ſed priſca etiam retinuit Chriſtiana Eccleſia; ut nempe defuncti, tanqvam *athletæ* victoriosi, ad supremum illum βραβευτὴν triumphali pompa deducerentur. Diſertis enim verbis hoc teſtatur S. Chryſoſtomus Homil. IV. ad Hebr. *εἰπέ γάρ μοι, τί βούλονται αἱ λαμπάδες, αἱ φαιδραί; οὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτοὺς* (nempe *τοὺς τεθνηκό-*
364 *τας ἢ νεκροὺς*) *προπέμπομεν.* Meminit hujus conſuetudinis in oratione adverſus Julianum Gregorius Nazianzenus, ubi ait, *Imperatoris Conſtantii corpus Conſtantinopolim celebri pompâ relatum, piisqve officiis nocturnis, cantibus & facibus,* vel, ut ipſius verbis utar, *δαδουχίαις, αἷς χριστιανοὶ τιμᾶν μετάστασιν εὐσεβῆ νομίζομεν.* Similiter fit mentio funebrium cereorum etiam in exſeqviis Juſtiniani apud Corippum lib. III.


- - - - Non plura moratur
Auguſtus, nutu tolli ſublime feretrum
Imperat, & tota populus proceſſit ab aulâ;
Mœſtaqve funereas accendunt agmina ceras.

Cap. 108. verſ. 122. *Cumregnare polo*] *Cumregnare* idem hic eſt, atqve *conregnare*, unâ regnare ſeu conſortem eſſe Imperii. Sulpit. Severus Hiſtor. Sacræ lib. 2. *Helena, mater Principis Conſtantini, qvæ Auguſta cum filio conregnabat.*

Eodem Capite verſ. 128. *Te ſæpe vocavimus ambo*] *Rembertus* ſcilicet & *alter ille Anonymus*, qvi eum in conſcribenda S. Anſcharii Vita adjuvit. Illos enim hic in concluſione poëmatis loqventes inducit Parapharaſtes Gualdo.

Vide Notas ad Rembertum.

F I N I S.



PETRI LAMBECII
HAMBURGENSIS

RERUM HAMBURGENSIUM,

LIBER SECUNDUS;


Ab Anno Æræ Christianæ vulgaris CIↃ CC XXV. usqve ad annum CIↃ CC XCII,

Cui accedunt

CHRONOLOGIA
ET
AUCTARIUM

LIBRI PRIMI,

Ab anno Æ. C. DCCCVIII. usqve ad annum CIↃ LXXII.



HAMBURGI,

Sumptibus CHRISTIANI LIEBEZEITII,

LEOBURGI, Excudebat CHRISTIAN. ALBRECHT. PFEIFFER.

Anno M DCC VI.

SUA
QVEMQVE SORS
MANET

Paraphraste Salomone cap. IX. Ecclesiastæ v. 11.

Verti me ad aliud, & vidi sub sole;
nec velocium esse cursum,
nec fortium bellum,
nec sapientium panem,
nec doctorum divitias,
nec artificum gratiam;
sed

TEMPUS CASUMQVE IN OMNIBUS.

h. e.

Ich wandt mich und sahe, wie es unter der Sonnen zugehet;
dasz zu lauffen nicht hilfft schnell seyn,
zum Streit hilfft nicht starck seyn,
zur Nahrung hilfft nicht geschickt seyn,
zum Reichthum hilfft nicht klug seyn,
dasz einer angenehm sey, hilfft nicht, dasz er ein
Ding wohl könne;
sondern

ALLES LIEGT ES AN DER ZEIT UND GLÜCK.

Huc qvoqve pertinet

Horologium divinum, cujus meminit Christus in parabolâ de patrefamilias operarios in vineam suam conducente, qvæ extat apud S. Matthæum cap. 20.

Magnifico, Nobilißimo Amplißmoque

SENATUI
INCLYTÆ REIPUBLICÆ HAMBURGENSIS,

Ut &

Spectatisſimis Prudentisſimisque

XII. & VIII. VIRORUM COLLEGIIS

PETRUS LAMBECIUS J. U. D.
Gymnaſii Hamb. Rector & Profeſſ. Hiſtoriarum.

Salutem & Proſperitatem perpetuam.



Rodit ecce tandem aliquando in lucem, AMPLISSIMI SPECTATISSIMIQUE PROCERES, ſecundus Rerum veſtræ Urbis liber, integro quidem abhinc ſexennio à me abſolutus, ſed tot deinde tantisq; impedimentis retentus, ut ne nunc quidem, cum Vobis illum offero, meis ipſe ſatis credam oculis. Ut igitur reſpectu temporis, quod inter primi & ſecundi libri editionem interceßit, poſterior hic non immeritò Homericis (1) *verbis* (2) ὈΨΙΜΟΣ, ὈΨΙΤΕΛΕΣΤΟΣ *poteſt appellari, ſic non tantum æquo, verum etiam lubenti id feram animo, dummodo reliqua ejusdem verſus*

(3) ὋΥ ΚΛΈΟΣ ὈΥΠΟΤ' ὈΛΕΪΤΑΙ

itidem ei congruant. Sed hoc quidem in manu fortunæ eſt: ego verò, quantum in me fuit, omni ſtudio ac diligentiâ annisus ſum, ut non minus in hoc, quam ſuperiori volumine elaborando, & boni Viri & boni Civis officio conjunctim ſatisfacerem, ſalvâq; Hiſtoricæ veritatis integritate, (4) *Solonianum illud,*

(5) Ὦ ΠΑΤΡΊΣ ΒΕΒΟΗΘΗΚΑ ΣΟΙ ΚΑῚ ΛΟΓΩ ΚΑῚ ἜΡΓΩ,

optimo jure poſſem uſurpare. Valete AMPLISSIMI SPECTATISSIMIQUE VIRI, & ſi merui, favete. Hamburgi XIII. *Kalend. Auguſti A. Æ. C.* CIↃ IↃC LXI.

(1) Illiad B.
(2) h. e. ad verbum: *Serus, & tardi perfectus.* Cicero lib. 2. de Divinat. vertit: *Tardus & ſerus nimis.*
(3) h. e. ad verbum: *Cujus gloria nunquam peribit.* Cicero l. 2. de Divinat. vertit. *Sed famâ ac laude perenni.*
(4) Secundum Diogenem Laertium in vitâ Solonis.
(5) h. e. *O Patria juvi te & verbo & opere.*

CANDIDE LECTOR.



QVando qvidem *Prolegomena* ista, qvæ secundo huic Rerum Hamburgensium Libro præmittere constitueram, prolixiora & majoris momenti sunt, qvam ut per augustias temporis in præsens absolvi & edi possint, ignoscas mihi velim hanc dilationem, &, qvæ non tantum de instituto meo, verum etiam de toto hoc scribendi genere hic præfaturus eram, ea brevi cum uberrimo fœnore à me expectes inclusa peculiari *Dissertationi de conscribendis Rerum Germanicarum Annalibus,* Nam tota ferè Germaniæ nostræ Historia confusa, corrupta, obscura, incerta & imperfecta est, innumerisqve scatet erroribus ac fabulis, & accerrimo indiget instauratore. Sed qvis tanto conamini suppeditabit sumptus? Qvis eum autoritate sua tuebitur, qvi rem adeò arduam simul ac necessariam bonâ fide tractaturus sit? Audiant hoc & considerent, qvi rerum potiuntur, & sæpè in qvas nescio speciosas nugas aut vilia oblectamenta ingentes profundunt thesauros. Sed qvam vereor, ne hic canam surdis & ferrum ut ajunt, natare doceam. Qvare de hoc satis. Vale, qvisqvis es, Candide Lector, & meo utilitatis publicæ promovendæ studio æqvanimitate tuâ responde. Qvod qvo magis fiat, accipe tanqvam â me & de me dictum, qvod de se ait stupendum illud omnigenæ eruditionis & elegantissimæ facundiæ exemplum

ERASMUS ROTERODAMUS
in explicatione proverbii Ἡράκλειοι πόνοι, id est,
Herculei Labores, his verbis:

Hujusmodi laborum ea ratio est, ut fructus & utilitas ad omnes perveniat, molestiam nemo sentiat, nisi unus ille, qvi sustinet. Neqve enim illud animadvertit lector, qvi totos libros inoffensus decurrit, nobis aliqvoties ad unam voculam die: aliqvot resistendum fuisse. Nec intelligit (aut si intelligit, certè non meminit) qvantis difficultatibus nobis constiterit illa, qvâ legens fruitur, facilitas, qvantisqve molestiis ea molestia sit adempta cæteris. Proinde soleo & ipse mihi qvartâ luna videri natus, cui nescio qvo fato contigit, in hujusmodi plusqvam Herculaneos labores incidere. Etiam atqve etiam vale, Lector, &, ut scias, qvid spei de cæteris Rerum Hamburgensium libris sit reliqvum, Indicem qvæso consule in calce hujus Tomi, qvo scripta nostra partim integrè jam absoluta partim affecta & exiguo temporis spatio absolvenda enumerantur.



Per

Perillustris & Generosissimi Domini,

D. JOANNIS CHRISTIANI,

L. BARONIS de BOINEBURG, S. Imp. Romani Eqvitis,

Et

Eminentissimi Electoris Moguntini Consiliarii intimi atqve primarii Mareschalli,

ad

PETRUM LAMBECIUM

Hamburgensem,

de Historiâ ipsius Literariâ & Hamburgensi,

EPISTOLA.

Clarissime Vir,

LÆtus & post multam demum exspectationem accepi *Rei Literariæ* librum, qvem in antegressum magni Operis edidisti, optandi sanè qvam maximè. Gratiam Tibi eo nomine habeo ex animo, qvod ejus Libri me participem facere volueris. Perlustravi eum summâ cum voluptate, tabulis, qvas subjunxisti, multum adhæc oblectatus. Si qvid intribui ad id, à me possit, ut totum Opus brevi absolvatur, crede mihi, me id omne per esse libenter facturum. Significa modò, qvâ in re Tibi me possim præstare utilem. Alterum *Hamburgensis Historiæ* Tomum perlegam, & custoditè, si ita voles, remittam. Felix es imitamine *Velseri*, qvi *Augustanam Lehmanni*, qvi *Spirensem*, *Broweri*, qvi *Trevirensem* ac *Fuldensem*, *Serarii*, qvi *Moguntinam*, *Brunneri*, qvi *Bavaricam*, *Freheri*, qvi *Palatinam*, *Micrælii*, qvi *Pomeranicam*, *Freheri*, qvi *Saxonicam*, *Grotii* & *Vossiorum*, qvi *Batavicam* scripsere. Dignus es civibus Tuis, Viris eruditissimis, *Holstenio*, *Lindenbrogiis*, *Wowero*. Gaudeo sanè Tui notitiam me nactum esse. Per enim diu est, ex qvo qværo, qvod Tu nobis largissimâ & liberali manu admetiris, totius putà Eruditionis per singula retrò secula, & omni loco, propagationem & scriptorum successionem. Utinam omnia Tua liceret conseqvi, qvæ edidisti, & qvæ affecta vel absoluta habes! *Orationes* Tuas & *Programmata* in Catalogo nundinarum lego, ast hic reperiri non fuere qvita. Unum oro, ut de *Jurisprudentiæ*, non Romanæ modò, vel alius, qvæ ex constituto venit, sed veræ illius, perpetuæ, omnium Gentium socialis, omniumqve temporum, & communis illius, qvam *Grotius* de Jure belli & pacis pertractat, ortu, successu, fonte & studio qvædam consignes; cum primis eximias illas *Epistolarum* centurias propediem mecum communices, qvas *Docti* qvidam hujus ævi inter sese de re literariâ commutarunt, tum & *Catalogum* Tuæ Bibliothecæ. Sed hæc ita peto, si Tibi ita videbitur. Occasio mittendi suppeditabitur à me ipso, ubi mentem tuam novero. Exspecto etiam indicium ejus, cui Hamburgensia Tua reddere oporteat, ubi pervolvero. Præcipuè me plurimum Tibi obligabis, si præter eos, qvi in *Prodromo* Tuo visuntur, *Bibliographiarum* & *Bibliothecarum* scriptores plusculos mihi significaveris. Bibliographias novi *Politicam Naudæi* non modò, sed & *Militarem*, qvæ habetur in *Syntagmate* ejus *de studio militari*: *Liberalem* item de studio liberali: *Medicam Conringii*: *Scheurlii Moralem*: *Orientalem Hottingeri*: *Ecchellensis Chaldaicam*. De *Scriptoribus Ecclesiasticis*, *Bellarmino* nostro intactis, *P. Philippus Labbeus*; De Scriptoribus *JCtis*, præter *Grotium* in Prolegomenis Juris belli, *Jacobus Godefredus* laudari apprimè commerentur. Eos volui memorare, qvia in opere Tuo non citantur. Credo tamen, Tibi peresse cognitos, & certo forsan consilio prætermissos. Vale, Vir Clarissime, mihiqve perdilecte. Scrib. Francof. XXIX. April ciↄ iↄc LX.

Clarissimo Tuo Nomini

dicatissimus

J. C. BARO à BOINEBURG.

IDEM

In aliis literis Francofurti eodem anno, Kal. Maji datis:

CRede mihi *Eminentiſſimo Electori* librum Tuum fuiſſe gratisſimum, uti mihi ſuapte manu id teſtatus eſt. Imitare Tuo Hamburgenſis Hiſtoriæ labore *Lehmannum*, qvi in *Spirenſi* pleraqve Imperii Germanici optimè ex idoneis Scriptoribus eſt proſecutus; feliciter nos decipiens, plus dando qvam in ſuperſcriptione promiſerat. Debetur enim illi libro titulos major, qvam *Spira* vel tota comprehendere valeat.

Nobilisſimi Excellentisſimiqve Viri,

Dn. HERMANNI CONRINGII,

PHIL. ET MED. DOCTORIS

ac in florentisſima Academiâ Juliâ Prof. P. S. R. M. Svecicæ & Illuſtriſſ. Oſtfriſiæ Comitis Conſiliarii & Archiatri.

ad

PETRUM LAMBECIUM

Hamburgenſem,

de Hiſtoria ipſius Hamburgenſi Epiſtola.

Clariſſime, Ampliſſime & Conſultiſſime Vir,


BInas abs Te literas dudum accepi: dudum etiam reſpondiſſem, niſi conſtitutum fuiſſet, in *ἀντίδωρον* meum etiam aliqvid reſponſo addere. Video autem hanc qvidem commoditatem de die in diem procraſtinari; labi intereâ tempus, non ſine metu meo, ne diuturniorem hanc moram ſiniſtrorſum accipias, eoqve ſatius eſſe, ſaltem haſce mittere ſine ullo comite & vacuas. Igitur qvos fidei meæ atqve inſtitutioni credidiſti, illos vel hoc etiam nomine mihi fuiſſe 'cumprimis acceptos, qvod abs Te laudati adveniſſent, non dubito jam dudum Te accepiſſe. Fortè verò etiam jam tum ab illis accepiſti, qvam ego freqventer Tui mentionem faciam cum præfatione laudis; qvantoperè etiam ſeorſim *Hamburgenſia* Tua commendaverim. Et verò perſpectâ multijugâ doctrinâ Tuâ, improbus eqvidem ſim, ſi non juſtâ laude Te proſeqvar. Hamburgenſia etiam ſuperant expectationem. Enimverò videram jampridem *Origines* tuas ſive *librum primum Hamburgenſium*; vix autem perſuaſeram mihi, paria Te & in ſeqventibus præſtare poſſe. Experior autem, eam abs Te hic etiam induſtriam dexteritatemqve adhibitam, qvalem antehac nemo qvisqvam adhibuit: atqve adeò patriam Urbem inclytam tuâ demum operâ ſiniſtras ſuſpiciones imposterum effugere poſſe, Tibiqve proinde non poſſe ex merito referre gratias. Ego ſanè qvod iis addam, nihil habeo: niſi fortè deſideras ex Tabulario Archiepiſcopali Bremenſium aliqvid abs me aliqvando erutum de jure Archiepiſcopali in urbem priſtino ad Adolphum Holſatum ſeculò tertiodecimo devoluto; qvo pertinent illa, qvæ ex *Leerbekio* notaſti pag. 147. Spero autem recenſurum Te imposterum & ea, qvæ ad Rempublicam Urbis attinent, ejusqve mutationes & conſervationem,

nem, simulqve & statuta sensim pro temporis ratione condita. Hæc sanè qvam maximè Urbium Historiam decent; utpote ex qvibus qvam maximè eluceat cum fortuna earum, tum prudentia. Et verò in patriâ Tuâ observo eqvidem plurima perqvam prudenter instituta, qvædam ex vitio facta; omnia memoratu dignissima. Utinam cives Tui capiant, qvantum merearis! Sin, æterna tamen Tibi laus parata est apud intelligentes & posteritatem, modo Tu perrexeris de patriâ tam benè mereri. Ubi occasio sese obtulerit, mittam & meum aliqvid ultimæ foeturæ: abs Te vicissim, qvod reliqvum est, exspectans. Qvod ut feliciter perficias, valeasqve bono publico, Deum obsecro.

Tui studiosissimus

Helmestadii 24. *Junii*, 1661.

Herman. Conringius.



SENE-

SENECA EPIST. LXXIX.


SCRIBENTIUM DE EODEM ARGUMENTO OPTIMA CONDITIO EST ULTIMI. PARATA VERBA INVENIT, QVÆ ALITER INSTRUCTA, NOVAM FACIEM HABENT: NEC ILLIS MANUS INJICIT TANQVAM ALIENIS: SUNT ENIM PUBLICA.

IDEM DE TRANQVILLIT. ANIMI CAP. I.

IN STUDIIS PUTO ME HERCULE MELIUS ESSE RES IPSAS INTUERI, ET HARUM CAUSA LOQVI: CÆTERUM VERBA REBUS PERMITTERE, UT QVA DUXERINT, HAC INELABORATA SEQVATUR ORATIO.

REGIUM EST
BENE FACERE
ET
MALE AUDIRE.


PETRI



Duplex hæc imago **ADOLPHI**, *quarti ex Comitibus Schauwenburgensibus Holsatiæ, Wagriæ Stormariæ &c. Comitis, qui anno Æ. C. 1261. monachus Ordinis Franciscanorum sive Fratrum Minorum Kilonii obiit, inserenda est Libro secundo Rerum Hamburgensium.*








Duplex hæc imago **ADOLPHI**, *quarti ex Comitibus Schauwenburgensibus Holsatiæ, Wagriæ Stormariæ q Comitis, qui anno Æ. C. 1261. monachus Ordinis Franciscanorum sive Fratrum Minorum Kiloniȷ obȳt, inserenda est Libro secundo Rerum Hamburgensium.*







PETRI LAMBECII 1
HAMBURGENSIS
RERUM HAMBURGENSIUM LIBER SECUNDUS,
Ab Anno Æ. C. cIↄ cc xxv. usqve ad annum cIↄ cc xcii,

1 QVæ Urbis nostræ primordia fuerint, & perqvam varias for-
tunæ vicissitudines periculosum *primæ ætatis* curriculum transegerit, su-
periori libro expositum est (1) Majus nunc aggredior opus, plenum ge-
nerosis cœptis, prudentissimis consiliis & illustri rerum gestarum glo-
riâ populi jam adulti, & una cum libertatis incremento id roboris pau-
2 latim consecuti, ut clarissimis Germaniæ * civitatibus par esset ac habere-
tur. Propositum enim mihi est seqventibus (2) *qvatuor* libris complecti, qvæ ex (3) eo tem-
pore, qvo ab *Alberto Comite Orlamundensi* libertatem pretio comparavimus, (4) usqve ad
periculosissimos motus, immutatione religionis, ut alibi, ita in nostra etiam urbe excitatos,
trecentum annorum spatio memoratu digna acciderint. Institutum scilicet terrâ mariqve
freqvens negotiationis commercium: aucta prudenter, neqve minus strenuè defensa li- 2
bertas: prolatum sæpius pomœrium: ordinata legibus & institutis æqvissimis Respubli-
3 ca: firmatum * *Hanseatici fœderis* robur: adjuti vel oppugnati socialibus armis potentissimi
Principes: subministrata amicis ad varios usus pecunia; & nonnunqvam, qvæ maxima a-
nimi fortitudo est, malè etiam meritis, vel fidem non servaturis: defensus deniqve Albis,
mare à piratis liberatum, oppidaqve & castella non parvi nominis vi aut deditione capta
subjectaqve imperio. Neqve verò, ut sunt res humanæ, inter has prosperitates varia pu-
blicè & privatim luctus & mœroris causa defuit: incendia nempe gravissima, sævissimæ
4 pestes, inusitata annonæ caritas, * occultæ improborum civium machinationes, seditiones
apertæ, & per vim imminuta Senatus autoritas: scelera & supplicia non vulgaria; freqvens
Albis inundatio, insolitæ tempestates, & alia cœlo terraqve minus auspicata futurorum præ-
sagia. Ut qvæqve igitur harum rerum, sive læta sive tristis, usqve ad annum *millesimum
qvingentesimum vigesimum qvintum* contigit, ita nunc tradam posteris, citra verborum qvidem
inanem pompam, sed eâ fide, ut nec odio, nec amore, nec metu, vel falsi aliqvid commi-
5 niscar, vel veri reticeam. * Qvanqvam enim non ignoro, qvomodocunqve demum hæc
scripturus sim, impossibile fore, ut omnia omnibus grata sint & æqve arrideant; cum natu- 3
ra hominum sic comparata sit, ut causæ suæ & factioni studeant potius, qvam veritati; da-
bo tamen, qvamtum in me erit, operam, ut vel maximè invisa & scrupulosa, [cujusmodi
multa occurrent,] adeo referam moderatè, ut vi veritatis expressa potius narratio, qvam ab
ullo in alterutram partem inclinato affectu profecta videatur. Nam ut probi est Histori-

(1) Præfatio hæc non ad præsentem duntaxat librum *secundum*, sed ad tres etiam seqventes *tertium* nempe & *qvartum* & *qvintum* pertinet.

(2) Qvi res gestas continent ab anno 1225. usqve ad annum 1292. ab an. 1292. usque ad an. 1410. ad an. 1410. usqve ad an. 1461. ab an. 1461. usqve ad an. 1525. Vide Proleg. ad Lectorem.

(3) hoc est ab anno 1225.

(4) h. e. usqve ad an. 1525.

ci, (1) *nec falsi qvidqvam audere * dicere, nec veri qvidqvam non audere*, sic prudentis est, rigidam 6
veritatem nonnunqvam lenire verbis, ne, dum nimium atqve adeô superstitiosè verax vi-
deri cupit, hoc ipso ut suspectus, & alterutri parti minus favens rejiciatur. Sed incon-
gruens, ut opinor, erit & intempestivum, in parte operis diutius præfari: itaqve jam ad
ipsam rem accedo.

A. Æ. C. ciↄcc xxv. ANnum Urbs agebat (2) *qvadringentesimum decimum septimum*, cum ei ut (3) supra memora-
tum est, Albertus Comes Orlamundæ mille & qvingentis (4) *marcis argenti* libertatem
4 vendidit: * pretio, ut tunc tempora & divitiæ nostræ erant, satis magno; sed perexiguo & 7
ferè nullo, si cum maximâ rei per se inæstimabilis utilitate conferatur. Solutâ enim hac ra-
tione alieno imperio, incredibile dictu est, qvantum derepente civitas incrementi cœperit.
Et principiò qvidem ordinandæ Reipublicæ manus admota est, ne insolita libertas in effræ-
natam confusæ multitudinis licentiam verteretur. (5) Consuetudo fuerat inde ab ætate
Caroli Magni in Germanici Imperii urbibus servata, *Scabinos* eligi paucos aliqvot è civibus
virtute & * prudentiâ præ cæteris conspicuos, qvi non *Adsessores* tantum essent *Comitum &* 8
Præfectorum Imperialium in majoribus judiciis, sed & ipsi minora qvædam Reip. munia obi-
rent, & leviores reliqvorum civium controversias judicii sui interpositione dirimerent.
Eadem regiminis ratio in nostrâ etiam urbe obtinuit usqve ad tempora Imp. *Ottonis Ma-
gni*, cujus voluntate Saxonia, hactenus libera, primum accepit Ducem (6) *Hermannum Bil-
lingum*, & mediatè cœpit Imperio subesse. Tum sublatâ *Comitum* & *Præfectorum* Vicariâ ju-
risdictione, simul * qvidem & *Scabinorum*, qvi (7) *Adjutores* illis fuerant, nomen (8) desiit: at, 9
sive periculosa visa fuerit nimia novatio, sive utilitas pristinum institutum defenderit, Col-
legium certè ipsum, ut umbram antiqvi status placuit retineri. Nomen ei vernaculo ser-
5 mone inditum fuit der Raht/ qvod est, si strictè reddatur, *publicum Civitatis consilium*. Hinc
in nonnullis antiqvis diplomatibus inscriptio sic concepta legitur: (9) *Consilio & (1) Communi
Hamburgensi*. Semibarbari mediæ ætatis scriptores *Consulatum* appellant. Qvo sensu (2)
Consulatus Civitatis, Homines de Consulatu * & aliæ multæ ejusdem generis loqvendi formu- 10
læ passim occurrunt. Caput istius Collegii erat Præfectus urbi à Comite impositus, cui
cum Stormariâ reliqvam omnem Nordalbingiam Saxoniæ Dux concesserat. Plerumqve
ipse (3) Comes ibi, velut in Metropoli sua commorabatur. Unde *Hermannus* Bernardi Du-
cis Saxoniæ frater, qui *Comes* fuit *Nordalbingiæ*, in veteri qvodam diplomate (4) *Comes de Ham-
maburg* appellatur. *Godfridum* etiam, qvem Magnus ultimus ex Billingianâ familiâ Saxo-
niæ Dux *Comitem Transalbinorum* constituit, sine controversia * constat (5) *Hamburgi* habitasse, 11
ibidemqve sepultum fuisse. A cujus morte cum ad Comites Schouwenburgenses Trans-
albinæ Saxoniæ Comitatus translatus esset, minimè dubium est, qvin idem, qvi anteà fue-
rat, Reip. nostræ status permanserit. Cujus rei confirmandæ causâ inseram hic tabulas
6 Comitis Adolphi III. nunc primum è tenebris erutas, qvibus Privilegium, ab Imp. Frideri-
co Hamburgensibus (6) concessum, ad verbum confirmavit; idqve eo libentius faciam, qvod
(7) Consulibus istis, qvorum nomina pro testimonio ibi subscripta sunt, antiqviores alios
non

(1) M. Antonius apud Ciceronem lib. 2. de Oratore vocat hoc *primam historiæ* scribendæ *legem*.

(2) Primas enim Urbis conditæ annus, ut initio libr. primi demonstravi, incidit in an. Æ. C. 808.

(3) Vide lib. 1. pag. 119.

(4) *Marca argenti* hic est qvam vocamus Germanicè eine Marck Silbers. Continet ea sedecim semiuncias, qvarum qvælibet valore æqvat dimidium Imperialem: ita ut una marca argenti constet octo Imperialibus; mille autem & qvingentæ marcæ argenti valeant 12000. Imperiales sive 36000. marcas Lubecenses. Eadem supputatione 700. marcæ argenti, qvibus Albertus à Rege Daniæ Hamburgum sibi emit, ut narratum est lib. 1. pag. 109. & 110. valent 5600. Imperiales seu 16800. marcas Lubecenses. Albertus igitur vendendo Urbem & libertatem Hamburgensibus lucri fecit 6400. Imperiales seu 19200. marcas Lubecenses. Vide Wehneri Pract. observ. lit. G. ubi & aliorum JCtorum citantur testimonia.

(5) Vide lib. 1. pag. 23.

(6) Vide l. 1. Rer. Hamb. pag. 36.

(7) Gloss. Vet. *Scabini*, Adjutores Comitum.

(8) De nostra tantum civitate hic loqvor. Nam nonnusqvam judices etiam nunc Scabini appellantur. Germ. *Schöpffen & Schoppen:* belg. *Schepen* gall. Eschevius.

(9) h. e. dem Raht und der Gemeine von Hamburg.

(1) A Græcis desumptum est, qvi sic usurpant τὸ κοινόν. Qvanqvam & apud Ciceronem eodem sensu occurrit *Commune Meliadum, & Commune Siciliæ*.

(2) Incertus Auctor Chron. Sclavic. ab Erp. Lindenbr. editus in Actis annorum 1190. 1262. 1271. 1299.

(3) De his Nordalbingiæ Comitibus, qvi plerumqve fratres erant Ducum Saxoniæ. Vide Crantz. Saxon. lib. 5. cap. 27. 28.

(4) Vide lib. 1. Rer. Hamb. p. 60.

(5) Vide lib. 1. Rer. Hamb. p. 75 76. 77.

(6) An. 1189. vid. lib. 1. p. 83.

(7) Antiqvissima mentio Consulum Hamburgensium *Uronoldi, Esici, Wiradi, Standardi & Sifridi* extat in diplomate Comitis Adolphi III. de fundatione Capellæ S. Nicolai in nova urbe dato inter. an. 1164. & 1168. Vide infra N. 118.

12 non reperi; non eqvidem * qvod nulli antè fuerint, sed qvia eorum memoria longinqvi- CIↃ CC XXV.
tate temporis & incuriâ majorum intercidit. Seqvuntur nunc ipsæ (1) tabulæ.

(2) Adolphus Dei gratiâ Comes Holtzatiæ & de Schouwenborch omnibus præsens scriptum visuris & auditaris in Domino salutem. Notum facimus tam præsentibus qvam futuris, qvod nos illam gratiam & libertatem qvam gloriosus Princeps Dominus noster (3) Fridericus Romanorum Imperator ad petitionem nostram dilectis & fidelibus nostris civibus in Hamborch privilegio suo contulit & donavit, de
13 *bonâ * verâ nostra voluntate propter eorum fidele obseqvium (4) confirmamus prædictis perenniter conservandam. Tali autem formâ & ordinatione, qvod universi ipsius loci mercatores una cum (5) mer-* 7
candisiis suis & navibus usqve ad prædictam nostram civitatem liberè valeant de mare venire & redire absqve teloneo & omnis Ungeldi exactione, & in omni dominii nostri districtu libertatem habeant transeundi & redeundi de omni exactione (6) Ungeldi & telonii. Ipsisqve conferimus, ut nemo ædificet ali-
14 *qvod castrum penes eorum Civitatem (7) circumqvaqve ad duo milliaria: & ut piscaturam * habeant in aqva dictâ (8) Albia ex utraqve parte civitatis ad duo milliaria. Similiter in rivulo dicto Billâ liberam habeant potestatem piscibus capiendis ad unius spatium milliaris. Qvaliacunqve etiam bona oppidani præfati oppidi emerint vel comparaverint in terminis nostri Dominii in lignis (9) cineribus & (1) blado, & in curru vel navi oneraverint, illa bona à nemine debent (2) arrestari vel impediri, nisi per testes idoneos probabile sit, qvod aliqvod postea fecerint (3) forefactum. Pascuis verò utantur, ut eorum* 8
15 *pecora mane exeant & sero revertantur. * Decrevimus etiam, ut incidendorum lignorum usum habeant, sicut hactenus habuerunt, & liberè perfruantur. Qvod autem in cerevisia, pane vel carnibus per injustam mensuram delinqvitur, qvicqvid (4) lucri seu compositionis inde provenerit, tertia pars (5) judici, duæ vero cedant civitati. Argentum qvoqve in ipsa civitate si qvis (6) cambire voluerit, in qvocunqve loco fuerit opportunum, cambiat, nisi fuerit ante domum monetæ. Potestatem etiam habeant examinandi denarios monetariorum in pondere & puritate. De omni autem expeditione ipsos cives liberos*
16 *annuimus fore. Similiter in * defensione totius terræ. Ut igitur omnia prædicta imperpetuum robur obtineant firmitatis, præsentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem sunt Dnus. Fridericus de Haseldorpe, Dn. Borchardus de Barmstede, D. Gernandus (7) Magnus & fratres sui* 9

(1) Inseri illas libro superiori oportuisset & subjungi p. 86. Diplomati Imp. Friderici I. sed tunc temporis nondum eas habui.

(2) Is est Adolphus tertius ejus nominis Holsatiæ & Schouwenburgi Comes, cujus variam fortunam & res gestas superiori libro prolixè narravi.

(3) Illud Imp. Friderici I. diploma inserui Rerum Hamb. lib. 1. p. 83.

(4) Hinc luce meridianâ clarius apparet, errare Auctorem Remonstrationis Danicæ, qvi p. 23. & 24. frustra in dubium vocat, utrum Imper. Fridericus I. Privilegium Adolphi III. an Adolphus Friderici confirmaverit. Similiter errat Chytræus Chron. Sax. lib. 2. qvi Privilegium hoc Adolphi ab Imper. Friderico confirmatum esse scribit, cum prorsus contrario modo res se habeat.

(5) *Mercandisia* pro mercibus, ut *mercandizare*, pro mercaturam exercere. Utrumqve desumptum videtur ex Gallico *marchandises* & *marchander*.

(6) *Ungeld* merè Germanica vox est, & dicitur propriè pecunia perperam aut superfluè in rem aliqvam erogata. Sic hoc loco *telonium* sumitur pro vectigali ordinario: *Ungeldum* autem pro qvibuscunqve aliis exactionibus, qvibus præter illud mercatura oneratur.

(7) Si circumqvaqve, ergo nec trans Albim.

(8) *Albia* & *Albea* pro Albi passim occurrunt apud semibarbaros scriptores.

(9) *Cineres* hic Carbones significare videntur. Eorum enim magna copia ex Ducatu Holsatiæ Hamburgum plaustris convehitur.

(1) *Bladum* vox est Saxonica qvæ interdum semen, nonnunqvam fructus arborum atqve vitium, plerumqve autem frumentum ac qvicqvid in area teritur, significat. Hinc est Gallorum *Blé*, seu, ut olim scribebatur *Bled*, Italis qvoqve idem sonat *Biada*, pro *Blada*, ut chiave pro clave, piana pro plana, fiore pro flore. Ægid. Menagius in Originibus Linguæ Gallicæ deducit à Græco βλαςὸν, germen. Vide & Voss. de Glossem. lib. 2. c. 3.

(2) *Arrestare* apud mediæ ætatis scriptores idem est atq; vadari, seu rem aliqvam vel personam edicto Principis vel Magistratuum detinere. Sunt qvi deducunt à Græco ἀρεςὸν, placitum: qvod detentio illa non fiat, nisi placitis & permissu Superiorum.

(3) *Forefactum* qvasi *forisfactum* est delictum seu transgressio legum, qvæ amissione vitæ, bonorum vel privilegii solet puniri. Inde & Gallorum est, *Forfaict*, *Forfant*. Voss. de Glossem. lib. 4. c. 10.

(4) Per *lucrum* mulcta hic intelligitur.

(5) Idem est, qvi in aliis antiqvis diplomatibus *Advocatus* appellatur, & velut Urbis ac Consilii publici Præfectus Consulum nominibus præponitur. Vid. infra Num. 118.

(6) De collybo seu permutatione pecuniæ, qvam *Cambium* vulgo appellant: ut & de *Denariis*, qvos *Pfenninge*, hic interpretor, & de monetariis, qvorum hic fit mentio, consulendum est Speculum Monetale Tilemanni Frisii lib. 4. c. 16.

(7.) Nota hic antiqvissimam memoriam nobilis familiæ *Magnorum*, germ. der Magnussen: de qva vid. Angel. Chron. Holf. lib. 1. c. 21. & Danckwert. Chorograph. Slesf. & Holf. pag. 17.

CIϽ CC XXV. *Dn. Wilhelmus & Dn. Otto* (1) *milites*: (2) *Consules Hamburgenses*, (3) *Uronoldus, Esicus, Wirardus, Standardus & frater suus Sigfridus & alii qvam plures. Datum Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo, in vigilia nativitatis Domini.*

In hoc igitur diplomate non *Consulum* * tantum expressa fit mentio, verum etiam, 17
dum mulctæ judiciariæ partes duæ civitati assignantur, haud obscurè indicatur, officium eorum partim in jure dicendo, partim in ærarii & pecuniæ ex pœnis & compositionibus collectæ curâ constitisse. Multo clarius etiam inde apparet, *Consilio Civitatis* Præsidem à Comite constitutum fuisse, qvi in his qvidem tabulis *Judex*, plerumqve autem in aliis antiqvis monumentis (4) *Advocatus* appellatur, & dignitatis respectu, ut Præfectus Urbis, Con-
10 sulibus præponitur. Sicuti in alio qvodam (5) Diplomate Adolphi III. hactenus inedito de
* fundatione templi S. Nicolai, ubi testes hoc ordine recensentur: *Willebrandus Advocatus*, 18
Wiradus, Fromoldus (seu *Vronoldus*) *Sifridus, Sandardus, Esicus.* Qvorum qvinqve posteriores, etsi (6) *Consules Hamburgenses* ibi non vocentur, fuerunt tamen; & qvidem illi ipsi, qvi in (7) superius inserto Diplomate anni CIϽ CXC. memorantur. Cum itaqve anno CIϽ CCXXV. ad eundem ad hunc modum ordinatâ administratione Reipublicæ, libertatem sibi à Comite Orlamundensi Alberto Civitas pretio comparasset, sublata simul (8) ad tempus est Ad-
vocati jurisdictio, placuitqve *Consulum* Collegium, hoc est, Senatum ex * primariis civi- 19
bus delectum, non eam tantum, qvam anteà habuerat, dignitatem retinere, sed qvicqvid etiam majoris potestatis novo libertatis mercatu urbi obvenerat, totius populi jussu & consensu in eundem magistratum conferri. Cæterum an illis jam temporibus inter ordinis ejus consortes dignitatis aliqvod fuerit discrimen, negare potius ausim, qvam affirmare. Titulo sanè communi diu usos invenio: qvippe qvi in antiqvis ejus ævi diplomatibus *Consules* & (9) *Consulares*, qvod est, ut vocabulis nunc usitatis exprimam, (1) Rahts-Verwandte
11 vel Rahts-Personen promiscuè appellantur. Seqventi demum seculo, qvod Æræ * Chri- 20
stianæ fuit decimum qvartum, *Consules* alios, alios, ut hisce honoratiores, *Proconsules* vocatos invenio; sed perperam omnino & inverso ordine, cum apud Romanos veteres, à qvibus vocabula illa mutuata sunt, tantum Consularis dignitas Proconsulari major fuerit, qvantum vicaria potestas supremo Imperio minor censetur. (2) Functi enim annuo munere Consules, ne subitò ex tam sublimi honoris culmine ad privatorum hominum statum reciderent, in celebriores populi Romani provincias mittebantur, qvibus vice Consulum,
qvi in urbe successerant, præessent. Qvare * & *Proconsules* dicebantur, qvasi *pro Consulibus*, 21
hoc est, Consulum vice regiones externas administrantes. At nostri Germani, vernaculâ decepti significatione particulæ *pro*, insulse admodum & barbarè Proconsulatum Consulatui anteposuerunt. Sic in (3) Epistola Imp. Caroli IV. ad Daniæ Regem Waldemarum, datâ

(1) *Milites* eo ævo Viri eqvestris Ordinis dignitate præditi appellabantur, ut passim videre est in antiqvis tabulis. Sic & in Rescripto Imp. Marciani, qvod extat C. de sum. Trinit. *Militia* sumitur pro nobilitate, qvæ armis comparatur, & *militares* nuncupantur ejusmodi militiâ seu nobilitate præditi. Lehmannus in Chron. Spir. lib. 4. cap. 13. rectè vertit Ritter-mäßige Personen: Hinc in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 9. 44. &. 46. Comitibus & Baronibus junguntur, ita tamen, ut eorum, respectu *milites simplices* vocentur. Itaqve *militem* creare idem ista tempestate erat, atqve nunc Germ. zum Ritter schlagen. Extat eâ de re illustris locus in antiqva Historia MSta Introductionis Archiepiscoporum Bremensium, ubi hæc leguntur: *Alia solennitas quæ ibidem in introductione Archiepiscopi consuevit fieri, est ista: qvod Archiepiscopus potest & habet creare milites ante palatium suum, hos qvi ex militari sanguine procreati sunt & non alios.* Cæteri nobiles eqvestris dignitatis expertes dicebantur *Famuli*: germ. Knaben/ ut in diplomate Christierni Regis Daniæ, Sveciæ, & Norwegiæ, dato Segebergæ An. 1470. qvod extat integrum in Mantissa veterum diplomatum Num. 558. Item edele Knechte. In Decreto Tassilonis Ducis Bajoarinm tit. 1. §. 7. vocantur *Adelschalchi*, h. e. servi seu famuli nobiles; It. *Servi Principis*, qvia Aulam seqvebantur.

(2) Errat Thraciger in Chron. Hamb. MSto dum hos Consules refert ad annum 1225. qvasi Comitis Adolphi IV. diplomati, qvo is, Imp. Friderici I. Privilegium confirmavit, subscripserint. Ibi enim unicum *Sigfridi* nomen tantum invenitur. Vid. N. 49.

(3) Is in alio qvodam Adolphi III. diplomate dato inter an. 1164. & 1168. *Fromoldus* appellatur. Ibidem *Sandardus* vocatur, qvi hic Standardus, & *Wiradus*. qvi hic Wirardus Vid. infra N. 118.

(4) Ein Stadt- und Gerichts-Vogt.

(5) Diploma ilud, paulo inferius integrum inserui Actis anni 1227. Num. 115. Aliud ejusdem rei exemplum pete ex tabulis Byrgeri Ducis Swecorum, qvas inserui Actis anni 1261. Num. 308.

(6) h. e. Personen aus dem Raht zu Hamburg.

(7) Suprà Num. 16.

(8) Nempe donec eodem hoc anno Urbs cum certâ libertatis exceptione in potestatem Adolphi rediit. Vid. infra N. 47.

(9) Incert. Auctor Chron. Sclav. à Lindenbr. edit. in Act. ann. 1190.

(1) Nomen hoc generale est, & *Consules* simul ac *Senatores* complectitur.

(2) Lazius Comment. Reip. Rom. l. 2. c. 6.

(3) Vide eam integram in Mantissa veterum diplomatum Num. 520.

(4) Qvo anno inter Civitatem & Capitulum ingens fuit litigium, qvod seqventi anno 1355. amica transactione extinctum est. Tabulas ejus compositionis vide integras in Mantissa veterum diplomatum. Num. 527.

datâ (4) anno millesimo trecentesimo qvinqvagesimo qvarto, hæc verba leguntur: (1) *Pro*
parte honorabilium Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ Hamburgensis, Bremensis Diœcesis, queru-
22 *losâ inquisitione ad nostræ Celsitudinis audientiam* * *lamentabiliter est deductum, quod Proconsules,*
Consules & civium universitas de Hamburg, &c. Idem confirmant (2) tabulæ Concordiæ Senatus
& Capituli anno millesimo trecentesimo qvinqvagesimo qvinto compositæ, qvarum hoc 12
est principium: *Noverint universi, quod nos Theodoricus up dem Perde & Hinricus Hop (3) Procon-*
sules Civitatis Hamburgensis nomine (4) *Consulum dictæ Civitatis cum honorabilibus Viris Dn. Hinrico*
Witten Scholastico & Hartwico de Salma Canonico Ecclesiæ Hamburgensis, Bremensis diœcesis, super
23 *infra scriptis articulis concordavimus in hunc modum.* Extat etiam Joannis * & Adolphi Comi-
tum Holsatiæ (5) diploma datum anno millesimo trecentesimo qvinqvagesimo sexto, cui
hæc verba inserta sunt: *Ad nostram de novo pervenit notitiam, quod Proconsules & Consules oppidi*
Hamburg. &c. Item sub finem ejusdem diplomatis: *Et si, quod absit, per antedictos Procon-*
sules & Consules &c. Neqve verò Hamburgenses tantum, sed alias etiam Germaniæ Civi-
tates *Proconsulatus* titulum sic usurpasse, apparet ex Rerumpublicarum Lubecensis & Bre-
mensis diplomatibus, in qvibus titulus, *Nos Proconsules & Consules*, itidem reperitur. Wis-
24 mariæ etiam, qvæ ad Sinum Codanum Suecis * nunc subjecta urbs est, eadem divisi Sena-
tus vocabula in usu fuerunt, ut ex Anonymo Continuatore Helmodi hactenus inedito di-
scimus, cujus hæc verba sunt: *Commune Wismariense etiam unum Proconsulem Banskouw & ali-*
um Consulem, eo quod confœderassent se cum Rege Daniæ ipsis nescientibus, capite truncari manda- 13
bant. Plura ejus rei exempla adscribere supervacaneum existimo, cum ex jam productis
abundè appareat, *Consules*, ut à *consulendo* dictos, eosdem esse, qvi superioribus seculis Rahts
25 manne/ nunc Rahtsherren vocantur: *Proconsulum* autem nomine * significari Præsides Con-
silii publici, qvi Bürgermeistere appellantur. Eosdem nonnulli *Burgimagistros* nuncupant,
titulumqve hunc sub Imperatoribus Francicis jam in usu fuisse arbitrantur. Qvibus ego
libentissimè assentiar, si in illorum temporum, vel proximi etiam seculi, fide dignis mo-
numentis unicam saltem nominis *Burgimagistri* mentionem monstraverint. Interim pace
eorum magis probabilem opinionem seqvi mihi liceat. Existimo nimirum, *Burgimagistri*
nomen recentissimum, perperamqve fictum esse ex vitiosà scriptura vocis Germanicæ
26 Burgmeister pro Bürgermeister/ qvæ cum * primo intuitu eadem videantur, significatio-
ne tamen plurimum discrepant. Nam apud mediæ ætatis scriptores *Burgus* vel *Burgum* in-
terdum pro (6) *domorum congregatione non clausâ*, interdum pro (7) *munimento* & *castello* sumi-
tur: at pro urbe nusqvam legi. *Burgensis* autem, qvamvis, ut Burgi incola, *oppidano* rectè
opponatur, sæpius tamen pro (8) *Cive* accipitur. Hinc colligo *Burgimagistrum* appellandum
esse Præfectum pagi vel castelli; *Burgensium* verò seu *Civium Magistros*, penes qvos summa 14
auctoritas est in Civitatibus. Qva significatione titulus *Magistri Civium* freqvens occurrit
27 * in antiqvis tabulis Reip. Spirensis, ut in (9) diplomate Emichonis Comitis de Lyningen
dato anno millesimo ducentesimo sexagesimo octavo: *In cautelam & evidentiam saniorem Syglo*
de Columba Magister Civium Spirensium juravit pro se & civibus Spirensibus universis. Et in (1) rescripto
Imp. Rudolphi dato año millesimo ducentesimo octogesimo: *Rudolphus Dei gratia Romanorum*
Rex semper Augustus Prudentibus Viris Magistro Civiũ, Consulibus & universis civibus Spirensibus dilectis suis
fidelibus gratiam suam & omne bonum. Item in (2) provocatione Civitatis Spirensis ad Pontificem
28 Romanum & (3) literis * Friderici Episcopi Spirensis, datis anno millesimo ducentesimo no-
nagesimo qvarto, passim leguntur hæc verba: *Magistri, Consules & universitas Civium Spiren-*
sium. Eadem formula in Trevirensis qvoqve Civitatis monumentis à Wilhelmo Kyrian-
dro (4) editis sæpiusculè reperitur. Cujusmodi est hic locus (5) diplomatis Imp. Caroli IV.
dati anno millesimo trecentesimo qvinqvagesimo qvinto: *Quamobrem cum nomine Civium*
Magistri, Senatusque ac Populi Trevirensis nostrorum & Imperii fidelium suppliciter appellati simus,
&c. Ex his aliisqve ejus generis compluribus locis manifestissimè patet, *Civium Magistros*, 15

(1) Num. 521.
(2) Extant integræ in Mantissa veterum diplomatum Num. 542.
(3) Bürgermeistere.
(4) Germ. Im Nahmen des gantzen Rahts.
(5) Integrum extat in Appendice Remonstrat. Danicæ Lit. II.
(6) Luitprandus l. 3. c. 12.
(7) Voss. de Vitiis Serm. l. 2. c. 3. Ægid. Menag. Origin. Ling. Gall. voce Bourg. Isaac. Casaub. in Comment. ad Strabonem. Præ cæteris de origine & significatione vocis *Burgus* vel *Burgum*, accuratè & prolixè agit Cluver. Germ. Antiq. l. 1. c. 13.
(8) Sic hodieqve Gallis idem est *un Bourgeois* atqve *un Citoyen.*
(9) Extat in Chron. Spir. Christoph. Lehmanni l. 5. c. 102.
(1) Extat apud Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 112.
(2) Extat apud Lehman. l. 5. c. 121.
(3) Extant eodem cap.
(4) In Annalibus Augustæ Trevirorum.
(5) Extat parte Annal. XVII. pag. 249.

A. Æ. C.
MCCXXV. qvos perperam * latinè *Proconsules* & *Burgimagistros* appellant, non minoris momenti res 29
curasse, sed cæteros omnes magistratus potentia ac dignitate antecelluisse. At de origi-
ne eorum non æqvè constat. Christophorus Lehmannus, scriptor historiæ Germanicæ
recens, sed omni laude major, Spirenses suos, anno millesimo centesimo undecimo, pri-
mos (1) affirmat permissu Imp. Henrici V. urbi suæ, ad veterem liberæ Reip. Romanæ sta-
tum reformatæ, *Magistros Civium* & *Consules*, hoc est, *Consules* & *Senatores* præfecisse. Qvam
opinionem etsi, qvod ad Augustam Nemetum, sive Spiram attinet, non improbo, attamen
in nostram * civitatem non prius hanc divisionem Senatus introductam existimo, qvam 30
ubi (2) sub finem seculi decimi tertii, jurisdictione Advocati Comitum Schouwenburgen-
sium inperpetuum sublatâ, merum mixtumqve Imperium aliâqve Principis jura is cœpit exer-
cere. Nam tum primum consilii publici ordo divisus fuisse videtur, ita ut Præsides ejus,
qvibus *Advocati* prærogativa cesserat, germ. Bürgermeistere sive *Magistri Civium*, latinè au-
tem minus significanti vocabulo *Proconsules* appellarentur, qvos ego Romanorum more (3)
16 *Consules* deinceps nuncupabo: reliqvi verò dicerentur *Consules*, qvos * (4) *Senatores* inter- 31
pretabor. At utraqve pars conjunctim *Senatus* nomine comprehenditur. Hactenus ita-
qve monstrasse sufficiat, anno millesimo ducentesimo vigesimo qvinto Senatum nostræ ur-
bis adhuc indivisum, omnesqve ejus ordinis consortes promiscuè *Consules* appellatos fuisse.
Qvæ præterea autem ad hujus magistratus creationem, conventum & officia pertinent, ea
partim vetustate temporis & longâ seculorum barbarie, partim incuriâ majorum, & posthu-
mæ gloriæ contemptu sunt obliterata. Qvantum tamen probabili conjecturâ asseqvi li-
cet, haud dubium mihi videtur, qvin * statim ab initio ad illud munus electi (5) *perpetuum*, 32
ut nunc moris est, eam dignitatem obtinuerint, neqve suffragiis populi, sed collegii co- 33
optatione in mortuorum locum alii subrogati fuerint. De numero eorum nihil certi tra-
di potest. Ex iis enim, qvi tempore libertatis ab Alberto redemptæ Consilii publici par-
ticipes fuerunt, qvinqve duntaxat ad nostram * pervenere notitiam, qvorum in (6) tabulis 34
Adolphi IV. non multò post eodem anno datis hæc nomina reperiuntur: *Sifridus*, *Herwer-* 35
dus, *Helebernus*, *Bojo*, *Rathmarus* & *Tiderus*. Reliqvorum, qvi sine dubio multo plures fue- 36
re, memoria intercidit. Cæterum haud facilè dictu est, qvænam urbis fortuna suprà nar- 37
17 ratam novæ libertatis emptionem proximè secuta fuerit. Nam & ob vetustatem longè hæc
à memoria nostra sunt remota; & qvæ in antiqvis monumentis reperiuntur, perpauca sunt,
& ea qvidem adeò confusa, ut congruam rerum gestarum seriem inde eruere, Oedipi qvo-
dammodo * sit, non Historici. Huc accedit factiosa recentium scriptorum contentio, 38
qvi citra veterum monumentorum fidem, nimium in hanc vel illam partem inclinando,
rem per se haud satis claram multo magis obscurarunt. Sed illi qvidem usqve licet inter
se digladientur: me certè nemo unqvam, nisi ipsa veritas, in partes suas pertrahet. Eam
autem, qvantum qvidem summâ diligentiâ hactenus investigare potui, ita se habere exi-
stimo. Gustare vix dum urbs cœperat novam liberi status dulcedinem, cum præter exspe-
ctationem Adolpho, qvarto ejus nominis Holsatiæ, Stormariæ & Schouwenburgi * Comi- 39
ti, id fuit nunciatum. Turbavit res insperata ipsius animum, nec aliter tam insignis lo-
ci amissio percipi poterat: mox tamen, ut se collegit, palam comminatus est, qvos libe-
rasset dolus (hoc enim libertatis emptioni recens dolor nomen indiderat) vi & armis fa-
cilè ad pristinam obedientiam se retracturum, si prius reliqvam Holsatiam & Stormari-
18 am recuperasset. Favit fortuna huic voto: (7) nam eodem adhuc anno omnem paternam
ditionem felicissimè recepit, non tam manu & fortitudine militum, qvam qvod ipsi inco-
læ odio Danici imperii ultro in obseqvium ruerent. Hac confirmatus * rerum prosperita- 40
te, conjunctis viribus Hamburgum petiit. Intererant expeditioni *Gerardus Bremensis Archi-
episcopus* & *Henricus Comes Suerinensis*, uterqve tanti nominis Princeps, ut sola eorum præ-
sentia exiguum qvemvis exercitum formidulosum reddidisset. Horum auxiliares copias
secum trahebat Adolphus, potens ipse copioso exercitati militis robore & multiplicis vi-
ctoriæ famâ cuilibet hosti terribilis. (8) Primum ipsius impetum excepit *Castellum Schipbe-
cense*, qvod Albertus Orlamundensis (9) anno 1216. premendæ Urbis causa apud Billam flu-
vium

(1) Chron. Spir. l. 4. c. 11. 12. 13.
(2) Vide infra Actæ anni 1292 Num. 480.
(3) Bürgermeistere.
(4) Rahtsherren.
(5) διὰ βίε.
(6) Integra extant sub finem rerum gestarum hujus an. Num. 48.
(7) Albertus Stad. ad annum 1225. Anonym. Annales & Chron. Sclav. eod. an. Anonym. Histor. Archiepisc. Bremens. Hermann. Leerbecensis.
(8) Herman. Leerbecens. Chron. Comit. Schowenb. Chron. Brem. MStum.
(9) Vide lib. 1. pag. 107.

A. Æ. C.
41 vium modicè edito in tumulo exstruxerat. * Acerrimè hic aliqvandiu pugnatum est; ut- CIↃ CCXXV.
pote loco & suapte naturâ, & vallo atqve fossis probè munito, neo minus fortiter resisten-
tibus præsidiariis: donec paulatim continenti recentium oppugnatorum successione fati-
gati, & viris viribusqve decrescentes, partim in ipsa defensione exspirarunt, alii cum su-
perato jam vallo & irrumpentibus undiqve hostibus nihil spei superesse cernerent, posi-
tis armis in deditionem & arbitratum victoris se dediderunt. Capto Castello novum
Adolphus imposuit præsidium. Noluit enim evertere, qvod contra Hamburgenses, si per- 19
42 tinacius sibi resisterent, eodem uti decrevisset. *Hamburgi inter hæc, ut solet in rebus
trepidis, variæ fuerunt sententiæ. Cedendum alii sine morâ censuerunt, dum facilis ve-
niæ locus esset: alii perseverandum obstinatè, ne erogata in libertatem pecunia cum ludi-
brio periret. Prudentioribus media placuit via, qvam ut utilissimam & Reipublicæ no-
stræ genio convenientem, felix successus comprobavit. Etenim cum ad urbem accessisset
Adolphus, & præcluso per obsidionem commeatu, deditionem postulasset, ad hunc mo-
dum per legatos Hamburgenses responsum esse accepimus: *Invitos se quidquam, quod minus*
43 *Adolpho placeret, dicturos, sed cogi amore patriæ * & jussu suorum Civium. Principiò optimè ipsum*
nosse, qui (1) olim jure belli Holsatia & Stormaria in Regis Waldemari potestatem devenissent: partem
se præmii victoris fuisse; nec solos post juratam Patris ejus cessionem & subsecutum duorum & viginti
annorum silentium quidquam novare ausos. Meritò quidem se veteris Domini infortunio privatim in-
gemuisse, sed necessariò aliam publicè induendam fuisse personam, ne cum præsentis exitii periculo, qvem
novum sibi fortuna imposuisset, intempestivè offenderent. Hinc imperium se tolerasse Comitis Alberti,
44 *ut præfecti primum, mox ut absoluti etiam Principis, quod plenum urbis * dominium argento sibi com-* 20
parasset. Idem porrò eadem ratione cum non exiguo Alberti (2) lucro in se translatum, cum is (3) immi-
nenti bello se præparans metu sinistri eventus rem certam pro incertâ habere maluisset. Frustra hic ob-
jici, in fraudem id factum familiæ Schouwenburgicæ, siquidem fraudulentum appellari nequiret, quod
jure belli, quod legitima transactione, quod licito contractu esset fundatum. Quod si nimius liberta-
tis amor vitio verteretur, culpandam prius esse naturam rerum, quæ affectum hunc omnibus animali-
45 *bus æque indidisset. Hæc aliaque multa, si verbis in judicio res peragenda * esset, pro se afferri posse:*
sed non omnia omnibus temporibus convenire, nec ineptius quidquam esse, quam inter arma Juriscon-
sultum agere, aut otiosè philosophari. Itaque hanc legationis suæ summam esse, Hamburgenses ipsi haud
gravatim liberum concessuros introitum in urbem, debitumque Principi à subditis obsequium & hono-
rem exhibituros, si fieri id posset salvâ libertate, salvisque privilegiis, quæ ab Imperatoribus & quibus-
cunque aliis, inprimis autem à Comite Alberto, vel gratuitâ benignitate, vel pretio accepissent. Hoc
46 *enim denegato, mori se potius, quam juris sui imminutionem pati decrevisse.* Movit * Comitem
Adolphum Legatorum Oratio, & sive ingenitæ ipsius Clementiæ, sive æqvitati & mode-
stiæ petitionis id tribuendum sit, constat certè, qvod petitum venerant, haud gravatim iis
concessum fuisse: qvanqvam repugnantibus non paucis, qvi in Consilium adhibiti fuerant, 21
qvod partim ex direptione urbis proventuro inhiarent lucro, partim verò nimiam facili-
tatem armato Prinncipe indignam ducerent. Sed frustra illi Comitis Adolphi perseveran-
tiam tentarunt, qvippe qvem præ cæteris virtutibus plurimum delectabat benignitas, nec
47 latebat, rem cum veterem, tum vulgatam esse, * dum civitates minus per se potentes, &
ad propulsandam injuriam impares, vel sponte sua, vel coactè, (4) cum certâ aliqvâ liber-
tatis & immunitatum exceptione, potentioris cujusdam Pricipis agnoscunt imperium.
Rediit igitur in potestatem Adolphi Hamburgum, non eam qvidem absolutam, sed ita
certis veluti limitibus circumscriptam, ut magnâ ex parte sui juris permanserit. Id enim
rectè colligitur ex fœderibus, bellis, mutatione Reipublicæ, aliisqve rebus propria aucto-
ritate gestis, quæ paulò post narrabuntur. Libet hic inserere ipsas tabulas hactenus non-
48 dum editas, qvibus tum Adolphus * Privilegium ab Imp. Friderico I. Hamburgensibus (5)
olim concessum, repetitione ejus ad verbum factâ, confirmavit.

Adolphus Dei gratiâ Comes Wagariæ, Stormariæ, Holzatiæ & de Schouwenborch, omnibus præ-
sens scriptum visuris in Domino salutem. Innotescat & clarescat tam præsentibus, quam futuris, quod
nos

(1) Vide lib. 1. p. 90. 91. & deinceps usqve ad finem. Eô enim tota hæc oratio respicit.

(2) Nempe 6400. Imperialium seu 19200. Marcarum Lubecensium. Vid. qvid suprâ Num. 6. in margine annotaverim.

(3) Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 119. Aliam hujus venditionis causam affert ex Chytræo Sethus Calvisius in Opere Chronologico ad an. 1225. nempe qvod Albertus Comes Orlamundensis *eâ pecuniâ indiguerit ad expeditionem Hierosolymitanam* qvam adornavit, cum post prælium cum Comite Adolpho ex captivitate esset dimissus Vid. etiam Henning. Op. Genealog. p. 247. ubi agitur de Alberto Orlamundensi.

(4) Id apud Lehmann. Chron. Spir. l. 4. c. 10. in formula homagii civitatis Spirensis appellatur, hulden als freye Bürger mit Behaltniß voriger Freyheit.

(5) A. Æ C. 1189. Vid. l. 1. pag. 83. & l. 2. Num. 11. 12. & deinceps.

ciɔcc xxv. *nos illam gratiam & libertatem, quam gloriosus Princeps Dominus noster Fredericus Romanorum Im-*
22 *perator, ad requisitionem dilectissimi patris nostri Comitis* (1) *Adolphi felicis memoriæ, Civibus nostris in*
*Hamborch privilegio suo contulit, & idem noster genitor postmodum ipsis * sub* (2) *authentico liberè con-* 49
cessit, confirmamus verè prædictis nostris hominibus conservandam. Tali autem ordinatione & forma
&c. [omissa hic est repetitio privilegii Friderici I. ut (3) superflua] *Ut igitur omnia prædicta*
in perpetuum robur obtineant firmitatis, præsentem paginam sigilli nostri munime fecimus roborari. Te-
stes autem sunt Dominus (4) *Henricus de Bermestede, Dn.* (5) *Godescalcus Præfectus Holsatiæ, Dn. Od-*
do (6) *de Store, & Dn. Helricus frater suus, Dn. Dose, Dn. Didericus* (7) *de Prato, milites. Canonici*
23 *Hamburgenses Dominus Helpradus, Dn. Alardus. Consules* (8) *Sifridus,* (9) *Herwerdus, Helebernus,*
*Bojo, * Rathmarus, Tiderus, & alii quamplures* (1) *milites, clerici & laici. Datum anno Dominicæ* 50
incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo quinto.

Cæterum an juramento civitas tunc se obstrinxerit Comiti, ea de re & nostrâ & ma-
jorum memoriâ magnum inter Danicæ & Hamburgensis factionis scriptores certamen fu-
24 it; sed ut in causâ manifesta & jam pridem (2) decisâ, prorsus superfluum. Siqvidem
non est verisimile, si Adolpho IV. juramentum fidelitatis præstitum esset, idem ipsius suc-
cessores non fuisse exacturos. At sine controversiâ certum est, Adolphum ultimum ejus
nominis è Schouwenburgicâ familiâ * Holsatiæ Comitem, qvi anno ciɔ cccc lix. sine 51
prole decessit, neqve exegisse ab Hamburgensibus juramentum, neqve accepisse. Cum
enim Daniæ Rex Christianus I. qvi defuncto Avunculo in vacuâ ditione successit, promis-
sionem fidelitatis juramento confirmari postulasset, pertinacissimè hoc recusarunt Ham-
burgenses, neqve Rex, qvamvis flagrantissimè id cuperet, contra notissimam & nunqvam
interruptam consuetudinem qvidqvam innovare valuit. Testatur hoc antiqvus ejus-
dem seculi Auctor, qvi Chronicon Sclavorum continuavit usqve ad annum ciɔ cccc
lxxxvii. & ab Erpoldo Lindenbrogio inter Rerum Germanicarum scriptores est editus,
his

(1) Is est Adolphus III. cujus vitam superiori libro exposui.

(2) Extat suprâ in principio hujus libri. Num. 12.

(3) Extat enim supra in Confirmatione Adolphi III. Num. 13.

(4) Videtur is filius esse *Borchardi de Barmstede*, cujus supra Num. 16. in diplomate Adolphi III. an. 1190. dato fit mentio.

(5) Is est Godescalcus cognomine *Perckenthin* sive *Barckentien*, cujus reperi Diploma Datum Anno 1245. hac inscriptione. *Godescalcus Dei gratiâ Præfectus Holsatiæ, omnibus hoc scriptum lecturis salutem.* Vidi & alias ejus tabulas, qvibus *Conventui Novomonasteriensi qvatuor mansus in villa Holenbeke* vendidit: sed ibi nonutitur verbis *Dei gratiâ.* De familia Nobilium de Barckentien vid. Casp. Danckwerth Chorograph. p. 19.

(6) Hanc ego eandem existimo nobilem familiam, ex qva oriundus fuit Eggo de Sturen, qvi vixit Ducis Saxoniæ Henrici Leonis temporibus. Vide de eâ Andr. Angeli Chron. Holsat. l. 1. c. 41. & Casp. Danckwerth. Chorograph. Slesv. & Holsf. p. 21.

(7) Locus singularis de vetustate nobilis familiæ *de Prato*, Germ. von der Wisch/ de qva vide Angel. Chron. Holsat. l. 1. c. 24. ubi familiæ *Pogwischiorum* tanqvam unius ejusdem originis adjungitur. Vid. etiam Danckwertum Chorograph. Slesf. & Holsf. p. 18. 19. & 130.

(8) Idem est cujus supra in diplomate Adolphi III. anno 1190. dato mentio fit Num. 16.

(9) Ab hoc vel alio ejus nominis viro sine dubio denominata est villa dimidio ab urbe milliari distans, qvæ vulgò nunc corruptè *Herveshude*, vel *Harvestehude*, olim autem *Herwerdeshude* appellabatur, ut apparet ex diplomate Joannis & Gerardi Comitum Holsaltiæ, dato anno 1258. cujus actis illud Num. 275. inserui. Cæterum qvod ad proprium nomen *Herwerdus* attinet, illud merè germanicum est, & idem prorsus atqve *Ehrenwerd*, h. e. honore dignus. Latini more suo permutationem & subtractionem aliqvot literarum & superfluam aspirationis appositionem illud transfigurarunt in *Erembertus, Erempertus, Herembertus, Erimbertus, Herimbertus, Heribertus, Aripertus, Herberchtus, Herbordus, Rembertus, Rimbertus* & *Herwerdus.* Aspiratio superfluè apposita est, ut in *Hericus* pro *Ericus*, h. e. Ehrenreich/ dives honore in *Heroldus, Herioldus, Harialdus* & *Haraldus* pro *Ehrenhold*: in *Herigerus* pro *Erigerus*, h. e. Ehrgierig/ avidus honoris. Terminatio Germanica *werd* mutata est in latinam terminationem *bert*; ut in *Adelpertus* pro *Adelwerd*, nobilitate dignus: in *Hildebertus* pro *Huldwerd*, dignus favore: in *Siegebertus* pro *Siegwerd* dignus victoriâ: in *Gilbertus, Guilbertus, Wilbertus, Guibertus, Vibertus, Fulbertus*, & *Philibertus* pro *Vielwerd*, magni pretii, sive, magno pretio dignus: in *Humbertus* & *Hubertus* pro *Unwerd*, indignus: in *Lambertus* pro *Langwerd*, diu dignus, & in innumeris aliis. Deniqve *Rembertus* & *Rimbertus* per aphæresin pro *Erembertus & Erimbertus* dictum est, ut *Hannes* pro *Johannes*, *Claus* pro *Nicolaus*, & complura alia. De mutatione litteræ *VV* in consinem *V*, & *V*. in B atqve *P*, item atqve Θ in consinem literam *D*, vide Voss. de arte Gram. l. 1. c. 28. & Cluver. Germ. antiq. l. 1. c. 6. Passim etiam occurrunt exempla in Vossii libris de Vitiis Sermonis & Historicis Latin.

(1) De significatione hujus vocis vide qvid supra annotaverim Num. 16.

(2) Nempe per sententiam in augustissimo Cameræ Imperialis judicio d. 6. Jul. A. 1618. Spiræ promulgatam, qvâ Urbs Hamburgensis libera Imperii Romano-Germanici civitas & Imperatori atqve Imperio immediate subjecta declaratur. Ipsam sententiæ formulam videsis in Appendice Apologiæ Hamburgensis Num. 19.

52 his * verbis: (1) *Anno* CIↃ CCCCLXI. *fecerunt* (2) *homagium Hamburgenſes Regi* (3) *Chriſtierno, quod* A. Æ. C.
Hamburgenſes homagium vocari recuſabant, ſed tantum (4) *obedientiam, quia noluerunt ſubire jura-* CIↃ CC XXV.
mentum, ſed tantum obedientiæ promiſſionem. Idem multò prolixius refert Albertus Crantzi-
us, ſcriptor ut ætate proximus [deceſſit enim anno CIↃ IↃ XVII.] ſic præ cæteris hac in re
idoneus teſtis adhibendus. Ejus verba ſunt: (5) *Cum Sacramenta ſolennia Rex Chriſtiernus ab* 25
omnibus acciperet, venit Hamburgum, antiquiſſimam Stormariæ civitatem. De homagio quidem nul-
53 *la mora, ſed de præſtando juramento ſit dubitatio. Oſtendebant Cives Regiæ Majeſtati veterem* (6) * *ob-*
ſervantiam, eamque chartis Privilegiorum aſtruebant: orantes, ut Regia Majeſtas illis adquieſceret re-
bus, quibus (7) *omnes ſui in Comitatu patres & prædeceſſores acquievere. Diſceptatum deſuper eſt lon-*
gâ verborum altercatione; ſed bonis civium allegationibus ceſſit Rex moderatiſſimus, permittens veterem
Urbis probatamque diu conſuetudinem. Hæc Crantzius. Unde non tantum elucet, promiſſio-
nem fidelitatis, qvam Schouwenburgicis Comitibus Hamburgenſes fecerunt, (8) *injuratam*
ſemper fuiſſe, ſed conſuetudinem hanc, præterqvam qvod præſcriptione longi temporis
54 valida eſſet, ſpeciatim inſuper multis firmatam fuiſſe *Privilegiis*, qvibus expreſsè * ſanctum
erat, ne juramentum unqvam ab iis exigeretur. Qvare non video, qvo fundamento ve-
ritatis clariſſimus Hiſtoriæ Danicæ ſcriptor, *Joannes Meurſius*, poſtqvam Chriſtiano I. jura-
mentum ab Hamburgenſibus denegatum iisdem ferè verbis atqve Crantzius narravit, ſub-
jungat, (9) *acquieviſſe Regem, ſed eâ nihilominus lege, ut quocunque demum tempore ſive ipſe, ſive* 26
ſucceſſores ſui jusjurandum poſtularent, ſine morâ & exceptione ulla exhiberent. Cum enim apud
Crantzium aliosqve antiqvos Auctores altum ea de re ſit ſilentium, ipſe verò centum ſexa-
ginta novem annis poſt *receptionem* Chriſtiani I. hæc ſcripſerit, nec addat unde hauſerit, meritò
55 & * coætaneis antiqvis ſcriptoribus, & recentiſſimo (1) hujus ſeculi exemplo, major hic qvam
illi fides adhibetur. Mihi eqvidem ex tabulis Privilegiorum, qvarum (2) ſuprà citato lo-
co Crantzius mentionem facit, nullas hactenus videre contigit, minimè tamen dubito,
qvin alicubi in tabulariis ſive Archivis adhuc latitent. Interim verò credibile & rerum ge-
ſtarum ordini conſentaneum eſt, primum privilegium *de promiſſione fidelitatis ſine juramento*
præſtandâ Hamburgenſibus ab Adolpho IV. conceſſum fuiſſe, cum is anno CIↃ CC XXV. de
56 qvo nunc agimus, urbem cum certa libertatis exceptione in ditionem ſuam * redegit. Hinc
apud antiqvos Autores, qvi res Hamburgenſes accuratè & penitus cognitas habuerunt, ubi
eam rem narrant, *juramenti* nulla fit mentio, Ex his maximè fidem meretur *Hermannus*
Leerbecenſis, Monachus Dominicanus S. Pauli apud Mindenſes, qvi Comitum Schouwen-
burgenſium Hiſtoriam ſcripſit usqve ad annum CIↃ CCC XIV. qvo ipſe vixit, eamqve Ottoni
Schouwenburgenſium Comiti, dedicavit. Is hujus anni acta referens, (3) *Eodem tempore*, 27
inqvit, *videlicet in carnisprivio* [ita hic exiſtimo vocari tempus qvadraginta dierum, qvibus
57 Catholica Eccleſia antiqvo more eſu carnium abſtinet] * *Adolphus unum ex caſtris, quod Al-*
bertus (4) *de Luneborg contra Hamburg in odium* (5) *Adolphi erexerat, expugnavit. Videntes ergo Ci-*
ves de Hamborg prudentiam & animoſitatem Comitis & Domini ſui, civitatem ſibi reſtituerunt. Re-
cepto hâc ratione Hamburgo, ne qva recuperandi ejus ſpes Danis ſupereſſet, adortus ſine
morâ eſt Adolphus (6) caſtellum Regis Waldemari, qvod anno CIↃ CC XVI. domandæ urbis
cauſa infra eam oceanum verſus ad Albim poſuerat. Multò hic minorem difficultatem,
qvam in caſtello Schipbecenſi expugnando, repperit: qvippe territis jam multiplici ſuorum
58 * clade cuſtodibus, & qvod recuperatione Hamburgi non mediocre Adolphi copiis animo-
rum ac virium augmentum acceſſiſſet. Hinc tentatâ vix oppugnatione, facta eſt deditio.
Deditum funditus everti placuit, ut ſatisfieret Hamburgenſium (7) privilegio, qvod ab Im-

(B) pera-

(1) Pag. 243. editionis Francof. qvæ prodiit an. 1600.

(2) Qvam late hic & ſeqventibus Crantzii verbis vocabulum *Homagii* accipiatur vide in Apolog. Hamb. pag. 11. & 12.

(3) Sive *Chriſtiano I.* qvi primus Regum Daniæ, tanqvam Holſatiæ Dux ſolenniter Hamburgi fuit receptus.

(4) Germ. eine Annehmung. Vide Apolog. Hamb. p. 5. 6. 7. & paſſim alias.

(5) Dan. l. 8. c. 29. Similis ejusdem Crantzii hac de re locus extat Wandal. l. 12. c. 26.

(6) *Obſervantia* barbarè pro *more* ſeu *conſuetudine* ſumitur.

(7) Ergo & Adolphus IV. de qvo in præſens agitur.

(8) Perperam ergo Pontanus Hiſtor. Dan. l. 6. promiſſionem illam vocat *ſacramentum fidei*: Verba ejus hæc ſunt ad annum 1225. *Adolphus Holſatiam petens, occupatis circumqve aqve opportunis locis, eam ſui juris facillimo negotio fecit. Hamburgum etiam aggreſſus, idem qvoqve levi operâ accepto ab oppidanis fidei ſacramento, ſuam in poteſtatem redegit.*

(9) Hiſtoriæ Daniæ lib. 6.

(1) Nempe an. 1603. qvò Rex Daniæ Chriſtianus IV. tanqvam Dux Holſatiæ, ſolenniter Hamburgi fuit receptus.

(2) Num. 53.

(3) Pag. 27. editionis Henr. Meibomii.

(4) Idem eſt, qvem nos ſuprâ Num. 6. & præcedenti libro *Comitem Orlamundæ* vocavimus.

(5) Is eſt Adolphus III. de qvo vide lib. 1. p. 107.

(6) In Antiq. Holſ. Chron. rhytmico MSto vocatur die Burg vor dem Eichholtze. Vid. lib. 1. p. 106. 107.

(7) Qvo expreſsè ſancitur, ut *nemo ædificet aliqvod caſtrum penes Hamburgenſium civitatem circumqvaqve ad duo milliaria*. Vid. ſuprâ Num. 13.

A. Æ. C. cIↃ cc xxv. peratore Friderico I. anno cIↃ c LXXXIX. impetraverant. Eâdem de causâ destructum qvo-
qve & solo tunc æqvatum est (1) *castellum Schipbecense*: relicta tamen sunt, qvæ hodieqve vi-
28 suntur, valli & fossarum vestigia, ut monumentum posteris essent victoriæ. Spectris vul-
gò nunc, & qvibus nescio terriculamentis * infamis est locus; ut solet de dirutis & clade 59
aliqva insignibus vana imperitorum superstitio & anilis vetustatis horror monstrosa mul-
ta imaginari ac fingere. Latuerat (2) hactenus Rex Daniæ Waldemarus in custodia Sueri-
nensi, nec ullis cognatorum, neqve adeò ipsius (3) Imperatoris, minis, precibus, promis-
sis liberatio ejus potuerat extorqveri. Tentata denuò res hoc anno felicissimè successit,
qvod per victorias Adolphi ita jam repressa esset Danorum potentia, ut Comiti Henrico
libertas Regis minus inposterum periculosa videretur. (4) Qvadraginta octo marcarum
millibus, qvæ tum * magnæ fuerunt divitiæ, redemptio constitit: atqve insuper, ut par pa- 60
ri referretur, ne ita qvidem prius est dimissus, qvam recuperandæ regionis amissæ deside-
rium conceptis verbis in perpetuum ejuravit. Qvâ ignominiæ maculâ ipse (5) olim Adol-
29 phum III. affecerat. Et potuisset qvidem hac vice tam dura conditio sæpe tentatam libe-
rationem impedire, ni fesso diuturnâ captivitate Regi & ipso pacis prætextu res novas mo-
lienti, commissum per necessitatem perjurium criminis ac pœnæ expers visum fuisset.

A. Æ. C. cIↃ ccxxvI. QUem ipsius animum proximo statim à redemptione * anno, qvi Æræ Christianæ cIↃ 61
ccxxvI. erat, (6) nova in ejuratas regiones irruptio detexit. Placuisse ipsi etiam Deo
perjurium videbatur; adeò Regi supra votum expeditionis hujus cessit principium. De-
bellatam unio prælio totam subjugavit Ditmarsiam. Progressus inde cepit Rendesburgum,
aliaqve non leviter munita oppida: expugnaturus qvoqve *Segebergam*, firmissimum natu-
râ loci, tutissimumqve (7) Holsatiæ Wagriæqve refugium, ni jam continuâ felicitate secu-
rum, maturumqve pœnæ fortuna destituisset. Occasionem vicissitudinis Lubeca præbuit,
generosa urbs & servitutis impatientissima, qvam, libertate * olim ab Imp. Friderico I. do- 62
nata, sub Danis injustè serviebat. (8) Hæc prima omnium Fridericum II. qvi tum impe-
30 rio præerat, clandestinâ legatione sollicitare ausa est: *succurreret oppressæ civitati, qvam liberam
esse, totius imperii plurimum interesset. Frui per se Germaniam universi sinus Codani commerciis, &,
si à barbaris eum occolentibus bella ingruant, alium vix reperiri posse commodiorem locum, unde iis resi-
statur. Accedere huc singularem civium suorum fidem & constantiam, probatam avo ipsius Frideri-
co I.* (9) *adhuc hosti, & à victore velut præmii loco libertate remuneratam * & privilegiis. Renovaret in-* 63
*termortuam hanc majorum benignitatem, molientibusqve facinus, aeqve alienâ utilitate, qvam suo peri-
culo maximum, opem non denegaret: hoc certior perpetuæ gratitudinis, qvo dulcior esset libertate nun-
qvam gustatâ gustata recuperatio.* Haud gravatim justis supplicantium precibus Imperator lo-
cum dedit, coram ipse auxiliaturus, si per Pontificem Honorium III. & qvod expeditioni
in Palæstinam se accingeret, fieri id potuisset. Impeditus igitur, qvo minus in Saxoniam
descenderet qvod proximum erat, vice suâ ejus rei curam demandavit, vicinis Principi-
bus, Gerhardo * Archiepiscopo Bremensi, Adolpho Comiti Holsatiæ & Henrico Comiti Sve- 64
rinensi, veteribus Waldemari inimicis, & occasionem nocendi qvovis prætextu captanti-
bus. Lubecenses inter hæc, dum arcis, qvam Danicum tenebat præsidium, per insidias
occupandæ tempus aucupantur, dissimulare domi libertatis cupidinem, lætari prosperitate
31 Regis, prosperiora precari, & submissioni consvetæ fictam de industriâ addere negligen-
tiam, ut, ortâ hinc securitate, ipsi hostes viam suo patefacerent exitio. Ea fuit liberior in-
troi-

(1) Die Schipbecker Burg. Vide l. 1. p. 107.

(2) Nempe inde ab ann. 1223. Vide lib. 1. p. 115. 116.

(3) Albert. Stad. ad ann. 1224. *Heinricus Rex Imperatoris Friderici II. filius, curiam Bardewich habuit pro Regni negotiis, & maximè pro liberatione Regis Danorum adducto secum Coloniense Archiepiscopo Engelberto, sed nihil profecit.*

(4) Albert. Stad. ad ann. 1225. Anonym. Annal. Sclav. Chron. Brem. MStum. ubi disertis verbis exprimitur *Marcas argenti puri* fuisse de qvarum valore suprâ egi ad Num. 6. Ericus in Historia Gentis Danorum redemptionem constitisse scribit *LX. millibus marcarum*, non argenti, sed *Lubecensium* seu ut ille loqvi amat, *in pondere Lubecensi*. Idem testatur Auctor antiqvi Holsat. Chron. rhytmici, qvi *Marcas* vocat *Lubecenses*. Mihi tamen Albertum seqvi placuit, utpote cujus summa pecuniæ longe major est alterâ. Hermanni Leerbecensis locus, ubi *Rex Daciæ de captivitate pro qvinqve millibus marcarum liberatus* dicitur, sine dubio corruptus est, exciditqve culpa librariorum vox *qvadraginta*.

(5) Vid. lib. 1. p. 93.

(6) Albert. Stad. ad ann. 1226. Holsat. Chron. rhytm. MStum. Hermann. Leerbecensis.

(7) *Holsatiæ* nomen latè hic sumitur inclusa etiam *Stormariâ* in cujus confinio arx Segebergensis sita est, ita tamen, ut sit intra *Wagriam*.

(8) Qvæ deinceps seqvuntur de liberatione Urbis Lubecensis, ea confirmat Anonymus monachus Dominican. in Chron. germ. MSto. qvod usqve ad tempora sua, h. e. ad annum 1431. composuit; & Crantzius Saxon. l. 7. c. 41. Sed uterqve perperam refert ad annum 1227. cum ad annum 1226. pertineant, ut ipse Crantzius alibi testatur, nempe Wandalic l. 7. c. 7. Adde & Pontan. Histor Dan. l. 6. ad an. 1226.

(9) Vide Helmoldi Chron. Sclav. l. 2. c. 40.

A. Æ. C

65 introitus in arcem permissio: qvâ primo innoxiè cives aliqvantum usi, * ubi satis sibi vi- cIↄ ccxxvi
derunt credi, stato tempore, ut clanculum convenerat, armati sub solito vestitu, opertisqve
telis, alii alio obtentu arcem intrarunt. Dato deinde signo, cum undiqve *Libertas, Libertas*
insonuisset, stationes vigiliasqve ex improviso invaserunt, & ad unum omnibus occisis præ-
sidiariis, molestissimo servitutis jugo felicissimè se liberarunt. Eqvidem non me fugit, qvod
à (1) nonnullis memoriæ traditum est, jam memoratam arcis expugnationem, non hoc, sed
seqventi demum anno post Bornehovedensem pugnam, nec stratagemate aliqvo, sed vi a-
66 pertâ contigisse: ego verò priorem seqvi * sententiam malui, qvod præter (2) Scriptorum
consentientium auctoritatem, vix sit credibile, Lubecenses foris hostem aggredi ausuros
fuisse, priusqvam intus obsessæ urbi securitatem præstitissent. Certior itaqve factus de
tam prospero periculosi cœpti eventu Imp. Fridericus, qvam verbis civitati benignitatem
& operam paulò antè promiserat, eam sine morâ tum reipsa præstitit, liberam in perpetuum
ac sui juris declarando, qvam propria virtus & strenuitas Danorum subtraxisset jugo, at- 32
qve Imperio Germanico restituisset. Et cum haud in dubio esset, gravissimum à Danis
67 periculum imminere, * (3) trecentos extemplo misit delectos milites, qvorum auxilio pri-
mus hostium impetus sisteretur. Immunitates qvoqve & (4) privilegia à majoribus suis
aliisqve Principibus ipsi concessa, confirmavit auxitqve. Primus enim potestatem ei de-
dit cudendæ monetæ, & ab utraqve (5) *Chalusi* seu *Travæ* ripâ, unde oritur, usqve qvo in si-
num Codanum se effundit, nullum unqvam munimentum exstruendum sancivit. Extat
etiam nunc de his aliisqve beneficiis & concessionibus ipsum Imp. Friderici II. (6) diplo-
ma publico & æqve, ut videtur, antiqvo Senatus Lubecensis testimonio communitum,
68 qvod cum hactenus, qvod sciam lucem * non viderit, & historiam ejus urbis plurimum
possit illustrare, haud ingratum posteris fore arbitror, si integrum, ut in vetusto qvodam
Codice membranaceo reperi, hic inseruero.

Advocatus, Consules & Burgenses Lubicenses omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in perpe- 33
*tuum. Universitati vestræ cupimus esse notum, protestantes & hoc probare volentes, qvod in privilegio
Domini nostri Friderici Imperatoris, super jure nobis collato & scripto taliter continetur.*

69
*In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus secundus divinâ favente * clementiâ Roma-
norum Imperator semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex. Qvotiens Imperialis Excellentia maje-
statis in subditos & fideles suos munus suæ liberalitatis extendit, & eos tanqvam benè meritos condignæ
retributionis muneribus recompensat, totiens eos in constantiâ fidei purè corroborat, & tam ipsorum, qvam
aliorum fidelium ad ejus obseqvia fortius obligat voluntates. Eapropter notum fieri volumus universis
Imperii fidelibus tam præsentibus, qvam futuris, qvod nos habentes præ oculis fidem puram & devotio-*
70 *nem sinceram, qva universi Burgenses Lubicenses fideles nostri erga nostram * habere Celsitudinem lau-
dabiliter dignoscuntur. Diligentius etiam advertentes præclara satis & accepta servitia, qvæ nobis &
Imperio fideliter semper exhibere curarunt, & qvæ in anteà poterunt de bono in melius exhibere; volen-
tes ipsos tanqvam benè meritos liberali munificentia prævenire, concedimus firmiter statuentes, ut nec
nos, nec alius Imperator successorum nostrorum ab eis (7) obsides exigat; sed de fidelitate servandâ Impe-
rio solo juramento eorum stetur & fides adhibeatur. Omnes insuper negotiatores (8) fideles, venientes* 34
71 *ad civitatem ipsam sive per terram, sive per aqvam * pro negotiationibus suis, salvi semper veniant &
securè recedant, dummodo debitum teloneum persolvant. Volumus insuper, & firmiter observari præci-
pimus, ut nulla persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, præsumat ullo tempore munitionem
ædificare vel castrum juxta flumen Travene, ab ipsâ civitate superius usqve ad (9) ortum ipsius fluminis, &
ab ipsa civitate inferius usqve ad mare, & ex utraqve (1) parte usqve ad milliaria duo. Concedimus insu-*

(B) 2 *per*

(1) Anonym. Monach. Dom. Chron. Germ. MStum.

(2) Crantz. Bonn. Tiracig.

(3) Anonym. Monach. Dom. Chron. MS. ad an. 1227.

(4) Qvæ ista fuerint privilegia ab Imp. Friderico I. Lubecensibus concessa, docet nos incertus Auctor Chron. Selav. à Lindenbrogio editus p. 223. his verbis: *Fridericus primus Lubecam fecit imperialem, & qvod esset caput omnium civitatum maritimarum; & qvod Consulatus, eorum aurum deferre possent, & qvod omnes de Consulatu essent in consilio Imperatoris in perpetuum.*

(5) Chalusum Ptolomæo eundem esse fluvium, qvi nunc Trava vocatur, affirmat Cluver. Germ. Antiqv. lib. 3. cap. 27. Aliam vide opinionem apud Danckwert. p. 196.

(6) Idem procul dubio est, qvod in Archivo Lubecensi cum appensâ aureâ bulla se vidisse testatur Kirchmannus de Annulis cap. 8.

(7) Locus singularis de *obsidibus* præter juramentum fidelitatis Imperatori dandis à liberis Imperii civitatibus.

(8) *Fidelis* sumitur hic pro eo qvi fidei seu religioni Christianæ addictus est, & opponitur *ethnico* sive *paganæ superstitionis* homini, ut loqvi amant Imp. Leo & Anthemius C. de Paganis, Sacrif. & templis.

(9) De ortu *Travæ* fl. & cursu ejus usqve ad ostium, qvo infra Lubecam in sinum Codanum effunditur, vid. Danckwert. Chorograph. Slesv. & Holst. p. 196.

(1) h. e. utraqve ripâ.

cIɔ cc xxvi. *per eis, ut in ipsa civitate monetam sub (1) Caractere nostri nominis facere & cudere debeant, quæ tempore vitæ nostræ & (2) Henrici Romani Regis * illustris & clarissimi filii nostri similiter perdurabit. Et* 72 *ob hoc singulis annis sexaginta (3) markas argenti nostræ curiæ exhibebunt. Adveniente autem novo in posterum successore, sub eodem censu & jure moneta ipsi renovabitur, vita sua tempore duratura. Et sic de singulis in singulos successores nostros de monetâ ipsâ statuimus, ut prædictum est, observari.*

35 Reliqva hujus diplomatis pars, qvæ procul dubio subscriptionem testium & promulgationis tempus continuit, in eo codice, unde illud descripsi, desiderabatur; ejusqve loco subscriptum erat: *Non reperitur datum (4) literæ.* Ego verò * si qvidem verisimillimis argu- 73 mentis credendum est, nullus dubito, qvin eodem circiter tempore, qvo, imploratâ Imp. Friderici II. ope Lubecenses Danico præsidio feliciter se liberarunt, literæ istæ datæ fuerint. Nec multò post earum exemplar, qvod hic inserui, publico Lubecensium testimonio communitum, ad Hamburgenses aliosqve finitimos populos missum fuisse arbitror, ut immunitates & privilegia recens impetrata omnibus innotescerent. Secunda hæc origo fuit libertatis Lubecensis, lætius feraciusqve velut ex recisâ stirpe progerminantis, qvam pro virtutis meritò subseqvens tempus ita stabilivit, ut ad hunc usqve * diem civitas eam non 74 modò servarit illibatam, sed princeps sæpè etiam alienæ defendendæ extiterit, & ob claritatem atqve potentiam inter (5) qvatuor Metropoles seu primarias Imperii Germanici Urbes publicè sit relata. At Rex Daniæ Waldemarus, cognita Lubecensium rebellione, dispersas undiqve contraxit copias, nulla credens ratione nutantem fortunam suam facilius
36 restitui posse, qvam si urbem, recenti lætitiâ improvidè exultantem, repentino impetu statim oppprimeret, aut, si id frustra tentaretur, vias saltem externo præcluderet auxilio. Verum Deo aliter visum est. Utraqve enim spe excidit, præventus * solicitudine vicino- 75 rum (6) Principum, qvi jussu qvidem Imperatoris, sed multo etiam magis communi periculo, & qvod propriâ causâ Danis infesti essent, conjunctis viribus tuendos Lubecenses susceperant. Hi citius, qvam ut à Waldemaro impediri possent cum copiis suis Lubecam convolarunt. Ibi publico consensu (7) caput rerum constitutus fuit Comes Adolphus: qvippe qvi præ cæteris bellicarum virtutum gloria illustris, & à Rege ita jam esset læsus, ut, si descenderetur in aciem, satis meminisset, sibi non pro alienâ tantum salute, sed suarum maximè regionum conservatione dimicandum fore.

A. Æ. C. cIɔ cc xxvii DUm hæc utrinqve summâ animorum contentione * agitantur, cœpit annus Æræ Chri- 76 stianæ millesimus ducentesimus vigesimus septimus, cujus major pars vastatione agrorum & levibus aliqvot præliis extracta est, modò in hanc, modo in illam partem Marte communi inclinante: postremò cum victores æqvè ac victos lentitudinis belli pertæduisset, tacito velut consensu, seu, ut alii tradiderunt, solenni Regis provocatione con-
37 venit, ut unius (8) pugnæ eventui summa rerum committeretur. Pagus est in Holsatiæ Wagriæqve confinio., freqventiâ qvidem incolarum exiguus, cæterum celebris & venerandus dignitate Ecclesiæ, qvam S. (9) *Vicelinus*, * Aldenburgi primariæ (1) Wagriorum ur- 77 bis (2) undecimus Episcopus, circa annum Æ. C. millesimum centesimum qvadragesimum nonum primus ibi (3) fundavit. Nomen loco secundum (4) Helmoldum antiqvitus

(1) De Charactere nummorum, qvi Germanicè dicitur der Schlag/ das Bild/ das Gepräg / die Uberschrifft/ vide Jacob. Bonitium de Nummis l. 1. c 8.

(2) Is est *Henricus* Dux Sveviæ, Imp. Friderici II. filius, & Imp. Conradi IV. frater, qvi à patre Rex Romanorum appellatus & Aqvisgrani coronatus est, anno secundum Alb. Stadens. 1220. Ab eodem patre propter conspirationem anno 1235. in Comitiis Moguntiæ habitis, dignitate regiâ privatus & captivus in Calabriam missus est, ubi in carcere non multo post obiit.

(3) Vide suprà Num. 6. Adde etiam Voss. de Glossem. lib. 2. c. 12. ubi agitur de significatione vocis *Marca*.

(4) *Literâ* barbarè pro Epistola, Rescripto, diplomate.

(5) Illa sunt *Augusta Vindelicorum, Divodurum Mediomatricum, Aqvisgranum & Lubeca.* Vide Onuphr. Panvivin. de Comitiis Imperat & Abrah. Ortel. Parergon Theatri Orb. terrar. Munster. Cosmograph. l. 3.

(6) Nomina eorum extant apud Crantz. Wandal. l. 7. c. 7. Albert. Stad. ad an. 1227. Herm. Leerbec. p. 28.

(7) Hoc enim sensu apud Crantz. jam citat. loco *Armorum ductor* vocatur Comes Adolphus.

(8) Historia celeberrimæ pugnæ Bornehovedensis, qvæ hic deinceps prolixè narratur, extat apud Alb. Stad. ad an. 1227. Herm. Leerbec. pag. 28. Anonym. Helmoldi Continuat. Crantz. Saxon. l. 7. c. 41. Wandal. l. 7. c. 8. Dan. l. 7. c. 19. Eric. in Hist. Gent. Danor. Pontan. & Meurs. Histor. Dan. Herm. Bon. in Chron. Urbis Lubec. & innummeros alios.

(9) De S. Vicelino ejusqve vitâ vid. Helmold. l. 1. Chron. Sclav. c. 42. & deinceps Albert. Stad. ad ann. 1133. 1138. 1139. 1149. & 1154. Anon. Helmold. Continuat. Crantz. Metropol. l. 6. Danckwert. Chorograph. Slesv. & Holsat. p. 192. 193. 194. Ejusdem fit mentio in diplomate Adalberonis Archiepiscopi Hamburgensis dato circa an. 1146. qvod extat infra integrum in Mantissa Num. 550.

(1) De Wagiris & Wagria vid. Danckwert. Chorograph. Slesv. & Hols. Part. 3. c. 5. p. 195.

(2) Vide Catalogum Episcoporum Aldenburgensium Metropoli Crantzii subjunctum. Item Helmold. l. 1. c. 70. Alb. Stad. ad ann. 1149.

(3) Helmold. l. 1. c. 70.

(4) Lib. 1. c. 92. sed ibi perperam legitur Zuentiveld.

tus fuit *Sventinefeld*, à (5) *Sventina*, ut opinor, fluvio haud procul inde dissito, qvi in sinum Codanum effunditur. Nunc æqvè veteri, sed magis usitato vocabulo *Bornhövet* appellatur, qvasi caput seu scaturigo (6) *rivuli Bornensis*, qvi illic oriens in Sventinam per aliqvot paludes defertur. Apud hunc pagum plano & patenti loco ambo exercitus velut ex composito consederunt, castraqve castris ita invicem opposuere, ut in medio ad pugnandum 38
78 satis spatii relinqveretur. * Qvies dehinc per biduum utrinqve fuit, nisi qvod ominis causa parvis excursionibus futuri prælii successus tentaretur. Tertio, qvi festus erat *S. Mariæ Magdalenæ* dies, summo manê instructæ acies inter bina castra in medium campi processere, pro libertate altera, altera pro imperii augmento dimicatura. Par utrobiqve animositas, par impatientia moræ, ita tamen, ut apud (7) alteram partem ex præteritæ felicitatis memoriâ, & tolerabili alieni amittendi damno, major securitas & ostentatio: apud (8) alteram autem ex justâ (9) perjurii ulciscendi cupidine, & præsentissimo rei inæstimabi-
79 lis perdendæ periculo, mistus alacritati dolor & major attentio appareret. * Regius exercitus sic trifariam divisus stetit, ut Dux Luneburgensis Otto, qvi Avunculo suo suppetias venerat, dextrum cornu, filius Regis Abelus Dux Slesvicensis sinistrum teneret: Rex ipse cum Danis esset medius. Extremum agmen Ditmarsi claudebant; qvi primi contra fidem Adolpho datam à Waldemaro subjugati, invitissimè hanc militiam seqvebantur. Simili partitione adversa pars ad pugnam processit, cujus sinistro cornu adversus Ducem Luneburgensem Dux Saxoniæ Albertus, dextro contra Ducem Slesvicensem Henricus Comes Sverinensis & (1) Alexander Soltwedelius Consul Lubecensis signa intulerunt: 39
80 mediam aciem Imperatoriâ aqvilâ, qvam (2) trecentum * Prætorianorum lectissima manus tuebatur, insignem Comes Adolphus duxit; qvo in ipsa pugna per conspectum Regis, refricata majoribus illatæ injuriæ, recentisqve perfidiæ memoriâ ad vindictam vehementius inflammaretur. Bremensis Archiepiscopi Gerhardi & Burwini Wandalorum Principis copiæ triariorum loco post principia collocatæ sunt, ut per necessitatem, ubicunqve opus foret, prompto subsidio succurrerent. Rebus ita ordinatis sublatus derepentè clamor, tantaqve irâ & odio concursum est, ut timidissimus qvisqve, dum læderet hostem, sui corporis protegendi immemor, præsenti exitio avidè se offerret. Ipse interim duces capessere
81 * primi pugnam, nec verbis tantum & consiliis è longinqvo suis opitulari, sed coram in medio versantes discrimine, præcipuamqve laboris & periculi partem petentes, adversarios manu, suos exemplis urgere. Qva pertinaciâ cum aliqvot horas pugnatum esset, alto jam sole, meridianoqve æstu appropinqvante, tum demum Adolphus iniqvo suos dimicare sensit loco, facie nimirum soli sic obversâ, ut radiorum claritas pugnantium præstringeret oculos, ardor vires exhauriret. Hinc leviter primò cedere agmen, mox increscente malo, additoqve ex diffidentiâ metu, ruere solutis ordinibus, formidolosè circum- 40
82 spectare, & * hosti animis aucto terga jam obvertere. Conclamatum deniqve esset, ni Principum reverentia, strictis gladiis fugientes retinentium, & inprimis Adolphi indefessa strenuitas pugnam restituisset. Is totâ volitans acie, claraqve voce pavidos & ex multa trepidatione collectos increpans: *Siccine*, inqvit, *defenditur libertas? siccine fides juramento obstricta servatur? immo verò noctuarum est, non hominum, lucem solis fugere; nec virorum armatorum, sed delicatularum mulierum, æstus impatientiâ dilabi & arma expavescere. Agite ergò,*
83 *qvi viri estis, qvos arma decent; qvi cupidi estis victoriæ, cujus spe pugnam iniistis; * qvi memores estis ducum, qvos virtute vestrâ confisos ludibrio hostium relinqvitis; qvi demum amantes estis patriæ, cui sempiternum jugum culpâ vestrâ imponitur, revertimini in hostem, hâc, qvâ me prægressum videritis, ut compareat, non fugam vos meditatos, sed ad eliciendam hostium præcipitantiam, astu potius qvam metu cessisse.* Hæc locutum, dictaqve exeqventem, qvi proximi fuere, alacres secuti, nec minus conspectu ipsius, qvam oratione corroborati, novis viribus prælium instaurarunt. Qvo animadverso, reliqva etiam multitudo substitit, & cœco potius impetu, qvam qvod mutationis rerum novisset causam * pugnan- 41
84 di animum resumpsit. Tum Adolphus arma ad cœlum tollens: *Sentio*, inqvit, *sanctissime Deus, præsentem tuam opem, nec ingratum invenies, cui indigno succurris. Monumenta enim benignitatis tuæ posteris templa erunt, quæ in honorem tuum & memoriam victoriæ, quam mihi concedere velle videris, erigam: meqve adeò ipsum, abdicatis profanarum rerum curis: totum servi-*

(5) Hunc fluvium Danckwertus asserit Chalusum esse Ptolemæi. Vide ipsum Chorograph. p. 196. 197.

(6) Der Bornbeck. Vide Chorograph. Slesv. & Holsat. p. 197. 206.

(7) Nempe Danos.

(8) Holsatos videlicet & Lubecenses.

(9) Vid. sup. Num. 60.

(1) Anonym. Monach. Dominican. Chron. German. MStum. Alexander van Soltwedel.

(2) Vide suprâ Num. 67.

A. Æ. C. CIƆCCXXVII

CIↃCCXXVII *servitio tuo imposterum devoveo; non equidem quod ulla ratione tibi me satisfacere posse existimem, sed*
ut debita gratitudinis desiderium pro humanæ conditionis imbecillitate, aliquo saltem externo indicio ex-
primam. Cum hæc precatus magnâ felicioris successus * fiduciâ in hostem irruisset sors ita 85
tulit, ut repentè obductis Soli nubibus, fractâqve splendoris & æstus vehementiâ, Adol-
phi exercitus amœnâ umbrâ protegeretur, contrâ verò Danos repercussum lumen investa-
ret. Freqvens inde circa Adolphum clamor: *exauditum pii Principis votum, ipsumque adeò*
Solem in partes ejus jam transiisse. Inseritur huic loco miraculum: visam nempe in nubibus
Soli prætentis Fœminam benedicentem dextrâ levatâ Adolphi copiis, in Danos autem ex-
ceptos tergo radios solares retorqventem. Credita ea fuit *S. Maria Magdalena*, qvod dies
pugnæ * nominatim illi dicatus esset, & Lubecensis prælium incœpturi, solenni voto se 86
42 obstrinxissent, arcem in urbe sua Danis (1) præcedenti anno ereptam, in Monasterium mu-
tatum, nominiqve ejus consecratum iri, si victores domum reverterentur. Sed operæ
erit, ne ipse commenti Auctor videar, rem minus per se credibilem testimoniis vallare
veterum Scriptorum Hermanni Leerbecensis & Alberti Crantzii qvorum primus eam ita
narrat: (2) *Beata Maria Magdalena ipsâ horâ, qua congredi debebant pars contra partem, in aëre*
manu levatâ & benedicente visa est. Alterius verba hæc sunt: (3) *Ipso die Mariæ Magdalenæ acie*
*concurrunt in * Bornhouede. Ferunt adversum Solem oculos Saxonum percussisse, sed tum cives Lube-* 87
censes votum concepisse super ejus diei poragenda annua solennitate celebriter; si vincerent: apparuis-
se Magdalenam inter nubila, & nubem opposuisse fulgenti Soli. Utcunqve sit, auxit certè mira-
culosi auxilii fidem, qvæ fortè in idem tempus erupit, (4) Ditmarsorum à Danis defectio.
Hi in ultimâ acie, tanqvam ex specula in eventum alienæ pugnæ intenti, suspensa tene-
bant arma, in speciem Danis, re ipsâ Adolpho faventes, sed propriæ, ut fit, securitatis
respectu * palam eò non inclinaturi, nisi præeunte fortunâ, & ex futurâ Danorum clade 88
43 impunitatem desciscentibus pollicente. Et jam Danicus miles, viribus hostium ex reli-
gione resumptis ubivis impar, consternatione qvadam, velut divinitus immissâ trepidabat
passim, referebatqve pedem, cum Ditmarsorum ductor (5) inverso, ut convenerat, scuto,
signum suis dedit eundem à tergo invadendi. Qvo sine morâ facto, simul apparuit, cer-
tissimum Danis exitium imminere. Circumventis enim, novoqve hoste, & eo qvidem
maximè insperato, auctis, cum stuporem novitas rei injecisset, nec victoriæ modò, sed
ne salutis qvidem spes ulla superesse videretur, protinus cum animis arma * exciderunt, 89
subseqvente promiscuâ omnium cæde, qvi prioris fortunæ, qvamvis rebus jam desperatis,
memores, defensionem sui non intermiserant. Pauci præsentissimo vitæ aut captivitatis
discrimini maturâ fugâ se subripuerunt, & in his Rex ipse cum filio. Cæterum ultrone &
ante pugnam, an sollicitati à factione Lubecensium, & prælio jam fervente, Ditmarsi de-
fecerint, in eo scriptores dissentiunt. Mihi posteriorem sententiam seqvi lubet, qvod
multis partibus verosimilior sit & majori testium fide nitatur. Huic enim adstipulatur (6)
Ericus, (7) decimus ejus nominis Daniæ Rex, (8) Uratislai septimi Pomeranorum Ducis
44 filius, qvi * in (9) Historia gentis Danorum prælii Bornehovedensis his verbis meminit: (1) 90
in Bornhovet Dani corruerunt. Nam Thidmerskienses, in ultimo exercitus collocati, proditionem fa-
cientes, exercitum Danorum, cum quibus erant, à tergo percusserunt. Item Crantzius, (2) *in Re-*
giis, inqvit, *agminibus erant Thietmarsi, qui Comiti Adolpho clam fidem fecerant, pugna fervescen-*
te se transituros ad ejus signa. Prolixius eandem rem narrat Anonymus Presbyter Bremen-
sis, qvi Helmoldi Chronicon usqve ad annum CIↃCCCCXLVIII. continuavit. Is sub condi-
tione Ditmarsos descivisse scribit, ut transfugii præmium libertatem * retinerent. Sed 91
operæ est ipsa audire verba Auctoris hactenus inediti: *Dictus*, inqvit, *Comes Adolphus cum*
Hol-

(1) Vide supra Num. 64.
(2) Pag. 28. edit. Meibom.
(3) Saxon. l. 7. c. 41. Item Wandal. l. 7. c. 8.
(4) De Ditmarsia, qvæ Nordalbingiæ seu Saxoniæ Transalbinæ pars est in littore Oceani Germanici inter Eidoram, Storam & Albim fluvios, vide Danckwerti Chorograph. Slesv. & Holsat. part. 3. cap. 16. pag. 289. Incolæ ejus regionis promiscuè nunc *Ditmarsi & Ditmarschi* appellantur olim autem *Thiatmarsgoi* ut apud Adam. Brem. l. 2. c. 5. *Thidmerskienses*, ut apud Ericum infra Num. 90. *Ditmartici*, ut apud Anonym. Helmold. Continuat. infra Num. 91.
(5) Videsis locum Anonymi Continuat. Helmoldi, qvi infra insertus est Num. 93.
(6) Editus est ab Erpoldo Lindenbrogio inter scriptores rerum Germ. Septentrion.
(7) Secundum Meurs. Hist. Dan. l. 5. & Voss. de Hist. Latin. l. 3. c. 5. At secundum Pontanum Hist. Dan. l. 9. octavus ejus nominis Rex fuit.
(8) Seriem Ducum Pomeraniæ & Genealogiam Regis Erici vide apud Pontanum Hist. Dan. l. 9. ad anno 1398 & 1412. De initio Regni Erici audiendi potius sunt Pontanus & Meursius, qvi illud referunt in anno 1413 qvam Vossius qvi loco supra citato illum scribit anno 1411. regnare cœpisse.
(9) Qvam perduxit usqve ad anno 1288.
(1) Ad ann. 1227. p. 304. edit. Lindenbrog.
(2) Saxon. l. 7. c. 41 Wandal. l. 7. c. 8.

A. Æ. C.

Holsatis & Lubecensibus dicto Regi [(3) Waldemaro] *occurrit: atque hinc inde castris ordinatis &* cIↃ CCXXVII
vexillis erectis, Ditmarticorum in fine exercitus Regis existentium clypeis subversis Holtzatis in subsidi-
um, magno fuso sanguine ex utraque parte, & Danis quamplurimis interfectis, Deus cœli dicto Adol-
pho dedit triumphum; & Regem vicit & cepit anno Domini (4) *millesimo ducentesimo duodecimo, pro*
quo triumpho sit Deus semper benedictus. Narratur autem suprà de Ditmarticorum clypeis subversis
92 * *vel conversis. & dicitur communiter, quod, quando Ditmartici à dicto Rege fuerant subjugati, quod*
miserunt certos suos nuntios ad Adolphum Comitem, nunciantes sibi, quod Rex fuit propositi, sicut il-
lorum terram & ipsos (5) *suppeditasset, & tributarios regni* (6) *Dacici fecisset, ita vellet & Holtzatos* 45
eorumque hæreditatem possidere. Attamen intellexissent, quod Comes vellet, quando posset, se tueri.
Unde si ita contingeret, quod ad bellum simul convenirent Rex & Comes, ipsi Ditmartici, cum essent
93 *in extremitate Castrorum Regis positi, & congressu belli ipsi à tergo Regem & Danos vellent fortiter* *
percutere, cum Holtzati ab acie castrorum bellum inciperent peragere. Et hoc pro (7) *intersigno es-*
set, si simul contra Holzatos inopinatè venirent, quod eorum clypei invenirentur (8) *retroversi, scilicet*
quod (9) *acutum clypeorum eorum inferius ponendum secundum communem modum, ordine converso*
superius ponere vellent: Hac tamen conditione apposita, si Comes Adolphus & Holtzati victores fue-
rint; ipsi Dithmartici pristinâ vellent frui libertate. Et ita Comes Adolphus spopondit & servavit.
Huc usqve Anonymus Helmoldi Continuator; qvi qvidem ea, qvæ ad Ditmarsorum de-
94 fectionem attinent, etsi barbarè, satis tamen accuratè narrat, * In reliqva autem belli de- 46
scriptione triplex latitat insignis error: qvippe Regem Waldemarum, cum qvo Adolphus
hoc bellum gessit, falsò semper appellat nomine *Canuti.* Deinde perperam eundem in
hoc prælio à Comite Adolpho captum scribit, qvem certò constat fuga evasisse. Id enim
æqvalis illorum temporum Scriptor (1) Albertus Abbas Stadensis memoriæ prodidit. Ter-
tiò demum & in temporum ratione gravissimè errat, dum victoriam hanc Adolpho obti-
gisse refert, anno Æræ Christianæ cIↃ CC XII. Etenim sine controversia verum est, & una-
95 nimi consensu à probatissimis Auctoribus traditum, pugnatum esse in campo * Bornehove-
densi *anno* Æ. C. cIↃ CC XXVII. & qvidem XI. *Kal. Augusti*, seu, ut nunc supputamus, die
XXII. Julii. Supersunt etiamnunc in memoriam ejus rei compositi versus semibarbari,
qvos ex Hermanni Leerbecensis (2) Chronico huc lubet adscribere.

Anno milleno duo C septemq; viceno
In (3) *Fontis capite cecidit gens Danica lite,*
Magdala quando pia scandit super astra Maria,

Qvo testimonio abundè refellitur & *Hermannus Bonnus*, qvi cladem hanc stragemqve Da-
norum factam scribit anno cIↃ CC XXVI. Qvi unius anni Parachronismus ubivis, præ- 47
terqvam in Chronico Lubecensi, levis conseri debet error & ignoscibilis, qvod nimirum
ab isto prælio Epocha plenissimæ libertatis Lubecensis dependeat. Qvanqvam haud mi-
rum est, ita ibi peccatum esse, cum totum illud opusculum imperfectum frivolumqve sit,
& inter qvisqvilias Chronicorum, qvæ (4) vernaculâ linguâ circumferuntur, vel præcipu-
um locum jure sibi vendicet. De reliqvo minimè dubito, legentium plerosqve admira-
turos, cur ego jam memoratum Comitis Adolphi cum Rege Waldemaro prælium tam
diligenti & forsan præter satietatem amplâ descriptione prosecutus sim: qvi si didicerint,
96 qvantus inde & qvam varius fructus, non minus ad nostram Urbem, qvam ad * alios fi-
nitimos populos redundaverit, contra existimabunt, me nimis etiam leviter tam insignem
publi-

(3) Hunc ille perperam ibi vocat Canutum.

(4) ἀνισογησία manifesta: contigit enim ea pugna anno 1227. vide infra Num. 95.

(5) *Suppeditare* barbare hic ponitur pro vincere, subjugare, opprimere conculcare. Errant qvi eodem sensu Lucilium Sat. 20. & Ciceronem lib. 3. Offic. verbo *supplantare* uti existimant. Ibi enim supplantare, seu ut Græci loqvuntur, ὑποσκελίζειν, non significat untertreten / h. e. jacentem conculcare, sed ein Bein unterschlagen / h. e. stantem clam supposito pede in terram dejicere.

(6) *Dacia* pro Dania passim apud barbaros mediæ ætatis scriptores occurrit: Voss. de Vitiis Sermon. & Gloss. l. 2. c. 1.

(7) *Intersignum & Intersignium* barbarè pro signo, qvo aliqvid internoscitur. Exempla suppeditat Voss. de Glossem. l. 3. c. 16. De signis vocalibus, semivocalibus & mutis, qvorum freqvens in bello usus, vide Veget. de re milit. l. 3. c. 5.

(8) *Subvertere, convertere & retrovertere* non significat hic interiorem clypei partem, cui brachium inseritur, hosti obvertere, sed inferiorem ejus partē sursum vertere.

(9) Figura clypei inferius acuminati vid. apud Andr. Angel. Chron. Holst. l. 1. c. 21.

(1) ad an. 1227. his verbis: *Rex Danorum à Bremensi Archiepiscio, Duce Saxoniæ Alberto & Comitibus Henrico de Zuuerin & Adolpho de Schouwenburg Sclaviaq; Dominus in Bornhovede prælio devincitur: Rex per fugam elabitur, sed Dominus de Luneburg ab Heinrico Comite captivatur.*

(2) Pag. 28. edit. Meibom.

(3) Bornhovet vid. supra Num. 77.

(4) Scripsit enim Bonnus Chronicon suum, germanicè; latine autem illud vertit & edidit. Justinus Goblerus Basil. an. 1543. in 8vo.

cIↄccxxvII publicæ felicitatis causam tetigisse. Nam tum demum Adolphus tranqvillam recuperatæ
ditionis paternæ possessionem obtinuit: Ditmarsi libertatem, in qvam transfugio se vindicaverant, ex (5) pacto retinuerunt: Lubeca non jam. benignitate Imperatorum amplius,
sed suis armis libera, convenientem tanto honori (6) titulum constanter cœpit usurpare:
nostra verò urbs, qvod, etsi (7) immunis ab omni expeditionis onere, suâ tamen sponte
Comiti Adolpho ad bellum hoc conficiendum (8) *plus viginti marcarum Lubecensium millia* ob-
48 tulisset, magnificis Victoriæ monumentis * fuit exornata. Nempe reversus eo victor 98
Adolphus, præ obeliscis, arcubus, columnis, statuisqve triumphalibus, trophæa erigenda censuit. Christianæ pietati & modestiæ congruentia. Itaqve ibi à fundamentis duo satis splendida exstruxit templa; simul & utriqve amplissimum monasterium annexuit. Horum alterum, qvod *S. Mariæ Magdalenæ* fuit dedicatum, concessit monachis ordinis S. Francisci, qvi vulgò dicuntur (9) *Fratres minores*: alterum autem, qvod *Sanctis Johanni Baptistæ & Evangelistæ* consecrare visum est, destinavit committere monachis ordinis S. Dominici,
qvi à præcipuâ officii parte (1) *Prædicatores* * appellantur. Subjungam nunc ipsa verba 99
Hermanni Leerbecensis, qvibus Auctorem & tempus fundationis Monasterii S. Mariæ Magdalenæ memoriæ tradidit: (2) *Adolphus*, inqvit, *in memoriam dictæ & magnæ victoriæ* Bornhovedensis *in civitate Hamburgensium volens esse memoriale, prout in Lubeke, monasterium sub honore divæ Mariæ Magdalenæ fundavit, fratres ibidem Minores statuendo.* Eandem rem confirmat Anonymus Helmoldi Continuator, dum ait, *Comitem Adolphum Deo cæli votum suum adimplendo, ordinem Fratrum Minorum in monasterio civitatis Hamburgensis ab ipso fundato intrasse.*
49 Eqvidem non me latet, in qvibusdam exemplaribus pro * *ab ipso* scriptum legi *ab Episcopo*: 100
sed vitiosam esse hanc scripturam, & librariorum vel negligentiâ, vel imperitiâ confictam, cum ex supra citato Hermanni Leerbecensis loco, tum ex (3) Chronico etiam Mindensi apparet, cujus auctor, postqvam narravit translationem Monasterii Rintelensis, à Comite Adolpho IV. anno Æ. C. cIↄccxxx. factam, hæc porrò subnectit: (4) *Hic etiam Adolphus dudum* [nempe anno cIↄccxxvII. post pugnam Bornhovedensem] *tria monasteria construxerat: duo in civitate Hamburgensi, unum de ordine Prædicatorum, aliud de ordine Minorum,
tertium in oppido Kylen sub Regulâ Sancti* * *Confessoris Francisci.* Qvod testimonium qvamvis 101
non tantum ad fundationem monasterii S. Mariæ Magdalenæ pertineat, sed ea etiam, qvæ de origine monasterii S. Joannis diximus, satis confirmet, operæ pretium tamen me existimo facturum, si Hermanni Leerbecensis verbis plenius illustravero. Ea sunt: (5) *Adolphus igitur videns se quoque misericorditer exauditum à Deo, divinis non segniter insudare cœpit. Unde inter opera sua magnifica Dei regnum cunctis præponens, Monasteria & Ecclesias fundavit. In
Hamborg Monasterium Sanctorum Johannis Baptistæ & Evangelistæ, locans ibidem fratres * ordinis* 102
Prædicatorum, miraculo satis noto præcedente. Hujus enim areæ possessor nomine Redderus asseruit, se
50 *sæpius vidisse, antequam fratres hanc inhabitarent, terram exterius nigram, sed intus albam, literis aureis scriptam de cœlo super aream descendisse. Hujus visionis interpretatio satis lucida apparet, si studiosè inspiciatur. Terra enim nigra exterius & intus alba habitus fratrum est: Literæ aureæ eorundem fratrum aurea doctrina & Dei verbi prædicatio, aureaque animarum consilia designantur. Hanc
Ecclesiam Borchardus cognomento Grelle Archiepiscopus Bremensis consecravit.* Hactenus * ille. 103
Undè apparet, non audiendum esse Adamum Thracigerum, qvi Monasterium S. Joannis *anno* demum cIↄccxxxv. & qvidem non à Comite Adolpho IV. sed *Burchardo monacho* refert fundatum fuisse. Etenim negari qvidem non potest, inter ordinis Dominicani monachos, qvibus Monasterium illud anno cIↄccxxxv. fuit concessum, *Burchardum* qvendam fuisse, ideò tamen nihilominus & hoc verissimum est, qvod Hermanni Leerbecensis & Chronici Mindensis verba clarissimè testantur, Comitem Adolphum IV. statim post Bornhovedensem victoriam Monasterii istius fundamenta jecisse. De miraculo, qvod funda-
tionem præcessisse * dicitur, qvivis arbitratu suo judicet; siqvidem utcunqve animadver- 104
sum aut æstimatum erit, haud in magno ponam discrimine. Nam qvæ certa semper cre-
51 dita, & qvasi per manus à majoribus tradita sunt, in corruptis autem & fide dignis rerum gestarum monumentis neqveunt probari, ea nec affirmare nec refellere existimo tutissi-
mum

(5) Vide Anonym. Helmoldi continuat. supra Num. 93.
(6) Einer freyen Reichs-Stadt.
(7) Vide supra Confirmationem Privilegii Friderici I. Num. 15.
(8) Thracig. Chron. Hamb. MStum.
(9) Franciscaner / Barfüsser Minoriten oder Minner-Brüder.

(1) Dominicaner oder Prediger-Münche.
(2) Pag. 31. edit. Meibom.
(3) Prodiit illud in lucem ex Bibliotheca Joann. Pistorii Francof. an. 1607. cum Magno Chronico Belgico & aliis antiqvis monumentis historicis.
(4) Pag. 729. edit. Pistor.
(5) Pag. 31. edit. Meibom.

105 mum. * Cæterum difficile dictu est, qvomodo intelligendum sit, qvod idem Auctor re-
fert, *Ecclesiam banc S. Joannis à Borchardo cognomento Grelle Archiepiscopo Bremensi consecratam*
51 *esse.* Principio enim, ut (6) supra solidè probavi, & ipse Hermannus Leerbecensis testa-
tur, certissimum est, Adolphum IV. exstruere cœpisse hoc templum anno cIↄ cc xxvII. idq;
106 exiguo tempore interjecto absolvisse. Archiepiscopus autem Bremensis *Burchardus* * cogno-
mento *Grelle* anno demum (7) cIↄ ccc xxxvII. fuit electus. Qvo concesso seqvitur, minimum
integros centum annos templum stetisse inconsecratum. Sed hoc refellitur antiqvo instru-
mento examinis testium (8) infra ad annum cIↄ cc xxxv. producendo: ex qvo discimus,
Burchardum qvendam, ordinis Dominicani seu Prædicatorum monachum cum aliqvot so-
ciis suis permissu Comitum Holsatiæ & Senatus, Populiqve ac Capituli Hamburgensis pri-
mum omnium circa illud tempus monasterium S. Joannis occupasse, & ex eo tempore
107 omnia ibi munia, qvæ nisi consecrato loco non conveniunt, obiisse. Unde dicendum *
est jam citatum Hermanni Leerbecensis locum aut aperta ἀναχρονία laborare, dum Bur-
chardus Monachus cum Burchardo Archiepiscopo malè confunditur, aut bis fuisse consecra- 52
tum illud monasterium: primum qvidem statim post fundationem, secundum autem qvam
nescio ob causam tempore Burchardi Archiepiscopi. Hactenus igitur, qvam potui ma-
ximâ diligentia & fide, exposui fundationem duorum monasteriorum, qvæ perennatura
Victoriæ Bornehovedensis & pietatis Adolphi IV. monumenta etiam nunc in urbe nostra
conspiciuntur. Tertium verò monasterium, cujus (9) superiori libro in diplomate Comi-
108 tis Adolphi III. fit * mentio, multo antiqvius & longe ab his diversum fuit: (1) qvippe
qvod Ecclesiæ (2) S. Salvatoris & B. Virginis Mariæ, seu Cathedrali annexum, Canonicorum
usibus, qvandiu instar (3) monachorum cohabitarunt, serviit. Ejus nunc exiguæ super-
sunt reliqviæ, laceræ admodum & sqvalidæ, & indies ruinam minitantes; sed qvæ tamen
in illo ipso miserabili statu pristinæ formæ & usus levem qvasi umbram repræsentant. Nam
& in cellas distinctum superest (4) *dormitorium* & ingens illud conclave, in qvo Canonici
reficiendi corporis causa Monachorum more ad communem mensam convenerunt, voca- 53
109 bulo ex latino (5) *Refectorii* nomine * corrupto, *Resenter* appellatur. Hoc itaqve monaste-
rium minimè confundendum moneo cum duobus illis multo recentioribus, qvæ Adolphus
IV. in Bornhovedensis pugnæ memoriam condidit. Qvod superest, summa flagitat necessitas,
ut priusqvam Acta anni cIↄ cc xxvII. concludam, gravissimos aliqvot Adami Thracigeri erro-
res refutem, qvos descriptioni rerum gestarum hujus añi inseruit. Eqvidem invitissimus alie-
na scripta, & inprimis defunctorum carpo, cum & ab humanitate id alienum, & cum umbris
nisi larvas non luctari existimem: verum si & in magni momenti rebus & contra indubitatam
110 veritatis * demonstrationem, & ab iis erratum sit qvorum existimatio auctoritatem errori pos-
sit conciliare, tum certè nihil tam contrarium boni Historici officio arbitror, qvam hominis
causa veritati deesse, & falsæ opinioni aditum in animos posterorum non præcludere. Abesse
tamen debet injuriosus animus, & acerbitas verborum, & velut victo Hannibale stolidè læ-
ta thriumphatio. Thraciger ergo, ut ad rem revertar, narrato Bornhovedensi prælio, sub-
jungit, (6) *Hamburgum eo tempore*, hoc est, anno cIↄ cc xxvII. *angustis adhuc circumscriptum fuis-*
111 *se terminis. Etsi enim Bernhardus Saxoniæ Dux novam ibi arcem in eâ regione, quæ * etiamnunc* (7) 54
*Burgi novi nomen retinet, ædificasset, juxta quam paulatim complures aliæ domus exstructi principium
novæ urbi dederint, fuisse tamen qualecunque hoc suburbium sine munimento & extra antiquæ urbis po-
mærium. Verisimile etiam videri, arcem illam postmodum per frequentem dominii mutationem loco
jam satis habitato pristinæ solitudinis causam ruinâ suâ attulisse. Ut igitur vacuus iste tractus denuò*

(6) Num. 101.
(7) Historia Archiepiscoporum Brem. ab Erp. Lindenbrog. edita pag. 124.
(8) Num. 134. 135. deinceps.
(9) Pag. 95.
(1) De monasterio Canonicorum seu Archiepiscopali vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 16. 18. 19. 44. 47. 48.
(2) Vid. suprà Num. 33.
(3) Extat ea de re insignis locus apud Anonym. Helmoldi continuat. his verbis: *In Hamburgensi Civitate principalis & summa Ecclesia Canonicorum nunc secularium, sed antiqvitus erat regularium sub habitu* (sc. monastico) *sicut multæ Ecclesiæ Cathedrales institutæ erant, videlicet Bremensis, Monasteriensis, Mendensis, Verdensis Lubecensis*, Vid. lib. 1. Rer. Hamburg. pag. 45. 46. 47.
(4) *Dormitorium* dicitur locus cœnobii, ubi monachi dormiunt, Voss. de Glossem. l. 3. c. 10 Dormitorii Canonicorum Hamburgensium fit mentio in diplomate Brunonis Præpositi Num. 187.
(5) *Refectorium* corrupte das *Resenter* locus est monasterii, ubi monachii, conjunctim cibum accipientes, se reficiunt. Qvo sensu illud vocabulum passim occurrit apud barbaros mediæ ætatis historicos, Exempla vide apud Voss. de Glossem. l. 3. c. 41. Qvi Refectorio & Refectioni monachorum vel Canonicorum præest, appellatur *Refectorarius*.
(6) Hamburg war zu der Zeit geringlich begriffen/ ꝛc.
(7) Die neue Burg.

MCCXXVII *habitaretur & insereretur urbi, permisisse Comitem Adolphum IV. Wirado cuidam cognomine de Boitzenburg ejusq; consortibus, ut, quicquid inculti & derelicti soli juxta Alstriam inter templum S. Mariæ Magdalenæ * & portam vulgò dictam* das Milrentthor *situm esset, includendum antiquæ urbi & ædificiis implendum curarent. Simul & usurpationem juris civilis Lubecensium, & præter ordinarios singularum hebdomadum mercatus, binas quotannis nundinas iis concessisse. Atq; ita per Wiradum ejusq; Collegas novam urbem ordinatim exædificatam, atq; una templum S. Nicolai conditum fuisse.* Hæc Thraciger, qvæ omnia partim per se, partim temporis respectu, falsa sunt & minimè toleranda. Jamprimum enim ad minimum qvinqvaginta novem annorem (8) metachronismus hic committitur, dum Comiti Adolpho IV. perperam attribuuntur, qvæ sub patre * ipsius Adolpho III. & qvidem ante annum CIↃCLXVIII. (9) qvo Hartwicus Bremensis Archiepiscopus decessit, contigerunt. Nempe cum (1) anno CIↃCLXIV. Adolphus III. Nordalbingiæ regimen adeptus, Hamburgum, ut primariam ditionis suæ urbem augere & amplificare constituisset, videretqve majorem melioremqve Urbis novæ partem occupatam esse ea arce, qvæ exstructa primum à Duce Saxoniæ (2) Ordolpho, & deinde aliqvoties excisa atqve instaurata, exiguum tunc & ferè nullum præbebat usum, demandavit Consuli (3) *Wirado*, qvi principem in Senatu obtinebat locum, ut solo æqvata arx, * & in areas distributa, privatis mercatorum ædibus assignaretur. Qvo facto, cum insuper ei tractui (4) privilegium de binis nundinis annuis & juris Lubecensis usurpatione concessisset, subsecuta extemplò est celebritas loci, hominumqve, ob situs commoditatem habitandi negotiandive causa eò confluentium, ingens freqventia: Hinc & peculiari opus ibi fuit templo. Ædes Cathedralis (5) Christo Salvatori & sanctissimæ ejus Genetrici consecrata, præterqvam qvod multitudini civium indies crescenti unica non sufficeret, adeò etiam longè ab (6) Urbe nova distabat, ut ingratâ tempestate & à * negotiosis hominibus sine molestia aliqva ac temporis dispendio non freqventaretur. Cui pietatis impedimento ut maturè iretur obviam, impetrarunt haud gravatim incolæ novæ urbis à Comite Adolpho & Capitulo Hamburgensi (7) [nam nec sine illius consensu id fieri poterat] ut Sacellum, seu, ut tum barbarè loqvebantur, *Capellam* in honorem S. Nicolai collato ære exstuere sibi liceret. Subjungam nunc ipsum Adolphi III. hactenus ineditum diploma, qvo simul & Thracigeri refutatur error & narrationi meæ fides conciliatur.

112 (right margin, line "Magdalenæ … ædifi-"); 113 (line "…sub patre *"); 55 (left margin, line "chiepiscopus decessit"); 114 (line "…in areas distri-"); 115 (line "…sine molestia"); 56 (left margin, line "Capitulo Hamburgensi")

*In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (8) Adolphus Dei gratiâ Comes Wagriæ * Holsatiæ & Stormariæ omnibus tam præsentibus qvam futuris in perpetuum. Qvamvis segnes simus & pusillanimes, Ecclesiarum Dei & Deo in his servientium indigentiis de impensis nostris succurrere: honestum tamen & pium arbitramur, sicubi eos in his, qvæ juris esse nostri videntur, gravari fortè vidimus, commodis eorum consulere & indemnitati provideri. Ad notitiam igitur universorum pervenire cupimus, qvod cum (9) castrum nostrum novum in Hamborg qvod in occidentali parte civitatis situm erat, à mercatoribus de voluntate nostra per fidelem nostrum (1) Wiradum in areas distributum inhabitaretur, iidem * mercatores à nobis petiverunt, ut in loco competenti eis Capellam propter (2) navium affluentiam in honorem S. Nicolai construere liceret. Qvorum petitio ut rationabilem sortiretur effectum, qvia sine voluntate Capituli Hamburgensis, (3) cujus erat Parochia, id fieri non potuit, nos fundum Capellæ prædictæ, & omne jus, qvod ad nos spectabat, vel de jure spectare poterat (4) beatæ Mariæ ad usus Cano-*

116 (right margin, line "…Comes Wagriæ * Holsa-"); 117 (right margin, line "…propter (2) navium af-"); 57 (left margin, line "fluentiam in honorem S. Nicolai")

(8) Metachronismus est παραγεοφὴ ἐποχῆς κατὰ πρόσθεσιν, cum videlicet excessu justæ supputationis peccatur. Huic opponitur Prochronismus, qvi est παραγεοφὴ ἐποχῆς κατὰ ἀφαίρεσιν, cum defectu justæ supputationis peccatur. Utriusqve erroris generale nomen est ἀναχρονισμὸς vel παραχρονισμός.

(9) Histor. Archiep. Brem. ab Erp. Lindenbr. edit. p. 105.

(1) Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 81.

(2) Vid. l. 1. p. 61.

(3) Cujus mentio supra in diplomate ejusdem Adolphi III. Num. 12.

(4) Vide l. 1. Rer. Hamb. Num. 97. 98.

(5) Vid. l. 1. p. 9. & 130.

(6) Qvæ nunc est Parœcia St. Nicolai, ut passim superiori libro demonstravi.

(7) Apparet hoc ex diplomate Adolphi III. qvod superiori libro p. 94. & 95. inserui: Vide etiam infra Num. 117.

(8) Is est Adolphus III. non vero IV. ut falsò Thraciger credidit. Vid. infra Num. 118.

(9) *Novum* hoc Castrum appellatum fuit ad differentiam arcis *veteris* ad Alstriam. Vid. l. 1. p. 50. 61. & passim alias.

(1) Primum iis sine dubio locum tunc obtinuit inter Consules Hamburgenses: qvare etiam Advocato in enumeratione testium infra Num. 118. statim subjungitur.

(2) Locus singularis de negotiatione maritimâ Hamburgensium jam illis temporibus celebri.

(3) Basilica enim Cathedralis Imperium olim obtinuit in omnes Parœciales Ecclesias, ut mater in filias. Hinc ergo absqve consensu Capituli Sacellum S. Nicolai in nova urbe, qvamvis permittente Comite Adolphi fundari ab Hamburgensibus non potuit. Vide infra Num. 346.

(4) h. e. Ecclesiæ Cathedrali dem Thum.

A. Æ. C. CIↃ CCXXVII

Canonicorum, ibidem Deo (5) *servientium, perpetuo jure possidendum liberaliter contulimus. Et ut hæc*
nostra donatio omni ævo inconvulsa permaneat, præsentem (6) *chartam scribi & sigilli nostri impressione*
118 *testiumq; munimine roborari fecimus. Nomina testium * sunt hæc: Henricus Reingerus, Hermannus*
Custos, Hartungus, Bernardus, Manegoldus Canonici: Laici vero Willebrandus (7) *Advocatus*, (8) *Wi-*
radus, Fromoldus, Sifridus, Sandardus, Esicus, & alii quam plures.

Hoc diploma Thraciger Adolphi IV esse credidit, sed falsò. Qvamvis enim sine
anno & die illud sit, aliundè tamen satis apparet, ad patrem ipsius Adolphum III. sine con-
troversiâ id pertinere. Principio nimirum testantur hoc nomina testium *Wiradi, Fromol-*
di, Sifridi, Sandardi & *Esici*, qvi *Consules Hamburgenses* temporibus Adolphi III. fuere, in ejus-
119 dem (9) tabulis, qvibus Imp. Friderici I. *privilegium anno CIↃ CXC confirmavit, itidem te-
stes adhibentur. Deinde apparet hoc multo etiam magis ex alio qvodam Adolphi III. di- 58
plomate, qvod (1) superiori libro inserui: In cujus principio ipse præsentium tabularum
argumentum his verbis repetit: *Ego Adolphus Dei gratiâ Wagriæ, Stormariæ & Holsatiæ Comes*
præsenti protestor, quod cum in prima fundatione Capellæ S. Nicolai in nova urbe, lis super jure ejus-
dem inter Canonicos Hamburgenses & me verteretur, victus dilectione ac precibus eorum, omne jus, quod
in eâ habui, vel videbar habere, de consensu (2) *Domini mei Hartwici Archiepiscopi contuli beatæ Ma-*
120 *riæ* [h. e. templo Cathedrali] * *in perpetuos usus Canonicorum pro animæ meæ & meorum remedio.*
Hinc non tantum elucet Adolphum III. supra inserti diplomatis auctorem esse, sed causam
qvoqve & tempus promulgationis ejus inde discimus. Causa fuit discordia inter Comi-
tem & Capitulum de jure in sacellum S. Nicolai: qvam litem auctoritatis suæ interposi-
tione *Hartwicus Archiepiscopus Bremensis* ita composuit, ut Comes Canonicis sub titulo piæ
donationis omne jus suum inperpetuum cesserit, idqve in sempiternam transactionis me-
moriam singulari diplomate confirmaverit. Temporis notationem subministrat mentio
121 *Hartwici*, qvi * donationem illam approbasse dicitur. Et is qvidem decessit (3) anno CIↃ 59
CLXVIII: Adolphus autem III. regimen Nordalbingiæ adeptus erat (4) anno CIↃ CLXIV. Un-
de necessario seqvitur, destructionem *novæ arcis* & mutationem in privatas mercatorum
ædes, ut & fundationem sacelli S. Nicolai, & transactionem inter Comitem & Capitulum
de jure ejus & reditibus (5) qvadriennio illo, qvod initium Imperii Adolphi III. & mortem
Hartwici intercessit, contigisse. Qvo, ut abundè jam factum est, demonstrato, qvis non
videt, qvam ingens & in Historico minimè tolerabilis Metachronismus à Thracigero sit
122 commissus, dum Adolphi III. res gestas filio ejus Adolpho IV. * &, qvæ ante annum CIↃ
CLXVIII. acciderunt, anno CIↃ CC XXVII. perperam tribuit. Qvem errorem qvis deinde cæ-
câ Auctoris veneratione non est secutus? qvis non transcribere maluit, qvam nihil scri-
bere? hâc inprimis ætate, qvâ mole suâ æstimantur libri, non fide & genio. Adeò nem-
pe inveteravit Thracigeri ille error, ut viri etiam alioqvi eruditissimi eum non modo non
receperint, sed qvalicunqve etiam interpretatione propagare studuerint: existimando de
amplificatione urbis qvam Thraciger Adophi IV. temporibus falsò assignat, Albertum Sta-
123 densem loqvi in actis anni CIↃ CC XXXI. qvo refert (6) *Comitem Adolphum* [scilicet IV.] * *ca-*
strum prope Hamburg super Albiam ædificasse. Sed hoc profecta est medicina malum augere, 60
& morbi tollendi gratia ægrotum jugulare. Cæterum illud adjiciendum videtur, etsi tra-
ctus Parœciæ S. Nicolai primâ sacelli in honorem ejus exstructi fundatione, & compluri-
bus privatis mercatorum ædibus sub Adolpho III. auctus fuerit, *novæ* tamen *urbis* nomen
multò antè illi fuisse inditum: qvippe qvod apud (7) Adamum Bremensem temporibus
Ordolphi Ducis Saxoniæ & Adalberti Archiepiscopi Hamburgensis jam in usu fuisse inve-
nio. Unde porrò haud absurde colligitur arcem *novam* Ducis Ordolphi cum reliqva urbe
124 *novâ* antiqvæ Urbis pomœrio jam tum * inclusam & uno eodem muro vel vallo cinctam
fuisse: priusqvam enim id fieret, (8) *Suburbii* nomen tractus ille habuit. Præterea & hoc
in jam narrato Urbis incremento, qvod sub principium imperii Adolphi III. ante annum

(C) 2 CIↃ

(5) Institutione juventutis, prædicatione verbi divini, aliorumqve sacrorum munerum administratione. Vide l. 1. p. 46. 47. & infra Num.

(6) *Charta* pro diplomate seu tabulis ad perpetuam rei alicujus memoriam compositis. Inde descendit nomen *Chartularii*, de qvo vid. Voss. de Glossem. l. 3. c. 4.

(7) Vid. supra Num. 15. 17. & infra Num. 189.

(8) Iidem sunt, qvi supra Num. 16. in alio diplomate ejusdem Comitis Adolphi III. Consules Hamburgenses vocantur.

(9) Extant supra Num. 12.

(1) Pag. 94. 95.

(2) Locus singularis.

(3) Histor. Archiep. Brem. à Lindenbr. edit. pag. 105.

(4) Vid. l. 1. p. 81.

(5) h. e. inter annos 1164. & 1168.

(6) Vid. infra acta anni 1231. Num. 126. 127.

(7) Adam. Brem. Histor. Ecclesiast. l. 3. c. 28. Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 61. 62. 63.

(9) Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 21. & 61.

CIↃCCXXVII CIↃCLXVIII. contigit, observandum est, templum S. Nicolai, qvod nunc inter (9) qvatuor
Parœciales Ecclesias secundum obtinet locum, multo antiqvius esse templo S. Petri; qvip-
pe cujus mentio anno demum CIↃCCXX. in veteribus (1) documentis reperitur. Nam qvod
hâc tempestate primarium habetur, & templo S. Nicolai præfertur, non fit respectu vetu-
61 statis, sed qvoniam introducto in Rempublicam (2) * Lutherano dogmate, & mutato cum 125
religione omni ferè pristino instituto, prærogativa illa ac dignitas, qvæ templi Cathedra-
lis seu B. Virginis Mariæ anteà fuerat, viciniæ causâ in illud fuit translata. Qvâ qvidem
de re, cum ad ea temporâ perventum erit, prolixius agetur. Nunc dudum interruptam
temporum Adolphi IV. historiam perseqvamur.

A. Æ. C. CIↃCCXXVIII CIↃCCXXIX CIↃCCXXX ANnum Æ. C. CIↃCCXXVII. Victoriâ Bornhovedensi & exstructis in Urbe nostra tro-
phœorum loco duobus monasteriis insignem, seqvitur qvadriennium obscurum, de
qvo, seu rerum gestarum sterilitati, seu scriptorum negligentiæ id imputandum sit, nihil
ad * Hamburgensem historiam pertinens memoriæ proditum reperi. Ni fortè hoc ali- 126
qvid putandum est, qvod Albertus Stadensis *Comitem Adolphum IV.* memorat *anno* CIↃCC
XXXI. *castrum prope Hamburg supra Albim*, seu, ut is barbarè loqvi amat, *supra Albiam ædificas-
se*. Ex qvibus verbis qvi accuratè ejus castelli situm & nomen eruere velit, divinus sit
necesse est. Mihi certè hic non liqvere, ultrò fateor: id tamen moneo, dum Albertus id
propè Hamburg exstructum ait, adeò latè hæc verba interpretanda esse, ut vel ultra duo mil-
62 liaria remotus locus, magis distantium respectu, in propinqvo esse * censeatur. Etenim 127
per Imp. Friderici I. (3) privilegium Hamburgensibus concessum nemini licitum est, in-
tra præfatos limites castellum aliqvod circa urbem exstruere. Præ cæteris autem Adol-
phum IV. id tum fecisse prorsus incredibile est, qvod Imp. Friderici privilegium ipse an-
no CIↃCCXXV. singulari (4) diplomate confirmasset. Neqve verò existimandum est, simul-
tatem aliqvam aut discordiam eo anno violandi privilegii causam præbuisse; qvippe cum
constans ipsius affectus satis inde pateat, qvod proximo statim anno qvi erat CIↃCCXXXII.
A. Æ. C. CIↃCCXXXII rogatu ejus Imp. Fridericus II. privilegia, qvæ Comes Adolphus III. ut (5) paulò ante * 128
memoratum est, novæ Civitati Hamburgensi concesserat, peculiari confirmationis diplo-
mate munierit. Cujus qvidem exemplum integrè hic subjungendum foret, ni (6) supe-
riori libro jam inseruissem.

A. Æ. C. CIↃCCXXXIII CIↃCCXXXIV CIↃCCXXXV SUbseqventibus duobus annis CIↃCCXXXIII. & CIↃCCXXXIV. nihil memoriâ dignum con-
tigit. At qvi succedit CIↃCCXXXV. celebris est adventu in urbem, & solenni receptio-
ne monachorum ordinis Prædicatorum, seu regulæ S. Dominici. Inter eos præcipui tum
fuere (7) *Burchardus* & *Otto de Medinke*, uterqve zelo religionis & sanctitate morum, soli-
63 tariæ vitæ professioni congrua, venerandus ac celebris. Hi vacuum S. Joannis monaste-
rium, * qvod (8) anno CIↃCCXXVII. Comes Adolphus exstruere cœperat, inhabitandum 129
sibi concedi petierunt. Qvod & post aliqvoties iteratas preces à Comite & civibus tan-
dem impetrarunt, qvamvis acerrimè reclamantibus Canonicis templi Cathedralis eorum-
qve Decano (9) *Eilardo*: ut qvi perniciosum sibi crederent, si qvæstus ex religione prove-
niens cum aliis communicaretur. Sed his à Burchardo responsum est, *propagandæ dunta-
xat fidei Christianæ, non autem lucri causâ se advenisse; retinerent qvæstum suum Canonici illibatum,
& primas in urbe obtinerent: intereà verò sibi laboris pro Christo * suscipiendi & procurandæ salutis ani-* 130
*marum veniam non denegarent. Hunc voti sui finem, hunc desiderii sui scopum esse: nec qvemqvam
suorum, si verus ac fidelis Christi servus esse velit, aliter sentire. Reciperent igitur, qvos non avari-
tia & privati commodi respectus, sed pia Deo serviendi intentio adduceret, eosdemqve si à promissa sin-
ceritate deficientes, vel Comiti, vel civitati, vel Ecclesiæ Cathedrali noxâ aliqvâ se redderent intolera-
biles, sine morâ urbe expellerent.* His publicè & privatim sæpius repetitis, conceptisqve ver-
bis & solennibus cæremoniis in Choro templi Cathedralis & Curia civitatis coram Comite,
64 * Consulibus, Decano Capituli & magna hominum freqventia sanctè promissis, consense- 131
runt tandem Canonici, non tam religionis respectu, qvam qvod impares se Comiti & ci-
vibus

(9) S. Petri, S. Nicolai, S. Catharinæ, & S. Jacobi.
(1) Vid. diploma Papæ Honorii III. de confirmatione possessionum Ecclesiæ Hamb. & nominatim templi S. Petri, qvod extat l. 1. Rer. Hamb. p. 149. 150. 151.
(2) Historiam abrogationis fidei Catholicæ in urbe Hamburgensi prolixè olim conscripsit Stephanus Kempe, Pastor Ecclesiæ Parœcialis S. Catharinæ. qvi ipse magna pars fuit istius dramatis, & anno 1540. obiit. Extat ea historia etiamnunc MSta.
(3) Vid. supra Num. 13.
(4) Extat supra Num 12.
(5) Supra Num. 114.
(6) Pag. 98. 99.
(7) Vid. infra Num. 137. examen testium Card. Guidonis. Addendus his est *Jordanus*, cujus mentio infra Num. 144.
(8) Vid. supra Num. 89. 99. & deinceps.
(9) Cujus mentio infra Num. 138.

A. Æ. C. CIↃCCXXXV

vibus præviderent, si diutius reluctarentur. Inferendum hic necessariò arbitror ipsum illud antiqvum monumentum, unde jam narrata hausi, ne qvis pro lubitu vel ex conjecturis à me conficta existimet. Id autem publicum est instrumentum, nuper à me è tenebris erutum, cujus conficiendi causam præbuit (1) discordia. qvæ anno CIↃCCLXV. orta est inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis & monachos ordinis Prædicatorum ob corpus defunctæ
132 cujusdam * mulieris, qvæ cum in templo S. Nicolai, ad cujus Parochiam respectu habitationis pertinebat, sepeliri debuisset, captandi lucelli gratiâ à monachis Dominicanis in cœmeterium St. Johannis, monasterio suo subjecti, est illata. Hâc de re Presbyter Parœcialis qvi suum sibi qvæstum præreptum dolebat, apud Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, (2) cui in templum & Parœciam S. Nicolai omne jus competebat, conqvestus est. Et cum monachi contra receptionis suæ conditiones id factum negarent, provocatum est ab utraqve
133 litigantium parte ad *Guidonem * Cardinalem Presbyterum Tituli S. Laurentii in Luciná*, qvi tum in Germaniâ ut Apostolicæ sedis Legatus commorabatur. Is itaqve eodem anno CIↃCCLXV. 65
Hamburgum venit, & institutâ diligenti examinatione juratorum testium, qvi ante triginta annos receptioni olim interfuerant, contra monachos demum pronunciavit, iisqve mortuos in cœmeterium suum inferendi licentiam interdixit, qvod tempore receptionis inter Capitulum & ipsos de sepulturis nil speciatim ac tum reperiretur. Ne igitur in hoc judicio vel gratiæ vel offensæ qvidqvam dedisse crederetur, curavit Cardinalis Guido
134 examen illud testium in publici * instrumenti formam redigi, & ad perpetuam rei memoriam asservari. Seqvitur nunc exemplum integri ejus instrumenti, ut à me ex antiqvo Codice membranaceo descriptum est, cujus beneficio Historia illorum temporum plurimum lucis accipiet.

Universis præsentes literas inspecturis Frater (3) Guido, miseratione divina Tituli S. Laurentii in Luciná Presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, qvod istæ sint depositiones testium, productorum coram nobis apud Hamburgum pro parte venerabilium
135 *virorum Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ Hamburgensis, * Bremensis Diœcesis, super discordia, qvæ olim versebatur inter ipsos Præpositum. Decanum & Capitulum ex una parte, & religiosos viros Priorem & fratres ordinis Prædicatorum ejusdem loci ex alterâ, super eo videlicet, qvod iidem Prior &* 66
fratres corpus cujusdam mulieris defunctæ Womelis nomine ad eorum (4) Ecclesiam, ut illud in Cœmeterio sepelirent, asportarunt, seu asportari fecerunt, vel ratum habuerunt de Ecclesiâ St. Nicolai, cujus Parochialis eadem mulier existebat, contradicente & reclamante Presbytero parochiali Ecclesiæ S. Nico-
136 *lai prædicti, & omnino prohibente, ne de suâ * Ecclesia corpus asportaretur defunctæ prædictæ, sub anno Domini* CIↃCCLXV, *Indictione (5) nona, Pontificatus Domini Clementis Papæ qvarti anno primo: qvæ sic incipiunt:*

Mense Decembri, die vicesimâ tertiâ, (6) Joannes de Twedorp testis juratus dixit, qvod qvando fratres Prædicatores primò intraverunt civitatem Hamburgensem ad inhabitandum, promiserunt Comiti Adolpho, præsenti tunc cum maximâ multitudine hominum, præsentibus contestibus suis, sicut recolit: qvod si aliqvid nocivum facerent ipsi Comiti, vel civitati, seu Canonicis beatæ Mariæ Hamburgensis,
137 *qvod possent expelli de civitate. Reqvisitus, si tunc * aliqvid fuit tactum de sepulturis vel oblationibus, dixit qvod non recolit, qvod de his facta fuerit mentio specialis. Reqvisitus qvi fuerint illi fratres: respondit, qvod unus fuit frater (7) Borchardus & alius frater Otto de Medinke, de aliis non recolit. Reqvisitus de loco: dixit, qvod credebat, qvod in capitulo. Reqvisitus de tempore: dixit, qvod benè erant viginti octo anni, ut credebat,*

Eodem mense & die Elerus (8) Molendinarius juratus dixit, qvod circirter viginti novem annis 67
elapsis, præsens fuit in Ecclesia beatæ Mariæ Hamburgensis in Choro, præsentibus Consulibus & magna
138 *multitudine hominum, ubi frater * Borchardus de ordine Prædicatorum & qvidam alii, qvorum nomi-* na

(1) Hæc discordia inter sacerdotes parœcialium Ecclesiarum & monachos ordinum S. Francisci & S. Dominici de libertate sepeliendi mortuos, non Hamburgi tantum, verum etiam in aliis ferè omnibus Christiani orbis regionibus eo tempore viguit. *De sepulturis, dudum à Bonifacio, in Clementin.*

(2) Vide supra Num. 117.

(3) Hunc Guidonem perperam confundit Crantzius cum Pontifice Clemente IV. qvi ante electionem vocabatur *Guido Fulcodii*, Vide infra Num. 345. 364. 365. 366. & deinceps.

(4) Nempe S. Joannis.

(5) Qvæ tamen majori ex parte respondet A. Æ. C. 1266 Æra enim Indictionum incipit à d. 24. Septembr. Vid. infra Num. 240.

(6) Idem est, cujus meminit Hermannus Röverus in Catalogo Consulum & Senatorum Hamburgensium MSto inter. an. 1248. & 1320. Ejusdem fit mentio in diplomate Comit. Gerardi Num. 333.

(7) Quis ille fuerit vide infra Num. 148. 149. 150. 151.

(8) *Molendinarius* procul dubio nomen hic est familiæ: Germ. *Möller*. Sic inf. N. 141. *Wernerus Albus* appellatur, cui sine controversia germanicum nomen fuit *Warner Witte* N. 163. *Marqvardus* dictus *Faber* pro Marqvard Schmidt.

cIƆCCXXXV na ignorat. Ubi petiit ab (1) Elardo, tunc Decano, & Canonicis ibidem astantibus, ut ipsi & Cives &
Consules permitterent eos habere Domum & Conventum in civitate, promittentes, qvod in omnibus
essent obseqviosi Canonicis, Consulibus & Civitati. Et qvod, si nocumentum aliqvod inferrent eisdem,
possent expelli de civitate. Reqvisitus, si tunc fuit ibi aliqvid tactum de sepulturis & oblationi-
bus, dixit qvod non. Reqvisitus, si illa promissio fuit aliqvo modo confirmata, vel fuit inde facta ali-
qva scriptura, dixit, qvod non rocolit. Reqvisitus, qvot annorum * esset ipse testis: dixit, qvod erat be- 139
nè (2) centum annorum. Eodem die (3) Wernerus de Erthenebourch juratus dixit, qvod præsens fuit,
ubi & qvando frater Borchardus, frater Otto, & qvidam alii fratres, viginti novem annis elapsis, vel
circiter, in pluribus locis, videlicet in (4) Domo Consulum, & in (5) Ecclesia petierunt pluries de Comite
68 & à Consulibus, qvod permitterent eos habere Domum in Civitate Hamburgensi: & cum Cives & Con-
sules reddidissent se difficiles ab initio, posteà concesserunt iisdem. Qvo audito Decanus & Canonici
adierunt Comitem & Consules, dicentes eisdem, qvod hoc erat in præjudicium eorum propter oblationes * 140
& sacrificia: fratribus respondentibus, qvod in præjudicium ipsorum nihil vellent facere, nec eis infer-
rent nocumentum. Reqvisitus, si expresse fuit actum, qvod reciperent mortuos ad sepulturam, vel obla-
tiones; dixit, qvod non audivit aliud, nisi qvod suprà dixit.

Eodem die (6) Ardwicus de (6) Arthenebourch dixit: qvod ipsemet, elapsis vinginti novem annis vel
triginta, recepit in hospitio suo prædictos fratres Borchardum & Ottonem, & hospitatus est eos in domo
suâ ferè per annum. Et pluries ivit cum eis ad Comitem & Consules & Canonicos, & rogaverunt eos,
ut permitterent eosdem fratres habere mansionem in Civitate * Hamburgensi, offerentes se fore obse- 141
qviosos Comiti, Civitati & Canonicis, nec aliqvid inferrent eis nocumenti. Reqvisitus, si expresse fuit
actum vel tactum aliqvid de sepulturis vel oblationibus: dixit, qvod non audivit aliud, nisi qvod suprà
dixit.

69 Eodem die (8) Wernerus Albus juratus dixit, qvod præsens fuit, qvando fratres Prædicatores, in-
ter qvos erat frater Borchardus, de consensu Comitis & Consulum debuerunt habere mansionem apud
Hamborch sine damno prædictorum, promittentes, qvod in multis servirent eis. Reqvisitus, si speciali-
ter fuit actum seu tactum de oblationibus & sepulturis: dixit, qvod non recolit. Reqvisitus de * loco, 142
respondit, qvod hoc concessum fuit in domo Consulum. De tempore, sicut alii. Reqvisitus, si Canoni-
ci erant præsentes, dixit, qvod non recolit.

Eodem die (9) Joannes Dytmarsus juratus & reqvisitus de promissione facta in generali vel spe-
ciali, dixit, qvod non interfuit, nec aliqvid inde scit, nisi ex relatione aliorum. Audivit tamen dici à fra-
tribus & ab aliis, qvod ipsi nolebant habere mansionem in nocumentum aliorum. De tempore dixit,
qvod circa triginta annos.

Eodem die (1) Bertramus Esici juratus dixit idem qvod proximus: excepto qvod de loco non re-
70 colit. Adjecit tamen, qvod audivit * patrem Borchardum prædicantem, qvod qui prædicaret pro (2) de- 143
nariis, haberetur pro falso fratre.

Eodem die Marqvardus de (3) Consmode juratus dixit, idem qvod proximus.

Eodem die (4) Leo Civis Hamburgensis dixit, qvod audivit à Consulibus Civitatis, qvod fratres
erant recepti ad manendum in civitate, promittentes, qvod si molestarent Canonicos vel cives, deberent
remo-

(1) Idem existimo prænomen atqve *Elerus*; nempe a, ut solet in e, mutato & d ob duritatem pronunciationis paulatim omisso. Eleri itaqve hujus seu Elardi fit etiam mentio apud Alb. Stad. ad an. 1240. ubi vocatur *Magister Elerus Canonicus Hamburgensis*, Idem in diplomate Præpositi Brunonis infra Num 187. & 189. vocatur *Alardus*,

(2) Annumerandus is ergo est longævis, qvos Plinius enumerat Hist. Nat. l. 7. c. 48. & Phleg. Trallian. lib. de Mirab. & longævis.

(3) Meminit ejus Hermann. Röver. in Catalog. Cons. & Sen. Hamb. MSto. inter an. 1248. & 1320.

(4) Auf dem Rahthause Eadem significatione ea verba leguntur passim apud barbaros mediæ ætatis scriptores.

(5) Nota Basilicam Cathedralem hic κατ' ἐξοχὴν Ecclesiam vocari.

(6) *Ardwicus* idem hic est prænomen atqve *Hartwicus*. Nam sicut olim aspiratio interdum superfluè adhibebatur, ut in *Hlotharius* pro *Lotharius* sic interdum etiam perperam omittebatur, ut hoc loco *Ardwicus* pro *Hartwicus*, & *Orama* pro *Horama*, apud Gualdonem in Vita S. Anscharii.

(7) Idem est diversa dialecto *Artheneborg* & *Ertheneborg*: vulgo nunc *Atlenborg* mutato l in r, ut solet. *Hardwicus* autem *de Artheneborg*, qvi hic memoratur, idem est cujus mentio fit infra Num. 475. in diplomate Comitum Holsatiæ dato an. 1292. & apud Röver. in Catalog. Cons. & Sen. Hamb. inter an. 1248. & 1320.

(8) Germ. *Warner Witte*. Idem est, cujus meminit Herm. Röver. in Catalog. Cons. & Sen. Hamb. inter an. 1248 & 1320,

(9) Germ. Johan. von Ditmarschen.

(1) Idem est, qvi infra N. 271. in diplomate Comitum Holsatiæ Joannis & Gerardi anno 1258. dato perperam vocatur *Btyrmii Esici filius*. Apud Röver. in Catalog. Cons. & Sen. Hamb. appellatur *Bartram van Nesse*.

(2) Um Geld oder Gewinn *Denarii* barbare pro pecunia vel mercede, ut apud Gallos *deniers*.

(3) Nomen hoc videtur corruptum.

(4) Idem est qvi *Leo Hamburgensis* vocatur infr. Num. 271. in diplomato Com. Johannis & Gerardi. Apud Röver. in Catalog. Cons. & Sen. Hamb. appellatur *Leo Winterus* Item infra Num. 333.

removeri à civitate. Dixit etiam se audivisse fratres prædicantes, qvod, qvicunqve reciperet dena- CIↃ CCXXXV
rios pro prædicatione, haberetur pro falso fratre. Reqvisitus, si audivit aliqvid de sepulturis vel obla-
144 *tionibus, dixit, qvod nihil audivit. De * tempore concordat cum aliis.*
Mense & die prædicto (5) Anno de Ossenwerder juratus dixit, qvod fratres Borchardus & Jorda-
nus tali conditione intraverunt civitatem cum fratribus suis, qvod, si aliqvem molestarent, de civitate
deberent expelli. De sepulturis & oblationibus dixit se nihil scire. De tempore dixit, qvod benè sunt
viginti sex anni, vel viginti septem, vel viginti octo.
Eodem mense & die (6) Bernardus de Bustuur juratus dixit, qvod præsens fuit in domo Consulum 71
circiter viginti octo, vel viginti novem annos elapsos, ubi cum rogassent Consules frater Borchardus &
145 *alii fratres, ut permitterent * eos morari in civitate Hamburgensi, & hoc concesserunt fratribus ad (7)*
preces Comitis Adolphi præsentis: Canonicis beatæ Mariæ contradicentibus. Tandem ad preces Comi-
tis & Consulum concesserunt fratribus promittentibus, qvod Canonicis non inferrent aliqvid nocumenti.
Reqvisitus, si aliqva pactio fuit facta de oblationibus & sepulturis, dixit, qvòd non audivit.
In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem præsentes testium depositiones per Guilelmum
infra scriptum Notarium redigi fecimus, nostroqve sigillo muniri.
146 *Et ego Guilelmus de Alifia publicus S. Rom. Ecclesiæ auctoritate Notarius * prædictis omnibus in-*
terfui, & ea de mandato dicti Domini Cardinalis fideliter scripsi, & in publicam formam redegi, meo-
qve signo signavi.

Ex his tabulis satis clarè apparet, bonâ fide tradita esse, qvæ supra de Borchardi & 72
sociorum ejus adventu in Urbem retuli. Simul & hoc ex supra narratis abunde mani-
festum arbitror, non leviter Thracigerum errare, dum in actis (8) hujus anni fundationem
monasterii S. Johannis *Burchardo* monacho tribuit, qvod tamen (9) Hermannus Leerbe-
censis & Auctor Chronici Mindensis certè & conjunctim affirmant, non hoc demum an-
147 no CIↃ CC XXXV. neqve à Burchardo, sed multò * ante, nempe anno CIↃ CC XXVII. & qvi-
dem à Comite Adolpho IV. cœptum esse exstrui. Sed fefellit Thracigerum, qvod ex
jam inserto diplomate colligitur, *Burchardum* circa annum CIↃ CC XXXV. in urbem rece-
ptum esse. Hinc enim perperam conclusit, monasterium qvoqve eodem anno ab ipso
conditum fuisse. Cæterum qvis ille fuerit *Burchardus*, qvi cum sociis suis hoc anno mo-
nasterium S. Johannis primus occupavit, haud abs re fuerit inqvirere. Qvâ de re sata-
genti mihi, per opportune succurrit antiqvus Auctor Chronici Mindensis, à Joanne Pi-
148 storio (1) editi, qvi refert tempore *Volqvini* trigesimi qvinti Episcopi Mindensis, * qvi an-
no CIↃ CC LXXV. Episcopo *Ottoni* successit, floruisse Monachum ordinis Prædicatorum no-
mine *Burchardum Hyddingk*, virum rarissimæ sanctitatis, ut qvi miraculis multis claruerit, 73
& ipsimet Episcopo, cui à Confessionibus fuit, visum precibus suis restituerit. Verba ipsa
Chronici Mindensis hæc sunt. (2) *Otto tricesimus qvartus Episcopus Mindensis obiit circa annum*
Domini CIↃ CC LXXV. *Huic successit Volqvinus tricesimus qvintus Episcopus Mindensis: cujus tempo-*
re floruit qvidam frater de Ordine Prædicatorum dictus Burchardus Hyddingk, vir Domino devotus
149 *& sanctus, auditor confessionis * prædicti Episcopi. Hic inter alia miracula prædictum Episcopum Vol-*
qvinum excæcatum illuminavit, & jussit, ut prædictus Episcopus faceret unam imaginem beatæ Mariæ
Virginis, & lampadem perpetuò arsuram juxta eam ad sepulchrum ejus poni: qvod & factum est, &
adhuc claret. Obiit autem in die S. Godehardi Episcopi, & sepultus est juxta summum altare in cho-
ro fratrum Prædicatorum. Annum obitus Burchardi, qvi hic omissus est, discimus ex alte-
ro Chronico Mindensi, qvod Henricus Meibomius primus (3) publicavit: cujus Auctor
150 de eodem Burchardo hæc refert: (4) *Tempore Volqvini tricesimi qvinti * Episcopi floruit Deo &*
hominibus acceptus Frater Borchardus Hyddingk. Iste inter alia miracula qvibus Dominus servum
mirificavit suum, dictum Pontificem excæcatum beneficio oculorum illuminavit: Unde in istius memo-
riam imaginem Virginis benedictæ cum lampade, qvæ super ejus sepulchrum videtur, Præsul dictus or-
dinavit, & patrem ante dictum, sicut in visione acceperat, clero & populo præsente ac vidente de cœme- 74
terio Fratrum ante altare Virginis gloriosæ, ubi pater sanctus crebrô orare consueverat, sine omni cor-
151 *ruptione & fœtore tumulavit, anno Christi* M CC LXXX. *ipso die Godehardi * Episcopi.* Hunc ego
multis argumentis conjicio eundem esse Burchardum, qvi primus monasterium S. Joannis
in

(5) Idem sine dubio est, qvem Herm. Röver. in Catalog. Conf. & Sen. Hamb. vocat Johann von Ossenwerder. Moneo tamen, inter antiqva prænomina Germanica *Anno* etiam seu *Hanno* reperiri.
(6) Is apud Röver. in Catal. Conf. & Sen. Hamb. vocatur, *Berendt van Buxtehude*, & idem sine dubio est cujus mentio infra Num. 333.
(7) Locus singularis.
(8) Nempe 1235.
(9) Vide supra Num. 100. & 101.
(1) Francof. an. 1607. in fol.
(2) Pag. 730. edit. Pistor.
(3) Cum Herman. Leerbecensis Chronico Schouwenb.
(4) Pag. 115. edit. Meibom.

CIↃ CCXXXV in urbe nostrâ inhabitavit. Minimè dubium enim mihi videtur, qvin is, cum aliqvandiu
Hamburgi commoratus esset, & res monasterii sui satis ibi ordinasset, cupidine ulterius pro-
pagandæ religionis Christianæ, & promovendi sui ordinis, aliò se contulerit, & jam
grandævus ab Episcopo Volqvino Mindam vocatus fuerit, ut à confessionibus sibi esset,
ibidemqve non multò post obierit. Hactenus acta anni CIↃ CC XXXV. prosecutus sum.

A. Æ. C. CIↃ CC XXXVI. CIↃ CC XXXVII.
QVod seqvitur biennium, sterile est, si nostrarum rerum spectemus historiam. Etenim
* de anno CIↃ CC XXXVI. altum omninò est silentium: de subseqventi autem CIↃ CC XXXVII. 152
nihil memoriæ proditum reperi, præterqvam qvod (5) *Abelus* Jutiæ Australis Dux, Walde-
mari Regis Danorum filius, uxorem duxit filiam Comitis Adolphi IV. (6) *Mechtildam*, hoc
inprimis fine, (7) ut adversus fratrem Ericum, qvem à patre hæredem regni declaratum
75 dolebat, affinitate prævalidâ se muniret, (8) Ad cujus matrimonii solennitatem, qvæ Sle-
swici celebrata est, Thraciger refert invitatos Senatum populumqve Hamburgensem,
præter cætera ingentis pretii munera, qvæ per legatos suos sponsæ obtulerunt; insuper
ipse etiam Comiti Adolpho donâsse * telonium urbis *Oldeslo*, seu ut antiqvitus vocabatur 153
(9) *Todeslo*, qvod eâ re ab (1) Egbrechto Domino Wolfenbutli ducentis marcis argenti eme-
rat. Fervebat eâ tempestate in Livoniâ adversus Lithuanos & Russos, superstitioni paga-
nicæ addictas gentes, bellum sacrum, Principibus Christianis à Pontifice Romano Grego-
rio IX. sub promissione salutis æternæ commendatum. Huic piæ expeditioni Comes
qvoqve Adolphus nomen dedit; patris nempe æmulaturus devotionem, qvi (2) sub Imp.
Frederico I. in Palæstinâ strenuè militaverat.

A. Æ. C. CIↃ CC XXXVIII
IDeoqve commissa genero Abelo regionum suarum & liberorum curâ, cum delectâ mili-
tum manu & * uxore Heilwige, religiosi itineris unâ suscipiendi avidâ, (3) Livoniam 154
mari petiit anno CIↃ CC XXXVIII. Qvo eodem anno, priusqvam proficisceretur, rogatu Ca-
76 nonicorum Ecclesiæ Hamburgensis, IX. Kal. Augusti diploma Patris sui Adolphi III. de
voluntariâ cessione omnis juris sui in sacellum S. Nicolai à se fundatum, aliaqve nonnul-
la privilegia benignè confirmavit. Qvas qvidem confirmationis tabulas cum (4) superiori
libro inseruerim, superfluum censeo hic repetere. Id tamen moneo, observatu dignum
in iis esse, qvod ipse Adolphus fatetur, *privilegia illa se renovasse, cum assumpto sacro sanctæ Cru-
cis signaculo * in Livoniam peregrè proficisci constituisset*, Crevit inter hæc urbs nostra insigniter, 155
nec mediocrem apud finitimos populos adepta existimationem, seriò deinceps de jacien-
do altioris minusqve vulgaris fortunæ fundamento cœpit cogitare. Qvod qvidem ita
demum optimè fieri posse credidit, si libertatem, qvam, etsi imperfectam, ad felicitates
urbium plurimum posse ipsa jam senserat, conservaret perpetuum, omniqve studio ac viâ
indies augeret: tum autem si domi forisqve firmam sibi pacem ac qvietem procuraret,
& instituto terrâ mariqve cum aliis gentibus negotiationis commercio, ditior evaderet at-
qve potentior. Hinc eodem (5) * anno CIↃ CC XXXVIII. cum (6) *Wortsatis* & *Hadeleriis*, qvi 156
Germanici oceani littus inter Albim & Visurgim habitant, fœdus fecerunt, cujus hæc præ-
77 cipua fuere capita, *ut sibi apud istos populos atqve invicem istis populis apud se, liberum foret merca-
turæ excercitium, tum ne alteri alterorum naufraga bona invaderent, neve alia qvæcunqve bona in-
terdicto judiciali, aut alio ullo ejus generis impedimento detinerent.* Profuit hæc amicitia sæpe
dein-

(5) Albertus Stad. an. 1237. & 1241. Apud eundem ad an. 1239. idem Abelus vocatur *Dux Daciæ*: ubi per Daciam intelligitur regni Danici pars, qva eis sinum Codanum in Germaniæ continenti sita est.

(6) Nomen Saxonicum, qvod variè scribitur *Mathildis*, *Mechtildis*, *Mithildis*. Belgis etiamnunc pronunciatur *Mechtel*, Saxoniæ inferioris incolis corruptè *Metje*.

(7) Pontan. Histor. Dan. l. 6. ad an. 1236. & 1237.

(8) Thracig. in Chron. MSto. Utinam verò is addidisset, unde hoc desumpserit.

(9) Auctor Poematis de vita S. Vicelini. Helmold. & Anonym. ejus Continuat. Danckwert. Chorogr. Slesv. & Holsat. pag. 238. Hermann. Leerbecens. p. 33 edit. Meibom. Alb. Stad. ad an. 1247.

(1) Idem sine dubio est, qvi in diplomate Com. Holsatiæ Adolphi IV. dato ann. 1234. qvod Henr. Meibomius Notis ad Herrmann. Leerbecens. pag 60. inseruit, vocatur *Ecbertus de Wolfenbutle* & Brunoni Præposito Lubecensi atqve aliqvot Comitibus in subscriptione post ponitur.

(2) Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 86.

(3) Albert. Stad. ann. 1238. *Comes Adolphus cum uxore Helwiga Livoniam intravit.* Hermann. Leerbecens. p. 32. edit. Meibom.

(4) Pag. 94. 96.

(5) Thraciger in Chron. Hamb. MSto. Utinam verò is, integras istius Fœderis tabulas in lucem produxisset.

(6) Ab Alb. Stadensi ad an. 1256. vocantur *Worthsati Fresones:* germanicè autem corruptè die Wursten & Wurstfriesen.

deinceps Hamburgensibus, qvi, ut posthac narrabitur, (1) ad tuendum Albis ostium & in-
sulam (2) *Novi operis*, vix ullos habuere fideliores socios.

157 Annus jam agebatur CIↃ CC XXXIX. cum * Comes Adolphus, qvi in Livoniâ militiam sa- A. Æ. C.
cram integrum ferè annum secutus erat, re benè ac feliciter gestâ cum uxore domum CIↃCCXXXIX
rediit. Mox convocatis suarum regionum primoribus coram (3) genero Abelo ac tribus
filiis Joanne, Gerardo & Ludero, *qvid (4) olim in prælio Bornhövedensi Deo vovisset*, exposuit:
paratum se nunc voto solvendo, & plenum vanitatis mundanæ nausiâ, in tranqvillitatis religiosæ portum
confugere decrevisse. Assumeret ergo Abelus, qvo deceret generum animo, filiorum & regionum sua-
rum tutelam; filii autem, siqvando ipsi per se gubernaturi essent, paterni avitiqve exempli memores, 78
158 *pietatem Deum erga, erga homines justitiam * benigtatem, inter se concordiam fraternæ necessitudini*
congruam colerent. Ceterum judicaret pro lubitu de proposito suo posteritas, se interim contentum ac-
qvietum fore, qvod Deo id minimè displicere, sibi verò plurimum conducere seriò crederet. Non de-
fuere, qvi dissuaderent propositum, pars qvidem simulatè, ut qvi Duci Abelo faverent, &
ex filiorum Adolphi juventute omnium rerum licentiam sibi promitterent; alii autem
ex animo, qvod periculosum censerent Ducis Abeli tutelam, tam ob metum minus sin-
ceræ administrationis, qvam (5) inimicitiam ipsius cum fratre Erico, qvæ brevi in perni-
159 ciosissimum bellum eruptura videbatur. * Sed prævaluit apud Adolphum devotionis
obligatio, qvippe qvi pro maximo haberet piaculo, qvalicunqve humani prætextus specie
à fide Deo semel datâ recedere. Itaqve ejuratâ omni priori magnificentiâ & splendore,
(6) die XIII. Augusti, qvì *S. Hippolyto* sacer erat, vestem Franciscanorum induit, & promissa
solenniter monasticæ vitæ obedientiâ, in monasterium S. Mariæ Magdalenæ, qvod ipse
(7) olim in nostrâ urbe fundaverat, prò monacho fuit receptus. Qvo facto Dux Abelus
tutelam statim suscepit; Hamburgenses autem jam pridem soliciti, ne qvid mutato Princi- 79
pe mutata regiminis facies sibi apportaret mali, unicè omnibusqve viribus in eam curam
160 * incubuerunt, ut privilegium Imp. Friderici I. à Comite *Joanne*, qvi respectu Primoge-
nituræ fratribus antecellebat, qvamprimum confirmaretur. Qvod & facilè impetrarunt,
cum Dux Abelus, qvi tutorio nomine omnia administrabat optimè nosset, Hamburgenses
olim Adolpho IV. contra Danos armis atqve pecuniâ egregiè subvenisse, ideoqve eos be-
neficio hoc obstringendos esse, ut, si qvando opus foret, æqvè amicos se præberent. Ex-
tat etiamnunc diploma (8) istius confirmationis, datum die XVI. Augusti ejusdem anni
CIↃ CC XXXIX, qvod cum hactenus lucem non viderit, & historiam illorum temporum non
161 parum illustrare possit, * exceptis Privilegii Imp. Friderici I. verbis, integrum hic inseram.

Joannes Dei Gratiâ Stormariæ, Wagariæ, Holtzatiæ Comes, cum suis (9) fratribus, omnibus præ-
sens scriptum visuris in Domino salutem. (1) Innotescimus tam præsentibus, qvam futuris, qvod nos il-
lam gratiam & libertatem, qvam gloriosus Princeps Dominus noster Fridericus Romanorum Imperator
ad petitionem (2) avi nostri dilecti Comitis Adolphi de Schouwenborch Civibus nostris de Hamborch suo
privilegio liberaliter contulit & donavit, & (3) postmodum idem avus noster ipsa jura sua prædictis nostris 80
162 *hominibus dedit & constituit; & * posthac dilectus Pater noster Adolphus Comes Holtzatiæ & de*

(D) *Schou-*

(1) Extant ea de re peculiares tabulæ datæ anno 1316. & 1399. qvarum prioribus hoc principium est: *Nos judices, Consules & Universitas terræ Wortsatiæ recognoscimus &c.* Integras vide in Appendice Apologiæ Reip. Hamb. contra Duces Brunf. & Luneb. Lit. E. Item in Farragine de Rebuspubl. Hanseaticis Part. 3. c. 20. pag. 590. & 595.

(2) In jam citatis Warsatorum tabulis appellatur insula hæc *Nova Ocht*. In diplomate autem Pontif. Bonifacii VIII. dato anno 1296. qvod extat in jam citatæ Apolog. App. Lit. F. & Rerumpubl. Hanseat. Part. 3. c. 20. vocatur *Nigeo* & *Nigebberck*. Ubi pro *Nigeo* scribendum censeo *dat niege* vel *niebbe Oge*, h. e. novus Oculus. Nam ut cœli stellæ, sic maris oculi censentur insulæ. Testantur hoc insularum inter lacum Flevum & Albim Germaniæ objacentium nomina, *Schiermonnickoge, Rottumoge, Ninorderoge, Langeroge, Wangeroge, Spickeroge*, qvæ videre est in tabulis Geographicis & apud Cluver. Germ. Antiq. l. 3. c. 23. Ad eundem igitur modum insulam Ostio Albis objacentem, qvæ nunc dicitur *dat niebbe* vel *neiebberck*, olim appellatum existimo *dat Neieoge*, & variante dialecto *dat Niebbe-Oge*.

(3) Vide supra acta ann. 1237. N. 152.

(4) Vid. acta an 1227. Num. 84.

(5) Vid. supra N. 152.

(6) Errat Alb. Crantzius Saxon. l. 8. c. 7. ut & Thraciger, qvi auctoritatem ejus & fidem in Chron. Hamb. MSto. secutus est, dum Adolphum scribunt anno 1240. in monasterium se recepisse. Refelluntur enim auctoritate Alberti Abbat. Stad. qvi illis temporibus floruit & disertis verbis testatur, an. 1239. id contigisse. Corrigendum etiam est Hermann. Leerbecensis Chronicon ubi perperam legitur anno 1238.

(7) Vide supra Num. 98.

(8) Meminit hujus diplomatis etiam Andr. Angelus in Chron. Holsat. l. 1. c. 24.

(9) Nempe Gerardo & Ludero, qvorum mentio. apud Alb. Stad. ad an. 1239.

(1) *Innotescere* barbarè pro *notificare*: qvod verbum eâ significatione apud Ovid. & A Gell. legitur.

(2) Adolphi III. Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 83.

(3) Innuitur his verbis Confirmatio privilegii Imp. Friderici per Adolphum III. qvam vide supra integram in actis anni 1225. Num. 12.

CIↃCCXXXIX *Schouwenborch omnem gratiam eis à prædictis collatam liberè* (1) *confirmavit. Nos verò omnia præ-*
fata, secundum qvod eis privilegiis sunt collata, duximus in perpetuum sæpè dictis nostratibus confirma-
re. Tali autem forma & ordinatione, qvod &c. [omissa hic est repetitio privilegii Imp. Fride-
rici I. ut superflua] *Ut igitur omnia prædicta in perpetuum robur obtineant firmitatis, præsentem*
paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem sunt hi, Dominus (2) *Gerardus Episco-*
pus Bremensis, Dominus (3) *Abel Dux* (4) *Jutiæ,* (5) *Henricus* * *de Barmstede,* (6) *Godescalcus Præfectus,* 163
Marquardus dictus (7) *Faber,* (8) *Siricus de Prato, milites. Et Consules Hamburgenses,* (9) *Heleber-*
81 *nus Tiderus, Vredewerdus, Helperadus, laici, & alii quam plures. Datum anno Incarnationis Domini*
MCCXXXIX. XVII. *Kal. Septembris.* (1) Eodem anno etiam Otto Dux Luneburgi & Bruno-
vici condonavit civitati Hamburgensi, qvicqvid in eam juris & imperii cum ipse, tum ma-
jores ejus se habere crediderant, qvod (2) olim Dux Henricus Leo armis eam occupasset,
& jure belli aliqvamdiu tenuisset.

A. Æ. C. CIↃCCXL. QVid seqventi CIↃCCXL. anno apud nos actum sit, non constat: id verò * certissimum 164
est, *Thracigerum* errare, dum hoc anno Adolphum refert monasterium Franciscano-
rum intrâsse. Refellitur enim auctoritate Alberti Abbatis Stadensis, Scriptoris illorum,
temporum æqvalis, ideoqve omni exceptione majoris, qvi superiori anno id contigisse (3)
clarissimè testatur.

A. Æ. C. CIↃCCXLI. SUccedit nunc annus CIↃCCXLI. illustris primo fœdere Hamburgensium cum Lubecen-
sibus; cujus argumentum fuisse traditur, *ut Hamburgenses publicas vias inter Travam flu-*
vium & urbem suam à prædonibus, inde autem usqve ad oceanum à piratis Albim defenderent: Lube-
*censes dimidium solverent sumptuum, qvi in * eam rem erogarentur: si qva ad benè ordinandam utram-* 165
qve Remp. necessaria viderentur, in commune consulerent; simul & libertatis suæ atqve privilegiorum
82 *conservationem conjunctis viribus tuerentur.* Affirmat Thraciger suo adhuc ævo tabulas ejus
fœderis integras extitisse: qvas utinam in lucem protulisset, multa certè posteritati pro-
futura inde erui potuissent, qvæ sine iis æternum obliterata permanebunt. * Interim il- 166
lud notandum videtur, ut sciant homines, qvanti intersit eas tabulas indagari, qvicqvid
posthac unanimi consensu & communi nomine ab utraqve civitate in administrandâ Re-
publicâ prudenter, in defendendâ libertate fortiter, in gerendis bellis animosè, in tuendâ
negotiatione solerter gestum est, id omne jam memorato hujus anni fœderi, tanqvam vali-
dissimæ constantissimæqve societatis primo fundamento, originem suam & incrementum
& gloriam debere. Profectò contemplanti mihi inde * ab illo tempore usqve ad nostram 167
memoriam instituta & res gestas duarum illarum urbium, videre mihi videor renatas in
Germania *Athenas* & *Lacedæmonem*: (4) Qvarum si ætatem & genium, & consilia, & reli-
qvam vivendi rationem probè consideremus, *Lubeca* huic, illis *Hamburgum* summo jure
comparabitur. Ambæ autem hoc commune habent, qvod veterum illarum Rerump. in-
star, adversus potentissimos Reges ac Principes pro libertatis ac negotiationis conserva-
83 tione, tam proprio Marte & seorsum qvam duces confœderatarum Urbium & populorum,
ope

(1) Hanc confirmationem Adolphi IV. vid. supra Num. 48. 49.

(2) Hinc apparet Archiepiscopum Gerardum præsentem fuisse cum Comes Adolphus Hamburgi monasterium intraret.

(3) Vide supra Num. 152 & 157.

(4) *Jutia* dicitur hic ea pars Regni Danici, qvæ cis sinum Codanum in Cimbrica Chersoneso sita est. Pertingebat ea olimusqve ad munimentum seu vallum Danorum vulgo dictum *Denewerck* qvo Juti à Saxonibus, separabantur. Comprehendebat ergo tunc Jutia Ducatum qvoqve Slesvicensem, qvi *Jutia australis* vocabatur, & hoc loco intelligitur. Vid. supra N. 152. & infra N. 323. Idqvoqve adjiciendum videtur cum *Jutis* Cimbricæ Chersonesi incolis non confundendos esse incolas insulæ Godlandiæ, qvi in antiqvis tabulis Ducis Henrici Leonis anno 1163. datis *Gutenses* appellantur. Vide infra N. 486. 487.

(5) Idem est cujus mentio fit supra in diplomate Adolphi IV. Num. 49. Familia hæc nobilium *de Barmstede* in Angeli Chron. Hols. omissa est.

(6) Vide supra N. 49.

(7) Locus singularis de nobili familia *Fabrorum*, germ. der Schmidten/ qvæ in enumeratione nobilium familiarum Holsatiæ ab Angelo in Chron. Holf. & aliis silentio prætermissa est.

(8) Hunc Andr Angel. in Chron. Holf. l. 1. c. 24. vocat *Sigfridum de Prato,* Thraciger autem Ericum. Plura de hac nobili familia vide supra Num. 49.

(9) Nomen hoc varie scribitur: nempe infra in diplomate Præpositi Brunonis Num. 187. *Halneberaus:* in diplomate Com. Holf. infra Num. 475. *Hellingborius:* in Catalogo Roveri MSto *Hellingsbern vam Rokesberge.*

(1) Thracig. Chron. Hamb. MS.

(2) Vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 86.

(3) Verba ejus hæc sunt: *Ao. 1239. Comes Adolfus de Schouwenburg se reddidit ad Minores fratres in Hamburg sabbato die Hippolyti.*

(4) Atheniensium & Lacedæmoniorum Respublicas præ cæteris accuratè descripserunt Xenophon, Carolus Sigonius, Nicolaus Cragius & Ubbo Emmius. His addendæ sunt Plutarchi opuscula duo qvorum tituli, Instituta Laconica, & Bellone an pace clariores fuerint Athenienses. Qvi sapit, facili inde eruet explicationem hujus loci.

168 ope auxiliarum copiarum terrâ mariqve multa gravissima * bella feliciter & gloriosè gesserint. Unde lubens (1) eorum seqvor sententiam, qvi primum illud Lubecensium & Hamburgensium fœdus, qvod anno CIↃ CC XLI. percussum est, originem censent celeberrimæ Societatis, qvæ peculiari & vernaculo nomine (2) *Hansa Teutonica* appellatur. Verosimillimum enim est, cum Lubeca & Hamburgum beneficio primi fœderis mercaturam liberè & securè exercerent, & incremento negotiationis indies majores vires ac claritudinem acqvirerent, petiisse vicinas Vandalicas & Saxoniæ inferioris urbes, ut certis legibus in
169 eandem reciperentur societatem, iisdemqve fruerentur securitatis * commodis. Aucto ad hunc modum confœderatarum Urbium numero, & cum numero auctoritate & potentiâ, non dubium est, qvin & complures aliæ remotiores, & extra Imperium qvoqve Germanicum sitæ civitates, desideratam utilitatis suæ causâ communionem fœderis impetraverint. Lubecensibus interim & Hamburgensibus, tanqvam fundatoribus utilissimæ societatis, is honos relictus est, ut in legationibus, aliisqve rebus communi nomine agendis, aliqvam dignitatis prærogativam obtinerent. Cujus rei multa deinceps exempla occurrent, qvæ fide dignis monumentis antiqvis confirmabuntur. Cæterum qvod ad di- 84
170 visionem * societatis jam florentis in qvatuor *Diœceses*, totidemqve (3) *Metropoles*, respectu situs electas, attinet, ea multò est recentior, ut alias, ubi Historiæ ordo reqviret, docebitur. Id tamen in præsentia adjiciendum videtur, nodum, qvod ajunt, in scirpo qværere, qvi novandi animo & subtilitatis ingenii ostentandæ causâ de antiqvâ & genuinâ istius societatis appellatione ambigunt. Nam si id tantum concedatur, qvod necessariò concedendum esse naturalis ratio dictitat, cuiqve de nomine suo maxime (4) credi oportere, tum sanè omnis omninò sublata est dubitandi ratio. Etenim civitates illæ confœderatæ
171 in antiqvissimis diplomatibus * suis constantissimè societatem suam appellant (5) *Hansam Teutonicam:* itidemqve â Regibus & Principibus illorum temporum *Civitates Hansæ Teutonicæ* nuncupantur. Jam verò qvod Hansâ societatem, fœdus & collegium significat, clarissimè apparet ex (6) Privilegio ab Angliæ Rege *Henrico III.* Hamburgensibus anno CIↃ CCLXVI. concesso, ubi primam vocabuli *Hansæ* mentionem reperi his verbis: *Concedimus mercatoribus de Hamborch pro nobis & heredibus nostris, qvod ipsi habeant HANSAM suam* [hoc est, ut ego interpretor, societatem & collegium] *per seipsos per totum regnum in perpetuum.* Simili sensu 85
172 passim in antiqvis monumentis * occurrunt hæ formulæ, *Hansâ ejicere* pro societatis jure seu communione fœderis aut collegii privare; & *in Hansam recipere* pro communionem fœderis vel societatis impertiri. Eademqve significatione etiamnum in usu est Germanicum verbum *hansen* pro societati alicui certis solemnibusqve ceremoniis ac conceptis verbis se addicere. Itaqve *Hansa Teutonica* rectè vertitur **die Teutsche Hanse**/ hoc est, fœdus vel societas Germanicarum Urbium. Jam si ad verbum vertendum sit *Civitates Hansæ Teutonicæ,* dicendum erit **die Stâdte der Teutschen Hanse**; si autem Germanicæ linguæ Idiotismus
173 in vertendo sit observandus, more Germanorum * unum ex duobus nominibus substantivis componendum erit vocabulum, ita ut genitivus abjecto articulo præponatur, & pro **die Stâdte der Teutschen Hanse** dicatur **die Teutsche Hanse-Stâdte**. Valeant igitur cum nugamentis suis ac somniis, qvi, scisso in duas partes veteri & genuino *Hansæ* vocabulo, monstrosa & absurda finxere nomina (7) **die Hain: Hansee/ Sehe und Ansehe oder am Sehestâtte**: qvæ doleo ipsis etiam Imperii Constitutionibus alisqve instrumentis publicis vel 86
imperitiâ, vel novandi cupidine scribas inseruisse. Et hæc qvidem per occasionem primi
174 fœderis Hamburgensium cum Lubecensibus de origine *Hansæ Teutonicæ* in præsens dictâ * sufficiant. Venio nunc ad alia, qvæ eodem anno CIↃ CC XLI. contigerunt. Biennium & duos ferè menses in monasterio *S. Mariæ Magdalenæ* vixerat Adolphus, cum solemnis Hamburgi actus est conventus, cui interfuere Gerardus Archiepiscopus Bremensis, Abelus Jutiæ Dux & Legati Alberti Ducis Saxoniæ. (8) Deposuit tum VI. Idus Novembris, die S. Wil-

(D) 2

(1) Inter qvos Danckwert. Chorograph. Slesf. & Holsat. pag. 217.

(2) **Die Teutsche Hanse.** Locus singularis de Origine Hansæ Teutonicæ.

(3) Illæ sunt: *Lubeca, Colonia Agrippina*, *Brunsvicum* & *Gedanum* seu *Dantiscum.*

(4) Si fraus absit & imperitia.

(5) Vide antiqva privilegia MSta Hansæ Teutonicæ in Anglia olim concessa: & Recessum sive Compositionem Trajectensem anno 1474. inter Angliæ Regem Edwardum & Civitates Hansæ Teutonicæ factam, cujus hoc est principium: *Nos Proconsules & Consules totius Consulatus & communitatis Imperialis civitatis Lubecensis cæterarumq; Civitatum, Burgorum, Communium, Oppidorum, Villarum & locorum totius Hansæ Teutonicæ oratores & nuncii &c.*

(6) Extat infra integrum in actis an. 1266. N. 394. 395.

(7) Vid. Wehneri Practicas observationes Lit. H. & Anonymi Dissertat. de nomine Hansæ, præfixam tertiæ Parti ineptæ farraginis de Rebusp. Hanseaticis. Vid. & Danckwert. Chorogr. Slesf. & Holsf. p. 218.

(8) Alb. Stad. ad an. 1241.

A. Æ. C. CIↃ CC XLI. Wilhado sacrâ, Dux Abelus coram Archiepiscopo Bremensi tutelam filiorum Adolphi, ex
Comite monachi, qvam usqve ad illum diem administraverat. Sed utrum is sponte suâ
ob imminens bellum à fratre Erico, qvi Patri Waldemaro, v. Kal. Aprilis mortuo, successe-
rat, ante tempus renunciaverit * tutelæ, an ex pacto singulari, velut suspectus, tutelam Ar- 175
chiepiscopo Gerardo cesserit, eâ de re non satis mihi liqvet. Magis tamen, ut priorem
causam arbitrer veram, inclinat animus; qvia Albertus Abbas Stadensis in earum rerum
narratione verbo *renunciare* utitur: *Anno*, inqvit, CIↃ CC XLI. *Abel Dux Jutiæ renunciavit in Ham-*
87 *borch tuitioni puerorum fratris Adolphi, cujus filiam nomine Mechtildam, qvæ postea duxit Ducem Sve-*
ciæ, habuit in uxorem, die Wilhadi [hoc est, VI. Idus Novembris ut testatur S. Anscharius in
(1) vita S. Wilhadi capite ultimo] *præsente Archiepiscopo Bremensi Gerardo.* Exinde igitur Ar-
chiepiscopus Gerardus tutelam filiorum * suscepit, utpote in cujus manus eam Dux Abe- 176
lus deposuisset. (2) Biduo post hæc, nempe IV. Idus Novembris intravit urbem Comes
Joannes natu maximus Adolphi IV. filius, (3) duodecim circiter annorum juvenis, qvi post
abdicationem Patris in aulâ tutoris Abeli vixerat. Exceptus is est, ut par erat, ingenti fa-
vore Senatus populiqve Hamburgensis & Ecclesiastici ordinis, cum plausibus clamoribus-
qve, & qvibus aliis effusa lætitia vulgi significatur. Non multo post majus qvoqve sub-
secutum est gaudium, ubi percrebuit transactum cum Legatis Ducis Saxoniæ Alberti II.
filiamqve ejus (4) *Elizabetam* adhuc immaturam Comiti Jaonni * consensu Archiepisco- 177
pi Gerardi & Ducis Abeli ritè desponsam esse. Libet nunc eâ de re ipsa Alberti Staden-
sis verba subjicere: *Anno* CIↃ CC XLI. *Joannes Comes, Fratris Adolphi filius*, IV. *Idus Novembris in*
Hamborch cum maximo Cleri & populorum tripudio est receptus, cui etiam eodem tempore filia Ducis
88 *Saxoniæ* [Alberti; ut apparet ex (5) Anonymi Annalibus Sclavicis] *adhuc puellula in Conjugem*
est promissa.

A. Æ. C. CIↃ CC XLII. His gestis, cum Archiepiscopus Gerardus Bremam, Legati aulam sui Principis, Dux A-
belus Slesvicum repetiissent, cœpit annus CIↃ CC XLII. qvo nihil memoratu dignum
contigit. Nam qvod in actis hujus anni (6) *Thraciger*, & * Thracigeri authoritate dece- 178
ptus *Cyriacus Spangenbergius* in (7) Chronico Schouwenburgensi, aliiqve ejus generis trans-
scriptores referunt de bello Erici Regis Daniæ cum Comitibus Holsatiæ & Gerardo Archi-
episcopo Bremensi, id non hoc anno contigit, sed pertinet ad annum CIↃ CC L. ut Alberti
Stadensis testimonio ibi demonstrabitur. Æqvè falsum est, qvod (8) *Joannes Isacius Pont-a-*
nus & (9) *Joannes Meursius* in Historia rerum Danicarum referunt, *Comites Joannem & Gerar-*
A. Æ. C. *dum hoc anno Lutetiâ domum reversos*, cum certo constet, qvadriennio demum post hoc conti-
CIↃ CC XLIII gisse. Silentio igitur hic annus prætereundus est: ut & seqvens CIↃ CC XLIII. qvi * æqve 179
obscurus est & rerum narrandarum indigus.

A. Æ. C. CIↃ CC XLIV. Successit annus CIↃ CC XLIV. cujus primo vere Comites Joannes & Gerardus suasu & auspi-
ciis Gerardi Archiepiscopi Bremensis Lutetiam Parisiorum, (1) qvæ tum inter occiden-
89 tales Scholas respectu ætatis & fundatoris Caroli M. præcipuum locum obtinebat, ad ca-
piendum ingenii cultum profecti sunt. Id enim colligitur ex Alberto Stadensi, qvi eos
(2) refert anno CIↃ CC XLVI. & qvidem die XI. Octobris Hamburgum rediisse, *cum plusqvam*
duos annos Parisiis stetissent. Eundem annum CIↃ CC XLIV. insignis Adolphi IV. pietas illustrem
reddidit. Latitaverat is hactenus in monasterio inter fratres, * qvos vocant *laicos*: o- 180
mnis expers Ecclesiasticæ dignitatis, ut qvi ob anteactam vitam militarem sine speciali
Pontificis Romani indulgentiâ ad sacros ordines & sacerdotale munus non posset aspira-
re. Itaqve ab antistite monasterii veniam petiit eundi Romam: qvâ impetratâ, conti-
nuò properavit ad Pontificem *Innocentium* IV. cui respectu generis & pristini status ad oscu-
lationem pedum haud gravatim admittenti, adventus causam piumqve desiderium expo-
suit

(1) Cap. 21. edit. Colon. an. 1642.
(2) Albert Stad. ad an. 1241.
(3) Nam anno 1246. ubi die 11. Octobris Lutetia Hamburgum reversus est, juvenis fuit annorum sedecim, ut testatur Albert. Stadensis.
(4) Albert. Stad. ad an. 1252. & Auctor Adolpheidos seu Hist. Com. Schouwenb. cap. 13.
(5) Pag. 288. edit. Erpoldi Lindenbrogii.
(6) Thracig. Chron. MSto. Hamb. ad an. 1242.
(7) Libr. 2. c. 1.
(8) Histor. Dan. l. 2. ad ann. 1242.
(9) Histor. Dan. l. 2. ad ann. 1242.

(1) Hermann. Conring. Dissert. de Antiqvitatibus Academicis.
(2) Ad ann. 1246. Ergo corrigendus est Crantzius, qvi Saxon. lib. 8. c. 7. refert, Comites Joannem & Gerardum jam eo tempore, cum Pater eorum Adolphus monasterium ingressus est, hoc est, ut ille perpetuum statuit an. 1240. Lutetiæ Parisiorum fuisse, atqve ibi studiis literarum inserviisse. Vide infra ea de re plura in dissertatione adversus Thracigerum; Pontanum & Meursium, qvi Crantzii auctoritate decepti sunt. N. 196. 197. 198. & deinceps.
(3) Alb. Stad. ab an. 1244. Crantz. Saxon. l. 8. cap. 7.

fuit. Is rarisſimum ſanctitatis exemplum miratus, benignâ conſolatione animum præte- A. Æ. C. CIↃCCXLIV.
ritæ vitæ conſcientiâ afflictum erexit, & ſpe veniæ factâ, plenam abſolvendi indulgendi-
181 qve * poteſtatem *Ottoni* S. Nicolai in carcere Tulliano Diacono Cardinali demandavit. Hic
porrò curam ejus negotii commiſit *Reinardo & Gerardo Pœnitentiariis ſedis Apoſtolicæ*, qvi au- 90
ditâ confeſſione Adolphi & accuratè examinatâ, omnibus peccatis abſolutum dimiſerunt,
& conceſſam promotionis ad ſacros ordines majores licentiam ſingulari hoc (1) diplomate
declararunt:

*Univerſis præſentes literas inſpecturis Frater Reinardus & Frater Gerardus Domini Papæ pœni-
tentiarii, ſalutem in Domino. Noveritis, qvod nos, auditâ confeſſione Fratris Adolphi, ordinis Mino-*
182 *rum fratrum, præſentium portitoris, * eidem ſuper omnibus articulis, pro qvibus duxerat ad ſedem Apo-
ſtolicam laborandum, & de ſimilibus ſive minoribus, ſi qvot in oblivionem deduxit, de ſpeciali mandato
venerabilis patris noſtri, Ottonis, S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, cui Dominus Papa
plenariam ſuper hoc conceſſerat poteſtatem, beneficium abſolutionis impendimus, & ut ad omnes ſacros
ordines promoveri valeat, diſpenſavimus cum eodem, injunctâ ſibi pœnitentiâ ſalutari. Datum Later.
x. Kalend. Maji, Pontificatus Domini Innocentii Papæ IV. anno primo.*

183 Hoc lætus diplomate, reviſit Adolphus * ſummum Pontificem, qvi ſponte currenti
calcar addens religioſi honoris, *Subdiaconum* ipſe (2) ſua manu creavit, & ad monaſterium
ſuum reverti geſtientem, plusqvam paternâ ſolicitudine & curâ à ſe dimiſit. Anonymus 91
Helmoldi Continuator ſubjungit, *Adolphum in reditu ad S. Franciſcum ordinis Fratrum Minorum
fundatorem divertiſſe, & benignè exceptum, plurimum inde ſolatii reportaſſe.* Qvod ſanè falſiſſi-
mum eſt, cum certò conſtet, S. Franciſcum (3) anno CIↃCCXXVI. & qvidem IV. Nonas Octo-
bris obiiſſe. Hoc ideo moneo, ne qvis auctoritate ejus Chronici deceptus, S. Franci-
184 ſcum eâ tempeſtate adhuc vixiſſe exiſtimet. Etenim (4) rediit * Adolphus ex Italia ſub
finem anni CIↃCCXLIV. eodemqve adhuc anno à Joanne Epiſcopo Boſnenſi *Diaconus*,
Presbyter autem à Joanne Epiſcopo Lubecenſi XIII. Kal. Januarii ordinatus eſt. Promo-
tus igitur, ut dudum optaverat, ad ſacerdotalem dignitatem, rectâ (5) *Zuentinam* ſeu (6)
Sventinefeldt petiit, qvi locus in Holſatiæ Wagriæqve confinio ſitus, templo à S. Vicelino
exſtructo, & fratrum Minorum ſolitariâ habitatione tum erat venerabilis: poſtea autem
vulgari & magis noto nomine *Bornhövet* cœpit appellari. Ibi *primum* Deo ſacrificium Miſ-
ſæ offerre placuit, ut qvo loco (7) olim præſenti numinis divini ope clariſſimam à Danis
185 reportaſſet victoriam, * eundem ſacerdotii ſui rudimento & ſolenni gratiarum actione
inſigniret.

POſt aliqvantò Hamburgum reverſus eſt, ubi anno CIↃCCXLV. & qvidem die XII. Mart. 92
qvi S. Gregorio Magno ſacer erat, in templo S. Mariæ Magdalenæ à ſe olim ædificato, A. Æ. C.
ſecundam Miſſam maximâ devotione & humilitate celebravit: Præferendum enim hic eſt (8) CIↃCCXLV.
Alberti Stadenſis, coætanei Scriptoris, teſtimonium Hermanno Leerbecenſi, Anonymo
Continuatori Helmoldi, Thracigero & aliis recentioribus Authoribus, qvi, omiſsâ men-
tione ſacrificii (9) *Sventinæ* facti, primam Miſſam Hamburgi celebratam falsò referunt. Cæ-
186 terum ut incolumis * ſui reditus & impetrati ſacerdotii perpetuum inter homines monu-
mentum, ſimul & ergâ Deum perennaturum gratitudinis exemplum Hamburgi relinqve-
ret, donavit Adolphus cum conſenſu filiorum ſuorum Eccleſiæ Cathedrali decimas regio-
nis Aldenburgenſis in Wagria, qvas in ornatum & amplificationem templi, veſtesqve &
vaſa ſacra & fundationem duarum vel plurium (1) *præbendarum* impendi voluit: &, ne un-
qvam decimæ iſtæ in alios uſus verterentur, curavit voluntatem ſuam & donationis in-

(D) 3 ten-

(1) Extat apud Alb. Stad. in actis hujus anni: & Herm. Leerbec. p. 32, edit. Meibom. & Alb. Crantz. Wandal. l. 7. c. 24.
(2) Anonym. Helmold. Continuat.
(3) Anonym. Annal. ab Erp. Lindenbr. edit. p. 287. Anonym. Auctor Compilationis Chronol. à Piſtorio editus: Paul. Langius in Chron. Citizenſi. Trithem. Auctor Magni Chron. Belgici. Matthæus Palmerius Florenc. & alii complures, Vide & Crantz. Saxon. l. 8. c. 7.
(4) Alb. Stad. Anonym. Annal. Sclav. Anonym. Helmold. Continuat. At apud Hermann. Leerbec. pro CIↃCCXLIV. perperam legitur CIↃCCL.
(5) Alb. Stad. ad an. 1244.
(6) Vide ſupra Num. 77.
(7) Vid. acta ann. 1227.
(8) Vide ipſum ad an. 1244. Illius auctoritatem ſeqvitur etiam Crantzius, qvi Saxon. l. 8. c. 7. eam rem narrat his verbis: *Sacris deinde ordinibus per ſua tempora aliis ſuſceptis primum altaris miniſterium* (Adolphus) *peregit in humillimâ capella qvam in profundiſſimo ſaltu* (Bornhovet hic intelligitur) *fratres habuere. Deinde publicè Hamburgi in Conventu fratrum ſuorum miſſam cunctis collachrymantibus peregit.* Idem auctor multo etiam clarius hoc teſtatur Wandaliæ l. 7. c. 24. ubi ait *Adolphum primam miſſam peregiſſe in Zuentinâ, loco valde ſolitario, & fratrum Minorum eremitorio.*
(9) h. e. in pago Bornhovet ubi, ut Alb. Stad. loqvitur, *fratrum Minorum erat eremitorium.*
(1) De hac voce vid. Voſſ. de Gloſſem. lib. 3. c. 37.

CIↃ CC XLV. tentionem in publici instrumenti formam redigi & Comitum, Capituli atqve Senatus
93 Hamburgensis testimonio & sigillis * communiri. Seqvuntur jam ipsæ (1) tabulæ, qvas il- 187
lustrandæ Historiæ illorum temporum gratiâ integrè inserendas censeo.

Bruno Dei gratiâ Præpositus (2) Alardus Decanus, totumqve Hamburgense Capitulum, omnibus hanc literam inspecturis notum esse cupimus, qvod de decimâ percepta de terra Oldenborch, qvam (3) frater Adolphus de (4) puerorum suorum consensu, (5) Hamburgensis Ecclesiæ assignavit, dispositum est hoc modo: cum centum (6) marcis denariorum (7) Dormitorium & (8) Ambitus incheabitur; de reliqvâ pe-
94 *cunia ementur possessiones, de qvarum proventibus dictum Dormitorium & Ambitus consummentur.*
*Qvibus perfectis, calix festivus cum præparamentis bonis, (9) * casulâ, dalmaticâ, & subtili cappâ, pallâ* 188
*altaris & duobus thuribilis argenteis, cum qvibus ad (1) majus altare in præcipuis solennitatibus ministretur, ad usus ipsius Ecclesiæ comparentur. Deinde fiant de ipsis proventibus duæ prabendæ, vel plures qvot fieri possunt; hac adhibita consideratione, qvod qvælibet prabendarum istarum circa triginta marcas denariorum valeat annuatim, & sic octo prabendis majoribus coæqventur. Has prabendas unus ex hæredibus puerorum Comitis Adolphi, qui tunc fuerit Dominus civitatis, vel senior, si plures hæredes fuerint, conferendi potestatem liberam retinebit. Testes hujus rei Bruno præpositus, * Alardus De-* 189
canus, Manegoldus, Bertholdus, Joannes Scholasticus, Joannes Frodoldi, Joannes Tideri filius, Sifridus custos, Canonici Hamburgenses: Georgius Advocatus, Gernandus (2) de Stachen, Henricus (3) de Ham-
95 *me milites: (4) Halnebernus, (5) Henricus de Boycenborch, Consules & Burgenses. Ne ergo tanta pietatis factum in dubium successu temporis valeat revocari, Ecclesiæ nostræ & dictorum puerorum Comitum Holsatiæ sigillis præsens est litera sigillata. Actum in Hamborch anno gratiæ millesimo ducentesimo quadragesimo qvinto.*

Dum ad hunc modum totus in sacris * est Adolphus, tempestivum Erico Daniæ Re- 190
gi visum est, qvicqvid (6) olim Regno Danico captivitate Patris Waldemari detractum esset, per occasionem absentiæ Comitum Joannis & Gerardi, velut postliminio ad se retrahere.

Itaqve

(1) Extat in Append. Remonstrat. Dan. Lit. HH.
(2) Vide supra Num 138.
(3) h. e. Adolphus ex Comite Monachus.
(4) h. e. filiorum *Joannis, Gerardi & Luderi.* Vide sup. Num. 157.
(5) *Hamb. Ecclesia* pro Basilicæ cathed. B. Virg. Mariæ.
(6) *Marca denariorum* hic videtur esse, qvæ in antiqvis tabulis vernaculâ linguâ conscriptis appellatur eine Marck Penninge. Diversa ab hac erat, qvæ vocabatur eine Marck Geldes/ qvippe qvæ qvindecim constaret marcis denariorum. Id enim apparet ex antiqvis tabulis testamentariis anno 1450. in urbe nostra conscriptis, in qvarum authentico exemplari MSto. qvod penes me est, hæc verba leguntur: *Vortmeer gebe ik to sunte Johanse to dem Bubbe teyn Marck Geldes, Festeyn Marck bor ene, mit sodanen Bescheide, dat de Vorstendere der sulben Kerken scholen minem Broder Peter alle Jare geben teyn Marck Penninge to Rente de Tyd sines Lebendes.* De marcis denariorum extat etiam singularis locus in diplomate hactenus nondum edito, qvo *Thitlebus de Bistecse* Novo monasterio qvasdam possessiones anno 1298. vendidit. Vide illud integrum in Mantissa veterum diplomatum. Idem in diplomate *Godescalci* Præfecti Holsatiæ dat. an. 1245. qvod ibidem extat Num. 492.
(7) Vide supra Num. 108.
(8) Per *Ambitum*, germ. der Umgang/ significatur hic porticus Basilicæ Cathedralis, per qvam olim antiqvo more Ecclesiæ Catholicæ processiones sacræ fiebant Cinguntur ea porticu sive *ambitu* duo latera istius areæ, qvæ ab asylia, qvam olim eò confugientibus præstitit der Friedhof appellatur. Reliqva duo ejus areæ, latera clauduntur ipsa Basilica & *sacello S. Annæ*, qvod vulgo nunc appellatur das neue Gebäu. Cæterum tam *ambitus* ille, cujus in his tabulis mentio fit, qvam integrum *sacellum S. Annæ* & magna etiam ipsius templi pars statim post defectionem à fide Catholicâ in mercatorum atqve opificum tabernas mutata sunt, ubi nunc omnigena vanitatis mundanæ supellex publicè venditur. Olim autem non erat sic: Id enim apparet ex antiqvis tabulis concordiæ inter Capitulum & Senatum Hamburgensem an. 1337. compositis, qvibus ea templorum profanatio expresse prohibetur his verbis: *Item qvia Domum Dei decet sanctitudo, non permittemus, qvod institores alii negotiatores suas negotiationes in Ecclesiis seu Capella S. Annæ majoris Ecclesiæ exerceant, vel qvod ibi stent aut sedeant cum suis mercimoniis, nisi repentine propter pluvias vel nives inopinatas intrent Ecclesias seu Capellam S. Annæ prædictam cum suis mercimoniis ad ea tantummodò conservandum.* Idem multo etiam clarius repetitur in compositione anni 1355 infra Num. 537.
(9) Descriptionem harum vestium Sacerdotalium pete ex Aleum l. de officiis divin. Rabano Mauro de clericorum institut. Isidor. Originib. Anastas. de Vit. Pontif. Voss. de Glossem. Alb. Crantz. in lib. an. 1506. de instit. Sacerdotum ad officium Missæ edito, hæc de ea veste verba sunt: *Casula suprema vestis sacerdotis est, & sic dicitur, qvia in morem casæ cingit omnia qvæ in sacerdote sunt. Ejus autem figura esse dicitur orbicularis, ut demissis manibus sacerdotis ex æqvo undiqve dependeat.* Subjungit deinde idem auctor mysticam hujus vestis explicationem, qvæ lectu est diguissima.
(1) Germ. für dem hohen Altar.
(2) Hic locus notatu dignus de vetustate nobilis familiæ von *Stachen* vel *Stacken*; de qva vide Andr. Angel. Chron. Holst. lib. 1. c. 40.
(4) Hæc est nobilis illa familia Dominorum *de Hamme*, qvorum ultimus *Adamus* von *Hamme*, an. 1338. sylvam *Hamme* cum annexo cognomine vico Reip. Hamburgensi vendidit. Miror sanè tam illustrem familiam ab Andr. Angelo in Chron. Holst. omissam esse.
(5) Vide supra Num. 163.
(5) Hic filius videtur vel agnatus fuisse *Wiradi de Boycenburg*, cujus supra mentio Num. 111. 116. 118.
(6) Vide supra pag. 60.

ITaqve anno CIↃCCXLVI, Holsatiam ex improviso invasit, & plurimum procul dubio no- CIↃCCXLVI.
cuisset, ni Archiepiscopus Bremensis Gerardus & Abelus Dux Jutiæ pari vi conatibus
ejus maturè se opposuissent. Qvo magis etiam in fide retinerentur subditorum animi,
placuit, ipsos Comites qvamprimum (1) *Lutetiâ* domum revocari. Redierunt ergò, cum
191 plus biennio ibi commorati essent, & Hamburgi * die XI. Octobris maximâ omnium expe-
ctatione, & lætitiâ excepti fuerunt. (2) Verba Alberti Stadensis eâ de re hæc sunt: (3)
Anno CIↃCCXLVI. *Joannes filius fratris Adolphi Comes Holsatiæ,* XVI. *annorum, & frater ejus Gerar-*
dus de Parisiis, ubi plus qvam duos annos steterant, à suis non modicò desideriò expectati, incolumes re-
dierunt & octavà Francisci, feriâ qvintâ, in Hamborch cum maximo Cleri & populorum tripudio sunt 96
recepti. Terram sub (4) *guerrâ invenerunt, Erico Rege Daciæ eam cum omnibus, qvos in auxilium*
sui sollicitare poterat, infestante. Eandem rem Anonymus Auctor Annalium Slavicorum ab
192 Erpoldo Lindenbrogio editus hisce * verbis memoriæ tradidit: (5) *Anno Domini* CIↃCCXLVI,
Joannes & frater ejus Gerardus Comites Holsatiæ de Parisiis redierunt, & octavâ Francisci cum maxi-
mo cleri plebisqve tripudio in Hamborch sunt recepti. Addam & tertium testem Hermannum
Leerbecensem, cujus eâ de re hæc verba sunt: (6) *Anno tertio Adolpho in ordine agente* [hæc
verba ita sine dubio accipienda sunt, ut intelligantur non de *ordine monastico*, sed *sacerdotali*,
qvem Adolphus adeptus est anno CIↃCCXLIV. alioqvin enim Hermanni Leerbecensis sup-
putatio à supputatione Alberti Stadensis, qvæ certò vera est, discreparet] *duo filii ejus Joan-*
193 *nes videlicet & * Gerhardus de* (7) *studio Parisiensi redeuntes, cum magno gaudio in Hamborch à clero*
& populo sunt suscepti: si qvidem expectati desiderio magno, qvia Ericus [perperam hic in editione
Meibomii legitur Henricus] *Rex Daciæ terram eorum infestabat.* Reversis, ut jam narratum
est, Comitibus Joanne & Gerardo, cum bellum indies gravesceret, metuerentqve Ham-
burgenses, ne patris Waldemari (8) exemplum imitaturus Ericus de urbe suâ recuperen-
dâ inprimis foret solicitus cunctis viribus in hanc curam incubuere, ut sicubi naturâ loci 97
minus sibi viderentur tuti, ab arte & industriâ præsidium mutuarentur. Neqve verò Co-
194 mitum minus intererat hoc fieri, utpote * qvi non tantum ad sumptus belli auxilio civi-
tatis indigerent, sed etsi fortè dubia Martis alea infeliciter caderet, certum ibi habituri es-
sent perfugium. Itaqve cum boreale urbis latus qvod juxta *Alstriam*, qvam (9) *Minorem*
vocant, à Monasterio S. Joannis usqve ad portam, vulgò nunc corruptè (1) *Elleranam* ap-
pellatam, protenditur, adeò omni careret muniminè, ut per hiemem glacies, per æstatem
siccitas, toto autem anno Albis in oceanum statis horis recedens, irruptioni hostili per-
vium illud redderent, libentissimè (2) permiserunt Comites vallum ibi duci, his duntaxat
195 conditionibus, ut nova hæc munitio ita fieret, ne molendino (3) *antiqvo* seu *superiori*, qvod *
tum ipsorum adhuc erat, noceret, & ut mater (4) *Heilwiga* jus retineret hortum suum apud
monasterium S. Mariæ Magdalenæ situm usqve ad jam dictum vallum, sine damno tamen 98
viæ publicæ proferendi. Sic tunc propter metum à Danis qvalicunqve hoc munimento
crevit urbs; cujus qvidem in præsentiâ nec vola amplius extat nec vestigium: qvoniam
prolato seqventibus temporibus pomœrio, & in adversam Alstriæ ripam translato, com-
planatum veteris istius valli solum & ædificiis fuit impletum. Platea tamen ejus loci, qvæ
etiamnunc *vallaris*, germanicè **die Wallstrasse** dicitur, antiqvi pomœrii nomine suo con-
196 servat memoriam. Qvod superest, priusqvam ab * Actis anni CIↃCCXLVI. ad alia tran-
seam, necessariò monendum videtur, *Turacigerum*, errare, dum *Comites Holsatiæ Joannem &*
Gerardum Lutetiâ rediisse statuit anno CIↃCCXXXVIII. *priusqvam pater eorum Adolphus in* (5) *Livo-*
niam

(1) Vide supra N. 179.
(2) fol. 219. edit. Reineccii.
(3) Defensionem hujus supputationis vide infra Num. 199. 200. 201. in dissertatione adversus opinionem Pontani & Meursii, qvi Comites Joannem & Gerardum an. 1242. Lutetiâ domum reversos esse statuunt.
(4) *Guerra* barbarè pro *bello*. Vid. Voss. de Glossem. l. 2. cap. 8.
(5) Pag. 288. edit. Lindenbr.
(6) Pag. 33. edit. Meibom.
(7) *Studium* barbarè pro *Academiâ* seu *Schola publica*.
(8) Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 89. 106. 107. & deinceps.
(9) Die kleine Alster.
(1) Das Elleren-Thor. Verum & antiqvum hujus portæ nomen vid. infra N. 275.
(2) Extant ea de re peculiares tabulæ antiqvæ Comitum Joannis & Gerardi datæ anno 1246. qvas licet integras invenire non potuerim, argumento tamen earum posteros fraudare nolui. Id enim in Codice qvodam MSto his verbis conceptum repperi: Johann und Gerhard überlassen der Stadt das Wasser von St. Marien Magdalenen bis zum Millrenthor zur Verbesserung und Befestigung / doch mit Vorbehalt / daß solche Befestigung geschehe ohne Schaden der alten Mühlen / und ihre Frau Mutter Macht haben möge / ihren bey dem Kloster gelegenen Hof bis an die Vestung zu erweitern / ohne Schaden der Strasse. Anno 1246.
(3) Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 93. & 95.
(4) Adolphi IV. uxor, Hermanni Comitis Lippiensis filia. Vid. supra Num. 153. & 154. & Reineccium ad ibi citatum Alb. Stad. locum.
(5) Vid. supr. Num 153. & 154.

CIↃCCXLVI. *niam proficeretur.* Hoc enim posito, seqvitur Joannem natu maximum Adolphi IV. filium,
qvi teste (1) Alberto Stadensi scriptore coætaneo, anno CIↃCCXLVI. secedim annorum, ju-
venis fuit, & plus biennio Lutetiæ cum fratre commoratus est, puerum sex annorum, fra-
trem autem Gerardum aliqvanto etiam juniorum, studiorum causâ in Academiam Pari-
siensem missos fuisse: qvo sanè nihil fingi potest (2) absurdum * magis, magisqve ridicu- 197
99 lum. Erroris ansam Thracigero præbuisse videntur malè intellecta Crantzii verba, qvi in
(3) Saxoniâ ait, *Joannem & Gerardum Holsatiæ Comites filios Adolphi, jam fratris minoris, de studio
Parisiensi, cui jam supra biennium incubuerant, non modico suorum desiderio expectatos, reversos esse
incolumes.* Qvem locum Thraciger ita explicandum censuit, qvasi ex verbis *Adolphi jam
fratris minoris* colligi debeat, rediisse filios Adolphi eodem anno CIↃCCXXXIX. qvo is mo-
nasterium Hamburgi intravit. Id autem falsum est. Nam qvod Crantzius ibi non lo-
qvitur de actis anni CIↃCCXXXIX. sed CIↃCCXLVI. primo intuitu videbit, qvi ipsum cum (4)
100 Alberto Stadensi conferet, ex * qvo jam citata verba, & qvæ deinceps seqvuntur, desum- 198
pta sunt. Deceptus ergò Thraciger pravâ Crantzii interpretatione, qvem ab Alberti Sta-
densis supputatione recessisse credidit, idem qvoqve sibi licere existimavit, ideoqve qvod
Albertus anno CIↃCCXLVI. contigisse scribit, id ille maluit anno CIↃCCXXXVIII. assignare:
nempe fretus diplomate, qvo Comes Joannes (5) Privilegium Imper. Friderici I. anno
CIↃCCXXXIX. Hamburgi confirmavit. Hoc enim falsò arbitratus est, Hamburgenses à Jo-
anne Lutetiâ jam reverso impetrasse, cum contra certò constet, ut (6) suprâ prolixius ex-
positum est, integro demum qvinqvennio post confirmationem illam, cui abdicatio Adol-
phi occasionem * præbuit, Joannem cum fratre Gerardo Lutetiam ablegatum fuisse. Ve- 199
rumenim verò, qvod ad *Thracigerum* & (7) *Spangenbergium* aliosqve ejus farinæ scriptores at-
tinet, lubens iis non octennii modò, sed vel centum annorum parachronismum condo-
no, utpote qvi ubicunqve leves sunt & minimè accurati: sed hoc satis mirari non possum,
qvod *Joannes Isacius* (8) *Pontanus* & *Joannes* (9) *Meursius*, viri alioqvi eruditissimi, in Historiâ
rerum Danicarum *contra Alberti Stadensis* (1) *testimonium Comites Joannem & Gerardum anno*
101 CIↃCCXLII. *Lutetiâ domum reversos asserunt.* Jam primum enim pro indubitatâ Historicæ ar-
tis lege positum sit (2) *de rebus antiqvis & ante memoriam nostram gestis * præcipuam maximam-* 200
*qve fidem iis Autoribus adhibendam esse, qvi illis ipsis temporibus, de qvibus agitur, floruerunt, eorum-
qve testimonium omni exceptione majus esse, si ad ætatis Synchronismum qvatuor hæc insuper accedant,
primum ea vicinitas locorum, ut vel interesse Scriptores potuerint rei narratæ; deinde ea claritas facti,
ut tempus aliæqve circumstantiæ certò sciri potuerint; tum ea qvalitas argumenti, ut nec iræ nec stu-*

dio

(1) Locum Alb. Stad. qvi hic citatur, vid. supra N. 191.

(2) Igitur hinc qvoqve patet, non audiendum esse Crantzium, qvi Saxon. l. 8. c. 7. scribit, Comites Joannem & Gerardum anno 1240. Lutetiæ Parisiorum jam fuisse. Inde enim simile aliqvid & æqve absurdum seqvitur.

(3) Cap. 15. l. 8.

(4) Alberti Stadensis scriptoriss coætanei verba hæc sunt: *Anno Domini* 1246. *Joannes filius fratris Adolphi, Comes Holsatiæ,* XVI. *annorum, & frater ejus Gerardus de Parisiis, ubi plus qvam duos annos steterant, à suis non modico desiderio exspectati, incolumes redierunt, & octavâ Francisci, feriâ qvinta, in Hamborch cum maximo cleri & populi tripudio sunt recepti. Terram sub guerra invenerunt, Erico Rege Daciæ, eam cum omnibus, qvos in auxilium sui sollicitare poterat, infestante. Anno Domini* 1247. *Comes Guncelinus & Sclavi, qvi partem Erici Regis Daciæ contra Joannem Comitem Holsatiæ juverunt, die Briccii Todeslo venientes hostiliter aliqvos militum capientes de Holsatis, plurimos, cum se viriliter defenderent, occiderunt.* Hæc Albertus Stadensis. Crantzius verò eandem rem paucis tantum verbis mutatis & omissâ more solito Chronologia, Sax. l. 8. c. 15. ita memoriæ prodidit: *Qvo tempore cum Joannes & Gerardus Holsatiæ Comites, filii Adolphi, jam fratris minoris de studio Parisiensi, (cui jam suprâ biennium incubuerant) non modico suorum desiderio expectari reverterentur incolumes, die Jovis, qvæ fuit octava Francisci, cum maximo cleri ac populi tripudio sunt recepti. Terram qvidem in tumultu sub bellicis motibus invenerunt. Rege Daniæ Erico fratrem suum Abel, qvi eam defenderat, impugnante. Anno deinde proximo Guncelinus Zwerini Comes, & Domini Wandaliæ, qvi tum Regi militarunt, adversus Joannem Holsatiæ Comitem, exibant in pugnam, perveneruntqve in Todeslo, ubi Comes ad tutandos fines suæ ditionis præsidium militum collocaverat. Sed fortiores venerant hostes, qvam possent à paucis, ibi ad custodiam positis militibus repelli. Capto ab hostibus oppidulo, qvosdam etiam ex Holsatis defensoribus intercipiunt, nonnullos pertinacius resistentes cædunt, alios fugâ sibi consulentes abigunt.* Huc usqve Crantzius. Cum ergo coætaneus Auctor Albertus Stad. testetur Comites Holsatiæ Joannem & Gerardum anno 1246. Lutetiâ domum rediisse, nec ipse Crantzius neget eos paulo ultra biennium ibi commoratos esse, manifestè hinc idem Crantzius refellitur, qvi Saxon. l. 8. c. 7. affirmat, eos anno 1240. in Parisiensi Academia jam fuisse. Vid. supr N. 179. Eundem errorem repetit Crantzius Wandal. l. 7. c. 18. & 24. ubi itidem corrigendus est.

(5) Extat supr. Num 161. & 162.

(6) Num. 179.

(7) Qvi in Chron. Schowenb. l. 1. c. 30. Thracigeri errorem seqvitur.

(8) Histor. Dan. l. 7. ad an. 1242.

(9) Histor. Dan. l. 2. ad an. 1242.

(1) Qvod extat supra N. 191.

(2) Locus singularis de auctoritate & testimonio Auctorum rei gestæ, qvam memoriæ tradunt coætaneorum.

A. Æ. C.
dio locus sit: denique eâ narrationis fidelitas, ut major accuratiorque non possit à diligentissimo quoque CIↃ CC XLVI
Scriptore desiderari. Quæ omnia Alberto Abbati Stadensi, dum Comites Joannem & Ge-
201 rardum anno CIↃ CC XLVI. Lutetiâ rediisse * affirmat, ad unguem congruunt. Etenim qvod
is Adolphi IV. & filiorum ejus Joannis & Gerardi temporibus vixerit, extra omnem con-
troversiam est; cum (1) ipse testetur, se ex Priore Ecclesiæ S. Mariæ Stadensis Abbatem
anno CIↃ CC XXXII. electum fuisse. Neqve verò latere illum potuit, qvid Hamburgi age-
retur, cum vix integris (2) qvinqve milliaribus inde remotus degeret. Unde etiam præ-
sentem fuisse existimo, cum Adolphus monasticæ vitæ initiaretur, ejusqve exemplo im-
pulsum esse, ut ipse (3) anno CIↃ CCXLI. ultrò depositâ Abbatis ordinis Benedictinorum 102
dignitate, monachus ordinis fratrum Minorum fieret. Prætereâ neqve hoc in dubium
202 vocari potest, qvin Comitum Joannis & Gerardi ex * Galliâ redeuntium diu expectatus,
& solennis in urbem Hamburgensem introitus tam clarus fuerit & illustris, ut de ejus *die*
certa fama ad Alberti aures pervenerit. Nam qvod ad *annum* attinet, qvis tum rusticus,
qvis puer ignoravit, qvotus vulgò à nativitate Christi numeraretur? Qvod si qvis dixerit,
Albertum deditâ operâ falsum annum pro vero supposuisse, id profecto erit ridiculum.
Nam qvi omni prorsus communi sensu non caret, primo videt intuitu, in narratione
istiusmodi reditus, nec odium, nec adulationem locum habere. De reliqvo haud opinor,
fideliorem accuratioremqve narrationem ab Alberto desiderari posse, qva in actis anni
203 CIↃ CC XLVI. de qvo nunc agitur usus * est. Nam & nomen redeuntium exprimit, & æta-
tem, & locum peregrinationis, & tempus absentiæ, neqve annum tantum reditus, sed &
diem, & cui sancto dies ille sacer fuerit, & qvotus tum in septimana fuerit ordine. Qvæ
cum ita sint, satis, ut opinor, apparet, non audiendos esse *Pontanum* & *Meursium*, dum con-
tra *Alberti Stadensis* testimonium, Comites Joannem & Gerardum anno CIↃ CC XLII. rediisse, 103
absqve ulla probatione asseverant, meritoqve iis præferendam esse Scriptores authorita-
tem, qvem ipsi in historiâ illorum temporum passim ut (4) *synchronum* & *aeqvalem* laudant,
& cujus (5) accuratissimâ (6) notatione ecclipseos solaris, qvæ anno CIↃ CC XLI. contigit, (7)
204 Crantzium, in morte * Regis Waldemari II. unius anni (8) metrachronismo peccantem,
rectissimè convincunt. Cæterum qvod tam prolixe testimonium Alberti Stadensis de re-
ditu Comitum Joannis & Gerardi defenderim, non eò feci, ut ex virorum de re literariâ
optimè meritorum confutatione gloriolam mihi pararem, sed ne illorum nomen & clari-
tudo veritati officeret: simul etiam ut per hanc occasionem monerem, qvæ potissimum
reqvirantur, ut veterum auctorum testimoniis plena certaqve fides adhibeatur.

Venio jam ad annum CIↃ CC XLVII. infamem (9) discordiâ fratrum Joannis & Gerardi, A. Æ. C.
qvæ, ut solet, ex inæqvali partitione paterni dominii orta est. Sumpsit enim sibi Joan- CIↃ CC XLVII
205 nes * *Wagriam*, regionem beneficio sinus Codani, qvo alluitur, & freqventi piscosorum la- 104
cuum interfluxu opulentam & feracem: addito insuper (1) *Kilonio* extra Wagriam sito in
Holsatiâ, cujus reliqvam partem cum *Stormariâ* fratri Gerardo reliqvit. Is iniqvam ratus
divisionem, qvod Kilonium suæ parti detractum esset, & cum verbis apud fratrem nihil
proficeret, animum ad vim convertit, vocatisqve in societatem armorum Alberto Duce
Brunsvicensi & civitate Lubecensi, Kilonium obsedit oppugnavitqve vehementissimè.
Prævaluit tamen naturâ loci, vigilantiâ Comitis Joannis, & insuperabili civium fidelitate
206 urbs adversus qvamcunqve obsidionem munitissima. * Displicuit fraternum bellum Ar-
chiepiscopo Bremensi Gerardo & Abelo Duci Jutiæ; qvippe nefandum semper & præ
cæteris detestabile. Eo accedebat metus ex viciniâ mali & auxiliarium armorum poten-

(E) tiâ

(1) In Chron. ad an. 1232. ubi hæc de seipso scribit: *Christophorus Abbas Stadensis obiit, cui Albertus ejusdem Ecclesiæ Prior successit.* Idem testatur Anonym. Annal. Sclav. auctor, ab Erp. Lindenbr. editus p. 287. Vid. & Voss. de Hist. Lat. l. 2. c. 59.

(2) *Stadium* sive *Stada* Hamburgo qvinqve distat milliaribus Germanicis. Cluverius Germ. Antiq. l. 3. c. 18. p. 578. hunc locum qvondam ita dictum esse existimat qvasi *militum* vel *navium Romanorum Stationem.*

(3) Vid. ipsius Chron. ad an. 1241.

(4) Pontan. Histor. Dan. l. 7. ad an. 1244. p. 328. *ut judicat Abbas Stadensis eorum temporum synchronus:* & ead. pag. *ut notavit accuratè Abbas Stadensis, temporis hujus æqvalis.*

(5) Vid. Alb. Stad. Chron. ad an. 1241. & Pontan. Histor. Dan. lib. 6. in fine.

(6) Notatio temporis cujus hic mentio fit dicitur græcè ϛοιχείωσις ἀποδεικτικὴ seu demonstrativa temporis notatio, qvoniam fit per cœlestes motus, ut per characterem hebdomadum, eclipsin Solis aut Lunæ, vel ejus generis alia.

(7) Daniæ l. 7. c. 20.

(8) Obiit enim Waldemarus anno 1241. at Crantzius ipsum obiisse scribit an. 1242. qvæ opinio refellitur notatione Eclipseos, qvæ extat apud Alb. Stad. ad an. 1241.

(9) Vid. Anonym. Helmold. continuat. infr. Num. 207. Crantz. Saxon. l. 8. c. 15.

(1) Vide Danckwert. Chorograph. Slesv. & Holst. Part. 3. c. 4. pag. 188.

CIↃCCXLVII tiâ, qvæ merito prudentibus nunqvam non invisa sunt suspicione privati compendii. Itaqve enixè operam dederunt, ut origo hæc gravioris incendii, statim in principio amicâ transactione extingueretur. Impetratâ enim amissi Kilonii satis æqvâ compensatione, continuò Comes Gerardus cum fratre Jonnne in gratiam rediit. Sed operæ pretium me
105 facturum arbitror, si qvæ de jam narratâ fratrum discordiâ * ejusqve causâ Anonymus Hel- 207
moldi Continuator memoriæ tradidit, ipsis ejus verbis subjunxero: *Hi duo*, inqvit, *Comites Joannes & Gerardus diviserunt terram & hæreditatem paternam. Nam senior Joannes Comes recepit in partem suam Wagriæ scilicet, Kyl, Lutkenborch, Oldenborg, Nigestadt, Plön, Oldeslo, Trittow & Segeberge ac partem in palude usqve ad Albeam. Alter autem frater Comes Gerardus, ut junior, minorem partem recepit, scilicet terram Holtzatiæ, Idzebo, paludem Wilstriæ, Hanrowe, Rendesborg & attinentia illorum. Propter hanc indiscretam divisionem, quia senior qvasi duplum recepit, fuerunt hi fratres*
*facti inimici. Et Gerardus * contra fratrem suum Joannem ante oppidum Kyl castra metatus fuit cum* 208
adjutorio Alberti Ducis Brunsvicensis & civitatis Lubecensis. Sed nihil ibi proficientes sine fructu revertuntur. Et ideo dictus Comes Kylonensibus dedit multa privilegia & libertatem in foro, in terrâ & in aqvis. Aliqvanto etiam prolixius refert hæc (1) Albertus Crantzius, qvi rectè ea inseruit actis anni CIↃ CC XLVII. (2) Pontanus enim & (3) Meursius perperam hæc statuunt contigisse anno CIↃCCXLII. contra æqvè peccant alii, qvi in seqventem annum CIↃ CCXLVIII. conjiciunt. Id qvoqve obiter hic monendum censeo, cautè legendum esse, qvod Crantzius
106 eodem loco scribit *Hamburgum eâ ætate*, hoc est * anno CIↃCCXLVII. *solâ S. Petri Parochiâ con-* 209
stitisse. (4) Alias enim abunde demonstravi tractum Parœciæ S. Nicolai inde à temporibus Ordolphi Ducis Saxoniæ, qvi (5) anno CIↃLXI. patri Bernardo successit, *novæ Urbis* habuisse nomen, templum autem S. Nicolai jam ante annum CIↃCLXVIII. temporibus Comitis Adolphi III. conditum fuisse. Ut igitur hoc misso ad propositum revertamur, refert (6) Thraciger, eodem anno CIↃ CCXLVII. qvo ex divisione paternæ hæreditatis jam memorata discordia inter Comites Joannem & Gerardum orta est, *Hamburgenses cum civitate Brunsvicensi fœdus fecisse in hanc formolum: si qvando contingeret, ut à Duce * Brunsvicensi bello infestaren-* 210
tur, ut tum sibi nihilominus in urbe Brunsvicensi absqve ullo vitæ & bonorum periculo liberè & tutò commorari liceret. Cujus rei cum nusqvam alibi, præterqvam apud Thracigerum, mentionem invenerim, nec ipse ullius magis antiqvi Auctoris testimonio eam confirmet, verisimile mihi videtur, integras istius fœderis tabulas, aut certè aliud aliqvod diploma etiamnunc alicubi in Archivo latitare, unde is alioqvi obliteratam societatis minus vulgatæ memoriam eruerit. De cætero minimè dubito, qvin fœderis hujus causa fuerit adventus Al-
berti Ducis Brunsvicensis in Holsatiam, * cujus auxilium Comes Gerardus adversus fra- 211
107 trem Joannem imploraverat. Cum enim non satis liqveret, qvorsum novus iste tumultus evasurus esset, consentaneum rationi præsentis rerum status Hamburgenses judicarunt, maturè in omnem eventum præsidium sibi parare, & saluti suæ prospicere. Qvam curam non multò post irritam fecit redintegrata inter fratres pristina amicitia.

A. Æ. C. CIↃCCXLIIX QVies inde Hamburgi fuit reliqva anno CIↃ CC XLVII. parte: ut & toto seqventi anno CIↃCC XLVIII.

A. Æ. C. CIↃ CCXLIX QVo exacto, leviter turbata est sociali (7) bello, qvod anno CIↃ CC XLIX. Archiepiscopus Bremensis Gerardus & Comes Joannes cum fratre Gerardo, aliiqve Principes pro
* Abelo Duce Jutiæ adversus fratrem ejus Ericum Daniæ Regem susceperunt. Sed vix 212
dum illi Jutiam intraverant, cum ecce præter spem fratres jam reconciliatos esse nunciatur. Qvare & socialis exercitus omnem vim abstinuit, & contentus adventus sui famâ Regem exterruisse, rectâ domum reversus est. Pax deinde, sed infida, & perbrevis, & in fratricidium eruptura. Renovandi belli seu causam, seu prætextum præbuit *Rendesburgum*, sive, ut (8) antiqviores Historici appellant, *Reinoldesburgum*, ad Eideram amnem situm oppidum: qvod Rex Ericus à majoribus suis jure belli acqvisitum, Comites autem Joannes
108 & Gerardus lege * pacis recens cum fratre Abelo factæ suum esse contendebant. 213

Hinc

(1) Saxon. l. 8. c. 15.
(2) Histor. Dan. l. 7.
(3) Histor. Dan. l. 2.
(4) Vide supra Num. 113. 114. 115. 121. 123.
(5) Vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 60.
(6) In Chron. Hamb. MSto.
(7) Alb. Stad. ad an. 1249. *Dux Abel cum fratre suo Rege Daciæ in amicitiam rediit. Unde expeditio per Archiepiscopum Bremensem & Comitem Holsatiæ Joannem & eorum adjutores in Daciam facta, inanimiter soluta est.* Crantz. Saxon. l. 8. c. 17. Pontanus Histor. Dan. lib. 7. contra Alberti Stad. testimonium hæc perperam refert ad an. 1248.
(8) Alb. Stad. ad an. 1250. *Reinoldesborch.*

Hinc anno CIϽ CC L. ad arma ventum est, transeuntibus in partes Comitum Archiepisco- CIϽ CC L.
po Bremensi Gerardo, Simone Paderbornensi Episcopo, Lubecensibusqve & Ham-
burgensibus. Dux Abelus interim (1) qvievit, specie qvidem pacatus & medium se ge-
rens, sed re ipsâ occasionem per has turbas aucupans, injurias à fratre sibi jampridem illa-
tas ulciscendi. Expeditionis principium in initium Augusti incidit, primamqve vim in
ipsum Rendesburgum, ut præcipuum belli scopum, converti placuit. Acerrimè ibi &
cum magno oppugnantium damno pugnatum est, qvod Rex Ericus imminentem tempe-
214 statem * prævidens, jamdudum & præsidio, & munimentis egregiè eam urbem firmasset.
Adhæc ipse cum insigni exercitu obsessæ urbi subvenit, ratus, qvod verum eventus pro-
bavit, nulla ratione obsessos æqve corroborari posse, ac præsenti Principis solicitudine.
Tum Abelus, ubi fratrem Slesvico haud procul abesse intellexit, consilium cœpit in huma-
num & execrabile. Invitatum, ut in transitu ad se viseret, & nihil mali suspicantem be-
nignè excipit, multisqve verbis ultrò citròqve habitis, de amicâ compositione cum affini-
bus suis Joanne & Gerardo ineundâ mentionem facit; conciliatorem se offert. Magni- 109
ficum deinde celebratur convivium in domo qvadam (2) *Sliæ* * flumini amœnitatis ergò
215 impositâ. Post epulas tabula (3) aleatoria, vel, secundum (4) alios, ludus latrunculorum, vulgò
(5) Scacchiæ appellatus, proponitur: qvo ludicræ dimicationis genere, dum Rex Ericus cum
viro nobili (6) *Hermanno Kerckwerdero* se oblectat, securus aliarum rerum, qvæ gererentur, si-
gnum ex composito dat Abelus ipsum invadendi. Itaqve à consciis insidiarum apprehensus,
obvoluto capite & manicis compedibusqve ferreis vinctus in naviculam imponitur ei rei
destinatam, & ab urbe conspectuqve hominum aliqvantum spatii avehitur. Subseqvitur
confestim aliâ scaphâ (7) *Lago* cognomine (8) *Gutmundus*, vel, secundum (9) alios, (1) *Gutmu-*
216 *dus*, nobilis Danus, * Regi ob exilium infensissimus. Is, susceptâ patrandæ cædis præci-
puâ curâ, statim atqve in naviculam, qvâ Rex vehebatur, ingressus est, uno verbo morien- 110
dum denuntiat. Sacerdotem petenti, non denegatur ultimum hoc desiderium; provisis
nempè omnibus, qvæ necessaria ad supplicium crediderant. Liberatus per confessionem
morsu conscientiæ, impetratâqve veniâ, cervicem porrigere jubetur: qvo intrepidè facto,
cum jam genu flexus fratricidium in personâ suâ committendum & exactori, & executo-
ribus ex animo condonasset, ictu (2) securis corruit. Mox imperante Lagone truncatum
217 corpus, tenui pelliculâ capiti adhuc adhærens, prout ferro onustum erat * additisqve in-
super grandioribus saxis, in Sliam projicitur. Contigit hoc scelus v. Idus Augusti, vespe-
râ, qvæ festum S. Laurentii diem antecessit. Obsidebatur adhuc Rendesburgum, cum in-
opinatus de Regis Erici morte nuncius in exercitus socialis castra perlatus est. Gratus is
principio fuit, ut sublato adversæ partis capite, sed ubi & auctor & atrocitas facti patuit,
ipsis etiam hostibus visus est horribilis. Tamen qvod Dux Abelus sororem Comitum
Joannis & Gerardi haberet in matrimonio, eorumqve partes clanculum teneret, lenitus
utcunqve rumor facinoris, & negata qvædam scienter, alia speciosè excusata, præcipua au- 111
218 tem invidia in (3) Lagonem * derivata est. Adhæc obsidionem sine morâ solvi placuit,
qvod Erico sine masculâ prole mortuo, haud incertum esset, Abelum in dignitate Regiâ

(1) Hoc apparet ex verbis Alb. Stad. qvæ extant infra Num. 219. & 210. Itaqve errant Crantzius & Thraciger, qvi expeditionem hanc in Jutiam; à Duce Abelo adversus fratrem Ericum susceptam, *in annum* 1242. referunt, Comitesqve Joannem & Gerardum *tantum ut adjutores*, in partes ejus transisse. Vid. infra Num. 223.

(2) Vid. Danckwert. Chorograph. Slesv. & Holsl. p. 113.

(3) Alb. Stad. & Anonym. Annal. Sclav.

(4) Crantz. Dan. l. 7. c. 21.

(5) Vid. Daniel. Souteri Palemedem seu libros de tabulâ lusoriâ cum Joann. Meursii Græciâ Ludibundâ Lugd. Bat. an. 1625. edit.

(6) Germ. Herman. vom Kerckwerder. Auctor Annal. Sclav. vocat eum absqve cognomine *Hermannum militem de Kerckwerdere* pag. 289. edit. Lindenb. Qvi autem *milites* olim appellati fuerint, docui suprâ Num. 16. Apud Pontan. & Meurs. pro Kerckwerderus perperam semper legitur *Kerckweiderus*.

(7) Idem est cujus mentio infra Num. 229. in diplomate Regis Abeli.

(8) Secund. Pontan. & Meurs. Hist. Dan. ad an. 1250. Est autem *Gutmundus* idem atqve græce εὔστομος. Unde etiam sumi potest pro adulatore: utpote cujus est πάντα λέγειν, ὅσς χαριεῖσθαι ὑπολαμβάνει. Theophrast. in Charact. Eth.

(9) Ericus Rex in Histor. Gent. Danor. ad an. 1250.

(1) *Gutmudus* idem ad verbum est atq; græcè εὔθυμος, h. e bonum ac imperterritum habens animum.

(2) Crantz. Dan. l. 7. c. 2. tanqvam attonitus non minus novitate, qvam atrocitate facinoris narrationem cædis hæc claudit exclamatione: *Inconsueta mors Regi.*

(3) Qvasi is inscio Duce Abelo cædem perpetrasset. Ericus Rex in Hist. Gent. Dan. pag. 305. edit. Lindenbrog. Vide & Pontan. Hist. Dan. l. 7. cujus eâ de re hæc verba sunt: *Abel ipse, licet varie se excusaret, & innocentiam suam jurejurando declararet, suspicione tamen haud qvaqvam caruit, præsertim cum Lagoni Gudmundo respondisset, ipsi permitti, qvicqvid de eo statutum vellet, & Rex ipse Ericus cædis causam in eum qvoq; jam capite truncandus rejiceret.*

A. C.
CIↃ CC L. successurum, ideoqve Comites controversiam de obsesso oppido alias amicè compositum iri non diffiderent. Hactenus qvæ de expeditione hujus anni in Jutiam ab Alberto Stadensi aliisqve probatis auctoribus memoriæ tradita sunt, exposui. Qvoniam autem restat, ut *Thracigeri* errores, qvos in narratione ejus rei commisit, paucis detegam, necessariò hic ipsa verba *Alberti Stadensis*, ut coætanei scriptoris, cui plurimum fidei adhiberi par est, inserenda sunt: *Anno*, inqvit, CIↃ CCL. *Joannes Comes auxilio* * *Bremensis Archiepiscopi, & Avunculi sui Simonis Padeburnensis Episcopi, expeditionem versus Daciam (Dacia* pro Dania passim occurrit apud medii ævi scriptores). Hic autem aliqvantò rarius accipitur pro *Jutiâ*, seu ea tantum Daniæ parte, qvæ cis Sinum Codanum est. Cujus rei certissimum argumentum est, qvod apud eundem hunc Auctorem (2) Abel frater Regis Erici in actis anni CIↃ CCXXXIX. *Dux Daciæ*, in actis autem anni CIↃ CCXLI. *Dux Jutiæ* appellatur *) in maximo exercitu circa Augustum ordinavit, castro in Reinoldesborch, qvod Rex firmissimum fecerat, & viris strenuis* 219
112 *munierat, forti obsidione primitus oppugnato. Intereà* * *circa diem Laurentii de Erico Rege Daciæ, rumores infortunati succreverunt, qvibusdam dicentibus, Regem captum, qvibusdam mortuum. Tandem veritas innotuit, qvod cum securè luderet in aleis in domo qvadam super aqvam positâ, venit super eum Dux Abel frater ejus, qvi amicabiliter eum ibidem invitaverat, & captum hostiliter projecit in naviculam, ad locum illum ex industria deportatum. Delatus est in medium aqvæ, qvæ dicitur Sli, & Lago qvidam de Danorum potioribus, Duci dilectus, cum alterâ nave celeriter adveniens, eum decollari fecit, & corpus multo ferro onustum in profundum illius aqvæ* * *submersit. Rex tamen, cum mortem inevitabilem vidit, sacerdotem petiit, & obtinuit: & facta confessione, ut dicunt, intimè decollatori flagitium indulsit, & jam decollandus dixit: Frater meus, sicut ante Deum heu merui, turpem mihi ingerit mortem, sed ipse, si se non emendaverit, sentiet turpiorem. Illud contigit in nocte Laurentii. Exercitus obsidione solutâ redit.* 220 221 Videamus nunc qvantum à verâ hac narratione aberret Thraciger. Is ergò primum octennii committit prochronismum, dum expeditionem hanc Comitum Holsatiæ in Jutiam contigisse scribit anno CIↃ CCXLII. cum ex jam citato Alberti loco clarè appareat, qvod eâ in annum * CIↃ CCL. inciderit. Nec objici potest diversam 222
113 fuisse expeditionem illam, cujus Thraciger meminit, ab illâ, qvam Albertus hic commemorat. Ipse enim Thraciger suo se indicio prodit, dum primò adjutores Comitum nominat (1) *Archiepiscopum Bremensem Gerardum & Simonem Episcopum Padeburnensem*, qvem Osnabrugensem ille appellat, secundò dum hoc bellum scribit (3) *Regis Erici morte extinctum fuisse*. Hinc enim meridianâ luce clarius apparet, expeditionem illam, cujus Thraciger mentionem facit, eandem esse, qvam Albertus, coævus Auctor, anno CIↃ CCL. susceptam & absolutam asserit. Secundum errat Thraciger * in narratione expeditionis hujus anni 223
in Jutiam, dum *eam à Duce Abelo adversus fratem Ericum susceptam* refert, *Comitesqve Joannem & Gerardum tantum ut Adjutores in partes ejus transiisse* Contra enim ex Alberti verbis satis manifeste elucet, Ducem Abelum de industriâ isti bello se non immiscuisse, castrumqve Reinoldesburg, qvod Rex Ericus possidebat, Comites autem Holsatiæ suum esse contendebant, præcipuam expeditionis causam præbuisse. Si qvis hic Thracigerum (4) *Crantzii* auctoritate tueri velit, hoc à me responsum feret, ipsum qvoqve *Crantzium* peccare, dum à probati coætanei scriptoris relatione pro lubitu discedit, cum * tamen nullo magis ido- 224
114 neo teste erroris eum possit convincere. Qvod porrò Thraciger addit, Hamburgenses non ingentes tantum sumptus in expeditionem illam erogasse, sed duos insuper Senatorii ordinis viros, *Warnerum de Erteneborg* & *Fridericum Bojonis filium* in hostium devenisse potestatem, qvi postmodum propriâ se pecuniâ redemerint: hoc, ut ab ipso traditum est, ita in medium relinqvo. Mihi certè, qvanqvam diligentissimè investiganti, nulla usqvam eâ de re occurrit mentio, præterqvam in Hermanni Roveri Catalogo manuscripto Consulum & Senatorum Hamburgensium. Sed cum neqve is nisi leviter, & subobscure, & absqve ulla * probatione eam rem memoret, atqve insuper dissentiat à Thracigero, dum pro *Friderico Bojonis filio, Joannem de Tivedorp cum Warnero de Erteneburg* captum scribit, tutissimum mihi videtur, rem tam negligenter literis consignatam nec affirmare, nec refellere. Occiso igitur, ut suprà exposui, Daniæ Rege Erico, successit Dux Abelus, (5) reus apud Deum fratricidii, qvanqvam Regni proceribus juramento in speciem se purgasset. Coronationis actus 225
Kalen-

(1) Vide supra Num. 152.
(2) Vide supra Num. 218. 219.
(3) is autem, ut jam demonstratum est, obiit anno 1250.
(4) Verba ipsius Saxon. l. 8. c. 17. hæc sunt: *Sed anno deinde seqventi* (h. e. anno 1250.) *cum recruduisset bellum inter fratres* (nempe Regem Ericum & Ducem Abelum) *nihil moratus Joannes Comes iterum amicos ad arma vocabat.*
(5) Albert. Stad. ad an. 1250. Anonym. Auctor Annal. Sclav. à Lindenbr. edit. pag. 289.

Kalendis Novembris, die omnibus Sanctis ſacro, celebratus eſt (1) Rotſchildiæ, qvo eam ob rem comitia indicta fuerant. Multa ibi à novo Rege, ad conciliandum vulgi amorem A. Æ. C. CIƆ CCL.
226 & eluendam fraternæ cædis maculam * benignè indulta, & partim ultro, partim petentibus conceſſa ſunt: præcipuè tamen perſonis & locis ſacris, ut, qvos perjurio non fefellerat, 115
ſimulatione pœnitentiæ deluderet. Simul etiam, ne ingratitudinis argueretur, omnibus modis munificum ſe erga eos præbere ſtuduit, qvorum ope fraternis perſecutionibus olim reſtitiſſet. In his fuere Hamburgenſes: qvi cum maritimam negotiationem præcipuam cernerent incrementi ſuæ urbis cauſam, ideoqve à navigantium ſecuritate maximam felicitatis ſuæ partem dependere arbitrarentur, unicum hoc benignitatis Regiæ monumen-
227 tum petierunt, ut hoc ſibi concederetur privilegium: *ſi qvando * contingeret, ut Hamburgenſes ſub Regno Daniæ, aut regionibus ad illud pertinentibus, naufragium facerent, ne qvis naufraga illorum bona, niſi pro derelictis habita, detineret aut diriperet.* Annuit haud gravatim Rex Abelus, ut qvi gnarus viciſſitudinis rerum humanarum, pro beneficio beneficium ſibi aliqvando reddi poſſe crederet. Superſunt etiamnunc (2) tabulæ iſtius privilegii, qvæ cum hactenus lucem non viderint, & hiſtoriæ illorum temporum plurimum lucis afferant, integræ hic inſerendæ ſunt:

Abel Dei gratia Danorum Sclavorumqve Rex & Dux Jutiæ: omnibus hoc ſcriptum cernentibus
228 *in Domino ſalutem. * Notum ſit præſentibus & futuris, qvod civibus Hamburgenſibus hanc conceſſimus libertatem, ut ſi fortè mediante aliqvo infortunio eos, apud qvaſcunqve Regni noſtri partes contigerit naufragari, res ſuas, qvas ſuis laboribus & expenſis naufragio eripere poterunt, ſalvas & inconcuſſas habeant, & liberas à cujuslibet impetitione. Igitur ſub obtentu gratiæ noſtræ mandamus univerſis, diſtrictim præcipientes, ne hanc libertatem conceſſam dictis Civibus præſumant infringere, niſi noſtram incurrere voluerint ultionem. Ne ergo ſuper hoc ulla eis impoſterum fieret calumnia, hoc fa-* 116
229 *ctum ſigilli noſtri munimine ſtatuimus * confirmandum. Acta ſunt hæc Roskildis anno* CIƆ CCL. *tertio Idus Novembr. præſentibus Dominis & militibus, Dno. Erpe Epiſcopo Ripenſi, Dno. Joanne Comite Holtzatiæ, Comite Erneſto, Dno. Germano, Dno. de Rughen, Dno. (3) Lage, Dno. Lukebuſch, Dno. Marqvardo de (4) Rennowe, Dno. Tetlevo de (5) Bockwolde & aliis qvam pluribus.*

Ingentem ex hoc privilegio percepit fructum res nautica Hamburgenſium; qvâ qvotidiè magis floreſcente, crevit ſimul opulentia urbis & dignitas.

PRæteriit inter hæc annus CIƆ CC LI. de qvo nihil ſpeciatim memoriæ traditum reperi. A. Æ. C. CIƆ CC LI.

A. Æ. C. CIƆ CC LII.
230 HUnc ſecutus eſt annus CIƆ CC LII. clarior feliciorqve auctis inſigniter negotiantium * commodis. Eminebant eâ tempeſtate in (6) Belgicâ Flandricæ urbes mercaturæ beneficio, & à noſtris qvoqve hominibus freqventabantur; ſed majori moleſtiâ, qvam fructu, qvod negotiationis qvæſtus magnitudine vectigalium aliarumqve exactionum & gravaminum multitudine, non delibaretur modò, ſed totus ferè abſumeretur. Cujus incommoditatis levandæ Hamburgenſes præ cæteris ſoliciti, cum in concilio confœderatarum urbium eam rem deliberandam propoſuiſſent, omnibus viſum eſt, legationem communi nomine qvamprimum mittendam eſſe ad *Comitem Flandriæ Margaretam, Imp. Wilhelmi ſororem,* ut cum eâ de æqvo & tolerabili vectigali, atqve aliis ad converſationem commercio- 117
231 rum neceſſariis conditionibus in * perpetuum tranſigeretur. Legationis cura Hamburgenſibus demandata eſt, ut qvorum maximè intereſſet, qvam fideliſſimè illam obiri. Hi legationis gerendæ munus duobus Senatorii ordinis viris *Hermanno Hojero* & *Jordano* impoſuere: de qvorum reditu, ut & de fructu hujus legationis altum eſt ſilentium apud *Thracigerum.* Is enim ſolus hanc rem narrat, ſed ſuo more, hoc eſt, adeò jejune & negligenter, ut vix ægrè hoc unum addat, in antiqvis legationis iſtius tabulis nullam nominis (7) *Hanſæ Teutonicæ* mentionem fieri, ſed eos, à qvibus legatio miſſa fuit *Mercatores* tantum 118
232 *Romani Imperii & Civitatis Hamburgenſis* appellari. Utinam verò * Thraciger diligentis Hiſtorici officium ſecutus, integras illas tabulas publicaſſet, aut ſaltem argumentum earum cum maximè neceſſariis circumſtantiis accuratè propoſuiſſet, clariora nunc nobis forent omnia.

(1) Pontan. Hiſtor. Dan. l. 7. ad an. 1250.
(2) Citantur ab Andr. Angelo Chron. Holſ. l. 1. c. 7.
(3) Vid. ſupra Num. 215.
(4) De nobili hac familia vide Andr. Angel. Chron. Holſ. l. 2. c. 13.
(5) Locus ſingularis de vetuſtate nobilis familiæ Bockwoldiorum germ. deren von Bockwolde/ oder Buchwald: qvæ etiamnunc inter maximè celebres Holſatiæ familias clara eſt. Vide de ea Angelum Chron. Holſ. l. 1. c. 7.
(6) Qvantum inter *Belgicam* & *Belgium* interſit, vide apud Cluv. Germ. Antiqv. l. 2. c. 2.
(7) Vide ſupra Num. 171.

CIↃ CC LII. omnia. Nam ex paucis illis, & qvidem mutilis verbis, certi qvidqvam colligere velle, periculosissimum censeo. Minus obscura est ejusdem generis compositio, qvam eodem anno CIↃCCLII. cum *Duce Saxoniæ Alberto* Hamburgenses inierunt. Etenim cum prudenter illi considerassent, duplex urbi suæ os esse; alterum nempè, qvo transmarinas merces ex oceano per Albim subvectas exciperet, alterum verò, qvo easdem, veluti perabundantiam rejectas, cum aliis ab oceano remotis * Germaniæ regionibus communicaret: rectè 233
concluserunt, qvemadmodum ad conservationem corporis humani, non tantum necessarium est, ut assumatur cibus, verum etiam ut assumptus benè digeratur, sic & ad Reip. suæ salutem reqviri, ut non minus ab hac, qvam illâ urbis parte securitati & commodis mercantium prospiceretur. Impetrato igitur per Legatos à Flandriæ Comite Margaretâ ve-
119 ctigalium aliorumqve onerum levamine, non minori deinde curâ apud *Albertum Ducem Saxoniæ* simile sibi acqvisiverunt privilegium, cujus Epitomen hactenus nondum editam, ut in manus meas pervenit, subjunxi:

*Albertus Dux Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ dat Hamburgensibus libertatem * hanc ut in Louwenburg & in Islingen de omni exactione, qvæ vulgariter (1) Ungelt appellatur, omnium mercimoniorum suorum, qvæ vel traducendo vel redeundo ad loca deduxerint nominata, semper sint liberè absoluti. De annona verò dimidiam dabunt partem exactionis, qvæ sicut prohibitum est, Ungelt dicitur apud vulgum. Teloneum autem dabunt, sicut semper solitum dari fuit, & sicut qvivis illuc accedentes & extranei dare solent. Anno* CIↃCCLII. XVII. *Kal. Augusti.* 234

Iisdem verbis confirmavit hoc Ducis Alberti privilegium filius ejus & successor *Joannes* an. CIↃCCLXXIV. cujus actis integrum illud diploma suo tempore (2) inseram. * Interim monendum videtur, apud Thracigerum, ubi jam memorati privilegii mentionem facit, ingens latitare mendum, dum in omnibus, qvos ego qvidem vidi, codicibus pro *in teloneo Lowenburgensi*, perperam (3) *in teloneo Hamburgensi* legitur. Cæterum prospecta jam enarratis rationibus negotiantium commodis, transitum inde est ad curam augendæ li- 235
120 bertatis & transferendi ad se paulatim vel pretio vel precibus, qvicqvid juris & Imperii Comitibus in urbem superat.

A. Æ. C. CIↃCCLIII. PRimus tanti moliminis gradus jactus est anno CIↃCCLIII. qvo à Comitibus Joanne & Gerardo insigne impetrarunt privilegium, cujus argumentum ex codice qvodam manuscripto erutum debitâ fide * hic subjeci: 236

Joannes & Gerardus Comites Holsatiæ Hamburgensibus censu (4) arenarum, qvos habuerant, qvi vulgariter (5) Konigestins infra munitiones Civitatis Hamburgensis nuncupantur, dimiserunt integraliter, liberè & qvietè absqve impedimento, jure hereditario ipsis & successoribus eorum imperpetuum anno CIↃCCLIII. *die Conversionis S. Pauli Apostoli.*

De interpretatione hujus diplomatis nondum satis mihi liqvet. Nam qvæ de *censu regali* in (6) Capitulari Impp. Caroli M. & Ludovici Pii leguntur, pauca sunt & subobscura, nec videntur huc pertinere. Itaqve amplius deliberandum censeo, donec integræ illæ tabulæ, qvas etiamnunc * superesse existimo, in lucem proferantur. 237

A. Æ. C. CIↃCCLIV. QVid seqventi anno CIↃCCLIV. actum sit Hamburgi, cum aliis multis vetustate incompertis in obscuro est.

A. Æ. C. CIↃCCLV. NEc magis qvoqve constat de Actis anni CIↃCCLV. Nam qvod Thraciger refert, *Co-*
121 *mites Holsatiæ Joannem & Gerardum hoc anno civitati Hamburgensi jus cudendæ monetæ inperpetuum cessisse, & qvidem adeò plenè, ut fidem suam obstrinxerint, in totâ ditione suâ nusqvam alibi, præterqvam Hamburgi, ullam monetam deinceps cusum iri:* id profecto longè aliter se habet & integris sexaginta septem annis post, nempè anno demum CIↃCCCXXV. contigit. Demonstrabitur enim hoc antiqvis tabulis in memoriam ejus rei compositis, qvas, * ubi ad illa 238
tempora perventum erit, integras in lucem proferam. Interim monuisse sufficiat, ipsum etiam Thracigerum tam insignem errorem suum prodere, dum unam eandem rem duobus longè (7) distantibus annis contigisse memorat, confundens nimirum Comites Holsatiæ Joannem & Gerardum Adolphi IV. filios cum aliis ejusdem nominis Comitibus, qvi post eos vixerunt. Seqvitur jam alius ejusdem generis error. Refert nempe Thraciger,

(1) Vide supra Num. 13.
(2) Vid. infra Num. 406. 407.
(3) Verba ipsius in Chron. Hamb. MSto. hæc sunt: Angeregts 1252. Jahrs wurden die von Hamburg vertragen mit Hertzog Albrecht zu Sachsen/ von wegen etlicher Beschwerungen in den Zöllen zu Hamburg und Eislingen.
(4) Legendum hic videtur *arearum*.
(5) Vulgo nunc dicitur der Königs-Pfenning.
(6) Tit. 3. c. 85. p. 886. edit. Lindenbr.
(7) Nempe ad an. 1255. & 1325. Ergo ipse hic sibi apertè, contradicit, ut passim alias.

A. Æ. C.

ciger, *eodem illo* CIↃ CC LV. *anno ingens Hamburgi natum esse litigium inter Capitulum Ecclesiæ Ca-* CIↃ CC LV.
thedralis & (1) Monasterium ordinis Prædicatorum: ejusqve tollendi causâ Guidonem tituli S. Lau-
239 *rentii in Lucina Cardinalem * presbyterum & Legatum Pontificis Clementis IV. illuc advenisse, & in-*
stitutâ testium examinatione, controversiam dijudicasse. Eundem porro ait *seqventi* CIↃ CC LVI. *anno*
privilegium ab Imper. Friderico I. Hamburgensibus concessum confirmasse: addito insuper alio qvodam 122
novo privilegio de securitate bonorum naufragorum: qvod ne ab ullo unqvam impunè violaretur, curam
ejus & conservationem Archiepiscopis Magdeburgensi & Bremensi damandatam fuisse. Hæc enim, qvæ
240 ille annis CIↃ CC LV. & CIↃ CC LVI. contigisse affirmat, integro decennio post, * nempe annis
CIↃ CC LXV. & CIↃ CC LXVI. acciderunt. Neqve vero ad hoc probandum alio testimonio o-
pus est, præterqvam ipsius Cardinalis Guidonis, cujus examen testium, in causâ Capituli
Ecclesiæ Cathedralis & Monasterii S. Joannis ab ipso institutum, integrum etiamnunc ex-
tat & (2) suprâ actis anni CIↃ CC XXXV. à me est insertum. Ibi enim Cardinalis Guido præ-
missa litigii causâ, tempus qvoqve accuratè exprimit, nempe *annum Domini* CIↃ CC LXV.
Indictionem (3) nonam, Pontificatus Domini Clementis Papæ qvarti annum (4) primum. Supersunt
etiam reliqva Cardinalis Guidonis diplomata, primo Pontificis Clementis IV. anno par-
241 tim Hamburgi anno CIↃ CC LXV. partim * Lubecæ anno CIↃ CC LXVI in favorem Hamburgen-
sium promulgata, qvæ suo tempore integra inseram. Intereâ hoc adjiciendum videtur,
etsi in jam dictis antiqvis tabulis annus vulgaris Æræ Christianæ expressus non esset, so-
lâ tamen mentione *primi anni Pontificatus Clementis IV.* Thracigerum satis refutari. Etenim 123
cum (5) certò constet, Clementem IV. interjecto post mortem Urbani IV. qvinqve ferè
mensium interregno, ad dignitatem Pontificiam promotum esse die v. Februarii anno
CIↃ CC LXV. necessariò seqvitur, qvicqvid inde ab isto tempore usqve ad diem v. Februarii
242 anni CIↃ CC LXVI. gestum est, primo Clementis IV. anno * assignandum esse. Hactenus er-
go, qvid actis annorum CIↃ CC LV. & CIↃ CC LVI. Thraciger perperam inseruerit, indicasse
sufficiat.

Restat, ut, qvæ prætereà de anno CIↃ CC LVI. tradita sunt, persеqvamur, horum primum A. Æ. C
est, qvod Thraciger narrat, *Comites Joannem & Gerardum Civitati Hamburgensi cessisse* den CIↃ CC LVI.
Friedschilling *& alia nonnulla jura*, de qvibus nihil certi scribere ausim, priusqvam ipsæ ces-
sionis tabulæ in lucem proferantur. Num qvod Thracigeri ætate integræ adhuc super-
fuerint, ipse testatur, dum ex Senatu Hamburgensi testes refert adhibitos *Bertramum de*
243 *Buxtehude, Wilken * Herwerdi, Tangmarum Tode, Petrum Rudolphi de Eilenstede, Joannem Brunsvi-*
censem, Volcolphum Jacobi & Nicolaum Fredewerdi. Subnectit deinde Thraciger, eodem an-
no CIↃ CC LVI, Hamburgenses fœdus percussisse cum Henrico Duce Brabantiæ Lotharin-
giæ, multaqve privilegia Antwerpiæ obtinuisse: addito nominatim, *si qvando contingeret, ut* 124
bellum oriretur inter Ducem Lotharingiæ & Holsatiæ Comites, Hamburgensibus tamen nihilominus in
Brabantiâ & Lotharingiâ liberum ubivis fore ac tutum mercaturæ commercium. Doleo sanè & po-
244 steritatis nomine deploro, egregium illud diploma, * unde Thraciger istius fœderis me-
moriam hausit, cum aliis multis, qvæ majores nostri maximis sumptibus & incredibili li-
bertatis ac negotiationis augendæ studio sibi acqvisiverunt, etiamnunc in obscuro latita-
re, & blattis potius ac tineis alimenti, qvam viris eruditis excolendæ Historiæ rerum præ-
teritarum materiam præbere. Verum omissa inutili qverelâ ad certiora clarioraqve &
tempora & gesta transeamus.

Inveteraverat (6) consvetudo, apud omnes ferè populos tacito consensu introducta si A. Æ. C.
qvis criminis alicujus aut falsimonii insimularetur, nec tamen legitimâ probatione con- CIↃ CC LVII.
245 vinci posset, * qvamvis magna adversus ipsum esset præsumptio, ut is cogeretur se purga-
re per ferrum candens, cujus tactum si nulla seqveretur adustio, innocens habebatur, &
miraculoso hoc examine existimationem suam omni infamiâ liberabat. Fiebat autem 125
purgatio illa diversis modis. (7) Interdum enim ferrum candens nudâ manu ad præscri-
ptum

(1) SS. Joanne Baptistæ & Evangelistæ dicatum. Vide suprâ Acta ann. 1227. & 1235.

(2) Num. 134. 135. & deinceps.

(3) Qvæ tamen majori ex parte etiam respondet A. 1266. supra Num. 136.

(4) Vid. infra Num. 371.

(5) Sigfrid. Presbyt. Epitom. Hist. l. 2. Paul. Langius in Chron. Citizensi ad an. 1265. Magn. Chron. Belg. Platin. Onuph. Calvis. & alii complures. Vid. & infra N. 371.

(6) Gregor. Tolosan. Syntagm. jur. l. 48. c. 15. Alexand. Chassan. Paratit. in V. lib. Decretal. tit. 35. de purgat. Vulg. Frid. Lindenbr. Glossar. ad Codicem Legum antiq. Stephanus in Notis ad l. 5. Saxonis Grammat. pag. 120. 121. edit. Sorensis, ubi de variis purgationum modis, antiqvitus usitatis, accuratissimè agit. It. Meurs. c. 13. Mantissæ ad librum de luxu Romanorũ veterum.

(7) Hanc consvetudinem præcipue illustrat insignis ille locus, qui ex L.L. Scanicarum c. 15. citatur à Stephano Joañe Stephan. in Notis ad Sax. Gram. loco jam citato.

CIↃ CC LVII. ptum aliqvem locum deportabatur. Sic nuncius apud *Sophoclem in Antigone* ad ejusmodi purgationem ultrò ſeſe obtuliſſe teſtatur his verbis:

Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῷ ξυνειδέναι
Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.

h. e.

Eramus autem parati ignitum ferrum manu capere,
Et ire per ignem, & jurare,
Qvod non feciſſemus, nec ſciremus qvenqvam
Feciſſe noſtro conſilio.

* Aliud ejus rei illuſtre extat exemplum apud *Ditmarum Merſpurgenſem*, qvi de (1) *Poppone* 246
presbytero, Chriſtianæ religionis veritatem coram Daniæ Rege Heraldo iſtiusmodi probatione confirmante, hæc refert: *Interrogatus*, inqvit, *à Rege, ſi ignito voluiſſet dicta ferro comprobare, paratum ſe ad hoc eſſe, bilari reſpondit animo: craſtinâ die ferrum ingentis ponderis benedictum ad locum à Rege determinatum portavit, manumqve ſecuram imperterritus elevavit.* Interdum verò (2) nudis pedibus ferrum candens calcabatur. Qvâ de re ſingularis extat locus
126 apud Anonymum Vitæ Imp. Henrici I. Auctorem à Caniſio editum: *Stupentibus, * ac flen-* 248
tibus univerſis, qvi aderant, vomeres candentes nudo veſtigio calcavit, & ſine aduſtionis moleſtiâ tranſiit. Huc etiam faciunt, qvæ in actis Synodi Rhenenſis leguntur: *Meum vernaculum Epiſcopis tradam, qvi per ignitos vomeres incedens, Deum de te judicare manifeſtis declaret judiciis.* Confirmant hoc etiam antiqvæ (3) Longobardorum, (4) Anglorum, (5) aliorumqve populorum leges, ubi paſſim *examinationis ad vomeres ignitos* fit mentio. Primus hanc conſvetudinem *S. Gregorius Magnus*, qvi (6) anno IↃXC. temporibus Imp. Mauritii in Pontificem Romanum
electus eſt, damnaſſe videtur: cujus hoc extat reſcriptum ad * Brunichildam Francorum 249
Reginam in (7) Decreto Gratiani: *Vulgarem ac nullâ Canonicâ ſanctione fulcitam legem, ferventis ſcilicet aqvæ ſive frigidæ ignitiqve ferri contactum Apoſtolicâ authoritate prohibemus firmiſſimè.* Iteravit hanc prohibitionem Pontifex Leo III. qvi Imp. Carolo M. (8) reſcripſit, *juramento candentis ferri vel freventis aqvæ purgationem non eſſe addendam.* Tertiò deinde inhibita fuit vulgaris illa purgatio à Pontifice Stephano V. qvi imperante Carolo Craſſo (9) anno
127 IↃCCCLXXXV. Hadriano III. ſucceſſit. Reſcripſit is ſuper eâ re Huberto Epiſcopo Moguntino, cujus reſcripti verba, qvæ maximè ad rem faciunt, hæc ſunt: (1) *Ferri candentis vel aqvæ* * 250
ferventis examinatione confesſionem extorqveri à qvolibet, ſacri non cenſent Canones. Et qvod ſanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſâ adinventione non eſt præſumendum. Verumenim verò tantum abeſt, ut jam memoratis ſummorum Pontificum interdictis ſuperſtitioſus ille purgationis modus extirpatus fuerit, ut integris ferè qvatuor ſeqventibus ſeculis multa ejus exempla in antiqvis monumentis reperiantur. Inter qvæ primum meritò obtinet locum, qvod (2) Regino Abbas Prumienſis ad annum IↃCCCLXXXVII. refert, *Richardam Imp. Caroli Craſſi uxorem, falſo inſimulatam adulterii, ad examen * ignitorum vomerum ſponte ſuâ ſe* 251
obtuliſſe. Seculo tandem decimo tertio poſt initium vulgaris Æræ Chriſtianæ, novam prohibendæ purgationis miraculoſæ occaſionem præbuit qverela Livonenſium, recens ad Chriſtianam religionem converſorum: qvibus Pontifex Honorius III, qvi (3) anno CIↃCCXVI. poſt Innocentii III. mortem electus eſt, ſingulari ſuccurrit reſcripto, qvod poſteâ ſucceſſor ejus Pontifex Gregorius IX. qvinto Decretalium libro inſeruit; unde integrum huc ad-
128 ſcripſi: (4) *Dilecti filii noviter in Livoniâ baptizati, gravem ad nos qverimoniam deſtinarunt, qvod*

fratres

(1) Eandem rem narrat eleganter Saxo Grammat. Hiſtor. Dan. l. 10.

(2) Saxo Gram. Hiſt. Dan. l. 12. de Haroldo Hibernico: *Affirmationis ſuæ*, inqvit, *fidem divini examinis argumento præſtare juſſus, ſuper candentes laminas nudatis plantis (nam id ab eo experimentum poſcebatur) inceſſit.*

(3) Lib. 1. tit. 10. l. 3. p. 535. edit. Lindenbr.

(4) Tit. 14. de Veneficiis p. 485. edit. Lindenbr.

(5) Capitul. Caroli M. ad legem Salicam tit. 1. lib. 5. Lex Ripuar. tit. 30. §. 1. 2. & tit. 31. §. 5. ubi hæ leguntur formulæ: *Servum ad ignem repræſentare, Manum in ignem mittere, ad ignem ſe excuſare*, pag. 454. 455. edit. Lindenbr.

(6) Secund. Gregor. Turon. l. 10 c. 1. Item Petav. & Calviſ. & Stell. de vit. Pontif. ſecundum Alb. Stad. & Ub. Emm an. 591. ſecund. Mariam Scot. & Sigebert. Gembl. an 592. Apud Platinam perperam legitur anno IↃCXIX.

(7) 2. q. 4. c. *Mennam ſero.*

(8) 2. q. 4. c. *Omnibus ſolis.*

(9) Baron. Annal. Calviſ.

(1) 2 q. 4. c. *Conſuluiſti*

(2) Chron l. 2. ad an. 887.

(3) Onuph. Panvin.

(4) De purgat. vulg. Dilecti.

*fratres Templariorum, & alii, qvi * temporalem in eis potestatem exercent, si qvando de aliqvo crimine infamantur, eos ferri candentis judicium subire compellunt: qvibus, si qva exinde seqvatur adustio, civilem pœnam infligunt. Cum igitur hujusmodi judicium sit penitus interdictum, utpote in qvo Deus tentari videtur, mandamus, qvatenus dictos fratres & alios, ut ab hujusmodi conversorum gravamine omninò desistant per censuram Eccl. Apost. compellas.* Huc accessit eadem tempestate Imp. Friderici II. edictum, qvo *leges paribiles* omninô & inperpetuum sustulit. Ita enim vulgò

252 tum appellabantur consuetudines purgandi se per ferrum * candens aut aqvam frigidam; non qvidem (1) à *parendo* seu *obediendo*, qvod simplices iis parerent, etsi nec rerum naturâ, nec rei veritate niterentur: sed à *parendo* sive *apparendo*, qvod per illas purgationes veritas vulgo crederetur adeò manifestè apparere, ut qvivis illam suis oculis posset percipere. Qvo eodem sensu purgationes illæ in (2) suprà citato actorum Synodi Rhemensis loco *manifesta judicia* vocantur. Hoc enim innuit ipse Imperator, dum ait, leges illas non

253 *paribiles* (hoc est, ut ego interpretor, (3) augenscheinlich wahr) sed potius *absconsas à veritate* nuncupari debere. Verum qvo clariora sint * omnia, ipsum illud Imp. Friderici II. edi- 129
ctum, qvod etiamnunc extat inter Siculas seu Neapolitanas Constitutiones (4) anno CIↃCCXXI. sive secundo, postqvam Romæ coronatus fuit, anno editas, integrum hic inseram: (5) *Leges qvæ à qvibusdam simplicibus sunt dictæ paribiles, qvæ nec rerum naturam respiciunt, nec veritatem attendunt, nos qvi veram legum scientiam perscrutamur, & errores à nostris judiciis separamus, præsenti nostri nominis sanctionis edicto inperpetuum inhibentes, omnibus Regni nostri judicibus, ut nullus ipsas leges paribiles, qvæ absconsæ à veritate deberent potius nuncupari, aliqvibus fideli-*

254 *bus nostris * indicet; sed communibus probationibus sint contenti, tam antiqvis legibus, qvam nostris constitutionibus introductis. Eorum etenim sensum non tam corrigendum duximus, qvam ridendum, qvi naturalem candentis ferri calorem tepescere, imò (qvod est stultius) frigescere nullâ justâ causâ superveniente confidunt: aut qvi reum criminis constitutum, ob conscientiam læsam tantum asserunt ab aqvæ frigidæ elemento non recipi, qvem submergi potius aëris competentis retentio non permittit.* Qvamvis igitur hac Imp. Friderici II. constitutione & (6) suprà memoratis Pontificum Romanorum

255 rescriptis * superstitiosum ferri candentis examen in diversis Christiani orbis partibus usurpari desiisset, *Hamburgi* tamen multò diutius, nempe usqve ad annum CIↃCCLVII. in usu 130
permansit, qvod Præpositi Ecclesiæ Cathedralis utilissimum sibi illud frenum conserent, ad laicos, ubicunqve opus foret, seu jure seu injuriâ coërcendos. Cujus jugi excutiendi causâ Hamburgenses jam dicto anno legationem miserunt ad Pontificem *Alexandrum IV.* à qvo demississimè petierunt, ut se periculoso ferri candentis liberaret judicio, qvippe qvod multis ante seculis à S. Gregorio Magno damnatum, atqve iterum à Pontificibus Leone III.

256 & Stephano V. prohibitum, & nuper * admodum à Pontifice Honorio III. in causâ Livonensium iniqvum & à Christianâ religione alienum declaratum esset. Annuit justissimis precibus Pontifex, &, ne unqvam amplius ab Ecclesiasticis purgatione *per ferrum candens* gravarentur: singulare iis super eâ re concessit privilegium; qvod qvoniam lucem hactenus non vidit, & multa ad perfectam historiæ illorum temporum cognitionem necessaria continet, totum, ut ex antiqvo codice membranaceo descripsi, apponam:

*Alexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Consulibus, Communi & Populo oppidi Hamburgensis, * Bremensis diœcesios, salutem & Apostolicam benedictionem. Justis pe-*

257 *tentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, qvæ rationis tramite non* 131
discordant, effectu proseqvente complere. Ex parte siqvidem vestrâ fuit propositum coram nobis, qvod cum aliqvis vestrum de aliqvo crimine in foro Ecclesiastico accusatur, Præpositus Ecclesiæ Hamburgensis eum ferri candentis judicium subire compellit. Qvare nobis humiliter supplicastis, ut, cum hujusmodi judicium sit penitus interdictum, utpote in qvo Deus tentari videtur, pro-

258 *videri vobis super hoc paternâ diligentiâ juvaremus. Nos igitur vestris * supplicationibus inclinati, ut subire examen hujusmodi ferri candentis cogi per aliqvem de cætero non possitis, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Nulli ergo omninò homini liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Siqvis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Viterbii Kalendis Junii, Pontificatus nostri anno tertio.*

Datum hoc diploma est anno Æ. C. CIↃCCLVII. qvi fuit tertius Papæ Alexandri IV. (7)

(1) Ea est opinio Vossii l. 3. de vitiis Serm. cap. 32.
(2) Num. 247.
(3) h. e. manifestæ & evidentis veritatis.
(4) Molinæus in Consuet. Paris. tit. 1. n. 95. Frid. Lindenbrog. in Prolegom. ad Codicem LL. Antiq.
(5) Constitut. Sicul. lib. 2. cap. 31. de Legibus paribilibus sublatis.
(6) Num. 248. & 250.
(7) Vid. Calvis. ad an. 1254.

CIϽCCLVII. Succeſſit enim is in Pontificatu Innocentio IV. defuncto (1) die XXI. * Decembris anni 259
CIϽ CCLIV. Jam vero. qvod *Alexander IV.* potius, qvam alius ejus nominis Pontifex di-
131 ploma hoc Hamburgenſibus conceſſerit, ſatis clarè ex ipſis tabulis elucet, qvia expreſſe ibi
dicitur Hamburgenſes eo potiſſimum nomine petitioni ſuæ ſatisfaciendum credidiſſe, *qvod judicium ferri candentis penitus jam eſſet interdictum.* Reſpexerunt enim cum ad (2) ſuprà inſertum Imp. Friderici II. edictum *de legibus paribilibus ſublatis*, tum vel maximè ad Pontificis Honorii III. (3) reſcriptum pro Livonenſibus: qvippe ex qvo ad verbum hæc deſumpta ſunt. Lætam graviſſimi oneris Eccleſiaſtici liberatione urbem, magna * undiqve negotiorum moles, variaqve novi gaudii ſimul & ſuſpicionis, & triſtitiæ, & inqvietis cauſa obruit. Suſceperat Daniæ Rex Abelus ex Mechtildâ Comitis Adolphi IV. filiâ præter (4) tres filios Waldemarum, Ericum, & Abelum, filiam, cujus nomen ignoratur. Ea poſt mortem patris qvi (5) anno CIϽ CCLII. à (6) *Strantfreſonibus* ex inſidiis occiſus eſt, cum inſuper mater Mechtilda (7) monaſticæ primum vitæ, mox (8) ſecundis nuptiis ſe tradidiſſet, & patruo Chriſtophoro, qvi fratri Abelo in Regno ſucceſſerat, minus fidendum eſſet, apud avunculos ſuos Joannem & Gerardum Holſatiæ Comites vixit: à qvibus deinde Bernardo Principi Anhaltino & Comiti * Bernburgenſi deſponſa eſt. 260 133 261

A. Æ. C. CIϽ CCLVIII ET (9) nuptiæ qvidem Hamburgi an. CIϽ CCLVIII. die III. Febr. qvi S. Blaſio ſacer erat, magnificentiſſimo apparatu celebratæ ſunt. Magni is honor Hamburgenſibus conſtitit, qvi tamen qvamcunqve moleſtiam & impenſam haud gravatim ſuſceperunt, qvod perſuaſiſſimum haberent, compendioſiſſimam augendæ libertatis ſuæ viam eſſe, ſi, neglectâ in loco pecuniâ, Comites qvam arctiſſimè ſibi divincirent. (1) Obiit non multò poſt, die nimirum S. Pantaleoni ſacrâ ſeu VI. Cal. Auguſti, Archiepiſcopus Bremenſis Gerardus, cum integros ferè triginta novem annos Eccleſiæ Bremenſi * præfuiſſet. Ingentes inde turbas 262
electio novi Archiepiſcopi excitavit. Nam (2) tres uno tempore pari ardore & potentiâ de Archiepiſcopali dignitate contenderunt: qvorum primus fuit *Heldeboldus* (3) Archidia-
134 conus Ruſtringiæ, Comitis Wunſtorpienſis, vel ſecundum alios Brockhuſenſis filius, qvi à majori Capituli Bremenſis parte electus eſt. Secundus fuit *Gerardus*, Præpoſitus major Eccleſiæ Bremenſis, Hermanni Comitis Lippienſis filius, qvem reliqvi Canonici Bremenſes cum Capitulo S. Willehadi elegerunt. Tertius fuit *Simon* Epiſcopus Paderbornenſis, jam dicti Gerardi Præpoſiti (4) frater, qvi (5) ſeptem ante annis à Patruo Gerardo Archiepiſcopo Bremenſi * jam decrepito, & ad res per ſe gerendas inutili, tutor Eccleſiæ Bre- 263
men-

(1) Hoc qvidem die electus eſt; conſecratus autem & coronatus d. 25. Decembris; ut teſtatur Onuphrius Panvin. in Chronico Pontif. Romanorum.
(2) Num. 253.
(3) Vid. ſuprà Num. 250.
(4) Vide Pontan. Hiſtor. Dan. l. 7. ad an. 1253. & tabulam Genealogicam, qvæ apud eundem vitæ Regis Chriſtophori I. ſubjungitur pag. 355.
(5) Albert. Stad. ad ann. 1252. Crantz. Dan. l. 7. cap. 22. Pontan. Hiſt. Dan. l. 7.
(6) Promiſcuè appellantur *Nordſtrandii & Strandfriſii*, vel, ut apud Alb. Stad. legitur *Strandfreſones.* Ab Anonym. Auctore Annal. Sclav. ad an. 1252. vocantur iidem *Strantfreſiæ ruſtici.* Vulgò nunc ea Regio dicitur der Nordſtrand/ pertinetqve ad Ducatum Sleſvicenſem: cujus qvidem continenti initio adhæſit: poſteâ autem violentia maris inde abrupta & in formam inſulæ redacta eſt. Inter omnes inundationes Oceani, qvas diverſis temporibus perpeſſa eſt, graviſſima fuit, qvæ contigit anno 1634. die 11. Octobris, ubi unica nocte 6123. homines in aqva miſerè perierunt. Prolixiorem hujus inſulæ deſcriptionem vid. apud Danckwert. Chorographia Sleſ. & Holſ. Part. 2, c 12. pag. 144. Conſule etiam Philip Cluver. Germ. Antiq. l. 3. c. 23. ubi aſſerit hanc eandem eſſe inſulam, qvæ à Plinio *Auſtrania* vocatur.
(7) Vid. Pontan. lib. 7. in fine vitæ Regis Abeli.
(8) Nupſit enim Duci Sveciæ, Alb. Stad. ad an. 1241. Pontan. lib. 7. ad an. 1245.
(9) Anonym. Auctor. Annal. Sclav. p. 290. edit. Lindenbrog. anno 1258. *Comes Bernardus de Berneborg duxit filiam Regis Abel die Blaſii in Hamberch.*

(1) Anonym. Annal. Sclav. p. 290. edit. Lindenbr. Hiſtor. Archiep. Brem. p. 112. edit. Lindenbr.
(2) Vid. Crantz. Metrop. l. 8. c. 20. Hermann. Leerbec. p. 33. Anonym. Annal. Sclav. ad ann. 12 8. & 1259. Hiſt. Archiep. Brem. p. 112. edit. Lindenbr. Spangenberg. Chron. Schouvenburg. lib. 2 c. 3.
(3) Idem vocabatur etiam *Propoſitus Ruſtringiæ* ut docet Crantz. jam citato loco & videre eſt in Anonym. Annal. Sclav. *Ruſtringia* autem pars eſt Friſiæ orientalis in littore Oceani Germanici: vulgo nunc *Ruſtringen.* Temporibus Imp. Ludovici Pii vocabatur ea regio *Ruiſtri*, ut teſtatur Eginhartus in Annal. Francicis ad an. 826. ubi refert Imperatorem Haroldo Danorum Regi ad Chriſtum converſo *Comitatum in Friſia nomine Ruiſtri* dediſſe. Suſpectus olim ille locus mihi fuit, ideoqve pro *Ruiſtri Sturii* legendum credidi, ſed nunc nihil mutandum cenſeo. Vid. Notas meas ad Rembertum de vita S. Anſcharii p. 335. Id qvoqve hic monendum videtur, partem illam libri qvarti *Aimoini*, ex qvâ aliqvot verba ibi citantur, à Papyrio Maſſonio, Guilelmo Ranchino & aliis *Adelmo* ſive *Ademaro* monacho Benedictino rectè attribui. Vid. Voſſ. de Hiſtor. l. 2. c. 34.
(4) Uterqve enim vocatur defuncti Archiep. Gerardi ex fratre nepos: h. e. fratris filius. Gerardus qvidem à Crantz. Metrop. l. 8. c. 20. Simon autem ab Auctore Anonymo Hiſtor. Archiep. Brem. pag. 112. edit. Lindenbr.
(5) Secundum Auctorem Hiſtor. Archiep. Brem p. 112. At ſecundum Anonym. Anal. Sclav Auctorem cœpit Simon Epiſc. Paderborn, tutor. eſſe Eccleſiæ Bremenſis anno 1257.

A. Æ. C. CIↃ CC LVIII

mensis constitutus fuerat. Hunc à Capitulo Ecclesiæ Hamburgensis electum, Comites
Holsatiæ Joannes & Gerardus, eorumqve amore Hamburgenses acerrimè defenderunt.
Itaqve cum tam illustris controversia non posset nisi Pontificis Romani decisione dijudi-
cari, miserunt Præpositus Gerardus & Episcopus Simon legatos suos Romam: (1) at Hildebol-
dus, homo vafer & vigilans, ipse eò profectus est, ut qvi ad obtinendam confirmationem
Pontificiam plurimum momenti in præsentiâ petentis positum esse crederet. Nec fefellit 135
264 ea spes virum industrium, ut aliqvantò post narrabitur. Cæterum intereà dum * illi in
Curiâ Romanâ de confirmatione litigant, levis qvoqve inter Comites Holsatiæ & urbem
nostram orta est (2) dissensio. Cum enim Comitibus haud in dubio esset, bellum regioni-
bus suis ab Hildeboldo imminere, si is confirmationem suæ electionis Romæ obtineret,
consilium cœperunt instaurandæ (3) arcis, qvæ ad Albim in monte *Sullenberg* ab Archiepi-
scopo Hamburgensi Alberto anno CIↃLXI. exstructa, nec multo post ob præsidiariorum
militum latrocinationem solo æqvata fuerat. Tum Hamburgenses pertinacissimè obniti,
& *reædificationem arcis privilegio ab Imp. Friderico I. sibi concesso adversam clamare. Esse enim intra*
265 *secundum ab urbe milliarium montem Sullenbergensem, ideoqve * si tempore impetrati privilegii arx*
stetisset, evertendam fuisse. Tantò minus instaurationem ejus tolerandam, cum jam sexaginta novem
annorum spatio vires acqvisivisset privilegium. Cujus autoritatem si per vim Comites labefactare cona-
rentur aut in dubium vocare, magnam illos qvidem avo & patri, qvi illud (4) confirmassent, injuriam
facturos; sibi verò maximam, qvod civitatis bene de se meritæ privilegium, & id qvidem non multò ante
singulari (5) approbatione à se munitum, infringendo, non tantum levitatis & inconstantiæ, sed & ingra- 136
266 *tissimi animi crimen incurrerent. Meliora sanè Civitatem nullius culpæ sibi consciam * sperare, de-*
cretumqve illi esse lubentissimè ac perpetuum qvamcunqve Comitibus opem, reverentiam & submissio-
nem præstare, dummodo salvis privilegiis suis id posset facere. Duram primâ fronte repugnatio-
nem lenivit excusationis æqvitas, ipsisqve Comitibus nefas visum est, apertæ veritati lo-
cum denegare. Tamen qvod ædificatio arcis adversus Hildeboldum necessaria videre-
tur, interposuit authoritatem suam Simon Paderbornensis Episcopus, mediamqve senten-
tiam qvæ ab Hamburgensibus æqvè ac Comitibus probata est, hanc reperit: *Permitterent*
267 *Hamburgenses arcem in monte Sullenberg exstrui: contra promitterent * Comites singulari diplomate,*
nihil istâ ædificatione derogatum iri privilegio Imp. Friderici I. nec magis eam ad exemplum trahendam,
qvam qvod nuper Civitas sponte suâ adversus Daniæ Regem Ericum opem Comitibus tulisset. Ideoqve
si unqvam ex illâ arce seu per imprudentiam, seu scienter & dolo malo Hamburgensibus damnum ali-
qvod inferretur, tenerentur Comites intra tres proximè subseqventes septimanas hoc nomine iis satisfa-
cere, aut, si id minus fieret, totam arcem intra tantundem temporis funditus rescindere. His sic com-
positis, soliciti Comitum exemplo Hamburgenses, & ab Hildeboldo, si electio ejus Ro- 137
268 mæ confirmaretur, haud immeritò * malum sibi metuentes, ne vel sine domestico auxilio
imparati offenderentur, cum (6) Alberto & Joanne Ducibus Brunsvici & Luneburgi fœ-
dus fecerunt hujus argumenti: (7) *Hamburgensibus perpetuum in totâ Brunsvicensi & Lunebur-*
gensi ditione liberum & ab omni vi atque molestiâ tutum fore commercium: Qvod si illorum urbem
bello lacessiri contingeret, & consilio & operâ Duces illis adversus qvemcunqve hostem pro virili affutu-
ros. Contra verò Hamburgenses, si inter eosdem Duces & Comites Holsatiæ dissidium fortè aliqvod na-
sceretur, enixè operam daturos, ut amicâ conciliatione qvamprimum illud extingueretur. Inter hæc
269 Comites Joannes & Gerardus probè * considerantes, qvantum Episcopi Simonis interes-
set, Capitulum Ecclesiæ Hamburgensis, cujus suffragiis electus esset, in fide retineri, omni
studio in eam curam & cogitationem incubuerunt, ut qvam firmissimè illud sibi obliga-
rent. Itaqve cum illa pecuniæ summa, qvam Comes Adolphus IV. jam Presbyter (8) an-
no CIↃCCXLV. *ad fundationem duarum præbendarum* Ecclesiæ Cathedrali donaverat, nondum
integrè persoluta esset, placitum est, ut parterna voluntas qvamprimum impleretur, &
Canonici reditus, tum adhuc in urbe Hamburgensi ad se pertinentes, soli tam diu percipe-
270 rent, donec inde de residuâ summa plenissimè ipsis satisfactum foret. Superfunt * in 138

(F) 2 memo-

(1) Hermann Leerbec. pag. 33. Histor. Archiep. Brem. p. 112. Anonym Annal. Sclav. ad. an. 1257.

(2) Thraciger. Chron. Hamb. MSt.

(3) Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 60. 61. & deinceps.

(4) Vid. supra Num. 12. & 48.

(5) Vide supra N. 161.

(6) Hi fuerunt filii *Ottonis* cognomine *Pueri* vel *Parvi*, qvi ab Imp. Friderico II. in Comitiis Moguntiæ anno 1235. habitis primus renunciatus est Dux de Brunswich & Luneburg. Nam qui ante illum eam ditionem tenuere, Domini tantum appellabantur. Verba Alb. Stad. eâ de re hæc sunt: *In ipsa curia* (h. e. Comitiis Moguntiæ habitis) *Dominus de Luneborch, Brunswich & Luneburg & omnem hereditatem suam imperio resignavit, & Imperator Brunswicense dominium in Ducatum mutavit & Duci porrexit.*

(7) Thrag. Chron. Hamb. MSt.

(8) Vid. supra N. 188.

CIↃ CC LVII memoriam ejus rei compositæ tabulæ antiqvæ, qvæ ut (1) antehac publicatæ sunt, ita eas bona fide hic apposui:

*Joannes & Gerardus Dei Gratia Comites Holsatiæ & de Schouwenburg, omnibus hoc scriptum visuris, notum esse volumus. (2) Ungeldi nostri in Hamburg, postqvam Hermannus de Brochusen summam, qvam ipsi solvere tenemur, de ipsis proventibus receperit, Canonicis Hamburgensis Ecclesiæ assignavimus & assignamus, volentes, ut nullus officialium nostrorum, nec nos ipsi de dicti Ungeldi proventibus qvicqvam recipiamus, donec dicti Canonici ad plenum recipiant, qvicqvid * adhuc restat de pecunia summâ, qvam Pater noster frater Adolphus (3) ad creationem* 271
duarum prebendarum in ipsa Ecclesiâ assignaverat Canonicis antedictis. In cujus rei testimo- 272
nium præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes sunt Dominus 273
Georgius de (4) Herwerdeshusen, Dominus (5) Hartis Dapifer noster, Dominus (6) Henricus de Hamme milites: Brynnii (legendum (7) Bertramus) *Esci filius, (8) Leo Hamburgensis in Hamburg & alii qvamplures. Datum in Hamburg, anno gratiæ millesimo ducentesimo qvinqvagesimo octavo, qvarto Idus Septembris.*

Obligatis hoc modo Ecclesiæ * Hamburgensis Canonicis, æqvè necessarium Comi- 274
139 tibus visum est, Civitatem qvoqve Hamburgensem singulari aliqvo beneficio obstringere, cum ob permissam arcis Sullenbergensis exstructionem, tum vel maximè ob spem ingentis auxilii, si contentio de Archiepiscopali dignitate in apertum bellum erumperet. Itaqve donarunt urbi insigne & usqve ad hoc tempus utilissimum qvidem, sed nunqvam tamen editum privilegium, cujus exemplum, ut ex antiqvo codice membranaceo à me descriptum est, fidelissimè subjunxi:

*Joannes & Gerardus Dei gratiâ Comites Holtzatiæ, Stormariæ & de Schouwenborch omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris salutem in * auctore salutis. Notum esse volumus tam præ-* 275
sentibus, qvam futuri temporis successoribus, qvod nos attendentes (9) assidua felicitatis obseqvia, quæ Burgenses Hamburgenses, dilecti fideles nostri, progenitoribus nostris exhibuerunt, & nobis student jugiter exhibere: ac volentes propter hoc ipsis & civitati eorum gratiam facere specialem (1) judicia nostra (2) infra hos videlicet terminos, à portâ, qvæ vocatur (3) Mylderedor usqve ad rivum (4) Herwer-
140 *desbude, & descendendo sicut idem fluvius influit in Albeam; (5) * abinde autem directè trans Albeam.*

(1) In append. Remonstrat. Danicæ adversus Apolop. Hamb. Lit G.

(2) Vide supra N. 13. & infra Num. 272.

(3) Vide supra Num. 188.

(4) *Herwerdeshusen* ad verbum est *domus Herwerdi* seu *Heriberti*. Vid. supra à N. 275. Sed fortè hic legendum est *Herwerdesbude*.

(5) Scribendum censeo *Hartwicus*.

(6) Vide supra N. 189.

(7) In Hermanni Roveri Consulum & Senat. Hamb. Catalog. MSto vocatur *Bertram van NesseHerrn Esicus Sohne*, infra N. 273. in diplom. Joan. & Gerhard. vocatur *Bertramus Esici*.

(8) Vide supra Num. 143.

(9) Causa concessi privilegii. Videtur autem hic pro *felicitatis* legendum esse *fidelitatis*.

(1) Vide infra N. 278.

(2) *Infra*, barberè pro intra: sic paulo post eodem sensu legitur *infra muros civitatis & infra civitatem*: & in antiqva lege Alamannorum c. 25. *gentem extraneam infra provinciam invitare*.

(3) Antiqvum & verum hujus portæ nomen fuit *dat Midleredohr*, h. e. Porta media: qvod qvidem accepit à situ, nempe qvoniam inter Portam S. Anscharii ad Albim, germ. *dat Schardohr* & Portam aggeris ad Alstriam, qvæ olim *Porta Molendini, dat Mölerdohr*, nunc verò *dat Damdohr* vocatur medium locum obtinet. Postea autem successione longi temporis & ignorantiâ vulgi ac pravâ consvetudine genuinum illud nomen *Midleredohr* paulatim, ut solet, per transpositionem, mutationem & detractionem literarum in vocabula illa corrupta *Milderedohr, Melderdohr, Millerdohr, Mellerdohr* & *Ellerdohr*, fuit mutatum.

(4) *Huda, hyda* & *hida* ab *hüden* per *y* sive *u* belgicum, h. e. tegere, custodire, significant apud barbaros mediæ ætatis scriptores villam seu prædium rusticum, h. e. domum ac tantum agri ad eam pertinens, qvantum alendæ uni familiæ sufficiat. Vid. Voss. de Vitiis Serm. l. 2. c. 9. Itaqve *Herwerdesbude* idem est atqve villa sive prædium Herwerdi: de qvo nomine proprio supra prolixè egi Num. 48. Similiter composita sunt nomina locorum *Henningbude*, *Winterbude*, *Dockenbude* & alia. Cæterum distat locus *Herwerdesbude* Hamburgo dimidium milliare germanicum, & vulgo nunc corruptè *Harvestebude* appellatur. Fuit ibi olim celebre monasterium sacrarum virginum, qvod in diplomate qvodam Senatus Hamb. anno 1273. dato, *claustrum Harvestebude* vocatur, & post defectionem Civitatis nostræ à religione Catholica funditus destructum est. Locus autem Baccho consecratus & in cauponam mutatus est, uti etiamnunc apparet. Vid. Nicol. Helduarderi Sylv. Chronol. Circ. Balt. ad an. 1530. Fundaverat illud monasterium & exstruxerat Comes Holsatiæ Adolphus IV. in memoriam Victoriæ Bornhovedensis, anno 1227. à Danis reportatæ. Id enim testatur Hermannus Leerbecensis pag. 31. edit. Meibom. his verbis. *In memoriam ergo dictæ & magnæ victoriæ in civitate Hamburgensium volens esse memoriale, prout in Lubecke, monasterium sub honore Divæ Mariæ Magdalenæ fratres ibidem Minores statuendo, extra muros vero versus Holsatiam, in loco qvi dicitur Reinebecke, sanctimoniales ponendo: Ulersen & Herwerdeshusen* (vox corrupta, pro qva scribendum *Herwerdesbude*) *aliis Parochialibus & villanis Ecclesiis exceptis fundavit.*

(5) Verba hæc asteriscis inclusa, in antiqva versione germanicâ Summarii sive Indicis MSti. veterum Privilegiorum & diplomatum Hamburgensium sic concepta leguntur: *Und van dar lik aver de Elve: ock van den Rivier Herwerdesbude upgahnde wente up dat River Henningbude, und van densulven River neven de Elster &c.*

276 *beam. Item à rivo Herwerdeshude ascendendo usqve ad rivum Henninghude;* ⁂ *abinde autem di-* CIↃCCLVIII
recte trans Alstriam ad rivulum, qvi (1) *Schorbek* * *nuncupatur: abinde qvoqve sicut termini agrorum allodii finiunt trans Albeam: ipsis & eorum Civitati contulimus & contradidimus eo jure, qvod infra muros civitatis habere & hactenus habuisse dinoscuntur perpetuò possidenda. Concedentes ipsis etiam, infra præscriptos terminos jure utantur oppidano, qvod* (2) *Wickbeldesrecht vulgariter nuncupatur.* 141
Qvicqvid autem infra eosdem terminos discordiæ sive qvæstionis natum seu ortum fuerit, infra civitatem debet omnimodo judicari. Ad hujus igitur donationis & concessionis, præfatis nostris fidelibus factæ, memoriam & perpetuam firmitatem, præsens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus ro-
277 *borari.* * *Testes sunt Poppe de* (3) *Krempe, Eggo de Kelingdorp, Henricus de Torrente, Herwicus Præfectus Holsatiæ, & Dapifer noster, Iwanus de* (4) *Kuren, Borchardus dictus Dus & Hertwicus suus frater, Florentius* (5) *Gogravius qvondam Advocatus, Henricus de Hamme, milites: Laici* (6) *Bertramus Esici, Leo Ronnerus, Nicolaus de Perchem,* (7) *Anno dictus Miles, Fridericus de Arteneborch, Consules Hamburgenses, & alii qvamplures. Actum & datum in Hamborch anno gratiæ M°. CC°, qvinqvagesimo octavo, in crastino beati Dionysii.*

Qvantum hoc privilegio libertati & gloriæ urbis incrementum accesserit, nullâ ut opinor, ratione melius apparebit, qvam si argumentum ejus aliqvanto penitius explana-
278 vero. Id autem tribus * constat membris; qvorum primo donatur civitati certis limiti- 142
bus circumscriptum territorium cum mero & mixto Imperio, seu, ut vulgò loqvuntur, cum omni jurisdictione tam superiori, qvam inferiori. Hoc enim verbis (8) *Judicia nostra* significari recepta Jurisconsultorum opinio comprobat. Secundo privilegii membro conceditur civitati *usus juris oppidani, vulgo nuncupati Wikbeldes-Recht.* Qvæ verba nolim qvis ita interpretetur, qvasi tum Hamburgenses potestatem condendi juris municipalis impetraverint: qvippe qvam certo constat (9) anno demum CIↃ CC XCII. peculiari diplo-
279 mate iis concessam fuisse, Intelligendum autem hic existimo *jus municipale* * *Magdeburgensium,* qvod etiamnunc non addito civitatis nomine, velut dignitatis qvodam prærogativâ, *jus Weichbildicum,* germanicè das Weichbild-Recht vocatur: (1) Obtinuit illud olim inter omnium Germanicarum urbium statuta & consvetudines principem locum, ideoqve ad æmulationem Juris Civilis Romanorum per excellentiam *Jus oppidanum,* germanicè das Stadt-Recht fuit appellatum. Hinc & usus ejus pro singulari beneficio aliis civitatibus concessus est: cujus rei domesticum hic habemus exemplum. Nec desunt externa. Superest enim diploma ab Hermanno Ordinis Teutonici Magistro anno CIↃ CC XXXIII pro-
280 mulgatum, in qvo subactis Prussiæ Urbibus *Jus Weichbildicum* seu municipale * Magdebur- 143
gensium his verbis conceditur: *Statuimus autem in iisdem civitatibus jura Magdeburgensia in omnibus sententiis inperpetuum observari.* Itidem extra omnem controversiam est, eodem illo jure non multò post Cracoviam Poloniæ metropolim, aliasqve non urbes tantum, sed integras adeò regiones aliqvamdiu usas esse. Cæterum hæc ita à me scripta accipi velim, ut qvem minimè lateat, qvid de (2) *Jure Weichbildico,* qvod nunc extat, ut & de *Speculo Juris Saxonici* judicandum sit. Ipse enim utriusqve operis futilitatem & aniles fabulas hic detegerem, nisi id jampridem à clarissimis superioris & nostri ævi Scriptoribus (3) *Alberto Crantzio* & (4) *Hermanno Conringio* abunde factum esset. Tertium deniqve supra inserti privi-
281 legii membrum his * verbis comprehenditur: *Qvicqvid autem infra eosdem terminos discor-*

diæ

(1) Schorbeke seu Scharbeke, rivus S. Anscharii, ut porta S. Anscharii, das Scharthor.

(2) Vide infra Num. 278. & deinceps.

(3) De hac nobili familia vid. Andr. Angel. Chron. Holst. l. 2. c. 8.

(4) Scribendum videtur *Külen.* De nobili familia *derer van Külen* Vid. Angel. Chron. l. 2. c. 8.

(5) *Gogravius* Præfectus agri sive tractus alicujus terrestris, qvi germanicè *Gougraf* dicitur. Vid. Voss. de Vitiis Serm. l. 2. c. 8. & Wehn. Pract. Obs. Lit. G.

(6) Vid. supr. Num. 271.

(7) *Miles* hic cognomen est, non verò titulus dignitatis eqvestris. Ergo hæc verba *Anno dictus Miles* sic vertenda sunt *Anno* mit Zunahmen Ridder. Sic supra N. 163. legitur *Marqvardus dictus* h. e. cognominatus *Faber*, & paulo ante in hoc ipso diplomate *Borchardus dictus*, h. e. cognominatus *Dus*. Qvod verò *Miles* virum eqvestri dignitate præditum in tabulis antiqvis significet, id supra Num. 16. demonstratum est. Hinc qvi ab Herman. Rovero in MSto. Consulum & Senat. Hamb. Catalogo *Johan. Miles* appellatur, is vocatur infra Num. 475. in diplomate Comitum Holsat. *Johannes Ridder*.

(8) Wehneri in Practicis Observat. Lit. G. eâ de re hæc verba sunt: *Nostro Germanorum stylo concessio feudi* mit den Gerichten *non solum* von Unter-Gerichten *sed etiam* von Ober-Gerichten *interpretanda est; adeoqve merum & mixtum Imperium venit juxta communem DD. opinionem.*

(9) Vide infra Num. 471.

(1) Herm. Conring. de Orig. Juris Germ. cap. 29. Autor Juris Weichbildici Art. 10. cum gloss.

(2) Das Weichbild. De origine ac significatione hujus vocis. Vide Wehner. Pract. observat. Lit. W.

(3) Crantz. Saxon. lib. 2. cap. 21. ubi agitur de Speculo juris Saxonici.

(4) Hermann. Conring. de orig. Juris German. cap. 29. & 30.

CIↃCCLVIII *dia sive quæstionis natum seu ortum fuerit, infra civitatem debet omnimodo judicari.* Qvæ verba
duas recipiunt longè diversas interpretationes. Cum enim particula *omnimodo* (1) omnem
tollat obligationem, & plenam nulliqve (2) vel interpellationi vel inqvisitioni obnoxiam
144 potestatem denotet, haud absurdè concluditur, urbem cum assignato territorio appella-
tioni ad Comites exemptam per illa verba declarari. Sed cum eadem particula in jure
nostro etiam pro (3) *indistinctè* sumatur, videtur ea hoc loco non ad judicandi potestatem,
sed potius ad discordiarum sive qvæstionum dijudicandarum varietatem referenda * esse, 282
& nil aliud qvam (4) *sine ulla exceptione* significare. Utcunqve sit constat sanè privilegium
hoc omnium, qvæ inde ab Imp. Friderici I. temporibus urbs nostra impetravit esse præ-
stantissimum. Nec pœnituit Comites benignitatis suæ; qvippe qvæ insigni liberalitate
ac fide compensata est, cum eodem adhuc anno contra (5) factionem Hildeboldi in Archi-
episcopatum Bremensem exercitum duxerunt.

A. Æ. C. CIↃCCLIX. Multo etiam magis seqventi ann. CIↃCCLIX. incredibilem Hamburgensium gratitudi-
nem in bello contra ipsum Hildeboldum experti sunt. (6) Impetravit is die VII. A-
prilis ambitu minimè Ecclesiastico, nempe (7) corrumpendo legatos Competitorum à
145 Pontifice Alexandro IV. confirmationem * dignitatis Archiepiscopalis, & non multò post, 283
peractâ ordinatione & accepto (8) Pallio, Bremam reversus est. Ad cujus reditum terri-
ti adversarii, nec contra summi Pontificis auctoritatem hiscere audentes, alii aliis rationi- 284
bus cum novo Archiepiscopo qvamprimum in gratiam redire studuerunt. Sed operæ 285
pretium censeo, qvæ hactenus narravi, testimonio confirmare Anonymi Annalium Scla- 286
vicorum Autoris ab Erpoldo Lindenbrogio editi, cujus ad annum CIↃCCLIX. hæc verba 287
sunt: *Bremensem Electum Hildeboldum Papa in vigilia Palmarum confirmavit, & Episcopum die* 288
*Dominicâ Benedicta ordinatum, dato pallio ad patriam remisit. Simon Episcopus * Paderbornensis* 289
venit Hamborch, & auditis literis Papalibus appellavit: Joannes & Gerardus Comites, Capitulum 290
Hamburgense & cives Hamburgenses appellaverunt, & omnes qvieverunt, nihil eorum, qvæ proposue- 291
rant, exeqventes. Hæc ille. Cæterum ægrè ferens Archiepiscopus Hildeboldus, Comites 292
146 Holsatiæ Joannem & Gerardum, Episcopo Paderbornensi faventes, per tempus commo- 293
rationis suæ in aulâ Romanâ, in Archiepiscopatum Bremensem hostiliter incursionem fe- 294
cisse, primo statim novæ dignitatis anno, ut par pari referret, bellum iis intulit. * Per 295
qvam occasionem *Stadenses*, in speciem qvidem, ut Archiepiscopo suo Hildeboldo fideles
se præstarent, reverâ autem ex invidiâ inter vicinas æmulasqve civitates usitatâ, Hambur-
genses variis modis hostiliter lacessere cœperunt. Qva indies excrescente proterviâ, (9)
obsederunt Hamburgenses *Stadam*, missa ad hoc classe dilectis militibus alioqve apparatu,
ut temporibus illis, & pro necessitudine rei instructâ satis & conspicuâ. Acerrimè ibi ali-
qvot præliis navalibus dimicatum est, ita tamen ut æqvo Marte semper discessum sit, & non
mediocri utrinqve clade, magnoqve submersorum numero * defensio sui alteris, alteris 296
cupido vindictæ constiterit. De fine hujus expeditionis nil aperte refert *Hermannus Leer-*
becen-

(1) Augnst. Barbosa in Remiss. DD. de dictionibus dict. 205. *omnimodò.*

(2) *Omnimodo est etiam sine interpellatione & sine inqvisitione* Brisson Calvin. Hinc secundum Card. Tusc. in pract. Conclus. omnino & omnimodò interpretatur *liberè, absolutè, totaliter, simpliciter & penitus.*

(3) *Dictiones omnino & omnimodo, cum sint universales, comprehendunt indistinctè omnes casus & excludunt exceptionem*: secund. Barbos. dict. 206.

(4) *Sine metu exceptionis: in omnem eventum: qvicunqve casus inciderit.* Brisson.

(5) Ipse enim Hildeboldus tunc agebat Romæ. Herman. Leerbec. p. 33.

(6) Anon. Annal. Sclav. ad an. 1259. p. 290. edit. Lindenbrogii: *Pontifex Bremensem electum* (Hildeboldum) *in vigilia Palmarum confirmavit, & in Episcopum die Dominica Benedicta ordinatum, dato pallio ad patriam remisit.*

(7) Histor. Archiep. Brem. p. 112. edit. Lindenbr. *Deinde Episcopus Hildeboldus iter arripuit ad curiam Romanam pro confirmatione sua obtinenda: contra qvem* (à Gerardo de Lippia) *missus fuit Godefridus beati Willehadi Decanus, & qvidam Canonici cum eo ut confirmationem propter contemptum ipsorum impedirent. Et cum essent in Romana curia constituti, Hildeboldus & qvidam Canonici sui Godfridum Decanum fraude circumvenerunt, promittentes munera & dignitates, ut ipsis literas suas præsentarent qvod & fecit*, &c. Hinc apparet, qvomodo corrigendus sit Alb. Crantzius Metrop. l. 8. c. 20. ubi eadem res ita corruptè narratur: *Hildeboldus ipse Romam petit, cum Godescalco* (legend. *Godefrido*) *Decano, qvi Cælesti* (legend. *Cöelecti*, h. e. Gerardi Lippiensis, qvi contra Hildeboldum à Capitulo S. Wilhaldi & aliqvot Canonicis Ecclesiæ cathedralis electus erat) *causam suscepit, clam loqvitur, & literas ejus accepit, multa pollicitus.* Cöelectus compositum est, ut coævus, coætaneus & ejus generis alia. Sic & passim apud barbaros, auctores legitur Condiaconus, Conpresbyter,

(8) *De Pallio*, insigni Archiepiscopalis dignitatis, vide Frid. Lindenbrogii Glossarium ad Cod. LL. antiq. Lit. P. ubi verba, *Pallio sublimari*, prolixe explicat, & unde uberior interpretatio petenda sit, ostendit.

(9) Hermann. Leerbec p. pag. 33. edit Meibom. Spangenberg. Chron. Schouwenb. l. 2. c. 3.

A. Æ. C. CIↃ CCLIX.

becensis: qvo nemo, qvod sciam, antiqvior eam rem literis consignavit. Ipsa ejus verba hæc sunt: *Joannes & Gerardus* (Comites Holsatiæ) (1) *Comeciam Stadensem & Ecclesiam Bremensem, eò qvod Simon prædictus* (Episcopus Paderbornensis) *tunc tutor sedis Bremensis, in Archiepiscopum electus non fuit, incendiis & spoliis devastaverunt. Hildeboldus verò electus de Curiâ* (Romanâ) *rediens, Joanni & Gerardo civitatem Hamburgensem in feudo porrigere recusavit, objiciens eis, qvod* 147
297 *tempore suæ absentiæ Ecclesiam suam damnis & injuriis devastassent.* * *Igitur Stadenses in favorem Hildeboldi Episcopi cum Hamburgensibus discordare cæperunt. Hamburgenses verò in Albia versus civitatem magnis navibus & viris fortissimis Stadium obsederunt: Stadensibus viriliter se defendentibus, multi ab utraqve parte in aqvis perierunt.* Hunc locum propterea integrum apposui, qvia illum *Cyriacus Spangenbergius* Chronico Schouwenburgensi non tantum suppresso auctoris nomine, sed & gravi in Comites Holsatiæ præjudicio (2) inseruit. Absit enim, ut qvis credat, Urbem Hamburgensem *feudum Ecclesiæ Bremensis* unqvam fuisse, ideoqve vel Duces Sa-
298 xoniæ, vel Comites Holsatiæ, ut bonâ fide illam possiderent, * ulla Archiepiscoporum concessione indiguisse. Id enim putidum est commentum, cui uno ore omnis reclamat antiqvitas. Merito ergo debuisset hoc *Spangenbergius* monere, nec falsæ opinionis materiam inerudito Lectori suggerere. Illud qvoqve hic notandum videtur, *Hermanni Leerbecensis Chronicon Schouwenburgense*, egregia qvidem multa continere, sed passim qvoqve mutilum esse & 148
corruptum, innumerisqve mendis & erroribus, inprimis qvod supputationem temporum attinet, scatere. Qvod qvidem propterea moneo, ne qvis miretur, me unius ejusdem Scriptoris autoritatem alibi qvidem seqvi, alibi autem rejicere.

A. Æ. C. CIↃ CC LX.

299 AGebatur jam annus CIↃ CCLX. * cum tandem aliqvando discordia, qvæ inter Archiepiscopum Hildeboldum & Comites Holsatiæ hactenus fuerat, sopita est: qvod Archiepiscopo, qvi exercitum in Holsatiam miserat, infeliciter res successisset, Comites autem à Duce Brunsvicensi Alberto bellum sibi metuerent. Cujus rei meminit Anonymus Annalium Sclavicorum Auctor his verbis: (3) *Anno Domini* CIↃCCLX. *Archiepiscopus Bremensis ultra Albiam misit viros validos in locum, qvi Wildescarne* (apud Hermannum Leerbecensem (4) legitur *Wildescron*) *dicitur, ut ex illis Comites Holsatiæ impugnarent. Comites verò illo obseqvio* (le-
300 gendum *obsesso*) *omnes se dare* * coegerunt. Refert (5) Thraciger, Hamburgenses in jam memoratum bellum inter Archiepiscopum Hildeboldum & Comites Holsatiæ (6) 9800. *marcas argenti*, hoc est, [si, ut vulgò nunc (7) supputatur, una marca argenti octo Imperiales, germanicè Reichsthaler/ valeat) 78400. Imperiales erogasse, atqve insuper coactos 149
fuisse (8) *sexcentis marcis argenti*, hoc est, 6400. Imperialibus amicitiam Archiepiscopi Hildeboldi redimere. Addit etiam, *inter Hamburgenses & civitatem Bremensem primum fœdus tum percussum, & negociationis commercium certis legibus ordinatum esse.* Sed cum Thraciger illa o-
301 mnia, ut consuevit, absqve ullâ probatione *, & (9) non observatâ ratione temporis narret, & qvod præcipuum est, ipse secum apertè pugnet, dum redemtionem amicitiæ Hildeboldi in (1) duos diversos annos, nempe CIↃ CCLIX. & CIↃ CCLXIII. refert, hinc ego fidem meam in ejusmodi dubiis non obstringens, lectores ad ipsum seu veræ, seu falsæ narrationis auctorem rejicio.

A. Æ. C. CIↃ CC LXI.

EXtinctam inter Archiepiscopum & Comites discordiam secutus est annus CIↃ CC LXI. fatalis Adolpho ex Comite monacho, Principi, ut virtute primum militari, sic, postqvam civiles curas exuit, incomparabili sanctitate vitæ clarissimo. Obiit is *Kilonii* in mo-
302 nasterio S. Francisci, qvod pecuniâ ostiatim emendicatâ ipse exstruerat, * ibidemqve sepul-

tus

(1) *Comecia* barbarè pro Comitatu, germ. ein Grafschafft. Vide Voss. de Vitiis Serm. l. 3. c. 26.

(2) Verba ejus l. 2. c. 3. hæc sunt: Aber *Hildebold* zog gen Rom/ und erlangete vom Papst die *Confirmation*, und als er wieder kam/ wolte er die beyden Brüder G. Johann und G. Gerharden von Holstein/ nicht mit der Stadt Hamburg belehnen/ mit der Vorwendung/ daß sie ihm in seinem Abwesen in sein Stifft gefallen/ und Schaden gethan hätten.

(3) Pag. 290. edit. Lindenbr.

(4) Pag. 33. edit. Meibom. Ibidem paulo post pro anno CIↃ CC LVI. scribendum est CIↃ CC LXI.

(5) In Chron. Hamb. MSto.

(6) Verba ejus hæc sunt: *Disse Kriges-Rüstunge kostede den van Hamborg* 9800. *loedige Marck Sülvers.*

(7) Vide supra Num. 16.

(8) 600. *lodige Marck Sülvers.*

(9) Refert enim reconciliationem Archiep. Hildeboldi & Comitum Holf. ad an. 1259.

(1) Verba Thracigeri in Actis an. 1259. hæc sunt: *In demsulvem Vordrage wurden de van Hamborg vorgeten, de musten sick insunderheit mit dem Ertz-Biscop versönen: geven eme noch an alle gedane Unkost und Irringe* 600. *lödige Marck Sülvers. Alse sick nu de van Hamborg mit dem Ertz-Biscoppe verdragen hadden, &c.* In actis autem anni 1263. apertè is sibi contradicit his verbis: *Anno 1263. weren de van Hamborg mit dem Ertz-Biscoppe van Bremen, van wegen der Feide, darinne se Grafen Johan und Gerharten Hülpe geleistet, noch nicht utgesönet, derhalven, &c.* Veram hujus rei narrationem vide infra Num. 385.

CIↃ CC LXI. tus est. Testatur hoc præter auctorem (1) Adolpheidos Hermannus Leerbecensis his
150 verbis: (2) *Adolphus anno Domini* CIↃ CCL [legendum, ut apud Albertum Stadensem, CIↃ CCXLIV.]
Subdiaconus de Româ rediens à Johanne Episcopo Bosnensi, qvondam ordinis Prædicatorum magistro,
Diaconus, Presbyter verò à Joanne Episcopo Lubecensi est ordinatus, & apud Hamburg in die S. Gregorii
Papæ summo sacerdoti, ipsi Deo, sacrificium filii sui offerens, primam (immò verò *secundam*, ut (3) su-
pra demonstravi) *Missam suam celebrat. Post hæc verò annis* XI. [legendum XVII. nempe ab
anno CIↃ CCXLIV. usqve ad annum CIↃ CCLXI.] *vir inclytus, Deo * devotus serviens, sine bono & se-* 303
curo diem clausit extremum, & in Conventu oppidi Kil, qvod à fundamentis exstruxerat in Christo sepe-
litur. De eadem re Anonymi continuatoris Helmodi hæc verba sunt: (4) *Vixit Adolphus*
in ordine annis qvatuordecim immò verò XXII. si monasticus ordo hic intelligatur, sin verò
sacerdotalis scribendum est annis XVII.] *& anno Domini* CIↃ CCLXI. *obiit in Domino feliciter, &*
in Conventu fratrum in Kilone in humo sepultus est. Idem confirmat (5) Albertus Crantzius his
151 verbis: *Vixit Adolphus in* (6) *religione annis* (7) *qvatuordecim* [scribendum *annis fere viginti duo-*
bus, nempe ab anno CIↃ CCXXXIX. usqve ad annum CIↃ CC LXI.] * *pervenitqve ad annum Christi* 304
[(8) millesimum ducentesimum] *sexagesimum primum, tumulatus sub lapide qvadro in Choro fra-*
trum in oppido memorato Kil. Extat etiamnunc ipsum illud Adolphi sepulchrum Kilonii
cum barbaro hoc (9) Epitaphio:

Qvondam nostrorum pater & speculum (1) *Dominorum,*
Laus Holsatorum, Comes Adolph, regula morum,
Hic situs est flos florum, & honos, & gemma bonorum,
Cui dedimus sertum nostrorum more Minorum,
Ne pravorum animæ noceat fraus Dæmoniorum,
Oramus, Deus utqve receptet in alta polorum.

Hinc ergo satis, ni fallor, apparet, graviter (2) Thracigerum errare, qvi *Adolphum* scribit
*Hamburgi in Choro seu presbyterio templi S. Mariæ Magdalenæ sepultum * fuisse.* Cujus qvidem 305
erroris ansam illi præbuisse videtur antiqvum monumentum pictum, qvod ibi in hono-
rem & memoriam religiosissimi istius viri in occidentali templi latere parieti affixum cer-
nitur. (3) Repræsentat illud duplicem Adolphi colosseam effigiem: nempe stantis habitu
militari, & qvalis procul dubio fuit, cum Daniæ Regem Waldemarum II. in campo Born-
152 hovedensi debellavit; tum verò etiam cubantis in monasticâ veste Franciscanorum, &
qvalem ad sepulturam elatum esse existimo. Eodem anno CIↃ CCLXI. miserunt Hambur-
genses legationem in Sveciam ad *Byrgerum Ostrogothiæ Ducem*, qvi, etsi Regio caruit * nomi- 306
ne, (4) Regiâ tamen dignitate inde à morte (5) Erici XII. seu anno (6) CIↃ CC XXII. usqve ad
annum CIↃ CCLXVI. Regnum Sveciæ administravit. Legationis princeps fuit *Jordanus*, Se-
natorii ordinis vir, & ætate simul ac rerum experientiâ par tantæ rei, ut qvi (7) novennio
antè Hanseaticarum urbium nomine cum Margarethâ Flandriæ Comite de negotiationis
commercio feliciter transegisset. Præcipuum petitionis ejus caput fuit, *ut civitati Hambur-*
gensi in Regno Sveciæ eadem libertas & immunitas concederetur, qvâ tum Lubecenses ibi fruebantur.
Versa inde ad grati animi promissionem oratio: *Exiguas qvidem esse civitatis suæ vires, si cum*
*regno * compararentur, sed eam esse sortem rerum humanarum, eos casus bellorum, ut nonnunqvam ex* 307
minimæ etiam conditionis amicitiis maximus fructus percipiatur. Qvin tutius etiam apud impares
bene-

(1) Sic enim ille Auctor inscripsit barbarum suum Poema de rebus gestis Comitum Schouwenburgensium, qvod Henricus Meibomius cum Herm. Leerbecensi primus edidit. Agitur ibi de morte & sepulturâ Adolphi IV. c. 15. seu ultimo.
(2) Pag. 33. edit. Meibom.
(3) Num. 184. 185.
(4) Cap. 17.
(5) Sax. l. 8. c. 7.
(6) *Religio* hic barbarè vocatur genus vivendi solitarium seu, ordo monasticus.
(7) Huic supputationi suæ ipse Crantzius fidem derogat Wandal. l. 7. c. 18. ubi eandem rem ita narrat. *In eo ordine vixit.* (Adolphus) *religiosissimè supra annos* XX. *qvod in Saxonia diximus.*
(8) Hæc verba Parenthesi inclusa apud Crantz. Saxon. l. 8. c. 7. perperam omissa sunt.
(9) Vid. Cypræi Annal. Episcop. Slesv. l. 2. c. 5. Nathan. Chytræi Delicias Itiner p. 683. Spangenberg. Chron. Schouwenburg. l. 1. c. 31.
(1) Nempe Comitum Joannis & Gerardi.
(2) Verba ejus hæc sunt: *Desulbigen* 1261. *Jahres starf Graf Adolf, und bbard begraben to Hamborch in den Kloster to S. Marien Magdalenen im Chore.*
(3) Qvo hæc rectius percipiantur inserui exemplum istius monumenti ut ab egregio pictore summâ diligentia delineandum curavi.
(4) Joann. Magnus Gothor. Sveonumqve Hist. l. 19. c. 17.
(5) Qvi & *Balbus* cognominabatur. Vid. Ubb. Emm. Rerum Chronolog. l. 5. c. de temporibus Svedorum.
(6) Ita Emmius: at secundum Joan. Magnum Histor. Svec. l. 19. c. 15. decessit Ericus Balbus an. 1250.
(7) Vid. supra N. 230.

Antiquum hoc Sepulchrum gentilitium illustrissimæ Familiæ generosissimorum Comitum Holsatiæ, Wagriæ, Stormariæ et Schauwenburgi, atq; Dominorum Urbis Hamburgensis, quod, uti hic æri incisum repræsentatur, ita etiam nunc extat in medio Basilicæ Cathedralis Hamburgensis, fornice è regione suggesti concionatorii, inserendum est secundo Rerum Hamburgensium libro.





beneficium collocari, ut qvi ad compensationem vi compelli possint, si sponte suâ grati esse negligant. Qvod CIↃ CC LXI
qvidem crimen qvantum ab Hamburgensibus alienum esset, satis indicasse freqvens auxilium Principibus, 153
qvorum humanitate crevissent, absqve ullo (1) *sumptuum respectu præstitum. Idem se regno Sveciæ polliceri, & qvidem eo efficacius, qvo majores fortunas urbs acqvisitura esset, si benignâ desideratarum im-*
308 *munitatum concessione * transmarinæ negotiationis commercium promoveretur.* Non destituit fortuna legati diligentiam. Permotus enim Dux Byrgerus spe paris benevolentiæ erga Regni Svecici subditos, donavit Hamburgenses insigni privilegio, cujus exemplum hactenus nondum editum integrè subjunxi:

Byrgerus Dei gratia Dux Sveorum viris providis (2) *Advocato, consilio & communi Hamburgensi salutem in Virginis filio Jesu Christo. Veniens ad nos nuncius ac Civis vester Dominus Jordanus, Vir providus & discretus, ex parte vestrâ petivit à nobis, ut cives vestros, ad partes nostras cum mercibus suis venientes, facere deberemus eodem pacis ac* (3) *emunitatis, qvantum ad teloneum non solvendum,*
309 *gaudere * privilegio, qvod apud nos habent & habuerunt hactenus Lubecenses.* (4) *Super qvo vobis taliter respondemus, qvod pacem, libertatem ac emunitatem de non solvendo teloneo, qvo nostrates in munitionibus vestris gaudere permittitur, eandem hominibus, cum mercibus suis ad partes nostras de vestra civitate venientibus, ex parte nostrâ promittimus viceversâ: Ita duntaxat, qvod Gubernator navis sub fide suâ nominet eos, qvos vestræ civitatis cives novit, cæteris suis nautis ab eis separatis, coram Advo-* 154
to loci, ad qvem declinaverit, esse veraciter cives vestros. (5) *Qvantum tamen ad prædicta, scire debe-*
310 *tis, qvod si naufragii damnum aliqvem apud nos de vestris contingat * incurrere, qvilibet in naufragio constitutus sine* (6) *calumniâ possidebit illud, qvod de rebus suis extrahere poterit & juvare.* (7) *Prætereà si qvem extraneum apud nos mori contingat, qvi non habeat legitimum successorem, omnes res, qvas possidet, redigi debent in scripturâ, & sub fideli custodiâ Sacerdotis, exactoris Regii, ac* (8) *Melioris, ac* (9) *majorum de civitate seu loco illo, in qvo mortuus est, cum testimonio bono deponi. Et si postmodum infra* (1) *diem & annum legitimus hæres advenerit, literas civitatis,* (2) *de qva est, ac illius Domini, qvi præest civitati, secum deferens, per qvas constare possit, qvod sit hæres, res prædictas integraliter obtine-*
311 *bit. Qvod si forsitan infra * terminum memoratum nullus venerit, qvi sit hæres, ex hoc statim elapso secundum leges patriæ devolventur ad fiscum Regium res prædictæ.* (3) *Item si qvis pecuniam seu merces* 155
suas ad partes nostras cum (4) *alio destinaverit, & ille, cum qvo transmittuntur, tale qvid commiserit, qvod pœnâ corporali, vel etiam pecuniariâ sit meritò puniendus, in hoc casu petivit à nobis idem civis ac nuntius vester, ut salvâ sibi pecuniâ suâ, qvi secum aliqvam destinavit, ille solummodo, qvi deliqverit, puniatur in rebus suis propriis, vel etiam corporaliter, si tantus fuerit ipsius temeritatis excessus. Et*
312 *in hoc petitionem suam, utpote multum rationabilem meritò censuimus * admittendam, cum peccata suos tantum tenere debeant auctores, nec in tali casu sine culpâ suâ de jure sit aliqvis puniendus. Ut igitur omnia præmissa robur obtineant firmitatis, præsentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum apud* (5) *Therno præsentibus venerabilibus Dominis Laurentio Upsalensi Archiepiscopo, Henrico Lincopensi Episcopo, Karulo Arnsiensi, Axero Wexionensi, Rangwaldo Finlandensi ac cæteris qvamplurimis nobilibus nostri Regni. Anno Domini M°. CC° LXI. XIII. Kal. Augusti.*

Refert Thraciger, eodem anno Hamburgenses etiam cum *Frisiis* fœdus fecisse, sed
313 cum suo more nec de argumento fœderis, * nec de aliis ad pleniorem ejus rei cognitionem necessariis circumstantiis ullum addat verbum, meritò illum cum imperfectâ narratione suâ valere jubemus, donec major veritatis lux affulgeat. Cæterum certò constat, 156
eodem anno CIↃ CC LXI. memorabilem ortam esse contentionem inter (6) fratres patrueles,

(1) Vide supra N. 97. & 300.

(2) Locus singularis de *Advocato* Urbis Hamburgensis Vid. supra Num. 15 & 118. Item infra N. 404. ubi similis extat locus & æqve notatu dignus.

(3) *Emunitas* pro immunitate legitur aliqvoties apud Marculphum in formulis Vid. & Lindenbrog. Gloss ad Cod. LL. antiq

(4) Primum Privilegii caput de immunitate vectigalis.

(5) Secundum Privilegii caput de bonis naufragorum.

(6) *Calumnia* pro malitiosâ ac injustâ petitione ac detentione. Vid. JCtos de signif. hujus vocis.

(7) Tertium privilegii caput.

(8) *Melior* barbarè pro Prætore vel Præfecto. Eodem sensu legitur in Leg. Longobard. lib. 1. tit. 19. §. 27. *Quod si factum fuerit, per meliores illius loci inqviratur.*

(9) *Major* barbarè pro magistratu civitatis. Sic in antiqvis tabulis MStis. Compositionis cujusdam generali inter civitatem Londinensem & mercatores Hansæ Teutonicæ passim legitur *Major & communitas civitatis Londinensis* Galli Latinum *Major* mutarunt in *Maire*, qvod vocabulum etiamnum in usu est.

(1) Eandem formulam vide in simili privilegio, qvod Dux Henricus Leo anno 1163. dedit Gotensibus sive incolis Insulæ Godlandiæ, infra N. 490. in Mantissa veterum diplomatum.

(2) Hinc non absurdè colligi posse videtur privilegium hoc non Hamburgensibus tantùm, sed & aliis confœderatis civitatibus concessum esse. Nam alioqvi simpliciter duntaxat scriptum fuisset, *literas civitatis vestræ.*

(3) Qvartum privilegii caput.

(4) JCti nostri *Institorem* vocant. ff. de institoria actione.

(5) *Tornia* urbs Regni Svecici ad intimum recessum sinus Bothnici.

(6) Vide tabulam Genealogicam stemmatis Regis Daniæ Waldemari II. apud Pontan. Hist. Dan. lib. 7. pag 355.

CIƆ CC LXI. Ericum Daniæ Regem, Chriſtophori filium & Ducem Ericum, Rege Abelo & Mechtildâ
Comitum Holſatiæ Joannis & Gerardi ſorore, genitum. Verum qvo hæc clariora & ma-
gis in aperto ſint, paulo altius qvædam repetenda cenſeo. Daniæ Rex *Waldemarus II.* qvi
anno (1) CIƆ CCXXVII. infelix cum * Lubecenſibus in campo Bornhovedenſi commiſit præ- 314
lium, ex (2) *Berengariâ Luſitanâ* tres ſuſcepit filios, qvorum hic præ cæteris ejus liberis men-
tio facienda eſt: *Ericum* nempe, & *Abelum*, & *Chriſtophorum*. Ex qvibus maximus natu *E-
ricus* patri ſucceſſit in Regno anno (3) CIƆ CCXLI. Hujus autem ſpecie humanitatis capti
& in navicula (4) decollati locum invaſit fratricida Abelus (5) anno CIƆ CCL. Uxorem is
habebat (6) Mechtildam, filiam Comitis Adolphi IV. & ſororem Comitum Joannis & Ge-
rardi, ex qva ipſi nati ſunt filii *Waldemarus* & *Chriſtophorus*, qvos ſuperſtites reliqvit, cum
anno CIƆ CCLII. (7) Strandfriſiis ſeu Strantfreſonibus occiſus eſt. * Pervenit tum ad Regiam 315
dignitatem tertius Waldemari filius *Chriſtophorus*, prælatusqve fuit fratris Abeli filiis, par-
tim odio paterni fratricidii, partim abſentiâ natu majoris Waldemari, qvi anno CIƆ CCL. in
157 reditu ex Galliâ ab Archiepiſcopo Colonienſi (8) interceptus, & cuſtodiæ mandatus fue-
rat. Manſit is in captivitate, qvoad pater Abelus in vivis fuit; poſt cujus mortem (9) re-
demit eum Avunculus Joannes *ſex marcarum argenti puri millibus.* Reverſus ergo *Walde-
marus* anno CIƆ CC LIV. in patriam, accepit à Rege Chriſtophoro Ducatum *Sleſvicenſem.* ſeu, ut
tunc appellabatur, *Jutiæ auſtralis*; (1) his tamen legibus, ut Regi ac Regno Daniæ * fideli- 316
tatem & obſeqvium conceptis verbis promitteret, eorumqve cliens, ſeu, ut barbaro qvi-
dem, ſed jam recepto vocabulo utar, (2) *vaſallus* haberetur. Qvod qvidem à Duce Walde-
maro, qvamdiu ſuperſtes fuit, ritè obſervatum eſt. Eo autem anno CIƆ CCLVII. defuncto,
cum frater ejus Ericus Ducatum Sleſvicenſem ut hæreditarium, & à Daniæ Regno ſepara-
tum ſibi vendicare auſus eſſet, expulſus inde armatâ manu Regis Chriſtophori, & in Hol-
ſatiam ad avunculos coactus eſt refugere. Latuit is ibi usqve ad annum CIƆ CCLIX. (3)
qvo Rex Chriſtophorus obiit. Cui ſucceſſit conſenſu procerum Regni Daniæ filius *Eri-
cus* cognomine *Glipping*, * qvem ſuſceperat ex *Margaretha* (4) Sambirii Pomeraniæ Ducis fi- 317
liâ, fœminâ ſupra ſexum prudenti & intrepidâ, & ipſo vultu virilem magis colorem, qvam
158 mollitiem fœmineam referente. Unde & cognomen *Nigræ* accepit, & paſſim à Saxonicis
ſcriptoribus vernaculâ linguâ (5) *Swarte Grete* nuncupatur. Hâc igitur cum Regni Senato-
ribus filii nondum adulti vicem fungente, oportunum exuli Erico viſum eſt, novum & re-
cens inauguratum Regem de reſtitutione Ducatus Sleſvicenſis convenire. Qvod cum
anno demum CIƆ CC LXI, cujus acta inpræſens narramus, per internuncios feciſſet, reſpon-
ſum hoc tulit: *Indignum qvidem ipſum eſſe, cui ullum * in Daniæ Regno beneficium præſtaretur, ut* 318
*cui ipſe hoſtem ſe apertè declaraſſet; decreviſſe tamen Regem, ne ſtatim in principio Imperii turbarum
amans, aut neceſſitudinis immemor videretur, iisdem conditionibus ipſi concedere Ducatum Slevicenſem,
qvibus olim frater ejus illum obtinuiſſet. Aliam ſine bello tranſigendi viam haud ſupereſſe.* Irritato
per hoc reſponſum Erico, ut qvod ab ipſius ſententiâ è diametro diſtaret, ad arma ven-
tum eſt, habitoqve delectu & convocatis auxiliis, utrinqve validi exercitus profecti, haud
procul Sleſvico in campo (6) *Loheide* convenerunt. Et Danorum qvidem exercitum du-
xit Mareſchalcus Regni *Petrus * Findius*, Holſatis autem præfuit ipſe Ericus cum avunculis 319
Johanne & Gerardo. Prælium inde die XXVIII. Julii, qvi S. Pantaleoni ſacer, feſtum S.
159 Olai proximè antecedit, commiſſum eſt peracre, variaqve fortunâ, & Marte communi ſatis
diu in neutram partem inclinante. Tandem verò prævaluit Holſatorum virtus, actisqve
in fugam eqvitibus Danorum, turbatisqve ac cæſis peditibus, bonâ demum fide victoria in
partes Ducis Erici tranſiit. Is effuſos hoſtes fortiſſimorum militum manu perſecutus,
promiſcuam edidit ſtragem, caſtraqve diripuit, & ipſum Regem, qvem cum Regina matre
in proximo pago pugnæ exitum præſtolari cognoverat, priusqvam de ſuorum * clade 320
certior fieret, oppreſſit, & in poteſtatem ſuam redactum, in arce Inſulæ

(1) *Al-*

(1) Vide ſupra Num. 76. 77. & deinceps.
(2) Reg. Erici Hiſt. gent. Dan. ad an. 12[illegible]. pag. 304. edit Lindenbr.
(3) Albert. Stad. ad. an. 1241.
(4) Vide ſupra Num. 216.
(5) Alb. Stad. ad an. 1250.
(6) Vide ſupra Num. 152.
(7) Vide ſupra Num. 260.
(8) Alb. Stad. ad an. 1250.

(9) Anonym. Annal. Sclav. ad ann. 1250. pag. 289. edit. Lindenb. Pontan. Hiſtor. Dan. l. 7. ad an. 1254.
(1) Pontan. jam citato loco. Crantz. Dan. l. 7. c. 22.
(2) *Vaſallus*, cliens fiduciarius Voſſ. de Vitiis Serm. l. 1. c. 7.
(3) Anonym. Annal. Sclav. ad ann. 1259. pag. 290. edit. Lindenbr.
(4) Pontan. Hiſt. Dan. l. 7. p. 357.
(5) Vide Herm. Leerbec. infra Num. 323.
(6) Crantz. Saxon. l. 8. c. 25. & Dan. lib. 7. c. 23. Pontan. Hiſt. Dan. l. 7. ad an. 1261. Meurſ. Hiſt. Dan. l. 2.

(1) *Alsa* honestæ custodiæ mancipavit. Regina autem mater, ne cum filio in præjudicium A. Æ. C. CIƆ CCLXI.
victorum consultare posset, *Hamburgum* ablegata, & Comitis Gerardi curæ commissa est.
Ut igitur illustris hujus victoriæ, & grati erga Deum animi monumentum perpetuò Ham-
burgi extaret, donarunt Comites Ecclesiæ Cathedrali, seu *B. Virginis Mariæ* pallium ingen-
tis pretii, inter prædam repertum, qvod in pallam seu *cappam Choralem*, præcipuis diebus
festis & in maximis sacris solennitatibus induendam, mutari curarunt. Sed priusqvam
321 ad alia transeo, haud abs re * fuerit, præcipua veterum Auctorum loca, unde, qvæ de Lo-
heidensi prælio hactenus narravi, eruta sunt, oculis & judicio omnium (2) subjicere. Ano- 160
nymi Annalium Sclavicorum Auctoris eâ de re hæc verba sunt: (3) *Anno* CIƆCCLXI. *Regina
Daciæ Margaretha cum filio suo Rege venit contra Comites Holsatiæ cum magnâ populi multitudine su-
per Loheide, sed Comites per Dei gratiam adeptâ victoriâ Reginam ceperunt, & in Hamborch in ho-
nesta custodia deduxerunt.* Idem confirmat Ericus Daniæ Rex, Uratislai VII. Pomeraniæ Du-
cis filius in Historiâ gentis Danorum his verbis: (4) *Anno Domini* CIƆCC LXI. *bellum fuit Lohe-*
322 *te * inter Regem Ericum filium Christophori & Ericum Ducem filium Abel in vigiliâ S. Olaui, & con-
trita est pars Regis, qvi ibidem captus est cum matre suâ Margarethâ Reginâ.* Huc accedit testi-
monium Anonymi Continuatoris Helmoldi his verbis conceptum: (5) *Hi duo Comites Jo-
annes & Gerardus in Loheide contra Danos commiserunt bellum magnum in die Pantaleonis & vi-
cerunt Danos auxilio divino anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo.* Præ cæteris ve- 161
rò illustris est locus, qvi de jam memorato prælio extat in Chronico Hermanni Leerbe-
censis, ubi illud his verbis narratur: (6) *Eodem tempore* [nempe an. CIƆCCLXI. pro qvo per-
323 peram ibi * legitur anno CIƆCCLVI.] *Margareta Regina Daciæ, vulgari nomine Svarte Grete, vir-
ago & animum virilem gerens, cum filio suo in magnâ populi multitudine Holsatiam vastans intravit.
Cui Comes Joannes & Gerardus cum suis ultra* (7) *Denewerck audacter occurrentes, in victoriâ Comi-
tibus* [legendum censeo *cælitus*] *donata Reginam ceperunt, & secum Hamborch, in custodiâ honestâ
ponentes deduxerunt. Inter alia, qvæ inter spolia fuerunt comperta, mantellus pretiosus valde inven-
tus est. Hunc dicti Comites Ecclesiæ Virginis benedictæ offerentes, in cappam Choralem pro summis fe-
324 stivitatibus mutatus, in dictæ victoriæ * memoriam induitur & conservatur.*

PRoximo post Loheidensem pugnam anno, qvi fuit Æ. C. CIƆ CCLXII. nihil omninò ad A. Æ. C.
Hamburgensem historiam pertinens, memoriæ traditum inveni; præterqvam qvod CIƆ CC LXII
Daniæ Regina Margareta, qvæ Hamburgi hactenus custodita erat, operâ Alberti Ducis
Brunsvicensis, qvi eâ de re Ducem Slesvicensem Ericum & Comites Holsatiæ instanter
urgere non cessavit, dimissa & in pristinam libertatem restituta fuerit. Qvod qvidem A-
nonymus Annalium Sclavicorum Auctor his refert verbis: (8) *Anno Domini* CIƆ CC LXII. *Re-* 162
325 *gina Hamborch in captivitate detentâ, fit tractatus de pace. Dux* * [nempe Brunsvicensis Alber-
tus] *& Marchiones* [nempe Brandenburgici] *Joannes & Gerardus Comites convenerunt in Qvede-
lingeborg, & postea in Saltwedele. Regina qvoqve interfuit, sed tamen posteà reversa est Hamborch;
& colloqvium, redeunte Reginâ, ad placitum sic finem accepit, qvod Holsati transgressores* [hoc est,
Nobiles, qvi in partes Ducis Alberti (9) Holsatiam ope Lubecensium invadentis transie-
runt] *reconciliati sunt Comitibus, bonis suis retentis, & Regina reversa est in Daciam.*

(G) 2 Seqvi-

(1) De hac Insulâ vide Danckwert. Chorograph. Slesf. & Holsf. part. 2. c. 7. pag. 98. Crantz. Saxon. l. 8. cap. 26. captivum *Regem Daniæ Hamburgi in ditione Comitis Gerardi refert servatum esse*: non verò in Insula *Alsen*, ut scribunt Pontanus & Meursius.

(2) Faciendum hoc præcipuè est *Crantzii* causa, qvi in narratione pugnæ Loheidensis dupliciter errat; primum qvidem in eo qvod illam non attribuit Regi Daniæ *Erico* cognomine *Glipping*, sed patri ipsius *Christophoro*, qvem certò constat triennio integro ante nempe anno 1259. obiisse. Secundo errat idem Auctor, dum scribit, *moriente Comite Holsat. Joanne Regem captivum nondum laxatum fuisse.* Qvod sanè falsum est, cum constet Regem Ericum in pristinam libertatem restitutum esse anno 1265. cum Hamburgi nuptiæ Joannis Ducis Luneburgensis & Ludgardis filiæ Comitis Gerardi celebrarentur: Vid. infra Num. 334. & 335. Comes autem Joannes obiit anno 1266. ut infra prolixè demonstratur Num. 373. 374. & deinceps usqve ad Num. 383. Hinc ergo apparet, qvomodo ea, qvæ Albert. Crantz. Saxon. lib. 8. cap. 25. 26. & 27. item Daniæ lib. 7. c. 23. de pugna Loheidensi & captivitate Regis *Christophori* refert, corrigenda sint.

(3) Pag. 290. edit. Lindenbr.

(4) Pag. 306. edit. Lindenbr.

(5) Cap. 18.

(6) Pag. 33. edit. Meibom.

(7) De vallo seu munimento qvod vulgo *opus Danorum* dicitur, & temporibus Imper. Caroli M. à Godfrido Danorum Rege in Cimbricâ Chersoneso adversus Saxones primum exstructum est, vide Reginonen Chronic. l. 2. ad an. 808. Cypræi Annal. Episcop. Slesvic. princip. l. 1. Danckwert. Chorograph. Slesf. & Holsf. part. 2. c. 9. p. 111. & 112.

(8) pag. 290. edit. Lindenbrog. Idem confirmat Pontan. Hist. Dan. l. 7.

(9) Anonym. Annal. Sclav. ad an. 1261. Crantz. Saxon. l. 8. c. 25.

A. Æ. C.
CIƆCCLXIII SEqvitur annus CIƆCCLXIII. obſcurus æqvè ac præcedens, & rerum narrandarum vacuus. Nam qvod Anonymus Annalium Sclavicorum Auctor (1) memorat, * *Joannem Holſatiæ* 326
Comitem hoc anno obiiſſe, & in Reinvelde ſepultum eſſe, id ſine controverſiâ falſum eſt, cum (2) non multo poſt incorruptis rerum geſtarum monumentis demonſtraturus ſim, eundem Comitem Joannem anno demum CIƆCCLXVI. deceſſiſſe, & Hamburgi in templo Cathedrali fuiſſe conditum. Jam vero qvod Thraciger ſcribit, *Hamburgenſes hoc anno Comiti Gerardo*
163 *magnam pecuniæ ſummam dediſſe, ut ipſius operâ Archiepiſcopo Bremenſi Hildeboldo reconciliarentur; qvippe infenſo ſibi adhuc ob auxilium Simoni Epiſcopo Paderbornenſi anno* CIƆCCLVIII. & CIƆCCLIX. 327
*præſtitum: Comitemqve, etſi fidem ſuam cum multis Nobilibus * obſtrinxiſſet, aut amicitiam Archiepiſcopi, aut pecuniam ejus recuperandæ cauſa erogatam Hamburgenſibus reſtitutum iri, neutrum tamen præſtitiſſe, ideoqve coactos illos eſſe aliâ inſuper pecuniâ amicitiam Archiepiſcopi per ſe redimere:* id omne meritò mihi ſuſpectum eſt, (3) qvia ipſe Thraciger manifeſtiſſimè ſecum pugnat, dum in actis anni CIƆCCLIX. diſertis verbis affirmat, Hamburgenſes eo anno Archiepiſcopi gratiam ſexcentis marcis argenti recuperaſſe, qvod tamen æqvè expreſſe in actis anni CIƆCCLXIII. negat, dum hoc demum anno Archiepiſcopum cum Hamburgenſibus in gratiam rediiſſe memorat. Itaqve hoc in medio relinqvendum * cenſeo, donec antiqvum 328
illud monumentum, unde Thraciger narrationem reconciliationis Hamburgenſium cum Archiepiſcopo deprompſit, in lucem proferatur. Mihi ſanè nulla usqvam eâ de re occurrit mentio ante annum CIƆCCLXVII, ut prolixius (4) referam, cum ad illa tempora pervenero. Subjungit Thraciger, *eodem anno* CIƆCCLXIII. *Hamburgenſes cum Wilhelmo ex Comi-*
164 *te Hollandiæ in Imperatorem Romanum electo, de libero negotiationis commercio in ditione ipſius exercendo tranſegiſſe: uti etiam de certo qvarumcunqve mercium vectigali, aliisqve rebus eò pertinentibus.* Sed hoc, qvod ad tempus attinet ſine controverſiâ falſum eſt; * qvippe cum certò con- 329
ſtet, Imper. Wilhelmum (5) anno CIƆCCLVI. inſidiis Friſiorum, cum qvibus bellum gerebat, occiſum eſſe.

A. Æ. C.
CIƆCCLXIV ITaqve exploſo hoc Thracigeri errore, ad annum CIƆCCLXIV. tranſeo. Confirmavit eo anno Gerardus Holſatiæ Comes privilegia ab Imperatore Friderico I. & Holſatiæ Comite Adolpho III. Hamburgenſibus conceſſa: qvi qvidem eò maximè hoc deſiderarunt, qvod in tabulis confirmationis eorundem privilegiorum à Comite *Joanne*, ut natu maximo Adolphi IV. filio, (6) anno CIƆCCXXXIX promulgatis, nulla *Gerardi* nominatim fit mentio. Id enim ex ipſo diplomatis iſtius apparet principio, qvod his verbis conceptum eſt: *Joannes Dei gratia Stormariæ * Wagriæ & Holtzatiæ Comes, cum ſuis Fratribus, omnibus præſens* 330
ſcriptum viſuris ſalutem. Ubi procul dubio qvidem per fratres Comitis Joannis intelliguntur *Gerardus*, de qvo nunc agitur, & *Luderus* ſeu *Lotharius*, qvi paulo poſt adhuc puer obiit: ſed non contenti generali eâ confirmatione Hamburgenſes, in tempore ſibi proſpexe-
165 runt, ne qvaliscunqve urbis ſuæ libertas vel minimo obnoxia eſſet periculo, ſi qvid Comiti Joanni humanitus contingeret. Extant etiamnunc ipſæ confirmationis illius tabulæ hactenus nondum editæ, qvas, ut ex antiqvo codice membranaceo meâ manu deſcripſi, operæ pretium duxi apponere:

* *Gerardus Dei gratiâ Comes Stormariæ, Holtzatiæ & de Schouwenborch omnibus præſens ſcri-* 331
*ptum viſuris in Domino ſalutem. Innoteſcimus tam præſentibus, qvam futuris, qvod nos illam gratiam & libertatem, qvam glorioſus Princeps noſter Romanorum Imperator (7) Fridericus, ad petitionem avi noſtri dilecti Comitis Adolphi de Schouwenborch ſuo privilegio liberaliter contulit & donavit; & poſtmodum idem avus noſter ipſa jura (8) autentico ſuo prædictis noſtris hominibus dedit & conſtituit: Et poſt hæc dilectus (9) Pater noſter Adolphus Comes Holtzatiæ & de Schouwenborch omnem gratiam eis à prædictis collatam libere * confirmavit. Nos verò omnia præfata, ſecundum qvod eis privilegiis ſunt col-* 332
lata, duximus inperpetuum ſæpedictis noſtratibus conſervare. Tali autem forma & ordinatione; qvod &c. [omiſſa hic eſt repetitio privilegii Imper. Friderici I. ut ſuperflua] *Inſuper omnem (1) juſtitiam, qvâ Lubecenſes in civitate eorum frui ſolent, præfatis noſtris civibus conferimus*
166 *& donavimus. Ut igitur omnia prædicta in perpetuum robur obtineant firmitatis, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Teſtes ſunt hi, Dominus Joannes Capellanus noſter de Wer-*

(1) ad an. 1263. p. 291. edit. Lindenbr.
(2) Vide infra Num. 373. 374. & deinceps.
(3) Vide ſupra Num. 300. 301. & infra N. 385.
(4) infra N. 385. 386. & deinceps.
(5) Albert. Stad. Chron. ad an. 1256. Auctor addit ad Lambert. Schaffnab. Crantz. Saxon. l. 8. cap. 19. Anonym. Annal. Sclav. ad an. 1256. p. 289. edit. Lindenbr. Sifrid. Presbyt. l. 2. Epitom. Chronolog. ad an. 1256. Emm. Calviſ. & innumeri alii.
(6) Vide ſupra Num. 161.
(7) Vide l. 1. Rer. Hamb. pag. 83.
(8) Vide ſupra Num. 12.
(9) Vide ſupr. Num. 48.
(1) Vide l. 1. Rer. Hamb. p. 97. & 100.

333 *Werdinghusen, & fideles nostri Dominus Bertoldus de* (1) *Rennowe,* * *Dominus* (2) *Lupus, Dominus Gher-*
bertus de Boysenborch & Volradus Husberg milites nostri. Consules Hamburgenses (3) *Bertramus Esi-*
ci filius, (4) *Bernardus de Buxtehude,* (5) *Joannes de Twedorpe, Fridericus de Ertenebornb,* (6) *Leo*
Winterus, Godscalkus filius Dominæ Albeydis, Hinricus (7) *gener Leonis & alii qvamplures. Datum*
Hamborch, Anno M. CC°. sexagesimo qvarto, die Luciæ Virginis & Martyris.

Durabat eâ tempestate adhuc inimicitia ob captivitatem Daniæ Regis Erici inter Al-
bertum Ducem Brunsvicensem, & Holsatiæ Comites contracta. Cui ut aliqvando tandem
334 finis imponeretur, ad affinitatem ventum est, ceu ad ultimum discordes * Principium fa-
milias reconciliandi remedium. Filia enim Comitis Gerardi (8) *Ludgardis* fratri Ducis Al- 167
berti Joanni Duci Luneburgensi in matrimonium data est, nuptiæqve Hamburgi anno
CIↃ CC LXV. celebratæ sunt. Testatur hoc Anonymus Annalium Sclavicorum auctor his
verbis: (9) *Anno Domini* CIↃ CC LXV. *Dux Joannes de Brunswich duxit filiam Comitis Gerardi cum*
magnâ solennitate in Hamburg. Idem confirmat Hermannus Leerbecensis, cujus eâ de re
hæc verba sunt: *His sic actis* [hoc est, post Loheidensem pugnam] *Albertus Dux* [Brunsvi-
335 censis, ut apparet ex præcedentibus] *Holsatiam devastat. Hujus frater, scilicet* * *Joannes Dux*
filiam Gerardi Comitis duxit uxorem, & sic illa discordia sopita est. Huc accedit, qvod in antiqvis
diplomatibus illorum temporum, ab Henrico Meibomio in (1) Notis ad Hermannum Leer-
becensem publicatis, *Ludgarda* Comitis Gerardi filia expressè *Ducissa de Luneborg,* & Joannes
Dux de Brunswick *gener Comitis Holsatiæ Gerardi* appellatur. Hinc ergo elucet, minimè to-
lerabiliter (2) Pontanum errare, dum Joannem, cui Comitis Gerardi filia Ludgardis nu- 168
psit, non Brunsvicensem ac Luneburgensem Ducem fuisse scribit, sed *Marchionem Branden-*
336 *burgicum.* Perperam qvoqve idem autor nuptias istas in annum * CIↃ CC LXIII. refert, cum
ex (3) monumentis ferè coætaneis certò constet, eas secundo post anno, nempe CIↃ CC LXV.
celebratas fuisse. Sub finem ejusdem anni venit Hamburgum (4) *Guido Cardinalis Presbyter*
Tituli S. Laurentii in Lucinâ & Pontificis Clementis IV. Legatus; petiturus inde Daniam ad com-
ponendum Regis Erici litigium cum *Erlando* Archiepiscopo Lundensi, qvod velut hære-
ditarium pater ejus Rex Christophorus ipsi reliqverat. Præsentiam istius Cardinalis, ut
fortunam minus vulgarem, haud inutiliter prætermittendam rati Hamburgenses, conside-
337 rantesqve, nihil urbi suæ æqve conducere, ac securitatem navigationis, gravissimè * apud
ipsum conqvesti sunt de violentâ hominum & bonorum naufragorum invasione, qva tum
commercium maritimum à finitimis populis infestabatur: *Duram qvidem per se & periculi ple-*
nam esse navigationem, tolerabilem tamen, si cum solis tempestatibus confluctandum sit. Leve enim red-
di qvodcunqve ejus generis infortunium, si ad Deum auctorem referatur, & tutum in omni terra tractu

(G) 3 *per-*

(1) De nobili hac familia vide And. Angel. Chron. Holf. l. 2. c. 13.

(2) *Lupus* hic videtur esse prænomen, germ. Wolf / qvod olim satis freqvens fuit in nobilibus Holsatiæ familiis. Vid. Angel. Chron. Holf. l. 3. c. 24. ubi agitur de nobili familia *de Lupo,* derer von Wulffen / ex qva oriundi fuerunt Arnoldus & Henningus von Wulffen / qvorum ibi mentio.

(3) Vide supra Num. 142.

(4) Vide supra Num. 144.

(5) Vide supra Num. 136.

(6) Vocatur supra Num. 143. & 171. *Leo Hamburgensis.* Nomen ab eo accepisse videtur villa *Winterhude.*

(7) Appositè Tacitus de Socero suo Cn. Julio Agricola: *Ad capessendos magistratus in Urbem digressus, Domitiam Decidianam splendidis natalibus ortam sibi junxit, idqve matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit.* Hoc respectu & ipse Tacitus Consulis Agricolæ filiam duxit. Sic & Servius Tullius ducta Tarqvinii Prisci filiâ ad Regnum pervenit: sic Marcianus ductâ Pulcheriâ Imper. Arcadii filia, virgine unius & qvinqvaginta annorum Imperator Romanorum evasit: sic Mahumetus ductâ vetulâ qvidem, sed ditissimâ viduâ, fundamenta jecit potentissimi Imperii Saraceni-ci. Nempe hinc apparet rem esse veterem & vulgatam per angustam Veneris portam in amplissimum honoris palatium irrepere. Tacit. l. 1. Annal. vocat hoc *per uxorium ambitum irrepere.*

(8) In tabulis antiqvis Comit. Joannis & Gerardi, qvæ extant in Notis Meibomii ad Herm. Leerbec. pag. 69. vocatur ea *Ludgardis Ducissa de Luneburg.*

(9) Pag. 291. edit. Lindenbrog. Eandem rem narrat Crantz. Saxon. l. 8. c. 27. his verbis: *Interim frater* (Alberti Ducis Brunsvicensis) *Joannes nec dum administrationem aliqvam sortitus, qvod indivisus Ducatus apud Albertum permaneret, initâ affinitate cum Gerhardo Holsatiæ Comite, filiam ejus accepit uxorem.*

(1) Pag. 69.

(2) Verba ejus l. 7. Histor. Dan. ad ann. 1263. hæc sunt: *Cum vero, ut suprà relatum, res captivi Regis* (Erici) *eo essent deductæ, ut ipse Marchionibus Brandenburgicis esset permissus, nec dum tamen libero cœlo perfrui ei concessum, donec tandem nuptiæ Hamburgi habitæ inter filiam Comitis Gerardi & Joannem Brandenburgicum, Othonis Longi & Alberti fratrem, iisqve interesset qvoqve mater Regina, associata Regni aliqvot præsulibus Regis demum negotium ita actum, ut ipse liber dimissus, Ducem Ericum præfecturâ Ducatus Slesvicensis sub jure clientelari frui permitteret.* Eundem errorem *Meursius* qvoqve, Pontani auctoritate deceptus, l. 2. Histor. Danicæ inseruit.

(3) Vide supra Num. 334.

(4) Hunc Cardinalem *Guidonem* Crantzius aliiqve multi, auctoritate ejus decepti, perperam confundunt cum summo Pontifice Clemente IV. qvi ante electionem *Guido Fulcodii* appellabatur. Vid. infra Num. 345. 364. 365. & deinceps.

cIↄcc LXV. *perfugium speretur. Contra verò incredibiliter illud aggravari, si ad iniqvitatem fortis malitia homi-*
169 *num accedat, & miseria naufragantium, ex fluctuum gurgitibus in solidum projecta, hostili insuper cru-*
*delitate & * rapinâ excipiatur. Magno detrimento civitatem suam, & qvidem eo freqventius id ma-* 338
lum experiri, qvo diligentius negotiationi transmarinæ studeret, qvam aliæ urbes finitimæ. Frustra au-
tem adversus istam rei nauticæ pestem ex interdictis civilibus præsidium peti, qvod Principes plerumqve
in ejusmodi facinoribus conniverent; qvippe qvi haud magnoperè essent solliciti, jurenè an injuria subdi-
ti sui ditescerent. Unum igitur Ecclesiasticæ prohibitionis superesse remedium, de cujus efficaciâ eo mi-
nus dubitari posset, qvo manifestius religio aliam omnem persuadendi rationem & compellendi vim oc-
*culto divinitatis * terrore superaret.* Facilem se æqvissimis hisce precibus Cardinalis Guido 339
præbuit, ideoqve non contentus injustissimam hominum ac bonorum naufragorum invasionem suâ duntaxat sententiâ in præsens damnasse, peculiari insuper rescripto prohibendæ ejus curam & excommunicationis pœnâ vindicandæ potestatem Archiepiscopo Magdeburgensi inperpetuum concessit. Rescripti illius exemplum hactenus nondum editum, ut in manus meas pervenit, integrum subjunxi:

170 *Venerabili in Christo Patri, Dei gratiâ Archiepiscopo Magdeburgensi, Frater Guido miseratione*
Dominicâ Tituli S. Laurentii in Lucinâ presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, salutem & since-
*ram * in Domino caritatem. Cum nec lignum fumigans extinguendum, nec conterendus sit calamus* 340
conqvassatus, inhumanum esset cavendum, illis irrogari molestias, qvibus aliqvæ plerumqve adversitates
ex divinâ permissione proveniunt, (1) ne videatur afflictis afflictio superaddi. Sanè ad nostram nove-
ritis audientiam pervenisse, qvod qvidam, imò qvamplures iniqvitatis filii circumstantium regionum, in
suis ferventes neqvitiis adversus imbecilliores & impotentiores eis, naufragium videlicet patientes, acce-
dentes ad partes istas de diversis mundi climatibus, suarum persecutionum procellas intumescere non de-
*sistunt persecutionis * diabolicæ continuis flatibus agitari, ut illi crudelius suam exeqvantur persecutio-* 341
nem, ubi suæ malitiæ non invenientes objectum, eam possunt dilatare. Sed si attenderent malignantes
hujusmodi, qvod plus nocentur, qvam noceant, cum sic innocentes perseqvuntur iniqvè, non utiqve sibi
datum esse nocere gauderent. Lætantur tamen ipsi, cum male fecerint, & in rebus pessimis gloriantur,
donec prædantur de terrâ, perpetuò cruciandi: propter qvod non tam super tribulatis, qvam tribulan-
171 *tibus est dolendum. Et compescendi sunt à nobis & aliis pro tempore suo gerentibus in partibus istis vi-*
*ces summi Pontificis, qvi suo sunt vitio * inqvieti. Nam geminum bonum agit geminâ laude dignum,* 342
qvi tuetur à potentibus impotentes. Dum enim justè corripit inqvietos, piè pusillanimes consolatur,
uno qvasi actu pietatem & justitiam exercendo. Qvapropter nos, qvi, licet indigni, Domini Papæ ge-
rimus in partibus istis vicem, firmâ credulitate tenentes, vos amare justitiam & æqvitatem sectari, Pa-
ternitati vestræ committimus, qvâ fungimur auctoritate, mandantes, qvatenus qvibuslibet hominibus ha-
bitatoribus, & aliis fidelibus ad partes istas & Hamburgensem civitatem de diversis mundi regionibus
*venientibus, & exinde recedentibus, qvi * pro tempore ob mirabiles elationes maris seu vehementes im-* 343
pulsus de navibus confugientes ad portus sub spe salutis, qvam eis misericordia divina indulserit, pater-
no compatientes affectu, & ipsis ex virtute spiritualis gladii nobis à Deo concessâ & à nobis specialiter in
hac parte commissa, & etiam demandata, efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis, in
qvantum posse vobis Dominus ministrabit, hujusmodi naufragos, vel ad littora pro salute corporum de-
clinantes, jacturam in personis seu rebus per malitiam prædictorum maleficum perpeti. Malefactores
*autem hujusmodi auctoritate nostra, ut à tali * desistant neqvitiâ, & qvidqvid ab eis rapuerunt, resti-* 344
172 *tuant integrè, ut tenentur, censurâ, qvâ convenit, compellentes: constitutione de duabus dietis editâ in*
generali Concilio non obstante. Inhumanum qvippe est & valde indignum, ut qvos dextera Salvatoris,
ne mergerentur, erexit, vexatio deprimat aliqvorum. Datum in Hamborch XII. *Kal. Januarii Ponti-*
ficatus Domini Clementis Papæ qvarti anno primo.

Gravissimè errat (2) Thraciger, referendo diploma hoc in annum cIↄccLVI. cum meridianâ luce clarius sit, datum illud esse die XXI. Decembris anni cIↄccLXV. (3) Hoc enim
anno, & qvidem die III. Februarii * Clemens IV. cujus anno primo hoc diploma Cardina- 345
lis Guido promulgavit, in Pontificem Romanum electus est. Qvicqvid igitur ex illo tempore usqve ad diem tertium Februarii anni cIↄccLXVI. contigit, id sine ullâ controversiâ ad primum Pontificatus Clementis IV. annum pertinet. Hinc etiam apparet, qvam insigniter errent, (4) qvi Guidonem Cardinalem, Legatum Pontificis Clementis IV. cum
ipso

(1) Argument. l. navis ff. ad l. Rhod. dejactu l. divus Marcus ff. de offic. præsid. l. tam dementis C. de Episcop. audient.
(2) Chron. Hamb. MSt. ad an. 1250.
(3) Sifrid. Presbyt. l. 2. Epitom. Chronol. ad an. 1265. Auctor Compilat. Chronol. à Pistor. editæ. Paul. Lang. Chron. Citizens. Stella de Vit. Pontif. Magn. Chron. Belgic. Onuphr. Panvin Calv. & alii. Vid. infr. N. 371.
(4) Crantzius, Pontanus, Meursius & alii. Vid. infr. N. 364. 365. & deinceps usqve ad Num. 373.

ipſo Pontifice Clemente IV. perperam confundunt. Qvâ de re non multò poſt proli- CIↃCCLXV.
xius diſſeram. Cæterum per idem tempus qvo Cardinalis Guido Hamburgum venit, in-
346 gens erat (1) litigium inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis & monachos ordinis * Prædi- 173
catorum, qvi corpus defunctæ cujusdam mulieris (2) *Womelis* nomine, reſpectu habitationis ad Parœciam S. Nicolai pertinentis, in cœmiterium templi S. Johannis, monaſterio ſuo ſubjecti, intulerant. Eam rem, ut grave in reditus Eccleſiæ S. Nicolai præjudicium, presbyter Parœcialis ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis detulit. (3) Ea enim Eccleſia inde à primâ urbis origine usqve ad abrogationem fidei catholicæ ſeu annum CIↃ DXXV. in Eccleſias Parœciales, tanqvam mater in filias, imperium habuit. Mutatâ autem religione,
347 periit unâ qvicqvid honoris & prærogativæ Eccleſia *B. Virginis Mariæ* ſeu Cathedralis * habuerat, ejusqve loco primarium haberi cœpit templum Parœciale *S. Petri*, non qvidem reſpectu antiqvitatis, [nam hac ratione præferendum illi eſſet templum *S. Nicolai*, ut incorruptis veterum tabularum teſtimoniis (4) alias demonſtravi] ſed ob vicinitatem Eccleſiæ Cathedralis, & qvod ſitum ſit in ea urbis parte, qvæ prima omnium habitata fuit, & in antiqvis monumentis *urbs vetus* appellatur, cum ad ejus differentiam tractus Parœciæ S. Nicolai *ſuburbium* & *Nova urbs* nuncupetur. Delatâ igitur Presbyteri Parœciæ S. Nicolai qvere-
348 lâ ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, negantibusqve monachis * contra receptionis ſuæ leges ſe feciſſe, provocatum utrinqve eſt ad Cardinalem Guidonem. Is verò inſtitutâ di- 174
ligenti examinatione juratorum teſtium, qvi ante triginta annos receptioni interfuiſſent, pro Capitulo ſententiam tulit, qvod monachis tempore receptionis poteſtas in cœmiterium, aut templum ſuum inferendi mortuos, nominatim non eſſet conceſſa. Supereſt etiamnunc integrum illud examen teſtium, qvod Cardinalis Guido die XXIII. Decembris anni CIↃCCLXV. de qvo nunc agitur, inſtituit, & ad perpetuam ejus rei memoriam in pu-
349 blicum inſtrumentum curavit redigi. Sed cum illud (5) ſupra actis anni CIↃCCXXXV. * jam inſeruerim, ſuperfluam hic repetitionem ejus cenſeo. At Archiepiſcopus Hildeboldus, audito, qvod Cardinalis Guido ad preces civitatis Hamburgenſis defenſionem naufragorum Archiepiſcopo Magdeburgenſi demandaſſet, & qvod ſpeciatim qvidem mandato inſertum eſſet, prædones ad reſtitutionem rerum raptarum compellendos eſſe, ſolicitus, ne id ſubditis ſuis, Germanicum mare & Albim fluvium accolentibus, nimium noceret; qvippe qvos ſciret erga naufragos ob impunitatem criminis præ cæteris deliqviſſe; ſine mora Hamburgum miſit *Toitardum* Canonicum Bremenſem Eccleſiæ S. Wilhadi, qvi cum
350 Cardinale Guidone ageret, ut * ſupra dictum mandatum ita leniretur, ne ob præteritas ra- 175
pinas ſubditi Archiepiſcopatus Bremenſis poſſent conveniri. Annuit huic petitioni Cardinalis Guido, & ne in dubium ea res unqvam deinceps vocari poſſet, ſingulare promulgavit diploma, qvo publicè teſtatus eſt, literas, ad Archiepiſcopum Magdeburgenſem datas, de futuris tantum, non autem de præteritis intelligi debere. Verum qvo hæc clariora ſint, ipſas ſuper ea re promulgatas tabulas, hactenus nondum editas, in lucem proferam. Datæ illæ ſunt Hamburgi die XXVIII. Decembris anni CIↃCCLXV. & conceptæ his verbis:

351 *Omnibus præſentes literas inſpecturis * Frater Guido miſeratione divinâ Tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ ſedis Legatus ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, qvod, cum Conſules & Cives Hamburgenſes impetrarent à nobis literas in hac forma: Venerabili in Chriſto Patri Dei gratia Archiepiſcopo Magdeburgenſi &c. Diſcretus vir Magiſter Toitardus, Canonicus Eccleſiæ S. Willehaldi Bremenſis, procurator venerabilis patris Archiepiſcopi Bremenſis, eisdem lite-* 176
ris in publicâ noſtrâ audientiâ contradixit, timens per eas præfato Domino Archiepiſcopo præjudicium
352 *generari. Qvas tandem literas * ſupradictas procurator tali videlicet conditione abſolvit, qvod ſæpe dictus Dominus Archiepiſcopus & ſui ſubjecti prædictarum literarum prætextu, vel auctoritate, ſeu occaſione, ob ſpolia, violentias, ſeu rapinas in jam dictis naufragiis vel navigantibus, ſeu circa eos jam dudum commiſſa conveniri non poſſint per literas ſuperius nominatas, nec aliqvid eis literarum occaſione ipſarum, qvoad præterita qvidem, damnum ſeu præjudicium generetur: quod pars altera, Conſules & Cives prædicti videlicet, promiſerunt firmiter coram nobis, & præſentem cautionem dare eidem Archiepiſcopo*
353 *atqve ſuis ſpontanei voluerunt. * Ac ejusdem etiam Archiepiſcopi ſuper his jure ſalvo. In cujus rei teſtimonium præſentes literas fieri fecerunt, & noſtri ſigilli munimine roborari. Datum in Hammenborg* v. *Kal. Januarii, Pontificatus Domini Clementis Papæ IV. anno primo.*

Poſt

(1) Vid. ſupra Num. 131. 132. 133.
(2) Vulgô nunc *Wümmel*. Vix tamen in uſu amplius id prænomen eſt, niſi forte inter ruſticos.
(3) Vide ſupra Num. 117.
(4) Vide ſupra Num. 124.
(5) Num 134. & deinceps.

CIↃCCLXVI Post hæc Cardinalis Guido Hamburgo Lubecam discessit: qvo cum pervenisset, paucis
177 interjectis diebus, nempe postridie Kalendarum Januarii ineuntis anni CIↃCCLXVI.
Archiepiscopo Bremensi Hildeboldo per literas mandavit, ut, qvæ Archiepiscopo Magdeburgensi auctoritate Apostolica circa hominum ac bonorum naufragorum defensionem potestas concessa esset, * per totam diœcesin suam qvam primum publicaret, ne qvis de- 354
speratissimo illo perfugio uti posset, ignorantia interdicti se peccasse. Exemplum mandati istius ad Archiepiscopum Bremensem, nondum hactenus editi, quo magis historia illorum temporum illustretur, integrum apposui:

*Venerabili in Christo Patri Dei gratiâ Archiepiscopo Bremensi Frater Guido miseratione divinâ Tituli S. Laurentii in Lucinâ presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, salutem in Domino. Rem quæ sapit justitiam, nec est vacua pietate, tantò præcordialius amplecti nos decet, quanto ex utriusque prosecutione uberior, imò duplex * nobis continget cumulus meritorum. Sanè propositæ coram nobis* 355
olim querelæ fuerunt ex parte dilectorum filiorum Consulum & Burgensium de Hamborch, quod nonnulli circumstantium regionum, propriæ salutis obliti, in eos, qui naufragium pro tempore in ipsis par-
178 *tibus patiuntur, amotâ misericordiâ qvalibet & humanitatis debito, qvam ad tales habere deberent, exclusô, adeò inhumanè desæviunt, qvod, ex quo non inveniunt apud illos, quod rapiant, redigere in (1) servitutem eorum corpora non verentur. Eorum nihilominus bona, si qua supersunt, nequiter rapiendo, alias etiam naves, ut (2) piratæ, non desinunt * spoliare. Super qvibus fuit à nobis petitum humiliter,* 356
*salubri per nos remedio prævideri. Verum quia tales preces dignæ exauditionis favore non immerito censebantur, nec poterant sine juris injuriâ inexaudibiles pertransiri, preces ipsas ad gratiam exauditionis admisimus, dantes nostris literis in mandatis Venerabili Patri Archiepiscopo Magdeburgensi, ut contra raptores & prædones hujusmodi, si qui pro tempore fuerint, auctoritate nostrâ procedere non omittat, prout tenor prædictarum edocet literarum. Ne igitur aliquis ad excusandas excusationes in prædictis fingat se ignorare, à nobis * commissionem ac mandatum hujusmodi emanasse, Paternitati ve-* 357
stræ, qva fungimur auctoritate, præcipiendo mandamus, quatenus commissionem & mandatum præ-
179 *dictum, per vestram provinciam publicari diligentius facientes: si qvos super his in vestra jurisdictione quoscunque inveneritis excessores, ad restitutionem ablatorum bonorum, nec non, & quod ab hujusmodi iniquitate desistant, per censuram Ecclesiasticam compellatis. Ita quidem, ut dum videbimur malos persequi, bonorum agnoscamur verissimi dilectores. Datum Lubeck quarto Non. Januarii, Pontificatus Domini Clementis Papæ IV. anno primo.*

* Ejusdem argumenti literas, paucis duntaxat mutatis verbis, dedit Cardinalis Gui- 358
do eodem die, & anno, & loco ad Propositum Ecclesiæ Hamburgensis, qvibus ipsi præcepit, ut jam dictam potestatem, Archiepiscopo Magdeburgensi auctoritate Apostolicâ demandatam, in locis Præpositurae suæ subjectis publicaret, ne qvis interdicti ignorantiâ se posset excusare. Ipsa illarum literarum, hactenus nondum editarum verba hæc sunt:

*Frater Guido miseratione divinâ Tituli S. Laurentii in Lucinâ presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, dilecto filio Præposito Hamburgensi salutem in Domino. Rem (3) quæ sapit &c. * Ne* 359
igitur aliquis ad excusandas excusationes in prædictis fingat se ignorare, à nobis commissionem ac manditum ejusmodi emanasse, Discretioni tuæ, quâ fungimur auctoritate præcipiendo mandamus, quatenus
180 *commissionem & mandatum prædictum per tua jurisdictionem Præpositura facias diligentius publicari, ut postquam ipsi raptores seu prædones per præfatum Archiepiscopum excommunicationis fuerint vinculo innodati, tu eosdem per omnia loca solenniæ Præpositura tuæ excommunicatos publicè nuncies, & facias per alios nunciari. Datum Lubeck quarto Non. Januarii, Pontificatus Domini Clemens * IV.* 360
anno primo.

Biduo postqvam has literas Cardinalis Guido ad præpositum Hamburgensem miserat, confirmavit qvoqve ad petititionem Hamburgensium privilegium ab Imper. Friderico I. ipsis concessum, ut legati Apostolicæ sedis munimine septum, ad omnem civilis magistra-

(1) Locus singularis de injusta naufragorum servitute olim in his oris usitata.

(2) Male olim hoc nomine audiverunt accolæ oceani Germanici inter Albis ac Rheni ostia. Appellabantur autem illi antiqvitus *Saxones*, ut videre est apud Paul. Diacon. Histor. Miscel. l. 11. Isidor. Orig. lib. 9. cap. 2. Sidon. Appollinar. l. 8. ep. 6. & 9. & Carm. 7. Præ cæteris verò accuratè eâ de re agit Philip. Cluver. German. antiqv. l. 1. c. 18. & l. 3. c. 21. Magnum olim & freqvens Reip. nostræ cum istis piratis pro libertate ac securitate negotiationis maritimæ certamen fuit, eâqve occasione *Amisia* sive *Emda*, Frisiæ orientalis caput, & *arx Ritzebutlensis*, aliaqve loca in Hamburgensium potestatem devenire. Extat etiamnunc diploma Imp Caroli IV. anno 1359. datum. qvo is Reip. Hamburgensi piratas perseqvendi capiendi ac puniendi plenam potestatem concessit. De qva commissione & felici ejus successu tempore suo prolixè agetur. Vide infr. Num. 546.

(3) Vide supra Num. 354.

ſtratus impetum tutum eſſet & inviolabile. Exemplum tabularum iſtius confirmationis, CIϽ CCLXVI
hactenus nondum editarum, integrum ſubjeci. Datæ autem illæ ſunt Lubecæ die IV. Januarii anni CIϽCCLXVI.

Frater Guido miſeratione dominicâ tituli S. Laurentii in Lucinâ presbyter Cardinalis, A-
361 *poſtolicæ ſedis Legatus, dilectis filiis Conſulibus & Civibus Hamburgenſibus, Bremenſis * Diœce-*
ſis, ſalutem in Domino. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere aſſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſeqvente complere. Sanè in noſtra propoſuiſtis præſentiâ conſtituti, qvod inclytæ recordationis Fredericus primus Romanorum Imperator qvasdam emunitates & libertates vobis donavit pariter & conceſſit, prout in ipſius Im- 181
peratoris privilegio plenius continetur, cujus tenor talis eſt: Fridericus Dei gratia &c. Qvare ſupplicaſtis nobis humiliter, ut conceſſiones ſeu donationes hujusmodi faceremus robur firmita-
362 *tis debitæ obtinere. Nos itaqve veſtris ſupplicationibus * annuentes, donationes & conceſſiones prædictas, ſicut provide ac rite, & ſine juris præjudicio alieni factæ fuerunt, gratas & ratas habentes, ipſas, qvantum in nobis eſt, auctoritate, qva fungimur, confirmamus. Datum Lubeck ſecundo Non. Januarii Pontificatus Domini Clementis Papæ* IV. *anno primo.*

Hac in Hamburgenſes collatâ benignitate, non multo poſt in Daniam Cardinalis Guido profectus eſt, ibiqve Regi, dicto minus audienti, cum Reginâ matre ſacris interdixit. Teſtatur hoc Ericus Rex in Hiſtoriâ Gentis Danorum his verbis: (1) *Anno Domi-*
363 *ni* CIϽCCLXVI. *venit Guido Cardinalis * in Daciam & excommunicavit Regem* [Ericum cognomine Glipping] *& Reginam* [nempe matrem (2) Margaretam.] Petiit deinde Cardinalis Guido Suediam, nec multo poſt *Calmariam* venit, qvam Dux Birgerus obiiſſet. Qvod qvidem præter alios ſcriptores etiam Joannes Magnus, Archiepiſcopus Upſalenſis, in Hiſtoriâ Gothorum Sveonumqve memoriæ prodidit his verbis: *Tandem hic clariſſimus Dux* 182
Birgerus currente anno à nato Chriſto CIϽCCLXVI. *non ſine publico omnium bonorum planctu diem clauſit extremum. Eodemq; anno Guido S. R. E. Cardinalis & ſummi Pontificis Urbani*
364 *qvarti legatus ad Calmariam pervenit.* * Sed ibi pro (4) *Pontificis Urbani IV. legatus* ſcribendum eſt *Pontificis Clementis IV. legatus.* Id enim ex ipſis Cardinalis Guidonis tabulis (5) ſupra inſertis manifeſtiſſimè deprehenditur. Earundem auctoritate abunde etiam refellitur *Albertus Crantzius*, qvi Guidonem Cardinalem, cujus legationem in Germaniam, Daniam & Svediam hactenus expoſui, perperam ſcribit eundem eſſe, qvi in defuncti Pontificis Urbani IV. locum ſubrogatus, & Clemens IV. appellatus eſt. Sed ne ſcriptori, optimè, ut temporibus (6) illis, de Hiſtoriâ Germanicâ meritò, injuriam facere videar, in-
365 tegrum ex (7) Wandalia ipſius apponam locum, ubi res geſtas Cardinalis * Guidonis his verbis memorat: *Circa eadem,* inqvit, *tempora Guido Cardinalis de latere miſſus in Daniam componendis rebus* (8) *inter Regem & Archiepiſcopum* (9) *Lundenſem, per Germaniam qvoqve provinciam ſuam multa conſtituit, qvæ* (1) *extant. De Lubeca autem transfretavit in Daniam, multam ibi impendens operam ad liberationem Archiepiſcopi Lundenſis, qvem Ericus Rex vinctum tenebat in carcere. Cumqve diu laborans nihil proficeret, feſtinavit egredi, Regem excom-* 183
municans, interdixit divinis per omne Regnum. Excrevit iſte legatus in qvartum Clementem ſummum Pontificem per omnes gradus evectus ad ſummum ſacerdotium. Erat juris peritiſſi-
366 *mus advocatus in conſilio * Regis Franciæ, uxorem tum fovens ac liberos. Uxore defunctâ factus eſt Epiſcopus Podienſis, inde Narbonenſis Archiepiſcopus. Qvo ex gradu factus eſt Cardinalis Sabinenſis, & in eo functus eſt legatione in Angliam & Daniam. Abſens mortuo Urbano electus eſt ſummus Pontifex.* Hæc Crantzius: qvæ qvidem in duas claſſes dividenda ſunt; unam nempe, qvæ vera, alteram qvæ falſa continet. Verum eſt, qvod ait, Cardinalem qvendam nomine Guidonem à ſummo Pontifice in Daniam miſſum, ad componendam litem inter Regem & Archiepiſcopum Lundenſem: eundem in Germaniâ qvoqve multa
367 conſtituiſſe, & * Lubecâ in Daniam profectum, Regi ſacris interdixiſſe. At falſum eſt, qvod ſubjungit porrò, Guidonem illum initiò juriſconſultiſſimum advocatum ac Regi Galliarum à conſiliis fuiſſe: eundem defunctâ uxore, ex qva jam liberos ſuſceperat, primò Epiſcopum Podienſem, mox Narbonenſem Archiepiſcopum, deinde Cardinalem Epiſcopum

(H)

(1) Pag. 306. edit. Lindenbr.
(2) Vid. ſupr. N. 317.
(3) Lib. 19. c. 20.
(4) Similiter errat Pontan. Hiſt. Dan. l. 7. ad an. 1266.
(5) Num. 136. 344. 353. 357. 359. 362.
(6) Nempe cum adhuc regnaret barbaries, & vix unus & alter, renaſcentium humaniorum literarum adminiculo, doctè & accurate ſcribere inciperet.
(7) Lib. 7. c. 33.
(8) De hac controverſia vid. Pontan. Hiſt. Dan. l. 7. ad an. 1264. 1265. 1266. & deinceps.
(9) Erlandum.
(1) Intelligenda hic videntur ſex illa Card. Guidonis diplomata, qvæ ſupra inſerui.

CIↃ CCLXVI pum Sabinensem, deniqve post mortem Pontificis Urbani IV. summum Pontificem crea-
184 tum esse, & mutato priori nomine Clementem IV. se appellasse. Occasionem erroris præbuit Crantzio nomen *Guido*, qvod Cardinalis ille, qvi legationem in Germaniâ, Daniâ & Svediâ gessit, commune habuit cum Clemente IV. * priusqvam in Pontificem summum 368
electus est. Etenim (1) Platina aliiqve Auctores, qvi vitas Pontificum Romanorum scripserunt, uno ore testantur, Clementem IV. ante Pontificatum Maximum (2) *Guidonem Fulcodii* vocatum, & à Pontificè Urbano IV. in Angliam missum fuisse ad componendam controversiam inter Regem Henricum & Simonem Montisferrati Comitem. Inde igitur perperam conclusit Crantzius, Guidonem hunc cognomine Fulcodii, qvi Pontificatum Maximum adeptus, Clementem IV. se appellari voluit, unum atqve eundem esse Cardinalem Guidonem, qvi in Daniâ, ut Legatus sedis Apostolicæ, Regem Ericum Archiepiscopo Lundensi * conciliare studuit. At enimverò qvod illi *duo diversi Guidones* fuerint, luce 369
meridianâ clarius erit, si id triplici argumento ex supra insertis diplomatibus probavero. Horum primum desumptum est à diversitate generis vitæ ante utriusqve Cardinalatum.
185 Nam Clemens IV. ut auctor magni Chronici Belgici (3) loqvitur, (4) *miles fuit, uxorem habens & liberos, famosusqve advocatus, & S. Ludovici Regis Franciæ Consiliarius*: at noster Guido, qvi in Germaniâ, Daniâ & Svediâ legationem gessit, fuit monachus. Hoc enim ipse in omnibus diplomatibus suis testatur, dum titulo *Fratris* utitur, qvi est monastici ordinis proprius. * Secundum argumentum desumptum est à differentiâ inter utrius- 370
qve dignitatem Cardinalitiam. Qvippe Clemens IV. fuit *Cardinalis Episcopus* Sabinensis seu Sabinus: noster autem Guido fuit tantum *Cardinalis presbyter* (5) Tituli S. Laurentii in Lucinâ. Ita enim ubivis se appellat in suis diplomatibus. Jam vero qvæ inter *Cardinales Episcopos, Cardinales Presbyteros & Cardinales Diaconos* antiqvitus fuerit, hodieqve sit differentia, præ cæteris accuratè docet Paulus Merula in eâ Cosmographiæ suæ parte, ubi agitur (6) de Gubernatione Italiæ sacrâ vel Ecclesiasticâ. Tertium deniqve argumentum, & id qvidem omnium firmissimum desumptum est à supputatione temporum. Etenim Clemens IV. * in Pontificem Maximum (7) electus est die tertio, vel secundum O- 371
186 nuphrium, die qvinto Febr. ann. CIↃ CC LXV. coronatus autem die XXII, ejusdem mensis & anni; at noster Guido, ut Cardinalis adhuc & Legatus sedis Apostolicæ, anno CIↃ CC LXVI. Daniam ingressus est, & ipse in omnibus diplomatibus suis primum Clementis annum expressè adscribit. Unde luce clarius apparet ipsum à Clemente IV. cujus Pontificatus *anno primo* literas suas signat, diversum esse. Neqve verò obtrectandi animo hunc Crantzii errorem paulo prolixius refutavi, sed qvod amore veritatis, qvæ præ aliis omnibus rebus Historico chara esse debet, necessariò id * faciendum existimaverim. 372
Deceptus enim auctoritate Crantzii *Joannes Isacius Pontanus*, vir alioqvi eruditissimus, eundem illum errorem (8) Historiæ suæ Danicæ inseruit. Itidem corrigendus est (9) *Joannes Meursius*, qvi Pontanum secutus, Guidonem suppresso nomine perperam *Cardinalem Sabinensem* nuncupat. Hinc itaqve apparet, qvam sit utile ad solidam Historiæ præteritorum temporum cognitionem, si veteres tabulæ, aliaqve monumenta illius ævi, de qvo agitur, æqvalia, integrè & accurate in lucem proferantur: qvippe qvæ sæpius unâ, & primo qvidem intuitu minimâ, vel temporis, vel * alterius cujusdam circumstantiæ no- 373
187 tatione, incredibilem rei alioqvi dubiæ, aut penitius obscuræ lucem afferant. Verum de Cardinale Guidone, ejusqve benignitate in urbem Hamburgensem collatâ, ad necessitudinem rei satis dictum. Restat, ut ad Comitis Holsatiæ *Joannis* obitum transeamus. Decessit

(1) Platina in vitâ Clementis IV Papæ.

(2) De prænomine inter omnes scriptores antiqvos convenit: exceptis admodum paucis, apud qvos illud librariorum culpâ manifestè corruptum est. Ut apud Auctorem Compilat. Chronolog. à Pistorio edit. ubi pro *Guido* perperam legitur *Voido*. Cæterum qvod ad cognomen attinet, id variè scriptum repperi: Nam apud Platinam legitur *Fulcodii*: in Magn. Chron. Belg. *Fulcorii*: apud Stellam de vit. Pontif. *Sulcadii* apud Onuphr. & Calv. *Fulconius*: apud Pontan. *Felcodimus*. & apud alios aliter

(3) Ad an. 1265. pag. 255. edit. Pistorii.

(4) h. e. vir nobilis simul ac vitæ, ut vulgo loqvuntur, *secularis*. Absit enim ut hinc aliqvis colligat, Guidonem arma & rem militarem tractasse. Fuit enim omnium consensu togatus fori. Miles ergo hic opponitur personæ sacræ ut in princip. Constitut. Imp. Marciani; *Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis* &c. de sum. Trinit.

(5) h. e. Ecclesiæ S. Laurentii ibi sitæ, ubi olim fuit templum Junonis Lucinæ. Corrigendum ergo est Magnum Chron. Belgicum ad an. 1286. ubi perperam legitur *Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in Lucaria, pro in Lucina* pag. 265. edit. Pistorii.

(6) Part. 2. l. 4. c. 20.

(7) Vid. supra Num. 344.

(8) Nempe lib. 7. ad an. 1265. & 1266. pag. 362, 363. edit. Amstelodam.

(9) L. 2. Hist. Dan. ad an. 1266.

Sigillum hoc Adalberti decimi tertij Archiepiscopi Hamburgensis inserendum est Chronologiæ et Auctario libri primi Rer. Hamb:



cessit is (1) eodem anno CIↃCCLXVI. & qvidem die S. Victori, primo ejus nominis Roma- CIↃCC LXVI
no Pontifici sacra, qvæ in diem XXVIII. Julii, seu (2) V. Kal. Augusti incidit. Sepultus autem
374 est Hamburgi in medio ædis Cathedralis fornice, ubi ad hunc usqve diem sepulchrum
cernitur, tres circiter pedes solo eminens, ingentiqve lapide contectum, cujus * margi-
ni undiqvaqve insculptæ sunt literæ, vetustate adeo obscuratæ, ut amplius legi neqveant.
In medio inscriptionis tabula lapidi superinducta est ex orichalco, cui incisa est viri to-
tum corpus armati, dextraqve gladium tenentis effigies. E regione hujus sepulchri in-
ter duas pilas lapideas, qvibus ædificium templi innititur, videre est (3) galeam cum novem
clypeis, urticæ folio insignitis, ex qvibus qvinqve aurati, qvatuor verò argentati sunt.
Sub iis olim Comes Gerardus I. qvi (4) anno CIↃCCLXXXI. obiit, altare exstrui curaverat,
375 cui superimposita erat tabula picta, anticâ parte argumentum sacrum, posticâ, * præter 188
familiæ Schouwenburgicæ insignia, inscriptionem exhibens, qvam (5) libro superiori, ubi
de actis anni CIↃCVI. agitur, inserui. Atenimverò tam præclarum antiqvitatis monu-
mentum, cujus nescio exigui compendii gratiâ, paucis admodum abhinc annis Canonici
everterunt, destructoqve altari tabulam ad perennem gloriam Schouwenburgicæ familiæ
ibi positam, in alium locum transtulerunt. Superest tamen etiamnunc eò loci, ubi altare
olim fuit, tabula antiqva, uni ex duabus (6) paulo antè memoratis pilis lapideis affixa, ex
qvâ discimus, qvinam Holsatiæ Comites in opposito sepulchro conditi fuerint, & qvo tem-
376 pore * qvisqve eorum obierit. Exemplum istius tabulæ, qvoniam sæpe deinceps à me
citabitur, subjunxi:

*Doet dor God, unde biddet vor de eddelen hochgheboren Heren, de wandages to Holsten,
Stormern unde to Schouwenborch Greven hebben gewesen, unde hir ligghen begraven, dat im
God gnedich sy. To dem ersten vor Greven Johanne den Ersten, dede was des Greven (7) Al-
leves Sone, de sik hir to Hamborch to den Barvoten begaff: unde desulve Greve Johann hefft
deser Kercken vele Gudes gedaen, unde starff in den Jaren na Godes Bort M°. CC°. darna in dem* 189
LXVI. *in Sunte Victoris Daghe des Paweses.*

377 * *Vortmer vor Greven (8) Gherde den Ersten sinen Broder, de ock desser Karken vele gu-
des heft gedaen: unde heft dit Altar unde ene Vicarie dar gestichtet, unde starff in den Jaren
na Godes Bort dusent twehundert, darna in dem een unde achtigesten Jare, in Sunte Thomas
Dage des Apostels.*

*Voertmer vor Greven (9) Woldemer, des andern Greven Gherdes Sone, dede wart
geschlagen in den (1) orleghe Bischop Bylses in dem Stryde by Utersen in den Jaren na Godes
Bort M°. CCC°. VI°. in den hilgen Dage Sunte Peters unde Sunte Paules.*

378 *Voertmer vor Greven Gherde den Andern, * des ersten Greven Gherdes Sone, de de starff
in den Jaren na Godes Bort dusent drehundert, darna in den twelfften Jare, in Sunte Crispinus
unde Sunte Crispinianus Dage der Merdeler.*

Vortmer vor Greven Johanne dem Andern, des (2) andern Greven Gherdes Sone, de de an- 190

(H) 2 *der*

(1) Vide infra Num. 376. 380. 382. & 383.

(2) Platin in Vita ipsius: *Victor autem compositis etiam qvibusdam de religione voluminibus moritur, & apud B. Petrum in Vaticano sepelitur: cujus diem festum qvinto Kalendas Augusti celebramus.* Id qvoqve monendum videtur apud Platinam in eâdem vita perperam legi. *Ælii Pertinacis tempore*, pro *P. Helvii Pertinacis tempore*: Item *Ælius* pro *Helvius*. Hoc enim constat Imp. Pertinacis nomen fuisse gentilitium, non verò *Ælius*. Testantur id antiqvi nummi & lapides.

(3) Ejusmodi galeam ac clypeum vide supra Num. 305. juxta antiqvam Comitis Adolphi IV. effigiem.

(4) Vide infra Num. 377. & 380.

(5) Pag. 73.

(6) Supra Num. 374.

(7) Alleu seu Alef corrupte pro Adolfus.

(8) Hoc testimonio refelluntur, qvi Comitem Gerardum I. in monasterio Itzehoensi sepultum affirmant. Eqvidem non me latet, qvod ab Anonymo Helmoldi Continuatore memoriæ traditum est, *Comitem Gerardum I. sepulturam suam ibi elegisse*, verum minimè dubito, qvin hic plus fidei antiqvo huic monumento, publicâ auctoritate in loco publico puplicè suspenso, qvam uni vel alteri scriptori privato tribuendum sit, nisi aliis potentioribus argumentis id possit refutari.

(9) Woldemarus hic patri Gerardo II. præponitur, qvia ante ipsum obiit.

(1) De hac expeditione nobilitatis Holsatiæ, Comitibus suis rebellantis, vide Crantz. Saxon. l. 8. c. 38. & Spangenberg. Chron. Schouwenb. l. 3 c. 5. & l. 5. c. 6. ubi ajunt ductori rebellium cognomen fuisse *Peltz*, qvod est dialecto Saxoniæ inferioris *Pils*, vel, ut hic legitur, *Byls*. Cæterum qvid vocabulum *Bischop* hoc loco sibi velit, nondum mihi liqvet. Suspicor tamen mendosum esse, & *Bylsii* istius seu *Peltzii* prænomen in eo latitare.

(2). Non simpliciter, sed respectu hujus inscriptionis, utpote in qvâ unius tantum Holsatiæ Comitis eo nomine præditi antecessit mentio. Nisi hic locus ita explicetur, non constabit supputationis ratio. Hunc Comitem Joannem Spangenbergius Chron. Schouwenb. l. 3. c. 7. & Hieronym. Hennigus in Opere Genealogico non Gerhardi secundi, sed Henrici primi filium fuisse affirmant, & hac ratione duos fratres patrueles pro una persona accipiunt. Ego vero huic inscriptioni plus fidei adhibendum existimo.

CIↃ CC LXVI *der Vicarie to dessem Altar gestichtet heft, unde starf in den Jaren na Godes Bort dusent dre-*
hundert, darna in dem negben unde vefdigsten Jare, in Sunte Cosmes unde Sunte Damianes
Dage der Merdeler, unde koes syne Graf hir, men he lecht van Versumenisse to Remevelde be-
graven.

Vortmer vor Greven (5) *Alleve, des* andern Greven Joannes Sone, de de starf in den Ja-* 379
ren na Godes Bort dusent drebundert, darna in dem neghenneghesten Jare in Sunte Policarpes
Dage des Martelers. Desser edlen Heren Selen unde aller Christenen Selen muten rowen in den
ewigen Vrede Godes. Amen.

ORATE PRO SCRIPTORE.

Versio hujus monumenti latina, proprietati Germanicæ linguæ fideliter accommo-
data, hæc est:

Orate per DEUM pro nobilibus ac generosis Dominis, qvi olim Holsatiæ, Stormariæ &
*Schouwenburgi Comites fuerunt, * & hic siti sunt, ut Deus iis sit propitius.* 380

Jam primum pro Comite Joanne I. filio Comitis Adolphi, qvi se Hamburgi discalceatorum
sive Franciscanorum addixit ordini. Comes ille Joannes multa in Ecclesiam hanc contulit be-
neficia, & decessit anno à nativitate Dei CIↃ CC LXVI. *die S. Victoris Papæ.*

191 *Deinde pro hujus fratre Comite* (2) *Gerardo I. qvi itidem se erga hanc Ecclesiam beni-*
gnum ac liberalem præbens, altare hoc cum Vicariatu, seu pensione Vicariis Canonicorum assi-
gnatâ, dedicavit, obiitq; anno à nativitate Dei CIↃ CC LXXXI. *die S. Thomæ Apostoli.*

** Tum pro Comite Waldemaro Comitis Gerardi II. filio, qvi in* (3) *expeditione adversus* 381
Bylsium seu Peltzium, & qvidem in prælio apud Uetersen occisus est anno à nativitate DEI
CIↃ CCCVI. *die festo Sanctorum Petri & Pauli.*

Adhæc pro Comite Gerardo II. Comitis Gerardi primi filio, qvi mortuus est anno à nativi-
tate Dei CIↃ CCCXII, *die sanctorum martyrum Crispini & Crispiniani.*

Prætereà pro Comite (4) *Joanne II. Comitis Gerardi filio, qvi secundo vicariatu hoc alta-*
re ditavit, & vivere desiit anno à nativitate Dei CIↃ CCC LIX. *die sanctorum Cosmi & Damiani*
*martyrum. Voluit is hic sepeliri, sed * negligentiâ eorum, qvibus id in mandato dederat, in* 382
Reinevelde humatus est.

Item pro Comite (5) *Adolpho, Comitis Joannis II. filio, qvi obiit anno à nativitate Dei*
CIↃ CCCXCIX. *die S. Polycarpi martyris.*

Horum nobilium Dominorum animæ, simul omnium Christianorum animæ, in æterna pace
Dei reqviescant, Amen.

192 Huic igitur monumento publico meritò plus fidei adhibendum videtur, qvam (6)
Crantzio, (7) Pontano, (8) aliisqve minorum gentium transscriptoribus, qvi *Joannem pri-*
mum ejus nominis Holsatiæ Comitem anno CIↃ CC LXIV. *decessisse, & in Reinevelde sepultum* * me- 383
morant. Qvod si testimonio antiqvo, & satis per se digno fide, ponderis aliqvid & au-
ctoritatis addere potest aliena suffragatio; adest ecce Hermannus Leerbecensis, scriptor
Crantzio longè antiqvior, cujus de tempore mortis Comitis Joannis I. & loco sepulturæ
hæc verba sunt: (9) *Moritur Joannes hic* [nempe primus ejus nominis Holsatiæ Comes]
anno Domini (1) CIↃ CC LXVI. *in die S. Victoris Papæ, sepultusqve est in majori Ecclesia Hambur-*
gensi: hoc est, in æde Cathedrali, seu (2) templo Christi Salvatoris & matris ejus B. Ma-
riæ Virginis.

Eodem anno crevit insigniter negotiatio Hamburgensium in Angliâ, & tum pri-
193 mum firmè ibi stabilita est. Etenim ad preces *Alberti* Ducis Brunsvicensis, qvi plurimum
apud

(1) Hunc Comitem Adolphum, Gerardi II. ex jam memorato filio Joanne nepotem, perperam confundit Henningius p. 248. cum Adolpho Joannis Largi filio, in qvo familia Comitis Joannis primi desiit.

(2) Vide qvid supra annotaverim Num. 377.

(3) Explicationem hujus loci vide supra Num. 377.

(4) Vid. supra Num. 378.

(5) Vid. supr. Num. 378.

(6) Saxon l. 8. cap. 25.

(7) Pontan. Histor. Dan. l. 7. ad an. 1264.

(8) Spangenberg Chron. Schouwenb. l. 2. c. 5. Joann. Petræus Chron. Holf. p. 2. Christian. Solin. Chron. Holsat. ad an. 1264.

(9) Pag. 35. edit. Meibomii.

(1) Mendosè hic in editione Meibomii legitur CIↃ CCLVI. Nam qvod hoc contra Hermanni mentem sit, testatur ipse his verbis, qvæ subjungit: *Juxta qvod* (h. e. post mortem Comitis Joannis I.) *annis qvindecim seqventibus transactis, hujus germanus Gerhardus ipso die S. Apostoli Thomæ moritur & sepelitur.* Nempe additis qvindecim annis ad annum 1266. qvo Comes Joannes obiit, prodit annus 1281. qvo fratrem ipsius Comitem *Gerardum* certo constat decessisse. Cæterum hic qvoqve locus sine dubio in fine mutilus est, & post verbum sepelitur τὸ *ibidem* vel alia qvædam ejus generis verba omissa sunt. Nisi enim is ita suppleatur, seqvitur aliqvid absurdi, nempe Comitem Gerardum uno eodem die mortuum simul ac sepultum esse.

(2) Vide lib. 1. Rer. Hamb. p. 9. & 52.

apud Regem *Henricum III.* valebat, impetrarunt utilissimum privilegium, qvo permissum iis fuit, *habere Hansam suam per seipsos in toto Regno Angliæ*, Ubi per *Hansam* sine dubio intelligendum est collegium seu corpus mercatorum unius ejusdem nationis, certis legibus atqve conditionibus ordinatum, qvod ab uno vel pluribus præfectis communi suffragio electis gubernatur. Cujusmodi in urbe nostrâ hoc tempore est *Societas Anglorum*, qvæ vulgò die Englische *Curt*, hoc *Curtis* seu *Cortis Anglica* appellatur. *Curtis* enim sive (1) *Cortis* apud mediæ ætatis scriptores tam græcos, qvam latinos passim usurpatur non tantum pro aulâ & (2) aulicorum hominum congregatione: ut apud (3) Brunonem in historiâ belli Saxonici: *Episcopum eum*, inqvit, *in Castello qvodam, dum ipse pergeret ad* (4) *curtem Regiam*, *militibus suis custodiendum tradiderat*: verum sumitur etiam pro qvavis alia congregatione, & ædibus publicis illi destinatis; ut in (5) Annalibus Godefridi monachi, qvi monasterium appellat *Curtem monachorum*: *In qvadam*, inqvit, *curte monacho-* 194
rum latens, Henrico de Karinthia proditus, & mox à militibus ejus circumventus, crudeliter occiditur. Cæterum causa tam insignis benignitatis Ducis *Alberti* erga Hamburgenses procul dubio fuit memoria liberalitatis & affectus, qvo illi fratrem ipsius Ducem *Joannem* (6) triennio antè exceperunt, cum is Comitis *Gerardi* filiam solenniter Hamburgi uxorem duceret. Verum qvo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisqve in aperto sint, res postulare videtur, ut ipsum Regis *Henrici III.* (7) privilegium, hactenus nondum editum, qvod tum ad preces Ducis Alberti Hamburgensibus concessit, integrum hîc inseram:

Henricus Dei gratiâ Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ & Dux Aqvitaniæ, omnibus (8) *Ballivis & fidelibus suis, ad qvos præsentes literæ pervenerint, salutem. Volentes ad instantiam* (9) *Nobilis viri & Ducis Brunswickensis mercatoribus ipsius Ducis de Hamborch gratiam facere spe-* 195
cialem, concedimus eisdem mercatoribus pro nobis & hæredibus nostris, qvod ipsi habeant Hansam suam per se ipsos per totum Regnum nostrum inperpetuum. Ita tamen, qvod ipsi mercatores faciant nobis & hæredibus nostris consuetudines inde debitas & consuetas. In cujus rei testimonium has literas nostras eisdem mercatoribus fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud (1) *Kenelworth, octavo die Novembris anno Regni nostri qvinqvagesimo primo.*

Minimè dubium est, qvin diploma hoc datum sit A. Æ. C. cIↄ cc LXVI. cum certò constet, Henricum III. patri Joanni die XVIII. Octobris anno cIↄ cc XVI. in regno successisse. Testatur enim hoc *Matthæus Parisiensis*, qvi sub ipso Rege Henrico tertio Historiam Angli-

(1) Vide Meursii Glossar. Græco-barb. v. κόρτη Nicol. Rigalt. Glossar. Tacticum v. κόρτη. Menag. Origin. Ling. Gall. v. *Cour*.

(2) Hinc appellabantur illi olim *Cortinarii*, *Cortelini*, *Coortales, Curtisani*: qvæ vocabula passim occurrunt apud barbaros mediæ ætatis scriptores. Italis etiamnunc dicuntur *Cortegiani*: Gallis *Courtisans*.

(3) Primus hunc edidit Marqvardus Freherus. Vide Voss. de Hist. Latin. lib. 2. c. 47.

(4) Huc pertinet tit. 31. antiqvæ Legis Alamannorum, qvi sic conceptus est: *De eo, qvi in curte Regis furtum commiserit.*

(5) Extat inter Scriptores rerum Germanicarum à Marqvardo Frehero editos. Vid. Voss. de Histor. Latin. l. 2. c. 57.

(6) Vide supra Num. 334.

(7) Supersunt etiamnunc duo diplomata MSta. data an. 1321. qvorum altero civitas Lubecensis, altero autem Monachi Ordinis Prædicatorum & Minorum Hamburgenses Privilegium illud Regis Henrici se vidisse testantur.

(8) *Ballivus* barbarè pro Judice vel Prætore, gall. *Baillif* Vossius de vitiis Serm. l. 1. c. 1. interpretatur *Prætorem peregrinum*. Vide eundem l. 2. c. 3. & Menag. de Orig. Ling. Gall. v. *Baillif*.

(9) Titulus hic tantæ olim dignitatis fuit, ut filii Imperatorum Rom. & designati eorum successores in antiqvis nummis & lapidibus *Nobilissimi Cæsares* appellentur. Vid. Hub. Goltzii Thesaur. Rei antiq. c. 4. de Impp. Cæsarumqve & Augustarum titulis, nominibus & Epithetis. Item Comment. ad Numism. Ducis Croyaci tab. 65. Locus ergo hic singularis est: qvippe qvo apparet, qvanto parciores Majores nostri olim in tribuendis titulis atqve elogiis fuerint, qvam nos hac tempestate sumus. Tunc enim *Nobilis* Regum duntaxat, & Ducum, & minimum Comitum erat titulus: nunc vero nihil illo magis vulgare est. Vide Lehmann. Chron. Spir. l. 4. c. 14. item supra Num. 376. ubi Comites Holsatiæ vocantur *de eddelen hochgeboren Heren.* Unde rectè colligitur titulum *edel* sive *nobilis* magis honorificum fuisse, qvam *hochgeboren*, h. e. *generosus*, seu potius *generosissimus*. Similiter infra N. 515. *Comes de Delmenhorst* appellatur *Vir nobilis*. Iisdem temporibus *Archiepiscopi* vocabantur tantum *Venerabiles Domini* vel *Patres*, ut videre est supra Num. 312. 351. 354. *Senatores* dicebantur *Viri providi*, *discreti & honesti*, ut Num. 308. 386. 515. Item *Propositus* Ecclesiæ Hamburgensis ac *Canonici* nuncupabantur tantum *Viri discreti & honorabiles*, ut Num. 359. 514. *Regis Romanorum* titulus erat *Illustris*. ut supra Num. 72. *Imperatoris* Romani *gloriosus*, ut Num. 12. Huc qvoqve pertinet diploma Imp. Caroli IV. qvod extat infra Num. 520. in qvo Rex Daniæ *Princeps excellens & magnificus*, & *Rex illustris*: Duces Bronsvicenses & Luneburgenses, item Duces Saxoniæ & Mecklenburgenses *illustres*: Comites verò Holsatiæ & Schouwenburgi *spectabiles* appellantur.

(1) Nomen hoc in omnibus, qvæ ego vidi, manuscriptis hujus Privilegii exemplaribus culpa librariorum corruptissimè mutatum legitur in *Kemlesarch*, *Kemulbreth* & *Kemulberth*.

A. Æ. C.
CIↃCCLXVI glicam conſcripſit & A. Æ. C. 1259. mortuus eſt. Ipſa ejus verba hæc ſunt: (1) *Anno gratia milleſimo ducenteſimo decimo ſexto, qvi eſt annus regni Regis Joannis decimus octavus, idem*
196 *Rex in nocte, qva diem Sancti Luca Evangeliſta* [ſive diem XVIII. Octobris] *proximè ſecuta eſt, ex hac vita migravit.* (2) *Coronatus eſt autem Henricus tertius anno atatis ſua decimo, in die Apoſtolorum Simonis & Juda, ſcilicet* XXVIII. *die menſis Octobris.* Hæc Matthæus Pariſienſis. Cujus auctoritate refellitur *Polydorus Vergilius*, qvi principio libri decimi ſexti Hiſtoriæ Anglicanæ tradit, Regem Henricum tertium (3) ad *qvintum Calend. Decembris* anno humanæ ſalutis *milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo* coronatum & conſecratum fuiſſe. Corrigendus qvoqve eſt *David Chytraus*, qvi in (4) Chronico Saxoniæ ſimilem committit errorem, referendo principium Regni Henrici III. ad annum Æ. C. 1218. Cum igitur ſecundum Matthæum Pariſienſem Rex Angliæ *Henricus III.* A. Æ. C. 1216. patri ſuo *Joanni* d. XVIII. Octobris defuncto ſucceſſerit, & die XXVIII. Octobris ejuſdem anni fuerit coronatus, neceſſariò ſeqvitur, qvicqvid vel à die XVIII. Octobris, vel à die XXVIII. Octobris anni *milleſimi ducenteſimi decimi ſexti*, usqve ad diem XVIII. *vel* XXVIII. *Octobris ſeqventis* anni *milleſimi ducenteſimi decimi ſeptimi* contigit, *primo* Regni Henrici III. *anno* attribuendum eſſe, & continuatâ hac ſupputatione, annum Regni Henrici III. *qvinqvageſimum primum*, qvo ſupra inſertum diploma promulgatum eſt, partim qvidem à XVIII. vel XXVIII. die Octo-
197 bris anno Æ. C. milleſimo ducenteſimo *ſexageſimo ſexto*, partim verò usqve ad XVIII. vel XXVIII. diem Octobris anno Æ. C. milleſimo ducenteſimo *ſexageſimo ſeptimò* reſpondere, propter additam tamen *diei octavi Novembris* mentionem non niſi pro anno Æ. C. milleſimo ducenteſimo *ſexageſimo ſexto* hic accipiendum eſſe. Apparet hoc inſuper etiam ſatis manifeſtè ex eò, qvod Privilegium illud Hamburgenſibus à Rege Henrico conceſſum eſſe dicitur *apud* (5) *Kenelworth*, ampliſſimum munitiſſimumqve Comitatus Leiceſtrenſis caſtrum, qvod olim qvidem *Kenelworda* appellabatur, vulgo autem nunc corruptè *Killingworth* dicitur. Qvandoqvidem enim (6) *Guilhelmus Rishanger*, coætaneus Matthei Pariſienſis continuator, teſtatur, arcem hanc *Kenelwordenſem* à Rege Henrico III. A. Æ. C. CIↃCCLXVI. per ſemeſtre ſpatium obſeſſam, & tandem deditione captam fuiſſe, rectè hinc colligitur, eodem etiam anno Hamburgenſes ibi jam memoratum Privilegium impetraſſe, ideoqve hoc perperam ab Adamo Thracigero ad annum 1268. referri. Cæterum donec antiqviora alia diplomata in lucem proferantur, non abſurdè interim ex præſentibus tabulis colligitur, deberi Hamburgenſibus ſi non primam, at certè inter primos
198 fundationem celeberrimi diribitorii, qvod usqve ad hunc diem *Hanſa Teutonica* Londini poſſidet. Vulgò nunc illud appellatur das Hanſiſche *Contor*, ſeu ut minus corrupta utar ſcripturâ *Comptoir*, qvod qvidem Latinè vertendum eſt *computatorium*, cum ſine dubio vox Gallica *compter* à latino *computare* ducat originem. Præterea etiam vocatur nunc der Stapelhof/ & contractè der Staelhof/ nempe à (7) coacervatione cumulatim depoſitarum mercium. Antiqvitus nomen iſti loco erat *Guildehalla Teutonicorum*, ut diſcimus ex antiqvis (8) tabulis Regis Angliæ Eduardi II. qvarum principium his verbis conceptum eſt. *Eduardus Dei gratia Rex Anglia, Dominus Hibernia & Dux Aqvitania, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Vice-Comitibus, Prapoſitis, Miniſtris*

(1) Edit. Pariſ. 1644. fol. p. 190. 199.
(2) Pag. 200.
(3) Edit. Baſil. 1570. fol. pag. 289.
(4) Edit. Lipſ. 1596. in fol. Part. 1. pag. 232. in Actis anni 1108. qvibus Regum Angliæ Genealogia inſerta eſt. Idem Chytræus ejusdem Chronici Parte ſecunda in Actis anni 1572. p. 278. de fundatione & privilegiis Diribitorii ſive Computatorii Hanſeatici, qvod Londini eſt, teſtimonium citat, *Polydori Vergilii*, qvod ait extare invita Regis Henrici III. lib. 16. Hiſt. Anglicæ. Sed fruſtra id ibi qværitur, cum toto illo libro nulla ejus rei fiat mentio.
(5) Vid. Guil. Camdeni Britanniam à Regnero Vitellio Zirizæo in Epitomen contractam & tabulis Chorographicis illuſtratum p. 366. 371.
(6) Edit. Pariſ. p. 673. 674. Idem confirmat Polyd. Vergil. Hiſt. Angl. l. 16. p. 317.
(7) *Stapelen* antiqvum eſt verbum germanicum, qvod ſignificat coacervare aliqvid & cumulatim ſive per cumulos deponere. Ipſe cumulus rerum ita depoſitarum dicitur ein Stapel: Hinc & *ſtapula* vocatur Jus aliunde advectis mercibus manum injiciendi, & ab inſtituto curſo detinendi, ne alio prius transferantur, qvam in publico foro venales fuerint expoſitæ. Germani noſtri vocant id jus Stapel-Gerechtigkeit/ & urbes eâ poteſtate præditas Stapelſtätte. Germani ſuperiores mutato pro ſua conſvetudine *p* in *f* dicunt Staffel-Gerechtigkeit & Staffelſtätte. Qvâ dialecti varietate deceptus Lehmannus Chron Spir. l, 4. c. 22. Staffel interpretatur gradus ſeu ſcalas, ad qvas naves, ubi merces exponendæ ſunt, ſolent appelli. Ipſa ejus verba hæc ſunt: Staffelbahre Güter werden alſo genennet/ daß ſie an den Staffeln ausgeladen und überſchlagen werden müſſen. Similiter errat Compilator farraginis de Reb. Hanſeaticis, qvi diribitorium Londinenſe arbitratur vocatum Staelhoff à chalybe, germ. Stael/ qvod mercatores Germanici ingentem chalybis vim illuc olim detulerint.
(8) Extat inter antiqva Privilegia MSta. Hanſæ Teutonicæ in Anglia olim conceſſa.

A. Æ. C. CIↃ CCLXVI

niſtris & omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis quod cum celebris memoriæ Domi-
nus (1) *Henricus qvondam Rex Angliæ, avus noſter per literas ſuas patentes conceſſiſſet merca-* 199
toribus Regni Alemanniæ, illis ſcilicet, qvi habent domum in Civitate Londinenſi, qvæ Guilde-
halla Teutonicorum vulgariter nuncupatur &c. Hic ſanè minimè dubitari poteſt, qvin *Guil-*
dehalla Teutonicorum pro publico ædificio, uſui Civitatum Hanſeaticarum Germaniæ de-
ſtinata, accipiatur. Nam qvod *Gilda*, ſeu, ut Gallicè ſcribitur *Guilda* idem hic ſignificet
atqve *Hanſa*, nempe ſocietatem atqve collegium; *Halla* autem aulam denotet, id ex eo-
dem Regis Eduardi diplomate manifeſtè apparet, ſub cujus finem privilegia, qvæ illo con-
tinentur hac conditione Hanſæ Teutonicæ conceſſa dicuntur, *qvod aliqvem, qvi de Guildâ*
ipſorum aulæ prædictæ non exiſtat, nec ejus bona ſeu mercimonia, de Guildâ ſua eſſe advocent ullo
modo. Verum eâ de re alias commodior diſſerendi occaſio ſe offeret. Hactenus igitur,
384 qvæ de actis anni CIↃ CC LXVI, in fide dignis monumentis antiqvis reperi, expoſuiſſe * ſuf-
ficiat. Nam qvod Thraciger addit, *Adelheidam Henrici Ducis Lotharingiæ ac Brabantiæ vi-*
duam, fœdus inter defunctum maritum ac Hamburgenſes anno CIↃ CC LVI. *percuſſum, hoc anno*
confirmaſſe, eodemqve anno Albertum Selandiæ Dominum in ditione ſuâ liberum negotiationis 200
commercium & peculiarem jurisdictionem Hamburgenſibus conceſſiſſe: atqve inſuper Florentium
Hollandiæ Comitem patris (2) *Wilhelmi transactionem cum Hamburgenſibus ratam habuiſſe*: id
omne in medio relinqvendum cenſeo, donec antiqva illa diplomata, unde Thraciger nar-
385 rationem ſuam hauſit, in lucem * proferantur.

VEnio nunc ad annum CIↃ CC LXVII. illuſtrem pace inter Archiepiſcopum Bremenſem A. Æ. C.
Hildeboldum & Hamburgenſes reconciliatâ, qvam in annos CIↃ CC LX. & CIↃ CC LXIII. CIↃ CC LXVII
(3) Thraciger perperam retulit. Extant etiamnunc ipſæ concordiæ iſtius tabulæ, qvibus
obiter qvoqve privilegium ab Imp. Friderico I. Hamburgenſibus conceſſum confirmatur.
Neceſſarium enim hoc majoribus noſtris viſum eſt reſpectu ejus capitis, qvo à vectigali
Stadenſi alioqve *omni teloneo & Ungeldi exactione* per totum Albim inde ab urbe ſuâ usqve
ad mare liberi declarantur. Exemplum diplomatis Archiepiſcopi Hildeboldi, hactenus
386 nondum editi, ut cuiqve de eo * judicare integrum ſit, ſubjeci:

Hildeboldus Dei gratiâ Sanctæ Bremenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus univerſis hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in nomine JEſu Chriſti. Literas glorioſi Domini Friderici Dei gratia Romanorum Imperatoris & ſemper Auguſti vidimus & perlegimus ſub hac forma:

Fridericus Dei gratiâ &c. Cum igitur pacis & concordiæ amatores ex noſtri dignitate 201
officii eſſe teneamur, diſcretorum virorum Conſulum Hamburgenſium precibus inclinati, prædi-
ctam libertatem, à Domino Imperatore ipſis conceſſam, cum conſenſu Capituli noſtri, Nobilium
387 *& miniſterialium * Bremenſis Eccleſiæ approbamus, & inconvulſam pacis concordiam cum eis-*
dem nos animo benevolo inperpetuum ſervaturos, tenore præſentium proteſtamur. Si qvis au-
tem hujus pacis & concordiæ temerarius violator extiterit, ex utraqve parte ad ſatisfactionem
condignam & congruam compellatur, pace nihilominus præfatâ inviolabili permanente. Unde
ut omnia præſcripta firma permaneant, hac charta ſigillo noſtro & ſigillo noſtri Capituli eſt mu-
nita. Teſtes autem ſunt: Bernardus major Præpoſitus, Engelbertus Decanus, Henricus Archi-
388 *diaconus Hadeleriæ, Nicolaus Præpoſitus * Repesholt, Borchardus S. Wilhadi Præpoſitus, Ericus*
(4) *Archidiaconus Ruſtringiæ, Albertus* (5) *Cellerarius, Tidericus Cantor, Johannes Cuſtos, Otto*
(6) *Scholaſticus, Gyſo Præpoſitus Enteretenſis, Tidericus de Coſſen, Gerhardus Mule, Canonici*
Bremenſes: Henricus de Hoya, Ludolphus de Wonſtorpe, Borchardus de Wilpa Comites, Rudol-
phus & Conradus fratres nobiles de Deſholte, Erpo de Lunenberghe, Gevehardus, Ditmarus, 202
Mar-

(1) Tertius ejus nominis Vid. ſupra Num. 396. Idem confirmat antiqvum monumentum MStum de qvatuor Emporiis ſeu diribitoriis Hanſæ Teutonicæ anno 1556. conſcriptum: in qvo legitur, antiqviſſima Londinenſis diribitorii privilegia data eſſe ann. 1260. Qva de re cum nondum ſatis mihi liqveat amplius deliberandum cenſeo.

(2) Vid. ſupra N. 328. 329.

(3) Vide ſupra Num. 300. 301. 326. 327.

(4) Vid. ſupra Num. 262.

(5) *Cellerarius* barbarè pro *Cellarius*. Ita autem vocabatur ex Canonicorum numero is, qvi præerat cellæ, in qva cibus ac potus, aliaqve ad victum neceſſaria reponebantur. Germ. Kellerer / Kellermeiſter. Vivebant enim priſci illi Canonici monachorum more, ut alias prolixius demonſtravi. De Cellarii munere & officio vide Regulam S. Benedicti cap. 31. qvo agitur de Cellario. Item Flodoardi Hiſt. Rehm. lib. 1. cap. 12. Leonis Marſicani Chron. Caſinenſe lib. 3. cap. 39. Matthæum Pariſienſem in Vita Roberti decimi octavi Abb. S. Albani & Garini Abbatis vigeſimi.

(6) Vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 47. & infra Num. 431.

CIƆCCLXVII *Marqvardus, Bernardus de* (1) *Boderikesa, Heyno de Borch, Gherlacus & Joannes Schulteti de*
Lü, Hermannus de Ottenstede, Heyno de Helme, milites ministeriales Bremenses, * *& alii qvamplures.* 389
Acta sunt hæc apud Bardesflete in mense Decembri anno Domini CIƆCCLXVII, VIII. *Idus ejusdem*
mensis:

Æ. A. C. CIƆCCLXVIII PAce ad hunc modum inter Archiepiscopum Bremensem & Hamburgenses reconciliatâ, non defuere, ut solet, malevoli, qvi ex invidiâ erga urbis Hamburgensis incrementum, novam istam tranqvillitatem omnibus modis turbare anniterentur. Principem in his tenebant locum *Stadenses*; utpote perpetui ac capitales Hamburgensium hostes, ex qvo ab illis (2) anno CIƆCCLIX. obsessi fuerant. Itaqve cum nondum liqveret, qvis finis fo-
ret hujus inimicitiæ, metuendumqve esset, ne in * apertum bellum illa denuò erumperet, 390
transegerunt Hamburgenses anno CIƆCCLXVIII. cum Archiepiscopo Bremensi, ne, si qvando hoc contingeret, vectigalis de bonis hospitum persolvendi causâ Stadam appellere tenerentur, sed durante bello sufficeret, si in *Bardesflete* debita fieret vectigalis persolutio.
203 Exemplum diplomatis hactenus nondum editi, qvo id tum Hildeboldus Archiepiscopus Hamburgensibus permisit, integrè apponendum censeo:

Hildeboldus Dei gratiâ sanctæ Ecclesiæ Bremensis Archiepiscopus omnibus hanc literam vi-
suris salutem in Domino. Noverint universi tam præsentes, qvam posteri, qvod nos præsenti-
*bus * profitemur, qvod si Civitas Stadensis pacem & compositionem, per nos cum Hamburgensi-* 391
bus factam, ratam habere noluerit cum ipsis Hamburgensibus, sed contendere per modum belli 392
sive gwerræ cum eisdem, tunc communiter omnes naves, qvæ nobis telonium exsolvere tenentur, 393
si in Bardesflete modo debito exsolverint, ratum & gratum habentes, contenti erimus, nec ipsis 394
de hoc postmodum movebimus qvæstionem. Et ut hoc ipsis ratum & firmum habeatur & ob- 395
servetur, præsentem literam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum Vörde in 396
vigilia Ascensionis Domini, anno Domini M°.CCLXVIII. 397
398

A. Æ. C. CIƆCCLXIX PRoximo abhinc anno, qvi erat Æ. C. CIƆCCLXIX. turbavit urbis nostræ tranqvillitatem 399
discordia inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis & Senatum Hamburgensem, orta de *Curiarum,* qvas Canonici inhabitant, aliarumqve ædium Ecclesiasticarum libertate, simul
etiam de immunitate Ecclesiasticorum ab omni censu & tributo * civili, & de jurisdictio- 400
204 ne Capituli, aliisqve ejusdem generis controversiis. Qvo pacto autem qvibusqve legibus controversiæ istæ compositæ demum fuerint, nulla opinor ratione melius declarari posse, qvam si ipsas Concordiæ tabulas hic inseruero. Itaqve earum exemplum hactenus nondum editum, ut in manus meas pervenit, debitâ fide apposui:

(3) *Notum sit omnibus Christi fidelibus præsentem paginam intuentibus, qvod nos Canonici Hamburgenses cum Consulibus Hamburgensibus concordavimus in hunc modum. Curia videlicet Scholastici Domini* (4) *Brunonis & Curia Magistri Rudolphi ex adverso, prout sitæ sunt, ad dotem pertinebunt. Sed ad finem Curiæ dicti Magistri, & Decani Joannis, Dominiqve* (5)
** Custodis convenient arbitri, ordinantes ad profectum & commodum tam civitatis, qvam Ca-* 401
nonicorum, secundum qvod eisdem videbitur expedire. Domus juxta (6) *Pendulam, qvæ vul-*
205 *go dicitur Rame, ædificabitur, & inde nulla fiet immunditia, qvæ possit Canonicis nocere vel obesse. Item à cœmiterio S. Petri usqve ad murum patebit via, perqvam, si nocte fuerit, commode possit iri, & cum seris ostium appendet. Item vallum Civitatis Civitati liberum permanebit. Et si qvis Canonicorum foderit, seu fregerit ipsum, idem qvantocyus reparabit. Item ad u-*
*trumqve finem valli unum fiet ostium, qvorum claves ad faciendum ipsorum * voluntatem, Con-* 402
sules obtinebunt. Curia Domini Nicolai & Domini Johannis Canonicorum & Domini Petri de-
ben-

(1) In antiqvo MSto. Indice Nobilium ministerialium & Vasallorum Ecclesiæ Bremensis legitur *San Otterstede* & paulo posto *San Elme*: item *Bederikesa* pro *Boderkesa*: *de Schulten* pro *Schulteti*. Iidem germanicè ibi vocantur *Stiftsmanne* & *Deenstmanne des Stiffts*.

(2) Vid. supra Num. 295. 297.

(3) Huic diplomati plurimum lucis afferunt aliæ duæ ejusdem generis compositiones factæ annis 1337. & 1355. qvibus tamen omnibus vim & auctoritatem derogat celebris illa Compositio post abrogationem fidei Catholicæ inter Capitulum & Senatum Hamb. facta confirmata & promulgata Bremæ anno 1561. qvæ vulgo dicitur der Bremische Vertrag/ h. e. *Transactio Bremensis*.

(4) Hic videtur esse ille *Bruno*, de cujus *campo*, Civitati Hamburgensi vendito, peculiares etiamnunc extant tabulæ datæ anno 1373.

(5) Ita ex numero Canonicorum is appellabatur, cujus munus erat sacra vasa, vestimenta, luminaria, aliaqve ejus generis custodire. Vid. supra N. 388. Item etiam vocabatur *Sacrista*, qvasi sacrarum rerum custos; unic. extrem. de offic. sacristæ; & perlecto §. ad Thesaur. 25. destinet. Apud Germanos nostros eâdem significatione vocabula *Küster & Köster* etiamnunc in usu sunt.

(6) Vide Compositionem inter Senatum & Capitulum factam an. 1337. ubi ejusdem portæ *pendulæ* ita fit mentio, ut facile inde colligi possit eam ibi fuisse sitam, ubi nunc est das Afterthor.

bentur curiis vicariorum, sed sub jurisdictione oppidi perpetuè permanebunt, hoc modo, si ali- CIↃCC LXIX
qvis (1) forefactum fecerit, ab Ecclesia minimè defensetur. Item Domus qvondam Gerar-
di Segewini erit dos (2) Ecclesiæ S. Petri, & dos Ecclesiæ permanebit. Item de domo Ca-
nonicorum in vallo facta, murus conveniens ædificabitur usqve ad pontem, ne immunditia vi-
deatur: qvo facto fiet murus concavus, veluti arcus, ex adverso transcendens. Item Magi- 206
403 *stri Tiderici & Domini Bartoldi dicti Droben curiæ persistent in jure dotis * temporibus vitæ eo-*
rum; postmodum ad jus oppidi permanebunt, nisi Capitulum & Domini, qvi præsint ipsis in ami-
citiâ à Consulibus poterint obtinere. Item omnia bona Canonicorum in oppidi jurisdictione con-
stituta dabunt, qvod vulgo dicitur Schot & Schulde, nisi aliud de favore & amicitia Consulum
valeat obtinere: curiis Dominorum exceptis, qvæ sunt dotes, in qvibus Canonici commorantur,
& exceptis bonis, qvæ bona memoria Comes Adolphus ad (3) lumen Ecclesiæ per perpetuum e-
rogavit. Item ad petitionem & suscipiendam eleemosynam Ecclesiæ S. Mariæ, unus (4) de Con-
404 *sulibus cum consensu & beneplacito Capituli * constituetur, & qvicqvid inde (5) Canonici in Ec-*
clesia construxerint, sine damno civitatis tamen, ut idem conscius sit, nullatenus contradicetur.
Item si Canonici aliqvem incusare voluerint, non debent ipsum subitò (6) denunciare, sed (7) co- 207
ram se citabunt eundem, & procedant secundum consuetudinem in Ecclesia Hamburgensi hacte-
nus observatam. Item si laicus læserit clericum, si forefecerit in ecclesia vel cœmiterio, modo
debito convincant eundem. Si verò Clericus laicum pro debito pecuniario, vel hæreditate ad jus
oppidi pertinente, vel pro causâ seculari incusaverit, coram (8) Advocato & Consulibus proce-
405 *dent; sed si laicus clericum coram * Præposito, Decano & Ecclesiasticis judicibus comparebunt.*
Ad evidentiam igitur præmissorum præsentes literas una cum Consulibus memoratis conscribi fe-
cimus & sigilli nostri & eorum munimine roborari: Hujus autem rei testes sunt Canonici Ham-
burgenses & Consules ejusdem civitatis, secundum qvod in Authentico continetur. Datum an-
no Domini CIↃCCLXIX.

DE qvinqvennio subseqventi nihil memoratu dignum memoriæ traditum reperi, præ- 208
terqvam qvod anno CIↃCCLXXIV. Joannes Dux Saxoniæ privilegium, à Patre suo Al- A. Æ. C. CIↃ CC LXX.
berto Hamburgensibus (9) anno CIↃCCLII. concessum, benignè confirmaverit. Tabulæ CIↃCC LXXI
406 confirmationis hactenus nondum editæ, qvas ad illustrandam * temporum illorum histo- CIↃ CCLXXII
riam cum posteritate communicandas arbitror, his verbis conceptæ sunt: CIↃCCLXXIII

In nomine Sanctæ individuæ Trinitatis Joannes Dei gratiâ Dux Saxoniæ, Angriæ & Westfaliæ, CIↃCCLXXIV
universis Christi fidelibus præsentia visuris salutem & bonorum omnium incrementum. Libertates, qvas
de gratiæ nostræ liberalitatè sperantibus indulgere solemus, ad commodum illius volumus secum muniri
nostrarum literarum testimonio, ut contra qvoslibet pravorum incursus robur obtineant & validum fir-
407 *mamentum. Hinc est, qvod notum esse volumus tam præsentis temporis, qvam futuri Christi * fideli-*
bus universis, nos civibus de Hamborch hanc dedisse libertatem, qvam pater noster piæ recordationis
Dominus Albertus Dux illustris ipsis civibus liberaliter dederat: videlicet, ut in Lowenborch & Eys-
lingen de omni exactione, qvæ vulgariter (1) Ungelt dicitur, omnium mercimoniorum suorum, qvæ vel
traducendo vel redeundo ad loca deduxerint nominata, semper sint liberè absoluta. De annonâ verò
dimidiam dabunt partem exactionis, qvæ, sicut præhibitum est, Ungelt dicitur apud vulgum. Teloneum 209
autem dabunt, sicut semper solitum dari fuit, & sicut qvivis illuc accedens, & extranei dare solent. Hu-
408 *jus * rei testes sunt sororius noster dilectus Helmoldus Comes Swerinensis, Henricus de Crummesse, Lu-*
(I) *dolphus*

(1) Vide supra Num. 14.

(2) Hoc testimonio refelluntur, qvi Ecclesiam hanc contra præteritorum seculorum consvetudinem perperam appellant *SS. Petri & Pauli*, seu ut ipsorum vocabulo utar, *Petro-Paulinam*. Extat etiam aliud multo antiqvius testimonium l. 1. Rer Hamb. pag. 150.

(3) Intelligitur sine dubio ea lampas, qvæ in choro seu presbyterio Basilicæ Cathedralis etiamnunc pendet. Aliam ejusdem generis videre est in choro Ecclesiæ S. Petri. Vide etiam supra Num. 149. ubi mentio fit *lampadis perpetuò arsuræ*, qvam Volqvinus Episcopus Mindensis B. Virgini Mariæ dedicavit. Item infra Num. 555.

(4) Einer aus dem Rahte Vide supra Num. 19. 20. Nota hic etiam, tantam olim Basilicæ Cathedralis dignitatem fuisse, ut nemo ibi nisi Senatorii ordinis vir pro pauperibus stipem coëgerit: germ. Es hat allda niemand mit dem Klingebeutel umgehen mögen/ als einer aus dem Raht.

(5) Dispensatio collectæ stipis fuit penes Canonicos, conscio tamen coactore.

(6) Locus singularis, qvo sacerdotes & Concionatores vetantur judicium Ecclesiasticum ordiri ab executione, hoc est, denunciatione publicè in templis coram universo populo. Nam *denunciare*, hic est, in öffentlicher Gemeine nennen/ oder von der Cantzel abkündigen. Eo abusu concionum & libertatis concionandi nihil nunc est freqventius.

(7) Secundum illud Ecclesiastici cap. 19. *Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat: Non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum: sæpe enim fit commissio*, h. e. διαβολὴ ματαία. *Corripere*, hic est besprechen/ zu Rede stellen.

(8) Vide supra Num. 308.

(9) Vide supra Num. 233. 234.

(1) Vide supra Num. 13.

CIↃCCLXXIV *dolphus Schonenberg, milites fide digni: Consules verò civitatis Hamburgensis Johannes dictus* (1) *de*
Bergen, Godescalcus filius Adelheydis. Datum & actum Lowenborch anno Domini millesimo ducentesi-
mo septuagesimo qvarto, in die Agathæ Virginis. Ne igitur factum istud unqvam aliqvis possit du-
bietatis scrupulus invertere, aut malitia disturbare, hanc paginam conscribi fecimus & nostri sigilli mu-
nimine perennari dictis Civibus & posteris eorundem in testimonium sufficiens vel cautelam.

A. Æ. C. CIↃ CCLXXV
PRoximo anno, qvi erat Epochæ * Christianæ vulgaris CIↃCCLXXV. duxit, (2) Gerardus 409
secundus ejus nominis Holsatiæ Comes filiam Waldemari Regis Sveciæ. His nu-
210 ptiis interfuerunt etiam Legati Hamburgensium, eo potissimum nomine missi, ut per oc-
casionem lætitiæ ac doni nuptialis, confirmationem impetrarent privilegii, qvod pater
Regis Waldemari Dux Byrgerus (3) anno CIↃ CC LXI. civitati Hamburgensi concesserat.
Qvæ qvidem res legatis satis feliciter successit, ut apparet ex ipsis Regis Waldemari tabu-
lis hactenus nondum editis, qvarum exemplum subjunxi:

Waldemarus Dei gratiâ Rex Sveorum omnibus præsentes. literas inspecturis salutem in Domino 410
sempiternam. * *Noverit vestra universitas, qvod illam, qvam inclytus Princeps pater noster Dominus*
Byrgerus felicis memoriæ Dux Sveorum gratiam Burgensibus de Hamborch donaverat, de nostrâ volun-
tate liberâ præsentibus confirmamus, &c. Datum (4) *Ledosum anno Domini M°. CC°. LXXV. qvinta*
feriâ post festum B. Nicolai proximâ, in nuptiis filiæ nostræ perdilectæ & Comitis Gerardi illustris de
Holsatia.

A. Æ. C. CIↃCCLXXVI
NOn minori vigilantiâ & solicitudine pro conservatione libertatis suæ seqventi etiam
CIↃCCLXXVI. anno Hamburgenses usi sunt, ubi ab Alberto S. Imperii * Romani Ele- 411
211 ctore & Duce Saxoniæ confirmationem impetrarunt privilegii, qvod pater ipsius Dux Al-
bertus (5) anno CIↃCCLII. & frater Dux Joannes (6) anno CIↃCCLXXIV. civitati Hamburgensi
concesserant. Tabulas confirmationis hactenus nondum editas, exceptâ eâ parte, qvæ
superflua videbatur, apposui:

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Albertus Dei gratiâ Saxoniæ, Angriæ, Westfaliæ Dux,
Burggravius Magdeburgensis, universis Christi fidelibus &c. Hujus voluntariæ donationis nostræ Testes 412
sunt, Dominus Joannes Dux Saxoniæ carissimus frater noster, Conradus de Cotene, Conradus de * *Or-* 413
strouwe, Wedego de Gatersleve, Theodoricus (7) *Tilberali, Wedego de Russouwe, Conradus de Costede,* 414
Bartolomæus Pincerna noster, Theodoricus de Hekelinge, milites nostri, & alii qvam plures fide digni. 415
Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, in die Bartolomæi Apostoli, 416

A. Æ. C. CIↃCCLXXVII CIↃCCLXXIIX CIↃ CCLXXIX
SEqvitur hinc annus Æ. C. CIↃCCLXXVII. de qvo, ut & de seqventi biennio qvæ * me- 417
moranda essent, penitus obliterata sunt. 418

CIↃ CCLXXX
ALiqvanto clarior est annus CIↃCCLXXX. utpote qvo Thraciger refert compositam fuisse
discordiam, qvæ aliqvamdiu inter *Hamburgenses* & *Hardervicenses* fuerat: eo nempe,
212 qvod hi qvidem omne frumentum circa Hamburgum coemerent, & per Albim devectum,
cum maximo lucro alibi dividerent, illi verò metu difficultatis annonæ non interdictis
modo

(1) Fuit hæc olim inter maximè celebres Urbis nostræ familias, Consulumqve ac Senatorum fertilissimas. Nam inde ab an. 1274. qvo hoc diploma datum est, usqve ad annum 1470. semper aliqvis ex eâ familia vel Consulari, vel Senatoriâ dignitate fuit præditus, ut apparet ex antiqvis illorum temporum tabulis. Ultimus ejus familiæ fuit Dn. *Joannes de Monte*. germ. *Fam Berge*, qvem Herm. Roverus inter annos 1450. & 1470. scribit senatorii ordinis fuisse participem. Idem auctor addit, eo defuncto galeam & insignia gentilitia, pro interitus tam claræ familiæ indicio, simul sepulta esse. Ipsa ejus verba hæc sunt: *mit ehme sint Schilt und Helm in de Begreffenisse gelecht.* Hujus familiæ privatis sumtibus exstructa est tota orientalis pars templi S Jacobi, in qva chorus est sive presbyterium. Ideoqve in rotundo lapide qvi summitati fornicis pro umbilico seu centro est, & germ. Schloßstein dicitur, extant etiamnunc insignia ejus gentilitia: nempe dimidius Leo albus ex campo rubro prosiliens. Prætereà in medio presbyterio ante gradus summi altaris crypta est magnis lapidibus sepulchralibus tecta, qvæ conditorium olim fuit ejusdem familiæ. Ibidem parieti affixa cernitur galea cum clypeo, jam memoratis insignibus ornato, & tabulâ pictâ, in qva hæc inscriptio legitur: *Biddet Gor dat Geschlechte Fan dem Barge.* Ab eadem familiâ nomen acceperunt duo Urbis vici, qvi usqve ad hunc diem der grosse und kleine von Bargenhoff/ corruptè autem Barckhoff appellantur. Hinc apparet culpandos meritò esse, qvi paucis abhinc annis antiqvæ & per aliqvot secula de Rep. nostra optimè meritæ familiæ monumentum de loco suo removeri passi sunt.

(2) Vide Num. 410.

(3) Vide supra Num. 308.

(4) h. e. *Lodhusiæ*, vel *Lodosiæ*, de qvo Westrogotiæ comporio maritimo Joan. Magnus Hist. Svec. lib. 18. c. 8. sic scribit: *Vestrogothia habet commodiorem portum in occiduâ sui parte Lodhusiam, qvam sit aliqvis in tota reliqva Gotha & Svetiâ.* Item lib. 20. c. 20. *Tandem in patriam restitutus Dux Ericus, nuptias Lodosiæ, qvæ est Vestrogothorum portus & emporium commodissimum, celebravit.*

(5) Vide Num. 233.

(6) Vide Num. 406.

(7) Nomen hoc sine dubio mendosum est,

A. Æ. C.
modo, sed & armis eam rem sibi impediendam arbitrarentur. Dolendum sanè est Thracigerum nobis integras compositionis illius tabulas invidisse: qvæ si nunc publicè exta- CIↃCCLXXX
419 rent, multa sine dubio inde possent erui, qvibus jam * memorata discordia, & antiqvus urbis nostræ status plurimum illustrarentur. Cæterum certò constat, Comites Holsatiæ Joannem & Adolphum Comitis Joannis I. filios, eodem anno privilegium ab Imper. Friderico I. Hamburgensibus concessum, patris aviqve & proavi exemplo ad verbum confirmasse.

A. Æ. C. CIↃCCLXXXI
PRoximum abhinc annnum CIↃCCLXXXI. non exiguus variarum rerum concursus felicem simul & infaustum reddidit. Præerat tum Ecclesiæ Bremensi Archiepiscopus (1) *Giselbertus*, civilibus curis intentus vir, & militari potius, qvam sacerdotali ingenio. Is
420 veterem illam suscitans discordiam, qvæ (2) ab anno * CIↃCCLIX. usqve ad annum
421 CIↃCCLXVII. inter decessorem ipsius *Hildeboldum* & *Hamburgenses* fuerat, non obscuras simultates cum iis cœpit exercere. Itaqve ne imparati, aut impares opprimerentur, si qvando ad apertum bellum res reditura esset, communicarunt machionationes Archiepiscopi 213
Giselberti cum Comite Gerardo I. utpote qvi post fratris Joannis I. (3) obitum solus ex iis superesset, adversus qvos olim Archiepiscopus Hildeboldus arma sumpsisset. Ille verò Hamburgenses bono animo esse jussit, &, seu amicâ * compositione, seu armatâ manu res
422 transigenda esset, auxilium Hamburgensibus pro virili se laturum pollicitus est, ita tamen, ne ullum inde præjudicium in privilegia, ab Imp. Friderico I. & qvibuscunqve aliis Principibus civitati eorum concessa, unqvam oriretur. Qvo magis etiam Hamburgenses huic promisso fidem adhiberent, & qvo tutius in eo acqviescerent, placitum est, ut illud in publici instrumenti formam redigeretur, nec patris tantum Gerardi I, sed filii etiam Gerardi II. nomine promulgaretur. Exemplum earum tabularum, hactenus nondum editarum, integrum subjunxi.

423 (4) * *Gerardus & (5) Gerardus Dei gratiâ Comites Holtzatiæ, Stormariæ & de Schouwenborg universis præsentia visuris salutem & omne bonum. Ne ea, quæ aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, necessarium est, ea, quæ inposterum tradantur, scripturarum testimonio perennari. Noverint igitur universi tam præsentes, qvam posteri, qvod nos ad meram amicitiam, qvâ nostros Cives Hamburgenses amplectimur, & eorum plurima grata servitia, nobis impensa, nobis cum ipsis convenientibus, volentes ipsis facere gratiam specialem, conferimus, ut si Dominus noster Bremensis Archi-* 214
424 *episcopus, qvod absit, vel Dominus * Henricus de Barmstede miles, seu qvicunqve alius in eorum districtibus, vel alias, eos infestaret vel gravaret, rebus vel corpore, & in omnibus aliis causis in hoc incidentibus, qvemadmodum iidem Cives nostri nobis sæpius sunt conqvesti, ipsos nostros cives praeesse debemus amicabilibus placitis qvousqve hoc penitus evocetur. Si vero placitis hoc efficere non possemus, ipsis tenebimur manu nostrâ, si ab eis reqvisiti fuerimus, suffragari. Nihilominus veteribus privilegiis Domini nostri Friderici Imperatoris, & progenitorum nostrorum, & nostris, dictis nostris civibus collatis, perpetuè permanentibus inviolatis, integris atqve sal-*
425 *vis. Ut autem hæc omnia robur * perpetuæ firmitatis obtineant, præsentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus communiri. Testes Ludolphus de Curen, Egghericus de (6) Ottenshusen milites (7) Joannes Berghe & alii qvamplures, Fredericus (8) Miles, Hermannus Crane, Theodoricus de Gröne, Tidericus, Joannes filius Helpradi, Eilbertus Wulfhagene (9) Joannes Albus, Jacobus de (1) Stouna, Conradus Salsnake & (2) universitas Consulum, & alii qvamplures. Actum & datum Hamborch anno Domini M. CC°. octogesimo primo.*

Idem annus prosper illuxit juventutis nostræ commodis fundatione novæ scholæ, 215
426 qvam tunc à Pontificè Martino IV. constat * confirmatam fuisse. Sed hîc operæ pretium me facturum arbitror, si rem vulgo minus notam paulò altius repetiero. (3) Primam in urbe nostra Scholam instituit *S. Anscharius*, & eam qvidem intra claustrum monasterii Basilicæ Cathedralis, seu templi B. Virginis Mariæ. Confirmavit eandem *Imp. Ludovicus Pius*, & instructissimâ omnis generis manuscriptorum codicum *Bibliothecâ* dotavit (4) Magistros isti Scholæ S. Anscharius præfecit monachos aliqvot *veteris Corbeiæ*, qvos eo nomine ex Galliâ in Germaniam ad se evocaverat. Et ne deessent discipuli, *exgente*, ut loqvitur vi-
427 tæ ipsius (5) Auctor S. Rembertus, * *Danorum & Slavorum nonnullos emit pueros, aliqvos etiam ex*

(I) 2

(1) Vide Hist. Archiep. Brem. p. 113. edit. Lindenbrog.
(2) Vide supra Num. 385. 386. 387.
(3) Contigit is anno 1266. Vid. supra Num. 373. 374. 376.
(4) Gerhardus I. Comitis Adolphi IV. filius.
(5) Gerardus II. Comitis Gerardi I. filius.
(6) Infra Num. 475. legitur *Ottesbude*.
(7) Vide supra Num. 408.
(8) Germanicè *Ridder*. Vide supra N. 277.
(9) Catalogo Roveri vocatur *H. Johann Witte*.
(1) Cognomen hoc sine dubio corruptum est.
(2) German. der übrige gantze Raht.
(3) Vide l. 1. Rer. Hamb. p. 18. 19.
(4) Vid. l. 1. Rer. Hamb. p. 46. 47.
(5) Cap. 14.

DCCLXXXI *ex captivitate redemit, qvos ad servitium Dei educaret;* hoc est, qvemadmodum ego interpretor, qvos *Grammaticâ latinâ & Musicâ & Theologiâ* in tantum erudiri curaret, ut ad functiones & cæremonias sacras celebrandas, & propagandam religionem Christianam essent idonei. Nondum enim hæc, qvæ nunc seculum tenet, & omnem ferè religionem ex hominum mentibus expulit, scrupulosa curiositas, & ambitiosa profanæ scientiæ affectatio in u-
216 su esse cœperat, sed vigebat adhuc prisca illa simplicitas, & rudis credulaqve sanctimonia,
cujus vi primitiva Christi * Ecclesia inter gravissimas persecutiones totum terrarum or- 428
bem occupavit. Itaqve tunc S. Anscharius ejusqve discipuli, qvamvis eruditorum nostri ævi comparatione barbari & indocti, solo tamen ardentissimæ pietatis suæ exemplo & admirabili mundanarum rerum præ divinis contemptu, integra regna Christo acqvisiverunt. Cæterum non duravit diu prima illa Hamburgensis Schola, sed captâ (1) anno CIↃCCXLV. à Normannis urbe, temploqve Cathedrali cum Bibliothecâ suâ & alia omni supellectile exusto, ipsa qvoqve unâ desiit. Illustre tamen ejus etiamnunc extat encomium apud Gualdonem (2) in vita S. Anscharii his versibus:

> * *Sed Comites habuit* (S. Anscharius) *sibi qvos Corbeia misit,* 429
> *Sanctorum genitrix monachorum cella beatrix;*
> *Hammaburgensis Schola qveis edocta magistris,*
> *Crevit & ad florem perducta refudit odorem.*

De reliqvo minimè dubium est, qvin ea Schola simul instaurata fuerit, cum non multo post conjunctionem Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis, superstite adhuc S. Anscha-
217 rio, Basilica Cathedralis seu S. Mariæ reædificata est. Etenim recens eâ tempestate erat
(3) constitutio Impp. Caroli M. & Ludovici Pii, qva jubetur, *ut in omnibus monasteriis & aulis Episcopalibus scholæ ad informationem juventutis erigantur.* Qvam piam Imperatorum
voluntatem procul dubio S. Anscharius in * restauratione Archiepiscopalis Ecclesiæ 430
Hamburgensis religiosissimè implevit: ut qvi sponte sua noctes diesqve solicitus esset, ne qvid profuturum religioni Christianæ negligeretur. Igitur ex illo tempore denuò florere cœpit *schola S. Mariæ* seu *Cathedralis*, habuitqve magistros monachos Benedictinos, qvi in monasterio Ecclesiæ Cathedrali adjuncto, instar Canonicorum cohabitantes, usqve ad (4) annum CIↃXII. eam gubernarunt. Illo autem anno irruptione Wandalorum secundum penitus destructa, & cum templo S. Mariæ solo æqvata est. Præerat tempore hujus cla-
dis Archiepiscopatui Hamburgensi Libentius I. in cujus defuncti locum cum anno * CIↃXIII. 431
successisset Archiepiscopus Unwanus, sine morâ jam memoratam Basilicam cum annexo monasterio & schola reædificavit, & *duodecim Canonicis*, seu sacerdotibus regularibus, loco monachorum Benedictinorum, tum primum à se institutis, curam ejus & regimen com-
218 misit. Horum uni, qvem *Scholasticum* vocari voluit, specialem demandavit scholæ inspectionem, &, ut juventutem partim ipse doceret, partim per idoneos magistros, à se electos, institui curaret, injunxit. Qvæ autem tum in hujusmodi Episcopalibus aut monasticis scholis proponebantur, ex præscripto Impp. Caroli M. & Ludovici Pii hæc erant;
Grammatica latina, * Psalterii & Evangeliorum aliorumqve aliqvot librorum S. Scriptu- 432
ræ interpretatio: item Musica & Arithmetica. Id enim non obscurè ex ipsâ eorum Imperatorum constitutione ad sacerdotes colligitur: qvam qvidem, ut nostro qvoqve seculo lectu necessariam, integrè inserendam censeo. (5) *Sed & hoc flagitamus vestram almitatem, ut ministri altaris Dei suum ministerium bonis moribus ornent, & alii Canonici observent eorum ordines, atqve monachi propositum consecrationis. Obsecramus etiam, ut bonam & probabilem vitam & conversationem habeant, sicut ipse Dominus in Evangelio suo præcipit:*
*Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent * patrem ve-* 433
strum, qvi in cœlis est. Ut eorum bona conversatione multi attrahantur ad servitium Dei, & non solum (6) *servilis Conditionis infantes, sed etiam ingenuorum filios aggregent, sibiqve sociant. Et ut Scholæ legentium puerorum fiant: psalmos, notas, cantus, computum, gramma-*
219 *ticam per singula monasteria vel Episcopia discant. Sed & libros catholicos benè emendatos habeant, qvia sæpè, dum benè aliqvid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros malè rogant; & pueros vestros non sinatis eos vel legendo vel scribendo corrumpere. Et si opus est, Evangelium,*

(1) Vide l. 1. c. 17. 18. 19.
(2) Cap. 34.
(3) Vide infra Num. 432. 433.
(4) Vide lib. 1. Rer. Hamb. p. 42. 44. 45. 46. 47.
(5) Capitul. Caroli & Ludovici Imp. l. 1. c. 72. cujus titulus: *De ministris altaris Dei & de Schola.* Adde Lehmann. Chron. Spir. lib. 2. cap. 33.
(6) Vide supra Num. 427.

434 *lium, & Psalterium, & Missale scribere, perfectæ ætatis homines * scribant cum omni diligentiâ.* Hactenus Impp. Carolus M. & Ludovicus Pius. Qvod superest, permansit ordinatio *Scholæ* nostræ *Cathedralis* seu *S. Mariæ*, ab Archiepiscopo Unwano instituta, in perpetuum deinceps salva & inviolabilis usqve ad (1) abrogationem fidei Catholicæ. Hæc ergò de primâ urbis nostræ Scholâ, qvæ fundatorem S. Anscharium habuit, & in antiqvis (2) monumentis plerumqve *Schola apud S. Mariam* appellatur, in præsens dicta sufficiant. Secunda Schola Hamburgensis, qvæ ad differentiam prioris *Schola Urbis Novæ* & *Schola a-*
435 *pud S. Nicolaum* vocatur, anno demum CIƆ CC LXXXI. de qvo nunc agitur, instituta * est. Cum enim (3) nova Urbs Hamburgensis beneficio negotiationis maritimæ indies insigniter cresceret, nec *Schola S. Mariæ*, seu *urbis veteris* utriqve juventuti sola sufficere videretur, petierunt incolæ parœciæ S. Nicolai ab Archiepiscopo Bremensi *Giselberto*, ut potestas 220
sibi concederetur instituendi novam Scholam apud templum S. Nicolai. Qvâ impetratâ, Legatus insuper ab iisdem Parœciæ S. Nicolai incolis Romam missus fuit ad summum Pontificem Martinum IV. *Joannes* (4) *de Luneborch* cum aliis nonnullis ejusdem Parœciæ civibus, ut à sede Apostolicâ confirmationem concessionis Archiepiscopalis obtinerent.
436 * Tantæ enim molis tunc erat, ludum aperire literarium, cum nunc insulsissimo cuivis homuncioni privatâ auctoritate pro lubitu id liceat. Cæterum non irrita fuit legatio, ut videre est ex ipso summi Pontificis rescripto hactenus nondum edito, qvod ad perpetuam rei memoriam integrum inserui:

Martinus Episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Suâ nobis (5) Joannes de Luneborch & alii parochiani Ecclesiæ S. Nicolai novæ Civitatis in Hamborch, Bremensis diœcesis, petitione monstra-
437 *vit, ut eis (6) scholas artis grammaticæ in prædictâ Parochiâ * auctoritate Apostolicâ licitè habere indulgeremus. Qvas scholas à venerabili fratre nostro Archiepiscopo Bremensi licentiatas, & ibidem haberi confirmatas, per scripta & instrumenta proborum & (7) autenticorum vi-* 221
rorum contenderant. Unde nos precibus humilibus, & devotis, & præcipuè justis aures obserare non audemus, eisdem prædictis civibus parochiæ S. Nicolai ibidem scholas artis grammaticæ pro parvulis suis instituendis Apostolicâ auctoritate liberè habere licentiamus, licentiando confirmamus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Nullo impediente obstaculo, nec etiam ipsâ
438 *antiqvâ consuetudine * hactenus firmiter & pacificè observata. Prædictæ verò scholæ Juratis Ecclesiæ S. Nicolai porrigere magistrum, (8) statuere & destituere pro lubitu suæ voluntatis, mediante consilio & auxilio (9) Seniorum & discretorum virorum sæpedictæ parochiæ S. Nicolai, conferimus plenitudinem potestatis, & ne aliqvis ipsos ab hac collatione regiminis molestare aliqva interpositione calliditatis vel falsitatis præsumat, districtè prohibemus. Qvi autem his scriptis ausu temerario temerè contravenire præsumpserint, iram omnipotentis Dei, & Apostolorum*
439 *Petri & Pauli, & nostram se noverint incursuros. * Datum apud (1) Urbem veterem Nonis Julii, Pontificatus nostri anno primo.*

Pontifex Martinus IV, qvi Pontificatus sui anno primo diploma hoc promulgavit, 222
electus est secundum accuratissimos Chronologos VIII. Kal. Martii seu die XXIII. Februarii (2) anno CIƆ CC LXXXI. & eodem anno (3) X. Kal. Aprilis, seu die XXIV. Martii coronatus est.

(I) 3

(1) Nova tunc fundata & instituta est Schola S. Johannis anno 1529. ut testatur *Stephanus Kempe* in Historia MSta abrogationis fidei Catholicæ in Urbe Hamburgensi his verbis: *In dem sulven Jahr 1529. whard de Schole to S. Joannes in der Swarten Möncken Reventer gelegt*: h. e. Anno 1529. instituta est Schola S. Joannis in eâ monasterii Dominicani parte, ubi antea fuerat Refectorium.

(2) Vide infra Num. 463. 464.

(3) h. e. *Parœcia S. Nicolai*, ut alias sæpius hoc & superiori libro demonstravi.

(4) Clara hæc olim in nostra urbe familia fuit ac potens; qvippe ex qva per integros ducentos viginti qvinqve annos semper aliqvis in Senatu vel Consul vel Senator reperitur: nempe inde de anno 1281. qvo hoc diploma Pontificis Martini datum est usqve ad annum 1506. qvo Dn. *Nicolaus de Luneborg*, Senator, ultimus ejus nominis obiit, & in conditorio majorum, qvod in Ecclesia S. Petri etiamnunc cernitur, sepultus est.

(5) Vid. Num. præcedent.

(6) *Scholæ* plurali numero barbarè pro Schola, ut contra *litera* pro literis seu epistola. Hoc ideo moneo, ne qvis existimet plures Scholas tum, qvam unam fundatam fuisse.

(7) Authenticus, fide dignus.

(8) *Statuere* barbarè pro instituere: *destituere* pro abdicare: germ. einsetzen und absetzen.

(9) Locus singularis de Senioribus Parochiæ S Nicolai.

(1) Ita oppidum hoc Hetruriæ mediterraneum appellatur à Paulo Diacono Longobardic. rer. l. 4. cap. 31. At Procopio Gothicar. rer. l. 2. & passim alibi vocatur corruptè οὐρβιβεντός, *Urbibentus*. Ortelius in Synonymia Geographica existimat illud in Antonini Itinerario *Oropitum* nuncupari. Secundum Cluverium Ital. Antiq. l. 2. c. 3. p. 553. fuit antiqvum isti urbi nomen *Herbanum*. Vulgò autem nunc corruptè dicitur *Orbieto*, qvasi Urbs velos. Vide Leandri Alberti Italiam, & Platin. in vita Pontificis Martini IV.

(2) Carol. Sigon. Histor. de Regn. Ital. l. 20. Matth. Palmer. Chron. Dan. Angelocrat. Chronolog. l. 8. Calvis. Chronolog. ad an. 1281.

(3) Platin. in Vit. Martin. IV.

CIↃCCLXXXI eſt. Unde patet errare Thracigerum, qvi Scholam S. Nicolai à Pontifice Martino IV.
anno CIↃ CC LXXXII. confirmatam aſſerit. Cæterum præbuit fundatio hujus Scholæ occa-
ſionem ingentis litigii inter *Scholaſticum* Eccleſiæ Cathedralis & Parœciæ S. Nicolai inco-
las. Nam ægrè ferebat Scholaſticus, qvod ſummus * Pontifex inſpectionem novæ Scho- 440
læ, inſtituendiqve & abdicandi magiſtri poteſtatem *Juratis* Parœciæ S. Nicolai commiſiſ-
ſet: qvippe qvi crederet, æqve generale imperium ſibi in omnes urbis Scholas eſſe de-
bere, atqve (1) Baſilica Cathedralis in omnes Parœciales Eccleſias obtineret. Nicolaitani
contra firmè inſiſtebant reſcripto ſummi Pontificis ſe tutos rati ſub tegmine iſtius auctо-
ritatis, qvæ ſumma inter mortales habetur. Hinc cum neutra pars de jure ſuo qvid-
223 qvam remittere vellet, à verbis ſæpè ad verbera ventum eſt, diviſâqve in duas factiones
juventute, *Scholam S. Mariæ* altera, altera *Scholam S. Nicolai* * defendendam ſuſcepit, (2) fu- 441
ſtibusqve & lapidibus ſatis periculoſè dimicatum eſt. Qva ratione autem qvibusqve
conditionibus controverſia hæc ab Archiepiſcopo Giſelberto demum compoſita ſit, (3) in-
fra ad annum CIↃ CC LXXXIX. narrabitur. Interim ne qvid ad præteritorum temporum co-
gnitionem utile ſilentio prætermittatur, monendum cenſeo, in ſupra inſerto diplomate
Pontificis Martini IV. inprimis obſervatu dignum eſſe, qvod ibi Parœcia S. Nicolai cogno-
minatur *novæ Civitatis in Hamborch*: qvippe cum inde appareat, differentiam inter *veterem*
ac *novam* urbem eo tempore * nondum (4) ſublatam fuiſſe. Præterea in eodem reſcri- 442
pto ſingulare hoc & notabile eſt, qvod collatio Magiſterii novæ Scholæ *Juratis* Eccleſiæ S. 443
Nicolai, hoc eſt, civibus patrocinio iſtius Eccleſiæ & bonorum ejus diſpenſationi juramen-
to adſtrictis, committitur. Hinc enim elucet, (5) *Diſpenſatores Eccleſiarum*, qvi ut latinè à
224 juramento, qvod præſtant, *Jurati*, ſic germanicè (6) Kirchgeschworene appellantur, non heri
aut nudius tertius inſtitutos, ſed integris jam * tribus ab hinc ſeculis in Republicâ noſtra 444
fuiſſe. Idem confirmat annulus æneus portæ templi S. Petri, in qvo hæc verba leguntur:
Anno Domini CIↃ CCC XLII. *inceptum eſt fundamentum hujus turris*; *Orate pro Juratis.* Iidem
etiam *Proviſores templi* vocabantur, ut docet antiqvus lapis in cœmiterio S. Catharinæ, pa-
rieti ædium in aditu vici poſitarum inſertus, cui hæc verba inſculpta ſunt: *Anno* CIↃ CCCC LVII.
ante feſtum Paſcha ha nova domus ſunt incepta, & in profeſto Paſcha ſunt completa; *Orate pro
Proviſoribus templi.* Cæterum eligebantur illi olim à (7) *Rectore*, ſeu, ut nunc uſitato utar
225 vocabulo, * *Paſtore Eccleſiæ*, & ſi minus probe ac integrè ſe gererent, pro lubitu ab illo ab- 445
dicabantur. Præcipuum eorum munus erat, cogere diebus feſtis ſtipem ſeu eleemoſy-
nam pro pauperibus, & pecuniam inde collectam, ut & alia Eccleſiæ bona diſpenſare: ita
tamen ut id fieret cum conſenſum Paſtoris. Eidem qvotannis edebant rationem ſub ju-
ramen-

(1) Vide ſupra Num. 117. & 346. Extat eâ de re peculiare caput in tabulis compoſitionis inter Senatum & Capitulum factæ anno 1337. *Item Canonici ſtatuent in Eccleſiis, parochialibus Rectores* (h. e. Paſtores vide infra N. 444.) *& Capellanos literatos & idoneos, qvi populo præeſſe poſſint moribus, doctrinis & exemplis. Similiter Scholaſticus providebit ſcholis de Rectoribus literatis & idoneis, qvi in ſuo ſalario vetera ſtipendia non augeant, nec nova in anteà non imponant.* Vide infra Num. 461.

(2) Vide infra Num. 462. Huc etiam pertinent illa verba Compoſitionis inter Senatum & Capitulum an. 1337. factæ: *Item Nos* (nempe Senatus & Cives) *debemus noſtros Scholares* (h. e diſcipulos Scholæ S. Nicolai) *& Canonici ſuos* (nempe diſcipulos Scholæ S. Mariæ) *compeſcere, ne inter ſe diſcordent.* Nam licet litigium de Schola S. Nicolai inter Scholaſticum Eccleſiæ Cathedralis & incolas Parœciæ S. Nicolai anno 1289. operâ Archiepiſcopi Giſelberti extinctum ſit, attamen certamina factionum juventutis multo diutius durarunt.

(3) Num. 460. 461. & deinceps.

(4) Contigit enim hoc anno 1292 qva de re vid. infra Num. 480. 481.

(5) In ſcripto Impp. Leonis & Anthemii ad Armaſium Præf. Præt. C. de ſacroſ. Eccl. appellantur *Oeconomi*, *qvibus res Eccleſiaſtica gubernanda mandantur.*

(6) Interdum etiam ſimpliciter *de Swaren*, ut in tabulis teſtamentariis Hartwici Kruſen infra in Mantiſſa Num. 553. 554.

(7) Qvi nunc *Paſtor* Eccleſiæ Parœcialis dicitur, is vocabatur olim *Rector*: nempe ad differentiam *Capellanorum*, qvibus non integri templi, ſed tantum ſacelli alicujus cura ſpeciatim erat commiſſa. Extat de hac differentiâ inter Rectorem Eccleſiæ & Capellanos inſigne teſtimonium in antiqva Compoſione inter Capitulum & Senatum anno 1337. facta his verbis: *Item Canonici ſtatuent in Eccleſiis parochialibus Rectores & Capellanos literatos & idoneos, qvi populo præeſſe poſſint moribus, doctrinis & exemplis.* Rector Eccleſiæ vocabatur tunc etiam *Curator* & barbarè *Curatus*; ut hodieqve Gallis dicitur un *Curé*. Idem Eccleſiæ Rector prætereâ etiam appellabatur Parochus & *Plebanus* à curâ & inſtitutione plebis. Qva de re vide plura infra Num. 447. Id qvoqve hic notandum videtur Paſtoris nomen in tanto honore olim fuiſſe, ut ipſi etiam Epiſcopi vix auſi ſint eo, uti, qvoniam ſoli Chriſto id videtur convenire. Extat eâ de re inſignis locus apud Adamum Brem. lib. 1. cap. 29. *Hunc*, inqvit, Leudericum tertium Epiſcopum Bremenſem *tradunt ſuperbum fuiſſe, qvod inde conjici poteſt, qvia ſe aliqvando cuſtodem, aliqvando paſtorem Bremenſis gregis gloriatur*

ramento (1)*per Sanctorum reliqvias*, qvod justa esset editio. Verum qvo hæc clariora sint
& plenius cognoscantur, subjungam monumentum antiqvum & hactenus, qvod sciam, in-
editum, qvo continetur, qvid in Synodo Bremensi, sub Archiepiscopo (2) Godfrido circa
446 annum cIↃCCCL. habitâ, de * *Juratorum* electione, officio & potestate statutum fuerit:

Nos Godfridus Dei gratia sanctæ Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus recognoscimus, qvod
præsidentibus nobis sacrosanctæ Synodo Ecclesiæ nostræ Bremensis, qvæsitum fuit per venerabilem
virum Dominum Erponem Abbatem monasterii S. Pauli extra muros Bremenses, (3) diffinitum
& sententialiter (4) intimatum, qvod si (5) patulum dandum fuerit pro villâ, Rector Ecclesiæ pro
dote nihil dabit. Item si curia deserta fuerit, de agris curiæ dabitur prebenda. Item paro-
447 *chiani Rectori Ecclesiæ ipsorum * domum septem distinctionum, qvæ Vake dicuntur, comparare &* 226
construere tenebuntur: Item laqvear super ignem viginti qvatuor pedum in longitudine, duæ
cameræ per omnia benè conclusæ, una bona fenestra. Et (6) dos benè debet esse cooperta & tecto &
parietibus, sicut decet (7) plebano. Item si (8) campanarius non (9) convenit plebano, potest
eum deponere, & alium sibi conducere. Item Jurati Ecclesiæ non debent (1) petere nisi cum li-
centiâ Rectoris illius Ecclesiæ, & debet hac petitio fieri post (2) offertorium, & dabunt Rectori
(3) tertiam partem qvinqve temporibus anni: scilicet in festo Pascha, Pentecostes, Assumptio-
448 *nis beatæ Mariæ * Virginis, Nativitatis Christi, & Dedicationis Ecclesiæ; & omnibus aliis tem-*
poribus, qvando rogaverunt, debent Rectori tertiam partem. Et qvicunqve ad annos discretio-
nis pervenerit, in dictis qvinqve festivitatibus anni, tenetur satisfacere unum offertorium. Item
si Jurati cum consensu Rectoris Ecclesiæ posuerunt carbonem, vel triticum ad aliqvem locum
pertinentem ad Ecclesiam, de illo sumat sibi Rector tertiam partem: & si in Ecclesiâ aliqvid po- 227
situm fuerit, habebit Rector tertiam partem: Si verò præter ejus voluntatem positum fuerit, su-
449 *mat Rector totum. Item Jurati * non debent eligi nisi cum consensu Rectoris Ecclesiæ, & iidem*
Jurati debent facere computum de bonis Ecclesiæ semel in anno, & nihil debent disponere de eis-
dem bonis, nisi cum consilio & consensu Rectoris, & debent jurare ad (4) reliqvias Sanctorum,
qvod justum computum fecerunt. Si Jurati non conveniunt, Rector potest eos deponere, & a-
lios eligere. Item si Ecclesiæ aliqvid datum fuerit, Rectori nihil assignatum fuerit, idem Rector
habebit dimidiam partem in hoc dato. Item tres debent esse Ecclesiæ claves ad bona Ecclesiæ:
(5) duas debent habere Jurati, tertiam verò Rector. Idem Rector tertiam de imaginibus San-
450 *ctorum accipiet & habebit de jure Ecclesiæ. * Acta sunt hac in Synodo nostrâ prædicta approban-*
te. Datum & actum Bremis anno Domini millesimo trecentesimo---- feriâ qvartâ post Lætare,
nostro sigillo præsentibus impresso.

Hactenus de fundatione & confirmatione Scholæ S. Nicolai egimus. Restat, ut qvid
prætereâ anno cIↃCCLXXXI. contigerit perseqvamur. In his eminet obitus Comitis Ge-
rardi I. Principis erga urbem nostram munificentissimi, qvi decessit die XXI, Decembris, &
Hamburgi in Basilicâ Cathedrali sepultus est, ut apparet ex antiqvo monumento, qvod (6) 228
451 actis anni cIↃCCLXVI. inserui. Eodem anno cIↃCC LXXXI. contigit * famosum illud urbis
no-

(1) Vide Num. 449.
(2) De *Godfrido* Comite de Arensberg, qvi anno 1349. ex Episcopo Osnabrugensi Archiepiscopus Bremensis electus est, vide Hist. Archiep. Brem. pag. 129. edit. Lindenbrog.
(3) *Diffinire* barbarè pro definire, ut *diffundere* pro defundere *diffigurare* pro defigurare, & ejus generis sexcenta alia, qvæ passim apud barbaros mediæ ætatis scriptores occurrunt.
(4) *Intimare* pro notificare, indicere. Vide Voss. de Vitiis Sermon. l. 4. c; 11.
(5) Mendosum sine dubio est hoc vocabulum. Num igitur fortè legendum *pascuarium*? Ita enim in Codice LL. antiqvarum passim vocatur census, qvi solvitur pro pascuis, ut *agrarium*, qvi pro agris. Vid. Glossar. Lindenbrogii Voss. de Vitiis Sermon. l. 3. c. 33.
(6) *Dos* barbarè pro domo Rectoris Parœcialis In antiqvis germanicis monumentis appellatur eine Wede/ vel *Wedeme*, à Weden/ qvod idem est atqve weihen/ latinè, *consecrare*.
(7) *Plebanus*, olim propriè appellabatur Presbyter, qvi sacramenta in Ecclesia Cathedrali administrabat. Vid. Voss. de Vitiis Sermon. l. 3. c. 35. Hic autem generaliter sumitur pro qvocunqve Ecclesiæ Parœcialis Rectore, penes qvem plebis parœcialis cura est & institutio. Is nunc *Pastor* dicitur. Vid. supra Num. 444.
(8) *Campanarius*, penes qvem campanarum Ecclesiæ cura est. Is nunc in urbe nostra vocatur der Unterküster.
(9) Si non convenit: germ. wo er ihm nicht wohl anstehet/ vel, wo er nicht wohl mit ihm überein kan: sic supra Num. 449 *Si Jurati non conveniunt*, &c.
(1) *Petere*, stipem cogere pro pauperibus: id nunc germanicè dicitur, mit dem Klingbeutel umgehen.
(2) Sic dicitur ea pars *Missæ*, in qva fit sanctissimi corporis ac sanguinis Christi oblatio. Vid. Isidor l. 6. Orig. cap. 19.
(3) Locus singularis de reditibus Rectorum seu *Pastorum* Ecclesiæ.
(4) Hujusmodi juramenti formulam vid. in Erp. Lindenbrogii Syntagm. rerum Germ. septentr. pag. 199. in Juramento ab Episcopo Lubecensi Archiepiscopo Bremensi antiqvitus præstito, ubi hæc in fine leguntur: *Sic me Deus adjuvet, & ista IV. sancta Evangelia & IV. Evangelistæ, & ista Patrocinia Sanctorum*: h. e. istæ reliqviæ.
(5) Hinc rectè colligitur, *duos* tantum tum temporis fuisse *Juratos*.
(6) Vide supra Num. 377.

CIƆCCLXXXI nostræ incendium, qvo major ejus pars cum magnâ hominum utriusqve sexus strage absumpta est. Adeò mortalium felicitas lubrico stat loco, & qvæ longinqvo temporis spatio maximâ solicitudine & industriâ fundata congestaqve sunt, paucis sæpè horis corruunt & disperguntur. Nempè non multum oportet consilio credere aut labori: habet enim seu fatum, seu fortuna suam rationem, qvæ nobis prorsus est incognita. Nam sic tum nostra civitas, cum mercaturæ beneficio magnas, ut temporibus illis, opes, illustre nomen, & non vulgarem potentiam sibi acqvisivisset, & bonâ fide jam florescens, * templis, scholis 452
aliisqve publicis & privatis ædificiis insigniter se exornasset, derepentè omnem ferè magnificentiam suam in miserabile bustum conversam vidit, & glorioso multorum annorum incremento unica, & vel minima ignis scintilla, permittente Deo, inopinatum attulit exitium. Meminit hujus incendii Anonymus Chronicorum Slavorum Auctor, ab Erpoldo Lindenbrogio editus, his verbis: (1) *Anno Domini* CIƆ CC LXXXI. *Hamborch Civitas Holsatiæ*
229 *ultra mediam partem longè incinerata est, & plures homines utriusqve sexus in igne perierunt.* Itaqve non audiendus est Thraciger, qvi incendium hoc * referendum censet in annum 453
CIƆ CC LXXXIV. qvippe cum nec antiqvi ullius auctoris testimonio id probet, nec rationem reddat verisimilitudinis. Æqvè frivolum est, qvod itidem absqve ullâ probatione nobis obtrudit, Comites Holsatiæ post jam memoratum incendium inhumanissimos se erga Hamburgenses præbuisse, iisqve coemptione ligni ad reædificandum urbem in totâ regione suâ interdixisse. Nam ego sanè nusqvam ejus rei mentionem in antiqvis monumentis reperi; nec credibile est, id contigisse, cum non modò nulla discordia inter Comites & Hamburgenses tum temporis fuerit, sed & magna amicitia, ut apparet ex tabulis paulo * antè insertis, qvibus Comites Gerardus I. & II. hoc anno Hamburgensibus adver- 454
sus Archiepiscopum Bremensem auxilium promiserunt.

A. Æ. C. CIƆ CCLXXXII EAsdem seqventi etiam anno CIƆ CC LXXXII. Comitis Johannis I. filii *Adolphus*, *Joannes* & *Albertus* ad verbum confirmarunt; ut testatur ipsum eorum diploma, hactenus nondum editum, qvod omissâ parte ejus superfluâ, subjunxi:

230 *Adolphus, Joannes & Albertus, Dei gratiâ Comites Holtzatiæ & Stormariæ, universis præsentia visuris salutem & omne bonum. Ne ea qvæ aguntur in tempore* (2) *&c. Testes Pape Wulff, Lubberin Marqvardus Dapifer, Joannes de Slamerstorpe, Nicolaus de Wedele * milites* 455
& cæteri nostri ministeriales: Hellingbernus, Lambertus de Groninghe, Otto de Twedorpe & Conradus Stadinger, Consules Hamburgenses, & cæteri qvam plures. Datum anno Domini M°. CC°. octogesimo secundo, feriâ sextâ post Dominicam Lætare Jerusalem.

Tantum igitur abest, ut Comites Holsatiæ reædificationem urbis Hamburgensis malevolo & inimico animo impedierint, ut ad eam vel amicâ interpositione, vel armis defendendam, diplomatibus suis ultrò se obstrinxerint. Qvod reliqvum est, non obscurè fortunam iniqvitatis suæ pœnituit, damnumqve incendio illatum non tantum copiosâ, sed & tam * constanti prosperitate compensatum est, ut urbs velut à stirpibus lætius feracius- 456
qve renata, nunqvam deinceps usqve ad hunc diem ejusmodi calamitatem senserit.

A. Æ. C. CIƆCCLXXXIII PRimum conciliatæ fortunæ argumentum fuit benignitas (3) *Erici* Regis Daniæ; utpote
231 qvi anno CIƆ CC LXXXIII. civitati convalescenti ad preces *Joannis* Comitis Holsatiæ utilissimum de liberâ *Scanensium* nundinarum freqventatione concessit privilegium, cujus exemplum, hactenus nondum editum, uti in manus meas pervenit, integrum subjunxi:

*Ericus Dei gratiâ Danorum Slavorumqve Rex, omnibus præsens scriptum cernentibus in Domino salutem. Noverint universi, qvod nos ad instantiam * & preces* (4) *nobilis viri Domini Joannis Comitis Holsatiæ* (5) *generi nostri dilecti & uxoris suæ Comitissæ sororis nostræ carissimæ, dimisimus Civibus in Hamborch unum fundum sive locum in nundinis nostris Scanensibus, in qvo tabernas suas possint construere, & commodè inhabitare annis singulis tempore nundinarum prædictarum. Concedimus etiam eis ex gratiâ speciali omnes libertates & gratias in dictis nundinis, qvas cæteræ civitates* (6) *Slaviæ &* (7) *maritimæ à nobis & progenitoribus nostris in* 457
ipsis

(1) Pag. 224. edit. Lindenbr.

(2) Reliqva vide supra Num. 423.

(3) Fuit hic *Ericus*, sextus ejus nominis Daniæ Rex, cognomine *Glipping*: de qvo vide Pontan. Hist. Dan. l. 7.

(4) Vide supra Num. 292.

(5) Nota hic *generum* pro marito sororis. Eodem sensu legitur hoc vocabulum apud Cornelium Nepotem in Pausania, Justinum lib. 18. cap. 4. Ditmarum Mersburg. Witchindum Corbej. & Saxonem Grammaticum. Vid. Jac. Cujacium observat. l. 6. c. 17.

(6) De amplissimâ hac *Sclaborum* regione in littore sinus Codani seu maris Baltici vid. Helmold. l. 1. c. 1. & 2.

(7) h. e. ad *mare Svevicum* seu *sinum Codanum* sitæ. Nolim enim existimes, Regem Ericum hic loqvi de *Hansa Teutonica*, qvoniam plurimis argumentis id potest refelli.

ipsis nundinis habere liberius dignoscuntur. Unde pergratiam nostram districtè prohibemus, Æ. A. C. CIↃ CCLXXXIII
458 *ne qvis * Advocatorum nostrorum, vel eorundem officialium, qvi ibidem pro loco & tempore fue-* 232
rint, seu qvisqvam alius, ipsos cives supradicto loco vel libertatibus prædictis præsumat aliqvatenus
molestare, prout Regiam vitare voluerint ultionem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum
literis præsentibus duximus apponendum. Datum (1) *Hethebii anno Domini M°. CC°. octogesimo*
tertio, XIII. *Kal. Augusti: testibus Dominis Alberto Comite de Gliken , H. Priore de Andwerch-*
stogh, & Petro Dapifero nostro.

459 SUbseqvens annus CIↃ CC LXXXIV. illustris evasit, (2) navali bello * Hanseaticarum Civita- A. Æ. C. CIↃ CC LXXXIV
tum adversus *Olaum tertium* ejus nominis Norvagiæ Regem , Principes ejus expedi-
tionis fuisse constat Lubecenses & Hamburgenses: causam autem, qvod Rex *Olaus* immu-
nitates & privilegia , *Hansæ Teutonicæ* concessa in Norvagia , retrahere , & prorsus abolere
anniteretur. Itaqve illi navibus suis omnes Norvagiæ portus obsederunt , ne qvidqvam
aliundè importaretur ; breviqve temporis spatio inopiâ annonæ aliarumqve rerum ne-
cessariarum subtractione eò Regem *Olaum* adegerunt , ut ad Svediæ Regis *Erici* amicam 233
interpositionem confugeret, nec tantum pristinam libertatem in * Regno suo confœdera-
460 tis Germanicæ civitatibus restituerit, sed insuper etiam, qvicqvid damni & molestiæ per-
cepissent, ingenti pecuniæ summâ compensaverit,

QVid deinde anno CIↃ CCLXXXV , ut & seqventi triennio actum fuerit , vetustate obscu- A. Æ. C. CIↃ CC LXXXV.
rum & incompertum est. CIↃ CC LXXXVI

AT qvi his successit, annus CIↃ CCLXXXXIX. memorabilis est compositione discordiæ, qvæ CIↃCCLXXXVII
ob fundationem *Scholæ S. Nicolai* (3) anno CIↃ CC LXXXI. exorta , integrum jam octen- CIↃCCLXXXIIX
nium duraverat. Nempe cum omnes reconciliationis modi ad irritum cecidissent, inter- CIↃ CCLXXXIX
461 posuit demum auctoritatem suam * Archiepiscopus Bremensis Giselbertus, & rem in eum
deduxit statum , ut *Jurati* Ecclesiæ S. Nicolai jus conferendi magisterii novæ Scholæ , à
summo Pontifice Martino IV. sibi concessum , *Scholastico* Basilicæ Cathedralis (4) cede-
rent , certis tamen conditionibus qvas nullis verbis æqvè plenè expressum iri arbitror ,
qvam si tabulas Archiepiscopi Giselberti , ad perpetuam compositionis illius memoriam
promulgatas, & hactenus nondum editas, integrè apposuero:

Giselbertus Dei gratia S. Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus omnibus Christi fidelibus præ- 234
462 *sentem literam cernentibus salutem in Domino sempiternam.* * *Cogitans pacis consilia Domi-*
nus , cujus Spiritus super mansuetum & humilem reqviescit , detestatur dissensiones & prælia ,
qvæ periculum pariunt animarum. Propter qvod Deo gratum præstant obseqvium , qvi, ut di-
scordantes ad concordiam redeant , diligentiam & solicitudinem interponunt. Hinc est , qvod
tam præsentibus , qvam futuris cupimus esse notum, qvod discordia , qvæ fuit inter Dominum Jo-
annem Scholasticum (5) *Ecclesiæ Hamburgensis ex unâ & Parochianos Ecclesiæ S. Nicolai in Ham-*
463 *borch super* (6) *Scholis ibidem ex parte alterâ, nobis mediantibus & consensum * præbentibus, in*
hunc modum per pacis clementiam est sopita: Qvod nos dilectis in Christo Parochianis S. Nico-
lai prædictis, Consulum & Universitatis Hamburg. favorem & obseqvium nobis impensum atten-
dentes, de consensu Capituli Bremensis, nec non Capituli Hamburgensis licentiamus præsentibus
Scholas apud S. Nicolaum in Hamborch perpetuis temporibus permanendas sub conditionibus
præsentibus subnotatis. Scholasticus Hamburgensis , qvi pro tempore fuerit , dictas novas Scho-
las tenebit & possidebit in suâ costodiâ eo jure , qvo Scholas (7) *apud S. Mariam dinoscitur te-*
464 *nuisse, & magistrum instituet pro * suâ voluntate & competentem ad puerilia documenta ipsis*
(8) *scholaribus informanda. Cum autem dictos scholares tantum proficere constiterit , qvod ad* 235
majorem cantum habiles inventi fuerint, & puerilia postposuerint, ad prædictas (9) *Scholas S. Ma-*

 riæ

(1) h. e. *Slesvici.* De qvo urbis Slesvicensis antiqvo Danico nomine vide Joan. Isac. Pontani Chorographicam Daniæ descriptionem pag. 655. & Danckwert. Chorograph. Slesw. & Holst. p. 113.

(2) Crantz. Norvagiæ l. 6. c. 1. Thracig. Chron. Hamb. MSt. ad an. 1284.

(3) Vide supra N. 439. 440. & deinceps.

(4) Id simpliciter & absq; ulla conditione confirmatum est in compositione inter Capitulum & Senatum anno 1337. factâ ; cui de eâ re hoc caput insertum est : *Scholasticus providebit Scholis de Rectoribus literatis & idoneis, qvi in suo salario vetera stipendia non augeant , nec nova in anteâ non imponant.*

(5) Ecclesiæ Hamburgensis κατ' ἐξοχὴν pro Basilica Cathedrali.

(6) Vide supra N. 436.

(7) Vide supra Num. 334.

(8) *Scholaris* barbarè pro scholastico seu eo , qvi discendi causâ freqventat scholam.

(9) h. e. Basilicam Cathedralem, qvæ temporibus Imp. Ludovici Pii *Ecclesia Christi Salvatoris & beatissimæ matris ejus Mariæ* appellabatur. Vide lib. 1. Rer. Hamb. p. 9 130. & Rembert. in Vit. S. Anschar. c. 20. p. 204. Eadem Basilica. Ab Anonymo Helmoldi Continuatore vocatur *principalis & summa Ecclesia Hamburgensis.*

A. Æ. C.
CIↃCCLXXXIX *ria ibunt, ibidem ipsis competentia audituri. Item Scholares, qvi pro tempore Scholas S. Nico-*
lai duxerint freqventandas, in festivitatibus Pascha, Pentecostes, Nativitate Domini, & in festis
B. Mariæ Virginis, nec non diebus dominicis infra Pascha & Pentecostem majorem Ecclesiam S.
Mariæ cum debita religione adibunt, ob reverentiam ipsius Ecclesiæ, * *processionem modo debito* 465
faciendo. Si vero qvæstus & pretium Scholarium apud S. Nicolaum freqventantium fuerit
tam exile & tenue, qvod Scholasticus Hamburgensis, sine damno suo, & salvo pretio Scholarium
freqventantium ad S. Mariam, magistrum Scholis S. Nicolai non possit præficere, extunc idem
Scholasticus suo Decano & Capitulo intimabit, qui Consulibus Hamburgensibus referent, & à
Paschâ præterito ad duos annos nunc instantes juxta affirmationem Capituli dicti Consules tali-
ter ordinabunt, & infra mensem immediatè subseqventem plenius consumabunt, ne suprà dictus
(1) *Scholasticus* * *in magistro præficiendo scholis S. Nicolai damnum aliqvod patiatur. Testes* 466
aderant Soltmarus Præpositus in Buxtehude, Gotscalcus de Travemunde, Bruno, Joannes (2) *de*
Luneborch, Canonici Hamburgenses: Johannes noster Notarius Canonicus Wildesbusensis, Gerar-
236 *dus & Ericus de Bederkesa, Segebade Marschalcus noster, Joannes & Bertoldus dicti Sculteti, mi-*
lites nostri: Ludolphus de Buxtehude, Heligbernus, Etke, (3) *Hinrick Longus, Consules Hambur-*
genses: Christianus Wichmannus de Hagben, Luderus dictus Hune, Joannes dictus Bube, Con-
sules nostri Stadenses, & alii fide digni. In cujus rei * *testimonium sigillum nostrum cum sigil-* 467
lo Capituli nostri Bremensis præsenti duximus apponendum. Datum & actum in nostrâ novâ ci-
vitate apud Buxtehude Anno Domini M°. CC°. LXXXIX. feriâ sextâ post Pascha.

A. Æ. C.
CIↃ CC XC.
CIↃ CC XCI.
PRoximo abhinc anno CIↃCCXC. nihil ad Hamburgensem historiam pertinens, qvod sciam, contigit: ut nec seqventi CIↃCCXCI. præterqvam qvod Albertus S. Romani Imperii Elector, Saxoniæqve inferioris Dux, & gener Imperatoris Rudolphi Hapsburgensis, ad declarandam singularem suam erga Hamburgenses voluntatem, ex vectigali tam ordi-
nario, qvam extraordinario, de sale * Luneburgensi Eislingæ persolvendo, non exiguam 468
partem iis remiserit, & qvantum deinceps inperpetuum ab iis exigendum esset, peculiari diplomate publicaverit. Verum qvô hæc plenius cognoscantur, ipsas Ducis Alberti tabulas, hactenus nondum editas, integrè subjunxi:

237 *Nos Albertus Dei gratia Dux Saxoniæ, Angriæ, Westfaliæ, Burggravius de Magdeburch*
& Comes de Bren, universis Christi fidelibus præsentia visuris volumus esse notum, qvod multimo-
da servitia nostris progenitoribus & nobis à Consulibus & Burgensibus de Hamborch nobis dilectis
sæpius impensa conspicientes, volumus eis * *facere & conferre gratiam specialem ita duntaxat,* 469
qvod omnem libertatem qvam (4) *Pater &* (5) *frater noster, Saxoniæ Duces illustres, ipsis Con-*
sulibus & Burgensibus donaverant, hanc iisdem ob favorem dilectionis contulimus & donavimus
imperpetuum obtinendam. Adjicimus etiam, qvod cives de Hamborch prædicti dabunt in Eys-
linge de qvolibet Luneborgensi choro salis pro teloneo & Ungeldo qvinqve denarios Lunebor-
genses, & non magis, qvotiescunqve & qvandocunqve prædicti cives ibidem cum sale duxerint
238 *veniendum. Ut autem hæc omnia pro nobis, &* (6) *pro fratruelibus nostris & eorum successori-*
bus Ducibus robur * *perpetuæ firmitatis obtineant, præsentem paginam nostri sigilli munimine* 470
duximus muniendam. Testes autem hujus gratiæ & donationis sunt: (7) *Hermannus Ribe da-*
pifer noster, Heyne Stake, Volradus de Sulen, Balch & Nicolaus de Cubbesele milites nostri:
Hellingbernus, Wernerus de Horborch, Hertwicus de Erteneborch, Theodoricus dictus Wrack,
Consules Hamburgenses & alii qvam plures fide digni. Datum Lowenborch anno Domini mil-
lesimo ducentesimo nonagèsimo primo, VII. *Kal. Octobris.*

Venio

(1) Nempe qvoniam mater erat Ecclesiarum parœcialium.

(2) Vide supra Num. 435.

(3) In Rover. Catal. appellatur *H. Hinrich Lange.*

(4) Vide supra N. 233. 234.

(5) Vide supra N. 406. 407.

(6) *Fratruelis* hic sumi videtur pro fratris filio, seu, ut vulgò perperam loqvuntur, Nepote ex fratre. Intelligitur enim sine dubio Joannes secundus ejus nominis Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ Dux, cujus pater Dux Joannes I. frater fuit Ducis Alberti II. à qvo hoc privilegium Hamburgensibus datum est. Obiit autem Dux Joannes I. anno 1285. & ex eo tempore Dux Joannes II. in tutela cœpit esse patrui Alberti. Ex eodem hoc loco colligitur etiam, Ducem Joannem II. unum ad minimum habuisse fratrem cujus ego tamen nusqvam mentionem repperi. De significatione vocabuli *Fratruelis* vid. Cujav. obs. l. 6. c. 17.

(7) Multa de eo leguntur in antiqvo Chronico Lubecensi MSto. ad an. 1289. ubi vocatur: *Ein Hobetmann undt Statthölder des Hertogen to Sassen, mit Namen H. Hermann Ribe, welcker als ein Vormunder des jungen Försten aber alle Lande, welcke de Först up disser Siden der Elbe hadde, herschoppede.* Et paulo post hæc subjunguntur: *Disse leet sick beduncken, de wile sin Herr Hertog Albrecht des Keysers Rudolfs Dochter thor Ehe hadde, so wurden de Stade nicht so driste sin, dat se jegen ehm wat wurden vornehmen.* Ab hoc Hermanno Ribe nomen accepit arx *Ribenborg*, de cujus expugnatione per Lubecenses & Hamburgenses vid. Crantz. Saxon. lib. 11. c. 5.

471 VEnio nunc ad annum cIɔ ccxcII, inter eos, qvi libertatis nostræ * incremento felicis- cIɔ cc xcII.
simi illuxerunt, clarum inprimis & memoratu dignissimum. Hoc enim anno obti-
nuerunt Hamburgenses à Comitibus Holsatiæ insigne illud (1) privilegium, cujus exem-
plum apposui:

Adolphus, Gerhardus, Johannes, Adolphus & Henricus, Dei gratia Comites Holsatiæ & in Schou- 239
wenborch omnibus præsentia visuris constare volumus & notum esse, nos omnes libertates & indulta, à
divis Imperatoribus, verum & nostris progenitoribus (2) dilectis nobis Consulibus & universitati Civitatis
472 *nostræ Hamburgensis factas & donatas, ratas & gratas habentes * præsentibus confirmare perpetuò li-*
berè fruituris. Concedimus etiam & donamus eisdem jus tale, qvod vulgò Köbre dicitur: (3) Statu-
ta mandare, & edicta promulgare secundum placitum eorum pro utilitate & necessitate civitatis pradi-
ctæ ac eorundem, & revocare eadem, qvotiescunqve & qvandocunqve ipsis visum fuerit expedire. Con-
ferimus nihilominus eisdem de merâ & liberâ voluntate nostrâ, ut jura sua & sententias nusqvam alias,
id est, foris civitatem, qvam in (4) domo Consulum ipsius civitatis secundum (5) scripta libri ipsorum
473 *liberius exeqvantur, tali conditione adjecta, * eadem nec pauperi aut diviti, vel alicui ex parte nostrâ* 240
postulanti, qvi sibi autumaverit aut suspicaverit, minus justè esse sententiatum, & injuriam esse irroga-
tam, si petierit ipsius libri copiam, nullatenus denegent. Donamus etiam prætereâ plenam &
perfectam potestatem super causis emergentibus, de qvibus non est (6) sententiatum in libro prædicto, no-
vum jus creandi & statuendi de communi consensu (7) Consulum & potestate pro suo libitu & volunta-
te. Ita tamen hujusmodi jus, sic de novo creatum, libro præfato inscribatur, & pro perpetuo jure ab
474 *ipsis ac ipsorum posteris teneatur. * Proviso tamen, ut ipsum jus sive sententia, taliter statuta & facta,*
ad decrementum & damnum, sive impugnationem exactionum & justitiarum, qvas in ipsa civitate no-
strâ ad præsens habemus, & futuris temporibus habere poterimus jure hæreditario, nullatenus se exten-
dat. Ut autem hæc omnia & singula expressa superius, firma ac inconcussa permaneant, & inviolabi- 241
liter à nobis & nostris posteris observentur, præsentes literas conscribi fecimus & sigillorum nostrorum
munimine roborari. Datum & actum in civitate Hamburgensi anno Domini millesimo ducentesimo
475 ** nonagesimo secundo, feria qvinta post Lætare Jerusalem, videlicet in profesto (8) Judica. Huic au-*
tem ordinationi præsentes fuerunt, Joannes de Slamestorpe, Henricus de Curen, Egericus de (9) Ottes-
bude, Theodoricus (1) Hoyken, Bartholdus de Horst, Hermannus de Hamme, Johannes (2) Schwinn,
milites: Otto de Twedorpen, (3) Hellingborius, Nicolaus de Rockesberge, Johannes (4) Ridder, Henri-
cus Longus, Egge de Hadeleria: Hardewicus de Artenborg, Consules Hamburgenses, & alii qvamplu-
res fide digni. Datum per manus Notarii nostri Domini Johannis in Lutkenborch (5) Ecclesiæ Recto- 242
476 *ris * anno Domini* cIɔ ccxcII.

Fructum ex hoc diplomate civitas nostra percepit triplicem. Jam primum enim impetravit confirmationem immunitatum omnium & privilegiorum, ab Imperatoribus Romanis & Comitibus Holsatiæ usqve ad promulgationem præsentium tabularum sibi

(1) Extat in Append. Remonstrat. Dan. Lit. RR.

(2) Eadem formula *dilectis nobis* legitur in diplomate Ducis Saxoniæ Alberti II. supra Num. 468.

(3) His verbis ipsi Comites satis clarè exprimunt, qvid per jus vulgò *Köhre* dictum velint intelligi: nempe non electionem magistratus sive Senatus, ut falso scribit Auctor procemii in antiqvum jus civile, sed *potestatem condendi jus municipale*. Vide infra N. 479.

(4) Domus Consulum, das Rahthaus. Vide supra Num. 139. & 144.

(5) In exempl. Remonstrat. Dan. perperam legitur *scripti*.

(6) *Sententiare* hic est certum jus condere ac statuere. Alias verò apud Matthæum Parisiensem & alios barbaros mediæ ætatis scriptores sumitur pro judicare seu sententiam, ut judex solet, pronunciare.

(7) Ex his verbis colligi posse videtur, solos olim Consules, h. e. der Raht/ pro lubitu suo & absoluta potestate novum jus creare & libro juris municipalis addere potuisse, sine consensu Civium seu *Universitatis*. Longè aliter autem res in præsens se habet.

(8) In qvodam Codice MSto, antiqvi Juris municipalis, cujus præfationi hoc diploma insertum est, pro *Judica* scriptum erat *Benedicti*.

(9) *Ottesbude* sive *Ottensbude* latine ad verbum est *Ottonis villa*. Vid. supra Num. 275. Hoc autem verum & antiqvum nomen est istius loci, qvi nunc *Ottensen* corrupte dicitur. Supra N. 425. legitur *Ottensbusen*.

(1) De nobili hac Holsatiæ familiâ, vide Andr. Angl. Chron. Holf. l. 1. c. 15.

(2) Idem est cujus infra Num. 502. fit mentio in antiqvis tabulis Hartwici Reventlo. Plura de nobili familia derer von Schwinen vid. Angel. Chron. Holf. l. 1. c. 43.

(3) Hic videtur frater fuisse *Nicolai de Rokesberge*, qvoniam & ipse in Catalog. Roveri *Hellingbernus van Rokesberg* appellatur.

(4) Hic in Catalogo Roveri latinè cognominatur *Johan Miles*. Nempe *Miles* significabat olim virum eqvestri dignitate præditum. Cæterum non fuit hic *Johannes Ridder* re ipsa eqves, sed tantum ex ea Civium Hamburgensium familia; qvi *de Riddere*, sive *Milites* cognominabantur. Vide supra Num. 277. & 425.

(5) Nota hic *Rectores* seu Pastores Ecclesiarum olim interdum etiam in civilium Principum aulis *Notarios*, hoc est, scribas sive Actuarios, seu, ut nunc loqvuntur *Secretarios* egisse. Qvod qvidem ea re factum opinor, qvia tum ferè penes solos sacerdotes barbara illorum temporum erat eruditio. Hinc etiam nostræ Urbis Secretarii ab anno 1400. usqve ad an. 1531. Magistri tantum fuerè, non autem, ut nunc in usu est, J. U. Licentiati. Qva de re vid. Consulis Eberhardi Twestrengii Catalog. MStum. Secretariorum Hamb.

CIↃ CC XCII. conceſſorum. Unde rectè concluditur, qvascunqve tabulas veteres, jam dictis immunitatibus & privilegiis adverſantes, aut aliqvid derogantes, merito pro invalidis & ſuppoſititiis habendas eſſe. Secundo obtinuit civitas Hamburgenſis hoc privilegio *poteſtatem condendi juris municipalis*, ejusdemqve * abrogandi & corrigendi pro lubitu. Nam usqve ad 477
hoc tempus primum qvidem communi (1) *ſive Holſatenſi*; deinde verò per ſpecialem Comitum Joannis I. & Gerardi I. permisſionem (2) *jure Weichbildico* ſeu municipali Magdeburgenſium uſa eſt. Ideoqve errant (3) Thraciger & (4) Spangenbergius, aliiqve ejus gene-
243 ris tranſcriptores, qvi Hamburgum usqve ad annum CIↃ CC XCII. *jure municipali Lubecenſium* uſum aſſerunt, decepti nimirum pravâ interpretatione diplomatis Imp. Friderici II. cujus exemplum & veram explicationem (5) ſuperiori libro inſerui. Cæterum hic notandum eſt, apud majores noſtros jam tunc moris fuiſſe, ut * ſtatuta urbium certis (6) libris inſcri- 478
berentur. Hinc enim jus noſtrum civile etiamnunc vernaculâ linguâ Das Stad-Buch appellatur. Prætereà obſervatu dignum eſt, qvod poteſtas condendi juris municipalis nuncupata olim fuerit *de Köhre*, hoc eſt, ſi ad verbum vertatur, *Optio* ſeu *Electio*. Nempe hoc illi nomen indi placuit, qvoniam qvæqve civitatis pro arbitratu id jus ſibi legit & conſtituit: unde & (7) *Wilköhrrecht* in vulgare Jure Saxonico paſſim nuncupatur. Porrò autem hinc elucet, errare Auctorem proœmii veteris noſtri juris municipalis, dum *jus vulgò Köhre dictum* non interpretatur * poteſtatem condendi juris municipalis, ſed eligendi 479
magiſtratus. Qvâ fretus falſa opinione, cum graviſſimo in civitatem noſtram præjudicio
244 affirmat, (8) *eam usqve ad annum* CIↃ CC XCII. *non tantum liberâ magiſtratus electione, ſed omni prorſus Senatu caruiſſe, & per ſolos Præfectos à Comitibus electos gubernatam fuiſſe.* At contrarium docent omnia ferè antiqva diplomata huic libro inſerta; qvippe in qvibus (9) Conſulum Hamburgenſium freqvens fit mentio, & qvidem ita, ut clarè appareat eorum elligendorum poteſtatem in manu civitatis fuiſſe. Tertius fructus, qvem Hamburgenſes ex eodem hujus anni diplomate * perceperunt, fuit liberatio ab appellatione ad Comites: qvâ ſublatâ, 480
ſimul procul dubio deſiit jurisdictio (1) Advocati, qvi hactenus conſilio publico nomine Comitum præſederat. Subtractæ ad hunc modum difficili jugo, & velut emancipatæ civitatis prima cura fuit, ut Reipublicæ ordinandæ cauſa comitia haberentur. Multa ibi ad concordiam & felicitatem poſterorum profutura prudenter decreta conſtat; ex qvibus maximè inſignia: (2) *Ut in perpetuum omne tolleretur diſcrimen, qvod hactenus inter veterem & novam urbem fuerat: ut ipſa etiam nomina tanqvam ſemina diſcordiæ & * æmulationis obliterarentur:* 481
245 *ſi qvod munimentum, aut qvis limes ſeparationis eſſet indicium, ut ſine morâ deſtrueretur*: (3) *ut dèſereretur Curia veteris urbis juxta Baſilicam Cathedralem ſita & ad alios deſtinata uſus, pro Curiâ amplius non haberetur: ut Senatus utriusqve urbis in unum coaleſceret corpus, & non alibi, qvam in Curiâ Parœciæ S. Nicolai, velut in meditullio unitarum urbium ſitâ, conveniret: ut penes eundem, tanqvam caput Reipublicæ, ſumma eſſet auctoritas: ut ſeparata utriusqve urbis collegia, immunitates & privilegia deinceps conſerentur communia: ut tributum mulcta aliaqve omnis pecunia publica* * 483
in

(1) Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 101. 102.
(2) Vid. ſupra Num. 276. 278. 279.
(3) In Chron. Hamb. MSto.
(4) Chron. Schouwenb. l. 2. c. 7.
(5) Pag. 98 99. & deinceps.
(6) Vid. Cl. Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 28.
(7) Dieweil es aus vieler Leute Willen gekohren iſt / und allein die bindet / unter welchen es gemacht iſt / und auſſerhalb nichts. Gloſſ. Land. l. 2. art. 27.
(8) Verba ejus hæc ſunt: Dat Privilegium wiſet und betuget appenbar, dat der Stadt Mericheit und Regeringe bet in diſſen Tiden was in Wilkör der Förſten, de jarlickes Reders und Vorweſers ſette de na ſinem Behage, welcke nu ut diſſer Verlövinge jarlicken ſchut dorch Kore des Rades na Ordeninge und Schickinge darup gemacket. Vide ſupra N. 472. Æqvè falſum eſt, qvod ſubjungit de ſuperiori & inferiori judicio civitati hoc anno conceſſo. Id enim multò ante contigit, nempe anno 1258. ut ſupra Num. 278. clariſſimè demonſtratum eſt.
(9) hoc eſt Senatus. Vide ſupra. Num. 19.


(1) Vide ſupra Num. 15. 17. & 30.
(2) Thraciger id perperam refert in annum 1276. Manifeſtè enim reclamant antiqvi manuſcripti Codices veteris noſtri ejus municipalis, qvod anno 1497. editum, & ab *Hermanno Langenbecio*, tum temporis Conſule, notis illuſtratum eſt. Ibi nempe ſtatim in Principio, ubi ſtatuitur, *unam tantum curiam, unumqve tribunal Hamburgi in perpetuum eſſe debere*, hæc, velut argumenti loco, permittitur inſcriptio: *Wo Hamborg in een io eenem Rahthuſe und eener Dingbanck bracht is by den Jaren duſent tweehundert twee und negentig.*
(3) Præerant olim ærario bini Senatores, qvi in Catalogo Roveri & aliis antiqvis monumentis Kämerer & Kämerey-Herren appellantur qvaſi Præfecti *Cameræ*, ſeu Conclavis, in qvo pecunia publica aſſervatur. Duravit illud inſtitutum usqve ad an. 1563. ubi ærarii adminiſtratio Senatui à populo extorta & *Octovirorum Collegium* in Remp. introductum eſt. Vide Ordinationem ærarii promulgatam ad an. 1563. & infr. Num. 549.

in unum commune ærarium inferretur, ejusqve curam & dispensationem Senatus obtineret: ut honores CIↃ CCXCII.
æqvè communes essent ac onera, & in electione magistratus non generis, affinitatis aut divitiarum, sed nudæ virtutis ratio haberetur: deniqve si qvis (1) ambitioso animo & pravis consiliis concordiam & tranqvillitatem publicam turbare, & subditos adversus magistratum calumniis & criminationibus inflammando, vel propriæ potentiæ, vel Anarchiæ & confusioni omnium rerum, viam munire annitteretur, ut is cum venenatâ prudentiâ & turbulentâ facundiâ damnatus, & ut perniciosissimus Patriæ ho- 246
483 *stis * gravissimè punitus, exemplo suo alios doceret, malum consilium consultori esse pessimum, nec ullam ferè seditionem, etsi libertatis, aut qvocunqve alio specioso (2) prætextu susceptam, felicem eventum sortiri.* Hæc tum decreta esse, non obscurè colligitur, cum ex aliis probatæ fidei monumentis, tum vel imprimis ex antiqvo nostro jurè municipali, qvod uti tunc compositum fuit, ita etiamnunc extat, exceptis duntaxat iis locis, qvæ annis CIↃCCCCXCVII. & CIↃ IↃCIII. pro mutatione temporum & status Reipublicæ, vel mutata vel inducta, vel adjecta fuerunt.
484 Huc usqve secundam urbis nostræ ætatem seu *Pueritiam* exposui: * memorabilem qvidem satis & generosam, si cum *Infantiâ* comparetur: at obscuram & humilem, si cum reliqvâ ætatum serie, *Adolescentiâ* nempe, & *Juventâ*, & *Senectute virili*, in qva nunc versamur, conferatur. Qvandoqvidem igitur, qvæ narranda supersunt, ob varietatem & præstantiam argumenti, vegetum & minimè hebescentem merentur, calamum, incidendus in præsens labor est, ut, auctis remissione viribus, tanto majori impetu resumatur.

(1) Has Rerumpublicarum perniciosissimas pestes vocant Græci promiscui δημοκόπους, δημοκηδεῖς, δημοκόλακας, δημοκόμπους, ὀχλικούς. Aristoteli vocantur ἀντιτέχνοι καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐμποδιοι. Latinis *Populares, captatores plebis, Plebicolæ, Poplicolæ, contumaces, feroces, turbidi, Majestati recalcitrantes*, homines *cibilis ingenii*, qvi dum libertatem publicam adversus legitimi magistratus potentiam defendere simulant, vel ipsi imperium eorum: qvos falso criminantur, in se transferunt, vel vicinis Principibus occasionem præbent, liberas civitates, discordiis civilibus fessas, nullo negotio opprimendi. Exempla ejus rei extant innumera.

(2) Rarô enim qvisqvam tam extremè sceleratus reperitur, qvin aliqvod saltem honestæ intentionis ac justæ causæ velum turpi & iniqvæ voluntati suæ prætendat: qvippe qvam occultare expedit, ut per abstrusos malitiosæ prudentiæ cuniculos ad malitiæ scopum perveniatur.

LIBRI SECUNDI RERUM HAMBURGENSIUM FINIS.



247

MANTISSA

Veterum Diplomatum, qvæ ad tuendam rerum fidem, & pleniorem earum cognitionem in hoc secundo libro citantur.

Diploma, qvo Monachi Wisbyenses ordinum S. Dominici & S. Francisci 485 testantur, se vidisse, tabulas privilegiorum, qvæ Henricus Leo Dux Bavariæ & Saxoniæ, nec non Comites Holsatiæ Joannes I. & Gerardus I. Incolis oppidi Wisby & totius insulæ Godlandiæ donarunt.

*UNiversis Christi fidelibus præsens scriptum cernentibus, seu audientibus, Johannes Prior,
totusqve conventus fratrum ordinis Prædicatorum in Wisby, nec non Petrus Gardia-
nus, & totus Conventus fratrum minorum ejusdem loci, in Dei filio pacem continuam ac
salutem. Noveritis nos vidisse & audivisse literas subseqventes, prorsus omni carentes
vitio, diligentius in hæc verba: (1) Joannes & Gerardus Dei gratia Comites Holtzatiæ,
Stormariæ & Schouwenborch omnibus tam præsentibus, qvam futuris cupimus esse no-*
248 *tum, qvod nos ob dilectionem dilecti (2) Patris nostri universos * Cives tam in oppido Wisby, qvam in* 486
*ipsa terra (3) Godlandiæ manentes, nostriqve destrictus terminos cujuscunqve negotii causa transeuntes,
tam in eorum transitu, qvam reditu cum omnibus mercimoniis & bonis suis in nostram recipimus pro-
tectionem, conductus nostri securitatem eisdem plenius conferentes, talemqve gratiam ac libertatem ipsis
concedentes, videlicet ut iidem omni jure, qvod dilecti patris nostri suorumqve prædecessorum tempore
feliciter usi sunt, sicut Illustris (4) Hinrici Ducis Brunswich felicis memoriæ privilegia, jam dictis Civi-
bus super eadem libertate collata continent, perpetuò liberè perfruantur. Et ut hæc donatio nostra sta-
bilis & inconvulsa perenniter perseveret, præsentem charticulam cum * sigillorum nostrorum munimine* 487
249 *duximus roborandam. Acta sunt hæc anno Domini M°. CC°. LV°. tertio Idus Junii.*

Hoc diploma citatur N. 162. 310.

*In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Henricus divina favente clementiâ Bavarorum atqve Sa-
xonum Dux. Noverit cunctorum tam præsentium, qvam futurorum Christi fidelium sagacitas, qvali-
ter nos ob amorem pacis & reverentiam Christianæ religionis, maximè autem contemplatione retribu-
tionis æternæ, dissensionem inter (5) Theutonicos nec non Gutenses, instigante spiritu neqvitiæ diu malè
habitam, unitati & concordiæ antiqvæ reformaverimus. Qvaliter etiam multimoda mala, videlicet
odia, inimicitias, homicidia, ex utriusqve gentis dissensione orta, Spiritus * Sancti gratiâ cooperante per-* 488
*petuâ pacis stabilitate condonaverimus: & postmodum Gutenses in nostræ reconciliationis gratiam be-
nignè receperimus. Juris igitur & pacis ejusdem decreta, Gutensibus qvondam à serenissimo Romano-*
250 *rum Imperatore Domino Lothario piæ memoriæ avo nostro concessa, Nos in omni devotione factis ejus
inclinantes, simili pietate Gutensibus contradimus, uniuscujusqve juris traditionem per singula copula
distinguentes. Per universæ potestatis nostræ ditionem Gutenses pacem firmam habeant: ita ut qvic-
qvid dispendii & rerum suarum, seu injuriæ (6) infra terminos nostri regiminis pertulerint plenam ex
judiciariâ potestate justitiam & correctionem conseqvantur. Hanc eis gratiam * adjicientes, ut in* 489
*omnibus civitatibus nostris à teloneo liberi permaneant. Item si qvis Gutorum in qvibuscunqve civita-
tibus nostris, ubi pacem sub jurejurando firmavimus, peremptus fuerit, capitis sententiâ reus ille punia-
tur. Si qvis verò armis vulneratus vel debilitatus fuerit, manu reum truncari decrevimus. Insu-*

per

(1) *Joannis I. & Gerardi I.* Comitum Holsatiæ diploma, datum anno 1255. qvo incolis oppidi *Wuby* & totius insulæ *Godlandiæ* nonnulla concedunt privilegia.

(2) Comitis Adolphi IV.

(3) Insula hæc est sinus Codani olim qvidem Svediæ, nunc autem Daniæ Regno subjecta. Caput ejus est *Wuby*, emporium antiqvitus satis celebre. Ortelius in Synonom. Geograph. vocat Insulam hanc *Gothiam*. Incolas verò *Gutas*. In seqventi diplomate Ducis Henrici Leonis vocantur iidem *Gutenses* & *Guti*. Vide lib. 2. Rer. Hamb. Num. 162. & Joh. Isacii Pontani Chorographiam Daniæ pag. 733. 734.

(4) Intelligitur Henricus Leo Dux Saxoniæ & Bavariæ, cujus privilegium Gutensibus, h. e. Incolis Insulæ Godlandiæ concessum proximè subjungitur.

(5) Per *Teutonicos* Germani hic intelliguntur. Olim autem *Teutones* & *Teutoni* & *Teutonici* proprie appellabantur Insularum sinus Codani incolæ, qvi nunc Dani vocantur. Diversi ab his erant *Theutisci*: qvo nomine universa Germaniæ antiqvæ gens comprehendebatur. Id enim multis argumentis probare annititur Philip. Cluverius Germ. Antiq. l. 1. c. 9. & l. 3. c. 40. Secundum eundem *Theutisce loqbi* est germanicè loqvi; at *Theutonicè loqbi* idem est atqve Danicè loqvi.

(6) *Infra* pro intra. Vide l. 2. Rer. Hamb. N. 275. & in tabulis antiqvis Hartwici Reventlovii N. 503.

per si qvispiam fuste vel pugno impiè læsus fuerit, juri civitatis, in qvâ id contigisse dinoscitur, reus item
subjaceat. Similiter autem qvicunqve Gutensium in itinere eundo vel redeundo in die non legitimè oc-
cisus fuerit, peremptor cum hæredibus & cognatis occisi XL. marcis monetæ illius provinciæ, in qva ne- 251
490 *fas perpetratum est, componat. Si qvis verò eorum in qvacunqve Civitate nostrâ mortuus fuerit, * bo-*
na sua hæres vel cognatus ejus, si fortè præsens est, recipiat & in multa pace fruatur. Sin autem, bo-
na illa in eadem possessione, qvâ ille obierit, (1) annum & diem in districtu reserventur. Si verò nullus
infra tempus denominatum bona ista reqvisierit, judex civitatis ea recipiat. Novissimè autem ean-
dem gratiam & justitiam, qvam nostris mercatoribus decrevimus, eandem omnibus Gutensibus inper-
petuum statuimus fideliter conservandam, hoc videlicet pacto ut gratâ vicissitudine idem nostris & ipsi ex-
hibeant. Nos qvoqve & terram nostram de cætero arctius diligant, & (2) portum nostrum in Lubeke
diligentius freqventent. Hujus autem rei testes sunt hi: Episcopus Geroldus, Evermodus Episcopus,
491 *Berno * Magnopolitanus Episcopus, Marchio de Vohborg, (3) Adolphus Comes, Sifridus Comes, Wolradus*
Comes, Henricus Comes de Ratzeburg, Luthardus de Meinerssen, Adolphus de Woltingeroth, Gunceli- 252
nus, Anno Camerarius, Ludolphus Dapifer, Reinoldus (4) Comes de Lubeke. Acta sunt hæc anno
Domini M°. centesimo sexagesimo tertio, regnante gloriosissimo Domino Frederico Romanorum Imp. Au-
gusto, anno Regni sui decimo, Imperii septimo. Datum in (5) Erteneborch XV. Kal. Novembris.

Datum per modum transumpti in Civitate Wisby prædictâ sub anno Domini millesimo trecente-
simo sexagesimo octavo, vicesimo qvinto die Mensis Maji, sub sigillis Conventuum nostrorum prædictorum.

GODESCALCI Præfecti Holsatiæ diploma super donatione qvadam factâ Ecclesiæ Novi monasterii.

Hoc diploma citatur N 49. 187.

492 * *GOdescalcus Dei gratia Præfectus Holsatiæ omnibus hoc scriptum lecturis salutem. Noverint tam*
præsentes, qvam futuri, qvod Erp. Thidericus, Wulvoldus & Emico fratres de Enentborpe totam 253
hæreditatem suam, qvam habuerunt super rutam Ecclesiæ Novi monasterii, me præsente & cooperante,
pari voluntate liberè contulerunt, sorore ipsorum Reinolde in ipsum monasterium receptâ, ita tamen ut
in aliqvo allodio ejusdem Ecclesiæ sub habitu religionis Deo serviat, & ibidem sustentetur. Prætereà
prædicti fratres post hanc collationem seqventi anno totam hæreditatem suam, qvam habuerunt in
493 *Enentborpe, videlicet qvatuor mansos, in cultis & incultis sylvis * pratis & pascuis, aqvis aqvarumqve*
decursibus Præposito sæpedictæ Ecclesiæ & suis confratribus pro LX. marcis denariorum vendiderunt,
qvam pecuniam idem Præpositus eodem anno totaliter persolvit. Ne igitur contra hæc alicui mali-
gnandi detur occasio, utriusqve partis consensu literam hanc scribi & sigilli mei appensione feci roborari.
Testes autem hujus venditionis, nec non collationis sunt milites Siricus de Prato, Henningus Henricus,
Henricus Advocatus de Todeslo, Scacco de Rumore, Menricus prædictorum fratrum Avunculus: Usso 254
de Brake, Ekardus & Hardwicus de Boestede, Otto & Erp de Padenstede, Henricus de (6) Erpenstorpe
& Volkerus frater ejus: Uddo & Ludestus fratres de Harge, Lefelmus de Harge, Johannes de Boien-
botele, & alii qvamplures. Acta sunt hæc anno Incarnationis Domini 1245.

494 ## * BONIFACII VIII. Pontif. Max. Diploma de altari portatili in turri Insulæ Novi operis.

Hoc diploma citatur Num. 156.

BOnifacius Episcopus, servus servorum Dei dilecto suo filio Decano Ecclesiæ sanctæ Mariæ Hambur-
gensis, Bremensis diœcesis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Sinceræ devotionis affectus,
qvem dilecti filii Proconsules, Consules & Universitas oppidi Hamburgensis, Bremensis diœcesis, ad nos
& Romanam gerunt Ecclesiam, promeretur, ut votis eorum, illis præsertim, qvæ ex devotionis fervore
prodire conspicimus, qvantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Dictorum Proconsulum, 255
Consulum & Universitatis petitio continebat, qvod juxta portum fluminis (7) Albeæ, & prope mare O-
ceanum, sita est qvædam (8) turris (9) Nigeo alias Nigewerck *nuncupata, dictæ diœcesis, distans à*
495 *prædicto oppido fere per decem & octo (1) leucas partium * Alamanniæ, qvarum qvalibet pro qvatuor*
millia-

(1) Vide l. 2. Rer. Hamb. Jahr und Tag De eadem formulâ vid. Lindenbrog. Gloss. ad Cod. LL. antiq. & Wehn. Pract. Observ. Lit. I. Eodem sensu legitur paulo post N 503. *Infra annum & diem*, innerhalb Jahr und Tag.

(2) Locus singularis de portu Lubecensi.

(3) Fuit is secundus ejus nominis Holsatiæ Comes, de qvo l. 1. Rer. Hamb. p. 81.

(4) Locus singularis de Comite Civitatis Lubecensis.

(5) Vide lib. 2. Rer. Hamb. Num. 140.

(6) Vulgo nunc corruptè dicitur *Eppendorp*.

(7) *Albeæ* pro Albi, ut supra Num. 14.

(8) Immo verò tota Insula.

(9) Scribendum hic censeo *Nie ooghe*, h. e. novus oculus. Vide supra Num. 156.

(1) *Leuca partium Alamanniæ* pro milliari Germanico communi. De origine & significatione vocis *Leuca*. Vid. Voss. de Vitiis serm. l. 2 c. 11. & l. 3. c. 19. Menag. Origin. Ling. Gall. v. Lieve.

miliaribus partium Italiæ computatur, qvodqve hujusmodi mare qvalibet die naturali bis ibidem fluit & refluit, dictaqve turris per Proconsules & Consules, & Universitatem supradictos, seu eorum prædecessores magnis laboribus & expensis fuit constructa, ac hodiernis temporibus per eos, seu familiares eorum sub maximis expensis conservatur, & custoditur, ut venientes ad dictum portum, & navigantes ab eodem, plenam ipsius portus cognitionem possint habere, ad obviandum periculis & naufragiis, quæ multoties evenire possent & evenirent, si dicta turris ibidem situata non esset, ac nulla alia cognitio dicti
256 *portus habetur, qvam de turri supradictâ. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, eadem turris in solitudine maris posita sit, ac ferè per duas* * *hujusmodi leucas à* (1) *fidelium habitatione & præser-* 496
tim à parochiali Ecclesia, ubi custodes hujusmodi, & alii in dicta turri degentes Ecclesiastica sacramenta recipere tenentur, distare noscatur, & propterea tempore necessitatis propter fluxum maris & refluxum custodes & degentes hujusmodi pro Missis audiendis prædictam Ecclesiam, aut Rectorem ejusdem Ecclesiæ pro sacramentis Ecclesiasticis, custodibus & degentibus ipsis ministrandis, dictam turrim interdum difficulter, qvandoqve verò nullo modo possunt adire, in magnum custodum & degentium hujusmodi periculum animarum. Qvare pro parte Proconsulum, Consulum & Universitatis prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis, qvod in dictâ turri altare portatile habere, super qvo singulis diebus, etiam
257 *tempore qvo prædicta Ecclesia fuerit Ecclesiastico interdicto supposita,* * *per Sacerdotem idoneum Missam,* 497
ac die festi Nativitatis Domini Jesu Christi plures Missas celebrari, nec non degentibus hujusmodi in dictâ turri, & ad eam venientibus Ecclesiastica sacramenta ministrari facere valeant, concedere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, qvatenus si est ita, præfatis Proconsulibus, Consulibus & Universitati, qvod in dictâ turri habere Altare portatile cum debitâ reverentiâ, & honore, super qvo in loco, alias ad hoc congruo & honesto, Missam singulis diebus, & in diebus festi prædicti plures Missas, etiam tempore qvo dicta Ecclesia fuerit Ecclesiastico interdicto supposita, in degentium & ad ipsam turrim venientium hujusmodi præsentiâ per Sacerdotem idoneum, excommunicatis & interdictis exclusis, celebrari, ipsisqve degentibus & venientibus Ecclesiastica sacramenta ministrari facere possint, dummodo degentes seu venientes hujusmodi causam non dederint interdicto, nec id illis contigerit specialiter interdici Apostolica
258 *authoritate, licentiam largiaris, jure tamen dictæ parochialis Ecclesiæ & cujuslibet alterius in omnibus semper salvo. Datum Romæ apud sanctum Petrum* 4. *Idus Novembris Pontificatus nostri anno* (2) *secundo.*

* Tabulæ THITLEVI de BISTECSE de qvibusdam possessionibus Ecclesiæ Novi monasterii venditis. 498

Hoc diploma citatur Num. 187.

EGo Thitlevus dictus de Bistecse omnibus præsentia visuris notum facio, qvod* (3) *mansum unum cum duabus areis in villo Brugge sitis cum omni jure & utilitate, judicio majori & minori, pratis, pascuis, lignis, cultis & incultis ac planè cum omni fructus Ecclesiæ Novi monasterii perpetuo jure possiden-*
259 *dum pro triginta* (4) *marcis denariorum, meræ emptionis titulo vendidi, &* (5) *Selandiam ac* (6) *Warandiam eidem in dictis bonis in die beatæ Agnetis pluribus astantibus & audientibus secundum jus & consuetudinem terræ feci. Cæterum in judicio dicti mansi, qvod jure feudali hucusqve possedi, patrueles mei videlicet Sifridus & Timino frater suus dicti* * *de Bistecse, & ego, nec non & Successores nostri di-* 499
ctæ Ecclesiæ (7) *Warandi coram qvolibet terrarum domino erimus, qvo usum & proprietatem possit consequi in eodem. Item dicti patrueles mei dictam emptionem revocare non poterunt, pro qvo hinc inde est cautio præstita & recepta. Item coloni jam dictum mansum colentes, sive in dictis areis residentes, ligna comburentia in sylvis Luderstorpe habebunt sicut prius, & ad judicium Ecclesiæ, ubicunqve sibi placue-*

(1) Vide supra Num. 70.

(2) Hinc patet, diploma hoc datum esse anno Æ.C. 1296. Nam Bonifacius VIII. secundum Platinam, Paulum Langium, Auctorem Magni Chronici Belgici, Calvisium & complures alios tam antiqvos qvam recentes Historicos Pontifex Romanus electus est anno 1294. d. 24. Decembris. Corrigendus ergo est Index Auctorum & monumentorum veterum libri primi Rer. Hamb. ubi pag. 154 culpâ operarum typographicarum pro 1296. perperam legitur 1292.

(3) *Mansus* pro prædio rustico. De qva significatione hujus vocis vide Lindenbrog. Gloss. ad Cod. LL. antiq. & Voss. de Vitiis Serm. l. 3. c. 236. Mansuarius & infra Num. 551.

(4) Vide supra N. 187.

(5) De hac cautionis specie, qvæ olim in usu fuit, nondum satis mihi liqvet. Id tamen moneo, eam in alio qvodam antiqvo diplomate appellari *Cautionem vulgariter dictam de Sele*, infra N. 502.

(6) *Warandi* pro evictione rei venditæ: interdum autem etiam generalius sumitur pro qvancunqve obligatione ad accommodandam alteri suam in tuendo illo auctoritatem. Derivatur enim à germanico **waren** vel **wehren**; unde & **Gewehr** & **Wehrschaft** appellatur. Evictor vel defensor, qvi *Warandiam* præstat, is paulo post in eodem hoc diplomate *Warandus* germanicè *Wehrman* nuncupatur. Hinc & *Warandare* vel *gwarandare* & gallicè *guarantir* vel *garantir* pro tueri & patrocinari accipitur.

(7) Evictores, patroni, defensores.

placuerit, pertinebunt. In cujus rei testimonium sigillum meum duxi præsenti scripto apponendum. Datum & Actum Brugge anno Domini 1298. *in die Agnetis Virginis.*

500 * Tabulæ fœderis Wortsatorum cum Civitate Hamburgensi pro defensione turris Insulæ Novi operis. 260

Hoc diploma citatur Num. 156.

NOs Judices, Consules & Universitas terræ Wortsatiæ recognoscimus, & tenore præsentium firmiter protestamur, qvod cum honorabilibus viris amicis nostris specialibus & dilectis Consulibus & Universitate Civitatis Hamburgensis, qvadam speciali amicitia & mutuo juvamine perpetuò duraturis compromisimus nos & confœderavimus per hunc modum, qvod ipsos in terrâ nostrâ & ubicunqve poterimus, debebimus fideliter promovere, & singulariter, si aliqvis seu aliqvi Principes, Barones, aut terrarum Domini, sive qvicunqve pacis æmulatores Turrim (1) *novæ Ocht, qvam dicti Consules & Cives Hamburgenses pro salute nostra & omnium Mercatorum exstruxerunt & custodiunt multis laboribus*
501 * *& expensis, infestaverint, obsederint, vallaverint seu præsumpserint expugnare, debebimus unâ cum* 261
ipsis, & ipsi una nobiscum hujusmodi invasoribus & pacis æmulatoribus totis terræ nostræ viribus armatâ manu concorditer resistere, & eorum injustas violentias mutuo juvamine repellere fideliter & constanter. In cujus rei Testimonium Sigillum terræ nostræ duximus præsentibus apponendum. Datum & Actum in nova Ocht anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo, feriâ qvintâ ante festum Palmarum.

502 * Tabulæ HARTWICI de REVETLO & JOHANNIS dicti SCONENBEKE militum de qvibusdam possessionibus Novo monasterio venditis.

Hoc diploma citatur N. 475. 488

AD notitiam præsentium & futurorum hominum perveniat, qvod nos (2) *Hartwicus miles dictus de Revetlo, & Johannes dictus Sconenbeke cum consensu & consilio propinqvorum & amicorum no-* 262
strorum mansos & areas in villis Luderstorpe, Brüeghe, & Radegesdorpe sitas, cum omni judicio majori & minori, & præcisè cum omni utilitate & fructu, sicut aliqvando fuerunt bonæ memoriæ (3) *Johannis dicti Swin, & Marqvardi dicti Sconenbeke militum, vendidimus merâ emptione honorabilibus viris Dominis, Præposito & conventui in Novo monasterio pro trecentis* (4) *marcis monetæ Lubecensis,*
503 *& cautionem, qvæ vulgariter dicitur* (5) *Sele, fecimus coram plebe.* * *Si verò qvisqvam hæredum vel propinqvorum nostrorum prædictos Dominos in supradictis bonis* (6) *infra annum & diem qvoqvomodo inqvietare vel molestare præsumpserit, nos volumus & debemus* (7) *disbrigare. Nos verò & heredes nostri prædicta bona repetere non debemus, nec sæpè dictos Dominos in eisdem aliqvatenus impedire. Pro his servandis unâ nobiscum Nicolaus &* (8) *Iwanus dicti de Revetlo, Johannes de* (9) *Dosenrode milites,* (1) *Johannnes Swin de Clawestorpe, Johannes* (2) *Walesdorpe & Henricus Grip: fide datâ promiserunt.* 263
In evidentiam igitur & testimonium prædictorum sigilla supra nominatorum cum nostris præsentibus sunt appensa. Datum & Actum anno Domini 1331. *in Annunciatione beatæ Virginis.*

504 * Tabulæ Compositionis inter Capitulum & Senatum Hamburgensem; datæ anno 1337. cum confirmatione Archiepiscopi Burchardi & Capituli Bremensis,

Hoc diploma citatur Num. 400. 401. 440. 441. 461.

IN Christi nomine Amen. Universis præsentes literas inspecturis, seu etiam audituris (3) *Nos Consules & Commune civitatis Hamburgensis cupimus fore notum, qvod cujuslibet dissensionis materia, qvæ*

(L)

(1) Legendum *Nieoghe* sive *Nobi oculi.* Vid. sup. N. 156.

(2) Hic est, ut opinor, celebris ille *Hartbicus Rebetlo* seu *Rebentloubb.* qvi Comitem Holsatiæ Adolphum Com. Joannis II. filium ob constupratam filiam suam anno 1315. in arce Segebergensi una cum filio interemit, & perpetratâ cæde Romam ad summum Pontificem Johannem XXII. profectus, absolutionem ab eo impetravit. Vide Crantz. Saxon. l. 8. c. 39. 40. Anonym. Helmoldi Continuat. N. 73. 76. Henning. Opus Genealog. ubi agitur de Reventloviorum familia nobili. Andr. Angl. Chron. Holsat. l. 1. c. 37. Danckwerth. Chorograph. Slesv. & Holf. p. 235. 236. Incerti Auct. Chron. Sclav. â Lindenbr. edit. p. 225. ubi scribit id contigisse an. 1317.

(3) Vide supra Num. 475.

(4) Hæ vocantur supra Num. 59. *Marcæ Lubecenses & in pondere Lubecensi.*

(5) Supra Num. 498. vocatur hæc cautio *Selandia.*

(6) Vide supra N. 490. & infra N. 509.

(7) *Disbrigare*, Ital. *sbrigare*, pro eximere sive liberare litigio seu rixa; ut contra apud Albertum Argentinensem barbarè legitur *imbrigare* pro liti involvere. *Briga* enim passim apud barbaros mediæ ætatis scriptores pro lite seu rixa, & interdum etiam aliqvanto generalius pro qvacunqve molestia & vexatione accipitur.

(8) In antiqvis germanicis monumentis appellatur is Ive.

(9) De hæc nobili Holsatiæ familia vid. Angeli Chron. Holf. l. 2. c. 4.

(1) Hic diversus ab eo est, cujus paulo antè in his tabulis & supra N. 475. fit mentio.

(2) De nobili hac Holsatiæ familiâ qvam pleriqve eandem censent atqve Reventloviorum, vid. Angl. Chron. Holf. l. 1. c. 37. *Walesdorp* corrupte nunc dicitur *Walstorp.*

(3) h. e. wir der Raht und die Gemeine. Vid. sup. N. 9. 16. 19

qvæ nuper inter honorabiles viros Dominos Præpositum, Decanum & Capitulum Ecclesiæ Hamburgensis
264 ex unâ & alterâ parte super inscriptis articulis suscitata extitit, in totum diligenti tractatu & maturâ
deliberatione prahabitis taliter est sopita. Imprimis videlicet dictorum Dominorum Præpositi, Decani
& Canonicorum Hamburgensis Ecclesiæ qvælibet (1) curiæ seu habitationes, qvæ sunt undecim numero,
cum suis attinentiis, sunt & permanere * debebunt in perpetuum à qvibuslibet (2) talliis & omnibus 505
exactionibus secularibus liberæ penitus & immunes, nec non tanqvam (3) dotes Ecclesiæ permanebunt.
Item nec per easdem habitationes sive curias, vel retro easdem, præsertim juxta murum & vallum civitatis Hamburgensis prædictæ situatas, vias eundi habere seu vendicare debemus qvoqvomodo, exceptâ
viâ (4) à porta molendini usqve ad pendulam, qvæ vulgariter Rame dicitur, qvam nos, sicut usqve ad
hæc tempora, (5) liberam obtinebimus, nisi, qvod Deus avertat, civitati obsidionis vel expugnationis periculum contigerit imminere. Et si tunc aliqva ædificia Canonicorum vel vicariorum infringi contige-
265 rit, ea, hujusmodi necessitate cessante, ad valorem pristinum nostris sumtibus qvantocyus tenebimur reparare. Et licet dicti Domini Canonici & vicarii commoditatem * valli consuetam possint habere, ta- 506
men in eo juxta (6) murum fodiendo, seu cloacas aut alia ædificia construendo nihil debebunt in nostræ
civitatis præjudicium attentare. Simili qvoqve modo curiæ seu habitationes vicariorum consuetâ libertate gaudebunt: hoc sanè represso, qvod census, qvi hactenus de curiis vicariorum, & hortis, & possessionibus clericorum solvi consvevit, deinceps more solito persolvatur. Item si tempore nocturno aliqvem clericum in maleficio deprehendi contigerit, ipsum usqve ad horam tertiam diei immediatè seqventis in decenti loco sine læsione custodiri faciemus, & talem ex tunc, si tonsuram & habitum clericalem gestaverit, mox Ecclesiastico judici, sine difficultate & reqvisitione qvalibet, decenter tenebimur præ-
sentare. Si verò clarâ die * deprehensus fuerit, qvantocyus fieri poterit, Ecclesiastico judici præsenta- 507
266 bitur, per ipsum secundum juris formam, postqvam de crimine legitimè convictus fuerit, puniendus. Item interdicti seu Cassationis à divinis tempore in Hamborch, (7) non faciemus in Ecclesiis seu cœmiteriis defunctorum corpora sepeliri, nec campanas in parochialibus Ecclesiis, nisi tantum unam pro distinctione horarum, pulsari qvomodolibet permittemus. Item permittamus sine difficultate Clericos bona sua hæreditaria in Hamborch sita vendere, obligare, seu distrahere, prout sibi placuerit, in eo casu, in qvo laici cives nostri bona hæreditaria vendere seu distrahere permittuntur. Item permittimus, cleri-
cos domus seu possessiones in civitate constitutas * comparare sub eisdem oneribus & conditionibus, qvi- 508
bus nostris civibus permittitur, dummodo alicui nostratum civium ad manus ipsorum clericorum ascribantur, per qvem debita & solita onera supportentur. Item si aliqva bona in jure civitatis sita, in testamentis ad pias causas Ecclesiis seu Ecclesiasticis personis relinqvantur, benevolè permittemus, qvod il-
267 la bona vendantur, & pecunia inde redacta detur Ecclesiis sive Ecclesiasticis personis, qvibus fuerint talia bona relicta, dummodò talia sunt, qvorum dispositionem testator secundum jus nostræ civitatis dinoscatur habere. Item de conductu excommunicatorum, & expulsione eorum de Ecclesiis nullum arbi-
trium faciemus: verum tamen juxta nostram possibilitatem volumus libenter in his Deo & Canonicis * 509
complacere. Item si aliqvis in hoc genus sacrilegii prorupit, qvod in Ecclesiâ Sacerdotibus seu ministris Ecclesiarum aliqvam injuriam irrogaverit, hoc secundum jus nostræ civitatis, & prout justum fuerit, etiamsi accusator non appareat, puniemus. Item (8) qvia domum DEI decet sanctitudo, non permittemus, qvod institores & alii negotiatores suas negotiationes in Ecclesiis, seu (9) capellâ S. Annæ (1) Majoris Ecclesiæ exerceant, vel qvod ibidem stent, aut sedeant cum suis mercimoniis, nisi repentinè propter
268 pluvias vel nives inopinatas intrent Ecclesias seu capellam sanctæ Annæ prædictam cum suis mercimoniis, ad ea tantummodò conservandum. Item infra annum & diem à dato præsentium computandum,
concordabimus cum prædictis Dominis Præposito, Decano * & Capitulo super purgatione cloacæ Ecclesiæ 510
faciendâ. Etsi in hoc cum ipsis concordare neqvimus, extunc superfluxu aqvæ provenientis de Alstriâ, qvem dicti Domini prætendunt transire debere per eandem cloacam, in judicio contra nos agere poterunt vel scholares, scholas freqventantes, à commodo ejusdem cloacæ excludere poterunt, transitum de scholis cum muro penitus destruendo, & alterum eorum sine nostra displicentiâ eorum relinqvimus optioni. Item annonam Canonicis de molendinis debitam, talem ipsis dabimus, cum qvâ qvilibet

(1) Locus singularis de Curiis Canonicorum.
(2) *Tallia* barbarè pro exactionis genere. Vide Voss. de Vitiis sermon. l. 2. c. 18.
(3) Vide supra Num. 447.
(4) h. e. ab eqvili Senatus usqve ad portam Alstriæ. Ibi enim in ripa Alstriæ murus olim cum vallo fuit: qvibus derutis, solum partim privatis ædificiis, partim splendido simul atqve amplo Ergasterio, qvod vulgo das Zuchthaus dicitur, occupatum est.
(5) Locus singularis.
(6) Die Stadt-Mauer.
(7) Locus singularis de signis sive indiciis urbis excommunicatæ.
(8) Locus singularis & planè aureus, qvi ubinam his temporibus observaretur. Vid. supra N. 187.
(9) Id sacellum post abrogationem fidei Catholicæ omninò profanatum est, & vulgò nunc vocatur *das niesse Gebäude*, h. e. novum ædificium. Vid. l. 2. Rer. Hamb. Num. 187.
(1) *Ecclesia Major* pro Ecclesia Cathedrali.

libet poterit satisfacere pro viro. Item, pecuniarum summas ad fundandas vicarias perpetuas & pios
usus aliàs deputatas, de illis faciemus secundum defunctorum ultimas voluntates. Et si ipsis Canoni-
511 cis habere * testamenta defunctorum ad probandum eorum voluntates oportunum fuerit: Nos hujus- 269
modi testamenta tenebimur ipsis exhibere & fidem facere de eisdem. Item non prohibemus, qvin te-
stes synodales accusent excessus notarios, qvi secundum jurisdictionem Domini Præpositi Hamburgensis,
& secundum consuetudinem hactenus rationabiliter observatam, in synodis fuerunt accusandi. Si verò
aliqvis extra tempus synodi in delictum notorium inciderit, qvod nulla tergiversatione potest celari, qvod
ad jurisdictionem Domini Præpositi spectat, bujusmodi delictum & delinqventem, nobis faciet per suos
nuncios publicari, & nos talem delinqventem informabimus nostris monitis bonâ fide, qvod Domino Præ-
512 posito satisfaciat, aut se cum eo componat in gratia vel favore. Qvod si facere * contempserit, Domi-
nus Præpositus contra eum procedat, prout de jure fuerit procedendum. Item, ad instantiam nostro-
rum civium non faciemus bona clericorum Præpositura Hamburgensis, vel aliorum clericorum Ham-
borch venientium arrestari, & (1) tandem sub nostra arrestatione manere, donec qvod hujusmodi bona ad 270
clericum seu clericos pertineant, legitimè ostendatur. Item probibemus, ne cives nostri morantes juxta
(2) cœmiterium beatæ Mariæ virginis, & ostia aperta versus cœmiterium habentes, aliqvid ejiciant vel
effundant, per qvod possit idem cœmiterium maculari. Item scholares sub jugo (3) magistri existentes
secundum antiqvam consuetudinem non (4) distringemus nec comdemnabimus, sed eorum correctionem,
513 si deliqverunt, judicibus Ecclesiasticis * relinqvemus. Item Nos debemus (5) nostros & Canonici (6) suos
compescere, ne inter se discordent. Et si, qvod absit, inter clericos discordia vel offensa fuerit suscitata,
non statim debent procedere in jure, sed duo de Canonicis & (7) duo de Consulibus convenient libenter
tentaturi, si ipsos possunt ad pacem & concordiam revocare: Qvod si facere non possunt, qvivis gaudeat
suo jure. Si verò injuriam faciens, excommunicationem ex hoc facto inciderit, talis vitandus & (8) 271
denunciandus existit. Item nec Canonici aut qvivis alius in cœmiteriis, vel intra civitatem cementum
comburent, sed extra civitatem in palude idem possunt licitè cremare. Item (9) Canonici statuent in
Ecclesiis parochialibus (1) Rectores & Capellanos literatos & idoneos, qvi populo præesse possint moribus,
514 doctrinis & exemplis. Similiter Scholasticus * providebit scholis de Rectoribus literatis & idoneis, qvi
in suo salario vetera stipendia non augeant, nec novo in anteà non imponant. Sanè per præmissam ordi-
nationem literis prioribus, nobis per Capitulum sæpedictæ Ecclesiæ Hamburgensis sigillatis, & è conver-
so literis ipsi Capitulo ab antecessoribus nostris Consulibus Hamburgensibus datis, in qvantum hinc inde
de jure servandæ sunt, & præmissa ordinationi minimè adversantur, & juribus hinc inde nobis compe-
tentibus, neqvaqvam intendimus derogare. Et nos (2) Burchardus Dei gratia sanctæ Bremensis Eccle-
siæ Archiepiscopus, qvia honorabiles viri Domini Johannes Decanus & Magister (3) Wernerus Miles, Ca- 272
515 nonicus Hamburgensis, pro parte Capituli & Ecclesiæ Hamburgensis * ex una, & honesti viri Nicolaus
Fransoser, Joannes Witte & Johannes de Harborch (4) Proconsules Hamburgenses ex altera parte, in
prædictam compositionem sive ordinationem nobis mediantibus irrevocabiliter consenserunt, ipsam ad in-
stantiam eorundem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta & publicata sunt hæc in pala-
tio nostro Bremensi, præsentibus nobili Viro Dn. Joanne Comite de Delmenhorst, ac honorabilibus viris
Dn. Ottone Decano, Erpone Cantore, Theodorico Scholastico & pluribus aliis Canonicis nostræ Bremen-
sis Ecclesiæ, nec non (5) Vokone Grellen advocato in Vorden, Segebado (6) Notario civitatis Hamburgen- 273

(1) *Tandem* barbarè pro tamdiu.
(2) Der Thums-Kirchhof.
(3) Per magistrum intelligitur hic Scholasticus Ecclesiæ Cathedralis. De qvo vid. supra N. 431. 432. 440. 461. 463, 464.
(4) *Distringere* sumiter hic barbarè pro nudare pueros castigationis gratiâ.
(5) h. e. discipulos Scholæ S. Nicolai Vid. supra N. 441.
(6) Nempe discipulos Scholæ Cathedralis sive S. Mariæ.
(7) h. e. zwey Personen aus dem Rahte.
(8) Significationem hujus verbi vide supr. N. 404.
(9) Locus singularis.
(1) Vide supra Num. 444. & infra N. 534.
(2) Hic est *Burchardus* cognomine *Grelle* qvi anno 1337. pridie festi St Michaelis Archangeli Archiepiscopus Bremensis à Pontif. Joanne XXII. confirmatus est. Vid. Anonym. Histor. Archiep. Brem. à Lindenbrog. edit. pag. 124. & l. 2. Rer. Hamb. N. 102. 105. 106.
(3) Germ. *Warner Ridder*. Vide supra N. 475.
(4) Bürgermeistere. Vid. supr. N. 20. 21. & deinceps.
(5) Hic fuit frater Archiepiscopi Burchardi, teste Anonymo Historiæ Archiep. Brem. Auctore his rhytmis; *Hic ortus de civibus plurimum honestis, probis & divitibus, largis & modestis. Ornatusqve fratribus qvos tulit cœlestis. Rex ad se, ne longius hic essent cum mœstis. Fratrem sibi præstitit virum honestatis Vocke Grelle, nomine gratiosum satis. Qvi placere studuit bonis & ingratis. Hic fuit solatio præ cunctis cognatis.* Et aliqvanto post: *Vocke Grelle moritur anima Burchardi. Qvi astabat Præsuli more Leopardi, Hic narratur mortuus in fato Odoardi. Postqvam frater moritur, sicut est prædictum. Præsul anno altero dolens se relictum. Sicqve Bremis obiit*, &c. pag. 124. 127. edit. Lindenbr.
(6) *Notarius* hic sumitur pro actuario sive scriba publico, qvi nunc *Secreterius* appellatur, & qvæ in Senatu aguntur vel decernuntur excipit redigitqve in scripturam. Qvoniam autem ea exceptio antiqvitus celeritatis causa fiebat *Notis* & *Signis* sive *literis singularius*, hinc ejusmodi exceptores à *notando* h. e. notis excipiendo *Notarios* appellari placuit. Vid. M. Valer. Probi librum de Notis veter. Rom. cum Comment. Dausqvii & Henric. Ernestii, Cujac. Observ. l. 12. cap. ult. Wover. Polymath. cap. 6.

*sis ac Magistro Ludolpho de (1) Wenninghusen & pluribus aliis testibibus fide dignis anno * Domini mil-* 516
lesimo trecentesimo tricesimo septimo, II. Nonas Novembr. Et qvia nos Otto Decanus & Capitulum sanctæ Bremensis Ecclesiæ supradictæ approbationi & publicationi hujusmodi ordinationis & compositionis interfuimus, ipsam sigillo nostræ Ecclesiæ similiter communiri fecimus in testimonium veritatis.

Literæ Senatus Hamburgensis ad Archiepiscopum Bremensem Burchardum datæ anno 1337. pro confirmatione renovatæ concordiæ cum Capitulo Hamburgensi.

Reverendo in Christo Patri ac Domino (2) Burchardo sanctæ Bremensis Ecclesiæ Anchiepiscopo, Proconsules civitatis Hamburgensis, cum omni reverentiâ servitium & honorem. Sinceritatem &
274 *discretionem vestram, & omnium, qvorum interest, seu interesse poterit, * notitiam cupimus habere,* 517
qvod discretum virum Johannem de Holdenstede laicum ordinavimus & constituimus nostrum verum & legitimum procuratorem & nuncium specialem ad petendum & reqvirendum à vobis ordinationem, compositionem & transactionem, ordinatam per vos super controversiis, litibus & causis, qvas honorabiles Viri Præpositus, Decanus & Capitulum Hamburgense nobis moverunt coram discretis viris Nicolao Præposito S. Georgii Stadensis & Meinardo Decano S. Ansgarii Bremensis, Magistro Gerhardo de Lochem pro Decano Lubecensi se gerente, Henrico Cantore Lubecensi, Ecclesiarum judicibus & conservatoribus, ut dicitur, à Johanne Gumelböt pro Decano Magdeburgensis Ecclesiæ, dum ageret in humanis, se
*gerente, * à sede Apostolicâ, ut asserunt, deputato, sub delegatis sub vestro sigillo, in formâ per vos cum* 518
275 *consilio discretorum ordinatâ & deliberatione præhabitâ diligenti, sigillari & sigillatam sibi ad usus nostros tradi, & ad recipiendum eandem ordinationem literalem sigillatam. Dantes eidem procuratori nostro plenum & speciale mandatum approbandi ordinationem prædictam, qvam & nos acceptamus & approbamus, ratam & gratam habemus in his scriptis, prout per nos facta & ordinata est cum consilio & consensu discretorum virorum Nicolai Fransoyser, Joannis Witten, & Joannis Horborch (3) Proconsulum & civium nostrorum, & hoc petendum à parte adversâ, seu ejus procuratore mandatum renunciationis*
*super * beneficio restitutionis in integrum gratum & ratum habituri, qvod per dictum procuratorem no-* 519
strum tam in petendo, consentiendo & recipiendo, ut præmittitur, fuerit ordinatum. In cujus rei testimonium (4) Secretum nostræ civitatis præsentibus est appensum. Actum & constitutum Hamborg in in consistorio nostro anno Domini 1337. in crastino beati Martini Episcopi & confessoris.

276 * Imp. CAROLI IV. Rescriptum pro Capitulo Hamburgensi contra Senatum & cives, datum anno 1354. tempore litis, qvæ seqventi anno 1355. amica transactione extincta est. 520

Hoc diploma citatur N. 21. 293. Fidem omnis abrogatur vis & auctoritas infra N. 534.

Carolus Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus, & Bohemiæ Rex, excellenti & magnifico Principi Waldemaro, Danorum & Sclavorum Regi illustri: nec non venerabilibus Magdeburgensi & Bremensi Archiepiscopis, Illustribus de Brunswig & Luneburg, Saxoniæ, & Magnopolensibus Ducibus & Principibus, ac Spectabilibus Holsatiæ, Stormariæ & Schouwenburg Comitibus, aliisqve Baronibus & Nobilibus per dictas Magdeburgensis & Bremensis Ecclesiæ provincias constitutis, nostris & sacri Romani
*Imperii fidelibus, gratiam Regiam & (5) Imperiales fidelitatis exeqvi jussiones. Ad hoc Deus * omnipo-* 521
tens in Regno militantis Ecclesiæ Imperialem celsitudinem exaltavit sublimius, eiqve gladium terrenæ
277 *potestatis commendavit sollicitè, ut afflicti ab iniqvis oppressionibus releventur, & rebelles Catholicæ fidei & Ecclesiasticæ libertati, & iniqvi ministrorum Christi turbatores in suâ feritate confidentes, potentiæ dextra primantur. Sanè pro parte honorabilium Præpositi, Decani & Capituli Ecclesiæ Hamburgensis, Bremensis diœcesis, qverulosâ insinuatione ad nostræ celsitudinis audientiam lamentabiliter est deductum, qvod Proconsules, Consules & Civium Universitas de Hamburg, dictæ Bremensis diœcesis, Dei ti-*
*more postposito, qvædam statuta singularia & * ordinationes iniqvas contra libertatem Ecclesiasticam in* 522
ipsorum Hamburgensis Ecclesiæ prajudicium edere & eisdem adhærere damnabiliter præsumpserunt, ut putâ, qvod nulla bona temporalia in potestatem Ecclesiasticam transferantur, clerici etiam in sacris constituti repellantur in seculari judicio abagendo & testificando in civilibus & maximè piis causis: Qvod-
278 *qve excommunicati & publicè (6) denunciati non vitentur in seculari foro: Item qvod prædicti Consules & Universitas Hamburgensis bona & res clericorum & in sacris constitutorum per secularem potestatem arrestarunt oblationes fidelium restrinxerunt in odium clericorũ, clericos invaserunt, ceperunt * & spoliarunt: Immu-* 523
nita-

(1) An fortè hic legendum est *de Mönnighusen*.
(2) Vide Num. 514.
(3) Locus singularis qvi sic vertendus est: Unser Bürgermeister und Mit-Bürger.
(4) Secretum barbarè pro sigillo minuto germ. das *Secret*-Insiegel.
(5) Locus sine dubio corruptus.
(6) Vide supra N. 404. 513.

nitatem Ecclesiarum & cœmiteriorum violarunt, homines & res violenter de ipsis extrahendo, legata & donata
ad fabricas Ecclesiarum & alia pia loca, contra voluntatem prælatorum usurparunt injuste, contractus inter
clericos & laicos super possessionibus factos recusant ad libros civitatis eorum scribere in fraudem cleri-
corum. Super qvibus licet in Romana curia per tres (1) *diffinitivas sententias & alias legitimè sint*
convicti, & executores à sede Apostolicâ deputati, sub excommunicationis & interdicti sententiis prace-
perint, dicta statuta & ordinationes iniqvas deleri & revocari: præfati tamen Proconsules, Consules &
524 *civium Universitas, censuram Ecclesiasticam duritiâ * & elatione detestabili, contentiones ipsas, excom-*
municationum & interdicti sententias pluribus annis sustinuerunt & adhuc sustinent in divinæ majesta- 279
tis offensam, suarum animarum periculum, & dictorum honorabilium Præpositi, Decani & Capituli
Hamburgensis Ecclesiæ enorme præjudicium & gravamen. Cum autem ubi spiritualis potestas con-
temnitur, aut læditur, malignorum audacia non immeritò coercitione Regiâ & seculari brachio sit com-
pescenda, fidelitati vestræ conjunctim & distinctim Romanâ Regia potestate committimus & injungimus
præsentibus seriosè, qvatenus super præmissis, inqvisitâ diligenter veritate, (2) *si rem ita, ut præmittitur,*
525 *esse inveneritis, prædictos Proconsules, Consules & civium Universitatem ad revocandum * & delendum*
supradicta statuta singularia & ordinationes iniqvas, tanqvam legi divinæ, civili & Canonicæ contraria,
qvæ etiam ex certâ & Romanâ Regiâ potestate de procerum nostrorum consilio irrita, cassa & nullius es- 280
se penitus momenti declaramus, & ea expressè reprobamus, post satisfactionem congruam, dictis Præ-
posito, Decano & Capitulo Ecclesiæ Hamburgensis impendendam, ad sancta (3) *oritricis Ecclesiæ gre-*
mium redeant, humiliter obtento absolutionis beneficio, modis & viis competentibus inducere & compel-
lere studeatis: Constitutionem Imperialem per inclytæ recordationis Dominum Fridericum Imperato-
rem, nostrum prædecessorem, qvæ incipit: Ad decus & honorem Imperii &c. contra prædictos providè
526 *factam * fideliter in omnibus suis punctis & sententiis exeqventes taliter, ut Christianæ fidei Zelato-*
res, Ecclesiasticæ libertatis defensores, & Imperialium mandatorum fideles executores possitis in præ-
missis feliciter comprobari, præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Mo-
guntiæ anno Domini 1354. Indictione septimâ, 3. Nonas Januarii, Regnorum nostrorum anno VIII.

527 * Tabulæ Compositionis inter Capitulum & Senatum Hamburgensem, 281 datæ anno 1355. cum duplici ejusdem argumenti appendice, eodem anno promulgatâ.

IN *nomine Domini Amen. Universis præsentes literas inspecturis seu audituris Nos Præpositus,* Hoc diplo-
Decanus, Canonici & Capitulum Ecclesiæ Hamburgensis: nec non Consules & Commune e- ma citatur
jusdem civitatis Hamburgensis, Bremensis diœcesis, cupimus fore notum, qvod cujuslibet dissen- Num. 400
sionis materia, qvæ jam dudum inter nos hinc inde super infra scriptis articulis extitit suscitata,
diligenti tractatu & maturâ deliberatione præhabitis, taliter est sopita. Imprimis videlicet nos
Consules à curiis seu habitationibus dictorum Dominorum Canonicorum, qvæ sunt undecim nu-
mero, cum suis terminis, prout sitæ sunt, inperpetuum non exigemus neqve postulabimus Schot
528 *& Schulde, & ab * omnibus taliis, exactionibus & oneribus secularibus erunt liberæ, & perfru-* 282
entur consuetâ, & debitâ libertate. Nec per easdem curias vel retro easdem qvomodolibet ven-
dicabimus nobis vias, exceptâ (4) *viâ à porta molendini usqve ad pendulam, qvæ vulgariter*
Rame *dicitur, qvam nos Consules liberam obtinebimus, sicut prius. Item nos Consules locum*
retro curias Canonicorum dictum Hasenmohr *ab utraqve parte non implebimus, nec occupabi-*
mus, & fluxum seu meatum ipsius loci ad Alstriam per canalia consueta, perpetuis temporibus
duratura, reduci & renovari favorabiliter promittemus. Et licet dicti Domini Canonici & Vi-
529 *carii commoditatem valli juxta curias * ipsorum consuetam debent habere: tamen in eodem*
vallo frangendo, fodiendo, vel cloacas aut alia ædificia construendo, in damnum civitatis nihil
attemptare debebunt. Item de omnibus bonis clericorum in jure civitatis sitis nos Consules re-
cipiemus Schot & Schulde, exceptis undecim curiis prædictis & reditibus, qvos Dominus Adol-
phus, qvondam Comes Holsatiæ felicis recordationis, ad (5) *lumen Ecclesiæ beatæ Mariæ inper-* 283
petuum erogavit, & exceptis reditibus, qvos Canonici & Vicarii in molendinis & teloneo dino-
(L) 3 *scuntur*

(1) Vid. Num. 446.

(2) Nam secundum jus Canonicorum omnibus Rescriptis justitiæ tacitè inest hæc formula, *Si preces veritate nitantur.* Jus autem civile eam conditionem desiderat nominatim rescripto inseri; l. ult. C. de divers. rescript. Hinc qvi dolo & malitiâ vel falsa allegando, vel vera, qvibus expressis ad desiderium suum non pervenisset, subticendo, rescriptum impetravit, caret ejus commodo. Alex. Chassan. ad tit. Decretal. de rescriptis.

(3) Vocabulum corruptum, pro qvo fortè legendum est *genitricis* vel *matris*.

(4) Vide supra Num. 505.

(5) Vide supra Num. 403.

scuntur habere, Quædam verò Curiæ & domus vicariorum persolvent Schott vel (1) *dena-*
rios, qvos hactenus persolvere consueverunt. Item si tempore nocturno sive diurno clericum * 530
aliqvem in maleficio deprehendi contigerit, statim cum constiterit eum esse clericum, judicibus
Ecclesiasticis sine reqvisitione & difficultate qvalibet præsentabitur, postqvam de crimine legitimè
convictus fuerit, Canonicè puniendus. Item nos Consules cives nostros & alios laicos, insultum
in clericos seu ministros Ecclesiæ verbis vel factis facientes in Ecclesiâ vel altari, vel intra juris-
dictionem nostram, compescemus & judicabimus, in qvantum ad nos pertinet, cum effectu. Si
verò clericus in laicum insultum fecerit in Ecclesiâ vel jurisdictione nostrâ, nos Canonici tamen
284 *clericum similiter, in qvantum ad nos pertinet, compescemus & judicabimus cum effectu. Item*
nos Consules non permittemus * *ad instantiam nostrorum civium, vel aliorum laicorum, qvibus* 531
præcipere possumus, reditus & proventus de molendinis & teloneo, & alia bona ad Ecclesias
Hamburgenses & thesaurariam ejusdem pertinentes, arrestari vel qvomodolibet occupari, sed lai-
cos de Dominis Præposito, Decano, Canonicis & Capitulo & aliis clericis conqverentes pro con-
seqvendâ justitiâ ad judices Ecclesiasticos remittemus. Et nos Præpositus, Decanus & Capitu-
lum hujusmodi laicis conqverentibus faciemus plenam justitiam realiter exhiberi. Si verò cle-
ricus laicum super civilibus vel pecuniariis causis convenire voluerit pro conseqvendâ justitiâ ad
seculares judices: nos Canonici talem clericum, * *qvantum ad nos pertinet, remittemus. Et nos* 532
Consules tali clerico conqverenti procurabimus exhiberi justitiæ complementum. Item nos
285 *Consules non faciemus bona clericorum qvorumcunqve Hamborch venientium, indubitanter ad*
nos spectantia, per qvoscunqve laicos, qvibus præcipere possumus, arrestari. Item Scholares sub
jugo magistri existentes nos Consules non distringemus nec condemnabimus, sed eorum corre-
ctionem & punitionem, si deliqverint, judicibus Ecclesiasticis remittemus. Item nos Consules Ec-
clesiam Hamburgensem & Ecclesiasticas personas qvibuslibet libertatibus, privilegiis & juribus
suis liberè uti permittemus, ipsos in eisdem sincere & efficaciter confovendo, juribus, * *liberta-* 533
bus & privilegiis nostræ civitatis in omnibus semper salvis. Id ipsum nos Præpositus, Deca-
nus, Canonici & Capitulum Consulibus & civibus Hamburgensibus ex sinceritate cordis facere
debemus & volumus vice versâ. Item nos Consules debemus nostros & Canonici suos compesce-
re, ne inter se discordent. Et si, qvod absit, inter clericos & laicos discordia vel offensa fuerit
suscitata, non statim procedere debent in jure, sed duo de Canonicis & duo de Consulibus conve-
286 *nient, fideliter tentaturi, si ipsos ad pacem & concordiam possint revocare. Qvod si facere non*
possunt, qvivis gaudeat suo jure. Item nos Canonici statuemus in Ecclesiis parochialibus (2) *Re-*
ctores & Capellanos literatos & idoneos, qvi populo * *præesse possint doctrinis moribus & exem-* 534
plis. Similiter Scholasticus providebit Scholis de Rectoribus literatis & idoneis, qvi in suo sola-
rio contenti, vetera stipendia non augeant & nova in anteâ non imponant. Sanè præter præ-
missam compositionem & ordinationem, nos Canonici & Capitulum sententiis, processibus & li-
teris (3) *qvibuscunqve tam in Romanâ curiâ, qvam extra, tempore litis contra Consules & cives*
Hamburgenses obtentis, qvalitercunqve & qvomodocunqve in futurum non utemur, nec per ipsos
eosdem Consules & cives qvovis modo vexabimus inperpetuum. Omnes etiam tractatus &
placita tempore litis habiti & habita, irriti & cassi, irrita & cassa penitus remanebunt, & eis re-
287 *nunciavimus expreßè præmissis omnibus & singulis* * *articulis in suo robore perpetuè duraturis:* 535
sed iidem Consules & cives qvibuslibet libertatibus, privilegiis & juribus suis plenè gaudebunt.
Et nos Consules cives è converso Ecclesiam Hamburgensem & clerum in libertatibus & privile-
giis & juribus suis non debemus perturbare. Et omnis dissensionum, suspicionis & discordiæ
materia, inter qvascunqve personas cujuscunqve conditionis existunt, suborta vel mota ratione
præmissorum, debet esse sedata penitus & sopita, & in (4) *mallo non debet amplius in memoriam*
revocari. In cujus rei testimonium sigilla nostra, videlicet Capituli & Civitatis prædictorum
præsentibus sunt appensa. Datum & actum Hamburg anno Domini 1355. qvintâ die Mensis * 536
Augusti, præsentibus honorabilibus & discretis Viris Domini Paulo Haken Canonico Bremensis,
Lubecensis & Swerinensis Ecclesiarum, & Nicolao Vos perpetuo Vicario Ecclesiæ Hamburgensis
prædictæ.

PRIMA

(1) Vide supra Num. 124.
(2) Vide supra Num. 513.
(3) Ergo nec illis, qvæ supra extant N. 520.

(4) *Mallus* pro conventu solenni & loco judicii & ipso judicio. Hinc *mallare* passim barbarè sumitur pro in jus vocare. Vid. Voss. de Vit. serm. lib. 2. c. 12. & 14. Lindenbr. Gloss. ad Cod. LL. antiqvar.

PRIMA APPENDIX 288

Compositionis, eodem anno 1355. promulgatæ.

PRimo super statutis dicitur hoc modo : Nulla statuta fecimus contra Ecclesiasticam libertatem & fa-
ciemus. Si qvis bona sua in usus Ecclesiasticos dare voluerit, sicut ante triginta annos & ultra
in civitate illa ritè observatum est. (1) Item de pecuniâ fabricæ servabitur, sicut in literis super hoc
537 confectis, tenetur. * Item de sepulturâ tempore interdicti tenebitur, sicut de jure oportebit fieri obser-
vari. Item clericus vendat hæreditatem suam sub eâ conditione, sicut laicus, & in hoc non impedia-
tur, Item (2) Institores non permittentur stare in Ecclesiis & Capellâ sanctæ Annæ in diebus processio-
nis, in ambitu non stabunt & (3) bancos deportabunt. Et infra decem annos Consules de apto loco
cogitabunt. Item de cloacâ Ecclesiæ fiet sicut Capitulo & Consulibus videbitur expedire. Item talis
annona dabitur de molendinis, cum qva qvilibet potest satisfacere bono viro. Item testes synodales nullâ 289
538 fraude retrahentur ab excusando illos, qvi de jure fuerint excusandi, sicut secundum consvetudinem *
antiqvitus in civitate illâ est ritè observatum. Item clerici & laici debent prohiberi, ne immunditias
ad cœmiteria effundant. Item ad structuram beatæ Mariæ poterit cremari cœmentum in Cœmiterio
ejusdem Ecclesiæ, si in aliis cœmiteriis fuerit crematum. Item nullus inducetur nec prohibetur ad of-
ferendum (4) Verlinges, sed qvilibet secundum voluntatem suam, & gratiam sibi à DEO datam offeret.
qvod sibi placet. Item oblationes & aliæ donationes fidelium, in vigiliis defunctorum & divinis officiis
sicut à tringinta annis est observatum. Item ab (5) ancillâ Ecclesiæ non exigetur nec recipietur Schott
539 pro reditibus, qvos Ecclesia sibi tribuit annuatim, sed tantummodò * pro bonis, si qvæ habet in jure ci-
vitatis. Item (6) confugientes ad Ecclesiam servabuntur, sicut jura (7) Canonica & (8) civilia mandant 290
teneri. Item de hospitalitatibus domorum S. Spiritus & S. Georgii tenebitur, sicut in privilegiis civita-
tis & Capituli continetur, & sicut antiqvitus est observatum. Item (9) larvati non current in Ecclesiis
tempore divinorum. Item pecuniæ pertinentes ad vicarias, in usus earum convertentur, & qvæ præce-
ptæ sunt per testatores fundari, qvantocyus fundabuntur, si secundum jus civitatis de talibus bonis test[illegible]
ri potuit. Item (1) campanarii in Ecclesiis parochialibus statuentur, accedente ad hoc consensu (2) p[illegible]
540 banorum. Nos Paulus Hake Canonicus Bremensis, Lubecensis & * Sverinensis Ecclesiarum ac Nic-
laus Vos perpetuus vicarius Ecclesiæ Hamburgensis præsentibus protestamur, qvod honesti Viri Nicolaus
Franzoyser & Tidemannus up dem Perde Proconsules Hamburgenses super articulis contentis in schedulâ
excisi, cui præsens litera sub nostris literis est transfixa, concordaverunt cum reverendis Viris Domi- 291
nis Wernero Præposito, Joanne Decano, Henrico Scholastico & Ludolpho Cantore Ecclesiæ Hamburgen-
sis nomine ipsius Ecclesiæ perpetuò observandis. Item præsentibus protestamur, qvod prædicti duo Con-
sules nomine Consulum & civitatis Hamburgensis bonâ fide promiserunt, qvod ipsi & Consules Hambur-
541 genses cum prædictis * Dominis Præposito, Decano & Capitulo Hamburgensi super reditibus & bonis
Ecclesiasticis, qvi non debent dare & solvere Schott, debent infra hinc & festum omnium Sanctorum
nunc proximum concordare cum effectu, & super illis, in qvibus concordarunt, literas patentes debent
dare & sigillare sigillo civitatis Capitulo Hamburgensi. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsenti-
bus sunt appensa. Datum Hamborch anno Domini millesimo tricentesimo qvinqvagesimo qvinto, die
decimâ mensis Augusti.

SECUNDA APPENDIX 292

præcedentis Compositionis inter Capitulum & Senatum Hamburgensem.

542 NOverint universi, qvod nos Theodoricus * up dem Perde & Henricus Hop, Proconsules civitatis Hoc diplo-
Hamburgensis, (3) nomine Consulum dictæ civitatis cum honorabilibus Viris Dominis Henrico Wit- ma citatur
ten Num. 22.

(1) Omissa hic culpa librarii videntur hæc verba *ita & posthac observabitur*.

(2) Vid. supra Num. 187.

(3) *Bancus* barbarè pro scamno Voss. de Vit. Serm.

(4) De valore hujus monetæ nondum satis mihi liqvet: at nomen compositum est, ut apud Italos *un qvantrino*.

(5) Locus singularis *de ancilla Ecclesiæ Cathedralis*. Huc facit Novell. 6. c. 6. de Diaconissis qvi l. 3. c. 1?. Constitution. Apostolicarum γυναῖκες διακόνοι appellantur. Vid. Voss. Disp. 1. de Baptismo thes. 8.

(6) Hinc qvadrata illa area qvæ Ecclesiâ Cathedrali ejusqve claustro sive monasterio cingitur, usqve ad hunc diem der Fridhof/h. e. *area pacis* sive ἀσυλίας appellatur. Vid. supra Num. 187.

(7) c. eos distinct. 87. 17. qvæst. 4. c. reum.

(8) C. de his qvi ad Eccles. confug.

(9) *Larvati, Personati Mascarirte fastelabends Narren.* Locus singul. de insolentia Larvatorum olim usitatâ.

(1) Vide supr. N. 447.

(2) h. e. Rectorum sive Pastorum Ecclesiarum Parœcialium. Vid. supr. Num. 447.

(3) h. e. im Nahmen des Rahts.

ten Scholastico & Hartwico de Salina Canonico Ecclesiæ Hamburgensis, Bremensis diœcesis, super infra-
scriptis articulis concordavimus in hunc modum: Primò domus Johannis Holdenstede prope (1) *Scholethor*
Item Domus Domini Henrici Witten, item curia, qvam habet Dominus Johannes Buckenhagen (2) *retro*
293 *refectorium dictæ Ecclesiæ ad partem occidentalem: Item Domus* (3) *campanarii Ecclesiæ in plateâ fa-*
brorum: Item domus, in qva morabitur Dominus Hermannus Glazewerder ad partem Ecclesiæ meri-
*dionalem, in futurum Schott * non solvent. Item omnia & singula bona in jure civitatis constituta ad* 543
Thesaurariam dictæ Ecclesiæ Hamburgensis spectantia Schott non persolvent. Item de omnibus & sin-
gulis bonis & reditibus in jure civitatis constitutis, quæ & qvos dicta Ecclesia & ejus personæ infra triginta
annos possederunt, & possident in hodiernum diem, sive sunt ad memorias, sive ad vicarias, Schott non
recipiemus, sed in favore & gratiâ, in qva hactenus permanserunt, Schott civitati non persolvendo, in ea-
dem gratiâ & favore dictam Ecclesiam & personas volumus favorabiliter permanere, nisi nos rationa-
*biliter ostendere possemus, quod Ecclesia & dictæ personæ infra dictos triginta annos * usque in hodier-* 544
num diem de aliqvibus bonis Schott civitati solvissent, tum de illis bonis de qvibus solverunt, ut dictum
294 *est, Schott civitati nostræ persolvent in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsenti-*
bus est appensum. Datum & actum Hamborg anno 1355. in (4) *profesto Barbaræ Virginis.*

* Imp. CAROLI IV. Diploma anno 1359. datum, qvo civitati Hamburgensi protectionem Albis adversus piratas, easdemqve capiendi & puniendi potestatem concedit. 545

Hoc diploma citatur N. 351.

CArolus Qvartus divina favente Clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus, & Boëmiæ Rex,
Consulibus & communitati civitatis Hamburgensis, Bremensis diœcesis, fidelibus suis dilectis, gra-
tiam suam & omne bonum. Imperialis thronus, à qvo justitia & judicium procedit, æqvum existimat,
ut iniqvi, bonorum pacem & qvietem turbantes, debitæ ultionis gladio feriantur. Sanè pro parte ve-
strâ Johannes Decanus Ecclesiæ Hamburgensis in nostra Majestatis præsentiâ constitutus proposuit, qvod
295 *mercatores & aliæ personæ in mari ac fluvio Albeæ, nec non alias ad civitatem vestram accedentes, à pi-*
ratis & spoliatoribus stratarum publicarum frequentes injurias sustinent & jacturas. Unde, ut male-
*factores * prædicti à flagitiis retrahantur, pronunciamus, declaramus & dicimus, piratas naves inva-* 546
dentes, bona mercatorum & res rapientes, aut naufragium patientibus, in navibus & aliis rebus suis
qvomodolibet injuriam irrogantes, seu agricultores, dum terram colunt, & operi rusticali operam dant,
animalibus vel instrumentis suis spoliantes, vel ipsos capientes, infames esse & omni honore ipso jure pri-
296 *vatos. Qvo etiam* (5) *piratas & spoliatores infra territorium vestrum perqvirendi & capiendi, & se-*
cundum sacras Leges debitâ pœna damnandi cum receptatoribus & defensoribus eorundem, vobis tribui-
mus liberam potestatem. Bona qvoqve vestra & possessiones qvascunqve nostrâ Imperiali protectione
*censemus gaudere, donec nos aut Successores nostri Imperatores seu * Reges Romani præmissa duxerimus* 547
revo-

(1) h. e. prope *Portam Scholæ S. Mariæ sive Cathedralis*. Hæc porta nostræ urbis, qvæ antiqvitus vocabatur das Schul-Thor/ qvoniam sita erat juxta Scholam S. Mariæ sive Cathedralem, jamdudum funditus destructa est: *nempe tum temporis, cum aucto* antiqvæ Urbis pomœrio suburbium S. Jacobi mœnibus cinctum est & qvarta cœpit esse parœcia. Fuit igitur hæc porta eo loco, qvi nunc corruptè appellatur der Spersoor pro *S. Petersort*, h. e. finis, terminus sive limes Parœciæ S. Petri.

(2) h. e. hinter dem Refenter. Vid. supra N. 108.

(3) Vid. N. 447.

(4) *Profestum* seu dies profestus barbarè hic sumitur pro eo die, qvi festum aliqvem diem proximè antecedit. At rectius profestus dies festo opponitur, ut videre est apud omnes probatos latinæ linguæ scriptores.

(5) De rebus gestis Hamburgensium adversus piratas vide Thracigeri Chronicon ad an. 1393. ubi narratur arcis Ritzebuttelensis expugnatio: qvam etiam iisdem fere verbis memoriæ proditam invenies in Chronico Ritzebutlensi MSto. qvod circa annum 1594. compositum est. Consule qvoqve acta anni 1402. utpote qvo Hamburgenses qvatuor Archiparatas celeberrimos *Nicolaum Stortebeker*, *Godfridum Michaelis* (vulgo Gödeke Michel) *Wichmannum* & *Wiechboldicum*, qvi totum sinum Codanum omniaqve maria ab oceano Norvagico usqve ad fretum Gaditanum multos annos prædationibus suis infestissima reddiderant, duobus præliis navalibus felicissimè superarunt, & cum centum qvinqvaginta sociis Hamburgum captivos deduxerunt, ubi ad unum omnes decollati, capitaqve ad terrorem & perpetuam victoriæ memoriam partim juxta Urbem in ripa Albis, partim verò juxta arcem Ritzebutlensem in littore maris longâ serie palis imposita sunt. Crantzius Wandaliæ lib. 10. c. 6. Historiam istam hoc claudit epiphonemate: *Inter multa Hamburgensis urbis præclara facinora, hoc vel præcipuum est, qvod incredibili odio habitatores ejus insectentur piraticam.* Pontanus autem rerum Danicarum l. 9. pag. 534. & Ubbo Emmius Rer. Frisicar. lib. 16. p. 217. narrationi ejusdem historiæ similem clausulam subjungunt his verbis: *Hamburgenses purgati à prædonibus oceani egregium nomen meruerunt. Dania qvoqve & totum qvod appellamus Germanicum Cimbricumqve mare, tam nefariis ac gravibus hostibus liberatum, omnium ubiqve commerciis qvasi apertum exinde patuit.* Videptætereà Crantzium Wandaliæ l. 11. cap. 30. & Ubbonem Emmium Rer. Frisicar. l. 21. ubi memoratur: Hamburgenses an. 1433. qvadraginta piratas in prælio navali captos & Hamburgum deductos, percussisse gladio, *Emdamqve* Frisiæ orientalis metropolim, ut piratarum & piraticæ prædæ receptaculum armis in potestatem suam redegisse.

revocandum & dummodo vos in obedientiâ, fidelitate & subjectione nostra & imperii fideliter maneatis, præsentium sub Imperialis nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini millesimo trecentesimo qvinqvagesimo nono, indictione duodecimâ, secundo Idus Mensis Octobris, Regnorum nostrorum anno qvarto decimo, Imperii verò qvarto. Per Dominum Imperatorem, Conradus de Sisenheim.

548 * Diploma super campo dicto Brunonis, qvem Capitulum Hamburgense Senatui vendidit. 297

UNiversis præsentes literas inspecturis seu audituris Nos Consules civitatis Hamburgensis cupimus esse notum, publicè protestantes, qvod honorabiles Viri & Domini de Capitulo & Capitulum Ecclesiæ Hamburgensis pro commoditate & necessitate ipsius civitatis Hamburgensis dimiserunt & assignarunt nobis Hortum seu campum ipsorum, qvi vulgariter campus Domini Brunonis nominatur, jacentem (1) Rosendam juxta Alsriam ad manum dextram, qvando itur ad claustrum (2) Harwestehude, qvem nunc colit Joannes Scharpeberg civis Hamburgensis, perpetuis temporibus habendum & liberè possidendum, prò qvo Ecclesiæ Hamburgensi singulis annis
549 *in * qvolibet festo beati Michaelis, duo (3) talenta Hamburgensia denariorum de (4) Camera &* 298
reditibus civitatis Hamburgensis dabimus & solvemus expeditè, de qvibus viginti solidi ad (5) consolationem & viginti solidi ad memoriam Werneri Metzendorpe, sicut hactenus consuetum fuit, debent exponi. Cæterum de præfato horto seu campo ultra prædicta duo talenta annuatim qvatuor solidos denariorum pro (6) Crucepenninge Domino Archiepiscopo Bremensi tenebimur erogare. In cujus rei testimonium sigillum nomine civitatis prædictæ præsentibus est appensum. Datum anno à nativitate Domini millesimo CCC°. septuagesimo tertio qvarto die mensis Maji.

Hoc diploma citatur N. 400.

550 * ATHELBERONIS Archiep. Hamb. Diploma de qvadam permutatione possessionum inter S. Vicelinum Præpositum Novi Monasterii & Hartmannum Romesfletensis Ecclesiæ Præpositum factâ circa annum 1146. 299

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti (7) Athelbero Dei gratiâ sanctæ Hamburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Notum sit filiis nostris tam præsentibus qvam futuris, qvod Hartmannus Romesfletensis Ecclesiæ Præpositus, cum suis fratribus & (8) Vicelinus Præpositus Novi monasterii in Holsatia cum suis fratribus (9) concambium qvoddam fecerint, videlicet Præpositus Hartmannus & fratres ejus decimationem super Bisthorst, Romesflete, Wulberessen, ac super omnem (1) marcham earundem villarum sibi pertinentem Præposito
551 *Vicelino & fratribus ejus mancipaverunt, pro qva ipsi XII. agros Hollandenses * bene cultos, &*
dimidium (2) mansum Hollandensem nec dum cultum receperunt. Qvin ergo pro hac conventione ex utraqve parte firmandæ ipsi nostræ auctoritatis testimonium & adjutorium appetiverunt, nos ut hæc prædicta rata & inconvulsa permaneant concambium eorum præsenti paginâ sigilli nostri impressione signatâ stabiliri præcepimus. Valete semper in Domino, Valete.

Hoc diplomâ citatur N. 76. Eidem plurimum lucis affert aliud ejusdem Archiepiscopi Adalberonis diploma * 299 * qvod extat inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis, ab Erpoldo Lindenbrogio edita p. 179.

(M) Tabu-

(1) Deesse hic videtur *apud* vel *prope* vel alia qvædam ejus generis præpositio.

(2) Verum & genuinum ejus monasterii nomen olim fuit *Herswerdeshude*. Vide supra Num. 275. ubi non de nomine ejus tantum, sed & origine ac primâ fundatione agitur.

(3) *Talentum denariorum* pro marcâ denariorum. Vid. supra Num. 187.

(4) *Camera* pro Conclavi, in qvo pecunia publica asservatur. Hinc *Camerarii*, ærario præfecti, Kämerer & Kämerey-Herren. Vide supra Num. 482.

(5) Locus hic corruptus videtur & mutilus.

(6) Locus singularis.

(7) De hoc Athelberone sive Adalberone vide Historiam Archiep. Bremens. pag. 100. edit. Lindenbr. & l. 1. Rer. Hamb. p. 69.

(8) Vide supra N. 56.

(9) *Concambium* barbarè pro permutatione.

(1) *Marcha* sive *Marca* plerumqve sumitur pro finibus seu limitibus alicujus Imperii. Interdum verò etiam pro pago, qvem Germani vocant Marckfleck. Hoc loco autem accipitur pro tota aliqvâ ditione ejusqve ambitu. Vide Voss. de Vitiis sermon. l. 2. c. 12. Lindenbrog. Gloss. ad Cod. LL. antiqv. v. Marcha. Wehn. Pract. observ. Lit. M.

(2) *Mansus* barbaris mediæ ætatis scriptoribus vocatur certum agri spatium cum tugurio sive structura aliqvâ rusticæ familiæ mansioni sive inhabitationi destinata. Hic autem pro agro sumitur absqve villa, seu tugurio. De magnitudine *mansi Hollandensis*, cujus hic mentio fit, extat insignis locus in privilegio antiqvo, qvod anno 1106. Fridericus Archiep. Hamburgensis & Bremensis Hollandis, in Archiepiscopatus sui ditionem receptis, donavit. Extat illud inter privilegia Archi-Ecclesiæ Hamburgensis ab Erpoldo Lindenbrogio edit. p. 170. diciturqve ibi *mansus Hollandensis in longitudine septingentas & viginti, in latitudine verò triginta habere regales virgas, cum rivulis terram interfluentibus.*

* Tabulæ Teſtamentariæ Hartvvici Kruſen Civis Hambur- 551
genſis, conſcriptæ anno 1450.

(1) Hæ tabulæ citantur N. 187. 403. 443.

IN Godes Namen Amen. Ik Hartich Kruſe krenklik in minem Lyve, jodoch van Godes Gnaden redelik un vulmechtich miner Synne, hebbe betrachtet, dat hyr in deſſeme jegenwardighen Levende nicht wiſſers en is, wen de Dod; un nicht unwiſſers, wen de Stunde des Dodes. Hyrumme wen God over my bud, dat ik ſterven ſchal, ſo ſette ik tovoren myn Teſtament unde leſten Willen mynes naghela-
301 *tenen Ghudes mit Vulbord Abelen myner Moder, un Peter Kruſen mynes Broders, in deſſer naſcreven Wyſe. Int erſte gheve ik Aleken myner Husvrowen tovoren dat beſte Bedde mit der Tobehoringe, alſet oppet beſte gevleghen is; unde ere Kledere mit dem Smyde, ere ghuldene Ringhe un ere Korallen veſtich, alſet to erem Lyve denet, unde de ſulverne Schale twee; unde wan ſe dit aldus tovoren afheft, ſo ſchal ſe mit minen Erven delinghe dohn, ſo id en Stadrecht is to Hamborch, utghenommen dat Lynnenwerk, wat des is, dar ſchal Alleke myn Husvrowe de twee * Deel van beholden, un myn Erven dat drud-* 553
de Part, unde wen deſſe Delinghe aldus ghedan is, ſo ſcholen mine Erven van erem Deele gheven dem Godeshuſe ſunte Nicolaus teyn (1) Mark Gheldes, veſteyn Mark vor ene, mit ſodanen Beſcheide, dat de (2) Sworen der vorbenomenden ſunte Nicolaus Kerken ſcholen myner Moder alle Jare gheven teyn Marck Penninghe to Rente de Tyd eres Levendes: un wanner ik vorby bin van Dodes weghen, ſo ſcholen de
302 *Sworen des vorſcreven Godeshuſes ſunte Nicolaus teyn Jar langh oppe den Dagh myner Jartyd alle Jare laten ſinghen ene Miſſen oppe den groten Orghelen van der hilghen Drevaldicheit, un des Voravendes my laten begahn mit Vigilien un des Morghens mit Selemiſſen, alſet wondlik is; un eft min Moder afghinghe binnen den teyn Jaren vorſcreven, de ſcholen ſe desghelijken laten begahn mit Vigilien un Selemiſſen binnen der vorſcreven Tyd; un darto ſcholen de Sworen darſulves my un mynen Erven avergheven ene vrye Graft * in ſunte Nicolaus Kerken: des gheve ik ſunt Nicolaus minen Ottersrok. Vort-* 554
mer gheve ik to ſunte Johanſe to dem Buwe teyn Mark Gheldes, veſtein Mark vor ene, mit ſodanen Beſcheide, dat de Vorſtendere derſulven Kerken ſcholen minen Broder Peter alle Jare gheven teyn Mark Penninghe to Rente de Tyd ſines Levendes: unde wan ik van Dodes weghen vorby bin, ſo ſcholen de
303 *Vorſtendere darſulves teyn Jar langh oppe den Dach mijner Jartyd alle Jare laten ſinghen oppe den groten Orghelen ene Miſſe van der hilghen Drevaldicheit, un my laten beghan mit Vigilien un Selemiſſen, alſet wontlik is: un eft myn Broder vorbenomet vorſtorve binnen den vorſcreven teyn Jaren, den ſcholen ſe desghelijken laten beghan mit Vigilien un Selemiſſen binnen der verſcreuen Tyd. Vortmer gheve ik den Broderen to ſunte Marien Magdalenen veſtein Mark Penninghe, darvòre ſcholen ſe dre Jar langh oppe den Dach myner Jartyd laten ſinghen oppen groten Orghelen ene Miſſe * van der hilghen Dreval-* 555
dicheit, un my laten beghan mit Vigilien un Selemiſſen. Item gheve ik dem Godeshuſe to ſunte Peter veſtein Mark, darvore ſcholen de Sworen dre Jar langh oppe den Dach myner Jartyd laten ſinghen oppen groten Orghelen ene Miſſen van der hilghen Drevaldicheit, un my laten beghan mit Vigilien un Selemiſſen. Item gheve ik to ſunte Jacob veſteyn Mark in der ſulven Wyſe. Item to ſunte Katherinen
304 *gheve ik veſteyn Mark Penninghe ok in der vorſcreven Wyſe. Item gheve ik to dem (3) hilghen Gheiſte teyn Mark Penninghe in de Hande der Armen. Item gheve ik to ſunte (4) Jurjen vyf Mark Penninghe in de Hande der Armen. Item gheve ik to der Broderſchop ſunte Jacobes to dem Schare, dar Her Clawes Vetel nu tortyd Vorſtender to is, ene Mark Gheldes. Item gheve ik to dem nygen (5) Lichte der Lampen to den Dome unter der (6) Kluft, dar Her Clawes Vetel un Wilm Holthuſen nu tortyd Vorſtendere to ſint, ene Mark * Gheldes. Item gheve ik Gheſeken Kerſten Rovers Dochter teyn Mark Pen-* 556
ninghe, wenſe beraden werd, un der ander negheſt vyf Mark Penninghe, wen ſe beraden werd. Item Wybeken Klene Johans vyf Mark Penninghe. Item ſchalme kopen twe ghuldene Stucke to tween Miſſeweden, dat ene ſchal weſen to Bramſtede, dat ander to der Koldenkerken. Item gheve ik myn ſulverne Gordel to der Koldenkerken to ener Monſtrantien to Hulpe, eft ſe dar willen ene maken laten van Sul-
305 *ver; weret ok dat id ſo nicht en ſchude, ſo ſchalme dat gheven enen anderen wech in de Ere Godes, dar des behof is. Al deſſe vorſcreven Stucke to vorvarende, ſo keſe ik myne Teſtamentarieſe to weſende de beſchedene Lude Kerſten Rover, mynen Broder Peter, Ludeken van Rade, un Godeken Teſteden, Borghere to Hamborch, un gheve en ghantze Macht dar by to donde, alſe ik en des ghantzliken wol tobelove un to truwe, un wanneer erer en van Dodes * weghen afgheit, ſo ſcholen de anderen enen beſcheden Man weder* 557
to ſik keſen, dit Teſtament to vorſtande. Item ſo ſchal de erlike Rad to Hamborch eres Rechtes in allen vorſcreven Stucken unverſumet weſen. Hir hebben mede an un over geweſen de erbaren Manne Her Hin-

(1) Vide ſupra Num. 187.
(2) Vide ſuper N. 443.
(3) Supra N. 539. vocatur hoſpitalis domus S. Spiritus.
(4) Supra Num. 539. vocatur hoſpitalis domus S. Georgii.
(5) Vide ſupra N. 403.
(6) Intelligitur Crypta olim ſacra, nunc autem profanata, quæ eſt ſub Choro ſeu Presbyterio Baſilicæ Cathedralis.


Hinrik Leseman un Her Dyderik Gherlestorp, Radmanne van dem Rade to Hamborch, sundergben darto ghevoghet, sik des to verdenkende, unde is ghescben na Godes Bord in deme verteynbunderften unde vestichsten Jare in sunte Marcus Daghe des hilghen Evangelisten.

Diploma CHRISTIANI I. Regis Daniæ de custodia Urbis & arcis Vlensburgensis, Lubecensibus & Hamburgensibus commissâ, promulgatum anno 1470. 306

Hoc diploma citatur Num. 16.

558 *WI Cristiern van Godes Gnaden to Dennemarken, Sweden, Norwegen, der Wende und Gotten Koningk, Hertoge to Slesewik, Greve to Holsten, Stormern, Oldenborg unde Delmenhorst, bekennen
unde betugen apenbar in dessme Breve vors als weme, dat also wi mit den duchtigen Knapen Clawes
Rantzouw, Detleve van Bockwolde, Godzik van Anevelde, Henninghe Poggewisch, Benedictus to Doringen, Diderik Blomen, Hinrik van Anevelde, Henneken Scaken, Luder Rumoer, Clawesse van Anevelde,
Hern Johansson, Hartich Schinckel, Wulff von der Wisch, Wolff Poggewisch, Hanse Ransouwen, Keye
Rantzouwen, Clawese van Anevelde to Zegarden unde Clawese Ratlowen unsen leven getruwen, dar- 307
mede wi um etlike unse witliken Penningschulde, dar vore se uns to willen gebeten unde ghelovet hadden, in Schelinge unde Twiste weren, dar aver wi unde de genanten unsere Hetere unde Lövere dorch
Schedesherren, in beyden Syden eendrachtliken van uns gekoren, in Vrundschop vorscheyden sint, unde alse wi denne vor etlike Summen Penninge, benomptliken vor soes un voeftich dusent unde vifhundert Lubesche Mark Penninge, de wi unde unse Erven en unde eren Erven van dem Summen dorch de ergemelten Schedesherrn besproken schuldich sint, den Ersamen van Lubeke unde Hamborg, unsen vorscreven
Heteren unde Loveren to gude unde truwer Hand unse Sloth Vlensborg mit der Vogedie unde Stad darsulves mit al eren Tobehöringen beth to achte Dagen der billigen drier Konninge Dage negestkomende
vord aver een Jar uppe rechten Slotloven in Vorwaringe gedaen unde bevalen hebben in desser Wyse: *
559 Ost sodane verscreven Summe Geldes gans unde al in den sulven achte Dagen van der bede edder anders betalet worde, den so scholen uns edder unsen Erven de uppenanten van Lubeke und Hamborg unse Sloth wedder overandworden, wan wi id van en eschen. Were aver zake, dat sodane vorscreven Summe binnen vorscrevener Tyd nicht betalet worde, unde den de vorbenomede unse Hetere und Lovere alle
edder veere van en des andern Vulmechtich na den vorscreven achte Dagen der billigen dryer Konnige
dat Verscreuen unse Sloth eschbeden, den so scholen de genanten van Lubek und Hamborg datsulve Sloth
en uppe Slothlouen vor ene Vorwaringe des vorscrevenen Geldes overandworden, welk de vilgescreven van
Lubek und Hamborg um unser und unser Hetere und Lovere Begeringe unde Bede willen, dem gemenen
Lande to gude unde uns to wille so bevulbordet und beleued, und dat Sloth van uns angenomen hebben,
unde van Stund mit unsem unde unser Heter und Louere Vulbord unde Willen dem Eddelen unde Wolgeboren Herrn Mauricio, Greuen to Perinmuth, sodan vorscreuen Sloth mit siner Tobehoringe uppe Slothlouen in unser Jegenwardicheit vordan ouergeandwerdet hebben: * So seggen unde louen wy Cristiern 309
560 Koning ergenant jegenwardigen in Krafft desses Breues den genanten Borgermestern, Radmann, Borgern unde Inwonern desbaluen se schadelos to boldende, so dat se noch jemand van en van des vorberorden Slotes, mit der Vogedeye, Stad unde Tobehoringe wegen nenen Schaden, Last edder Nadeel scholen
hebben ofte liden. Unde efte van quadem Eeventure des wes bescbege, scholen und willen wy unde unse Erven en gansliken wedderkeren. Weret ok sake, dar God vor sy, dat en edder eren Amptman efte
Houedman, edder dem se dat ingedaen und bevalen badden, dat Sloth edder Stad mit siner Tobehoringe
afgedrungen, afgesleken, afgewunnen oder entweldet worde, des scholen se noch jemand van en nenen
Schaden noch Vorwyth van jemande liden; sundern wy Cristiernn Koning, unse Eruen unde Nakomelin- 310
ge scholen unde willen en to Behalf der vorbenomenden Hetere und Louere und erer Eruen, bynnen dem
Jare up unse egen Kost, Theringe und Euentur in ere edder unser Heter unde Louer hebbenden Wore
und roweliken Besittinge wedderschicken, dar to unse Paterschop unde Manschop mit aller Macht helpen scholen. Alle vorscreuen Stucke und Articule louen wy Cristiern Koning vorbenant vor uns, unse
Erven unde Nakomelinge, stede, vast unde unverbroken to holdende sunder Argelist, Wedderrede unde
Behelppinge geistlikes unde weldlikes Rechtes. Des to Tuchnisse unde Bekantnisse der Warheit hebben
wy vilbenant Cristiern Koning unse Secret witlik doen hangen nedden an dessen Bref, de gegeven is to
Segeberge na Gades Bort dusent verhundert darna im söuentichsten Jare am Midweken
na Dionysii des hilligen Bischoppes und Martelers.*

FINIS.



INDEX

Tabularum Veterum, qvæ secundo Rerum Hamburgensium libro integrè partim insertæ, partim Mantissæ loco subjunctæ sunt.

Tabulæ *qvadraginta novem*, hactenus, qvod sciam, nondum editæ.

AThelberonis seu *Adalberonis* Arhiepiscopi Hamburgensis & Bremensis diploma de qvadam permutatione possessionum inter *S. Vicelinum* Præpositum Novi-monasterii & *Hartmannum* Romesfletensis Ecclesiæ Præpositum facta circa annum 1146. Num. 550.

Henrici Leonis Ducis Bavariæ & Saxoniæ Privilegium, *Gutensibus* sive incolis insulæ Godlandiæ concessum anno 1163. N. 487.

Adolphi III. Comitis Holsatiæ diploma inter annum 1164. & 1168. datum, de prima fundatione Capellæ sive sacelli *S. Nicolai* in nova urbe Hamburgensi N. 115.

Adolphi III. Comitis Holsatiæ diploma anno 1190. datum, qvo Privilegium Imp. Friderici I. Hamburgensibus præcedenti anno 1189. donatum, confirmat. N. 12.

Adolphi IV. Comitis Holsatiæ diploma anno 1225. datum privilegium ab *Imper. Friderico I.* Hamburgensibus concessum confirmat. N. 48.

Imp. Friderici II. diploma, qvo Civitati *Lubecensi* jus cudendæ monetæ, aliaqve privilegia & immunitates concessit circa anum 1226. N. 68.

Joannis I. Comitis Holsatiæ diploma, anno 1239. datum, qvo cum fratribus suis *Gerardo I.* & *Ludero* Imp. *Friderici I.* privilegium confirmat. N. 161.

Godescalci Præfecti Holsatiæ diploma anno 1245. datum, super donatione qvadam Ecclesiæ *Novi-Monasterii* facta N. 492.

Abeli Regis Danorum diploma anno 1250. datum, qvo libertatem *Hamburgensibus* concedit retinendi bona sua, qvæ, naufragio in littoribus Regni Daniæ facto, eripere & conservare poterunt. N. 227.

Alberti I. Ducis Saxoniæ, Angriæ & Westfaliæ diploma anno 1252. datum, qvo *Hamburgensibus* immunitates qvasdam concedit *Louwenburgi* & *Eislingæ* N. 233.

Joannis I. & *Gerardi I.* Comitum Holsatiæ diploma anno 1253. datum, qvo civitati Hamburgensi *census arearum* vulgo *Konigeslins* dictos, integrè & inperpetuum cedunt. Num. 236.

Joannis I. & *Gerardi I.* Comitum Holsatiæ privilegium incolis oppidi *Wisby* & totius insulæ *Godlandiæ* concessum anno 1255. N. 485.

Pontificis Alexandri IV. diploma anno 1257. datum, qvo Hamburgenses *judicio ferri candentis* perpetuum liberat. N. 256.

Joannis I. & *Gerardi I.* Comitum Holsatiæ diploma anno 1258. datum, qvo civitati Hamburgensi donant definitum & certis limitibus circumscriptum territorium, usumqve juris *Weichbildici.* N. 274.

Byrgeri Ducis Svediæ diploma, qvo Hamburgensibus ad petitionem Legati ipsorum *Jordani* varia in Regno Svediæ dedit privilegia anno 1261. N. 308.

Gerardi I. Comitis Holsatiæ diploma anno 1264. datum qvo privilegium ab Imp. *Friderico I.* Hamburgensibus donatum confirmat. N. 331.

Cardinalis Guidnis Legati Pontificis *Clementis IV.* diploma anno 1265. & qvidem d. 21. Decembris datum, qvo ad preces ad Hamburgensium Archiepiscopo *Magdeburgensi* committit defensionem naufragorum N. 339.

Cardinalis Guidonis instrumentum examinationis testium in causâ Capituli Ecclesiæ Cathedra-

thedralis Hamburgensis adversus monachos ordinis Prædicatorum, datum anno 1265. & qvidem d. 23. Decembris N. 134.

Cardinalis Guidonis Legati Pontificis *Clementis IV.* diploma anno 1265. & qvidem die 24. Decembris datum, qvo declarat defensionem naufragorum Archiepiscopo *Magdeburgensi* commissam non de præteritis naufragiis, sed tantum de futuris intelligendam esse. N. 350.

Cardinalis Guidonis diploma anno 1266. & qvidem d. 2. Januarii datum, qvo Archiepiscopo *Bremensi* mandat, ut defensionem naufragorum Archiepiscopo *Magdeburgensi* commissam, per totam diœcesin suam publicet. N. 354.

Cardinalis Guidonis diploma anno 1266. & qvidem d. 2. Januarii datum, qvo Præposito Ecclesiæ *Hamburgensis* mandat, ut potestatem defendendi naufragos Archiepiscopo *Magdeburgensi* commissam, per totam regionem suæ jurisdictionis publicet. N. 358.

Cardinalis Guidonis diploma anno 1266. & qvidem d. 24. Januarii datum, qvo privilegium, ab Imp. *Friderico I.* Hamburgensibus concessum, confirmat. N. 361.

Henrici III. Regis Angliæ diploma anno 1266. datum, qvo Hamburgensibus datur libertas habendi peculiarem suam *Hansam* per totum Regnum Angliæ in perpetuum N. 394.

Hildeboldi Archiepiscopi Bremensis diploma, anno 1267. datum, qvo se cum Hamburgensibus, in gratiam rediisse notificat, & simul confirmat Imp. *Friderici I.* privilegium N. 386.

Hildeboldi Archiepiscopi Bremensis diploma anno 1268. datum, de modo persolvendi vectigalis *Stadensis*, si Stadenses Archiepiscopi transactionem cum Hamburgensibus approbare nollent, sed bellum adversus illos gesturi essent. N. 390.

Tabulæ Compositionis inter *Capitulum* & *Senatum* factæ anno 1269. N. 400.

Joannis I. Ducis Saxoniæ, Angriæ & Westfaliæ diploma anno 1274. datum, qvo privilegium, à patre *Alberto* Duce Saxoniæ Hamburgensibus donatum, confirmat. N. 406.

Waldemari Regis Svediæ diploma, qvo privilegium à patre *Byrgero* Hamburgensibus concessum, confirmat anno 1275. N. 409.

Alberti II. Ducis Saxoniæ diploma anno 1276. datum, qvo privilegium à patre *Alberto I.* Hamburgensibus concessum confirmat. N. 411.

Gerardi I. & *Gerardi II.* Comitum Holsatiæ diploma an. 1281. datum, qvo Hamburgensibus adversus *Archiepiscopum Bremensem*, aut qvoscunqve alios futuros hostes, tam societatis armorum, qvam amicæ interpositionis auxilium pollicentur. N. 423.

Pontificis Martini IV. diploma anno 1281. datum, qvo Scholam S. Nicolai in nova urbe Hamburgensi confirmat. N. 436.

Adolphi, Joannis & *Alberti* Comitum Holsatiæ diploma anno 1282. datum, qvo promissionem auxilii Hamburgensibus à Comitibus *Gerardo I.* & *II.* factam confirmant. N. 454.

Erici Regis Danorum diploma anno 1283. datum, qvo Hamburgensibus libertas conceditur freqventandi nundinas *Scanenses* & tabernas suas ibi exstruendi certo loco, iis ad hoc assignato. N. 456.

Giselberti Archiepiscopi Bremensis tabulæ transactionis inter *Scholasticum* Ecclesiæ Cathedralis Hamb. & incolas Parœciæ *S. Nicolai* de schola S. Nicolai, datæ anno 1289. N. 461.

Alberti II. Ducis Saxoniæ diploma anno 1291. datum, qvo iis ex vectigali tam ordinario, qvam extraordinario *Eyslinga* de sale *Luneburgensi* persolvendo, aliqvam partem remittit. N. 468.

Tabulæ *Thitleuvi de Bistecse* de qvibusdam possessionibus Ecclesiæ *Novi-monasterii* venditis anni 1298. N. 498.

Tabulæ *Hartwici Revenelo* & *Johannis Sconenbeke* militum de qvibusdam possessionibus *Novo-monasterio* venditis anno 1331. N. 502.

Tabulæ Compositionis inter *Capitulum* & *Senatum* Hamburgensem datæ anno 1337. cum confirmatione Archiepiscopi *Burchardi* & Capituli Bremensis. N. 504.

Senatus Hamburgensis literæ ad Archiepiscopum Bremensem *Burchardum* datæ anno 1337. pro confirmatione renovatæ concordiæ cum *Capitulo* Hamburgensi. N. 516.

Decretum *Synodi Bremensis* de Rectoribus & Juratis Ecclesiarum parœcialium, promulgatum ab Archiepiscopo *Godfrido* circa annum 1350. N. 446.

Imp. Caroli IV. Rescriptum pro *Capitulo* Hamburgensi contra *Senatum* & Cives, datum anno 1354. tempore litis, qvæ seqventi anno 1355. amicâ transactione extincta est. N. 520.

Tabulæ compositionis inter *Capitulum* & *Senatum* datæ anno 1355. cum duplici ejusdem argumenti appendice eodem anno promulgatâ N. 527. 536. 541.

Diploma datum anno 1368. qvo monachi *Wisbyenses* ordinum S. Dominici & S. Francisci testantur se vidisse tabulas privilegiorum, qvæ incolis oppidi *Wisby* & totius insulæ *Godlandiæ* Joannes I. & Gerardus I. Comites Hols. & Henricus Leo Dux Bavariæ & Saxoniæ donarunt. N. 485.

Diploma super *campo* dicto *Brunonis*, qvem Capitulum Hamburgense Senatui vendidit anno 1373. N. 548.

Antiqva inscriptio tabulæ in *Basilicâ Cathedrali* Hamb. circa annum 1399. suspensæ, qvâ Comites Holsatiæ ibi sepulti ordine recensentur. N. 376.

Tabulæ testamentariæ *Harwici Krusen* vernaculâ linguâ Hamburgi conscriptæ anno 1450. Num. 552.

Diploma *Christiani I.* Regis Daniæ de custodia urbis & arcis *Vlensburgensis* Lubecensibus & Hamburgensibus commissâ, promulgatum anno 1470.

Tabulæ *septem* antehac ab aliis editæ.

Reinardi & *Gerardi* Pœnitentiariorum Pontificis *Innocentii IV.* diploma anno 1244. datum, qvo *Adolpho IV.* ex Comite monacho, licentiam dant promotionis ad sacros ordines N. 181.

Brunonis Præpositi & totius Capituli Ecclesiæ Hamburgensis diploma anno 1245. datum, qvo testatum reliqverunt, in qvos usus Comes *Adolphus IV.* decimas regionis Aldenburgensis, Ecclesiæ Cathedrali à se donatas, erogari voluerit. N. 187.

Joannis I. & *Gerardi I.* diploma anno 1258. datum, qvo reditus urbis Hamburgenses ad se pertinentes Canonicis Ecclesiæ Cathedralis ad tempus assignant. N. 270.

Adolphi, Gerardi, Joannis, Adolphi & *Henrici* Comitum Holsatiæ diploma anno 1292. datum, qvo civitati Hamburgensi liberam dant potestatem condendi juris municipalis & immunitatem appellationis. N. 471.

Pontificis Bonifacii VIII. diploma de altari portatili in turri *Novi-operis*, datum anno 1296. N. 494.

Tabulæ fœderis inter *Wortsatos* & civitatem *Hamburgensem* pro defensione turris *Novi-operis* factæ anno 1316. N. 500.

Imp. Caroli IV. diploma anno 1359. datum, qvo civitati *Hamburgensi* protectionem *Albis* adversus piratas, eosdemqve capiendi ac puniendi potestatem concedit. N. 545.

FINIS.



CHRO-

PETRI LAMBECII
CHRONOLOGIA
ET
AUCTARIUM
LIBRI PRIMI RERUM HAMBURGENSIUM
ab A. Æ. C. DCCCVIII. usqve ad annum MCCXXV.

321

1 *Annus Æra Christiana vulgaris 808. à Kal. Jan. anni currentis usqve ad Kal. Januar. anni seqventis:*
Annus Periodi Julianæ 5521. à Kal. Januar. anni currentis usq; ad Kal. Jan. anni seqventis:
Indictio I. à d. 24. Septembr. anni præcedentis usq; ad d. 24. Sept. anni currentis:
Annus Pontificatus Leonis III. 13. à d. 26. Dec. an. præced. usq; ad d. 26. anni currentis:
Annus Imp. Caroli M. à coronatione per Pontific. Leonem III. 8. à d. 25. Dec. an. præced. usqve ad d. 25. Decembr. an. currentis:
Annus Urbis conditæ, sive à fundatione Urbis Hamburgensis I. qvem, ut & seqventes, instar annorum Julianorum à Kal. Januar. ad Kal. Jan. numerabimus.

HAMBURGUM jussu Imp. *Caroli M.* à Legato ipsius *Odone* contra Slavorum incursiones in Albis fluvii ripâ exstruitur, & præsidio Orientalium Saxonum firmatur. Vid. Lib. 1. Rer. Hamburg. pag. 2. 3. 322

HUC ADDE.

I. Insignem illum *Eginharti* locum, qvo traditio hæc de primâ Hamburgi per *Odonem* Imp. Caroli M. Legatum fundatione nititur, à *Rheginone* Abbate Prumiensi in Chronicon illud, qvod usqve ad annum Christi ıɔcccvıı. perduxit, transcriptum esse hoc modo, *Anno Dominicæ incarnationis* ıɔcccvııı. *Imperator* [Carolus M.] *ædificatis per legatos suos Albiam duobus Castellis, præsidioqve in eis contra Sclavorum incursiones disposito. Aqvis Natalem Domini celebravit & Pascha similiter. Anno Dominicæ incarnationis* ıɔcccx. *castellum Houbbuocki, Albiæ flumini contiguum, in qvo Odo legatus Imperatoris erat, & erat orientalium Saxonum præsidium, à Wilzis captum est. Anno Dominicæ incarnationis* ıɔcccxı. *Imperator exercitum misit trans Albiam in Linones, qvi & ipsos vastavit, & castrum Hohbuch, superiori anno à Wilzis destructum, restauravit.*

II. Qvamvis nomen illius castelli, qvod ad Albim ab *Odone* exstructum, & biennio post à *Wilzis* eversum fuit, tam apud *Eginhartum*, qvam *Rheginonem* sine dubio corruptum sit, certò tamen constare. *Hamburgum* ibi intelligendum esse; utpote cum id expresse & sine ullâ hæsitatione *Albertus Stadensis* ad ann. 810. & 811. nos doceat his verbis: *Castellum* (1) *Hochburi, qvod nunc Hamburg dicitur;* & *Castellum Hochburi, nunc dictum Hamburg.*

III. *Hamburgum* duplex olim habuisse nomen; *Saxonicum* videlicet, qvod etiamnunc in usu est, & *Wandalicum* sive *Slavicum*, qvod vetustate obscuratum, variè in antiqvis rerum gestarum monumentis legitur; nempe *Huobbuoki, Hobbouch, Hochbuch, Hochburi, Bochburi, Buchburi* & *Buchborch* sive *Buchborg*. Sic enim olim *Bornhovet* alias appellatum fuit *Zuentiveld* sive *Zuentinevel* teste Helmoldo lib. 1. cap. 92. Sic *Slesvicum* alias dictum fuit *Sleistorpium* sive *Sliesdorp*, Danicè verò *Hedeby, Haitheby, Heiheby* & *Heiduba*, ut patet Rer. Hamb. lib. 2. Num. 458. Sic *Aldenburg* alias Wandalicè vocatum fuit *Stargard*, Danicè autem *Brandenbuse*, teste Arnoldo Lubec. lib. 2. cap. 13. Sic *Novum-Monasterium* sive *Newmünster* Saxonicè nuncupatum fuit *Wippendorp*, Wandalicè verò *Faldera*, testibus Helmodo lib. 1. c. 48. & Anonymo ipsius Continuatore hactenus nondum edito. Sic *Högelstorp* sive *Högerestorp* ad Travam in Wagriâ alias nominatum fuit *Cusalin* sive *Cuzelin*, teste Helmoldo lib. 1. cap. 70. 323

IV. In antiqvo Urbis Hamburgensis nomine Wandalico sive Sclavico *Huobbuocki*, vel *Hobbucb*, vel *Hochbuch*, vel *Hochburi*, vel *Bochburi*, vel *Buchborg* latitare nomen Dei *Bog* vel *Buh*, qvorum prius apud Polonos, posterius verò apud Bohemos in usu est: eoqve respectu verum esse, qvod ab autore præfationis ad vetus nostrum jus civile traditur, *Hamburgum* olim Wandalicâ linguâ *civitatem Dei* appellatum fuisse; non qvidem, ut perperam ibi subjungitur, propter cultum *Jovis Hammonis*, sed ratione metropolitanæ

(1) Abraham Ortelius in Thesauro Geographico lit. G. censet apud Albertum Stad. pro *Hochburi* legendum esse *Hochburg*.

næ dignitatis & propagationis Christianæ religionis in Regnis Septentrionalibus, propter qvam teste Adam. Brem. lib. 3. cap. 27. *Fœcundissimæ Gentium Matris* nomen meruit.

V. Puerilem prorsus & refutatione indignum esse eorum errorem, qvi *Hamburgum* à *Jove*
324 *Ammone Diospolin, Hammonipolim, Urbem Hammonis* & *Hammoniam* appellant, ideoqve exsibilatione dignam esse *Joachimi Vagetii* stultitiam, qvi in Præcidaneis de orbe habitabili pag. 259. promittit, se putidam istam & plusqvam anilem de *Jove Ammone* Hamburgi culto fabulam contra aliorum opinionem justo volumine defensurum. Sed qvam turpiter se dedisset bonus iste Andabata, si in hanc arenam descendisset. Benè igitur habet, qvod Ajax ipsius in spongiam incubuerit.

VI. Nullo veritatis fundamento niti, qvod à *Matthæo Dressero* lib. de Urbis German. pag. 304. *Joachimo Vagetio* lib. de orbe habitabili p. 258. atqve aliis nonnullis asseritur, Hamburgum olim *Augustam Gambriviorum* vel *Gambriviam* vocatum, & *Gambriviorum*, qvorum Tacitus lib. de Germ. meminit, & qvos illi eosdem atqve *Cimbros* existimant, sedem fuisse. Nam præterqvam qvod mutatio nominis *Gambrivii* in *Hamburgum* primo intuitu satis per se monstrosa atqve absurda sit, abundè insuper opinionis hujus falsitas apparet ex ea, qvæ olim inter *Cimbros* atqve *Gambrivios* fuit, differentiâ. *Cimbris* enim Tacitus & cæteri antiqvi autores certam in Germania assignant sedem, *Cimbricam* videlicet *Chersonesum*: at *Gambriviorum* nudâ tantum sine assignatione certæ sedis à Tacito fit mentio lib. de Germ. cap. 2. his verbis: *Celebrant carminibus antiqvis (qvod unum apud illos memoriæ & annalium genus est) Tuitonem Deum, terrâ editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresqve. Manno tres filios assignant: è qvorum nominibus proximi oceano Ingævones, medii Herminones, cæteri Istævones vocentur. Qvidam autem licentiâ*
325 *vetustatis, plures Deo ortos, pluresqve gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalios affirmant: eaqve vera & antiqva nomina.* Hæc Tacitus. Ex qvibus verbis, si qvis *Gambriviorum* in Germania sedem colligere velit, divinus sit necesse est. Diversos autem fuisse hosce *Gambrivios*, nominetenus tantum commemoratos, à *Cimbris* Cimbricæ Chersonesi incolis, ipse Tacitus perspicuè testatur, dum ejusdem libri capite 37. de *Cimbris* ita seorsum agit, ut nihil illos cum *Gambriviis* commune habuisse satis superqve pateat. Qvâ in re *Tacitus* sine dubio secutus est *Strabonem*, qvi integro ante ipsum floruit seculo, & Geographiæ libro 17. pag. 291. Gambriviorum ad hunc modum meminit: Ἀλλὰ δ' ἐνδεέστερα ἐστὶν ἔθνη Γερμανικά, Χηρουσκοί καὶ Χάττοι, καὶ Γαμαβρίουιοι [ita enim hic scribendum esse pro eo, qvod vulgò legitur Γαμαβριοῦνοι, jam dudum rectè monuerunt Viri doctissimi Isaacus Casaubonus in Notis ad Strab. pag. 132. & Phil. Cluverius Germ. Antiq. lib. 3. cap. 19. pag. 582.] καὶ Χαττουαρίοι πρὸς δὲ τῷ ὠκεανῷ Σουγαμβροί τε καὶ Χαῦβοι, καὶ Βρούκτεροι, καὶ Κίμβροι, Καυκοί τε καὶ Καοῦλκοι, καὶ Καμψιανοί, καὶ ἄλλοι πλείους: h. e. *Aliæ minores Germanorum sunt gentes Cherusci, Chatti, Gamabrivii, Chattuarii: ad oceanum autem Sicambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Campsiani, & aliæ plures.* Hucusqve Strabo. Qvi qvidem hic *Gambrivios* à *Cimbris* adeò manifestè distinguit, ut, in dubium id vocari neqveat. Ut igitur ex jam citatis Strabonis & Taciti locis certò constat, *Gambrivios* à *Cimbris* diversos fuisse, sic contra tantum abest, ut illorum testimonio probari possit, *Gambrivios* ibi habitasse, ubi nunc Ham-
326 burgum est, ut ne generatim qvidem inde colligi possit, qvem Germaniæ tractum obtinuerint. De qvâ senis *Gambriviorum* incertitudine audi *Albertum Crantzium* lib. 1. Wandaliæ in princip: *Gambrivii*, inqvit, *nulla reliqvere vestigia: nisi fortè Sicambros, Francorum ad Rheni fluenta patres, inde derivari credamus.* Qvibus verbis Crantzius satis profectò clarè indicat, se non tantum improbare vulgarem illam fabulam de Utopicâ circa Hamburgum *Gambriviâ*, verum etiam ne generatim qvidem se priscâ *Gambriviorum* sede certi aliqvid pronunciare posse. Qvæ enim de *Sicambris* additur conjectura, ea nullius est momenti, cum paulo antè allegatus *Strabonis* locus sine controversiâ reclamet; qvippe ubi *Sicambri* à *Gambriviis* evidentissimè distinguuntur. Ejusdem farinæ est opinio *Andreæ Althameri* qvi in Commentario ad Taciti Germaniam *Gambrivios* existimat in eo tractu habitasse, ubi nunc est urbs Episcopalis *Cambray* ad Scaldim, & loco nomen reliqvisse *Gambrew*, ut veteris populi memoriam ad posteros referret. Mihi certè in tantâ sedis *Gambriviorum* obscuritate optimum semper tutissimumqve visum fuit & etiamnunc videtur principem nostri seculi Geographum *Philippum Cluverium* seqvi, qvi Operis doctissimi de Germaniâ antiqvâ lib. 3. cap. 19. planè incertum

tum esse scribit, qvo situ olim Grambrivii fuerint: videri tamen Strabonis ævo in clientela vel Chattorum, vel Cheruscorum fuisse. Ipsa ejus verba pag. 582. hæc sunt: *Sed & Gambrivii memorantur populi Tacito in libro de Germania. Claram qvondam fuisse nationem, ex vetustate colligere datur. Qvo situ fuerint planè incertum. In clientela fuisse Strabonis ævo, vel Chattorum, vel Cheruscorum, ex verbis ejus* (1) *supra citatis conjicio; ubi* Γαμαβριύιοι *legendum pro* Γαμαβριύνοι, *ex Tacito disco.* Hæc Cluverius. Et hactenus qvidem demonstrasse sufficiat, *Hamburgum* perperam à nonnullis appellari *Augustum Gambriviorum*, eò qvod falsò existimant, *Gambrivios* eosdem atqve *Cimbros* fuisse. Restat, ut adjiciam, etsi *Gambrivii* iidem fuissent atqve *Cimbri*, Hamburgum tamen non posse appellari *Augustam Gambriviorum*, qvoniam extra Chersonesum sive Peninsulam Cimbricam situm est. *Cimbrica* enim *Chersonesus* partim oceano cingitur, partim Isthmo M. P. XVIII. sive qvatuor milliarium Germanicorum cum dimidio à reliqvâ continenti separatur. Hic verò Isthmus non ut vulgo creditur, inter *Lubecam* & *Hamburgum* est, sed inter oppida *Slesvicum* & *Husum*, ut rectè monet accuratissimus Geographus Philippus Cluverius Germ. antiqv. lib. 3. cap. 21. & 22. pag. 589. 590. 591. Qvicqvid ergo est terrarum intra jam indicatum Isthmum, id à Claudio Ptolemæo Geograph. lib. 2. cap. 11. *αὐτὴ ἡ χεῤῥόνησος*, h. e. *ipsa peninsula* vocatur; in cujus ultimo maximèqve septentrionali recessu *Cimbri*, propriè & *κατ᾽ ἐξοχὴν* ita dicti, habitarunt. Cæterum qvæ extra jam indicatum Isthmum est regio usqve ad *Chalusum* sive *Travam* & confluentes *Albis* atqvæ *Billa*, ea appellatur à Ptolemæo *ὁ αὐχὴν τῆς Κιμβρικῆς χερσονήσου*, h. e. *cervix Cimbricæ peninsulæ*, &, eodem Ptolemæo teste, sedes fuit *Saxonum*. Nam postqvam is in Chorographicâ Germaniæ descriptione per *Frisios* & *Cauchos minores* pervenit usqve ad *Albim*, *ἐφεξῆς δὲ*, inqvit, *ἐπὶ τὸν αὐχένα τῆς Κιμβρικῆς χερσονήσου Σάξονες. αὐτὴν δὲ τὴν χερσόνησον, ὑπὲρ μὲν τοὺς Σάξονας, κατέχουσι Σιγούλωνες* [al. *Σιγούλονες*] *ἀπὸ δυσμῶν. εἶτα Σαβαλίγγιοι. εἶτα Κοβανδοὶ ὑπὲρ οὓς Χάλοι, καὶ ἔτι ὑπὲρ τούτους δυσμικώτεροι μὲν Φουνδοῦσοι. ἀνατολικώτεροι δὲ Χαροῦδες. πάντων δὲ ἀρκτικώτεροι Κίμβροι.* h. e. *Hinc super cervicem Cimbricæ peninsulæ Saxones. Ipsam autem peninsulam supra Saxones ab occasu habitant Sigulones. Postea Sabalingii. Post Cobandi. Supra qvos Chali. Et super eis qvoqve qvi magis occidentales sunt Phundusii. Qvi verò magis orientales sunt, Charudes. Omnium autem maximè septentrionales Cimbrii.* Hæc Ptolemæus. Unde sine controversiâ patet, urbem *Hamburgensem* non in *Cimbrico* sed *Saxonico* solo sitam, nec *Augustam Cimbrorum* sive *Cimbricam*, vel secundum illos, qvi Cimbros cum Gambriviis malè confundunt, *Augustam Gambriviorum* sive *Gambriviam*, sed potius *Augustam Saxonum* appellandam esse: non qvidem qvod hoc nomen reverâ illi unqvam fuerit, sed qvia partim respectu incolarum ejus regionis, in qvâ sita est, partim ratione præsentis potentiæ ac dignitatis more Romano ita potest appellari.

273 328

VII. *Hamburgum* à Matthæo Dressero lib. de Urbibus Germ. Hermanno Bonno in Chronico Lubecensi, Joach. Vagetio lib. de orbe habitab. p. 259. Joann. Limnæo Jur. publ. lib. 7. cap. 23. Philippo Brietio Parallelis Geograph. vet. & novæ, atqve nonnullis aliis, qvi horum autoritatem seqvuntur, minus rectè nuncupari *Urbem Vandaliæ*, cum reverâ urbs sit *Saxoniæ Transalbinæ* sive *Nordalbingorum Saxonum*, ut lib. 1. Rer. Hamb. p. 13. & 14. incorruptis veterum autorum testimoniis abundè demonstratum est. De *Vandalis* autem, qvi sinus Codani sive maris *Balthici*, qvod olim *Svevicum* vocabatur, fuerunt accolæ, videsis Alb. Krantzii Wandaliam, & Philip. Cluver. Germ. antiqv. lib. 3. cap. 46. 329

VIII. *Hamburgum* metropolim esse *Stormariæ*, teste Adamo Brem. lib. 3. cap. 27. ideoqve à Limnæo lib. 7. c. 23. urbem hanc malè appellari *Vandaliæ urbem & Stormariæ vicinam*: nec tolerabilius esse, qvod ab alio qvodam JCto literis proditum est, non constare inter Historicos & Geographos, *utrum Hamburgum in Stormaria, an Saxonia situm sit.* Æqvè enim supervacanea est hæc qvæstio, qvam certò constat Stormariam partem esse Transalbinæ Saxoniæ. Qvâ de re vid. Adam. Brem. jam citato loco.

IX. *Hamburgum* non esse situm in *æstuario maris Britannici*, ut perperàm scribit Joachim. Vagetius lib. de orbe habitabili pag. 259. sed ad Albim, in *Oceanum Germanicum* octodecim milliarium Germanicorum cursu influentem. Mare enim *Brittannicum* est inter Brittanniam & Galliam usqve ad fretum *Gallicum* sive *Morinorum* inter Calerum & Dubrim. Qvicqvid autem deinceps est maris Septentrionem & orientem versus inter

(N)

(1) Pag. 581.

inter Brittanniam, Daniam Ciscodanam in Cimbricâ Chersoneso & Germaniam, id maris *Germanici* nomine comprehenditur, & præter Scaldim, Mosam, Rhenum, Amisiam & Visurgim, Albim qvoqve recipit.

X. Non audiendum esse *Philippum Cluverium*, dum Germ. antiqv. lib. 3. cap. 27. pag. 605. sine ulla probatione nobis obtrudit, *Hamburgum* esse eum locum, qvi à Ptolemæo
330 Μαριωνὶς appellatur. Æqvè enim incerta est hæc opinio atqve *Gerardi Mercatoris*, qvi eundem à Ptolemæo memoratum locum interpretatur *Lunenborg*. Huc qvoqve facit ipsius Cluverii de numeris Ptolemæi confessio, qvæ extat jam citati operis lib. 3. cap. 22. pag. 594. his verbis: *Graduum scrupulorumqve numeros non visum adjungere, qvia, ut falsi, nihil juvant.* Et non multo post pag. 595. *In propinqvioribus*, inqvit, *qvia prorsus falsus est Ptolemæus: de remotissimis, cur ei qvidqvam credam, rationem non video.*

XI. Originem Urbis Hamburgensis, qvæ sub Imp. Carolo M. annum Æ. C. 808. incidit, *certam* esse, & *Eginharti*, *Rheginonis*, atqve *Alberti Stadensis* testimoniis solidè & abundè probari posse; ideoqve *Adamum Thracigerum*, *Joachim. Vagetium* & alios nonnullos ejus generis scriptores à verò aberrare, dum tradunt, *Fundatorem Hamburgi & autorem ob vetustatem in obscuro esse.* Ipsa enim hæc verba sunt Vagetii lib. de orbe habitabili pag. 259.

XII. *Sethum Calvisium* in magno Opere Chronologico ad an. Æ. C. 743. mentionem qvidem facere Castri in Saxoniâ nomine *Hochburch*, qvod tempore *Pipini* Regis Francorum à filio Carolomanno, fratre Imp. Caroli M. ait captum fuisse: sed diversum illud esse ab *Hamburgo*, & apud *Sigebertum Gemblacensem*, unde Calvisius hæc desumpsit, non *Hochburck* legi, sed *Hoscoburch*.

XIII. Fundationem Urbis Hamburgensis à *Petro Bertio* Rer. Germanicarum lib. 3. perperam & sine ullo veritatis fundamento attribui *Dominis de Ham*, qvos ait tempore Caroli Magni arcem eo loco condidisse. Hoc enim non tantum à nullo antiqvo scriptore memoriæ traditum est, verum etiam *Eginhartus*, *Rhegino* & *Albertus Stadensis*
331 apertè reclamant. Qvin etiam ipse *Bertius* errorem suum suo prodit indicio, dum paulò post subjungit, arcis Hamburgensis præfectum à Carolo M. constitutum fuisse *Utbonem*, qvi sine dubio idem est, qvem Eginhartus *Odonem* nominat. Cæterum haud me latet, inter nobiles Holsatiæ familias olim etiam fuisse familiam *Dominorum von Hamme*, de qvâ vide lib. 2. Rer. Hamb. Num. 189. sed illi huc non pertinent.

XIV. Graviter errare *Hermannum Bonnum* in Chronico Lubecensi, dum ait, *Carolum Pipini patrem Hamburgi vicarium suum habuisse nomine Utonem.* Confundit enim *Carolum Martellum* Pipini Regis Francorum patrem cum Imp. *Carolo M.* qvi Pipini fuit filius.

XV. Fabulosum prorsus esse, & nullius idonei Autoris antiqvi testimonio posse probari, qvod ab *Hieronymo Henninges* in Opere Genealogico & nonnullis aliis, qvi ipsum sine ulteriore veritatis investigatione, tanqvam mancipia alieni judicii seqvuntur, traditur, *Odonem* illum, qvi Imp. Caroli M. legatus fuit Hamburgi, cognominatum fuisse *Meiendorffium*, seu, ut alii scribunt, *Meinsdorffium*, qvasi à *Meiendorff* vel *Meinsdorff*. Æqvè profectò futile hoc est, qvam qvod eodem loco additur, *Heridagum*, qvem Imp. Carolus M. sacerdotem Hamburgi constituit, fuisse *advocatum vel vicarium Imperatoris, & secundum alios Episcopum Hamburgensem.* Qvare pudet me eorum, qvi hujusmodi putidos errores sine ullâ consideratione transscribunt, & qvod recentissimus qvisqve scriptor de rebus ante multa secula gestis pro lubitu fingit & narrat, absqve ullâ cen-
332 surâ arripiunt, & cum maximo Historiæ sinceræ damno ad posteritatem propagant.

A. Æ. C. 809. *A. P. Jul.* 5522. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an præced.* 2
An. Pontif. Leonis III. 14. *à d.* 26. *Decembr. an præced.*
An. Imp. Caroli M. à coronatione per Pontif. Leonem III. 9. *à d.* 25. *Decembr. ad præced.*
An. V. C. 2.

* * *

A. Æ. C. 810. *A. P. Jul.* 5523. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 3
An. Pont. Leonis III. 15. *à d.* 26. *Decembr. an. præced.*
An. Imp. Caroli M. à coronatione per Pontif. Leonem III. 10. *à d.* 25. *Decembr. an. præced.*
An. V. C. 3.

Hamburgum à Wilsis Sclavorum gente capitur atqve evertitur. Primum hoc fuit Hamburgi excidium. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 3. 4.

A.

4 *A. Æ. C.* 811. *A. P. Jul.* 5524. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 333
An. Pontif. Leonis III. 16. *à d.* 26. *Decemb. an. praeced.*
An. Imp. Caroli *M. à coronatione per Pontif. Leonem III.* 11. *à d.* 25. *Decemb. an. praeced.*
An. V. C. 4.

Hamburgum ab Imp. Carolo M. instauratur. Ab eodem primum ibi templum in honorem *Christi Salvatoris & beatissimæ Matris ejus Mariæ* ædificatur, & ab *Amalario Fortunato Archiepiscopo Trevirensi* consecratur: cujus curam ac regimen Imperator *Heridago* cuidam, præclaræ sanctitatis *Presbytero*, commisit. Vid. l. 1. Rer. Hamb. pag. 9. 11. 123. 124.

HUC ADDE.

I. Primam hanc Ecclesiæ Hamburgensis per Imp. *Carolum M.* fundationem ab incerto Autore Chronici Mindensis, qvod *Henricus Meibomius* cum Hermanno Leerbecensi edidit, falsò referri ad annum Æ. C. 789. *Decimam*, inqvit, [in Saxoniâ Ecclesiam] *Hammonis, qvæ & Jovis castrum & Hamborg dicitur, anno Christi DCCXCIIX. Carolus fundavit in honorem beatæ Mariæ Virginis.* Hæc ille. At enim verò qvod fundatio Ecclesiæ Hamburgensis non ad annum 798. sed ad annum 811. pertineat, testimoniis Eginharti, Imp. Ludovici Pii, Adami Bremensis & Helmoldi abundè demonstravi l. 1. Rer. Hamb. p. 9. & 10.

II. Errare *Petrum Bertium*, dum Rer. Germ. lib. 3. scribit, *primam Ecclesiam ab Imp. Carolo M. Hamburgi constructam, sacram fuisse B. Petro*, eundemqve errorem extare etiam apud *Pontanum* in Chorographicâ descriptione Daniæ pag. 666. his verbis: *Carolus Magnus subversis paganorum delubris, conversurus ad Christum Saxones, Ecclesiam* [Hamburgi] *construi fecit B. Petro sacram, qvam illis in locis esse voluit primariam.* Hæc Bertius & Pontanus: 334
qvibus hac in re omnis uno ore reclamat antiqvitas, ut & primo, & secundo Rer. Hamb. libro videre est, ubi passim inculcatur & fide dignis monumentis antiqvis demonstratur, Cathedralem Ecclesiam Hamburgensem, qvæ à Carolo M. primum fuit ædificata, & vulgo nunc appellatur Der Dom/ *Christo Salvatori & beatissimæ Matris ejus Mariæ* dedicatam esse.

III. *Amalarium Fortunatum, Episcopum Treverensem*, per qvem Imp. Carolus M. primum à se Hamburgi exstructum templum curavit consecrari, ab Autore Chorographicæ descriptionis Ducatuum Slesvici & Holsatiæ part. 3. cap. 13. pag. 263. perperam appellari primum *Episcopum Hamburgensem.* Qvamvis enim ille primitivam Ecclesiam Hamburgi consecraverit, minimè tamen hinc seqvitur, ut primus fuerit ejus loci Episcopus. Imò ne ex consecrationis Ecclesiæ actu vicinus aliqvis Episcopus jus aliqvod in novam istam Hamburgensem Ecclesiam sibi arrogaret, sed ut ea tanqvam peculiaris Archiepiscopatus, posteà ibi instituendi sedes, libera permaneret, hâc potissimum de causa Imperator *Amalarium Episcopum Treverensem* ex longè dissitâ regione, nempe ex Germaniâ Cisrhenana, antiqvæ Galliæ Belgicæ parte, Hamburgum evocavit. Testatur hoc Imp. Ludovicus Pius in diplomate de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis his verbis; *Progenitor enim noster gloriosæ memoriæ Karulus* &c. *Pontificalem ibidem* [nempe Hamburgi in ultimâ Saxoniæ parte] *sedem fieri decrevit trans Albiam. Sed ne qvisqvam vicinorum Episcoporum hanc sibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus qvendam Episcopum Amalarium nomine direxit, qvi primitivam Ecclesiam ibidem consecraret.* Hæc Imp. Ludovicus Pius. Amalarius igitur jussu Imp. Caroli M. Hamburgensem Ecclesiam *Christi Salvatoris & Beatissimæ Matris ejus Mariæ* primus consecravit, &, peractâ consecrationis solennitate, ad Ecclesiam *Treverensem*, cujus Episcopus erat, reversus est. Imperator autem Carolus Ecclesiæ Hamburgensis ab Amalario consecratæ curam commisit presbytero cuidam *Heridago*, qvi à jam citato Autore Chorographicæ Descriptionis Ducatuum Slesvici & Holsatiæ falsò nuncupatur *secundus Hamburgensis Episcopus.* Nam ipse Imp. Ludovicus Pius in jam allegato diplomate testatur, Imp. Carolum M. *disposuisse qvidem, presbyterum Heridagum Hamburgi Archiepiscopum consecrari*, sed propositum hoc fuisse irritum, primumqve Hamburgensis Ecclesiæ Episcopum & Archiepiscopum à se creatum fuisse *S. Anscharium.* Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 9. 10. 15. 123. 124. 129. 160. 161. & passim alibi.

335 (beside "Progenitor enim noster...")

IV. Errorem *Henningii*, qvi in Opere Genealogico presbyterum *Heridagum* cognominat *Meiendorfium & Imp. Caroli Magni advocatum* indignum esse refutatione.

336 *A. Æ. C.* 812. *A. P. Jul.* 5525. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 5
An. Pontif. Leonis III. 17. *à d.* 26. *Decemb. an praced.*
An. Imp. Caroli M. à coronatione per Pontif. Leonem III. 12. *à d.* 25. *Decembr. an. praced.*
An. V. C. 5.

Vel hoc, vel feqventi anno [fecundum Adamum Brem. lib. 1. cap. 12. & Helmoldum lib. 1. cap. 3.] obiit presbyter *Heridagus*, qvem Imp. Carolus M. primum Urbis Hamburgenfis & omnium regionum feptentrionalium Arhiepifcopum *defignaverat*, hoc eft, ut ipfe Imp. *Ludovicus Pius* in diplomate fuo interpretatur, *confecrari difpofuerat*. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 9. 10. 124.

A. Æ. C. 813. *A. P. Jul.* 5526. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 6
An. Pontif. Leonis III. 18. *à d.* 26. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Caroli M. à. coronatione per Pontif. Leonem III. 13. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. V. C. 6.

Vel hoc, vel præcedenti anno [fecundum Adamum Brem. & Helmoldum] presbyter *Heri-*
337 *dagus* ante Imp. Carolum M. obiit. Vid. l. 1. Rer. Hamb. pag. 10. 124.

An. Æ. C. 814. *A. P. Jul.* 5527. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 7
An. Pontif. Leonis III. 19. *à d.* 26. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Caroli M. à coronatione per Pontif. Leonem III. 14. *à d.* 25. *Dec. an. praced. usq; ad an. current. d.* 28. *Jan. qvo obiit.*
An. Imp. Ludovici I. five Pii 1. *à morte patris five à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 7.

Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 11.

A. Æ. C. 815. *A. P. Jul.* 5528. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 8
An. Pontif. Leonis III. 20, *à d.* 26. *Decemb. an praced.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 2, *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 8.

* * *

A. Æ. C. 816. *A. P. Jul.* 5529. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 9
338 *An. Pontif. Leonis III.* 21. *à d.* 26. *Decemb. an. praced. usqve ad an. currentis d.* 12. *Jun. qvo obiit.*
An. Pontif. Stephani V. 1. *à d.* 22. *Junii vel d.* 3. *Jul. an. current.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 3. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 9.

* * *

A. Æ. C. 817. *A. P. Jul.* 5530. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 10
An. Pontif. Stephani V. 1, *à d.* 22. *Junii vel d.* 3. *Julii an. praced. usqve ad an. current. d.* 24. *vel* 25. *Jan. qvo obiit.*
An. Pontif. Pafchalis I. 1, *à d.* 27. *vel* 28. *Jan. an. current.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 4, *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. V. C. 10.

* * *

A. Æ. C. 818. *A. P. Jul.* 5531. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 11
An. Pontif. Pafchalis I. 2, *à d.* 27. *vel* 28. *Jan. an. current.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 5. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
A. V. C. 11.

* * *

---

339 *A. Æ. C.* 819. *A. P. Jul.* 5532. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 12
An. Pontif. Pafchalis I. 3. *à d.* 27. *vel* 28. *Januar. an. current.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 6, *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 12.

* * *

A. Æ. C. 820. *A. P. Jul.* 5533. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 13
An. Pontif. Pafchalis I. 4. *à d.* 27. *vel* 28. *Jan. an. current.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 7. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
A. V. C. 13.

* * *

A. Æ.

14 *A. Æ. C. 821. A. P. Jul. 5534. Indict. XIV. à d. 24 Sept. an. præced.*
An. Pontif. Paschalis I. 5. à d. 27. vel 28. Januar. an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 8, à d. 28. Januar. an. current.
A. V. C. 14.

* * *

15 *A. Æ. C. 822. A. P. Jul. 5535. Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.* 340
An. Pontif. Paschalis I. 6. à d. 27. vel 28. Januar. an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 9, à d. 28. Jan. an. current.
A. V. C. 15.

* * *

16 *A. Æ. C. 823. A. P. Jul. 5536. Indict. I. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Paschalis I. 7. à d. 27. vel 28. Jan. an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 10. à d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 16.

* * *

17 *A. Æ. C. 824. A. P. Jul. 5537. Indict. II. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Paschalis I. 8. à d. 27. vel 28. Januar. usqve ad ejusdem anni d. 14. Maji, qvo obiit.
An. Pontif. Eugenii II. 1. à d. 17. vel 19. Maji an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 11, à d. 28. Januar. an. current.
An. V. C. 17.

* * *

18 *A. Æ. C. 825. A. P. Jul. 5538. Indict. III. à d. 24. Sept. an. præced.* 341
An. Pontif. Eugenii II. 2. à d. 17. vel 19. Maji an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 12. à d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 18.

* * *

19 *A. Æ. C. 826. A. P. Jul. 5539. Indict. IV. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Eugenii II. 3. à d. 17. vel 19. Maji an. current.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 13. à. d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 19.

* * *

20 *A. Æ. C. 827. A. P. Jul. 5540. Indict. V. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Eugenii II. 4. à d. 17. vel 19. Maji, usqve (1) *ad ejusdem anni d. 11. August. qvo obiit.*
An. Pontif. Valentini 1. à d. 12. Aug. usqve ad d. 20. Septembr. qvo obiit.
An. Pontif. Gregorii IV. 1. à d. 24. Sept. qvo electus est. 342
An. Imp. Ludovici Pii 14. à d. 28. Jan.
An. V. C. 20.

(1) Vid. Baron. Annal. Eccl. Tom. IX. & Calvis. ad an. 827. Secundum Onuphrium autem Panvinium in Chronico Pontificum Romanorum obiit Eugenius II. d. 10. Decembris Valentinus successit d. 14. ejusdem mensis, obiit d. 22. Januarii seqventis anni 828. Gregorius IV. successit d. 26. ejusdem mensis. Sed Baroniana supputatio, qvam ipse hic secutus sum, sine dubio alteri præferenda est; qvippe cum eam tueantur omnes antiqvi scriptores, qvi illo ipso tempore vixerunt & res Francorum literis prosecuti sunt.

21 *A. Æ. C. 828. A. P. Jul. 5541. Indict. VI. à d. 24. Sept. an præced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 1. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 15. à d 28. Januar. an. current.
An. V. C. 21.

* * *

22 *A. Æ. C. 829. A. P. Jul. 5542. Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 2. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 16. à d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 22. 343

* * *

A. Æ. C. 830. A. P. Jul. 5543. Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. praced. 23
An. Pontif. Gregorii IV. 3. à d. 24. Sept. an. praced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 17. à d. 28. Januar. an. current.
An. V. C. 23.

* * *

A. Æ. C. 831. A. P. Jul. 5544 Indict. IX. à d. 24. Sept. an. praced. 24
An. Pontif. Gregorii IV. 4. à d. 24. Sept. an. praced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 18. à d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 24.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 1. ab ineunte autumno anni hujus currentis usqve ad ineuntem autumnum anni seqventis:
An. primi Archiepiscopi Hamburgensis S. Anscharii 1. ab ineunte autumno hujus anni.

Hoc anno sub principium autumni jussu Imp. *Ludovici Pii* habitus fuit in Ducatus Lucemburgensis urbe *Theodonis-villâ*, vulgò nunc *Theonville* & *Dietenhofen* dictâ, *generalis totius Imperii Romano-Germanici conventus*, in qvo jam memoratus Imper. ut patris sui & decessoris *Caroli M.* piæ voluntati satisfaceret, urbem *Hamburgensem* totius Septentrionis constituit *Metropolim*, primumqve novæ hujus sedis Metropolitanæ Archiepiscopum creavit & consecrari curavit *S. Anscharium*, monachum Benedictinum Corbejæ novæ ad Visurgim, per fratrem suum, *Drogonem* Episcopum Metensem, adstantibus Archiepiscopis *Ebbone Remensi, Hetti Trevirensi* & *Otgario Moguntino*, cum pluribus aliis Præsulibus; assistentibus qvoqve & speciatim consentientibus Episcopis *Hellingando* Ferdensi & *Willerico* Bremensi, qvibus anteâ tam à Carolo M. qvam Ludovico Pio Ecclesiâ Hamburgensis commendata fuerat. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 15. ubi pro anno 831. mendosè legitur 833. item pag. 125. 185 186. 270.

344

HUC ADDE.

I. De fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis & ordinatione primi Archiepiscopi *S. Anscharii* varias hactenus fuisse opiniones: & inter eas qvidem, ut veritati proximam, primo loco recensendam esse opinionem *Em. Cardinalis Baronii* Annal. Eccles.
345 Tom. IX. & *Sethi Calvisii* in magno Opere Chronologico, qvi originem illam Archiepiscopatus nostræ Urbis referunt ad an. Æ. C. 832. secuti sine dubio (1) antiqvissimam editionem *Hafniensem* Historiæ Eccles. Hamburgensis, ab Adamo Brem. conscriptæ, ubi l. 1. cap. 17. hæc leguntur: *Tunc Imperator* (sc. Ludovicus Pius) *cum Magnatibus S. Ansgario de salute gentium congratulatus, ingentes Christo gratias persolverunt. Habito igitur generali Sacerdotum consilio, pius Cæsar votum parentis implere cupiens, Hammaburg civitatem Transalbianorum, Metropolim statuit omnibus Barbaris nationibus, Danorum, Sveonum, itemqve Slavorum, & aliis conjacentibus in circuitu populis. Eiqve Cathedræ primum Archiepiscopum ordinari fecit Ansgarium. Hoc factum est anno Domini DCCCXXXII. qvi est Ludovici Imperatoris XVIII.* Hæc Adamus Bremensis. Qvi profectò aut ipse hic errat, aut librariorum culpâ corruptus est. Annus enim fundationis Archiepiscopatus Hamburgensis certum habet in privilegio Imp. *Ludovici Pii* characterem, qvi anno Æ C. 832. non convenit: *generalem* videlicet *totius Imperii conventum*, *in qvo* Imperator ait, *S. Anscharium per manus Drogonis Præsulis Metensis solenniter consecratum fuisse.* Ipsa Imp. Ludovici verba hæc sunt: *Nunc autem tam propter supra scripta Ecclesiastica lucra ingentibus demonstrata, qvam & propter votum pii genitoris nostri, ne qvid ejus imperfectum remaneat, statuimus unâ cum consensu Ecclesiastico præfatâ ultimâ in regione Saxonicâ trans Albiam in loco nuncupato Hammaburg cum universâ Transalbianorum Ecclesiâ, proprii vigoris constituere sedem Archiepiscopalem, cui & primum præesse atqve solenniter consecrari per manus Drogonis Metensis, & summæ sanctæ Palatinæ dignitatis Præsulis Ansgarium fecimus Archiepiscopum, adstantibus Archiepiscopis Ebbone Remensi, Hetti Treverensi & Otgaro Moguntiensi, cum plurimis aliis*
346 *generali in conventu totius imperii nostri præsulibus congregatis.* Hucusqve Imp. Ludovicus. Hic igitur audimus, *S. Anscharium* consecratum fuisse *in generali totius Imperii conventu.* At talis conventus anno Æ. C. 832. non fuit habitus, nec haberi potuit, qvod Imp. Ludovicus Pius, partim propter motus Bavaricos, partim per filii Pipini rebellionem, variis curis, variisqve molestis itineribus esset implicitus. Unde seqvitur, nec *S. Anscharium*

(1) Prodiit illa Hafniæ operâ Andreæ Severini Vellei an. 1579. in 4to.

scharium jam dicto anno 832. consecratum, nec *Archiepiscopatum Hamburgensem* fundatum fuisse. Idem præterea rectè colligitur *ex decimo octavo imperii Ludovici Pii anno*, qvi in omnibus Adami Bremensis editionibus cum anno ordinationis *S. Anscharii* conjungitur. Qvamvis enim anno 832. annus imperii Ludovici Pii *decimus octavus à Kal. Januar.* usqve ad ejusdem mensis diem *vigesimum octavum* respondeat, qvicqvid tamen ex eo die superest mensium & dierum illius anni, id omne ad annum Imp. Ludovici Pii *decimum nonum* pertinet.

II. *Secundam* de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis & ordinatione primi Archiepiscopi S. Anscharii opinionem esse *Alberti Crantzii*, qvi Metrop. lib. I. cap. 20. opinionem illam Archiepiscopatus nostræ Urbis refert ad annum Æ. C. 833. his verbis: *Igitur Ludovicus Imperator jam patris cœpta in consummationem producere annisus, cum sciret beati patris Anscharii præclara merita, qvod jam Aqvilonis Regna divini verbi illustrasset prædicatione, assumptum de Corbejensi cœnobio, magno Principum & Episcoporum habito conventu, per manus Episcoporum fecit Archiepiscopum Hamburgensem consecrari, subjiciens ejus ditioni omnia* 347 *Aqvilonis Regna, & qvicqvid ultra Albiam in Boream est situm populorum, Vandalos, Danos, Sveones, Noricos, & qvicqvid gentium est ex illo latere mundi, usqve in regionem novissimam mortalibus habitatam. Hæc est illa prima Hamburgensis metropolis per imperiale decretum constitutio de consilio Archiepiscoporum & Principum, qvos Wormaciam Imperator contraxit anno post natum Christum* (1) 833. *cum inibi sanctus pater ab Archiepiscopis Moguntino & Treverensi per manum Dragonis Episcopi Metensis consecraretur. Cui, qvod germanus esset Imperatoris, in eâ parte detulerunt, consentientibus Willerico Bremensi & Helingando Veidensi Episcopis, qvibus anteà fuit eâ provincia commendata.* Hæc Crantzius. Cui respondeo, nullum hoc anno 833. ab Imp. Ludovico Pio fuisse habitum *generalem conventum totius Imperii*, nec haberi potuisse, qvoniam is impiâ filiorum suorum conjuratione, & qvidem instinctu Episcoporum, continuè vexatus, & tandem die festo S. Joannis Baptistæ in *Campo mendacii* prope Basileam ignominiosè exautoratus, & captivus detentus est usqve ad mensem Martium anni seqventis. Unde certò seqvitur, S. Anscharium hoc anno non fuisse consecratum. Eqvidem haud me latet, ab antiqvo coætaneo autore vitæ Imp. Ludovici Pii c. 14. memoriæ traditum esse, qvod is anno 833. mense Majo, *Wormatiam* venerit, sed notandum est, qvod additur, ipsum eò non venisse *ad generalem conventum totius Imperii* & Archiepiscapatus Hamburgensis instituendi causâ, sed *cum validâ manu*, & *ut deliberaret, qvid sibi agendum foret contra rebelles filios, qvi jam copias suas* 348 *contra patrem conjunxerant.* Idem confirmat incertus Autor Annalium Francicorum à P. Pithœo editorum his verbis. *Anno 833. Imperator initio Qvadragesimæ Wormatiam venit, & ibi uxore revocata atqve exercitu congregato contra filios suos ad se venire volentes, in Alsatiam profectus, atqve ibi à suis desertus atqve proditus, & in filiorum potestatem redactus est.* Huc qvoqve facit argumentum à *decimo octavo anno imperii Ludovici Pii* desumptum, qvo contra *primam* opinionem de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis paulo ante usus sum.

III *Tertiam* de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis & ordinatione primi Archiepiscopi S. Anscharii opinionem esse eorum, qvi originem illam Archiepiscopatus nostræ urbis referunt ad annum Æ. C. 834. propter diploma ab Imp. *Ludovico Pio* eo anno promulgatum, qvod primo libro Rer. Hamb. pag. 121. subjunxi. Verumenimverò ad refellendam hanc opinionem haud magno opus est negotio. Etenim *S. Anscharius* consecratus fuit anno Imp. Ludovici Pii *decimo octavo*; annus autem Æ. C. 834. respectu *Iduum Maji* respondet anno Imperii ipsius *vigesimo primo.* Huc accedit, qvod æqvales illorum temporum scriptores testantur, Imp. *Ludovicum Pium* post injustam per filios abdicationem restitutum fuisse in integrum jam dicto anno 834. *sub principium mensis Martii.* Nam hoc concesso, seqvitur, si *S. Anscharius* illo anno consecratus est, contigisse istam consecrationem inter *principium mensis Martii* & *Idus Maji.* Illo autem temporis intervallo nullus fuit habitus *generalis conventus totius Imperii*: qvo negato, simul negatur *S. Anscharium* tunc temporis consecratum & Archiepiscopa- 349 tum Hamburgensem fundatum fuisse.

IV. *Tres* superiores opiniones, ut falsas, me improbare, earumqve in locum substituere *qvartam*, qvâ origo Archiepiscopatus Hamburgensis à me refertur ad annum Æ. C. 831. qvippe cui characteres temporis, qvi ab *Imp. Ludovico Pio* & *Adamo Brem.* supra citatis

(1) Sic qvoqve perperam legitur in utraqve editione Adami Brem. Lindenbrogiana l. 1. c. 17.

tis locis indicantur, ad unguem congruant. Qvod enim ad *Imp. Ludovicum Pium* attinet, is in diplomate suo testatur, S. Anscharium consecratum fuisse *in generali conventu totius imperii*, apud *Adamum* autem *Bremensem* lib. I. cap. 17. tam in primâ *Hafniensi*, qvam duplici *Lindenbrogianâ* editione, constanter legitur, id contigisse anno Imperii Ludovici *decimo octavo*. Unde rectissimè colligitur, *S. Anscharium* consecratum fuisse anno 831. Qvippe huic anno Æræ Christianæ respondet maximâ ex parte, nempe à d. 28. Januar. usqve ad finem, *decimus octavus* annus Imp. Ludovici Pii à morte patris Caroli M. sive die 28. Januar. anni Æ. C. 814. Cæterum de *generali totius imperii conventu* anno 831. habito insigne extat testimonium apud antiqvum coætaneum autorem vitæ Imp. Ludovici Pii cap. 13. his verbis: *Anno Domini* DCCCXXXI. *Paschalibus peractis solennibus, ad Ingelinheim Imperator perrexit. Ipso deniqve tempore, consuetæ non immemor misericordiæ (qvæ sicut de se ait Job, ab initio crevit cum illo, & de utero matris videtur cum ipso egressa) eos qvos dudum exigentibus meritis per diversa deputaverat loca, evocatos bonis propriis restituit: & si qvi adtonsi fuerant, utrum sic manere, an in habitum redire pristinum vellent, facultatem contribuit. Dehinc Imperator in partes Rumerici montis per Vosegum transiit; ibiqve piscationi atqve venationi qvamdiu libuit indulsit, & filium Lotharium*
350 *in Italiam direxit. Porro autumni tempore in Theodonis villam convenire generaliter suum populum præcepit: in qvo loco tres legati Saracenorum, à transmarinis venere partibus (qvorum duo Saraceni, unus Christianus fuit) afferentes suæ grandia munera patriæ, odorum scilicet diversa genera & pannorum. Qvi pace petitâ & acceptâ, remissi sunt. Affuit etiam & Bernhardus, qvi modo prædicto fugiendo se salvans, diu in finibus Hispaniæ exulaverat. Is ergo Imperatorem adiens, modum se purgandi ab eo qværebat more Francis solito, scilicet crimen objicienti semet objicere volens, armisqve impacta diluere. Sed cum accusator (licet qvæsitus) deesset, cessantibus armis, purgatio facta est juramentis. Præceperat porrò Imperator, ut huic placito filius ejus interesset Pipinus: sed ille conventui semet subtraxit; post placitum autem advenit.* Hucusqve ille. Qvod itaqve superest, etiam atqve etiam assero, qvod partim refutatione alienarum opinionum, partim probatione propria satis, ut arbitror, clarè solidèqve demonstravi, (1) Archiepiscopatum Hamburgensem fundatum fuisse *anno Æ. C.* 831. anno Imp. Ludovici Pii *decimo octavo*, sub principium *autumni*, in *conventu generali totius Imperii*, qvi habitus fuit in Ducatus Lucemburgensis urbe *Theodonis-villâ*, qvæ vulgò nunc *Theonville* & *dietenhofen* dicitur, & juxta Lotharingiæ fines inter *Divodurum Mediomatricorum* sive *Metz* ad meridiem & *Lucemburgum* versus septentrionem, qvatuor leucis sita est: *primumqve* Archiepiscopum Hamburgensem tunc temporis atqve illo loco solenniter consecratum fuisse *S. Anscharium* manu *Drogonis* Episcopi Metensis & fratris Imp. Ludovici Pii. Qvamvis autem, ut jam abunde probavi,
351 Archiepiscopatus Hamburgensis anno Æ. C. 831. fundatus fuerit, propter gravissimas tamen turbas, qvæ deinceps Æ. C. 832. & 833. secutæ sunt, *Diploma de confirmatione illius Archiepiscopatus & donatione monasterii Turbolt* non fuit ab Imp. Ludovico Pio promulgatum, nisi *tertio* post anno, nempe *Idibus Maji* anni Æ. C. 834. cum is post impiam per filios abdicationem in integrum esset restitutus, & Imperatoriæ Majest. fastigium recuperasset.

V. Ex jam dictis & copiose demonstratis certò constare, primum Hamburgensem Archiepiscopum ab Imp. Ludovico Pio constitutum fuisse *S. Anscharium*, ideoqve à *Sebastiano Munstero*, Cosmograph. lib. 3. pag. 742. falsò tradi, qvod *Hamburgi primum Metropolitam* [h. e. Archiepiscopum] *Carolus Magnus Heridagum constituerit.*

A. Æ. C. 832. A. P. Jul. 5545. Indict. X. à d. 24. Sept. an. præced.
An Pontif. Gregorii IV. 5. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 19. *à d. 28. Jan. an. current.*
A. V. C. 25.
An. Archiepiscopatus Hamb. 1, *ab ineunte autumno an. præced.*
An primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 1. *ab ineunte autumno an. præced.*

Imp. *Ludovicus Pius* partim propter motus Bavaricos, partim per filii Pipini rebellionem,
352 variis curis, variisqve molestiis itineribus implicitus, confirmando, qvem superiori anno instituerat, *Archiepiscopatui Hamburgensi* vacare non potuit.

A.

(1) Nota in Tabulis Chronologicis ad Historiam meam Literariam pertinentibus pro anno 831. perperam legi 833.

26 *A. Æ. C.* 833. *A. P. Jul.* 5546. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 6. *à d.* 24. *Septemb. an. praced.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 20. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 26.
An. Archiepiscopatus Hamb. 2. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 2. *ab ineunte autumno an. praced.*

Imperator *Ludovicus Pius* impiâ filiorum suorum conjuratione miserè vexatur, & tandem die festo S. Johannis Baptistæ *in campo mendacii* prope Basileam ignominiosè axautoratur & captivus detinetur usqve ad mensem *Martium* seqventis anni.

---

27 *A. Æ. C.* 834. *A. P. Jul.* 5547. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 7. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 21. *à d.* 28. *Jan. an. current:* 353
An. V. C. 27.
An. Archiepiscopatus Hamb. 3. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 3. *ab ineunte autumno an. praced.*

Imp. *Ludovicus Pius* post restitutionem suam in integrum, qvæ contigit sub principium mensis *Martii*, promulgavit *d.* 15. *Maji* diploma, qvo Archiepiscopatus Hamburgensis *tertio* abhinc anno, nempe A. Æ. C. 831. sub principium *autumni* fundatus, confirmatur, diœcesis ejus certis circumscribitur limitibus, & propter metum à persecutionibus paganorum, monasterium qvoddam Galliæ dictum *Turholt*, tanqvam refugii locus eidem assignatur. Clausula ejus diplomatis, qva supputatio temporis continetur ita se habet: *Data Idus Maji, anno XXI. Imperii Domini Hlodowici piissimi Augusti Indictione XII. Actum Aqvisgrani in Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen. Anno Domini Jesu Christi DCCCXXXIV.* Vid. lib. I. Rer. Hamb. pag. 15. 121. 127. ubi integrum illud extat diploma, qvemadmodum ab *Erpoldo Lindenbrogio* in Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 143. & 144. editum est. Cæterum qvoniam à Lindenbrogianâ istac editione non medio- 354
criter discrepat ejusdem diplomatis editio, qvæ extat in *Philippi Cæsaris Triapostolatu Septentrionis*, an. 1642. in 8vo. Col. Agripp. edito, operæ pretium me facturum arbitror, si hujus qvoqve posterioris editionis exemplum hic apposuero, ut qvilibet de utraqve editione suo arbitratu judicet.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus divina (1) *propitiante clementiâ Imperator Augustus, si specialibus cujusqve fidelium nostrorum necessitatibus* (2) *perspectis, subveniendum esse Imperialis auctoritas monstrat, qvanto magis ad debitam generalitatis providentiam aqvum dignumqve pertinet, ut* (3) *& Ecclesia Catholica atqve Apostolica, qvam Christus* (4) *suo pretioso sanguine redemit eamqve nobis tuendam regendamqve commisit, piam ac sollicitam in cunctis oporteat gerere curam; & ut in ejus* (5) *provectu vel exaltatione congruam* (6) *adhibeamus diligentiam, novis ad ejus necessitatem vel utilitatem atqve dignitatem pertinentibus rebus, nova imò necessaria & utilia provideamus constituta. Idcirco sancta Dei* 355
Ecclesia filiis, præsentibus scilicet & futuris, certum esse volumus, qvaliter divinâ ordinante gratiâ nostris in diebus, (7) *Aqvilonalibus in partibus, in* (8) *Gente videlicet Danorum sive Sveonum magnum cœlestis gratiæ prædicationis sive acqvisitionis patefecit ostium; ita ut multitudo hinc inde ad fidem Christi conversa Mysteria cœlestia Ecclesiasticaqve subsidia desiderabiliter expeteret. Unde Domino Deo nostro laudes immensas persolventes extollimus, qui nostris temporibus & studiis, sanctam Ecclesiam, sponsam videlicet suam, locis in ignotis finit dilatari atqve proficere. Qvamobrem unâ cum sacerdotibus cæterisqve Imperii nostri fidelibus, hanc Deo dignam cernentes causam valdè necessariam atqve futuræ Ecclesiæ dignitati proficuam: dignum duximus, ut locum aptum nostris in finibus evidentius eligeremus, ubi sedem* (9) *Episcopalem per hoc nostræ autoritatis præceptum statueremus; unde omnes illæ barbaræ nationes æter-* 356
næ vitæ pabulum facilius uberiusqve capere valerent, & sitientes salutis (1) *gratiâ, præ manibus*

(1) In edit. Lindenbrog. additur *favente &*.
(2) In edit. Lindenbr. legitur *prospectius* sine seqvente comınate.
(3) In edit. Lindenbr. deest *&*.
(4) In edit. Lindenbr. deest *suo*.
(5) In edit. Lindenbr. legitur *prospectu*.
(6) In edit. Lindenbr. legitur *exhibeamus*.
(7) In edit. Lindenbr. legitur *Aqvilonaribus*.
(8) In edit. Lindenbr. legitur *in gentibus videlicet Danorum, Sveonum, Norveorum, terræ Gronlandon, Hallingalandon, Islandon, Scredevindon & omnium septentrionalium & orientalium nationum.*
(9) In edit. Lindenbr. legitur *Archiepiscopalem*.
(1) In edit. Lindenb. legitur *gratiam*.

vel oculis haberent (1) inceſſanter, inſuper & magnorum progenitorum (2) ſacra lucrandi ſtudia
noſtris in diebus nunqvam deficerent, (3) Genitor etenim noſter glorioſæ memoriæ Karolus omnem
Saxoniam Eccleſiaſticæ religioni ſubdidit, jugumqve Chriſti usqve ad terminos Danorum atqve
Sclavorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit. Ubi inter has utrasqve Gentes (4) Dano-
rum videlicet ſive Wandalorum ultimam Saxoniæ partem ſitam, & diverſis periculis, temporali-
bus videlicet & ſpiritualibus, interjacentem (5) proſpiciens, Pontificalem ibidem ſedem fieri decre-
vit trans Albiam. Unde poſtquam (6) terra Nordalbingorum, laxatâ captivitate, qvam ob mul-
tam perfidiam in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam, per ſeptennium paſſi ſunt, nec locus ille à
barbaris invaderetur, Ecberto Comiti reſtituere præceperat, non jam vicinis, Epiſcopis locum il-
357 lum committere voluit. Sed ne qvisqvam eorum hanc ſibi deinceps Parochiam vindicaret, ex
remotis Galliæ partibus qvendam Epiſcopum Amalarium nomine direxit, qvi primitivam Eccle-
ſiam ibidem conſecraret. Sed & eidem Eccleſiæ ſacras reliqvias ac plura Eccleſiaſtica munera
piâ largitate ſpecialiter deſtinare curavit. Poſtmodum verò captivis optatam ad patriam un-
diqve confluentibus, eandem Parochiam cuidam Presbytero, (7) Heridac nomine, ſpecialiter
commendavit, qvem univerſæ (8) Nordalbingorum Eccleſiæ, (9) videlicet ne ad ritum relaberen-
tur Gentium, vel qvia locus ille lucrandis adhuc gentibus videbatur aptiſſimus, diſpoſuerat con-
ſecrari (1) Epiſcopum, ut (2) ipſa occaſione vel auctoritate ſummâ in ipſis terminis gentium, ſe-
dulitate prædicandi ſancta multiplicaretur Eccleſia, dum vicinorum ipſius novitatis Epiſcopo-
rum multæ latitudinis cura non ſufficiebat diſcurrere per omnia. Delegavit etiam eidem Pres-
358 bytero qvandam cellam (3) Hrodnace vocatam, qvatenus eidem loco periculis undiqve circumda-
to fieret ſupplementum. Sed qvia conſecrationem jam dicti viri velox ex hac luce tranſitus pii
genitoris noſtri (4) in diebus ejus fieri prohibuit: Ego autem, qvem divina clementia in ſedem
Regni ejus aſciverat, cum in multis Regni (5) diſponendis negociis inſiſterem, hoc qvoqve (6) præ-
dicti patris mei ſtudium, (7) Regni in finibus peractum minus cautè attenderem, ſuadentibus qvi-
busdam jam dictam cellam ad Indam Monaſterium contuli, vicinam verò Parochiam vicinis E-
piſcopis interim commendavi, nunc autem tam propter ſupra ſcripta Eccleſiaſtica lucra in Genti-
bus demonſtrata, qvam & propter votum pii genitoris noſtri, ne qvid ejus ſtudii imperfectum re-
maneat, ſtatuimus unâ cum conſenſu Eccleſiaſtico, præfatâ ultimâ in regione Saxonicâ trans Al-
biam in loco nuncupato Hammaburg cum univerſa (8) Nordalbingorum provincia Eccleſiæ pro-
prii vigoris conſtituere ſedem. Cui & primum præeſſe atqve ſolenniter conſecrari per manus
359 Drogonis Mettenſis & ſummæ Sanctæ Palatinæ dignitatis Præſulis, Anſgarium fecimus Archie-
piſcopum aſtantibus Archiepiſcopis Ebone Rhemenſi, Hetti Treverenſi & Otgario (9) Moguntia-
cenſi cum plurimis aliis generali in conventu totius Imperii noſtri Præſulibus congregatis, aſſi-
ſtentibus qvoqve ſpecialiter & conſentientibus atqve conſecrantibus, (1) Helingando ſive Wille-
rico Epiſcopis, à qvibus jam dictæ Parochiæ partes à nobis (2) ſibi olim commendatas recepimus.
Cui, videlicet Anſgario, (3) qvia præfatis in Gentibus hæc noſtris in diebus digniſſima in convoca-
tione gentilium vel redemtione captivorum monſtrata ſunt lucra, tam noſtra, qvam Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ Sedis auctoritate hanc Deo dignam in Gentibus commiſimus legationem, ac proprii
vigoris aſcribere decrevimus dignitatem. Et (4) ut hæc nova conſtructio, periculoſis in locis cæ-
pta, ſubſiſtere valeret, (5) nec prævalente barbarorum ſævitiâ deperiret, qvandam cellam Tur-
360 holt nuncupatam, tam huic novæ conſtructioni perenniter ſervituram, qvam (6) ſuæ ſucceſſorum-
qve ſuorum in Gentibus legationi ad noſtram noſtræqve ſobolis perpetuam mercedem, divinæ

(1)

(1) In edit. Lindenbr. deeſt *inceſſanter.*
(2) In edit. Lindenbr. additur *noſtrorum.*
(3) In edit. Lindenbr. legitur *Progenitor.*
(4) In edit Lindenbr. legitur *Danorum ſive Winedorum.*
(5) In edit. Lindenbr. legitur *perſpiciens.*
(6) In edit Lindenbr. legitur *terram.*
(7) In edit. Lindenbr. legitur *Heridag.*
(8) In edit Lindenbr. legitur *Transalbianorum.*
(9) In edit. Lindenbr. deeſt *videlicet* & pro *relaberentur gentium* legitur *relaberetur gentilium.*
(1) In edit. Lindenbr. legitur *Archiepiſcopum.*
(2) In edit. Lindenbr legitur *ipſi.*
(3) In edit. Lindenbr. legitur *Rodenach.*
(4) In edit. Lindenbr. deeſt *in diebus ejus.*
(5) In edit. Lindenbr. deeſt *diſponendis.*
(6) In edit. Lindenbr. legitur *prædictam.*
(7) In edit Lindenbr. legitur *velut Regni in finibus minus cautè attenderem, prædictam parochiam &c.*
(8) In edit. Lindenbr. legitur *Transalbianorum Eccleſiæ proprii vigoris conſtituere ſedem Archiepiſcopalem.*
(9) In edit. Lindenbr. legitur *Moguntienſi.*
(1) In edit. Lindenbr. legitur *Hellingando.*
(2) In edit. Lindenbr. additur *& à patre noſtro.*
(3) In edit. Lindenbr. hæc deſunt à v. *qvia* usqve ad v. *lucra.*
(4) Hic non pauca deſunt, qvæ extant in edit. Lindenb. *Et qvia caſus præteritorum &c.* usqve ad verba *occultare qveant.*
(5) In edit. Lindenbr. deſunt hæc verba, *nec prævalente barbarorum ſævitiâ deperiret.*
(6) In edit. Lindenbr. legitur *Archiepiſcopi.*

(1) *obtulimus Majestati.* (2) *Homines qvoqve qvi ejusdem Cellæ beneficia habere videntur, ab omni expeditione vel militia absolvimus, ut idem venerabilis Episcopus ad hanc Deo dignam peragendam in provisis temporibus legationem nullam in hoc patiatur impedimentum. Dona verò qvæ ex eadem Cellâ nostris partibus dare solebant, & nobis quoqve successoribusqve nostris similiter dari volumus. His exceptis majus minusve in convocatione paganorum, vel redemtione captivorum, sive ejusdem Sedis supplemento multimodis periculis circumdato, vel ibidem Deo militantium solatio, ob amorem Dei ac Beati Sixti Confessoris ejus, perpetuo delegamus. Res* (3) *qvoqve præfatæ Sedis &* (4) *præscripti Monasterii sub plenissimâ defensione & immunitatis tuitione volumus ut consistant* (5) *ac tueantur, ita ut nullus judex publicus aut alia qvalibet potestate publicâ prædita persona de eorum rebus freda, tributa, mansionaticos, vel paratas, aut teloneum, vel fidejussores tollere, aut homines ipsorum tam litos, qvam & ingenuos, super terram eorum manentes distringere; nec ullas publicas functiones, aut redibitiones, vel illicitas occasiones reqvirere vel exigere præsumat.* (6) *Sed liceat prædicto venerabili Episcopo suisqve successoribus, ac omni Clero sub eorum regimine constituto, qvietè in Dei servitio* (7) *degere, & pro nobis proleqve nostra, atqve statu totius Imperii* (8) *nostri, divinam misericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propria, subter eam firmavimus, &* (9) *annuli nostri impreßione signare jußimus.* (1) *Data Idus Maji, Anno Christo propitio, 21. Imperii Domini Ludovici piißimi Augusti, Indictione 12. Actum Aqvisgrani, Palatio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.* (2) 361

Eodem anno jussu Imp. *Ludovici Pii* Romam ad Summum Pontificem *Gregorium IV.* profectus est *S. Anscharius* cum duobus Episcopis *Rasoldo* sive *Ratolfo* & *Bernoldo* sive *Vornoldo*, nec non *Geroldo Illustrissimo Comite*, qvos honoris causa ab Imperatoriâ majestate adjunctos sibi itineris hujus habuit socios: impetratâqve Archiepiscopatus Hamburgensis confirmatione, cum *Archiepiscopali pallio* & titulo *Legati sedis Apostolicæ in omnibus regionibus septentrionalibus*, Hamburgum rediit. Huc ergò pertinet diploma Papæ Gregorii IV. qvod extat lib. 1. Rer. Hamb. pag. 128. 129. 130. 131. Videsis etiam ibid. pag. 15. 186. 270. 271. 362

28 A. Æ. C. 835. A. P. Jul. 5548. *Indict. XIII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 8. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 22. à d. 28. Jan. an current.
A. *V.* C. 28.
An. Archiepiscopatus Hamb. 4. ab ineunte autumno an. præced.
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 4. ab ineunte autumno an. præced.

* * *

29 A. Æ. C. 836. A. P. Jul. 5549. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. præced.* 363
An. Pontif. Gregorii IV. 9. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 23. à d. 28. Jan. an. current.
A. *V.* C. 29.
An. Archiepiscopatus Hamb. 5. ab ineunte autumno an. præced.
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 5, ab ineunte autumno an præced.

* * *

30 A. Æ. C. 837. A. P. Jul. 5550. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 10. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 24. à d. 28. Jan. an. current.
A. *V.* C. 30.
An. Archiepiscopatus Hamb. 6. ab ineunte autumno an. præced.
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 6. ab ineunte autumno an. præced.

* * *

(1) In edit. Lindenbr. legitur *offerimus.*
(2) Qvæcunqve hic seqvuntur à voce *Homines* usqve ad verba, *perpetuò delegamus,* desunt in edit. Lindenbr.
(3) In edit. Lindenbr. legitur *itaqve.*
(4) In edit. Lindenbr. legitur *jam dicti.*
(5) Qvæcunqve hic seqvuntur à verbis *ut consistant* usqve ad verba, *sed liceat,* desunt in edit. Lindenbr.
(6) In edit. Lindenbr. legitur *ut liceat prædicto venerabili Archiepiscopo.*
(7) In edit. Lindenbr. legitur *gerere.*
(8) In edit. Lindenbr. deest *nostri.*
(9) In edit. Lindenbr. legitur *sigilli.*
(1) In edit. Lindenbr. hic additur: *Signum Hludowici piissimi Imperatoris: Hirminmarus ad vicem Theodonis recognovi.*
(2) In edit. Lindenbr. hic additur *Anno Domini DCCC XXXIV.*

364 A. Æ. C. 838. A. P. *Jul.* 5551. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. praced.* 31
An. Pontif. Gregorii IV. 11. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 25. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
A. V. C. 31.
An. Archiepiscopatus Hamb. 7. *ab ineunte autumno anni praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 7. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

A. Æ. C. 839. A. P. *Jul.* 5552. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. praced.* 32
An. Pontif. Gregorii IV. 12. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Imp. Ludovici I. sive Pii 26. *à morte patris sive à d.* 28. *Jan. an current.*
A. V. C. 32.
An. Archiepiscopatus Hamb. 8. *ab ineunte autumno an praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 8. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

365 A. Æ. C. 840. A. P. *Jul.* 5553. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. praced.* 33
An. Pontif. Gregorii IV. 13. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Imp. Ludovici Pii à morte patris 27. *à d.* 28. *Jan. an. current. usque ad ejusd. anni d.* 20. *Jun. quo obiit.*
An. Imp. Lotharii 1. *ab obitu patris sive d.* 20. *Junii an. current.*
A. V. C. 33.
An. Archiepiscopatus Hamb. 9. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 9. *ab ineunte autumno an. praced.*

Imp. *Ludovicus Pius* obiit d. 20. Junii, relictis tribus filiis

Lothario qui successit in Imperio.

Ludovico primus ejus nominis Germaniae Rege. Hic est, qui lib. 1. pag. 25. respectu Patris Ludovici Pii Ludovicus II. *à me appellatur.*

Carolo cognomine Calvo, *primùm Rege tantum Galliae, deinde verò post fratris* Lotharii *filium* Ludovicum II. *Imperatore. Hic est, qui monasterium* Turholt, *Ecclesiae Hamburgensi, cui Imp.* Ludovicus Pius *illud donaverat, subtraxit, quia situm erat intra terminos Galliae, quae pro parte haereditatis paternae illi obvenerat. Vide l. 1. pag. 25. ubi pro* Ludovicus Pius *mendosè legitur* Carolus Magnus.

Vide lib. 1. pag. 24. 162.

366 A. Æ. C. 841. A. P. *Jul.* 5554. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 14. *à d.* 24. *Sept. an. praced.* 43
An. Imp. Lotharii 1. *à d.* 20. *Junii an. praced.*
A. V. C. 34.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 10. *ab ineunte autumno an. praced.*
An primi Archiepiscopi Hamburgensis S. Anscharii 10. *ab ineunte autumno an. praced.*

Bellum fraternum cœpit inter filios Imp. *Ludovici Pii* qua occasione monasterium Galliæ *Turholt*, quod jam dictus Imperator Hamburgensi Episcopatui donaverat, à *Carolo Calvo*, Galliæ Rege eidem fuit subtractum. Meminit hujus rei Pontifex *Nicolaus I.* in diplomate de confirmatione *Ramesloa*, lib. 1. Rer. Hamb. p 133. ut & S. Rembert. in Vitâ S. Anscharii cap. 18. & Gualdo cap. 44. Vid. lib. 1. pag. 25. ubi vers. 12. & 13. pro *Carolus Magnus* legendum est *Ludovius Pius.*

* * *

A. Æ.

35 *A. Æ. C.* 842. *A. P. Jul.* 5555. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 15. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Imp. Lotharii 2. *à d.* 20. *Junii an. praced.*
A. V. C. 35.
An Archiepiscopatus Hamb. 11. *ab ineunte autumno an. praced.* 367
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 11. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

36 *A. Æ. C.* 843. *A. P. Jul.* 5556. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Gregorii IV. 16. *à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An Pontif. Gregorii IV. 17. *à d.* 24. *Sept. an currentis usque ad ejus mortem, qua* (1) *sub finem hujus anni contigit.*
An. Imp. Lotharii 3. *à d.* 20. *Jun. an praced.*
A. V. C. 36.
An. Archiepiscopatus Hamb. 12. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 12. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

37 *A. Æ. C.* 844. *A. P. Jul.* 5557. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Sergii II. 1. *à d.* 10. *Febr. an. praced.*
An. Imp. Lotharii 4. *à d.* 20. *Jun. an. praced.*
An. V. C. 37.
An. Archiepiscopatus Hamb. 13. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 13. *ab ineunte autumno an. praced.* 368

* * *

38 *A. Æ. C.* 845. *A. P. Jul.* 5558. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Sergii II. 2. *à d.* 10. *Febr. an. current.*
An. Imp. Lotharii 5. *à d.* 20. *Junii an. praced.*
An. *V. C.* 38.
An. Archiepiscopatus Hamb. 14. *ab ineunte autumno an. praced.*
An primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 14. *ab ineunte autumno anni praced.*

Hamburgum, absente Præfecto Urbis *Viro illustri Comite Bernario*, à *Normannis*, classe piraticâ noctu per Albim subvectis ex improviso occupatur & ferro atqve igne funditus destruitur. *S. Anscharius* ægerrimè evadit, & per varia oberrando loca, in *Ferdensi* deniqve subsistit Episcopatu, impetratâqve à venerabili qvadam matronâ nomine *Ikiâ*, in prædio ipsius *Ramesloâ* sive *Ramsolâ* commorandi & cellæ exstruendæ veniâ, profugum Christianorum gregem recolligit. *Secundum* hoc fuit Urbis Hamburgensis excidium. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. p. 16. 17. 18. 19. 20. 24. 25. 45. 46. 133. 134. 188. 274.

* * *

An. Æ. C. 846. *A. P. Jul.* 5559. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 369
39 *An. Pontif. Sergii II.* 3. *à d.* 10. *Febr. an. praced.*
An. Imp. Lotharii 6. *à d.* 20. *Jun. an. praced.*
An. V. C. 39.
An. Archiepiscopatus Hamb. 15. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 15. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

40 *A. Æ. C.* 847. *A. P. Jul.* 5560. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Sergii II. 4. *à d.* 10. *Febr. usqve ad d.* 12. *Aprilis, qvo obiit.*
An. Pontif. Leonis IV. 1. *à d.* 12. *Aprilis.*
An. Imp. Lotharii 7. *à d.* 20. *Jun. an. praced.*
An. V. C. 40.
An. Archiepiscopatus Hamb. 16. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 16. *ab ineunte autumno an. praced.*

* * *

(1) Secundum Anastasium Biblioth. Annales Francorum, Baronium & Calvisium. At secundum *Onuphrium Panvinium* obiit Papa Gregorius IV. seqventi anno 844. d. 25. Januar.

370 A. Æ. C. 848. *A. P. Jul.* 5561. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 41
An. Pontif. Leonis IV. 2. *à d.* 12. *April. an. currentis.*
An. Imp. Lotharii 8. *à d.* 20. *Junii an. praeced.*
An. V. C. 41.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 17. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamburgensis S. Anscharii 17. *ab ineunte autumno an. praeced.*

* * *

A. Æ. C. 849. *A. P. Jul.* 5562. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 42
An. Pontif. Leonis IV. 3. *à d.* 12. *April.*
An. Imp. Lotharii 9. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
An. V. C. 42.
An. Archiepiscopatus Hamb. 18. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 18. *ab ineunte autumno an. praeced.*

Ad hunc annum pertinet Rescriptum Pontificis *Leonis IV.* ad *S. Anscharium* de Confirmatione Archiepiscopatus Hamburgensis, cujus principium est: *Quoniam Apostolicae dignitatis* &c. finis autem: *Data per manum Stephani Cancellarii sanctae Romanae Ecclesiae mense Martio,*
371 *Indictione XII.* Integrum hoc rescriptum extat in *Erpoldi Lindenbrogii* Syntagmate Scriptorum rerum Germanicarum septentrionalium inter Privilegia Archiecclesiae Hamburgensis pag. 146. his verbis :

Leo Episcopus servus servorum Dei beatissimo Anschario sanctae Hammaburgensis Ecclesiae Archiepiscopo, aeterna vitae beatitudinem. Quoniam Apostolicae dignitatis est, non solum Ecclesias fundare, sed & ab aliis Ecclesiarum spiritualibus architectis fundatas sublimare, dignum duximus, frater charissime, pro petitionis tuae voto aures debitae benignitatis tuae inclinare. Concedimus igitur, sicut à praedecessore nostro beato Gregorio concessum est, scilicet ut gentes Wimodiorum, Nordalbingorum, Danorum, Norwenorum, Svevorum, vel qvascunqve septentrionalium nationum jugo fidei praedicatione tua subdideris, ad sedem Hammaburgensem spirituali dominatione possideas & omnibus successoribus tuis ad
372 *eandem sedem perpetuò possidendas relinqvas. Decernimus qvoqve tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hammaburgensem, usum pallii in festis & temporibus, à praedecessore nostrò tibi denominatis, scilicet in Paschate, in Pentecoste, in Natale Domini, in Assumptione, in Nativitate, in Purificatione sanctae Mariae, in Natalitiis Apostolorum & dominicis diebus, & omnibus festis, in dioecesi tuâ celebribus. Ornari qvoqve caput tuum mitra, portari ante te crucem. Age ergo, frater beatissime, opus bonum, qvod incoepisti, nec desistas, donec perficias. Funda in locis oportunis Ecclesias, consecra presbyteros, & per disterminatos terminos ordina Episcopos, qvorum omnium tu Archiepiscopus existas, omnesqve supradictarum nationum amplius profuturi Episcopi, cum subjectis sibi plebibus tibi & omnibus successoribus tuis ad sedem Hammaburgensem perpetuâ subjectione & obedientiâ subjecti permaneant. Praetereà tibi & sanctae Hammaburgensi Ecclesiae, & omnibus successoribus tuis auctoritate Apostolicâ firmamus,*
373 *qvaecunqve Ecclesiae tuae jam à Christicolis traditae sunt, vel amplius delegata fuerint in parochiis, in praediis, in omnibus rebus mobilibus vel immobilibus, in mancipiis utriusqve sexus, ut ea Ecclesia praedicta inviolabili potestate perpetuò possideat. Si qvis autem contra hujus nostrae auctoritatis privilegium ire tentaverit, & qvoqvo modo in parte vel in toto frangere nisus fuerit, etiamsi sit Apostolicae dignitatis persona, aeterna excommunicatione cum Judâ traditore Domini pereat, nisi resipiscat, & Ecclesiae Hammaburgensi satisfaciat. Data per manum Stephani Cancellarii sanctae Romae Ecclesiae, mense Martio, Indictione XII.*

A. Æ. C. 850. *A. P. Jul.* 5563. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 43
An. Pontif. Leonis IV. 4. *à d.* 12. *April. an. current.*
An. Imp. Lotharii 10. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
A. *V.* C. 43.
An. Archiepiscopatus Hamb. 19. *ab ineunte autumno an. praeced.*
374 *An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii* 19. *ab ineunte autumno an praeced.*

* * *

A. Æ. C. 851. A. *P. Jul.* 5564. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 44
An. Pontif. Leonis IV. 5. *à d.* 12. *April. an. current.*
An. Imp. Lotharii 11. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
A. V. C. 44.

An.

An. Archiepiscopatus Hamb. 20. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 20. *ab ineunte autumno an. praeced.*

* * *

45 A. Æ. C. 852. A. P. Jul. 5565. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Leonis IV. 6. *à d.* 12. *April. an. current.*
An. Imp. Lotharii 12. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
A. *V.* C. 45.
An. Archiepiscopatus Hamb. 21. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 21. *ab ineunte autumno an. praeced.*

* * *

46 A. Æ. C. 853. A. P. Jul. 5566. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Leonis IV. 7. *à d.* 12. *April. an. current.* 375
An. Imp. Lotharii 13. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
A*n.* *V.* C. 46.
An. Archiepiscopatus Hamb. 22. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 22. *ab ineunte autumno anni praeced.*

* * *

47 A. Æ. C. 854. A. P. Jul. 5567. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Leonis IV. 8. *à d.* 12. *April. an. current.*
An. Imp. Lotharii 14. *à d.* 20. *Jun. an. praeced.*
A*n.* *V.* C. 47.
An. Archiepiscopatus Hamb. 23. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 23. *ab ineunte autumno an. praeced.*

* * *

48 A. Æ. C. 855. A. P. Jul. 5568. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
A*n. Pontif. Leonis IV.* 9. *à d.* 12. A*pril. usqve ad d.* 17. *Julii, qvo obiit.*
(1) A*n. Pontificis Benedicti III.* 1. *à consecratione, seu d.* 29. *Sept. an. currentis secundum Onuphr. Panvin. in Chron. Pontif. Roman.* 376
An. Imp. Lotharii 15. *à d.* 20. *Jun. an. praeced. usqve ad d.* 28. *Sept. an. current. qvo obiit.*
A*n. Imp. Ludovici II.* 1. *à d.* 28. *Sept. an. current.*
A*n.* *V.* C. 48.
A*n.* A*rchiepiscopatus Hamb.* 24. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. primi* A*rchiepiscopi* H*amb. S.* A*nscharii* 24. *ab ineunte autumno an. praeced.*

(1) Notandum est, inter obitum Pontif. *Leonis VI* & initium Pontif. *Benedicti III.* vulgò hic inferi ineptissimam simulatqve impudentissimam fabulam de *Joannâ Papissâ*, qvæ contra validissimam omnium ejusdem seculi scriptorum autoritatem, & contra certissimam simul atqve evidentissimam demonstrationem Chronologicam, Pontificem Romanum per *annos* 2. *menses* 5. & *dies qvatuor* mentito sexu egisse dicitur.

49 A. Æ. C. 856. A. P. Jul. 5569. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
A*n. Pontif. Benedicti III.* 2. *à consecratione seu d.* 29. *Sept. an. current.*
A*n. Imp. Ludovici II.* 1. *à d.* 28. *Sept. an. praeced.*
A*n.* *V.* C. 49.
A*n.* A*rchiepiscapatus* H*amb,* 25. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. primi* A*rchiepiscopi* H*amb. S.* A*nscharii* 25. *ab ineunte autumno an. praeced.* 377

* * *

05 A. Æ. C. 857. A. P. Jul. 5570. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
A*n. Pontif. Benedicti III.* 3. *à consecratione seu d.* 29. *Sept. an. currentis.*
A*n. Imp. Ludovici II.* 2. *à d.* 28. *Sept. an. praeced.*
A*n.* *V.* C. 50.
A*n.* A*rchiepiscopatus* H*amb.* 26. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. primi* A*rchiepiscopi* H*amb. S.* A*nscharii* 26. *ab ineunte autumno an. praeced.*

* * *

A.

A. Æ. C. 858. A. P. Jul. 5571. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an præced.* 51

An. *Pontif. Benedicti III.* 3. *à consecratione seu d.* 29. *Sept. an. præced. usqve ad* (1) *d.* 8. *April. an. currentis, qvo obiit.*

An. *Pontif. Nicolai I.* 1. *à d.* 24. *Aprilis.*

An. *Imp. Ludovici II.* 3. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*

An. *V. C.* 51.

378 An. *Archiepiscopatus* Hamb. 27. *ab ineunte autumno an. præced.*

An. *primi* Archiepiscopi Hamb. *S. Anscharii* 27. *ab ineunte autumno an. præced.*

An. *conjunctionis Ecclesiarum* Hamburgensis *&* *Bremensis* 1. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*

Huc pertinet (2) Pontificis *Nicolai I.* diploma *de conjunctione Ecclesiarum* Hamburgensis *& Bremensis*, ita ut Episcopatus Bremensis in Hamburgensem Archiepiscopatum transfunderetur, & metropolitana dignitas penes Hamburgum remaneret. Sic igitur hoc anno *S. Anscharius*, qvi hactenus Hamburgensis tantum fuerat Archiepiscopus, Bremensi præfuerat: consentiente etiam *Gunthario* Coloniensi Archiepiscopo, ad qvem Episcopatus Bremensis, tanqvam suffraganeus, prius pertinuerat. Diplomatis illius magna pars extat in Vita S. Anscharii è *Remberto* conscriptâ cap. 20. Integrum autem edidit illud in Metropoli suâ *Albertus Crantzius* lib. 1. 38. & 39. ut & *Philippus Cæsar* in Appendice Triapostolatus Septentrionis pag. 182. Sed notandum est, utrobiqve pro *Ludovici II. anno* 3. perperam istic *an.* 15. & pro *Indictione IV.* æqvè male *Indict. XII.* legi. Similter apud Adamum
379 Bremens. lib. 1. cap. 27. pro *anno ab ordinatione Archiepiscopi* [S. Anscharii] *XXVII.* minus rectè in primâ qvidem editione (3) Hafniensi Andreæ Severini Vellei *anno XXIX.* in (4) duplici autem Erpoldi Lindenbrogii editione *anno* XXVIII. legitur. Seqvitur nunc ipsum diploma:

Nicolaus Episcopus, servus servorum Dei, omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, præsentis temporis scilicet & (5) futuris. Qvisqvis Dominum & Redemtorem nostrum Jesum Christum de sinu Patris ad terram pro demonstranda cordibus hominum verâ & certâ fide descendisse non dubitat, profectò non ignorat, omnes, qvi ejusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & praeipuè Nos, qvi per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum (6) retinemus hominibus debere lucrandis insistere, & per universos Gentes verbi semina serere, & solatio serentibus ministrare. Nunc autem qvia Ludovicus sublimissimus Rex per Salomonem venerabilem Episcopum civitatis Constantiæ nostro studuit Apo-
380 *stolatui intimare, qvod piæ memoriæ Ludovicus Imperator genitor suus qvendam monachum, nomine Anscharium, de monasterio Corbeia tulisset, & collocasset eum juxta Albiam fluvium in confinibus Danorum & Slavorum, (7) sive Saxonum, in castello Hammaburg, inter duos Episcopatus, (8) Bremen & Verde, de qvibus tollens Ecclesias & decimas ad sustentationem provehendi (9) jam fati Episcopi Clericorumqve ejus condonasset in prædicto loco annuente ac solemnia Sedis Apostolicæ privilegia præbente prædecessore nostro Beatæ memoriæ Papâ Gregorio: cujus etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo Sedes constituta est Archi-Episcopalis, in castello superius memorato Hammaburg; & in eadem qvoqve Sede Archi-Episcopus, accepto à Sede Apostolicâ Pallio primus est ordinatus Ansgarius, cui à præfato Pontifice delegata est cura seminandi Verbum Dei & animas lucrandi Deo, cujus delegationis*
381 *& auctoritatis & Pallii acceptionis pagina nobis est à præfato Filio nostro Ludowico Rege per jam dictum Salomonem sanctissimum Episcopum destinata, juxta morem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ebullata; per cujus tenorem pagina hæc ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis jam præfati Regis per fidelem virum Salomonem scilicet Episcopum intimavit. Unde nos vestigia tanti Pontificis & prædecessoris nostri seqventes Gregorii, omnemqve (1) ibidem Deo dignam statutam providentiam agnoscentes, magnorum principum votum, Ludovici videlicet divæ recordationis Augusti, & æqvivoci ejus filii excellentissimi Regis, tam hujus Apostolicæ auctoritatis præcepto, qvam etiam Pallii datione, more prædecessorum (2) roborare decrevimus, Qvatenus tantâ fundatus auctoritate prænominatus Ansgarius primus Nordalbingorum Archi-Episcopus, & post ipsum successores ejus lucrandis plebibus insistentes adversus tentamenta diaboli validiores existant; Ipsumqve filium nostrum jam dictum Ansgarium (3) Legatum in omnibus circum-*

(1) Secundum Onuphrium. At secundum Baronium d. 16. Febr.

(2) Vide lib. 1. Rer. Hamb p. 25. 26. 201. 202. 203. 204. 205. 280. 281. 282. 283. 284.

(3) Hafniæ an. 1579. in 4to.

(4) Lugd. Bat. an. 1595. in 4to. & Francof. an. 1609. in folio.

(5) In editione Albert. Crantzii, qvæ extat Metropol. lib. 1. cap. 38. & 39. legitur *futuri, Salutem & Apostolicam benedionem.*

(6) In edit. Crantz. legitur *tenemus.*

(7) In edit. Crantz. legitur *Saxonumqve.*

(8) Crantz. *Bremen & Verden.*

(9) Crantz. *causa præfati.*

(1) Crantz. *ibi.*

(2) Crantz. *nostrorum.*

(3) In edit. Crantz. deest *Legatum.*

Circumqvaqve Gentibus (1) Sveonum sive Danorum, nec non etiam Slavorum vel in cæteris, ubicunqve
illis in partibus constitutis divina pietas ostium apperuerit, publicam Evangelizandi tribuimus auctori- 382
tatem, ipsamqve Sedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honorem sancti Salvatoris (2) san-
ctæqve ejus intemeratæ genitricis semper Virginis Mariæ consecratam, Archi-Episcopalem deinceps esse
decernimus: Atqve ut strenui prædicatoris Episcopi, post (3) discessum crebrò dicti Ansgarii Archi-Epi-
scopi, persona tantoqve officio apta eligatur semper successio, sub divini judicii obtestatione statuimus. Ve-
rùm qvia Karolus Rex, frater sæpe dicti Regis Ludovici, post (4) discessum Imperatoris patris sui piæ
memoriæ Ludovici, abstulit à præfato loco, qvi dicitur Hammaburg, Monasterium qvod appellatur Tur-
holt, utpote qvod post partitionem inter fratres suos in Regno suo conjacere videbatur, situm in occiden-
tali Francia, qvod illic genitor suus ad supplementum & victum Episcopo & Clericis ejus dederat; cæpe-
re, sicut fertur, omnes ministri Altaris recedere, deficientibus qvippe necessariis sumtibus, ab ipsis reces- 383
serunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio per hujusmodi factum defecit: ipsaqve Metropolis Ham-
maburg penè deserta facta est. Igitur dum hæc agerentur, mortuus est (5) Bremensis Episcopus, qvæ
huic contigua esse dicitur: cumqve sæpe dictus Rex, & hanc Diœcesin vacantem, & illam novellam in-
stitutionem (6) deficientem, insuper & utramqve hanc Ecclesiam, Dei permittente occulto judicio, per
barbarorum sævitiam admodum attenuatam, qværere cæpit, qvaliter prædicta Bremensis Ecclesia (7)
prædictæ qvoqve novellæ Archiepiscopali uniretur, ac subderetur Sedi, nostro hoc votum roborante decre-
to: Unde persæpe nominatum (8) Missum, Salomonem videlicet Constantiæ civitatis Episcopum, nobis
confirmandum ac postulatum est nostrâ auctoritate roborandum. Nos igitur id subtili perpendentes exa-
mine (9) animo advertimus propter instantem necessitatem & animarum lucra in Gentibus demonstra-
ta utile fore. Omnia enim, qvæ proficua Ecclesiæ probantur existere, & divinis non resultant præce- 384
ptionibus, licita & facienda esse non (1) dubitamus: maximè in tam novellæ Christianitatis plantatio-
ne, in qva varii solent eventus contingere. Qvamobrem (2) omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolo-
rum Petri ac Pauli, & hoc nostro decreto (3) decernimus secundum Reverendissimi (4) Ludovici votum,
ipsas prædictas Diœceses Hammaburgensem & Bremensem scilicet, non deinceps duas, sed unam esse &
vocari, subdiqve sedi qvæ prædecessoris nostri decreto Archiepiscopali est munere sublimata, restitutâ dun-
taxat de Bremensis Ecclesiæ rebus Episcopatui Verdensi parte inde ante ablatâ. Nullus verò Archiepi-
scopus Coloniensis (5) ullam sibi deinceps in eadem Diœcesi vindicet potestatem: Qvinimo & (6) ipsis &
omnibus omninò suademus veræ religionis cultoribus, ut sacrâ hac Legatione fungentibus adjutorio &
solatio sint; qvatenus gratia hujus beneficii plenam mercedem recipere mereantur ab eo, qvi dixit: Ite, 385
docete omnes Gentes, & qvicunqve receperit vos, me recipit. Itaqve omnia à dilecto Filio nostro Rege
Ludowico ad hoc Deo dignum officium deputata, nostrâ etiam pia ejus vota auctoritate firmamus. Et
qvia casus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem qvoqve adversantem vel contradicentem
atqve (7) piis nostris his studiis qvolibet modo insidiantem, Anathematis mucrone percutimus, atqve per-
petuæ ultionis reum diabolica sorte damnamus: at culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum,
causamqve Dei (8) pro affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus. Et qvia te,
charissime Fili Ansgari, divina clementia novâ in Sede primum disposuit esse Archiepiscopum, nosqve
Pallium tibi ad Missarum solemnia celebranda tribuimus, qvod tibi in diebus tuis, uti & Ecclesiæ tuæ
perpetuò statu manentibus privilegiis, uti largimur. (9) Qvocirca hujus indumenti honor morum à te
vivacitate servandus est. Si ergo pastores ovium sole geluqve pro gregis sui costodia, ne qva ex eis aut
errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus (1) rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; 386
qvanto sudore qvantâqve curâ debeamus esse pervigiles nos, qvi Pastores animarum dicimur, attenda-
mus, (2) & ne susceptum officium in terrenis negotiis aliqvatenus implicare (3) debeamus, admonemus.
Vita itaqve tua Filiis tuis sit via: in ipsâ, si qva (4) tortitudo illis inest, dirigant: in ea, qvod imiten-
tur aspiciant, in ipsa se semper considerando, proficiant, ut tuum post Deum videatur esse bonum, qvod
vixerint. Cor ergò tuum neqve prospera, qvæ temporaliter blandiuntur, extollant, neqve adversa deji-

 ciant:

(1) Crantz. *Sveorum.*
(2) In edit. Crantz. deest *Sanctaqve.*
(3) Crantz. *decessum.*
(4) Crantz. *decessum.*
(5) In edit. Crantz. hic rectè additur *Diœcesos.*
(6) Inferendum hic ex Crantz. edit. *cerneret.*
(7) In edit. Crantz. hic legitur *novella dicta Archi-Episcopali* &c.
(8) Inferendum hic ex edit. Crantz. *venerabilem.*
(9) Crantz. *animadvertimus.*
(1) Crantz. *dubitavimus.*
(2) Inferendum hic est ex edit. Crantz. *autoritate.*
(3) Crantz. *decrevimus.*
(4) Inferendum hic ex edit. Crantz. *Regis.*
(5) Crantz. *illam.*
(6) Crantz. *ipsi.*
(7) In edit. Crantz. deest *piis.*
(8) In edit. Crantz. rectè legitur *pio.*
(9) Crantz. *Idcirco.*
(1) In edit. Crantz. omissum est *rapiatur.*
(2) In edit. Crantz. post *attendamus* nova seqvitur periodus. Sed legendum videtur: *animarum dicimur, Attendas, & ne* &c. *debeas admonemus.*
(3) Crantz. *debeas.*
(4) In edit. Crantz. perperam legitur *fortitudo.*

ciant: districtum mali cognoscant, pium benevoli sentiant, insontem apud te culpabilem malitia aliena non faciat, reum gratia non excuset, viduis ac pupillis injustè oppressis defensio tua subveniat. Ecce, Frater Charissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotii, ista sunt Pallii, quæ si studiosâ servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Veruntamen ista omnia superius annexa ab Apostolica Sede
387 *Beatitudini tuæ indulta agnosce, si à fide & decretis Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ in nullo penitus* (1) *declines: Quod si à fide & institutis aut sanctionibus te tanto sublimantis honore Sedis Apostolicæ declinare studiosè præsumseris, his nostris tibi collatis careas beneficiis. Porrò te Pallio uti non nisi more Sedis concedimus Apostolicæ, scilicet, ut successores tui per semetipsos vel per legatos suos &* (2) *scriptum, fidem nobiscum tenere, at sanctas sex Synodos recipere, atque decreta omnium Romanæ Sedis Præsulum, & Epistolas, quæ sibi delata fuerint, venerabiliter observare atque perficere omnibus diebus suis scripto se & juramento profiteatur. Scriptum per manum Zachariæ Notarii* (3) *Regionarii & Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, Indictione duodecima. Benè valete. Data pridie Calend. Junii, per manum Tiberii Primicerii Sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domino piissimo*
388 *Augusto Ludovico à Deo coronato magno Imperatore, anno quinto decimo, Indictione duodecima.*

A. Æ. C. 859. A. P. *Jul.* 5572. *Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.* 52
An Pontif. Nicolai I. 2. à d. 24. April. an. præced.
An. Imp. Ludovici II. 4. à d. 28. Sept. an. præced.
A. *V. C.* 52.
An. Archiepiscopatus Hamb. 28. ab ineunte autumno an. præced.
An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 28. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 2. d. 31. Maji an. currentis.

* * *

A. Æ. C. 860. A. P. *Jul.* 5573. *Indict. VIII. à d. 24. Sept. an præced.* 53
An. Pontif. Nicolai I. 3. à d. 24. April.
An. Imp. Ludovici II. 5. à d. 28. Sept. an præced.
An. *V. C.* 53.
An. Archiepiscapatus Hamb. 29. ab ineunte autumno an. præced.
389 *An. primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 29. ab ineunte autumuo an. præced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 3. à d. 31. Maji an. current.

* * *

A. Æ. C. 861. A. P. *Jul.* 5574. *Indict. IX. à d. 24. Sept. an. præced.* 54
An. Pontif. Nicolai I. 4. à d. 24. April.
An. Imp. Ludovici II. 6. à d. 28. Sept. an. præced.
An. *V. C.* 54.
An. Archiepiscopatus Hamb. 30. ab ineunte autumno an. præced.
An primi Archiepiscopi Hamb. S. Anscharii 30. ab incunte autumno an. præced.
An. *conjunctione Eccles. Hamb. & Brem. 4. à d. 31. Maji an. current.*

* * *

A. Æ. C. 862. A. P. *Jul.* 5575. *Indict. X. à d. 24. Sept. an. præced.* 55
An. Pontif. Nicolai I. 5. à d. 24. April.
An. Imp. Ludovici II. 7. à d. 28. Sept. an. præced.
An. *V. C.* 55.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 31. ab ineunte autumno an. præced.
390 *An. primi Archiepiscopi Hamburgensis S. Anscharii 31. ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 5. à d. 31. Maji an. current.

Ad hunc annum pertinet *Pontificis Nicolai I. diploma de Confirmatione Ramesloæ*, qvod extat libro primo Rer. Hamb. à pag. 131, usqve ad p. 138. Notandum autem est, tam ibi, qvam apud Erpoldum Lindenbrogium in Privilegiis Archi-Ecclesiæ Hamburgensis, in fine ejus pro *Indictione X bis* perperam legi *Indict. XII.*

* * *

A. Æ. C. 863. A. P. *Jul.* 5576. *Indict. XI. à d. 24. Sept. an. præced.* 56
An. Pontif. Nicolai I. 6. à d. 24. April.

An.

(1) Crantz. *deviaveris.*
(2) Crantz. *scriptam fidem.*
(3) Inedit. Crantz. deest *Regionarii & Scriniarii.*

An. Imp. Ludovici II. 8. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
An. *V. C.* 56.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 32. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. primi Archiepiſcopi Hamb. S. Anſcharii 32. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſiæ Hamb. & Brem. 6. *à d.* 31. *Maji an. current.*

* * *

57 A. Æ. C. 864. A. P. *Jul.* 5577. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Nicolai I. 7. *à d.* 24. *April.* 391
An. Imp. Ludovici II. 9. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
A. *V. C.* 57.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 33. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. primi Archiepiſcopi Hamb. S. Anſcharii 33. *ab ineunte autumno an præced.*
An Conjunctionis Eccleſ. Hamb. & Brem. 7. *à d.* 31. *Maji an. current.*

* * *

58 A. Æ. C. 865. A. P. *Jul.* 5578. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Nicolai I. 8. *à d.* 24. *April.*
An. Imp. Ludovici II. 10. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
A. V. C. 58.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 34. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. primi Archiepiſcopi Hamb. S. Anſcharii 34. *ab ineunte autumno an. præced. uſqve ad d.* 3. *Februarii anni currentis, qvo obiit.*
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 8. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. ſecundi Archiep. Hamb. S. Remberti 1. *à morte S. Anſcharii, ſive d.* 3. *Febr. anni currentis.* 392

De obitu S. *Anſcharii* & ſucceſſione *S. Remberti* vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 27. 236. 237. 238. 321. & deinceps.

59 A. Æ. C. 866. A. P. *Jul.* 5579. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Nicolai I. 9. *à d.* 24. *April.*
An. Imp. Ludovici II. 11. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
A. *V. C.* 59.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 35. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſiæ Hamb. & Brem. 9. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An ſecundi Archiepiſcopi Hamb. S. Remberti 2. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

60 A. Æ. C. 867. A. P. *Jul.* 5580. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Nicolai I. 10. *à d.* 24. *April. uſqve ad d.* 12. *Novemb. qvo obiit.*
An. Pontific. Hadriani II. 1. *à d.* 14. *Decembr. qvo conſecratus eſt.*
An. Imp. Ludovici II. 12. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
An. *V. C.* 60. 393
An. Archiepiſcopatus Hamb. 36. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſ. Hamb. & Brem. 10. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. ſecundi Archiepiſcopi Hamb. S. Remberti 3. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

61 A. Æ. C. 868. A. P. *Jul.* 5581. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Hadriani II. 1. *à d.* 14. *Decemb. an. præced.*
An. Imp. Ludovici II. 13. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
An. *V. C.* 61.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 37. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſ. Hamb. & Brem. 11. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. ſecundi Archiepiſcopi Hamb. S. Remberti 4. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

62 A. Æ. C. 869. A. P. *Jul.* 5582. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Hadriani II. 2. *à d.* 14. *Decemb. an. præced.* 394
An. Imp. Ludovici II. 14. *à d.* 28. *Sept. an. præced.*
An. *V. C.* 62.

An. Archiepiscopatus Hamb. 38. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 12. à d. 31. Maji an. currentis.
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 5. à d. 3. Febr. an. current.

* * *

A. Æ. C. 870. A. P. Jul. 5583. Indict. III. à d. 24. Sept. an. praced. 63
An. Pontif. Hadriani II. 3. à d. 14. Decemb. an. praced.
An. Imp. Ludovici II. 15. à. d. 28. Sept. an. praced.
An. V. C. 63.
An. Archiepiscopatus Hamb, 39. ab ineunte autumno an. praced.
395 An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 13. à d. 31. Maji an. current.
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 6. à d. 3. Febr. an. current.

* * *

A. Æ. C. 871. A. P. Jul. 5584. Indict. IV. à d. 24. Sept. an. praced. 64
An. Pontif. Hadriani II. 4. à d. 14. Decemb. an. praced.
An. Imp. Ludovici II. 16. à d. 28. Sept. an. praced.
An. V. C. 64.
An. Archiepiscopatus Hamb. 40. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Bremens. 14. à d. 31. Maji an. currentis.
An secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 7. à d. 3. Febr. an. current.

* * *

A. Æ. C. 872. A. P. Jul. 5585. Indict. V. à d. 24. Sept. an. praced. 65
An. Pontif. Hadriani II. 5. à d. 14. Decembr. an. praced. usqve ad anni currentis Kal. No-
396 vembr. qvibus obiit.
An. Pontif. Joannis VIII. 1. à d. 14. Decemb. an. current,
An. Imp. Ludovici II. 17, à d. 28. Sept. an. praced.
A. V. C. 65.
An. Archiepiscopatus Hamb. 41. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 15. à d. 31. Maji an. current.
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 8. à d. 3. Febr. an. current.

* * *

A. Æ. C. 873. A. P. Jul. 5586. Indict. VI. à d. 24. Sept. an. praced. 66
An. Pontif. Joannis VIII. 1. à d. 14. Decembr. an. praced.
An. Imp. Ludovici II. 18. à d. 28. Sept. an. current.
A. V. C. 66.
An. Archiepiscopatus Hamb. 42. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 16. à d. 31. Maji an. current.
397 An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 9. à d. 3. Febr. an. current,

* * *

A. Æ. C. 874. A. P. Jul. 5587. Indict. VII. à d. 24. Sept. an. praced. 67
An. Pontif. Joannis VIII. 2. à d. 14. Decembr. an. praced.
An. Imp. Ludovici II. 19. à d. 28. Sept. an. praced,
A. V. C. 67.
An. Archiepiscopatus Hamb. 43. ab ineunte autumno an. praced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 17. à d. 31. Maji an. currentis,
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 10, à 2. Feb. an. current.

* * *

A. Æ. C. 875. A. P. Jul. 5588. Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. praced. 68
An. Pontif. Joannis VIII. 3. à d. 14. Decembr. an. praced.
398 An. Imp. Ludovici II. 20. à d. 28. Sept. an. praced. usqve ad an. currentis diem 31. Augusti, qvo obiit.
An. Imp. Caroli II. sive Calvi 1. ad d. 25. Decemb. qvo à Pontif. Joanne coronatus est.
A. V. C. 68.

An.

An. *Archiepiscopatus Hamb.* 44. *ab ineunte autumno anni praeced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 18. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti* 11. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

69 A. Æ. C. 876. A. P. *Jul.* 5589. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. *Pontif. Joannis VIII.* 4. *à d.* 14. *Decemb. an. praeced.*
An. *Imp. Caroli II. sive Calvi* 1. *à d.* 25. *Decembr. an praeced.*
A. V. C. 69.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 45. *ab ineunte autumno an praeced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 19. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti* 12. *à d.* 3. *Febr. an. current.* 399

* * *

70 A. Æ. C. 877. A. P. *Jul.* 5590. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. *Pontif. Joannis VIII.* 5. *à d.* 14. *Decemb. an. praeced.*
An. *Imp. Caroli II. sive Calvi* 2. *à d.* 25. *Decemb. an. praeced. usque ad an. current. d.* 5. *vel* 6. *Octobr. quorum alterutro obiit.*
An. *Imp. Ludovici III. sive Balbi, à morte patris sive d.* 6. *Octob. an. current.*
A. V. C. 70.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 46. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 20. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti* 13. *à d.* 3. *Febr. anni currentis.*

* * *

71 A. Æ. C. 878. A. P. *Jul.* 5591. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 400
An. *Pontif. Joannis VIII.* 6. *à d.* 14. *Decemb. an. praeced.*
An. *Imp. Ludovici III. sive Balbi* 1. *à d.* 6. *Octob. an. praeced.*
A. V. C. 71.
An. *Archiepiscopatus Hamburgensis* 47. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Brem.* 21. *à d.* 31. *Maji an current.*
An *secundi Archiepiscopi Hamburgensis S. Remberti* 14. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

72 A. Æ. C. 879. A. P. *Jul.* 5592. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. *Pontif. Joannis VIII.* 7. *à d.* 14. *Decembr. an. praeced.*
An. *Imp. Ludovici III. sive Balbi* 2. *à d.* 6. *Octob. an. praeced. usque ad an. current. d.* 10. *April. quo obiit.*
An. *Imp. Caroli III. sive Crassi* 1. *à morte patris, sive d.* 10. *Aprilis.*
A. V. C. 72.
An *Archiepiscopatus Hamb.* 48. *ab ineunte autumno an. praeced.* 401
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 22. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti* 14. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

73 A. Æ. C. 880. A. P. *Jul.* 5593. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. *Pontif. Joannis VIII.* 8. *à d.* 14. *Decembr. an. praeced.*
An. *Imp. Caroli III. sive Crassi* 1. *à morte patris* 1. *à d.* 10. *April. an. praeced.*
A. V. C. 73.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 49. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens.* 23. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti* 15. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

74 A. Æ. C. 881. A. P. *Jul.* 5594. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 402
An. *Pontif. Joannis VIII.* 9. *à d.* 14. *Decemb. an. praeced.*
An. *Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII.* 1. *à d.* 25. *Dec. an. current.*
A. V. C. 74.

An. Archiepiscopatus Hamb. 50. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 24. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. secundi Anchiepiscopi Hamb. S. Remberti 16. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 882. A. P. *Jul.* 5595. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 75
An. Pontif. Joannis VIII. 1. *à d.* 14. *Decembr. an. praced. usqve d.* 15. *Dec. an. current. qvo obiit.*
An. Pontif. Martini 1. *à consecratione, seu an. current. d.* 25. *Dec. sec. Onuph.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte patris 3. *à d.* 10. *April. an. praced.*
403 *An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. à d.* 25. *Dec. an. praced.*
An. V. C. 75.
An. Archiepiscopatus Hamb. 51. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 25. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 17. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 883. A. P. *Jul.* 5596. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 76
An. Pontif. Martini 1. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte patris 4. *à d.* 10. *April. an. praced.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. à d. 25. *Dec. an. praced.*
An. V. C. 76.
An. Archiepiscopatus Hamb. 52. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Bremens. 26. *à.* 31. *Maji an. current.*
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 17. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

---

404 *An.* Æ. C. 884. A. P. *Jul.* 5597. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 77
An. Pontif. Martini 2. *à d.* 25. *Decemb. an. praced. usq; ad d.* 18. *Jan. anni current. qvo obiit.*
An. Imp. Hadriani III. 1. *à d.* 20. *Jan. an. current.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte patris 5. *à d.* 10. *April. an. praced.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. 3. *à. d.* 25. *Dec. an. praced.*
An. V. C. 77.
An. Archiepiscopatus Hamb. 53. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 27. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 19. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 885. A. P. *Jul.* 5590. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 78
An. Pontif. Hadriani III. 2. *à d.* 20. *Jan. an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 9. *Maji, qvo obiit.*
An. Pontif. Stephani VI. 1. *à d.* 13. *Maji. an. current.*
405 *An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte patris* 6. *à d.* 10. *April. an. praced.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. 4. *à d.* 25. *Dec. an. praced.*
An. V. C. 78.
An. Archiepiscopatus Hamb. 54. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 28. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 20. *à d.* 3. *Febr. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 886. A. P. *Jul.* 5599. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an praced.* 79
An. Pontif. Stephani VI. 2. *à d.* 13. *Maji an. current.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte Patris 7. *à d.* 10. *April. an. praced.*
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. 5. *à d.* 25. *Dec. an. praced.*
An. V. C. 79.
An. Archiepiscopatus Hamb. 55. *ab ineunte autumno an. praced.*
406 *An. conjunctionis Ecclesiarum* Hamburgensis *& Bremensis* 29. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. secundi Archiepiscopi Hamb. *S. Remberti* 21. *à d.* 3. *Febr. an. currentis.*

* * *

An.

80 *A. Æ. C. 887. A. P. Jul. 5600. Indict. V. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Stephani VI. 3. à d. 13. Maji an. current.
An. Imp. Caroli III. sive Crassi, à morte patris 8. à d. 10. April. an. præced.
An. Imp. Caroli III. sive Crassi, à coronatione per Pontif. Joannem VIII. 6. à 25. Decembr. an. præced.
An. Imp. Arnulphi 1. ab an. currentis d. 10. Novembr. quo Imp. Carolus III. sive Crassus, coactus à Proceribus Imperii, in Comitiis Triburiensibus se abdicavit.
An. V. C. 80.
An. Archiepiscopatus Hamb. 56. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 30 à 31. Maji an. current.
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 22. à d. 3. Febr. anni current.

* * *

81 *A. Æ. C. 888. A. P. Jul. 5601. Indict. VI. à d. 24. Sept. an. præced.* 407
An. Pontif. Stephani VI. 4. à d. 13. Maji an. current.
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à morte patris 9. à d. 10. April. an. præced. usque d. 12. Jan. an. current. quo obiit.
An. Imp. Caroli III. sive Crassi à coronatione per Pontif. Joannem VIII. 7. à d. 25. Decemb. an. præced. usque ad an. current. d. 12. Januar. quo obiit.
An. Imp. Caroli III. sive Crassi ab abdicatione 1. à d. 10. Novemb. an. præced. usque ad ann. current. d. 12. Januar. quo obiit.
An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 1. à d. 10. Novembr. an. præced.
An. V. C. 81.
An. Archiepiscopatus Hamb. 57. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 31. à d. 31. Maji an. current.
An. secundi Archiepiscopi Hamb. S. Remberti 23. à d. 3. Febr. an. currentis usque ad ejusdem anni d. 11. Junii, quo obiit.
An. tertii Archiep. Hamb. Adalgarii 1. à morte S. Remberti, seu d. 11. Junii an. current.
Vide lib. 1. Rer. Hamburgens. pag. 27.

82 *A. Æ. C. 889. A. P. Jul. 5602. Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.* 408
An. Pontif. Stephani VI. 5. à d. 13. Maji an. current.
An. Imp. Arnulphi, à Caroli Crassi abdicatione 2. à d. 10. Novemb. an. præced.
An. V. C. 82.
An. Archiepiscopatus Hamb. 58. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 32. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 2. à d. 11. Junii an. current.

* * *

83 *A. Æ. C. 890. A. P. Jul. 5603. Indict. VI. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Stephani VI. 6. à d. 13. Maji an. current.
An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 3. à d. 10. Novembr. an. præced.
An. V. C. 83.
An. Archiepiscopatus Hamb. 59. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 33. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 3. à d. 11. Junii an. current. 409

* * *

84 *An. Æ. C. 891. A. P. Jul. 5604. Indict. IX. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Stephani VI. 7. à d. 13. Maji anni current. usq; ad ejusdem anni & mensis d. 21. quo obiit.
An. Pontif. Formosi 1. à d. 29. Maji an. current.
An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 4. à d. 10. Nov. an. præced.
An. V. C. 84.
An. Archiepiscopatus Hamb. 60. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 34. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 4. à d. 11. Junii an. current.

* * *

A. *Æ. C.* 892. A. *P. Jul.* 5605. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 85
410 A*n. Pontif. Formosi* 2. *à d.* 17. *Maji. an. current.*
A*n. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione* 5. *à d.* 10. *Novemb. an. praeced.*
A*n. V. C.* 85.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 61. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 35. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii* 5. *à d.* 11. *Jun. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 893. A. *P. Jul.* 5606. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an praeced.* 86
A*n. Pontif. Formosi* 3. *à d.* 27. *Maji an. current.*
A*n. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione* 6. *à d.* 10. *Novemb. an. praeced.*
A*n. V. C.* 86.
An. A*rchiepiscopatus* Hamb. 62. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. conjunctionis Ecclesiarum* H*amburgensis & Bremensis* 36. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
A*n. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii* 6. *à d.* 11. *Junii an. currentis.*

* * *

411 A. *Æ. C.* 894. A. *P. Jul.* 5607. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 87
An. Pontif. Formosi 4. *à d.* 27. *Maji an. current.*
An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 7. *à d.* 10. *Novemb. an. praeced.*
A*n. V. C.* 87.
An. Archiepiscopatus Hamb. 63. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Brem. 37. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 7. *à d.* 11. *Junii an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 895. A. *P. Jul.* 5608. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 88
An. Pontif. Formosi 5. *à d.* 27. *Maji an. current.*
An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 8. *à d.* 10. *Novemb. an. praeced.*
A. *V. C.* 88.
An. Archiepiscopatus Hamb. 64. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 38. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 8. *à d.* 11. *Junii anni currentis.*

412 Hoc anno Æ. C. 895. ante initium tamen *octavi* anni Archiepiscopatus *Adalgarii*: in Concilio *Triburiensi* Ecclesia Bremensis abjudicata fuit *Adalgario* Archiepiscopo Hamburgensi & adjudicata *Hermanno* Archiep. Coloniensi tantum suffraganea, confirmante hoc Pontifice *Formoso*, cujus eâ de re etiamnunc extat Rescriptum ad *Adalgarium*: qvod, uti à Philippo Cæsare in Appendice Triapostolatus Septentrionis editum est, ita hic inserui:

Formosus, Servus Servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Adalgario Archi-Episcopo Hammaburgensi. Arbitrabamur tuam sanctimoniam, prout injunctum fuerat, ad Apostolicam Sedem festinare, qvatenus disceptatio, qvæ inter te & Hermannum Agrippinæ Coloniæ Reverendissimum Archiepiscopum ventilatur de Bremensi Ecclesia, finem perciperet. Sed ipso per suos vicarios insistente, & qverimoniam multiplicante, cur tuam non exhibueris præsentiam, saltim per defensorem vicarium, non modicum miramur. In qvo suspicare tribuitur summo-
413 *pere, contentionem non odire, qvi judicii æqvitatem conatur subterfugere. Præsertim cum & Moguntiæ sanctissimus Archi-Episcopus, cui de hac re, ut veritatem inqvireret per confratres & conlimitaneos Episcopos, injunctum fuerat, ad nos scribens significaverit: qvatenus venientibus Reverendissimis Episcopis ad Frankenford, de hac eadem re diligentissima facta fuerit inqvisitio, omnesqve Diœcesani ejusdem Coloniensis Episcopi, Francho videlicet* (1) *tunc Gressis, Vodelbalbus Trajectensis, Wofelmus Mimiger Malfurdensis, Druogo* (2) *Mimidomensis, Egilmarus Osnabrugensis, sub testificationis prætextu testificati sunt, usqve ad te nullum Bremensis Ecclesiæ Præsulem modum subjectionis Coloniensi Antistiti contemsisse, sed semper decessores suos, qvi eidem Bremensi Ecclesiæ præfuerant à temporibus suæ Christianitatis, Sedi Coloniensi fuisse subjectos. Verum qvia tantorum Virorum testimonium frustrari non expedit, & ad statutum veniendi tempus festinare, vel delegare vicarium distulisti, tanti temporis qverimoniam, ac Legatorum*
414 *con-*

(1) Hic sine dubio pro *tunc Gressis* legendum est *Tungrensis*.

(2) Legendum hic videtur *Mindonensis*.

constantem instantiam nihili pendere inhumanum videbatur: quapropter artati, hinc ne Coloniensis Ecclesia justitiam perderet, inde ne Hamburgensis Ecclesia, qvæ ad Gentium vocationem instituta fuerat, subsidio destituta deficeret; dispensativè censuimus, qvatenus qvoadusqve divinâ suffragantia gratiâ, prælibata Hamburgensis Ecclesia in tantum dilatetur, ut Episcopiam instituere valeat, jam memoratam Bremensem Ecclesiam ad subsidium habeat, & quotiens in magnis ac pranecessariis Canonicis negociis oportuerit, non subjectione aliqva, sed affectu fraternæ Caritatis Hammaburgensis Archiepiscopus, qvi ejusdem Bremensis Ecclesiæ regimen obtinet, per se aut Vicarium suam vicem gerentem, in adjutorium Coloniensis Archiepiscopi invitatus accedat: Dilatatâ autem Hamaburgensi Ecclesiâ, largitore omnium bonorum amminiculante, & fundatis Episcopiis, sæpè memorata Colonia Sedes Bremensem recipiat Ecclesiam. Inhumanum qvippe est 415 *inter seculares, aliena jura pervadere: quanto magis sanctissimos Episcopos statutos à Patribus transgredi terminos, & eos litigare, qvi pacis debent subditis exempla præbere. Hæc autem ad hoc decreta est dispensatio, ut pax vigeat, cesset contentio & justitiæ rigorem misericordiæ compassio temperet, scientes sine pacis bono nullum Deo munus fore acceptabile.*

Huc usqve diploma Pontificis Formosi. Plura *de Concilio Triburiensi* videsis lib. I. Rer. Hamburg. p. 27. 28. & autoribus ibi citatis adde *Albertum Stadensem*, qvi hoc perperam refert ad an. 896. Consule etiam Syntagma Conciliorum tam generalium, qvam provincialium à *Severino Binio* Col. Agrip. an. 1618. editum, Tom. 2. part. 2. à pag. 120. usqve ad pag. 131. ubi secundum *Trithemium* in Chronico Hirsaugiensi rectè monet, *Triburiam* fuisse villam Regiam ad Rhenum inter *Moguntiam* & *Oppenhemum*.

---

89 A. Æ. C. 896. A. *P. Jul.* 5609. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. præced.* 416

An. Pontif. Formosi 6. à d. 27. Maji an. current. usqve ad ejusdem anni d. 14. Decemb. qvo obiit.

An. Pontif. Bonifacii VI. 1. à d. 17. vel 20. Decembr. an. current. usqve ad ejusdem anni d. 31. Dec. vel d. 3. Jan. an. seqvent. 897.

An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 9. à d. 10. Novemb. an. præced.

An. Imp. Arnulphi à coronatione per Pontif. Formosum 1. à primo vere an. current.

A. V. C. 89.

An. Archiepiscopatus Hamb. 65. ab ineunte autumno an. præced.

An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 39. à d. 31. Maji an. current.

An. tertii Archiep. Hamb. Adalgarii 9. à d. 11. Junii an. currentis

* * *

---

90 A. Æ. C. 897. A. *P. Jul.* 5610. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.*

An. Pontif. Stephani VII. 1. à d. 6. vel 8. Januar. an. current.

An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 10. à d. 10. Nov. an. præced.

An. Imp. Arnulphi à coronatione per Pontif. Formosum 2. à primo vere an. current. 417

A. *V.* C. 90.

An. Archiepiscopatus Hamb. 66. ab ineunte autumno an. præced.

An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 40. à d. 31. Maji an. current.

An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 10. à d. 11. Jun. an. current.

* * *

---

91 A. Æ. C. 898. A. *P. Jul.* 5611. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. præced.*

An. Pontif. Stephani VI. 2. à d. 6. vel 8. Jan. an. current.

An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 11. à d. 10. Novembr. an. præced.

An. Imp. Arnulphi à coronatione per Pontif. Formosum 3. à primo vere an. current.

A*n*. *V.* C. 91.

An. Archiepiscopatus Hamb. 67. ab ineunte autumno an. præced.

An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 41. à d. 31. Maji an. current.

An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 11. à d. 11. Junii an. current. 418

* * *

---

92 A. Æ. C. 899. A. *P. Jul.* 5612. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. præced.*

An. Pontif. Stephani VII. 3. à d. 6. vel 8. Januar. an current.

An. Imp. Arnulphi à Caroli Crassi abdicatione 12. à d. 10. Novemb. an. currentis usqve ad ejusd. anni & mensis d. 29. qvo obiit.

An. Imp. Arnulphi à coronatione per Pontif. Formosum 4. à primo vere an. current. usqve ad ejusdem anni d. 29. Novemb. qvo obiit.

An. Imp. Ludovici IV. à morte partris 1. à d. 29. Novemb. an. current.
An. V. C. 92.
An. Archiepiscopatus Hamb. 68. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 42. à d. 31. Maji an. current.
419 An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 12. à d. 11. Junii an. current.

* * *

A. Æ. C. 900. A. P. Jul. 5613. Indict. III. à d. 24. Sept. an. præced. 93
An. Pontif. Stephani VII. 4. à d. 6. vel 8. Jan. an. current. usque ad ejusdem anni mensem (1) Aprilem vel (2) Septembrem, quo in carcere strangulatus periit.
An. Pontif. Romani 1. ab interitu Stephani VII. usq; ad initium seqventis anni 901. secund. Baron.
An. Imp. Ludovici VI. a morte patris 1. à d. 29. Nov. an. præced.
An. V. C. 93.
An. Archiepiscopatus Hamb. 69. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 43. à d. 31. Maji an. currentis.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 13. à d. 11, Junii an. current.

* * *

420 A. Æ. C. 901. A. P. Jul. 5614. Indict. IV. à d. 24. Sept. an. præced. 94
An. Pontif. Theodori II. 1. per dies viginti.
An. Pontif. Joannis IX. 1. à d. 20. Januar. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 2. à. d. 29. Novemb. an. præced.
An. V. C. 94.
An. Archiepiscopatus Hamb, 70. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 44. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 13. à d. 11. Junii an. current.

* * *

A. Æ. C. 902. A. P. Jul. 5615. Indict. V. à d. 24. Sept. an. præced. 95
An. Pontif. Joannis IX. 2. à d. 20. Januar. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 3. à d. 29. Nov. an. præced.
An. V. C. 95.
An. Archiepiscopatus Hamb. 71. ab ineunte autumno an. præced.
421 An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Bremens. 45. à d. 31. Maji an. currentis.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 14. à d. 11. Jun. an. current.

* * *

A. Æ. C. 903. A. P. Jul. 5616. Indict. VI. à d. 24. Sept. an. præced. 96
An. Pontif. Joannis IX. 3. à d. 20. Jan. anni current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 4. à d. 29. Nov. an. præced.
A. V. C. 96.
An. Archiepiscopatus Hamb. 72. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 46. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 15. à d. 11. Junii an. current.

* * *

A. Æ. C. 904. A. P. Jul. 5617. Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.
422 An. Pontif. Joannis IX. 4. à d. 20. Jan. an. current. usq; ad ejusdem anni d. 4. Febr. qvo obiit. 97
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. & in schismate contra Benedictum IV. 1. à d. 4. Febr. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 5. à d. 29. Nov. an præced.
A. V. C. 97.
An. Archiepiscopatus Hamb. 73. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 47. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 16. à d. 11. Jun. an. current.

* * *

An.

(1) Secund. Onuphrium.
(2) Secund. Baronium, qvi ait tunc jam inchoatam fuisse indictionem IV. & Pontif. Stephani annum qvintum.

98 A. Æ. C. 905. A. P. Jul. 5618. Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. & in schismate contra Benedictum IV. 2. à d. 4. Febr. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 6. à d. 29. Novembr. an. præced.
A. V. C. 98.
An. Archiepiscopatus Hamb. 74. ab ineunte autumno an. præced. 423
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 48. à d. 31. Maji an. currentis.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 17. à d. 11. Junii an. current.

* * *

99 A. Æ. C. 906. A. P. Jul. 5619. Indict. IX. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. (1) Sergii III. à morte Joannis IX. & in schismate contra Benedictum IV. 3. à d. 4 Febr. an current. usque ad ejusdem anni d. 4. Junii, quo Benedictus IV. obiit, cum secundum Platinam annos 3. & menses quatuor sedisset.
An. Pontif. Sergii III. in schismate contra Leonem V. 1. à d. 4. Junii anni current. usque ad ejusdem anni d. 14. Julii, quo Leo V. à Christophoro dignitate exutus & in carcerem detrusus est, cum secundum Platinam quadraginta dies sedisset.
An. Pontif. Sergii III. in schismate contra Christophorum 1. à d. 14. Junii an. currentis.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 7. à d. 29. Novembr. an. præced.
A. V. C. 99. 424
An. Archiepiscopatus Hamb. 75. ab ineunte autumno anni præced.
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 49. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 18. à d. 11. Junii an. current.

* * *

100 A. Æ. C. 907. A. P. Jul. 5620. Indict. X. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. 4. à d. 4. Febr. an. current.
An. Pontif. Sergii III. in schismate contra Christophorum 1. à d. 14. Jul. an. præced. usq. ad d. 14. Febr. an. current. quo à Sergio III. dignitate privatus & in carcerem conjectus est.
An. Pontif. Sergii III. à Pontif. Christophori abdicatione 1. à d. 14. Febr. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 8. à d. 29. Nov. an. præced.
A. V. C. 100.
An. Archiepiscopatus Hamb. 76. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 50. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 19. à d. 11. Junii an. current. 425

* * *

101 A. Æ. C. 908. A. P. Jul. 5621. Indict. XI. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. 5. à d. 4. Febr. an. current.
An. Pontif. Sergii III. à Pontif. Christophori abdicatione 2. à d. 14. Febr. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 9. à d. 29. Novemb. an. præced.
A. V. C. 101.
An. Archiepiscopatus Hamb. 77. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 51. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamb. Adalgarii 20. à d. 11. Junii anni currentis.

* * *

102 A. Æ. C. 909. A. P. Jul. 5622. Indict. XII. à d. 24. Sept. an. præced. 426
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. 6. à d. 4. Febr. an. current.
An. Pontif. Sergii III. à Pontif. Christophori abdicatione 3. à d. 14. Febr. an. current.
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 10. à d. 29. Novembr an. præced.
A. V. C. 102.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 78. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 52. à d. 31. Maji an. current.
An. tertii Archiepiscopi Hamburgensis Adalgarii 20. à d. 11. Junii an. præced. usque ad an. current. d. 9. Maji, quo obiit.
An. quarti Archiep. Hamb. Hogeri sive Hojeri 1. à morte Adalgarii sive d. 9. Maji an. current.

(Q) 2 De

(1) Sergium III. hoc anno Æ. C. 906. Pontificem Romanum fuisse, testatur antiqua Inscriptio apud Baronium Annal. Eccl. Tom. X. pag. 648.

De morte Archiep. Hamb. *Adalgarii* vid. lib. 1. Rer. Hamb. & Adam. Brem. lib. 1. cap. 42. ubi expresse testatur, ipsum obiisse *anno Domini DCCCCIX. & qvidem septimo Idus Maji.* Minus rectè igitur Em. Cardin. *Baronius* mortem A*dalgarii* & succesſionem *Hogeri* re-refert ad an. Æ. C. 908.

---

427 *A. Æ. C.* 910. *A. P. Jul.* 5623. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 103
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. 7. *à d.* 4. *Febr. an. current.*
An. Pontif. Sergii III. à Pontif. Christophori abdicatione 4. *à d.* 14. *Febr. an. current.*
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 11. *à d.* 29. *Novemb. an. praced.*
A. V. C. 103.
An Archiepiscopatus Hamb. 79. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccleſ. Hamb. & Brem. 53. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. qvarti Archiepiſcopi Hamb. Hogeri 2. *à d.* 9. *Maji an. current.*

* * *

A. Æ. C. 911. *A. P. Jul.* 5624. *Indict. XIV. a d.* 24. *Sept. an. praced.* 104
An. Pontif. Sergii III. à morte Pontif. Joannis IX. 8. *à d.* 4. *Febr. an. current. usq; ad ejusdem anni d.* 20. *Junii, qvo obiit, cum secundum Platinam annos* 7. *menses* 4. *& dies* 16. *sedisset.*
428 *An. Pontif. Sergii III. à. Pontif. Christophori abdicatione* 5. *à d.* 14. *Febr. an. current.*
An. Pontif. Anastasii III. 1. *à d.* 20. *Junii an. current.*
An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 12. *à d.* 29. *Novemb. an. praced.*
A. V. C. 104.
An. Archiepiscopatus Hamb. 80. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremenſ. 54. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. qvarti Archiepiſcopi Hamb. Hogeri 3. *à d.* 9. *Maji an. current.*

Hoc anno Æ. C. 911. transmisit Pontifex (1) *Sergius III.* Pallium Episcopale *Hogero* qvarto Hamburgensi Archiepiscopo, & abrogationem sententiæ, contra Hamburgensis Archiepiscopi *Adalgarii* jus in Ecclesiam Bremensem, Pontificum *Gregorii IV.* & *Nicolai I.* privilegiis communitum, in *Concilio Triburiensi* cum consensu Pontificis *Formosi* A. Æ. C. 895. promulgatæ confirmavit. Extat etiamnunc ea de re ipsum Pontif. *Sergii III.* rescriptum Kal. Junii currentis anni Æ. C. 911. datum, qvod in Appendice Triapostulatus Septentrionis à Philippo Cæsare editum est. Clausula ejus, qvâ notatio temporis continetur, sic se habet: *Scriptum per manus Joannis Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in*
429 *mense Majo, Indictione decima qvarta. Benè vale. Dat. in Kal. Junii per manum Theophylacti Sacellarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Sergii Summi Pontificis & universitatis Papæ in sacratissimâ Sede Beatii Petri Apostoli VIII. Indictione XIV.* Hinc ergò patet, me non levitate, sed gravissimâ ratione inductum, ab Em. Card. *Baronio* hic dissentire circa durationem Pontificatus *Sergii III.* utpote qvi secundum *Baronium* præcedenti anno Æ. C. 910. defunctus est, cum *triennio* duntaxat invasam Sedem occupasset, sed qvantum ex jam citato diplomate apparet, reverâ pervenit usqve ad annum Pontificatus *octavum*, qvi propter *Indictionis decimæ qvartæ* synchronismum, non alius hic intelligi potest, qvam *annus* Æ. C. 911. cui illa majori ex parte respondet. Seqvitur nunc ipsum diploma:

Sergius Episcopus, Servus Servorum Dei, Reverendissimo & sanctissimo Confratri nostro Hogero Archi-Episcopo sanctæ Hammaburgensis Ecclesiæ. Diebus vitæ suæ tantummodo pastores ovium solem
430 *geluqve pro gregis sui custodia die ac nocte ferre contenti sunt, & ne qva ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant: qvanto sudore, qvanta cura debeamus esse pervigiles nos, qvi Pastores animarum dicimur, attendamus; & susceptum officium exhibere erga custodiam Dominicarum ovium non cessemus, ne in die divini examinis pro desidia nostra ante Summum Pastorem negligentiæ reatus inde exsurgat, unde modo honoris reverentia sublimiores inter cæteros judicamur. Pallium autem Fraternitati tuæ ex more ad Missarum solemnia celebranda transmisimus, qvo tibi novaliter Ecclesiæ tuæ privilegiis in suo statu manentibus uti largimur non nisi solummodo in die sanctæ ac venerandæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu in Natalibus Apostolorum*

(1) Nota l. 1. Rer. Hamb. p. 28. pro *Pontifex Sergius III.* mendosè legi *Sergius I.* ideoqve eum locum corrigendum esse.

lorum, nec non & Beati Johannis Baptistæ, atque in Assumptione sanctæ Dei genetricis Mariæ Dominæ nostræ: immò & Nativitatis Domini nostri Jesu Christi die, nec non natalitiâ Ecclesiæ tuæ die, simul & in ordinationis tuæ concedimus die, & quando reconduntur reliquiæ Sanctorum à te, sicut à Beatissimo prædecessore nostro Domino Gregorio hujus almæ Sedis Præsule sancitum est. In Secretario verò Fra- 431
ternitas tua Pallium induere debeat, & ita ad Missarum solemnia proficisci. Cujus quomodo indumenti honor modesta actuum vivacitate servandus est, hortamur, ut & morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo rectè utrobique possis esse conspicuus. Itaque vita tua filiis tuis sit regula: in ipsa, si qua tortitudo illis injecta est, dirigant, in ea, quod imitentur, aspiciant, ut tuum post Deum videatur esse bonum, quod vixerint. Cor ergo neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adversa dejiciant; sed quicquid illud fuerit, virtute patientiæ devincatur. Nullum apud te odia, nullum favor indiscretus invenient, districtum mali cognoscant, insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset, remissum te delinquentibus non ostendas, nec quod ultus non fueris, perpetrari permittas: sit in te & boni Pastoris indulcedo, sit & Judicis severa districtio: unum scilicet quod innocenter viventes foveat, aliud quod inquietos feriendos à pravitate compescat. 432
Sed quoniam nonnunquam Præpositorum zelus, dum districtius vult malorum vindex existere, transit in crudelitatem correptio, iram judicio refrena, & censuram disciplinæ secutura; ut & culpas ferias, & à dilectione personarum, quas corrigis, non recedas. Misericordem te, prout virtus patitur, pauperibus exhibe; oppressis defensio tua subveniat; opprimentibus modesta correctio contradicat; nullius faciem contra justitiam aspicias; nullum quærentem justa despicias; custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere, nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare: quatenus Deo miserante talis possis exsistere, qualem sacra lectio præcipit, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram Charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, à recto aliquando tramite non recedit. Ecce, Frater ca- 433
rissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotii, ista sunt Pallii, quæ si studiosè servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas Fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul dulcedinem pervenire mereamur. Scriptum per manum Johannis Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, Indictione decima quarta, Bene vale. Data in Kalend. Junii per manum Theophylacti Sacellarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Sergii Summi Pontificis, & Universitatis Papæ in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli VIII. Indictione XIV.

---

105 A. Æ. C. 912. A. P. *Jul.* 5625. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.*

An Pontif. Anastasii III. 2. à d. 20. Junii an. current. usque ad ejus obitum, qui in eundem annum incidit. 434

An. Pontif. Landonis 1. à morte Pontif. Anastasii III. usque ad ipsius obitum, qui in eundem annum incidit.

An. Pontif. Joannis X. 1. à morte Pontif. Landonis 1. à mense Decembr. an. current.

An. Imp. Ludovici IV. à morte patris 13. à d. 29. Novemb. an. præced. usque ad an. current. d. 12. Januarii, quo obiit.

An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 1, sive d. 21. Jan. an. current.

A. V. C. 105.

An. Archiepiscopatus Hamb. 81. ab ineunte autumno an. præced.

An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 55. d. 31. Maji an. currentis.

An. quarti Archiepiscopi Hamb. Hogeri 4. à d. 9. Maji an. current.

* * *

---

106 A. Æ. C. 913. A. P. *Jul.* 5626. *Indict. I. à d. 24. Sept. an præced.*

An. Pontif. Joannis X. 1. à mense Decemb. an. præced. 435

An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 2. à d. 21. Jan. an. current.

An. V. C. 106.

An. Archiepiscopatus Hamb. 82. ab ineunte autumno an. præced.

An. conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem. 56. à d. 31. Maji an. current.

An. quarti Archiepiscopi Hamb. Hogeri 5. à d. 9. Maji an. current.

Ad hunc annum Æ. C. 913. refert *Albertus* Abbas Stadensis *tertiam* Ecclesiæ & Urbis Hamburgensis vastationem per Danos & Slavos, cujus lib. 1. Rer. Hamb. pag. 28. & 29. fit mentio. Sed rectius *Adam. Bremens.* eumque secutus Em. Card. *Baronius* asserunt, deso-

lationem hanc contigisse A. Æ. C. 915. propter synchronismum mortis Archiep. *Hogeri*, qvæ sine dubio ad jam dictum annum 915. pertinet. Qva de re videsis plura ad an. V. C. 108.

436 A. *Æ. C.* 914. A. *P. Jul.* 5627. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. praced.* 107
An. Pontif. Joannis X. 2. *à mense Decembr. an. praced.*
An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 3. *à d.* 21. *Jan. an. current.*
An. V. C. 107.
An. Archiepiscopatus Hamb. 83. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 57. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. quarti Archiepiscopi Hamb. Hogeri 6. *à d.* 9. *Maji an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 915. A. *P. Jul.* 5628. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. praced.* 108
An. Pontif. Joannis X. 3. *à mense Decemb. an. praced.*
An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 4. *à d.* 21. *Jan. an. current.*
An. V. C. 108.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 84. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 58. *à d.* 31. *Maji an. current.*
437 *An. quarti Archiepiscopi Hamburgensis Hogeri* 7. *à d.* 9. *Maji an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 20. *Decemb. qvo obiit.*
An. qvinti Archiepiscop. Hamb. Reginwardi sive Reinwardi 1. *à morte Hogeri sive à d.* 20. *Decembr. an. current.*

Ad hunc annum Æ. C. 915. cui annus *septimus* Archiepiscopatus *Hogeri* majori ex parte respondet, referenda est vastatio Ecclesiæ Hamburgensis per Danos & Slavos, cujus lib. 1. Rer. Hamb. pag. 28. & 29. fit mentio. *Tertium* itaqve hoc fuit Hamburgi propter Christianam religionem excidium, cujus Adamus Brem. l. 1. c. 45. ita meminit: *In diebus illis immanissima persecutio Saxoniam oppressit, cum hinc Dani & Slavi, inde Boëmi & Ungari laniarent Ecclesias. Tunc Parochia Hammaburgensis à Slavis, & Bremensis Ungarorum impetu demolita est. Intereà confessor Dei Hogerus obiit, & sepultus est in Ecclesiâ sancti Michaelis cum decessore suo anno Domini DCCCCXV. Depositio ejus XIII. Kalend. Januarii habetur.* Hæc Adamus. Albertus autem Stadensis vastationem hanc perperam refert ad an. Æ. C. 913. Qua de re videsis plura ad. an. V. C. 106.

438 A. *Æ. C.* 916. A. *P. Jul.* 5629. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. praced.* 109
An. Pontif. Joannis X. 4. *à mense Decembr. an. praced.*
An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 5. *à d.* 21. *Januar. an. current.*
An. V. C. 109.
An. Archiepiscopatus Hamb. 85. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 59. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. qvinti Archiepiscopi Hamb. Reginwardi sive Reinwardi 1. *à d.* 20. *Decembr. an. praced. usqve ad an. current. d.* 29. *Sept. qvo obiit.*
An. sexti Archiep. Hamb. Unni sive Unnonis 1. *à morte Reginwardi sive d.* 29. *Sept. an. current.*

Vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 29.

A. *Æ. C.* 917. A. *P. Jul.* 5630. *Indict. V. à d. 24. Sept. an. praced.* 110
An. Pontif. Joannis X. 5. *à mense Decembr. an. praced.*
An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 6. *à d.* 21. *Jan. an. current.*
An. V. C. 110.
439 *An. Archiepiscopatus Hamb.* 86. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 60. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 1. *à d.* 29. *Sept. an. current.*

* * *

An. Æ. C. 918. A. *P. Jul.* 5631. *Indict. VI. à d. 24. Sept. an. praced.* 111
An. Pontif. Joannis X. 6. *à mense Decemb. an. praced.*
An. Pontif. Conradi I. à morte Ludovici IV. 7. *à d.* 21. *Jan. an. current.*
An. V. C. 111.

An.

An. Archiepiscopatus Hamb. 87. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 61. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 2. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

112 A. Æ. C. 919. A. P. *Jul.* 5632. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis X. 7. *à mense Decembr. an. præced.* 440
An. Imp. Conradi I. à morte Ludovici IV. 8. *à d.* 21. *Jan. an. current. usque ad ejusdem anni d.* 23. *Decemb. quo obiit.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 1. *à d.* 23. *Dec. anni current.*
An. V. C. 112.
An. Archiepiscopatus Hamb. 88. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 62. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 3. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

113 A. Æ. C. 920. A. P. *Jul.* 5633. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an præced.*
An. Pontif. Joannis X. 8. *à mense Dec. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 1. *à d.* 23. *Decemb. an. præced.*
An. V. C. 113.
An. Archiepiscopatus Hamb. 89. *ab ineunte autumno an. præced.* 441
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 63. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 4. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

114 A. Æ. C. 921. A. P. *Jul.* 5634. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis X. 9. *à mense Decemb. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 2. *à d.* 23. *Decemb. an. præced.*
An. V. C. 114.
An. Archiepiscopatus Hamb. 90. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 64. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 5. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

115 A. Æ. C. 922. A. P. *Jul.* 5635. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis X. 10. *à mense Decemb. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 3. *à d.* 23. *Decemb. an. præced.* 442
A. *V. C.* 115.
An. Archiepiscopatus Hamb. 91. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 65. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 6. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

116 A. Æ. C. 923. A. P. *Jul.* 5636. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis X. 11. *à mense Decembr. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 4. *à d.* 23. *Decemb. an. præced.*
A. *V. C.* 116.
An. Archiepiscopatus Hamb. 92. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 66. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 7. *à d.* 29. *Sept. an. præced.* 443

* * *

117 A. Æ. C. 924. A. P. *Jul.* 5637. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis X. 12. *à mense Decembr. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 5. *à d.* 23. *Decemb. an. præced.*
A. *V. C.* 117.
An. Archiepiscopatus Hamb. 93. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 67. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 8. *à d.* 29. *Sept. an. præced.*

* * *

A. Æ. C. 925. A. P. Jul. 5638. *Indict. XIII. à d. 24. Sept. an. praced.* 118
444 *An. Pontif. Joannis X. 13. à mens. Decemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 6. à d. 23. Decembr. an. praced.
An. V. C. 118.
An. Archiepiscopatus Hamb. 94. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 68 à 31. Maji an. current.
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 9. à d. 29. Sept. an. praced.

* * *

A. Æ. C. 926 A. P. Jul. 5639. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. praced.* 119
An. Pontif. Joannis X. 14. à mens. Decembr. an. praced.
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 7. à d. 23. Decemb. an. praced.
An. V. C. 119.
An. Archiepiscopatus Hamb. 95. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 69. à d. 31. Maji an. current.
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 10. *à d. 29. Sept. an. praced.*

---

445 An. Æ. C. 927. A. P. Jul. 5640. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an praced.* 120
An. Pontif. Joannis X. 15. à mense Decemb. an. praced.
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis, à morte Conradi I. 8. à d. 23. Dec. an. praced.
A. V. C. 120.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 96. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 70. à d. 31. Maji an. currentis.
An. sexti Archiep. Hamb. Unnonis 11. à d. 29. Sept. an. praced.

* * *

A. Æ. C. 928. A. P. Jul. 5641. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. praced.* 121
An. Pontif. Joannis X. 16. à mense Decembr. an. praced. usque ad an. current. d. 7. Aprilis, quo dignitate privatus à Guidone Marchione Tusciæ & in carcerem conjectus est:
An. Pontif. Leonis VI. 1. à Joannis X. abdicatione usque ad initium mens. Novemb. an. currentis, quo ipse pariter ab eodem Guidone in carcerem detrusus est.
446 *An. Pontif. Stephanii VIII. ab initio Novembr. ann. current.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 9. à d. 23. Decembr. an. praced.
A. V. C. 121.
An. Archiepiscopatus Hamb. 97. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem. 71. à d. 31. Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. *Unnonis 12. à d. 29. Sept. an. praced.*

* * *

A. Æ. C. 929. A. P. Jul. 5642. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. praced.* 122
An. Pontif. Stephani VIII. 1. ab initio Novemb. an. praced.
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 10. à d. 23. Decembr. an. praced.
A. V. C. 122.
An. Archiepiscopatus Hamb. 98. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Brem. 72. à d. 31. Maji an. current.
447 *An. sexti Archiep. Hamb. Unnonis 13. à d. 29. Sept. an. praced.*

* * *

A. Æ. C. 930. A. P. Jul. 5643. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. praced.* 123
An. Pontif. Stephani VIII. 2. ab initio Novemb. an. praced. usque ad an. current. d. 8. Dec. quo obiit.
An. Pontif. Joannis XI. 1. à d. 8. Decembr. an. current.
An. Imp. Henrici *I. sive Aucupis à morte Conradi I. 11. d. 23. Decembr. an. praced.*
A. V. C. 123.
An. Archiepiscopatus Hamb. 99. ab ineunte autumno an. praced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 73. à d. 31. Maji an. currentis.
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 14. à d. 29. Sept. an. praced.

Huc pertinent, quæ lib. I. Rer. Hamb. pag. 29. de expeditione Imp. Henrici Aucupis in Daniam leguntur.

An.

124 A. Æ. C. 931. A. P. *Jul.* 5644. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. praced.* 448
An. Pontif. Joannis XI. 1. *à d.* 8. *Decemb. an. præced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 12. *à d.* 23. *Decemb. an. praced.*
A. V. C. 124.
An. Archiepiscopatus Hamb. 100. *ab ineunte autumno anni praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 74. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 15. *à d.* 29. *Sept. an. praced.*

* * *

---

125 A. Æ. C. 932. A. P. *Jul.* 5645. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XI. 2. *à d.* 8. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici *I. sive* Aucupis *à morte Conradi I.* 13. *à d.* 23. *Dec. an. praced.*
A. V. C. 125.
An. Ar*chiepiscopatus Hamb.* 101. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 57. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 16. *à d.* 29. *Sept. an. praced.* 449

* * *

---

126 A. Æ. C. 933. A. P. *Jul.* 5646. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XI. 3. *à d.* 8. *Decemb. an. præced.*
An. Imp. Henrici *I. sive* Aucupis *à morte Conradi I.* 14. *à d.* 23. *Decemb. an. praced.*
A. V. C. 126.
An. Archiepiscopatus Hamb. 102. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 76. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Ar*chiepiscopi Hamb. Unnonis* 17. *à d.* 29. *Sept. an. praced.*

* * *

---

127 A. Æ. C. 934. A. P. *Jul.* 5647. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XI. 4. *à d.* 8. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici *I. sive* Aucupis *à morte Conradi I.* 15. *à d.* 23. *Decembr. an. praced.* 450
A. V. C. 127.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 103. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 77. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Ar*chiepiscopi Hamburgensis Unnonis* 18. *à d.* 29. *Sept. an. praced.*

* * *

---

128 A. Æ. C. 935. A. P. *Jul.* 5648. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XI. 5. *à d.* 8. *Decembr. an. praced.*
An. Imp. Henrici I. sive Aucupis, à morte Conradi I. 16. *à d.* 23. *Dec. an. praced.*
An. *V. C.* 128.
An. Archiepiscopatus Hamb. 104. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 78. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamb. Unnonis 19. *à d.* 29. *Sept. an. praced.*

Huc pertinet diploma Imp. *Henrici I.* sive *Aucupis*, d. 24. Maji promulgatum, de commutatione qvadam Archiepiscopi Hamburgensis *Unnonis* & nobilis cujusdam Viri nomine *Willarii:* qvod ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germanicarum septentrionalium pag. 148. editum est. Clausula ejus, qva notatio temporis continetur, ad hunc modum concepta est: *Data IX. Kalend. Junii, Anno Dominicæ incarnationis DCCCXXXV. Indictione* VIII. *Anno autem Henrici Regis XVII. Actum Diasburg in Dei nomine, Amen.* Legendum autem hic sine controversiâ est *anno Henrici Regis XVI.* Nam *decimus septimus* Imp. Henrici annus incipit qvidem anno Æ. C. 935. currente, sed d. 23. Decembris. At hoc diploma promulgatum est d. 24. Maji. 451

---

129 A. Æ. C. 936. A. P. *Jul.* 5649. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XI. 6. *à d.* 8. *Decemb. an. praced. usqve ad medium Januarium, an. current. qvo obiit.*
An. Pontif. Leonis VII. 1.

(R) An.

An. Imp. Henrici I. sive Aucupis à morte Conradi I. 17. *à d.* 23. *Decembr. an. praeced. usqve ad an.* 129
current. d. 2. *Julii, qvo obiit.*
452 A*n. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 1. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 129.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 105. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 79. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. sexti Archiepiscopi Hamburgensis Unnonis 20. *à d.* 29. *Sept. an. praeced. usqve ad an. current. medium Septembr. qvo obiit.*
A*n. septimi Archiepiscop.* A*daldagi* 1. *à morte Unnonis sive medio Septembr. an. current.*

De morte Archiep. Hamb. *Unnonis* & successione *Adaldagi* vide lib. Rer. Hamburgensium pag. 30. De caetero hic notandum est, septimum Archiepiscopum Hamb. *Adaldagum* ab *Hieronymo Henningio* in Opere Genealogico perperam confundi cum *Adalgario* tertio Archiepiscopo Hamburgensi, & utrumqve ab illo fabulosè cognominari *Meiendorfium.*

A. Æ. C. 937. A. P. *Jul.* 5650. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 130
An. Pontif. Leonis VII. 2.
453 *An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 2. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 130.
An. Archiepiscopatus Hamb. 106. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 80. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 1. *à medio Sept. an. praeced.*

Huc pertinent diplomata *duo* ab Imp. *Ottone Magno* d. 2. Julii & d. 8. Augusti anni Æ. C. 937. promulgata *de libertate Ecclesiae Hamburgensis & locorum ac personarum ad eam pertinentium:* qvorum prius uti ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagmate Rerum Germanicarum septentrional. pag. 149. editum est, sic illud collectioni veterum Diplomatum, lib. 1. Rer. Hamburg. subjunctae pag. 138. 139. 140. integrum inserui. Notandum tamen est, in clausula istius diplomatis, qvâ notatio temporis continetur, pro *Anno Domini DCCCCXXXVII* culpâ operarum typographicarum perperam ibi legi *Anno Domini DCCCXXXVII.* Alterum ab Imp. Ottone M. hoc anno promulgatum diploma, & quidem sexto Id. Augusti, extat in eodem Lindenbrogii Syntagmate pag. 149. & 150. Clausula ejus, qva notatio
454 temporis continetur, haec est: *Data VI. Idus August. Indictione X. anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXXVII. anno autem Ottone regnante Rege, II. Actum in Walahuson, Amen.*

A. Æ. C. 938. A. P. *Jul.* 5651. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 131
An. Pontif. Leonis VII. 3.
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 3. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 131.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 107. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 81. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. septimi Archiepiscopi Hamb.* A*daldagi* 2. *à medio Septembr. an. praeced.*

* * *

A*n.* Æ. *C.* 939. A. *P. Jul.* 5652. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 132
A*n. Pontif. Leonis VII.* 4. *usqve ad an. current. d.* 6. *Junii, qvo obiit.*
A*n. Pontif. Stephani IX. à mense Junio an. current.*
455 A*n. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 4. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 132.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 108. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 82. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 3. *à medio Septembr. an. praeced.*

* * *

A. Æ. C. 940. A. *P. Jul.* 5653. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 133
An Pontif. Stephani IX. à mense Junio an. praeced.
A*n. Imp. Ottonis sive Magni à morte patris* 5. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. *V. C.* 133.
An. Archiepiscopatus Hamb. 109. *ab ineunte autumno an. praeced.*

An.

An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis 83. *d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 4. *à medio Septembr. an. praced.*
* * *

134 A. Æ. C. 941. A. P. *Jul.* 5654. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an praced.* 456
An. Pontif. Stephani IX. 2. *à mense Junio an. praced.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 6. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 134.
An. Archiepiscopatus Hamb. 110. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 84. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 5. *à medio Sept. an. praced.*
* * *

135 *A. Æ. C.* 942. *A. P. Jul.* 5655. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Stephani IX. 3. *à mense Junio an. praced.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 7. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. V. C. 135.
An Archiepiscopatus Hamb. 111. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 85. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 6. *à medio Septemb. an. praced.* 457
* * *

136 *A. Æ. C.* 943. *A. P. Jul.* 5656. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Stephani IX. 3. *à mense Junio an. praced. usq; ad principium an. current. qvo obiit.*
An. Pontif. Marini II. 1.
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 8. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. V. C. 136.
An. Archiepiscopatus Hamb. 112. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens. 86. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 7. *à mense Sept. an. praced.*
* * *

137 A. Æ. *C.* 944. A. *P. Jul.* 5657. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Marini II.* 2.
A*n. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 9. *à d.* 2. *Julii an. current.* 458
A*n. V. C.* 137.
A*n. Archiepiscopatus Hamburgensis* 113. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 87. *à d.* 31. *Maji an current.*
A*n. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 8. *à medio Sept. an. praced.*
* * *

138 A. *Æ. C.* 945. A. *P. Jul.* 5658. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Marini II.* 3.
A*n. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris.* 10. *à d.* 2. *Julii, an. current.*
A. *V. C.* 138.
A*n. Archiepiscopatus Hamburg.* 114. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 88. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. septimi* Archiep. Hamb. Adaldagi 9. *à medio Sept. an. praced.*

139 A. *Æ. C.* 946. A. *P. Jul.* 5659. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Marini II.* 4. *à mense Jan. anni current. usqve ad ejusdem an. Julium, qvo obiit.* 459
A*n. Pontif. Agapeti II.* 1. *à mense Jul. an. current.*
A*n. Imp. Ottonis I. sive Magni à mort patris* 11. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. *V. C.* 139.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 115. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 89. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. septimi Archiepiscopi Hamb.* Adaldagi 10. *à medio Septemb. an. praced.*
* * *

A. Æ. C. 947. A. P. *Jul.* 5660. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 140
An. *Pontif.* Agapeti *II.* 2. *à mense Jul. an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 12. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. *V. C.* 140.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 116. *ab ineunte autumno an. praced.*
460 An. *Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem.* 99. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb.* Adaldagi 11. *à morte Unnonis sive medio Sept. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 948. A. *P. Jul.* 5661. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 141
An. *Pontif.* Agapeti *II.* 3. *à mense Julio an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte partris* 13. *à d.* 2. *Julii an. current.*
An. *V. C.* 141.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 117. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 91. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 12. *à medio Sept. an. praced.*

Huc pertinent qvæ lib. 1. Rer. Hamburgensium pag. 30. leguntur de expeditione Imp. *Ottonis Magni* in Daniam, & de institutione trium Episcopatuum in Cimbricâ Chersoneso, *Slevicensis* nimirum, & *Ripensis* & *Arnhusensis*, qvi Hamburgensi Archiepiscopatui,
461 tanqvam suffraganei, subjecti fuerunt. Præterqvam enim qvod *Albertus Stadensis* expressè testatur, anno Æ. C. 948, hæc contigisse, satis etiam perspicuè id indicat *Adamus Bremens.* lib. 2. cap. 2. dum ait, *Adaldagum tunc temporis egisse annum Archiepiscopatus sui duodecimum.* Certò qvippe constat & ex Chronologiâ hac luculentè apparet, principium qvidem anni istius *duodecimi* in anni Æ. C. 947. *medium Septembrem*, majorem autem partem in annum Æ. C. 948. incidisse. Unde liqvet, jam memoratam Imp. Ottonis de Danis victoriam & fundationem novorum Episcopatuum minus rectè ab Em. Card. *Baronio* & *Setho Calvisio* ad seqventem annum *Æ.* C. 949. referri.

A. *Æ. C.* 949. A. *P. Jul.* 5662. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 142
An. *Pontif. Agapeti II.* 4. *à mens. Jul. an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni a morte patris* 14. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. *V. C.* 142.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 118. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem.* 92. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
462 An. *septimi* Archiepiscopi Hamb. *Adaldagi* 13. *à medio Sept. an. praced.*

* * *

A. *Æ.* C. 950. A. *P. Jul.* 5663. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 143
An. *Pontif. Agapeti II.* 5. *à mense Julii an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 15. *à. d.* 2. *Jul. an. current.*
An. *V. C.* 143.
An. *Archiepiscopatus* Hamb, 119. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 93. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi* Hamb. *Adaldagi* 14. *à medio Sept. an. praced.*

* * *

A. *Æ.* C. 951. A. *P. Jul.* 5664. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 144
An. *Pontif. Agapeti II.* 6. *à mense Julio an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 16. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
463 An. *V.* C. 144.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 120. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Bremens.* 94. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *septimi Archiepiscopi* Hamb. *Adaldagi* 15. *à medio Sept. an. praced.*

* * *

A. *Æ.* C. 952. A. *P. Jul.* 5665. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 145
An. *Pontif. Agapeti II.* 7. *à mense Julio an. current.*

A.

An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 17. *à d.* 2. *Julii anni current.*
An. V. C. 145.
An. Archiepiscopatus Hamb. 121. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 95. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 16. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

146 A. Æ. C. 953. A. P. *Jul.* 5666. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an praeced.* 464
An. Pontif. Agapeti II. 8. *à mense Jul. an. praeced.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 18. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. V. C. 146.
An. Archiepiscopatus Hamb. 122. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis *& Bremensis* 96. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 17. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

147 A. Æ. C. 954. A. P. *Jul.* 5667. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Agapeti II. 9. *à mense Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 19. *à d.* 2. *Jul. an current.*
An. V. C. 147.
An. Archiepiscopatus Hamb. 123. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Brem. 97. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 18. *à medio Sept. an. praeced.* 465

* * *

148 A. Æ. C. 955. A. P. *Jul.* 5668. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Agapeti II. 10. *à mense Julio an current. usque ad d.* 27. *Decembr. quo secundum Onuphrium obiit.*
An. Pontif. Joannis XII. 1. *à morte Agapeti sub finem an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 20. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. V. C. 148.
An. Archiepiscopatus Hamb. 124. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 98. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 19. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

149 A. Æ. C. 956. A. P. *Jul.* 5669. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Joannis XII. 1. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 21. *à d.* 2. *Julii an. current.* 466
A. V. C. 149.
An. Archiepiscopatus Hamb. 125. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 99. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 20. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

150 A. Æ. C. 957. A. P. *Jul.* 5670. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Joannis XII. 2. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 22. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. V. C. 150.
An. Archiepiscopatus Hamb. 126. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 106. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 21. *à medio Sept. an. praeced.* 467

* * *

151 A. Æ. C. 958. A. P. *Jul.* 5671. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Joannis XII. 3. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 23. *à d.* 2. *Julii an. current.*
A. V. C. 151.
An. Archiepiscopatus Hamb. 127. *ab ineunte autumno an. praeced.*

An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 101. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiep. Hamb. Adaldagi 22. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

A. Æ. C. 959. A. P. *Jul.* 5672. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 152
An. Pontif. Joannis XII. 4. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
468 *An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 24. *à d.* 2. *Jul. an. currentis.*
A. *V.* C. 152.
An. Archiepiscopatus Hamb. 128. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Brem. 102. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 23. *à medio Sept. an. praeced.*

* * *

A. Æ. C. 960. A. P. *Jul.* 5673. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 153
An. Pontif. Joannis XII. 5. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 25. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
A*n. V. C.* 153.
An. Archiepiscopatus Hamb. 129. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Brem. 103. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 24. *à medio Sept. an. praeced.*

469 A. Æ. C. 961. A. P. *Jul.* 5674. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 154
An. Pontif. Joannis XII. 6. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 26. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. V. C. 154.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 130. *ab ineunte autumno an. praeced.*
A*n. Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem.* 104. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 25. *à medio Sept. an. praeced.*

Imperator *Otto Magnus*, ad res Italiae ordinandas *Romam* profecturus, ne qvid intereà in Saxoniâ turbaretur, praefecturam ejus commisit *Hermanno Billingo*. Qvo facto, cum Archiepiscopo Hamburgensi *Adaldago* in Italiam abiit. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 33. 34. 35. 36.

A. Æ. C. 962. A. P. *Jul.* 5675. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 155
470 *An. Pontif. Joannis XII.* 7. *à fine an. praeced. vel initio an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 27. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontificem Joannem XII. 1. *à mense Februario an. currentis.*
A*n. V. C.* 155.
An. Archiepiscopatus Hamb. 131. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem. 105 *à* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 26. *à medio Sept. an. praeced.*

Imp. *Otto Magnus*, cum sub finem praecedentis anni Æ. C. 961. festum nativitatis Christi *Ticini* sive *Papiae* celebrasset, sub principium hujus anni proficiscitur Romam, & *mense Februario* à Pontif. *Joanne XII.* coronatur. Post qvam solennitatem revertitur Romà Papiam ad Pascha celebrandum. Vid. libr. 1. Rer. Hamb. pag. 36. ubi pro VIII. *Cal. Januarii anni* 962. moneo legendum esse *mense Februario anni* 962. Cum enim ista scriberem, secutus sum *Onuphrium Panvinium* qvi coronationem Imp. Ottonis M. per Pontif. Joañem
471 XII. in Opere de Romanis Principibus refert ad VIII. *Calend. Januarii ineuntis anni* 962.
h. e. ut ego nunc interpretor, *d.* 25. *Decembr. anni* 961. *exeuntis*: sed referendam eam potius esse ad *mensem Februarium an.* 962. ex Frodoardo, Luitprando, Anonymo Rheginonis continuatore, aliisqve probatissimis autoribus antiqvis certò colligitur. Huc igitur pertinet diploma Imp. *Ottonis Magni* de bonis ac juribus Ecclesiae Romanae datum *die XIII. Februarii anni* 962. cujus autographum, aureis exaratum literis, Romae in Castello sancti Angeli asservari testatur Em. Card. *Baronius* Tomo X. Ecclesiasticorum Annalium. Clausula ejus, qvâ notatio temporis continetur, ita se habet:

Hoc ut ab omnibus fidelibus sancta Dei Ecclesia & nostris firmum esse credatur, propria manus signaculo, & nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus hoc pactum confirmationis nostrae roboravimus, & bulla nostra impressione obsignari jussimus. *Signum*

Signum Domini Ottonis serenissimi Imperatoris, ac suorum Episcoporum Abbatum & Comitum.
Signum Adaldagi Hammaburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi.
Signum Hartberti Curiensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Druogonis Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopi. 472
Signum Votonis Argentinensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Otuvini Hilsenshéimensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Landuvarti Mindonensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Otgeri Nemetinensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Gesonis Tortonensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Hucberti Parmanensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Vuidonis Mutinensis Ecclesiæ Episcopi.
Signum Attonis Fuldensis monasterii Abbatis.
Signum Guntharii Herotsfeldensis monasterii Abbatis.
Signum Eberarti Comitis.
Signum Guntharii Comitis.
Signum Burgharti Comitis.
Signum Utonis Comitis.
Signum Cronratis Comitis.
Signum Ernustes.
Signum Thieteris, Ricdages, Liupen, Hartviges, Arnolves, Ingitthier, Burchartes, Retinges.

Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo, Indictione qvintâ, mense Februario, decimo tertio die ejusdem mensis, anno verò Domini Ottonis Imperii invictissimi Imperatoris vigesimo septimo, facta est hæc pactio feliciter. 473

Si, ut rectè monet Em. Card. *Baronius*, anni Imp. Ottonis hic numerantur â tempore *adepti Regni*, h. e. à morte patris *Henricis Aucupis*, necessario seqvitur, pro anno *vigesimo septimo* legendum esse anno *vigesimo sexto*. Qvamvis enim tam annus *vigesimus septimus* Imp. Ottonis, qvam annus *vigesimus sextus* anno Æ. C. 962. respondeat, die tamen *decimo tertio Februarii*, qvo diploma illud promulgatum est, sine controversia annus adhuc currebat *vigesimus sextus*; qvippe cum annus *vigesimus septimus* Ottonis à *d.* 2. *Julii* anni Æ. C. 962. currentis incipiat. Hinc ergo liqvet, annum Æ. C. 962. respectu coronationis Imp. Ottonis Magni per Pontif. Joannem XII. ab *Hermanno Contracto* & *Mariano Scoto* rectè conjungi cum *anno Ottonis* 26. falsò autem à *Sigeberto Gemblacensi* coronationem illam referri ad annum Æ. C. 963.

---

156 A. *Æ. C.* 963. A. *P. Jul.* 5676. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XII. 8. *à fine an. præced. vel initio an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 6. *Decemb. qvo in Synodo Romanâ, præsidente Imp. Ottone, Pontificatu abdicatus est.* 474
An. Pontif. Leonis VIII. 1. *à d.* 6. *Decembr. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 28. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontif. Joañem XII. 2. *à mense Feb. an. current.*
An. V. C. 156.
An. Archiepiscopatus Hamb. 132. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 106. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 27. *à medio Sept. an. præced.*

Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 36. Baron. Annal. Eccles. Tom. X. ad an. 963. Severin. Binium Tom. 3. Concil. part. 2. à pag. 149. usqve ad p. 155.

---

157 *An. Æ. C.* 964. A. *P. Jul.* 5677. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an præced.*
An. Pontif. Leonis VIII. 1. *à d.* 6. *Decemb. an. præced.*
An. Pontif. Benedicti V. 1. *à d.* 14. *Maji an. current. qvo statim post Pontif. Joannis XII. jam abdicati obitum, contra Pontif. Leonem VIII. à Romanis per seditionem urbe expulsum, in summum Pontificem electus est, usqve ad ejusdem anni d.* 23. *Junii, qvo Benedictus V. ab Imp. Ottone, Pontificali dignitate exutus, & Archiepiscopo Hamburgensi Adaldago, ut Hamburgum in exilium deduceretur commißus est.* 455
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 29. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 3. *à mense Februar. an. current.*

A.

A. *V. C.* 157.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 133. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 107. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. septimi Archiep. Hamb. Adaldagi 28. *à medio Sept. an. praced.*
Vid. lib. 1. Rer. Hamburg. pag. 36. 37.

A. Æ. *C.* 965. A. *P. Jul.* 5678. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 158
An. Pontif. *Leonis VIII.* 2. *à d.* 6. *Decembr. an. praced. usque ad ejusdem anni d.* 17. *Martii quo obiit.*
476 *An. Pontif. Joannis XIII.* 1. *à d.* 2. *Octobr. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 30. *à d.* 2. *Jul. ann. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 4. *à mense Februar. an. current.*
A. *V. C.* 158.
An. Archiepiscopatus Hamb. 134. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 108. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. *Adaldagi* 29. *à medio Sept. an. praced.*
An. primi Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Hermanni Billingi 1. *à medio mense Junio anni current.*

Imp. *Otto Magnus*, ordinatis Italiæ rebus, sub principium hujus anni in Germaniam revertitur, & festum qvidem Purificationis B. Virginis Mariæ *Wormatia*, Pascha autem *Ingelhemi* prope Moguntiam, & Pentecosten vel *Colonia Agrippina* ut videtur innuere Rhegino, vel *Aqvisgrani*, ut Buntingus & Calvisius asserunt, celebrat. Hinc porrò in Saxoniam *Magdeburgum* redit circa *medium* mensem *Junium*, & *Hermannum Billingium*, qvi hactenus vicaria tantum potestate per qvadriennium præfuerat Saxoniæ, *primum* creat
477 *Saxonia Ducem hareditarium.* Qvare cum & Hamburgum in Saxoniâ situm sit, itidem illud ac reliqva Saxonia Duci Hermanno tunc parere cœpit. Ejusdem mensis Junii d. 26. promulgavit Imp. *Otto* Magdeburgi diploma *de Ecclesiis*, *Ecclesia Hamburgensi suffraganeis*, qvod ex Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rerum Germ. Sept. desumptum, Collectioni veterum diplomatum, libro primo Rer. Hamb. subjunctæ, pag. 141. 142. inserui. Notandum autem est, in clausulâ istius diplomatis, qvâ notatio temporis continetur, pro *Anno Domini DCCCCLXV.* culpâ operarum typographicarum perperam ibi legi DCCCLXV. Eodem mense Junio Archiepiscopus Hamburgensis *Adaldagus*, qvi Imperatorem comitatus fuerat, Pontif. *Benedictum V.* custodiæ suæ demandatum, *Hamburgum* deduxit, ubi non multo post, cum loco Pontif. *Leonis* VIII. jam mortui, Imperator Romanis gratificaturus, ad pristinam dignitatem Pontificalem ipsum promovere constituisset, *quinto Nonas Julii* secundum Cenotaphium ejus in Ecclesia nostra Cathedrali, *tertio* autem vel *qvarto Nonas Julii* secundum Adamum Bremensem & incerti Au-
478 toris Historiam Archiepiscoporum Brem. h. e. d. 3. vel 4. vel 5. Julii ejusdem anni 965. Hamburgi in exilio obiit. Itaqve hic non audiendus est *Card. Baronius*, dum ait, annum certum obitus Pontif. Benedicti V. nesciri. Tantum enim abest, ut annus obitus ejus nesciatur, ut de mense etiam certò constet, in qvem ille incidit. Cæterum corpus jam memorati Pontif. *Benedicti V.* Hamburgi, ubi in summo choro Ecclesiæ cathedralis seu B. Virginis Mariæ initio sepultum est, qvievit usqve ad ann. Æ. C. 999. qvo jussu Imp. *Ottonis* III. Romam translatum est. Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 36. 37. 38. 39. & Baron. Annal. Eccles. Tom. X. ad an. 965. & 999.

Notandum hic insuper est, exilii Pontificis *Benedicti V.* & obitus in Urbe Hamburgensi mentionem etiam facere *Jacobum Philippum Bergomatem* Supplementi Chronicorum lib. 11. fol. 269. editionis Venetæ an. 1506. in fol. sed pro *Hamburgum* perperam ibi legi *Haysburgam.*

Huc qvoqve pertinet figura *Cenotaphii Pontificis Benedicti V.* qvod uti etiamnunc Hamburgi in Choro Presbyterio sive Ecclesiæ Cathedralis cernitur, sic optimâ fide delineatum, è regione hic illud repræsento. Qvomodo autem respectu Chronologiæ emendanda sit, qvæ in ejus ambitu legitur inscriptio, abundè demonstravi lib. 1. Rer. Hamb.
479 pag. 37. 38. 39. Addidi prætereà hic exemplum *antiqvi Alphabeti*, cujus usus freqvens occurrit in vetustis Germaniæ nostræ monumentis. Desumpsi autem illud ex *Wolfgangi*

Cenotaphium hoc Pontificis **BENEDICTI** *V. qui Anno Æ. C. 965. Hamburgi in exilio obiit, et an. Æ. C. 999. iussu Imp. Ottonis III. Romam translatus, est, pertinet ad Chronologiam Libri primi Rerum Hamburgens:*











A B C D E E G H I K L M N O P Q R S T U W X Y Z

Alphabetum hoc desumtum est ex Wolfgangi Fuggeri Formulario Variarum Scripturarum, edito Normbergæ A. 1553. in quarto.

gangi Fuggeri Formulario variarum ſcribendi rationum, qvod Norimbergæ an. 1553. in qvarto, ut vulgò loqvuntur, oblongo in lucem prodiit.

---

159 A. Æ. C. 966. A. P. *Jul.* 5679. *Indict. IX. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XIII. 1. *à d. 2. Octobr. an. præced.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à morte patris 31. *à d. 2. Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 5. *à menſe Februar. an. current.*
A. V. C. 159.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 135. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſiarum Hamb. & Brem. 109. *à d. 31. Maji an. current.*
An. ſeptimi Archiep. Hamb. Adaldagi 30. *à medio Sept. an. præced.*
An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgenſis Hermanni Billingi 2. *à medio menſe Junio an. current.*

Huc pertinet Imp. *Ottonis M.* diploma de Jurisdictione civili Urbis *Bremenſis*, Archiepiſcopo Hamburgenſi *Adaldago* conceſſâ, qvod lib. 1. Rer. Hamb. pag. 31. 32. à me citatur, & 480 ex Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. ſept. & Henrici Meibomii Appendice ad Witichindum, collectioni veterum diplomatum, lib. primo Rer. Hamb. ſubjunctæ, p. 142. 143. integrum inſertum eſt.

---

160 A. Æ. C. 967. A. P. *Jul.* 5680. *Indict. X. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XIII. 2. *à d. 2. Octob. an. præced.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à morte patris 32. *à d. 2. Julii an. current.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 6. *à menſe Februar. an. current.*
A. V. C. 160.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 136. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 110. *à d. 31. Maji an. current.*
An. ſeptimi Archiepiſcopi Hamb. Adaldagi 31. *à medio Sept. an. current.*
An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgenſis Hermanni Billingi 3. *à medio menſe* 481
Junio anni current.

Huc pertinet Regis Germaniæ *Ottonis II.* filii Imp. Ottonis I. ſive Magni diploma de Eccleſiæ Hamburgenſis & locorum, ad eam pertinentium, libertate, qvod ex Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. ſept. deſumptum, Collectioni veterum diplomatum, libro primo Rer. Hamb. ſubjunctæ, pag. 144. & 145. integrum inſerui. Notandum autem eſt, in titulo ſive inſcriptione iſtius diplomatis pro Imp. *Ottonis II.* legendum ibi eſſe *Regis Germaniæ Ottonis II.*

---

161 A. Æ. C. 968. A. P. *Jul.* 5681. *Indict. XI. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XIII. 3. *à d. 2. Octob. an. præced.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à morte partris 33. *à d. 2. Julii an. current.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 7. *à menſe Febr. an. current.*
An. V. C. 161.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 137. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſ. Hamb. & Brem. 111. *à d. 31. Maji an. current.*
An. ſeptimi Archiepiſcopi Hamb. Adaldagi 32. *à medio Sept. an. præced.* 482
An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hammaburgenſis Hermanni Billingi 4. *à medio menſe Junio anni current.*

* * *

---

162 A. Æ. C. 969. A. P. *Jul.* 5682. *Indict. XII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XIII. 4. *à d. 2. Octobr. an. præced.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à morte patris 34. *à d. 2. Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. ſive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 8. *à menſe Febr. an. current.*
An. V. C. 162.
An. Archiepiſcopatus Hamb. 138. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccleſiæ Hamb. & Brem. 112. *à d. 31 Maji an. currentis.*
An. ſeptimi Archiepiſcopi Hamb. Adaldagi 33. *à medio Sept. an. præced.*

483 *An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Hermanni Billingi 5. à medio mense Junio an. current.*

* * *

A. Æ. C. 970. A. P. *Jul.* 5683. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 163
An. *Pontif. Joannis XIII.* 5. *à d.* 2. *Octobr. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 35. *à. d.* 2. *Jul. an. current.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontif. Joannem XII. 9. *à mense Febr. an. current.*
An. *V. C.* 163.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 139. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 113. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi* Archiepiscopi Hamb. *Adaldagi* 34. *à medio Sept. an. præced.*
An. *primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Hermanni Billingi* 6. *à medio mense Junio an. current.*

* * *

484 A. Æ. C. 971. A. P. *Jul.* 5684. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 164
An. *Pontif. Joannis XIII.* 6. *à d.* 2. *Octobr. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 36. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à coronatione per Pontif. Joannem* XII. 10. *à mense Febr. an. current.*
An. *V. C.* 164.
An. Archiepiscopatus Hamb. 140. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Bremens.* 114. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *septimi* Archiepiscopi Hamb. *Adaldagi* 35. *à medio Sept. an. præced.*
An. *primi Ducis Saxoniæ Domini Urbis Hamburgensis Hermanni Billingi* 7. *à medio mense Junio an. current.*

* * *

485 A. Æ. C. 972. A. P. *Jul.* 5685. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 165
An. *Pontif. Joannis XIII.* 7. *à* 2. *Octobr. an. præced. usque ad an. current. d.* 6. *Sept. quo obiit.*
An. *Pontif. Doni* I. *à d.* 20. *Sept. an. current. usque ad d.* 19. *Decemb. quo obiit.*
An. *Pontif. Benedicti* VI. 1. *à d.* 20. *Decemb. an. current.*
An. *Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris* 37. *à d.* 2. *Jul. an. current.*
An. *Imp. Ottonis* I. *sive Magni à coronatione per Pontif. Joannem* XII. 11. *à mense Febr. an. current.*
An. *V. C.* 165.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 141. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *conjunctionis Ecclesiarum* Hamburgensis *& Bremensis* 115. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 36. *à medio Sept. an. præced.*
An. *primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis Hermanni *Billingi* 8. *à medio mense Junio an. current.*

* * *

A. Æ. C. 973. A. P. *Jul.* 5686. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 166
An. Pontif. Benedicti VI. 1. *à d.* 20. *Decemb. an. præced.*
An. Imp. Ottonis I. sive Magni à morte patris 37. *à d.* 2. *Jul. an. præced. usque ad an. current. d.* 7. *Maji, quo obiit.*
486 An. *Imp. Ottonis* I. *sive Magni à coronatione per Pontificem Joannem* XII. 12. *à mense Februario an. current. usque ad ejusdem anni d.* 7. *Maji, quo obiit.*
An. *Imp. Ottonis* II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem & prima coronatione,* (1) *A. Æ. C.* 961. *Aquisgrani facta,* 13. *à festo Pentecostes an. current.*
Imp. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. *an. Æ. C.* 967. *Romæ factâ,* 6. *à d,* 25. *Decemb. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis* II. *à morte patris* 1. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. *V. C.* 166.
An. Archiepiscopatus Hamb. 142. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 116. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 37. *à medio Sept. an. præced.*

An.

(1) Vid. Rhegin. & Sigebert. Gemblacens. ad an. 961.

An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Hermanni Billingi 8. *à medio mense Junio an. præced. usqve ad an. current. d.* 1. *April. qvo obiit.*

An. secundi Ducis Saxoniæ & Dominis Urbis Hamburgensis Bennonis à morte patris Hermanni 1. *à Kal. Aprilis an. current.*

De morte Ducis *Hermanni Billingi* & Imp. *Ottonis* I. sive *Magni*; nec non de successione Ducis *Bennonis* vide lib. 1. Rer. Hamburg. pag. 41. Huc etiam pertinet Imp. *Ottonis II.* diploma de libertate & privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis & locorum, ad eum pertinentium, qvod ille rogatu Archiepiscopi Hamburgensis *Adaldagi* hoc anno promulgavit, ne obitu patris sui Imp. Ottonis M. Ecclesia Hamburgensis aliqvid detrimenti caperet. Extat illud apud Erpoldum Lindenbrogium in Syntagmate Germ. Sept. pag. 151. 152. sed notandum est in clausula ejus, qva notatio temporis continetur, perperam *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLXXIV. pro DCCCCLXXIII. *Indictione* I. pro *Indictione* II. *ineunte*, *anno Regni Domini Ottonis* XI. pro *anno Regni Domini Ottonis* XIII. legi. Nam qvod hæc supputatio temporis eâ ratione ibi emendanda sit, luculentè apparet ex adjectis *anno Imperii Ottonis* II. *sexto* & V. *Kal. Octob.* sive *d.* 27. *Septembris.* 487

167 A. Æ. C. 974. A. P. Jul. 5687. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. præced.*

An. Pontif. Benedicti VI. 2. *à d.* 20. *Sept. an. præced. usqve ad an current. d.* 19. *Martii, qvo coactus abdicavit.* 488

An. Pontif. Bonifacii VII. 1. *à mense Martio an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 14. *à festo Pentecostes an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 7. *à d.* 2. *Decembr. an. præced.*

An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 2. *à d.* 7. *Maji an. current.*

A. *V.* C. 167.

An. Archiepiscopatus Hamb. 143. *ab ineunte autumno an. præced.*

An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 117. *à d.* 31. *Maji an. current.*

An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 38. *à medio Sept. an. præced.*

An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 2. *à Kalend. April. an. current.*

* * *

168 A. Æ. C. 975. A. P. Jul. 5688. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. præced.*

An. Pontif. Bonifacii VII. 2. *à mense Martio an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 11. *Maji, qvo urbe pulsus est.* 489

An. Pontif. Benedicti VII. 1. *à medio mense Majo an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 15. *à festo Pentecostes, an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 8. *à d.* 25. *Dec. an. præced.*

An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 3. *à d.* 7. *Maji an. current.*

A. *V.* C. 168.

An. Archiepiscopatus Hamb. 144. *ab ineunte autumno an. præced.*

An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 118. *à d.* 31. *Maji an. current.*

An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 39. *à medio Sept. an. præced.*

An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 3. *à Kal. Aprilis an. current.*

* * *

169 A. Æ. C. 976. A. P. Jul. 5689. *Indict.* IV. *à d.* 24. *Sept. an. præced.* 490

An. Pontif. Benedicti VII. 2. *à medio mense Majo an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 16. *à festo Pentecostes an. current.*

An. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 9. *à mense Decemb. an. præced.*

An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 4. *à d.* 7. *Maij an. current.*

A. *V.* C. 169.

An. Archiepiscopatus Hamb. 145. *ab ineunte autumno an. præced.*

An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 119. *à d.* 31. *Maji an. current.*

An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 40. *à medio Sept. an. præced.*

An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 4. *à Kal. April. an. currentis.*

* * *

170 A. Æ. C. 977. A. P. Jul. 5690. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. præced.*

An. Pontif. Benedicti VII. 3. *à medio mense Majo an. current.* 491

An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 17. *à festo Pentecostes an. current.*
An. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 10. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 5. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. *V. C.* 170.
An. Archiepiscopatus Hamb. 146. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem. 120. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 41. *à medio Sept. an. praced.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 5. *à Kal. April. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 978. A. *P. Jul.* 5691. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 171
An. Pontif. Benedicti VII. 4. *à medio mense Majo an. current.*
492 *An. Imp. Ottonis* II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 18. *à festo Pentecostes an. current.*
An. Imp. Ottonis II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 11. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 6. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. V. C. 171.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 147. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem.* 121. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 42. *à medio Sept. an. praced.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bennonis* 6. *à Kal. April. an current.*

* * *

A. *Æ. C.* 979. A. *P. Jul.* 5692. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 172
An. Pontif. Benedicti VII. 5. *à medio mense Majo an. current.*
An. *Imp. Ottonis* II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 19. *à festo Pentecostes an. current.*
473 An. *Imp. Ottonis* II. *à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 12. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Ottonis II. *à morte patris* 7. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. *V. C.* 172.
An. Archiepiscopatus Hamb. 148. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem. 122. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 43. *à medio Sept. an. praced.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bennonis* 7. *à Kal. April. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 980. A. *P. Jul.* 5693. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 173
An. Pontif. Benedicti VII. 6. *à medio mense Majo an. current.*
An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 20. *à festo Pentecostes an. current.*
An. Imp. Ottonis II. à coronatione per Pontificem Joannem XIII. 13. *à d.* 25. *Dec. an. praced.*
474 *An. Imp. Ottonis II. à morte patris* 8. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. *V. C.* 173.
An. Archiepiscopatus Hamb. 149. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem. 123 *à* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 44. *à medio Sept. an. praced.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bennonis* 8. *à Kal. April. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 981. A. *P. Jul.* 5694. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 174
An. *Pontif. Benedicti* VII. 7. *à medio mense Majo an. current.*
An. *Imp. Ottonis* II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 21. *à festo Pentecostes an. current.*
An. *Imp. Ottonis à coronatione per Pontif. Joannem* XIII. 14. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. *Imp. Ottonis* II. *à morte patris* 9. *à d.* 7. *Maji an. current.*
An. *V. C.* 174.
475 An. *Archiepiscopatus Hamburgensis* 150. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Ecclef. Hamb. & Brem.* 124. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 45. *à medio Sept. an. praced.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bennonis* 9. *Kal. April. an. current.*

* * *

An.

175 A. Æ.C. 982. A. P. Jul. 5695. *Indict. X. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti VII. 8. *à medio mense Majo an. current.*
An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 22. *à festo Pentecostes an. current.*
An Imp. Ottonis II. à coronatione per Pontif. Joannem XIII. 15. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
An. Imp. Ottonis II. à morte patris 10. *à d. 7. Maji an. current.*
A. *V.* C. 175.
An. Archiepiscopatus Hamburg. 151. *ab ineunte autumno an. praced.* 496
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 125. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiep. Hamb. *Adaldagi* 46. *à medio Sept. an. praced.*
An. secundi Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamb. *Bennonis* 10. *à Kal. April. an. current.*

* * *

176 A. Æ. C. 983. A. P. Jul. 5696. *Indict. XI. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti VII. 9. *à medio mense Majo an. current.*
An. Imp. Ottonis II. *ab electione in Regem Romanorum per patrem* 23. *à festo Pentecostes an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 7. *Decembr. qvo obiit.*
An. Imp. Ottonis II. à coronatione per Pontif. Joannem XIII. 16. *à d.* 25. *Dec. an. praced. usq; ad current. d.* 7. *Dec. qvo obiit.*
An. Imp. Ottonis II. à morte patris 11. *à d. 7. Maji an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 7. *Decembr. qvo obiit.*
An. Imp. Ottonis III. *à morte patris* 1. *à d.* 7. *Decembr. an. current.*
A. *V.* C. 176.
An. Archiepiscopatus Hamb. 152. *ab ineunte autumno an. praced.* 497
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 126. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 47. *à medio Septemb. an. praced.*
An. secundi Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamb. Bennonis 11. *à Kalend. April. an. current.*

Huc pertinet Imp. *Ottonis* II. diploma de loco *Ripesbolt*, ad Hamburgensem Archiepiscopatum pertinente, qvod extat in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. septentr. pag. 152. Sed notandum est, in clausula hujus diplomatis, qva notatio temporis continetur, perperam *anno Regni Ottonis* II. 25. pro 23. & æqvè falsò *anno Imperii* XV. pro XVI. legi.

177 *A. Æ. C.* 984. *A. P. Jul.* 5697. *Indict. XII. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti VII. 10. *à medio mense Majo an. current. usq; ad ejusdem anni d.* 10. *Julii, qvo obiit.*
An. Pontif. Joannis XIV. 1. *à medio mense Julio an. current.*
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 1. *à d. 7. Decembr. an. praced.*
A. V. C. 177. 498
An. Archiepiscopatus Hamb. 153. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens. 127. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 48. *à mense Sept. an. praced.*
An. secundi Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 12. *à Kalend. April. an. current.*

* * *

178 A. Æ. C. 985. A. P. Jul. 5698. *Indict. XIII. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XIV. 2. *à medio mense Julio an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 20. *Augusti, qvo in Castello S.* Angeli *à Bonifacio VII. qvi Apostolicam sedem secundùm violenter invaserat, fame necatus est.*
An. Pontif. Joannis XV. 1. *à d.* 20. *Decembr. an. current.*
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 2. *à d.* 7. *Dec. an. praced.*
A. V. C. 178.
An Archiepiscopatus Hamb. 154. *ab ineunte autumno an. praced.* 499
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 128. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 49. *à medio Septemb. an. praced.*

An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 13. *à Kalend. April. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 986. A. P. *Jul.* 5699. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 179
An. *Pontif. Joannis XV.* 1. *à d.* 20. *Decemb. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis* III. *à morte patris* 3. *à d.* 7. *Decemb. an. præced.*
A. V. C. 179.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 155. *ab ineunte autumno anni præced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 129. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 50. *à medio Sept. an. præced.*
500 An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bennonis* 14. *Kal. April. an. current.*

* * *

A. Æ. C. 987. A. P. *Jul.* 5700. *Indict. XV. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 180
An. *Pontif. Joannis XV.* 2. *à d.* 20. *Decemb. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis* III. *à morte patris* 4. *à d.* 7. *Dec. an. præced.*
A. V. C. 180.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 156. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 130. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi Archiepiscopi Hamb. Adaldagi* 51. *à medio Sept. an. præced.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bennonis* 15. *à Kal. April. an. current.*

* * *

---

501 A. Æ. C. 988. A. P. *Jul.* 5701. *Indict. I. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 181
An. *Pontif. Joannis XV.* 3. *à d.* 20. *Decemb. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis III. à morte patris* 5. *à d.* 7. *Decemb. an. præced.*
A. V. C. 181.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 157. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 131. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *septimi* Archiepiscopi Hamb. Adaldagi 52. *à medio Sept. an. præced. usqve ad an. current. d.* 28. April. *qvo obiit.*
An. *octavi* Archiep. Hamb. *Libentii* 1. *à morte* Adaldagi *sive d.* 28. *April. an. current.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bennonis* 16. *à Kal.* April. *an. current.*

Hoc anno Æ. C. 988. promulgavit Imp. *Otto* III. XV. Kal. April. sive d. 17. Martii diploma de libertate Ecclesiarum in Cimbrica Chersoneso Archiepiscopatui Hamburgensi suffragantium, *Slesvicensis* videlicet, *Ripensis* & *Arhusiensis*.

502 Biduo post nempe d. 19. Martii promulgavit idem Imperator *Otto III.* aliud diploma, qvo ad preces Archiepiscopi Hamburgensis *Adaldagi* libertatem monasterii *Ripesholte* confirmavit. Integrum illud diploma extat in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. sept. pag. 152. & 153.

Seqventi mense ejusdem anni 988. nempe d. 28. *Aprilis*, obiit Archiepiscopus Hamb. *Adaldagus*, cum annus ageretur Archiepiscopatus ipsius *qvinqvagesimus secundus*, si à morte sexti Archiepiscopi Hamb. *Unnonis*, h. e. *à medio Septembris anni Æ. C.* 936. *currentis* principium ejus deducatur. Emendanda ergo est Adami Bremensis Historia Ecclesiastica lib. 2. cap. 1. & 19. ubi perperam legitur, *Adaldagum Archiepiscopum sedisse annos LIV. & anno Sacerdotii sui nobiliter administrati LIV. migrasse ad Dominum.* Similiter corrigendi sunt Annales Baroniani, ubi Adaldagus sedi Hamburgensi annis *qvinqvaginta tribus* præfuisse dicitur.

A. Æ. C. 989. A. P. *Jul.* 5702. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 182
An. *Pontif. Joannis XV.* 4. *à d.* 20. *Decemb. an. præced.*
An. *Imp. Ottonis III. à morte patris* 6. *à d.* 7. *Decembr. an. præced.*
503 A. V. C. 182.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 158. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 132. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*

An. octavi Archiepiscopi Hamburgensis Libentii 2. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bennonis 17. à Kal. April. an. current.

* * *

---

183 A. Æ. C. 990. A. P. Jul. 5703. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XV. 5. à d. 20. Decembr. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 7. à d. 7. Decemb.
A. *V.* C. 183.
An. Archiepiscopatus Hamb. 159. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem. 133. à d. 31. Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. *Libentii 3. à d. 28 April. an. current.* 504
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bennonis 18. à Kal. April. anni current.

* * *

---

184 A. Æ. C. 991. A. *P. Jul.* 5704. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XV. 6. à d. 20 Decemb. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris à d. 7. Decembr. an. præced.
A*n. V.* C. 184.
An. Archiepiscopatus Hamb. 160. ab ineunte autumno an. præced.
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 134. à d. 31. Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 4. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 19. à Kal. April. an. current.

* * *

---

185 A*n.* Æ. C. 992. A. *P. Jul.* 5705. *Indict. V. à d. 24. Sept. an præced.* 505
An. Pontif. Joannis XV. 7. à d. 20. Decemb. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 9. à d. 7. Decemb. an. præced.
A. *V.* C. 185.
A*n. Archiepis. Hamb. 161. ab ineunte autumno an. præced.*
A*n. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 135. à d. 31. Maji an. current.*
A*n. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 5. à d. 28. April. an. current.*
A*n. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 20. à Kal. April. an. current.*

* * *

---

186 A. Æ. C. 993. A. *P. Jul.* 5706. *Indict. VI. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XV. 8. à d. 20. Decembr. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 10. à d. 7. Dec. an. præced.
A*n. V.* C. 186.
An. Archiepiscopatus Hamb. 162. ab ineunte autumno an. præced. 506
A*n. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 136. à d. 31. Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 6. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 21. à Kal. April. an. current.

* * *

---

187 A. Æ. C. 994. A. *P. Jul.* 5707. *Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Joannis XV. 9. à d. 20. Decembr. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 11. à d. 7. Decembr. an. præced.
A*n. V.* C. 187.
A*n. Archiepiscopatus Hamb. 163. ab ineunte autumno an. præced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 137. à d. 31. Maji an. current.*
A*n. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 7. à d. 28. April. an. current.*
A*n. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 22. à Kal. April. an. current.*

* * * 507

---

188 A*n.* Æ. C. 995. A. *P. Jul.* 5708. *Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. præced.*
A*n. Pontif. Joannis XV. 10. à d. 20. Decemb. an. præced.*
A*n. Imp. Ottonis III. à morte patris 12. à d. 7. Decembr. an. præced.*
A*n. V.* C. 188.

An.

An. Archiepiscopatus Hamb. 164. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 138. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 8. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 23. à Kal. April. an. current.

* * *

508 A. Æ. C. 996. A. P. Jul. 5709. Indict. IX. à d. 24. Sept. an. præced. 189
An. Pontif. Joannis XV. 11. à d. 20. Decemb. an. præced. usqve ad an. current. d. 7. Maji, quo obiit.
An. Pontif. seu potius Antipapæ Joannis XVI. 1. in schismate contra Pontif. Gregorium V.
An. Pontif. Gregorii V. 1. à d. 12. Junii an. current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 13. à d. 7. Decemb. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. Gregorium V. 1. à mense Junio an. current.
A. V. C. 189.
An. Archiepiscopatus Hamb. 165. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 139. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamburgensis Libentii 9. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 24. à Kal. April. an. current.

* * *

509 A. Æ. C. 997. A. P. Jul. 5710. Indict. X. à d. 24. Sept. an. præced. 190
An. Pontif. Gregorii V. 2. à d. 12. Junii an. current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 14. à d. 7. Decembr. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. Gregorium V. 2. à mense Junio an. current.
A. V. C. 190.
An. Archiepiscopatus Hamb. 166. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 140. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 10. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Dominis Urbis Hamburgensis Bennonis 25. à Kal. Aprilis an. current.

* * *

A. Æ. C. 998. A. P. Jul. 5711. Indict. XI. à d. 24. Sept. an. præced. 191
An. Pontif. Gregorii V. 3. à d. 12. Jun. an current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 15. à d. 7. Dec. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. Gregorium V. 3. à mense Junii an. current.
510 A. V. C. 191.
An. Archiepiscopatus Hamb. 167. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 141. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 11. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 26. à Kalend. April. an. current.

* * *

A. Æ. C. 999. A. P. Jul. 5712. Indict. XII. à d. 24. Sept. an. præced. 192
An. Pontif. Gregorii V. 4. à d. 12. Junii an. præced. usqve ad d. 18. Febr. an. current. quo obiit.
An. Pontif. Sylvestri II. 1. à mense Febr. an. current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 16. à d. 7. Dec. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. Gregorium V. 4. à mense Jun. an. current.
A. V. C. 192.
An. Archiepiscopatus Hamb. 168. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 142. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 12. à d. 28. April.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 27. à Kal. Aprilis an. current.

Ad hunc annum Æ. C. 999. refert Em. Card. Baronius venerandi corporis Pontificis *Be-*
511 *nedicti V.* translationem Hamburgo Romam jussu Imp. *Ottonis III.* ejusqve rei probandæ gratia hæc Ditmari Mersburgensis verba allegat: *Raco* (*electus Bremensis Episcopus*) *jussu dilecti Senioris sui* (*nempe Ottonis III. Imperatoris*) *ossa supradicti Papæ Benedicti, sicut ipse prælocutus est, de Hamburg Romam reduxit. Namqve pater venerabilis, dominus inqvam Apostolicus, dum in exilio esset in Christi servitio studiosus, & adhuc Aqvilonaris hæc pars optatâ pace gauderet. Hic, inqvit, fragili*

gile corpus meum debet resolvi: & post hæc omnis ista regio gentili gladio desolanda, ferisqve inhabitanda relinqvetur, & ante translationem meam non videbit indigena pacem firmam: qvandocunqve verò domi resideo, Apostolicâ intercessione paganos qviescere spero. Hæc Ditmarus: qvæ iisdem ferè verbis confirmantur ab Anonymo Autore in vita Pontificis *Benedicti V.* qvam Erpoldus 512
Lindenbrogius Syntagmati Rer. German. septent. pag. 133. & 134. inseruit.

---

193 *A. Æ. C. 1000. A. P. Jul. 5713. Indict. XIII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Silvestri II. 2. à mense Febr. an. current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 17. à d. 7. Decembr. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. Gregorium V. 5. à mense Junio an. current.
A. V. C. 193.
An. Archiepiscopatus Hamb. 169. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens. 143. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 13. à d. 28. April. an. præced.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 28. à Kalend. April. an. current.

* * *

---

194 A. *Æ. C. 1001. A. P. Jul. 5714. Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. præced.* 513
An. Pontif. Silvestri II. 3. à mense Febr. an. current.
An. Imp. Ottonis III. à morte patris 18. à d. 7. Dec. an. præced.
An. Imp. Ottonis III. à coronatione per Pontif. V. 6. à mense Junio an. current.
A. V. C. 194.
An Archiepiscopatus Hamb. 170. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 144. à d. 31. Maji an. current.
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 14. à d. 28. April. an. præced.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 29. à Kalend. April. an. current.

Ad hunc annum Æ. C. 1001. pertinet diploma Imp. *Ottonis III.* de Confirmatione *Rameslob*, qvod ab Erpoldo Lindenbrogio inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis pag. 154. editum est. In clausula istius diplomatis, qvâ notatio temporis continetur, omnia benè se habent, excepto, qvod pro *anno Regni Ottonis XIV.* sine controversiâ scribendum 514
est XVIII. Numerantur enim anni Regni Ottonis III. à morte patris Ottonis II. seu d. 7. Decemb. A. Æ. C. 983. currentis.

---

195 A. *Æ. C.* 1002. A. *P. Jul. 5715. Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Silvestri II. 4. à mense Febr. an. current.
An. Imp. Ottonis III. *à morte patris 19. à d. 7. Decemb. an. præced. usqve ad an. current. d. 28. Januar. qvo obiit.*
An. Imp. Ottonis III. *à coronatione per Pontif. Gregorium V. 6. à mense Junio an. præced. usqve ad an. current. d. 28. Januar. qvo obiit.*
An. Imp. Henrici II. cognomine Claudi & Sancti, à morte Imp. Ottonis III. 1. à d. 28. Jan. an. current.
An. V. C. 195.
A*n. Archiepiscopatus Hamb. 171. ab ineunte autumno an. præced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 145. à d. 31. Maji an. current.*
A*n. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 15. à d. 28. April. an. current.*
A*n. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bennonis 30. à Kal. April. an current.*

* * *

---

196 A. *Æ. C.* 1003. A. *P. Jul. 5716. Indict. I. à d. 24. Sept. an præced.* 515
An. Pontif. Silvestri II. 5. à mense Febr. an. current. usqve ad ejusdem an. d. 12. Maji, qvo obiit.
An. Pontif. Joannis reverâ XVI. alias XVII. vulgò XVIII. 1. à d. 7. Junii an. current. usqve ad ejusdem anni mensem Novembrem, qvo obiit.
An. Pontif. Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XIX. 1. à d. 20. Novembr. an. current.
An. Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III. *2. à d. 28. Jan. an. current.*

An. V. C. 196.
An. Archiepiscopatus Hamb. 172. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 146. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 16. *à d.* 28. *April. an. current.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis *Bennonis* 31. *à Kal. April. an. current.*

516 Ad hunc annum Æ. C. 1003. pertinet Imp. *Henrici* II. sive *Claudi* diploma de Ecclesiæ Hamburgensis & locorum ad eam pertinentium libertate d. 25. Maji promulgatum, qvod ab Erpoldo Lindenbrogio inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis pag. 155. editum est. In clausulâ istius diplomatis, qva notatio temporis centinetur, pro *anno Heinrici Regis* I. sine dubio scribendum est II.

A. *Æ. C.* 1004. A. *P. Jul.* 5717. *Indict. II. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 197
An. Pontif. Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XIX. 1. *à d.* 20. *Novemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III. 3. *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. V. C. 197.
An. Archiepiscopatus Hamb. 173. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 147 *à* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 17. *d.* 28. *April. an. current.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bennonis 32. *à Kal. April. an. current.*

* * *

517 A. *Æ. C.* 1005. A. *P. Jul.* 5718. *Indict. III. à. d.* 24. *Sept. an. praced.* 198
An. Pontif. Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XIX. 2. *à d.* 20. *Nov. an. praced.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 4. *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. V. C. 198.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 174. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 148. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi *Hamburgensis Libentii* 2. *à d.* 18. *April. an. current.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bennonis 33. *à Kal. April. an. current.*

* * *

A. *Æ. C.* 1006. A. *P. Jul.* 5719. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 199
An. Pontif. *Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XIX.* 3. *à d.* 20. *Novembr. an. praced.*
An. Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III. 5. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
518 A. *V. C.* 199.
An. Archiepiscopatus Hamb. 175. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 149. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. *Libentii* 19. *à d.* 28 *April. an. current.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bennonis 34. *à Kal. April. anni current.*

* * *

A. *Æ. C.* 1007. A. *P. Jul.* 5720. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 200
An. Pontif. Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XIX. 4. *à d.* 20. *Novemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici II. sive Clandi à morte Ottonis III. 6. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. V. C. 200.
An. Archiepiscopatus Hamb. 176. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 150. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 20. *à d.* 28. *April. an. current.*
519 *An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis* 35. *à Kal. April. an. current.*

* * *

An. Æ. C. 1008. A. *P. Jul.* 5721. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an praced.* 201
An. Pontif. Joannis revera XVII. alias XVIII. vulgò XII. 5. *à d.* 20. *Novemb. an. praced.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis III.* 7. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
A. *V. C.* 201.
An. Archiepis. Hamb. 177. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 151. *à d.* 31. *Maji an. current.*

An.

An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 21. à d. 28. April. an. current.
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 36. à Kal. April. an. current.

* * *

202 A. Æ. C. 1009. A. P. Jul. 5722. *Indict. VII. à d. 24. Sept. an. præced.* 520
An. Pontif. Joannis revera XVII. *alias* XVIII. *vulgò* XIX. 6. *à d.* 20. *Novembr. an. præced. usqve ad an. current. d.* 18. *Julii, qvo obiit.*
An. Pontif. Sergii IV. 1. *à d.* 31. *August. an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis III.* 8. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. *V. C.* 202.
An. Archiepiscopatus Hamb. 178. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 152. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii 22. *à d.* 28. *April. an. current.*
An. secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis 37. *à Kal. April. an. current.*

* * *

203 A. Æ. C. 1010. A. P. Jul. 5723. *Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Sergii IV. 2. *à d.* 31. *August. an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis III.* 9. *à d.* 28. *Jan. an. current.*
An. *V. C.* 203. 521
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 179. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 153. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii* 23. *à d.* 28. *April. an. current.*
An. *secundi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bennonis* 37. *à Kal. April. an. præced. usqve ad principium veris an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 1. *à morte patris Bennonis sive primo vere an. current.*

Hoc anno Æ. C. 1010. priusqvam Archiep. Hamb. *Libentius* 23. Archiepiscopatus sui annum inchoaret, obiit Dux Saxoniæ *Benno* & succesfit filius ejus Dux *Bernhardus.* Vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 41. Adami Bremensi eâ de re hæc verba sunt: *Anno igitur Archiepiscopi* [Libentii] *XXII. Benno Dux Saxonum obiit, & Ludgerus frater ejus, qvi cum uxore suâ venerabili Emmâ, Bremensi Ecclesiæ plurima bona fecerunt:* Idem testatur Helmoldus lib. 1. cap. 16. his verbis: *Anno regni* [Henrici II.] *decimo mortuus est Dux Saxoniæ Benno, vir omni probitate conspicuus & strenuus Ecclesiarum defensor. Cujus principatus hæres factus est Bernhardus filius ejus.* 522 Idem confirmat Albertus Stadensis his verbis: *Anno Domini MX. Benno Dux Saxonum obiit & Lutgerus frater ejus, qvi cum uxore sua venerabili Emmâ, Bremensi Ecclesiæ plurima bona fecit.* Ex his igitur de tempore obitus Ducis *Bennonis* testimoniis evidentissimè apparet, ubicunqve in antiqvis monumentis ante annum Æ. C. 1010. *Bernhardi*, ut jam Ducis Saxoniæ fit mentio, vitiatam esse scripturam culpâ librariorum & pro nomine *Bernhardi* nomen *Bennonis* substituendum esse. Sic enim in diplomate Imp. *Ottonis II.* de libertate monasterii *Ripesholt* anno Æ. C. 983. promulgato, pro *in Comitatu Bernhardi Ducis.* Similiter in diplomate Imp. *Ottonis III.* de libertate ejusdem monasterii *Ripesholt*, cujus supra in Chronologia an. Æ. C. 988. fit mentio, pro *in Comitatu Bernhardi Ducis* legendum est *in Comitatu Bennonis Ducis*, & aliqvantò post pro *interventu Bernhardi Ducis* itidem legendum *interventu Bennonis Ducis.*

Eodem anno Æ. C. à *Libentio* Archiepiscopo Hamburgensi missus est *Oddo* Legatus ad *Sergium IV.* Papam, pro definiendâ lite & componenda discordiâ, inter ipsum atqve *Bernarium* Episcopum Verdensem exortam de parochia, *Ramsola* dicta, qvæ intra terminos suæ diœcesis ab hoc diceretur: contra verò eam vendicare conabatur sibi Libentius Archiepiscopus, eò qvod *S. Anscharius* primus provinciæ illius Apostolus, fugiens incendium 523 Urbis Hamburgi, illic erexerit Oratorium, collocaverit reliqvias, & monachorum conventum. Prævaluit apud Pontificem tanti memoria Præsulis, ob idqve Archiepiscopo Hamburgensi Libentio causam Papa Sergius adjudicavit. Hæc Annal. Eccles. Tom. XI. *Baronius.* Videsis etiam ipsum Adamum Brem. qvem is in narratione hujus rei secutus est, lib. 2. c. 32.

An. Æ. C. 1011. A. P. Jul. 5724. *Indict. IX. à d. 24. Sept. an. praeced.* 204
An. *Pontif. Sergii IV.* 3. *à d.* 31. *Augusti an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III.* 10. *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. *V. C.* 204.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 180. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 154. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *octavi Arhiep. Hamb. Libentii* 24. *à d.* 28. *April. an. current.*
524 An. *tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi* 2. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1012. A. P. Jul. 5725. *Indict. X. à d. 24. Sept. an. praeced.* 205
An. *Pontif. Sergii IV.* 3. *à d.* 31. *Aug. an. praeced. usqve ad d.* 13. *Maji an. current. qvo obiit.*
An. *Pontif. Benedicti VIII.* 1. *à mense Majo an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III.* 11. *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. *V. C.* 205.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 181. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiae Hamb. & Bremens.* 155. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *octavi Archiepiscopi* Hamb. *Libentii* 25. *à d.* 28. *April. an. current.*
An. *tertii Ducis Saxoniae Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi* 3. *à primo vere an. current.*

Hoc anno Æ. C. 1012. ut rectè monet Em. Card. *Baronius* Annal. Eccles. Tom. XI. cum
525 jam Archiepiscopus Hamb. *Libentius vigesimum qvintum* sive ultimum Archiepiscopatus sui annum inchoasset, contigit *qvartum* Urbis Hamburgensis propter Christianam religionem excidium per Principes Vandalorum *Mistiwoy* & *Mizzudrag*. De qvo videsis lib. 1. Rer. Hamb. pag. 42. & 43. Notandum autem est, haec, qvae ibi leguntur, verba. *Itaqve ultimo Libentii Archiepiscopi anno, qvi est Christi millesimus decimus tertius*; culpâ operarum typographicarum mutila, & sic supplenda esse: *Itaqve ultimo Libentii Archiepiscopi anno, qvi est Christi partim millesimus duodecimus, partim millesimus decimus tertius.* Similiter ibidem in margine, ut & pag. 48. & 51. A. C. 1013. legendum est A. C. 1012. Adamus Bremensis l. 2. cap. 32. tempus *qvarti* hujus excidii Urbis Hamburgensis his indicat verbis: *Haec facta sunt ultimo tempore senioris Libentii sub Duce Bernhardo filio Hermanni.* Sed minimè dubium est, qvin corruptus sit hic locus, & pro *filio Hermanni* scribi debeat *filio Bennonis*, ut apud Helmodum lib. 1. cap. 16. rectè legitur. Eodemmodo eadem ex Adamo Brem. desumpta verba corrigenda sunt apud *Albertum Stadensem* & pro *sub Duce Bernhardo filio Hermanni* legendum est *sub Bernhardo filio Bennonis*, ut rectè monet Card. *Baronius*, non autem *sub*
526 *Duce Bennone filio Hermanni*, ut Reinerus Reineccius legendum esse falsò existimat. Cujus erroris occasionem ipsi praebuit, qvod jam memorata Vandalica persecutio, qvae anno Æ. C. 1012. contigit, ab Alberto Stadensi perperam refertur ad annum Æ. C. 1001. Tunc temporis autem Dux Saxoniae *Benno*, Ducis *Hermanni Billingi* filius, adhuc vivebat. Obiit enim is A. Æ. C. 1010. & successorem habuit filium *Bernhardum*, in cujus principatus annum *tertium* Hamburgense excidium, de qvo hic agitur, incidit.

A. Æ. C. 1013. A. P. Jul. 5726. *Indict. XI. à d. 24. Sept. an. praeced.* 206
An. *Pontif. Benedicti VIII.* 2. *mense Majo an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis* III. 12. *à d.* 28. *Januar. an. current.*
An. *V. C.* 206.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 182. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. *conjunctionis Ecclesiarum* Hamburgensis *& Bremensis* 156. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. *octavi Archiepiscopi Hamb. Libentii* 25. *à d.* 28. *April. an. praeced. usqve an. current. d.* 4. *Januar. qvo obiit.*
An. *noni Archiep. Hamb. Unwani* 1. *à mense Januar. an. current.*
527 An. *tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 4. *à primo vere an. current.*

De obitu octavi Archiepiscopi Hamb. *Libentii* & successione *Unwani* vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 43 Caeterum necessario hic monendum est, octavum Archiepiscopum Hamburgensem, qvi hoc anno Æ. C. 1013. obiit, & ab Adamo Brem. Helmoldo, atqve Alberto Stadensi *Libentius* vocatur, in Diplomatibus Impp. Ottonis III. & Henrici II. qvorum supra in Chronologia annorum Æ. C. 1001. & 1003. fit mentio, nec non apud *Ditmarum Mersburgen-*

burgen-

burgensem & in aliis antiqvis monumentis *Liebizonem* & *Lievizonem* appellari. Hâc enim unius ejusdem nominis diversâ formatione deceptus Em. Card. *Baronius*, *Lievizonem* sive *Liebizonem* Archiepiscopum Bremensem & *Libentium* Archiepiscopum Hamburgensem duos diversos Archiepiscopos fuisse credidit, ideoqve illius qvidem obitum ad A. Æ. C. 1013. retulit. Notandum prætereà est, ab Archiepiscopo *Unwano*, qvi hoc anno Æ. C. 1013. præesse cœpit Hamburgensi Ecclesiæ, urbem Hamburgensem instauratam & *Collegium duodecim Canonicorum*, qvod in hunc usqve diem durat, institutum fuisse. Qvoto 528
autem Archiepiscopatus ipsius anno id factum fuerit, nondum mihi satis liqvet. Adamus enim Brem. lib. 2. cap. 33. & ex eo Albertus Stad. ad an. 1013. atqve Helmoldus lib. 1. cap. 17. omissa accurata notatione anni, generaliter tantum tradunt, id contigisse, *postqvam rebellis Dux Saxoniæ Bernbardus, consilio Archiepiscopi Unwani tandem flexus Imp. Henrico II. apud* (1) *Scalchinburg supplex dedit manus, & Sclavis tributo subjectis, pacem reddidit Nordalbingis & matri Hammaburg.* Qvamvis igitur hæc verba leguntur apud Albertum Stad. & Card. Baronium in actis anni 1013. qvo Unwanus successit Libentio, revera tamen eò non pertinent. Rebellio enim Ducis *Bernhardi*, post cujus finem Urbs Hamburgensis instaurata & *Collegium duodecim Canonicorum* institutum est, non cœpit ante annum Æ. 1015. Vid. Calvis. ad hunc an.

---

207 A. Æ. C. 1014. A. P. *Jul.* 5727. *Indict. XII. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti VIII. 3. *à mense Majo an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 13. *à d. 28. Jan. an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à coronatione per Pontificem Benedictum* VIII. 1. *à d. 24. Februar. an. current.* 529
An. V. C. 207.
An. Archiepiscopatus Hamb. 183. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 157. *à d. 31. Maji an. current.*
An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani 2. *à mense Januar. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 5. *à primo vere an. current.*

Hoc anno Æ. C. 1014. d. 20. Novembris promulgavit Imp. *Henricus* II. diploma, qvo ad preces Archiepiscopi *Unwani* libertatem Ecclesiæ Hamburgensis & locorum ad eam pertinentium confirmavit. Integrum illud diploma extat in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 156. & finitur hâc clausulâ: *Datâ* XII. *Kalend. Decembris, Indictione* XII. *anno Dominicæ incarnationis* MXIV. *anno autem Domini Heinrici* II. *regnantis* XIII. *Imperii verò* I. *Atistedi actum feliciter, Amen.*

---

208 A. Æ. C. 1015. A. P. *Jul.* 5728. *Indict. XIII. à d. 24. Sept. an. praced.* 530
An. Pontif. Benedicti VIII. 4. *à mense Majo an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 14. *à d. 28. Jan. an. current.*
An. Imp. Henrici II *sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 2. *à d. 24. Februarii an. current.*
An. V. C. 208.
An. Archiepiscopatus Hamb. 184. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 158. *à d. 31. Maji an. current.*
An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani 3. *à mense Januar. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 6. *à primo vere an. current.*

* * *

---

209 A. Æ. C. 1016. A. P. *Jul.* 5729. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. praced.*
An Pontif. Benedicti VIII. *à mense Majo an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis III.* 15. *à d. 28. Jan. an. current.* 531
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 3. *à d. 24. Februar. an. current.*
A. *V.* C. 209.
An. Archiepiscopatus Hamb. 185. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 159. *à d. 31. Maji an. current.*

(1) Apud Helmoldum perperum legitur Scaldinburg. Henr. Meibomius part. 2. Chron. Braunsv. & Luneburgens. pag. 373. vertit, zum Schalcksberge der Weser.

An. noni Archiepiscopi Hamburgensis. Unwani 4. à mense Jan. an. current.
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 7. à primo vere an. current.

* * *

A. Æ. C. 1017. A. P. Jul. 5730. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.* 210
An. Pontif. Benedicti VIII. 6. *à mense Majo an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis III. 16. à d. 28. Jan. an. current.*
532 *An. Imp. Henrici* II. *sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedict.* VIII. 4. *à d. 24. Febr. an. current.*
An. *V. C.* 210.
An. Archiepiscopatus Hamb. 186. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesi. Hamb. & Brem. 160. *à d. 31. Maji an. current.*
An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani 5. *à mense Jan. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Dominis Urbis Hamburgensis Bernhardi 8. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1018. A. P. Jul. 5731. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. præced.* 211
An. Pontif. Benedicti VIII. 7. *à mense Majo an current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 17. *à d. 28. Jan. an. current.*
An. *Imp. Henrici* II. *sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedicti* VIII. 5. *à d. 24. Febr. an. current.*
A. *V.* C. 211.
533 *An. Archiepiscopatus Hamb.* 187. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesi. Hamb. & Brem. 161. *à d. 31. Maji an. current.*
An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani 6. *à mense Januar. an. current.*
An. *tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 9. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1019. A. P. Jul. 5732. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. præced.* 212
An. *Pontif. Benedicti* VIII. 8. *à mense Majo an. current.*
An. *Imp. Henrici* II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 18. *à d. 28. Jan. an. current.*
An. *Imp. Henrici* II. *sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 6. *à d.* 24. *Februar. an. current.*
A. *V.* C. 212.
An. Archiepiscopatus Hamb. 188. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesi. Hamb. & Brem. 162. *à d. 31. Maji an. current.*
534 *An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani* 7. *à mense Jan. an. current.*
An. *tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi* 10. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1020. A. P. Jul. 5733. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. præced.* 213
An. *Pontif. Benedicti VIII. 9. à mense Majo an. current.*
An. *Imp. Henrici II sive Claudi à morte Ottonis III. 19. à d. 28. Jan. an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 7. *à d. 24. Febr. an. current.*
An. *V.* C. 213.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 189. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Ecclesi. Hamb. & Brem.* 163. *à d. 31. Maji an. current.*
An. *noni Archiepiscopi Hamb. Unwani* 8. *à mense Jan. an. præced.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 11. *à primo vere anni current.*

* * *

535 A. Æ. C. 1021. A. P. Jul. 5734. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. præced.* 214
An. *Pontif. Benedicti* VIII. 10. *à mense Majo an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III. 20. à d. 20. Jan. an. current.*
An. *Imp. Henrici II. sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum VIII.* 8. *à d.* 24. *Februar. an. current.*
An. *V.* C. 214.
An. Archiepiscopatus *Hamb,* 190. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem.* 164. *à d. 31 Maji an. currentis.*

An.

An. noni Archiepiscopi Hamb. Unwani 9. à mense Januar. an. current.
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 12. à primo vere an. current.

* * *

215 A. Æ. C. 1022. A. P. Jul. 5735. *Indict. V. à d. 24. Sept. an. praced.* 536
An. Pontif. Benedicti VIII. 11. *à mense Majo an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Claudi à morte Ottonis* III. 21. *à d. 28. Januar. an. current.*
An. Imp. Henrici II. sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum VIII. 9. a d. 24. Februar. an. current.
A. *V. C.* 215.
An. Archiepiscopatus Hamb. 191. ab ineunte autumno an. praced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 165. à d. 31. Maji an. current.
An. noni Archiep. Hamb. *Unwani* 10. *à mense Jan. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis *Bernhardi* 13. *à primo vere an. current.*

* * *

216 A*n. Æ. C.* 1023. A. *P.* 5736. *Indict. VI. à d. 24. Sept. an. praced.* 537
A*n. Pontif. Benedicti* VIII. 12. *à mense Majo an. current.*
A*n. Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis III. 22. à d. 28. Jan. an. current.*
A*n. Imp. Henrici II. sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 10. *à d.* 24. *Februar. an. current.*
A*n. V. C.* 216.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 192. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 166. *à d. 31. Maji an. current.*
A*n. noni Archiep.* Hamb. *Unwani* 11. *à mense Januar. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bernhardi* 14. *à primo vere an. current.*

* * *

217 A*n. Æ. C.* 1024. A. *P. Jul.* 5737. *Indict.* VII. *à d. 24. Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Benedicti* VIII. 13. *à mense Majo an. praced. usque ad anni current. d. 27. Febr. quo obiit.*
A*n. Pontif. Joannis revera* XVIII. *alias* XIX. 1. *vulgò* XX. *à d. 28. Febr. an. current.*
A*n Imp. Henrici II. sive Claudi à morte Ottonis* III. 23. *à d. 28. Jan. an. currentis usque ad ejusdem an. d. 13. Julii, quo obiit.* 538
A*n. Imp.* Henrici *II. sive Claudi à coronatione per Pontif. Benedictum* VIII. 11. *à d. 24. Febr. an. current. usque ad ejusdem an. d. 13. Julii, quo obiit.*
A*n. Imp. Conradi II. sive Saliqui à morte* Henrici *II.* 1. *à d. 13. Julii, an. current.*
A*n. V. C.* 217.
A*n. Archiepiscopatus* Hamb. 193. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 167. *à d. 31. Maji an. current.*
A*n. noni Archiepiscopi* Hamb. *Unwani* 12. *à mense Jan. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 15. *à primo vere an. current.*

* * *

218 A. *Æ. C.* 1025. A. *P. Jul.* 5738. *Indict.* VIII. *à d. 24. Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Joannis* XVIII. *alias* XIX. *vulgo* XX. 2. *à d. 28. Febr. an. current.*
A*n. Imp. Conradi* II. *sive Saliqui à morte* Henrici *II.* 2. *ad* 13. *Julii an. current.*
A*n. V. C.* 218. 539
A*n. Archiepiscopatus* Hamb. 194. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 168. *à d. 31. Maji an. current.*
A*n. noni Archiep.* Hamburg. *Unwani* 13. *à mense Januar. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bernhardi* 16. *à primo vere an. current.*

* * *

219 A. *Æ. C.* 1026. A. *P. Jul.* 5739. *Indict. IX. à d. 24. Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Joannis* XVIII. *vulgò* XX. 3. *à d. 28. Febr. an. current.*
A*n. Imp. Conradi* II. *sive Saliqui à morte* Henrici II. 3. *à d. 13. Julii an. current.*
A*n. V. C.* 219.
A*n. Archiepiscopatus* Hamb. 195. *ab ineunte autumno an. praced.*

An.

An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 169. *à d.* 31. *Maji an. current.*
540 *An. noni Archiep.* Hamb. *Unwani* 14. *à mense Januar. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. *Bernhardi* 17. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1027. A. P. *Jul.* 5740. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 220
An. Pontif. Joannis XVIII. vulgò XX. 4. *à d.* 28. *Febr. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 4. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX. 1. *à d.* 26. *Martii seu Paschate an. current.*
A. *V.* C. 220.
An. Archiepiscopatus *Hamb.* 196. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 170 *Maji à d.* 31 *an. current.*
An. noni Archiepiscopi *Hamb. Unwani* 15. *à mense Jan. an. current.*
An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. *Bernhardi* 18. *à primo vere an. current.*

* * *

541 A. *Æ. C.* 1028. A. *P. Jul.* 5741. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 221
An. Pontif. Joannis XVIII. vulgo XX. 5. *à d.* 28. *Febr. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 5. *à d.* 13 *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX. 2. *à d.* 26. *Martii an. current.*
A. V. C. 221.
An. Archiepiscopatus Hamb. 197. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Brem. 171. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. noni Archiep. Hamb. Unwani 16. *à mense Jan. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bernhardi 19. *à primo vere an. current.*

* * *

A. *Æ.* C. 1029. A. *P. Jul.* 5742. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 222
An. Pontif. Joannis XVIII. vulgo XX. 6. *à d.* 28. *Februar. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte* Henrici II. 6. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
542 *An. Imp. Conradi* II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 3. *à d.* 26. *Martii an. current.*
An. V. C. 222.
An. Archiescopatus Hamb. 198. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 172. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. noni Archiepis. Hamburg. *Unwani* 17. *à mense Januar. an. current. usqve ad ejusdem anni & mensis d.* 27. *qvo obiit.*
An. decimi Archiep. Hamb. *Libentii* II. 1. *à morte Archiep. Unwani sive d.* 27. *Jan. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. *Bernhardi* 20. *à primo vere an. current*
De obitu Archiepiscopi Hamburgensis *Unwani* & successione decimi Archiepiscopi *Libentii II.* sive *Junioris* vid. lib. 1. Rer. Hamb. pag. 48.

An. Æ. C. 1030. A. *P. Jul.* 5743. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 223
543 *An. Pontif. Joannis XVIII. vulgò XX.* 7. *à d.* 28. *Febr. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 7. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX. 4. *à d.* 26. *Mart. an. current.*
An. V. C. 223.
An. Archiepiscopatus Hamb. 199. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 173. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi Arhiep. Hamb. Libentii secundi 2. *à d.* 27. *Januar. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 21. *à primo vere an. current.*

* * *

An.

224 A. Æ. C. 1031. A. P. Jul. 5744. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XVIII. vulgo XX. 8. *à d.* 28. *Febr. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 8. *d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX. 5. *à d.* 26. *Martii an. current.* 544
An. V. C. 224.
An. Archiepiscopatus Hamb. 200. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Bremens. 174. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. tertii Archiepiscopi Hamb. *Libentii secundi* 3. *à d.* 27. *Januar. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 22. *à primo vere an. current.*

* * *

---

225 A. Æ. C. 1032. A. P. Jul. 5745. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XVIII. vulgò XX. 9. *à d.* 28. *Febr an. current.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 9. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 6. *à d.* 26. *Mart. an. current.*
An. V. C. 225.
An. Archiepiscopatus Hamb. 201. *ab ineunte autumno an. praced.* 545
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamburgensis *& Bremensis* 175. *à d.* 31. *Maji an. currentis.*
An. decimi Archiepiscopi Hamb. Libentii secundi 4. *à d.* 27. *Januar. an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 25. *Augusti, qvo obiit.*
An. undecimi Archiep. Hamb. Hermanni I. *à morte Archiepis. Libentii* II. *sive d.* 25. *Augusti an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis *Bernhardi* 23. *à primo vere an. current.*

De obitu Archiepiscopi *Libentii* II. & successione Archiepiscopi *Hermanni* vid. lib. I. Rer. Hamb. 48. Notandum autem est, apud Adamum Brem. lib. 2. cap. 49. ut & in Anonymi, ab Erp. Lindenbrogii editi, Historia Archiepiscoporum Bremensium, ubi de Archiepis. Libentii II. morte agitur, perperam legi *Indictione* XIII. pro *Indictione* XV.

---

226 A. Æ. C. 1033. A. P. Jul. 5746. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Joannis XVIII. *vulgò* XX. 10. *à d.* 28. *Febr. an. current. usqve ad ejusdem anni d.* 8 *Novembr. qvo obiit.*
An. Pontif. Benedicti IX. 1. *à mense Novembri an. current.* 546
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici* II. 10. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontificem Joannem* XX. 7. *à d.* 26. *Martii an. current.*
An. V. C. 226.
An. Archiepiscopatus Hamb. 202. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 176. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. undecimi Archiepiscopi Hamb. Hermanni 2. *à* 25. *Augusti an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 24. *à primo vere an. current.*

* * *

---

227 A. Æ. C. 1034. A. P. Jul. 5747. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 1. *à mense Novembri an. praced.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici* II. 11. *à. d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 8. *à d.* 26. *Martii an. current.* 547
An. V. C. 227.
An. Archiepiscopatus Hamb. 203. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 177. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. undecimi Archiepiscopi Hamb. Hermanni 3. *à d.* 25. *August. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 25. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1035. A. P. Jul. 5748. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. praeced.* 228
An Pontif. Benedicti IX. 2. *à mense Novembr. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici II.* 12. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 9. *à d.* 26. *Martii an. current.*
A. *V.* C. 228.
548 *An. Archiepiscopatus Hamb.* 204. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Bremens. 178. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. undecimi Archiepiscopi Hamburgensis Hermanni 4. *à d.* 25. *Augusti an. current. usqve ad d.* 28. *Sept. qvo obiit.*
An. duodecimi Archiep. Hamb. Bezelini cognomine Alabrandi 1. *à morte Archiep. Hermanni seu d.* 29. *Sept. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 26. *à primo vere an. current.*

De obitu Archiep. Hamb. *Hermanni* & successione Archiep. *Bezelini* cognomine *Alabrandi* vid. lib. I. Rer. Hamb. pag. 48. Notandum autem est, pro A. Æ. C. 1035. perperam ibi legi 1036.

Ad hunc annum Æ. C. 1035. pertinet diploma Imp. *Conradi* II. Archiep. *Bezelino* de mercatu Bremensi concessum, qvod extat in Erp. Lindenbrogii Syntagmate Rer. German. Sept. pag. 157. In clausula hujus diplomatis, qva notatio temporis continetur, pro XVII. *Kal. Octobr.* legendum videtur XVII. *Kal. Novembr.* Nam XVII. *Kal. Octobr.* hujus anni Æ. C. 1035. vivebat adhuc Archiepiscopus *Hermannus*, ut testantur Adamus Bremen-
549 sis & Anonymus Autor Historiae Archiepiscoporum Bremensium, ab Erp. Lindenbrogio editus. Item pro *anno Regni Conradi* XI. legendum ibi est *anno Regni* XII.

A. Æ. C. 1036. A. P. Jul. 5749. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. praeced.* 229
An. Pontif. Benedicti IX. 3. *à mense Novembr. an. praeced.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici II.* 13. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 10. *à d.* 26. *Martii an. current.*
An. *V.* C. 229.
An. Archiepiscopatus Hamb. 205. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 179. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini 1. *à d.* 28. *Sept. an. praeced.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Dominis Urbis Hamburgensis Bernhardi 27. *à primo vere an. current.*

* * *

---

550 A. Æ. C. 1037. A. P. Jul. 5750. *Indict. V. à d. 24. Sept. an. praeced.* 230
An. Pontif. Benedicti IX. 4. *à mense Novembr. an. praeced.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici* II. 14. *à d.* 13. *Julii an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem* XX. 11. *à d.* 26. *Martii an. current.*
A. *V.* C. 230.
An. Archiepiscopatus Hamb. 206. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 180. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini 2. *à d.* 28. *Sept. an. praeced.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis *Bernhardi* 28. *à primo vere an. current.*

Hoc annum Æ. C. 1037. Archiepiscopus *Bezelinus* Hamburgi Ecclesiam Cathedralem B. *Virginis Mariae*, qvae post Wandalicam persecutionem anni 1012. ex ligno tantum instaurata fuerat, coepit reaedificare saxo qvadrato, & juxta illam meridiem versus ad Albim Pa-
551 latium Archiepiscopale, instar firmissimae arcis turribus & propugnaculis communitum, erigere. Qvare metuens Dux Saxoniae *Bernhardus*, ne potentia Archiepiscopi nimium in urbe praevalesceret, ipse qvoqve ab alterâ Ecclesiae parte septentrionem versus ad Alstriam, arcem sibi exstruxit, cujus ad nostram usqve aetatem aliqva extiterunt vestigia ibi,

ibi, ubi nunc *eqvile Senatus* est. Vide Albert. Stad. ad an. 1037. & lib. 1. Rer. Hamb. pag 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.

231 A. Æ. C. 1038. A. *P. Jul.* 5751. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 5. *à mense Novembr. an. praced.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à morte Henrici* II. 15. *à d.* 13. *Jul. an. current.*
An. Imp. Conradi II. *sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX.* 12. *à d.* 26. *Martii an. current.*
A. *V. C.* 231.
An. Archiepiscopatus Hamb. 207. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 181. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini 3. *à d.* 28. *Sept. an. praced.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 29. *à primo vere an. current.* 552

Ad hunc annum Æ. C. 1038. pertinet privilegium de mercatu *Heslingoæ*, qvod Imp. Conradus II. Archiepiscopo Hamburgensi *Bezelino* d. 10. Decembris concessit, & ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 157. & 158. integrè editum est.

232 A. *Æ. C.* 1039. A. *P. Jul.* 5752. *Indict. VII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 6. *à mense Novembr. an. praced.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à morte Henrici II. 15. *à d.* 13. *Jul. an. praced. usqve ad an. current. d.* 5. *Junii, qvo obiit.*
An. Imp. Conradi II. sive Saliqvi à coronatione per Pontif. Joannem XX. 13. *à d.* 26. *Martii an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 5. *Junii, qvo obiit.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 1. *à d.* 5. *Jun. an. current.*
An. V. C. 232.
An. Archiepiscopatus Hamb. 208. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 182. *à d.* 31. *Maji an. current.* 553
An. duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini 4. *à d.* 28. *Sept. an. praced.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 30. *à primo vere anni current.*

* * *

233 A. *Æ. C.* 1040. A. *P. Jul.* 5753. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 7. *à mense Novembr. an. praced.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 2. *à d.* 5. *Jun. an. current.*
An. V. C. 233.
An. Archiepiscopatus Hamb. 209. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 183. *à d.* 31 *Maji an. current.*
An. duodecimi Archiep. *Hamb. Bezelini* 5. *à* 28. *Sept. an. praced.*
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 31. *à primo vere an. current.*

Ad hunc annum Æ. C. 1040. pertinet privilegium de mercatu *Heslingoæ*, qvod Imp. *Henricus* III. Archiepiscopo Hamburgensi *Bezelino* d. 13. Maji concessit, & ab Erp. Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 158. integrè editum est. In clausula istius diplomatis, qvâ notatio temporis continetur, observatu dignum est, *annum Henrici decimum tertium* numerari ab anno Æ. C. 1026. qvo ipsum pater *Conradus* II. ante iter Italicum Regem Romanorum designavit. Testatur hoc *Wippo* in vita Imp. Conradi Saliqvi his verbis: *Anno Incarnationis Christi MXXVI. Cunradus Rex consilio & petitione Principum filium suum Henrichum puerum Regem post se designavit, illumqve Brunoni Augustensis Ecclesiæ Episcopo, in tutelam commendavit: & supradictis hostibus suis insidias per filium & cæteros fideles suos diligenter opponens, ipse cum exercitu copioso Italiam petere cœpit.* 554

234 A. *Æ. C.* 1041. A. *P. Jul.* 5754. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 8. *à mense Novembr. an. praced.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 3. *à d.* 5. *Junii an. current.* 555
An. V. C. 234.

An. Archiepiscopatus Hamb. 210. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 184. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini 6. *à d.* 28. *Sept. an. praced.*
An. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 32. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1042. A. P. *Jul.* 5755. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 235
An. Pontif. Benedicti IX. 9. *à mense Novembri an. praced.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 4. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. *V. C.* 235.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 211. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 185. *à d.* 31. *Maji an. current.*
556 An. *duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini* 7. *à d.* 28. *Sept. an. praced.*
An. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 33. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1043. A. P. *Jul.* 5756. *Indict. XI. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 236
An. Pontif. Benedicti IX. 10. *à mense Novembri an. praced.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 5. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. V. C. 236.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 212. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 186. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *duodecimi Archiepiscopi Hamb. Bezelini Alebrandi* 8. *à d.* 28. *Sept. an. praced. usque ad an. current. d.* 15. *Aprilis, quo obiit.*
An. *decimi tertii Archiep. Hamb. Adalberti sive Alberti I.* 1. *à morte Archiep. Bezelini sive d.* 15. *April an. current.*
557 An. *tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 34. *à primo vere an. current.*

De morte duodecimi Archiep. Hamb. *Bezelini Alebrandi* & successione *Adalberti* sive *Alberti I.* vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 58. Notandum autem est apud Adamum Brem. lib. 2. cap. 51. Albert. Stad. ad ann. 1043. & Anonymum Autorem Hist. Archiep. Brem. mendosè legi *Bezelinum sedisse annos decem.* Ex hac enim Chronologiâ luculentè apparet ipsum obiisse *currente anno Archiepiscopatus octavo.*

A. Æ. C. 1044. A. P. *Jul.* 5757. *Indict. XII. à d.* 24. *Sept. an praced.* 237
An. Pontif. Benedicti IX. 11. *à mense Novembri an. praced. usque ad an. current. Kal. Maji.*
An. Pontif. Silvestri III. 1. *in schismate contra Benedict. IX.*
An. *Pontif. Gregorii VI.* 1. *à Kal. Maji an. current.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 6. 2. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. V. C. 237.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 213. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 187. *à d.* 31. *Maji an. current.*
558 An. *decimi tertii Archiep.* Hamb. Adalberti *I.* 2. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. *tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis* Hamb. *Bernhardi* 35. *à primo vere an. current.*

* * *

An. Æ. C. 1045. A. P. *Jul.* 5758. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.* 238
An. *Pontif. Gregorii VI.* 2. *à Kal. Maji an. current.*
An. *Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris* 7. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. *V. C.* 238.
An. *Archiepiscopatus* Hamb. 214. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 188. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *decimi tertii Arhiep. Hamb. Adalberti I.* 3. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. *tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi* 36. *à primo vere an. current.*

* * *

An.

239 A. Æ. C. 1046. A. P. Jul. 5759. *Indict. XIV. à d. 24. Sept. an. præced.* 559
An. Pontif. Gregorii VI. 3. à Kal. Maji an. current. usque ad ejusdem anni d. 20. Decembr. quo coactus abdicavit.
An. Pontif. Clementis II. 1. à d. 25. Decembr. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 8. à d. 5. Jun. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri coronatione per Pontif. Clementem II. 1. à d. 25. Decembr. an. current.
A. V. C. 239.
An. Archiepiscopatus Hamb. 215. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 189. à d. 31. Maji an. current.
An. decimi terti Archiepiscopi Hamb. Adalberti 4. à d. 15. April. an. current.
An. primi Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 37. à primo vere an. current.

* * *

---

240 A. Æ. C. 1047. A. P. Jul. 5760. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. præced.* 560
An. Pontif. Clementis II. 1. à d. 25. Decemb. an. præced. usque ad ejusdem anni d. 9. Octobr. an. current.
An. Pontif. Benedicti IX. 12. à d. 9. Octobr. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 9. à d. 5. Jun. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II. 1. à d. 25. Decemb. an. præced.
A. V. C. 240.
An. Archiepiscopatus Hamb. 216. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Brem. 190. à d. 31. Maji an. current.
An. decimi tertii Archiep. Hamb. Adalberti I. 5. à d. 15. April. an. current.
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburg. Bernhardi 38. à primo vere an. current.

* * *

---

241 A. Æ. C. 1048. A. P. Jul. 5761. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. præced.* 561
An. Pontif. Benedicti IX. 12. à d. 9. Octob. an. præced.
An. Pontif. Damasi II. 1. à d. 17. Julii an. current. usque ad d. 8. Augusti ejusdem anni, quo obiit.
An. Pontif. Benedicti IX. 12. à d. 8. Augusti an. current. usque ad ejusdem an. d. 6. Octobr.
An. Pontif. Benedicti IX. 13. à d. 9. Octobr. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 10. à d. 5. Jun. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II. 2. à d. 25. Decembr. an. præced.
A. V. C. 241.
An. Archiepiscopatus Hamb. 217. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens. 191. à d. 31. Maji an. current.
An. decimitertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. à d. 15. April. an. current.
An. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 39. à primo vere an. current.

* * *

---

242 A. Æ. C. 1049. A. P. Jul. 5762. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Benedicti IX. 13. à. d. 9. Octobr. an. præced. usque ad mensem Febr. an. current. 562
An. Pontif. Leonis IX. 1. à d. 12. Februar. an. current.
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 11. à d. 5 Junii an. current.
An. Imp. Henrici III. à coronatione per Pontif. Clementem II. 3. à d. 25. Decembr. an. præced.
A. V. C. 242.

An Archiepiscopatus Hamb. 218. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 192. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 7. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 40. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1050. A. P. *Jul.* 5763. *Indict. III. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 243
An. Pontif. Leonis IX. 2. *à d.* 12. *Februar. an. current.*
An. Imp. Henrici II. *sive Nigri à morte patris* 12. *à d.* 5. *Jun. an. current.*
563 *An. Imp.* Henrici III. *sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem* II. 4. *à d.* 30. *Decemb. an. praeced.*
An. V. C. 243.
An. Archiescopatus Hamb. 219. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 193. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiep. Hamb. *Adalberti I.* 9. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamb. *Bernhardi* 41. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1051. A. P. *Jul.* 5764. *Indict. IV. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 244
An. Pontif. Leonis IX. 3. *à d.* 12. *Febr. an. current.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 13. *à d.* 5. *Jun. an. current.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II. 5. *a d.* 25. *Dec. an. praeced.*
A. *V.* C. 224.
An. Archiepiscopatus Hamb. 220. *ab ineunte autumno an. praeced.*
564 *An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 194. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiep. Hamb. *Adalberti I.* 9. *à d.* 15. April. *an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis *Bernhardi* 42. *à primo vere an. current.*

* * *

A. Æ. C. 1052. A. P. *Jul.* 5765. *Indict. V. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 245
An. Pontif. Leonis IX. 4. *à d.* 12. *Februar. an. praeced.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 14. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II.* 6. *à d.* 26. *Decembr. an. praeced.*
An. *V.* C. 245.
An. Archiepiscopatus Hamb. 221. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 195 *à* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 10. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 43. *à primo vere an. current.*
566

* * *

A. Æ. C. 1053. A. P. *Jul.* 5766. *Indict. VI. à d.* 24. *Sept. an. praeced.* 246
An. Pontif. Leonis IX. 5. *à d.* 12. *Februar. an. current.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 15. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. Imp. Henrici III *sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II.* 7. *à d.* 25. *Decembr. an. praeced.*
An. *V.* C. 246.
An. Archiepiscopatus Hamburgensis 222. *ab ineunte autumno an. praeced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 196. *à d.* 31. *Maji an current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi *Hamburgensis* Adalberti *I.* 11. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburg. Bernhardi 44. *à primo vere an. current.*

Ad hunc annum Æ. C. 1053. pertinet diploma Archiepiscopi Hamb. *Adalberti* de fundatione monasterii *Gozecensis*, qvod ab Erpoldo Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 159. integrè editum est. In clausula istius diplomatis, qvâ notatio temporis con-

continetur, numeri Indictionis & anni Archiep. Adelberti corrupti sunt, & pro *Indictione* III. legendum est *Indictione VI.* pro *Archiepiscopi* autem *Alberti anno* VIII. legendum est *anno* XI. Annus enim Archiepiscopi Alberti *octavus* respectu diei 29. Octob. qvo hoc diploma promulgatum est, respondet *Indictioni* IV. *anno* Æ. C. 1050.

---

247 A. Æ. C. 1054. A. *P. Jul.* 5767. *Indict. VII. à d. 24. Sept. an. praced.*
An. Pontif. *Leonis IX.* 6. *à d.* 12. *Februar. an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 10. *April. qvo obiit.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 16. *à d.* 5. *Junii an. current.*
An. *Imp.* Henrici *III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II.* 8. *à d.* 25. *Decembr. an. praced.*
A. *V.* C. 247.
An. Archiepiscopatus Hamb. 223. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. *& Brem.* 197. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti *I.* 12. *à d.* 15 *April. an. current.* 567
An. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburg. Bernhardi 45. *à primo vere an. current.*

* * *

---

248 A. *Æ.* C. 1055. A. *P. Jul.* 5768. *Indict. VIII. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Victoris II. 1. *à d.* 13. *April. an. current.*
An. Imp. Henrici III. sive Nigri à morte patris 17. *à d.* 5. *Junii an. current.*
A*n. Imp.* Henrici *III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem* II. 9. *à d.* 25. *Decemb. an. praced.*
A*n. V.* C. 248.
An. Archiepiscopatus Hamb. 224. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 198. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti *I.* 13. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 46. *à primo vere an. current.*

* * *

---

249 A*n. Æ. C.* 1056. A. *P. Jul.* 5769. *Indict. IX. à d.* 24. *Sept. an praced.* 568
An. Pontif. Victoris II. 2. *à d.* 13. *April. an. current.*
An. Imp. Henrici III. *sive Nigri à morte patris* 18. *à d.* 5. *Junii an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 5. *Octobr. qvo obiit.*
An. Imp. Henrici *III. sive Nigri à coronatione per Pontif. Clementem II.* 10. *à d.* 25. *Decemb. an. praced. usqve ad an. current. d.* 5. *Octobr. qvo obiit.*
A*n. Imp.* Henrici *IV. à mortis patris* 1. *à d.* 5. *Octobr. an. current.*
A. *V.* C. 249.
A*n. Archiepis. Hamb.* 225. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem.* 199. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. decimi tertii* Archiepiscopi Hamb. *Adalberti I.* 14. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamb. Bernhardi 47. *à primo vere an. current.*

* * *

---

250 A*n. Æ. C.* 1057. A. *P.* 5770. *Indict. X. à d.* 24. *Sept. an. praced.*
A*n. Pontif. Victoris II.* 3. *à d.* 13. *April. an. current. usqve ad ejusdem an. d.* 28. *Julii, qvo obiit.* 569
A*n. Pontif. Stephani X.* 1. *à d.* 2. *August. an. current.*
A*n. Imp. Henrici IV. à morte patris* 1. *à d.* 5. *Octobr. an. praced.*
A*n. V.* C. 250.
A*n. Archiepiscopatus Hamb.* 226. *ab ineunte autumno an. praced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 200. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. decimi tertii Archiep.* Hamb. A*dalberti I.* 15. *à d.* 15. April. *an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxonia & Domini Urbis* Hamb. *Bernhardi* 48. *à primo vere an. current.*

Ad hunc annum Æ. C. 1057. pertinet diploma Imp. *Henrici* IV. de donatione Comitatus cujusdam in pagis *Hunesga & Fivilga*, Ecclesiæ Hamburgensi ad preces Archiep. Adalberti factâ, qvod ab Erp. Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. Sept. pag. 159. 160. integrè editum est.

An.

A*n*. *Æ. C.*1058. A. *P. Jul.*5771. *Indict.* XI. *à d.*24. *Sept. an. præced.* 251
570 A*n. Pontif. Stephani X. à d.* 2. *August. anni current. usqve ad ejusdem an. d.* 29. *Mart. quo obiit.*
A*n. Pontif. Benedicti X. à d.* 29. *Martii an. current. usqve ad mensem Jan. an. seqvent.*
A*n Imp. Henrici IV. à morte patris* 2. *à d.* 5. *Octob. an. præced.*
A*n. V. C.* 251.
A*n. Archiepiscopatus* Hamb. 227. *ab ineunte autumno an. præced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *&* Brem. 201. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. decimi tertii Archiepiscopi* Hamb. Adalberti *I.*16. *à d.* 15. *April. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 49. *à primo vere an. current.*

* * *

A. *Æ. C.*1059. A. *P. Jul.* 5772. *Indict.* XII. *à d.* 24. *Sept. an. præced.* 252
A*n. Pontif. Nicolai II.* 1. *à mense Jan. an. current.*
A*n. Imp.* Henrici *IV. à morte patris* 3. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
A*n. V. C.* 252.
571 A*n. Archiepiscopatus* Hamb. 228. *ab ineunte autumno an. præced.*
A*n. Conjunctionis Eccles.* Hamb. *&* Brem. 202. *à d.* 31. *Maji an. current.*
A*n. decimi tertii Archiep.* Hamburg. *Adalberti I.* 17. *à d.* 15. *April. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamb. *Bernhardi* 50. *à primo vere an. current.*

Ad hunc annum Æ. C. 1059. pertinet diploma Archiep. Hamb. *Adalberti* de fundatione monasterii Benedictini in *Rastede* per *Hunonem* Comitem Oldenburgensem, qvod ab Erp. Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. sept. pag. 160. & ab Hermanno Hamelmanno Chronici Oldenburgensis parte 1. cap. 13. integrè editum est. In clausulâ istius diplomatis, qva notatio temporis continetur, pro anno ordinationis Archiepiscopi Adalberti XVI. legendum est anno XVII. si, ut à me in Chronologiâ hac factum est, anni Archiepiscopatus *Adalberti* numerentur ab anno Æ. C. 1043. d. 15. Aprilis, qvo decessor ipsius Bezelinus obiit. Sin autem annus Archiep. Adalberti in diplomate hoc retinendus sit, seqvitur ordinationem ipsius post diem 13. Sept. anni Æ. C. 1043. contigisse.
572 Præterea observatu dignum est, jam citato Chronici Oldenburgensis loco antiqvum extare sigillum Archiepisc. *Adalberti*, in qvo ipse Archiepiscopali throno insidens, sinistraqve manu baculum tenens pastoralem, dexterâ autem benedicens conspicitur cum hac inscriptione in margine: S. ADALBERTI HAMB. ECCL. EPISC. AP. SED. LEG. h. e. *Sigillum Adalberti Hamburgensis Ecclesiæ Episcopi, Apostolicæ Sedis Legati.*

A. *Æ. C.* 1060. A. *P. Jul.* 5773. *Indict. XIII. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 253
A*n. Pontif. Nicolai II.* 2. *à mense Januar. an. current.*
A*n. Imp.* Henrici VI. *à morte patris* 4. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
A*n. V. C.* 253.
An. Archiepiscopatus Hamb. 229. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 203. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 18. *à d.* 18. *April. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Bernhardi* 51. *à primo vere an. current.*

* * *

---

573 A. *Æ. C.*1061. A. *P. Jul.* 5774. *Indict. XIV. à d.* 24. *Sept. an. præced.* 254
A*n. Pontif. Nicolai II.* 3. *à mense Januar. an. current. usq; ad ejusdem an. d.* 3. *Julii, qvo obiit.*
An. Pontif. Alexandri II. à Kal. Octobr. an. current.
An. Pontif. Honorii II. in schismate contra Alexandrum II. 1. *à d.* 28. *Octobr. an. current.*
A*n. Imp. Henrici IV. à morte patris* 5, *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
A. *V. C.* 254.
An. Archiepiscopatus Hamb. 230. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 204. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 19. *à d.* 15. *April. an. current.*
A*n. tertii Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi* 52. *à primo vere an. current.*

* * *

A*n.*



Imago hæc S. ANSCHARII primi Archiepiscopi Hamburg. et Sedis Apostolicæ in Dania Sueciâ Norwegiâ cæterisq; omnibus Septentrionalibus regionibus Legati, extat archetÿpa in Basilica Cathedrali Hamburgensi iuxta gradus summi Chori supra dextrum Frontispicy eius fornicem, et inserenda est Chronologiæ et Auctario Libri primi Rerum Hamburgensium.

255 A. Æ. C. 1062. A. P. Jul. 5775. *Indict. XV. à d. 24. Sept. an. praeced.*
An. Pontif. Alexandri II. 1. à. Kal. Octobr. an. praeced. 574
An. Pontif. Honorii II. in schismate contra Alexandrum II. 1. à d. 28. Octob. an. praeced.
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 6. à d. 5. Octobr. an. praeced.
An. V. C. 255.
An. Archiepiscopatus Hamb. 231. ab ineunte autumno an. praeced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 205. à d. 31. Maji an. current.
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 20. à d. 15. April. an. current.
An. tertii Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Bernhardi 52. à primo vere an. praeced. usq; ad anni current. diem incertum, quo obiit.
An. quarti Ducis Saxoniae & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi à morte patris Bernhardi 1. quem, ut & seqventes Principatus ipsius annos instar annorum patris à primo vere ad primum ver numerabimus.

Hoc anno Æ. C. 1062. obiit Dux Saxoniae *Bernhardus*; ut cum *Alberto Stadensi* omnes tam antiqvi, qvam recentes autores, qvi ejus rei meminerunt, uno ore testantur. In qvem verò *mensem & diem* obitus ipsius inciderit, à nullo, qvod sciam, memoriae est traditum. 575 Si igitur Principatus ejus anni, ut in Chronologia hac à me factum est, numerentur à morte patris *Bennonis*, hoc est, à primo vere anni Æ. C. 1010. usqve ad Kalend. Januar. anni 1062. necessario seqvitur, ut is *unum & qvinqvaginta* integros annos Saxoniam administraverit, & currente anno Principatus qvidem sui *qvinqvagesimo secundo*, Archiepiscopi autem Hamburgensis Adalberti anno *decimo nono* decesserit. Corrigendus itaqve est Adamus Bremensis lib. 4. cap. 1. ubi vel ipsius, vel librariorum culpâ de morte Ducis Bernhardi haec leguntur: *Anno Pontificis nostri* (sc. Adalberti) *XVII. Bernhardus Saxonum Dux obiit, qvi à tempore senioris Libentii jam per XL. annos Slavorum res atqve Nordalbingorum, ac nostras strenuè administravit. Post cujus obitum filii ejus Ordolf & Hermannus haereditatem patris acceperunt.* Hic enim pro *anno Pontificis nostri XVII.* fine dubio legendum est *anno XIX.* & paulo post pro *per annos XL.* certò certius legendum est *per annos LI.* Ad qvod probandum ipse Adamus in jam citatis verbis validissimum subministrat argumentum, dum ait, *Bernhardum Ducatum Saxoniae administrasse à tempore senioris Libentii.* Qvippe per tempus 576 Archiepiscopi Hamburgensis *Libentii I.* sive *Senioris* hic sine controversiâ intelligitur annus Æ. C. qvo Dux Bernhardus patri suo Bennoni, sub principium veris mortuo, successit, & qvidem *ante diem 28. Aprilis*, hoc est, priusqvam Archiepiscopus Hamburgensis Libentius *vigesimum tertium* Archiepiscopatus sui annum inchoaret. Si igitur anni Prinpatus Ducis Bernhardi numerentur ab anno Archiepiscopi Libentii Senioris *vigesimo secundo* currente usqve ad ineuntem annum Æ. C. 1062. res ipsa indicabit, Ducem Bernardum integros *unum & qvinqvaginta* annos Saxoniam administrasse, & hunc numerum annorum apud Adamum Bremensem pro *annis qvadraginta* substituendum esse. Neqve verò locum hic habet Viri cujusdam docti conjectura, qvi in Notis ad Helmoldi lib. 1. cap. 22. censet, inter mortem Bennonis & successionem Bernhardi aliqvot annos interjectos fuisse. Manifestè enim reclamat idem Helmoldus lib. 1. cap. 16. his verbis: *Anno Regni* [Imp. Henrici II.] *decimo mortuus est Dux Saxoniae Benno. Cujus Principatus haeres factus est Bernhardus filius ejus.* Hinc nempe elucet, *Bernhardum* patri *Bennoni* statim ab ipso obitus momento in Ducatu Saxoniae haereditario jure successisse; aeqvè ac secundum Adami Bremensis paulò antè citatum testimonium fratres *Ordolphus & Hermannus* defuncto patri *Bernhardo* sine ullo temporis intervallo in administratione haereditariae ditionis successerunt. 577 Caeterum non tantum apud *Adamum* numerus annorum Principatus Ducis Bernhardi jam dicta ratione emendandus est, verum etiam apud *Helmoldum* lib. 1. cap. 22. Albert. Stadens. ad an. 1062. incertum Autorem Historiae Archiep. Brem. in Vita Adalberti ad an. 1062. & Alb. Crantzium Saxon. lib. 5. cap. 2. qvibus omnibus locis pro *annis qvadraginta*, scribendum est annis *uno & qvinqvaginta*. Notandum praetereà est, qvamvis libro primo Rerum Hamb. pag. 60. legatur, *Ducem Saxoniae Bernhardum fato concessisse, cum Archiepiscopus Hamb. Adalbertus decimum ageret & septimum Pontificatus sui annum, eumqve fuisse Christi sexagesimum primum supra millesimum*, revera tamen hoc contigisse anno Æ. C. 1062. cum Adalbertus ageret annum Archiepiscopatus sui *vigesimum*. Tunc temporis enim, ubi illa scripsi, simpliciter & sine ulteriori inqvisitione secutus sum *Adamum Bremensem*, cujus fidem hic minimè suspectam habui; atenimverò, posteaqvam

hanc concinnare cœpi Chronologiam, & in eâ elaborandâ hucusqve perveni, longè aliter rem se habere animadverti, nec illum tantum Adami locum, qvo de morte Ducis
578 Bernhardi agitur, deprehendi vitiosum esse, sed totam ipsius Historiam Ecclesiasticam similibus scatere parachronismis, ideoqve, si qvando posthac rursus edenda sit, rigidâ castigatione indigere. Qvod ipsum etiam velim dictum existimetur de *Helmoldo*, *Alberto Abbate Stadensi*, *Alberto Crantzio* aliisqve nonnullis autoribus, qvi ex Adamo Bremensi multa ad verbum transcripserunt.

Cum igitur *Bernhardus* Saxoniæ Dux anno Æ. C. 1062. obiisset successit ipsi in Ducatu filius *Ordolphus*, ad cujus Principatum multas gravesqve ob causas libro primo Rerum Hamb. pag. 60. 61. 62. 63. & 64. retuli, qvicqvid ab Adamo Brem. lib. 3. cap. 27. & 28. & ab Alberto Crantzio Metrop. lib. 5. cap. 5. de exstructione *Novæ Arcis in urbe Hamburgensi* præpostero ordine traditur; ut posthac, volente Deo, in Notis ad Adami Bremensis Historiam Ecclesiæ Hamburgensis pluribus indicabo. Interim nunc monuisse sufficiat, notationem temporis per *decimum octavum* annum Pontificatus Adalberti, tam apud Adamum Bremens. in duplici editione Lindenbrogiana, qvam apud Crantzium jam citato loco sine controversiâ vitiosam esse, ideoqve in primâ Adami editione Hafniensi à Velleo omissam videri.

HUC ADDE.

579 Ad eundem annum Æ. C. 1062. pertinere *tria* diplomata Imp. *Henrici IV.* qvæ extant in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. Sept. inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis pag. 160. 161. 162. 163. Horum *primum*, qvod inscribitur *De Traditione Liesmunde & paludibus*, hanc habet clausulam; *Data est V. Kalend. Julii, anno Dominicæ incarnationis MLXII. Indictione I. anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis VIII. regni verò VI. Actum Altstedii in Dei nomine feliciter, Amen*, ubi pro *Indictione I.* sine dubio legendum est *Indictione XV.* Reliqva *duo* diplomata, qvorum prius *de Comitatu in pago Emisgoa, Westfala & Angeri*, posterius autem *de Comitatu Stadensi* inscribitur hac finiuntur clausula: *Data IX. Kal. Novembris anno Dominicæ Incarnationis MLXII. Indictione II. anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis VIII. regni verò VI. Actum Ratisbonæ in Dei nomine feliciter, Amen.* Ubi pro *Indictione II.* sine dubio *Indictione I.* & pro *anno regni VI.* legendum est *anno regni VII.*

A. Æ. C. 1063. A. *P. Jul.* 5776. *Indict. I. à d. 24. Sept. an. præced.* 256
An. Pontif. Alexandri II. 2. *à Kalend. Octob. an. præced.*
An. Imp. Henrici IV. *à morte patris* 7. *à d. 5. Octobr. an. præced.*
A. *V.* C. 256.
An. Archiepiscopatus Hamb. 232. *ab ineunte autumno an. præced.*
580 *An. Conjunctionis Ecclesf. Hamb. & Brem.* 206. *à d. 31. Maji an. current.*
An. decimitertii Archiep. Hamb. *Adalberti I.* 21. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis *Ordolphi* 2. *à primo vere an. current.*

A. Æ. C. 1064. A. *P. Jul.* 5777. *Indict. II. à d. 24. Sept. an. præced.* 257
An. Pontif. Alexandri II. 3. *à Kalend. Octobr. an. præced.*
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 8. *à d. 5. Octobr. an. præced.*
An. V. C. 257.
An. A*rchiepiscopatus Hamb.* 233. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. Conjunctionis Ecclesiæ Hamb. & Brem. 207. *à d. 31 Maji an. currentis.*
An. decimi tertii Archiep. Hamb. Adalberti I. 22. *à d.* 15. *April. an. current.*
581 *An. qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi* 3. *à primo vere an. current.*

Huc pertinet diploma *Imp. Henrici IV. de prædio in Villa Winethe*, qvod extat in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. Sept. inter Privilegia Archiecclesiæ Hamburgensis

sis pag. 163. 164. & hac clauditur notatione temporis: *Data XVI. Kal. Febr. anno Dominicæ incarnationis MLXIV. Indictione II. anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis IX. regni verò VII. Actum Triburiæ in Dei nomine feliciter, Amen.* Ubi sine dubio pro *anno regni VII.* legendum est *anno regni* VIII.

---

258 *A. Æ. C.* 1065. *A. P. Jul.* 5778. *Indict. III. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Alexandri II. 4. à Kalend. Octob. an. præced.
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 9. à d. 5. Octobr. an. præced.
A. V. C. 258.
An. Archiepiscopatus Hamb. 234. ab ineunte autumno an. præced.
An. conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Bremens. 208. à d. 31. Maji an. current.
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 23. à d. 15. April. an. current.
An. qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi 4. à primo vere an. current. 582

* * *

---

259 *A. Æ. C.* 1066. *A. P. Jul.* 5779. *Indict. IV. à d. 24. Sept. an. præced.*
An. Pontif. Alexandri II. 5. à Kalend. Octobr. an. præced.
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 10. à d. 5. Octobr. an. præced.
A. V. C. 259.
An. Archiepiscopatus Hamb. 235. ab ineunte autumno an. præced.
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 209. à d. 31. Maji an. current.
An. decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I. 24. à d. 15. April. an. current.
An. qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi 4. à primo vere an. current.

Hoc anno Æ. C. 1066. *Obotriti*, Slavorum natio, interfecto Principe suo *Gotscalco*, ad superstitionem paganicam relapsi, omnem devastarunt Saxoniam Transalbinam, & *Hamburgense castrum*, qvod Dux *Bernhardus* ad Alstriam condiderat, funditus destruxerunt. 583 *Qvintum* hoc fuit Urbis Hamburgensis propter Christianam religionem excidium; de qvo videsis lib. 1. Rer. Hamb. pag. 65.

HUC ADDE.

Martyrium Principis Slavorum *Godescalci* & subsecutam Urbis Hamburgensis desolationem ab Em. Cardinali *Baronio* Annal. Eccles. Tom. XI. & à *Setho Calvisio* in Opere Chronologico perperam referri ad an. Æ. C. 1065. Occasionem erroris utriqve præbuerunt corrupta loca Adami Bremensis lib. 4. cap. 13. & Alberto Stadensi ad an. 1066. ubi falsò traditur, Slavicam illam persecutionem contigisse anno Archiepiscopi Adalberti *vigesimo secundo*. Sed utrobiqve pro *anno Archiepiscopi XXII.* sine dubio legendum est XXIV. Hoc enim ipsi illi nos docent autores, dum unanimi consensu testantur, *mala ista ventura signavisse horribilem illum Cometam, qui ipso apparuit anno circa dies Pascha.* Cometa qvippe, cujus hic mentio fit, secundum indubitatam omnium tam Græcorum, qvam Latinorum Chronographorum confessionem apparuit, ineunte mense *Majo* anni Æ. C. 1066. Qvare, si is Slavicam persecutionem, qvæ in eundem incidit annum, præsignificavit, necessario seqvitur, illam nonnisi ad annum 1066. referendam esse, qvemadmodum etiam ab Helmoldo lib. 1. cap. 24 Alberto Stad. jam citato loco & Anonymo Autore Historiæ Archiepiscoporum Brem. rectè factum est. Hinc porro elucet, tam apud Helmoldum, cujus integra verba lib. 1. Rer. Hamb. pag. 65. extant, qvam apud reliqvos duos 584 jam citatos Historicos, pro *anno regni Imp. Henrici IV. octavo* in dubitanter legendum esse *anno decimo.*

A. Æ. C. 1067. A. P. Jul. 5780. 260
Indict. V. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Alexandri II. 6. à Kal. Octob. an. præced.
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 11. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
An. *V. C.* 260.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 236. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 210. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *decimi Archiepiscopi Hamb. Adalberti I.* 25. *à d.* 15 *April. an. current.*
An. qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi 6. *à primo vere an. currentis.*

* * *

---

585 A. Æ. C. 1068. A. P. Jul. 5781. 261
Indict. VI. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Alexandri II. 7. à Kalend. Octob. an. præced.
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 12. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
An. V. C. 261.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 237. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem.* 211. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *decimi tertii Archiepiscopi Hamb. Adalberti I.* 26. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. *qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Ordolphi* 7. *à primo vere an. currentis.*

Ad hunc annum Æ. C. 1068. pertinet diploma Archiepiscopi Hamb. *Adalberti de duobus Mansis in Aldenburghin & de tribus in Stafhorst*, qvod extat in Erpoldi Lindenbrogii Syntagmate Rer. Germ. Sept. inter Privilegia Archi-Ecclesiæ Hamburgensis pag. 164. 165. Clausula ejus, qvâ notatio temporis continetur, hæc est: *Anno ab incarnatione Domini*
586 *MLXVIII. Indictione VI. anno verò Domini Adalberti Archiepiscopi XXVII. Data per manum Meginwardi Archicappellani III. Idus Junii. Actum Bremæ, feliciter.* Notandum autem est, pro *anno Archiepiscopi Adalberti* XXVII. hic legendum esse *anno* XXVI.

A. Æ. C. 1069. A. P. Jul. 5782. 262
Indict. VII. à d. 24. Sept. an præced.
An. *Pontif. Alexandri II.* 8. *à Kalend. Octobr. an. præced.*
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 13. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
An. V. C. 262.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 238. *ab ineunte autumno an. præced.*
An. *Conjunctionis Eccles.* Hamb. *& Brem.* 212. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. *decimi tertii Archiep.* Hamb. *Adalberti I.* 27. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. *qvarti Ducis Saxoniæ & Domini Urbis* Hamburgensis *Ordolphi* 8. *à primo vere an. currentis.*

* * *

---

587 An. Æ. C. 1070. A. P. Jul. 5783. 263
Indict. VIII. à d. 24. Sept. an. præced.
An. Pontif. Alexandri II. 9. à Kalend. Octobr. an. præced.
An. Imp. Henrici VI. à morte patris 14. *à d.* 5. *Octobr. an. præced.*
An. V. C. 263.

An.

An. Archiepiscopatus Hamb. 239. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccles. Hamb. & Brem. 213. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiep. Hamb. Adalberti I. 28. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. quarti Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi 9. *à primo vere an. current.*

* * *

---

264 *A. Æ. C.* 1071. A. P. *Jul.* 5784.
Indict. IX. à d. 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Alexandri II. 10. *à Kal. Octobr. an. praced.*
An. Imp. Henrici IV. à morte patris 15. *à d.* 5. *Octobr. an. praced.* 588
A. *V.* C. 264.
An. *Archiepiscopatus Hamb.* 240. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Eccl. Hamb. & Brem. 214. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi terti Archiepiscopi *Hamb. Adalberti I.* 29. *à d.* 15. *April. an. current.*
An. qvarti Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis *Ordolphi* 10. *à primo vere an. currentis.*

* * *

---


265 *A. Æ. C.* 1072. A. P. *Jul.* 5785.
Indict. X. à d. 24. *Sept. an. praced.*
An. Pontif. Alexandri II. 11. *à Kal. Octobr. an. praced.*
An. Imp. Henrici *IV. à morte patris* 16. *à d.* 5. *Octobr.*
A. V. C. 265.
An. Archiepiscopatus Hamb. 241. *ab ineunte autumno an. praced.*
An. Conjunctionis Ecclesiarum Hamb. & Brem. 215. *à d.* 31. *Maji an. current.*
An. decimi tertii Archiep. Hamb. Adalberti I. 29. *à d.* 15. *April. an. praced. usqve an. current. d.* 16. *Martii, qvo obiit.* 589
An. decimi qvarti Archiep. Hamb. Liemari 1. *à morte Adalberti seu d.* 16. *Martii an. currentis.*
An. qvarti Ducis Saxonia & Domini Urbis Hamburgensis Ordolphi 11. *à primo vere an. currentis*

Hoc anno anno Æ. C. 1072. *Hamburgum bis* à Paganis incensum, desolatum & prorsus ad extremam redactum est miseriam. *Sextum* atqve *septimum* hæc fuere Urbis Hamburgensis propter Christianam religionem excidia; post qvæ eodem anno Archiepiscopus *Adalbertus XVII. Kalend. April.* sive d. 16. Martii obiit. Successit ipsi in Archiepiscopali dignitate *Liemarus*, cui Pontifex *Alexander II.* transmisit pallium, & *Adamus*, Ecclesiæ Bremensis Canonicus, *Historiam Ecclesia Hamburgensis*, qvam usqve ad hunc perduxit annum, dedicavit. Vide lib. 1. Rer. Hamb. pag. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74.



CANDIDE LECTOR.

Reliqvam hujus Chronologiæ & Auctarii Libri primi partem ab anno Æ. C. 1072. usqve ad an. 1225. ut & Chronologiam & Auctarium Libri secundi ab an. 1225. usqve ad an. 1292. absolvere mihi in præsens non licet per inopinatum aliqvod maximiqve momenti impedimentum, qvod me ab hoc publico laboris curriculo tanqvam vehemens qvidam æstus abripit. Si igitur Deus vitam, vires & qvæ præterea ad tantum opus continuandum reqviruntur, posthac subministraverit, pertexam, qvæ supersunt, commodiori tempore. Vale.




EN

Iconism, hic **ASINI AD TIBIAM**, *quemadmodum vetusto cuidam lapidi sepulchrali Cathedralis Ecclesiæ Hamburgensis insculptus cernitur, coronidis loco subjungendus est libro secundo Rerum Hamburgensium Et Chronologiæ atq; Auctario.*





EN TIBI CANDIDE LECTOR, CORONIDIS LOCO

ὌΝΟΣ ΠΡῸΣ ΑΥΛΟΝ,

sive

ASINUS AD TIBIAM

Qvi non minus ingeniosè, qvam lepidè insculptus cernitur vetusto cuidam lapidi sepulchrali Ecclesiæ Cathedralis Hamburgensis, cujus exemplum optimâ fide delineatum & summâ diligentiâ æri incisum hic exhibeo. Inscriptiones in eo antiqvissimæ & præcipuæ sunt hæ qvatuor:

1.

Ick for, du na, f. n. v. t.

h. e.

Ego præivi, tu seqveris.

2.

De Welt heft zik ume kert, darume
zo hebbe ik arme Etzel pipen ghelert.

h. e.

Mundi conversio miserum me coëgit asinum,
ut discerem canere tibiâ.

3.

Naket bin ick gebahren; hir is
mehr gewunnen as vorlaren.

h. e.

Nudus natus sum; plus hic acqvisivi,
qvam perdidi.

4.

O min Her und Got, wes barmhartich
mi arme Sunder.

h. e.

O mi Domine & Deus sis misericors erga
me miserum peccatorem.

Recentiores autem Inscriptiones in eodem lapide sunt duæ:

1.

Ao. Dn. MDXVI. des Dinxldages vor Michelí
starf zelige Geske van dem Holte.

2.
Ihans Lange 1537. und sine Kinder.

Cæterum qvod ad *Arcadicum* illum *auletem* sive *Asinum tibicinem* attinet, hunc ab eo, qvisqvis primus sub hoc lapide sepeliri voluit, non alia de causâ publicè istic collocatum esse existimo, qvam ut hac figurâ, tanqvam hieroglyphico qvodam emblemate, perversus Seculi Genius exhiberetur, & ut qvasi in speculo hic se contemplarentur

I. Inepti auditores, censores & judices earum rerum, qvas non intelligunt. Nam secundum Aristotelem Ethic. ad Nicom lib. 1. ἕκαστος κρίνει καλῶς, ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. h. e. *Qvæ qvisqve novit, de iis benè judicat, eorumqve æqvus est æstimator.* Hinc rectè *Anacharsis Scytha* in solennibus Græcorum ludis improbabat, ἀγωνίζεσθαι μὲν τοὺς τεχνίτας, κρίνειν δὲ τοὺς μὴ τεχνίτας, h. e. *artifices qvidem certare, judicare autem, qvi non essent artifices.*

II. Indigni munerum & officiorum publicorum administratores, qvi secundum vetus illud Græcorum proverbium πίθηκοι ἐν πορφύρᾳ, h. e. *Simii purpurati* sunt, solisqve externis honorum insignibus superbiunt, & partim arroganti impudentia suâ, partim alienâ gratiâ, autoritate ac potentia nituntur. Huc pertinet tota Persii Satira qvarta, cujus principium:

Rem populi tractas? barbatum hæc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit, qvem dira cicuta.
Qvo fretus? dic hoc magni pupille Pericli.
Scilicet ingenium & rerum prudentia velox
Ante pilos venit, &c.

In hujusmodi asinos aureos memini me qvoqve olim lusisse hoc epigrammate Germanico:

Krigt schon ein Esel Macht und kommt ins Regiment,
Er bleibt doch der er war, ein Esel, wie zu voren;
Man kennt ihn an der Stimm, man kennt ihn an den Ohren,
Nur daß er sich allein für Hoffart selbst nicht kennt.

III. Infelices rerum genio suo atqve indoli contrariarum ex necessitate artifices, de qvibus Persius in Prologo:

Qvis expedivit Psittaco suum χαῖρε,
Picasqve docuit verba nostra conari?
Magister artis ingenii largitor
Venter, negatas artifex seqvi voces.
Qvod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poëtas & poëtrias picas
Cantare credas Pegaseium melos.

Huc qvoqve pertinent illi de qvibus Juvenalis Sat. 3.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi.

Hi enim secundum Ciceronem in Oratione pro Muræna, cum id asseqvi non possunt, qvod malunt, istuc plerumqve delabuntur, ut aulœdi sint, qvi citharœdi fieri non potuerint. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. SAPIENTI SAT.

F I N I S.

INDEX

INDEX

AUTORUM ET MONUMENTORUM VETERUM, quæ in Chronologia Libri primi Rerum Hamburgensium ab anno Æ. C. 808. usque ad an. 1072, vel citantur vel corriguntur, vel illustrantur

ADamus Bremensis N. 1. 5. 6. 102. 106. 108. 141. 158. 203. 206. 228. 255. 265.
corrigitur N. 24. 51. 181. 205. 225. 236. 255. 259.

Albertus Abbas Stadensis N. 1. 141. 203. 206. 259. corrigitur N. 88. 106. 108. 205. 206. 255. 259.

Andreæ *Althameri* Commentarius in Taciti Germaniam N. 1.

Anonymi Autoris antiqui Historia Archiepiscoporum Bremensium, ab Erp. Lindenbrogio edita N. 158. 228. 259. corrigitur N. 225. 236. 255. 259.

Anonymus Helmoldi continuator hactenus nondum editus N. 1.

Anonymus Rheginonis Continuator N. 155.

Anonymi Authoris antiqui Historia vitæ Pontificis Benedicti V. ab Erp. Lindenbrogio edita N. 192.

Antiquus autor annalium Francicorum à Pithæo editus N. 24.

Antiquus coætaneus autor vitæ Imp. Ludovici Pii N. 24.

Arnoldus Lubecensis N. 1.

Autor Præfationis ad vetus jus civile Hamburgensium corrigitur N. 1.

Card. *Baronii* Annales Ecclesiastici N. 20. 51. 93. 99. 106. 155. 156. 192. 203. 205. corriguntur N. 24. 102. 104. 141. 158. 181. 206. 159.

Jacob. Philippi *Bergomatis* Supplementum Chronicorum corrigitur N. 158.

Petri *Bertii* Germania corrigitur N. 1.

Severini *Binii* Syntagma Conciliorum tàm generalium, quàm provincialium N. 88. 156.

Hermanni *Bonni* Chronicon Lubecense corrigitur N. 1.

Phil. *Bricii* Parallela Geographiæ veteris & novæ corriguntur N. 1.

Philippi *Cæsaris* Tiapostolatus Septentrionis N. 27. 88. 104. corrigitur N. 51.

Sethi *Calvisii* opus Chronologicum N. 20. 158. 206. corrigitur & illustratur N. 1. 24. 141. 259.

Philippi *Cluverii* Germania antiqua N. 1.

Alberti *Crantzii* Metropolis N. 51. corrigitur N. 24. 255.

Alb. *Crantzii* Saxonia corrigitur N. 255.

Alberti *Crantzii* Wandalia N. 1.

Hermannus *Contractus* N. 155.

Casparis *Danckwerti* Chorographia Ducatuum Sleswici & Holsatiæ N. 4.

Diplomata antiqua, quæ *integra* inserta sunt; nempe

Imp. *Ludovicii Pii* de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis, datum A. Æ. C. 834. N. 27.

Pontif. *Leonis IV.* de confirmatione Archiepiscopatus Hamburgensis, datum A. Æ. C. 849. N. 42.

Pontif. *Nicolai I.* de conjunctione Ecclesiarum Hamburgensis & Bremensis, datum A. Æ. C. 858. N. 51.

Pontif. *Formosi* de Ecclesia Bremensi Adalgario Archiep. Hamburgensi abjudicata, datum A. Æ. C. 895. N. 88.

Pontif. *Sergii* III. de jure Archiepiscopi Hamburgensis in Ecclesiam Bremensem, datum A. Æ. C. 911. N. 104.

Diplomata antiqua, quæ integra non inserta sunt, sed tantùm citantur & corriguntur: nempe

Pontif. *Nicolai* I. de confirmatione *Ramesloa*, datum A. Æ. C. 862. N. 55.

Imp. *Henrici* I. sive *Aucupis* de commutatione quâdam Archiep. Hamb. *Unnonis* & nobilis cujusdam Viri nomine *Willarii*, datum A. Æ. C. 935. N. 128.

Imp. *Ottonis Magni* duo de libertate Ecclesiæ Hamburgensis, data A. Æ. C. 937. N. 130.
Imp. *Ottonis Magni* de bonis ac juribus Ecclesiæ Romanæ, datum A. Æ. C. 962 N. 155.
Imp. *Ottonis Magni* de Ecclesiis Ecclesiæ Hamburgensi suffragantibus, datum A. Æ. C. 965. N. 158.
Imp. *Ottonis Magni* de Jurisdictione civili Urbis *Bremensis* Archiepiscopo Hamburgensi *Adaldago* concessâ, datum A. Æ. C. 966. N. 159.
Regis Germaniæ *Ottonis II.* de libertate Ecclesiæ Hamburgensis, datum A. Æ. C. 967. N. 160.
Imp. *Ottonis II.* de libertate & privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis, datum A. Æ. C. 973. N. 166.
Imp. *Ottonis II.* de loco *Riposholt* ad Hamburgensem Archiepiscopatum pertinente, datum A. Æ. C. 983. N. 176. 203.
Imp. *Ottonis* III. de libertate Ecclesiarum, Archiepiscopatui Hamburgensi in Cimbricâ Chersoneso suffragantium, datum A. Æ. C. 988. N. 181.
Imp. *Ottonis III.* de libertate monasterii *Ripesholte*, datum A. Æ. C. 988. N. 181. 203.
Imp. *Ottonis III.* de confirmatione *Rameslo*, datum A. Æ. C. 1001. N. 194. 206.
Imp. *Henrici II.* sive *Claudi* de libertate Ecclesiæ Hamburgensis, datum A. Æ. C. 1003. N. 196. 206.
Imp. *Henrici II.* sive *Claudi* de libertate Ecclesiæ Hamburgensis, datum A. Æ. C. 1014. N. 207.
Imp. *Conradi II.* de mercatu *Bremensi*, datum A. Æ. C. 1035. N. 228.
Imp. *Conradi II.* de mercatu *Heslingoe*, datum A. Æ. C. 1038. N. 231.
Imp. *Henrici III.* de mercatu *Heslingoe*, datum A. Æ. C. 1040. N. 233.
Archiep. Hamb. *Adalberti* de fundatione monasterii *Gozecensis*, datum A. Æ. C. 1053. N. 246.
Imp. *Henrici IV.* de Comitatu quodam in pagis *Hunesga* & *Fivilga* Ecclesiæ Hamburgensi concesso, datum A. Æ. C. 1057. N. 250.
Archiep. Hamb. *Adalberti* de fundatione monasterii Benedictini in *Rastede* per *Hunonem* Comitem Oldenburgensem, datum A. Æ. C. 1059. N. 252.
Imp. *Henrici IV.* de traditione *Liesmunde* & paludibus, datum A. Æ. C. 1062. N. 255.
Imp. *Henrici IV.* de Comitatu in pago *Emisgoa*, *Westfala* & *Arigeri*, datum A. Æ. C. 1062. N. 255.
Imp. *Henrici IV.* de Comitatu *Stadensi*, datum A. Æ. C. 1062. N. 255.
Imp. *Henrici IV.* de prædio in villa *Winethe*, datum A. Æ. C. 1064. N. 257.
Archiep. Hamb. *Adalberti* de duobus Mansis in *Aldenburghin* & de tribus in *Stafhorst*, datum A. Æ. C. 1068. N. 261.
Ditmarus Mersburgensis N. 192. 206.
Matthæus *Dresserus* de Urbibus Germaniæ corrigitur. N. 1.
Eginharous N. 1.
Wolfgangi *Fuggeri* Formularium variarum scribendi rationum N. 158.
Frodoardus N. 155.
Gualdo de vita S. Anscharii N. 34.
Hermanni *Hamelmanni* Chronicon Oldenburgense N. 252.
Helmoldus N. 1. 5. 6. 203. 205. 206. 255. 259. corrigitur N. 206. 255. 259.
Hieronymi *Henninges* Opus Genealogicum corrigitur N. 1. 4. 129.
Joan. *Limnæi* Jus publicum Imperii Romano Germanici corrigitur N. 1.
Erpoldi *Lindenbrogii* Syntagma rerum Germanicarum Septentrionalium citatur & corrigitur N. 27. 42. 55. 128. 130. 158. 159. 160. 166. 176. 181. 192. 194. 196. 207. 228. 231. 233. 246. 250. 252. 255. 257. 261.
Imp. *Ludovici Pii* diploma de fundatione Archiepiscopatus Hamburgensis N. 4. 5. 24. 27.
Luitprandus N. 155.
Marianus Scotus N. 155.
Henrici *Meibomii* Chronicon Brunsuicense & Luneburgense N. 206.
Gerardi *Mercatoris* Notæ ad Ptolemæi Geographiam N. 1.
Mindense Chronicon ab Henrico Meibomio editum corrigitur N. 1.
Sebastiani *Munsteri* Cosmographia corrigitur N. 24.
Abrahamus *Ortelius* N. 1.
Onuphrii *Panvinii* Chronicon Pontificum Romanorum N. 20. 51. 93. corrigitur N. 155.
Pontani Chorographica descriptio Daniæ corrigitur. N. 4.
Claudii *Ptolomæi* Geographia illustratur N. 1.
Rheginonis Chronicon N. 1. 158. 166.

Reineri

Reineri *Reinecci* Notæ in Albertum Stadensem corriguntur N. 205.
S. *Rembertus* de vita S. Anscharii N. 34. 51.
Sigebertus Gemblacensis *N.* 166.
corrigitur *N.* 155.
Strabo Geographus emendatur & illustratur N. 1.
Taciti Germania illustratur N. 1.
Adami *Thracigeri* Chronicon corrigitur N. 1.
Trithemii Chronicon Hirsaugiense N. 88.
Joachimus *Vagetius* de Orbe habitabili corrigitur N. 1.
Andreæ Severini *Velkei* prima editio Adami Bremensis *N.* 51. 255.
Wippo de vita Imp. Conradi Salici *N.* 233.

FINIS.

INDEX
AUCTORUM ET MONUMENTORUM
veterum tàm editorum, quàm hactenus nondum editorum, quæ in secundo Rerum Hamburgensium libro vel citantur, vel corriguntur, vel illustrantur.

A.

Acta *Synodi Rhemensis* N. 247. 252. &c.
Adami Bremensis Historia Ecclesiæ Hamburgensis. N. 123. 445.
illustratur. *N.* 126. 327.
Adelmus seu *Ademarus*, qui auctor creditur partis historiæ *Aimoini*. *N.* 262.
Alberti Argentinensis Chronicon. N. 503.
Albertus Stadensis. N. 39. 59. 61. 75. 76. 77. 94. 152. 153. 156. 164. 174. 175. &c.
illustratur *N.* 126.
Alcuinus de officiis divinis *N.* 188.
Anastasius de vitis Pontificum Romanorum N. 188.
Andreæ Angeli Chronicon Holsatiæ germanicum *N.* 16. 49. 93. 160. &c.
Danielis Angelocratoris Chronologia N. 439.
Anonymi cujusdam Annales ab initio Æ. C. usque ad an. 1265. editi ab Erp. Lindenbrogio *N.* 39. 59. 183. &c.
corriguntur *N.* 325. 326.
Anonymi Auctoris, qui anno 1556. vixit, Commentarius de quatuor *Computatoriis* sive diribitoriis *Hansæ Teutonicæ* MStus. *N.* 398.
Anonymi Compilatio Chronologica ab init. mundi usque ad an. Chr. 1474. à *Pistorio* edita N. 183. 344. &c.
corrigitur *N.* 368.
Anonymi Dissertatio de nomine *Hansæ* N. 173.
Anonymi Historia Archiepiscoporum Bremensium ab Erp. Lindenbrogio edita N. 39. 106. 113. 261. &c. illustratur & corrigitur N. 188. 289.
Anonymi monachi Dominicani Chronicon vernaculâ linguâ compositum ab anno Æ. C. 770. usque ad an. 1431. MSt. N. 62. 65. 67. 79. &c.
Anonymus de vita Imp. *Henrici I.* à Canisio editus *N.* 246.
Anonymi Chronicon *Ritzebutlense* MStum, quod circa annum 1594. compositum est. N. 546.
S. Anscharius de vita *S. Willehadi* N. 175.
Antiqui *Anonymi* Auctoris descriptio introductionis Archiepiscoporum *Bremensium* in urbem Bremensem MSta. N. 16.
Antonini Augusti Itinerarium. *N.* 439.
Apologia Reip. Hamburgensis contra Duces Brunsuicenses ac Luneburgenses *N.* 156.
Auctor Poematis de vita *S. Vicelini* N. 153.

B.

Augustini Barbosæ Remissiones Doctorum de Dictionibus & Clausulis N. 281.
Hermani Bonni Chronicon Lubecense N. 66. 76. &c.
corrigitur N. 95.
Brissonii Lexicon Juridicum *N.* 281.
Brunonis Historia belli Saxonici N. 393.

C.

Calvini Lexicon Juridicum *N.* 281.
Sethi Calvisii Opus Chronologicum N. 241. 247. 329. &c.
Capitulare Impp. *Caroli M.* & *Ludovicii Pii* ab *Ansegiso* Abbate & *Benedicto Levita* collectum N. 429. 432. &c.

Isaaci Casauboni Commentarius in Strabonem *N.* 26.
Alexandri *Chassanæi* Paratitla in quinque libros Decretalium *N.* 244. 293. &c.
Chronicon Civitatis Bremensis ab anno Æ. C. 449. usque ad an. 1257. MStum. *N.* 40. 59.
Magnum Chronicon Belgicum à Pistorio editum *N.* 183. 241. 344. &c.
corrigitur N. 370.
Chronicon Episcoporum Mindensium, à Joan. Pistorio editum N. 100. 103. 146. 147. 148.
Antiquum *Holsatiæ Chronicon rhytmicum* ab anno 1199. usque ad annum 1231. MStum *N.* 57. 61.
Chronicon Lubecense MStum usque ad an. 1289 *N.* 470.
Chronicon Mindense ab Henrico Meibomio editum, & Chronico Schouwenburgensi Hermanni Leerbecensis subjunctum *N.* 149. 150. &c.
Chronicon Presbyteri cujusdam *Bremensis*, qui *Helmoldum* continuavit ab an. 1164. usque ad an. 1448. N. 76. 90. 91. 99. 108. 153. &c.
corrigitur N. 91. 94. 100. 183. 185. 303. 377.
Incerti Autoris *Chronica Sclavica* usque ad an. 1487. edita ab Erp. Lindenbrogio in Syntagmate Rer. Germ. septentrion. N. 9. 19. 39. 51. 67. &c.
Chytræi Chronicon Saxoniæ corrigitur N. 13 383.
Nathanis *Chytræi* Deliciæ Itinerariæ. N. 304
Cicero N. 56. 10. 35. 92. &c.
Philippi *Cluverii* Germania antiqua N. 26. 49. 67. 157. &c.
Ejusdem Italia antiqua N. 439.
Codex Legum antiquarum Frid. *Lindenbrogii* N. 247. 253. 393. 446. &c.
Compositio quædam generalis inter Civitatem *Londinensem* & Mercatores *Hansæ Teutonicæ*, promulgata XII. die Maij anno Regis *Eduardi IV.* post conquæstum quinto decimo MSta N. 310.
Compositio post abrogationem religionis Catholicæ inter *Capitulum* & *Senatum Hamburgensem Bremæ* facta, confirmata & promulgata anno 1561. MSt. N. 400.
Hermannus *Conringius* de origine Juris Germanici N. 280. 478.
Hermanni *Conringii* Dissertationes de antiquitatibus Academicis N. 179.
Constitutiones Apostolicæ N. 538.
Constitutiones Imperii Romano-Germanici N. 173.
Constitutiones Neapolitanæ sive *Siculæ* Imp. Friderici II. editæ à Frid. Lindenbrogio in Codice Legum antiquarum N. 16. 253. 259.
Cornelius Nepos N. 457
Nicolaus *Cragius* de Rep. Lacedæmoniorum N. 167
Alberti *Crantzii Saxonia* N. 10. 76. 86. 90. 180 &c.
corrigitur N. 62. 159. 179. 197. 208. 209. 213. 223. 303. 304. 321.
Ejusdem *Wandalia* N. 62. 75. 76. 86, 90. &c.
Corrigitur N. 197. 365. 366. 367. & deinceps. Item 332.
Ejusdem *Dania* N. 52. 76. 216. &c.
corrigitur N. 203. 204. 321.
Ejusdem *Norwegia* N. 458.
Ejusdem *Metropolis* N. 76. 77. 262. &c.
corrigitur N. 282
Ejusdem liber de institutione sacerdotum ad officium *Missæ*, impressus Rostochii anno 1506. N. 188
Jacobi *Cujacij* observationes. N. 457. 469
Johannis Adolphi *Cypræi* Annales Episcoporum *Slesvicensium* N. 403. 323
Camdeni Britannia N. 383.

D.

CAsparis *Danckwerti*, Chorographia Ducatuum Slesvici & Holsatiæ N. 16. 49 67. 75. 76. 77. 87
Ditmarus Mersburgensis N. 246. 457

E.

E*Cclesiasticus* N. 404
Eginharti Annales Francici N. 262
Ubbo *Emmius* de Rebuspubl. Atheniensium & Lacedemoniorum N. 167. 247
Ejusdem rerum Chronologicarum Commentarii N. 306
Ejusdem rerum Frisicarum Historia N. 546.
Erici Regis Daniæ Historia gentis Danorum N. 59. 76. 89. 90. &c.

F.

F*Lodoardi* Historia Rhemensis N. 388.

G.

G*Lossa* veteres N. 9.
Justini *Gobleri* translatio latina Chronici Lubecensis Hermanni Bonni N. 96
Godefridi monachi Annales N. 393
Huberti *Goltzii* Thesaurus Rei antiquariæ N. 395
Gregorius Turonensis N. 247
Gualdonis monachi Corbeiensis Poema de vita *S. Anscharii* N. 429
Guilhelmus Rishanger, coætaneus Matthæi Parisiensis continuator N. 383

H. *Hel-*

H.

HElmoldi Chronica Sclavorum N. 62. 76. 77. 153.
corrigitur N. 77.
Henrici Aquilonipolensis Adolpheis sive Poema de Comitibus SchouwenburgicisN. 176. 320.
Hieronymi Herminges Opus Genealogicum N. 378. 502.
corrigitar N. 378.
Hermanni Leerbecensis Chronicon Schouwenburgense ab Henrico Meibomio editum N. 39. 40. 56. 61. 75. 76. 86. 95. 99. 105. 193 &c.
Emendatur N. 59. 107. 159. 183. 185. 193. 275. 299. 302. 323. 383.

I.

S. Isidori Hispalensis OriginesN. 188. 355
Index antiquus Militum ministerialium &. Vasallorum Ecclesiae BremensisMStus. N 388
Inscriptio antiqua Ecclesiae S. Petri N. 454
Inscriptio antiqua cœmiterii Ecclesiae S. Catharinæ N. 444
JusCanonicum N. 248. 293. 250. 131. 538 &c.
Jus Civile N. 16. 70. 293. 340. 369 &c.
Antiquum jus municipale Hamburgensium cum procemio & Notis Hermanni Langenbecii J. U. D, qui anno 1482 Consul electus est, MStum N. 414. 442. 483. 475
Procemium ejus corrigitur N. 478. 479.
Justinus N. 457

K.

STephani Kempe, Pastoris Ecclesiae S. Catharinae, qui anno 1540 obiit, Historia abrogationis fidei Catholicæ in urbe Hamburgensi MSta. N. 104. 124
Joan. Kirchmanni liber de annulis N. 67
Wilhelmi Kyriandri Annales Augustæ Trevirorum N. 28

L.

PAuli Langii Chronicon Citizense N. 183. 241. 344. 497 &c.
Wolfgangi Lazii Commentarii de Rep. Romana in exteris provinciis constit. N. 20
Antiquæ Leges Scaniæ N. 245
Lehmanni Chronicon Spirense N. 16. 27. 29 47. 397 &c.
Friderici Lindenbrogii Glossarium ad CodicemLegũ antiquarũ N. 244. 446. 490 &c
Lucilii Satyræ N. 92
Leandri Alberti Italia N. 439
Leonis Marsicani ChroniconCasinenseN. 388
Luitprandus N. 26

M.

JOhannis Magni Gothorum & Sueonum Historia N. 306. 363
corrigitur N. 363. 364
Marculphi formulæ N. 393
Mariani Scoti Chronicon N. 247
Mattheus Parisiensis N. 383. 473
Ægidii Menagii Origines Linguæ Gallicæ N. 14. 26. 393. 494 &c.
Pauli Merulæ Cosmographia. N. 370
Henrici Meybomii Notæ ad Hermannum Leerbecensem N. 334. 335
Joannis Meursii Hist. Danica N. 76. 89 &c.
corrigitur N. 54. 178. 199 usque 203
Item 208. 215. 335. 372
Joan. Meursii Græcia ludibunda N. 115
Ejusdem Mantissa ad Romam luxuriantem sive librum de luxu Romanorum veterum N. 244
Munsterii Cosmographia N. 74

N.

NUmismata Ducis Croijaci & Arschotani N. 395

O.

ABrahami Ortelii Parergon Theatri Orbis terrarum. N. 74
Ejusdem SynonymiaGeographica N. 439. 486
Onuphrii Panvinii Liber de ComitiisImperatoriis N. 74
Onuphrius Panvinius de vitis Pontif. Romanorum N. 241. 250. 344 &c.
Ordinatio ærarii Hamburgensis, instituta & promulgata anno 1563. MSta. N. 482

P.

MAtthæi Palmerii Florentini Chronicon N. 183. 439
Papyrius Massonius N. 262
Pauli Diaconi Histor. Miscella N. 355
Idem de gestis Longobardorum N. 439
Petavii Rationarium temporum. N. 247
Joannis Petræi Chronicon Holsatiæ corrigitur N. 382
Platina de vitis ac gestis Romanorum Pontificum N. 241. 368. 373. 439. 497 &c.
corrigitur N. 247. 373
Plutarchi Instituta Laconica. N. 167
Ejusdem liber: Bellone an pace clariores fuerint Athenienses N. 167
Pontani Historia Danica N. 62. 76. 89. 152 & passim alibi.
corrigitur N. 53. 178. 199 usque 203. Item 208. 211. 215. 335. 336. 364. 372. 382
Ejusdem Chorographica Daniæ Descriptio N. 486
Privilegia Archiecclesiæ Hammaburgensis ab Erp. Lindenbrogio edita N. 449. 550. 551

Antiquus codex membranaceus MStus veterum *Privilegiorum Hansæ Teutonicæ in Anglia.* N. 397
Procopius de bello Gothico N. 439
Ptolomæi Geographia N. 67
Polydori Vergilii Historia Anglicana corrigitur N. 383

R.

R*abanus Maurus* de clericorum institutione N. 188
Guilelmus *Ranchinus* N. 262
Recessus sive Compositio *Trajectensis* an. 1447 inter Angliæ Regem *Edwardum* & civitatis *Hansæ Teutonicæ* facta MSt. N. 171
Reginonis Abbatis Prumiensis Chronicon N 249. 323.
Regula S. Benedicti N. 388
S. *Rembertus* de vita S. Anscharii N. 426
Remonstratio Danica, contra Apologiam Hamburgensem anno 1642 editaN. 270. 471
corrigitur N. 13. 472
Reineri Reineccii Notæ ad Albertum Stadensem N. 195
Nicolai *Rigaltii* Glossarium Tacticum N. 393
Hermanni *Roveri*, qui anno 1540 ex Protonotario Senator Hamburgensis electus est, *Catalogus Consulum & Senatorum Hamb.* MStus N. 33. 224. 466 &c.

S.

S*Axonis Grammatici* Historia Danica N. 246 457
Sidonius Apollinaris N. 355
Sifridi Presbyteri Epitome historica N. 241 329. 344
Sigeberti Gemblacensis Chronograph. N. 147
Carolus *Sigonius* de Rep. Atheniensium N. 267
Caroli *Sigonii* histor. Regni Italiæ N. 439
Christiani *Solini* Chronicon Holsatiæ corrigitur N. 382
Danielis *Souteri* Palamedes N. 215
Cyriaci *Spangenbergii* Chronicon Schouwenburgense corrigitur N. 178. 199. 297. 298. 378. 382. 477
Speculum Juris Saxonici N. 280
Johannes *Stella* de vitis Pontificum Romanorum N. 147. 344. 368 &c.
Steph. Johannis Stephanii Notæ ad Saxonem Grammaticum N. 244. 245
Summarium sive antiquitus Index MStus, continens Epitomen veterum privilegiorum & diplomatum, quæ in Archivo sive tabulario civitatis Hamburgensis adservantur N. 275

T.

T*Abulæ* antiquæ Comit. Holsl. Joannis I. & Gerardi I, datæ anno 1246. quibus Hamburgensibus permittunt extructionem valli a monasterio S. Johannis usque ad portam Millrendohr, MSt. N. 194
Tabulæ Comitum Holsl. *Joannis* & *Adolphi* datæ anno 1356 N. 23
Tacitus N. 333
Tassilonis Ducis Boioariorum Decretum, editum à Lindenbrogio in Cod. LL. antiquarum N. 16
Theophrasti Characteres Ethici N. 215
Petri Gregorii *Tolosani* Syntagma juris universi N. 244
Adami *Thracigeri* Syndici Hamburgensis *Chronicon Hamburgense* usque ad an. 1557 MStum. N. 33. 97. 152. 156. 163 Corrigitur N. 16. 103. 110 usque 123. Item N. 146. 159. 164. 177. 178. 185. 196. 213. 221. 222. 223. 235. 237. 238. 239. 240. 241. 300. 301. 304. 327. 328. 329. 344. 385. 415. 416. 439. 452. 453. 477. 480
Joannis *Trithemii* Opera historica N. 183

V.

F*Lavius Vegetius* de re militari N. 93
Vossius de vitiis sermonis & glossematitibus N. 14. 26. 49. 72. 92. 117 &c.
De arte Grammatica N. 49
De Historicis latinis N. 49. 89. 201
De Baptismo N. 538

W.

W*Ehneri* Practicæ observationes N. 6. 173. 273. 278. 490 &c.
Werdenhagii ineptissima farrago de Rebusp. Hanseaticis N. 156
Witichindus Corbejensis N. 457

X.

X*Enophon* de Rebusp. Atheniensium & Lacedæmoniorum N. 167

FINIS.



IN-

INDEX
RERUM ET VERBORUM,

quæ in utroque Rerum Hamburgensium Libro notatu dignissima sunt, locupletissimus. *Pagina sola*, libri primi numeros marginales denotat, *A. præfixum*, Vitam Anscharii: *Præmissum N.* numeros interioris marginis Libri Secundi, Denique *Chron.* numeros interiores Chronologiæ Libri primi.

A.

Aba pro *Abbas* A. p. 258. 356

Abbo seu *Albion* non fuit Nordalbingorum seu TransAlbinorum Saxonum hæreditarius princeps p. 6. seq.

Abbo, qui Nordalbingorum seu Transalbinorum Saxonum fuisse creditur, perperam vocatur *Albion*. p. 7

Abelus Dux Jutiæ ducit *Mechthildam* Adolphi IV. filiam N. 152. Vocatur Dux Daciæ ab Alb. Stad. ib. & N. 162. Suscipit tutelam filiorum Adolphi IV. N. 159. eandem deponit N. 174

Abeli Ducis Jutiæ Australis fratricidium N. 214. 215. 216. frustra excusatur N. 217. 219. 220

Abelus fratricida coronatur Rex Daniæ N. 225. dat Hamburgensibus privilegium N. 226, 227

Abeli Regis Daniæ filia nupta *Bernardo* Comiti Bernburgensi N. 260. 261

Abeli Regis Daniæ interitus. N. 260

Academia Parisiensis a *Carolo M.* fundata, præcipuum locum inter Occidentales Scholas olim obtinuit. N. 179

Actus Apostolorum citantur. A. p. 228

Adalbero sive *Athelbero* Archiep. Hamb. N. 550

Adalberti ArchiEp. Hamb. obitus. Chron. 265 Vid. infra *Albertus*.

Adalardus Abbas Corbejæ Veteris A. p. 209. 243. 244. 287. novā Corbejam condidit A. p. 257. 354

Adalardus Abbas cõsangvineus Imp. Caroli M. A. p. 349. 350. ab Imp. Ludovico Pio ob conjurationem in exilium relegatus. A. p. 354

Adalgarius tertius Hamburgensis ArchiEpiscopus. p. 27. ejus obitus. Chron. 102

Adami Bremensis ætas p. 54. 58

Adamus Bremensis & Albertus Stadensis corriguntur. p. 43

Adamus Bremensis explicatur. p. 54. 55. 57. 58. emendatur A. p. 331. 332. 334. 344

Adamus Traziger refutatur. A. p. 55. 56. 57. 58. Confer. supra. indicem Auctorum.

Adeldagus, septimus Hamb. ArchiEp. p. 30 Ejus obitus. p. 41

Adolphus I. Comes Schowenburgensis Nordalbingiam ut feudum Ducatus Saxoniæ accepit. p. 77. Adolphi hujus obitus p. 79

Adolphus II. ejus nominis Holsat. Comes. N. 491 Nordalbingia ejectus & restitutus p. 79. 80. Ejus obitus. p. 81

Adolphus III. ejus nominis Holsat. Comes. p. 81. Nordalbingia ejectus & restitutus p. 82. in Palæstinam cum Imp. *Friderico* proficiscitur p. 86. Ejus bellum cum Canuto Rege Daniæ & fratre ejus *Waldemaro* Duce Slesuicensi. p. 87. seq. à *Waldemaro* victus profugit Stadan. p. 88. Hamburgi obsessus dedit se *Waldemaro* p. 90. seq. captivus in Daniam abducitur p. 93. Ut libertatem reciperet, Nordalbingiā se perpetuo cessurū jure jurando promittit. p. 93 demandat Consuli Hamburgensi *Wirado* destructionem arcis *Ordolphi* Ducis Saxoniæ in novā urbe N. 113

Adolphus IV. ejus nominis Holsat. Comes Nordalbingiam invadit p. 118. Vincit *Albertum* Comitem Orlamundensem p. 119. pulsis Danis, paternam ditionem feliciter recuperat. N. 39

Adolphus IV. ægre fert Hamburgensibus ab *Alberto Orlamundensi* libertatem venditam esse N. 39

Adolphi IV expeditio adversus Hamburgenses N. 40

Adolphus IV expugnat castellum Schipbecense N. 40. 41. destruit 58.

Adolphus IV benignè audit legatos Hamburgenses & exaudit N. 46
Adolphus IV recipit Hamburgum, salvis privilegiis ipsius, & cum certâ libertatis ac immunitatum exceptione N. 47.
Adolphus IV expugnat & funditus evertit castellum Regis Waldemari, dictum *die Burg vor dem Eichholtze* N. 57. 58
Adolphus IV castrum prope Hamburg supra Albim ædificat N. 126
Adolphus IV Constituitur supremus militiæ Dux à fœderatis Principibus adversus Regem *Waldemarum* N. 75
Adolphi IV Oratio, quâ in Bornhouedensi prælio milites suos jam fugientes retinuit N. 82
Ejusdem Oratio, quâ se Deo devovit N. 84
Adolphus IV extruxit Hamburgi duo templa & monasteria, nempe *S. Mariæ Magdalenæ & SS. Johannis Baptistæ & Evangelistæ* N. 98
Adolphus IV in Livoniam cum uxore *Heilvvige* proficiscitur ad bellum sacrum N. 153. 154
Adolphus IV præsens fuit Hamburgi, cum monachi *Dominicani* in urbem reciperentur N. 136
Adolphus IV ex Comite fit monachus & induit Hamburgi vestem *Franciscanorum* N. 157. 158. 159
Adolphus IV proficiscitur Romam ad Pontif. *Innocentium IV*, & ab eo impetrat licentiam promotionis ad ordines majores N. 180. 181. ab eodem creatur *Subdiaconus* N. 183
Adolphus IV ex Italiâ domum revertitur & celebrat primam Missam in *Bornhouet*, secundam autem *Hamburgi* N. 184. 185
Adolphus IV donat Ecclesiæ Cathedrali Hamb. decimas regionis *Aldenburgensis* N. 156. 187
Adolphi IV obitus N. 301. 302 & deinceps.
Adolphi IV Epitaphium N. 304
Adolphi IV duplex antiqua effigies in ecclesia monasterii S. Mariæ Magdalenæ Hamburgi N. 305
Adolphus de Woltingeroth N. 491
Advocati Hamburgensis Jurisdictio ad tempus sublata N. 18.
restituta N. 47
omnino & in perpetuum sublata N. 30. 480
Advocatus Urbis Hamburgensis vocatur *Judex* N. 15. 17. 308
Fuit præses consilii publici sive Senatus à Comitibus constitutus ib.
Ejusdem dignitas ib.
Advocatus Hamburgensis *Willebrandus* N. 18. & 118
Advocatus Civitas *Lubicensis* N. 68
Advocati præfecti Urbium & Castellorum pag. 91.
Advocati Episcoporum & Archiepiscoporum p. 33.
Afflictio non debet superaddi afflicto N. 340
Aimoinus emendatus A. p. 335.
Alba ἑλληνικῶς pro tunica alba A. p. 355.
Albæ niveæ A. p. 257. 286
Albati recens baptizati A. p. 207. 341. 355
Albertus seu Adalbertus decimus tertius Hamburgensis Archiepiscopus p. 58. A. p. 243. 246. 247. 248. 347 ejus nobilitas A. p. 351 liberalitas A. p. 352 erga Hamburgum Metropolim affectus. p. 59. 66. 67. 68
Patriarchatum Hamburgi instituere cogitat. p. 66. A. p. 352
Alberti Archi Episcopi apud Henricum III. & IV. autoritas. A. p. 348. Henrici IV. tutor. p. 64
Albertus Archi Episcopus Hamb. Legatus Sedis Apostolicæ in septentrional. regionibus. A. p. 248 ejus obitus. p. 66
Albertus cognomine Ursus, Marchio Brandenburgensis. pag. 79
Albertus Comes Orlamundensis, frater uterinus Adolphi III. præfectus Nordalbingiæ constituitur à Rege Waldemaro. p. 103. Vendidit Hamburgensibus quicquid in eos habebat imperii & potestatis p. 119
Albertus Stadensis explicatus in addendis libri I. p. 163. 164. corrigitur p. 43
Albia & *Albea* pro *Albi* N. 14. 494
Albertus Dux Brunsvic. opem fert Com. Holsf. *Gerardo* adversus fratrem *Johannem* N. 205. 208. 210
Albertus Comes Orlamundæ vendidit Hamburgensibus libertatem mille & quingentis marcis argenti N. 6. 44. vocatur *Albertus de Luneborg* N. 57
Albertus II Dux Saxoniæ confirmat privilegium à patre *Alberto* & fratre *Johanne* Hamburgensibus concessum N. 410. 411. 412
Albertus II Dux Saxoniæ remittit Hamburgensibus aliquid ex vectigali *Eislingæ* persolvendo de sale *Luniburgensi* N. 468
Albertus Comes de Gliken N. 458
Alberti Abbatis Stadensis ætas N. 201
Alberti Stadensis testimonium defenditur adversus *Pontanum* & *Meursium* N. 199. usque 203. Item 211

aduer-

adversus Crantzium N. 223
Albertus Cellerarius Capit Brem. N. 388
Albertus IV Pontifex Roman. liberat Hamburgenses *ferri candentis* judicio N. 255. 256. 257. 258. 259
Albis fluvius ex Bohemia descendens Hamburgum perlabitur & in Oceanum Germanicum influit. p. 15
Albis post Baptismum antiquitùs induebantur. A. p. 257. 355
Aldenburg, aliis Stargard & Brandenhuse. Chron. 1
Alebrandus Bezelinus duodecimus Hamburgensis ArchiEp. p. 48
Alexander van Soltwedel consul Lubecensis, Dux Lubecensium in Bornhouedensi prælio. N 79.
Alphabetum antiquum Latino barbarum. Chron. 158
Alstra rivus p. 64
Altare à Com. Holsf. *Gerardo* I. in Ecclesia Cathedrali Hamb. extructum N. 374. 377. 380
Alteritas, Alternitas, per vices successio. A. p. 362
Alstria minor die kleine Alster N. 194.
Amalharius Trevirensis Episcopus primitivam Ecclesiam sive primum templum Hamburgi consecravit p. 9. 10. 160. 161. A. p. 185. 269
Amalharius Fortunatus falsò à nonnullis appellatur secundus Episcopus Hamburgensis. Chron. 4
Ambianensis Præsul. A. p. 248
Ambianum, vulgo Amiens. A. p. 129 olim Samarobriva ibid.
Ambrosius nondum baptizatus Episcopatum adeptus est. A. p. 361
Anachoreta. A. p. 227 308
Anachronismus quid sit *N.* 112
Ἀνάδοχος, Sponsor fidei, susceptor. A. p. 227. 308
Anno Camerarius Ducis Henrici Leonis N. 491
Annum & diem, formula olim usitata N. 490
Anonymi Continuatoris Helmoldi errores N. 91. 94. cæteros vide in Ind. Auctorum.
Ancilla Ecclesiæ Cathedralis, *Diaconissa* N. 538
Anscbario conceditur Bremensis Episcopatus A. p. 201. 280
Anscbarius contexit rete inter psallendum. A. p. 226. 307. cum Rege Haraldo in Daniam proficiscitur. A. p. 179. Ericum II. Daniæ Regem reddit Christianum A. p. 220. ex Corbeja veteri in Saxoniam deductus. A. p. 330. in Svediam seu Svenoniam proficiscitur. A. p. 182. 183. lavat pedes pauperibus. A. p. 228. Legatus constituitur Sedis Apostolicæ in Septentrionalibus Regionibus. A. p. 186. Magister Scholæ ad S. Petrum. A. p. 174. unà cum Witmaro A. p. 174. 255
Anscbarius Martyrii cupidus. A. p. 235. 255. 317 Nordalbingos de venditione Christianorum corrigit. A. p. 232. 233. 314
Anscharii secundum iter in Suediam ad Regem Oleph. A. p. 210. 211. profectio Romam ad Pontificem Gregorium IV. chron. 27
Anscharii primi ArchiEp. Hamburgensis electio & consecratio p. 15. seq. A. p. 185. 186. 270 chron. 24. Ejus effigies. ibid.
Anscharii Obitus p. 27 A. p. 234. 237. 238. 317. 322. chron. 58. Reliquiæ in Galliam translatæ A. p. 351.
Ansfridus Presbyter, natione Danus. A. p. 221. 300
Ἀποθέωσις Erici Danorum Regis. A. p. 211. 289. 290. 343
Apulia Urbs. A. p. 217. 245
Archiepiscopatus Hamburgensis fundatio p. 15. A. 185. 269. 270
Archiepiscopatus Hamburgensis à Papa Gregorio IV. confirmatus p. 15
Archiepiscopalis potentiæ incrementum sub Imp. Othone Magno p. 31. 32
Archiepiscopi post Albertum promiscue Hamburgenses & Bremenses dicti. p. 69
Archiepiscopalis Palatii Hamburgensis fundatio Chron. 230
Archiepiscopi Hamburgenses ab A. Æ. C. 831 usque ad A. 1072 secundum seriem Alphabeti.
S. *Anscbarius* I. Chron. 24
Adalgarius III. Chron. 81
Adaldagus VII. Chron. 129
Adalbertus sive *Albertus* XIII. Chron. 236
Bezelinus Alabrandus, XII. Chron. 228
Hogerus sive *Hojerus*, IV. chron. 102
Hermannus XI. chron 225.
Libentius I. sive *Senior*, VIII. chron. 181
Libentius II. sive *Junior*, X. chron. 222
Liemarus, XIV. Chron. 265
S. Rembertus, II. chron. 58
Reginwardus sive *Reinwardus*, V. chron. 108
Unno, VI. chron. 109
Unwanus VI. chron. 206
Archiepiscopi Hamburgenses ab A. Æ. C. 831 usque ad A. 1072. secundum ordinem successionis.
S. Anscharius I. chron. 24
S. Rembertus, II. chron. 58
Adalgarius, III. chron. 81
Hogerus sive *Hojerus*, IV. chron. 102

Reginwardus sive *Reinwardus*, V. chron. 108
Unno, VI. chron. 109
Adaldagus, VII. chron. 129
Libentius I. sive *Senior*, VIII. chron. 181
Unwanus IX. chron. 206
Libentius II. sive *Junior*, X. chron. 222
Hermannus, XI. chron. 225
Bezelinus Alabrandus XII. chron. 228
Adalbertus sive *Albertus*, XIII. chron. 236
Liemarus, XIV. chron. 265
Ardgarius Anachoreta. A. p. 191. 197. 200. 276. 279
Arnesfelde, Villa p. 95
Arrestare, Vadari N. 14
Artheneborch & *Erteneborch*, vulgo nunc Altenborch. N. 140. 491
Arx vetus Urbis Hamburgensis ad Alstriam à Duce Saxoniæ Bernhardo extructa p. 49. chron. 230. destructa ab Obotritis chron. 259. instaurata ab uxore Adolphi I. Comitis Schowenburgici p. 79.
A*rx Nova* Hamburgensis ad Albim ab Ordolpho Duce Saxoniæ extructa p. 61. chron. 255.
Arx nova Hamburgensis destruitur jussu A*dolphi* III. & in areas distributa, privatis mercatorum ædibus assignatur N. 114. 116. appellatur *Castrum novum in Hamborg* ib.
A*ttitulare*, attitulari. A. p. 256. 353
A*ugusta* Gambriviorum diversa ab urbe Hamburgensi. Chron. I.
A*ugustinus* anno demum trigesimo quarto ætatis fuit baptizatus A. p. 361
A*voundus* Rex Sveciæ. A. p. 193. 277. 338
Aulici ac milites liberis civitatibus infensi N. 46
A*ustrania, Nordstrant* N. 260
Autbertus Monachus Corbejensis Anscharii Comes in Daniam. A. p. 178. 179. ejus obitus. A. p. 181
Aubertus Monachus *provisor Domus* Walonis Abbatis Corbejensis. A. p. 261. 263
Autenticus, *fidedignus N.* 437
Axerus Wexionensis Episcopus N. 312

B.

BAturri A. p. 313
Ballivus, Judex, Prætor. N. 395
Bancus pro *scamno* N. 357
Banskow, *Proconsul Wismariensis*, decollatus ob fœdus insciâ civitate initum cum Rege Daniæ *N.* 24
Baptismi in ultimum vitæ tempus differendi consuetudo. A. p. 207. 286. 342. 357. 358. Ejus prætextus & causæ. A. p. 358. 359. & seqq. Damnata à SS. Patribus. ibid. Pudore & verecundia dilatus à nonnullis ob nuditatem totius corporis A. p. 361
Bardovicum ab Henrico Leone excisum p. 86 *Bardovicensium* forum olitorium Hamburgi p. 87 Bardovici ruinis Hamburgum crevit ibid.
Bardesflete N. 390
Bartolomaus, Pincerna Alberti II. Ducis Saxoniæ miles N. 412
Batilis, Regina Galliæ A. p. 248 Corbejam veterem in Gallia extruxit. A. p. 129. 130. 348. 352
Belgica differt à *Belgio* N. 230
Bellum Erici I. Daniæ Regis cum Guthormo Rege Norwegiæ. A. p. 344
Bellum sacrum in Livonia adversus Lithuanos & Russos N. 153
Benedicti V. Pontificis exilium, obitus & cenotaphium Hamburgi p. 37. chron. 158. Ejusdem corporis translatio Romam. chron. 158. 192
Benno secundus Dux Saxoniæ, & Dominus Urbis Hamburgensis. chron. 166. 203. 205
Benno H*ermanni* Billingi filius Saxoniæ Dux p. 41
Bergfelde villa p. 95
Bernardus Major Præpositus Bremensis N. 378
Bernardi Italiæ Regis conjuratio contra patruum Ludovicum Pium detecta & punita. A. p. 354
Bernardus tertius Bennonis F. Dux Saxoniæ & Dominus Urbis Hamburgensis p. 41. chron. 203. 205. 255
Bernarius illustris Comes & Præfectus Urbis Hamburgensis. p. 16. 35. chron. 38A. p. 188. 274
Bern Rex Sveonum seu Svedorum A. p. 183. 267. 336
Berno Magnopolitanus Episcopus N. 440
Bernoldus sive Vornoldus & Ratholdus Episcopi A. p. 186. 271. chron. 27
Bezelinus Palatium ArchiEpiscopale ab Australi parte templi Cathedralis ad Albim exstruit p. 49. 50. 51
Bezelinus A*lebrandus*, duodecimus Hamb. ArchiEp. p. 48. ejus obitus. p. 58
Bibliotheca Hamburgensis A. p. 189. ab Imp. Ludovico Pio donata S. Anschario. p. 17. 18. 19
Billa rivulus N. 14. chron. 1
Bladum barbarè pro *frumento N.* 14
Bog & *Bu*, Polonice ac Bohemice Deus chron. 1
Bonifacii VIII. initium Pontificatus. N. 497

Borchardus cognomento *Grelle*, Archiepiscopus Bremensis N. 102. 105. 106. 514
Borchardus, Præpositus S. Wilehadi Bremen. N. 388
Bornhouet, olim *Suentinefeld* N. 77. Chron. 1. *Fontis caput* N. 95. *Zuentina* N. 184
Bornhouedensis prælii descriptio N. 78. 79 usque 96 Pugnatum est anno 1227 die S. *Mariæ Magdalenæ* ib.
Bornhouedensis victoriæ fructus multiplex *N.* 97
Brandenbuse alias Aldenburg Chron. 1.
Bremensis Ecclesia S. Petro consecrata A. p. 230. 311. subditur Hamburgensi. A. p. 283
Bremensis urbs. A. p. 246. vocatur Bremia. A. p. 310. Senatus diuisus in Proconsules & consules N. 97.
Briga, lis, rixa, vexatio N. 503
Britannicum mare. Chron. 1.
Briva, *Briga*, *Brica*, veteri Celtica lingua pontem significabat. A. p. 129
Brunonis Campus N. 400
Burchardus monachus ordinis S. *Dominici* cum sociis suis recipitur in Urbem Hamburgensem & monasterium S. *Joannis*, repugnantibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis N. 128 & 129 & deinceps.
Burchardus illustrissimus Comes A. p. 200. 300
Burchardus Præpositus eligitur ab Hamburgensibus Canonicis in Archiep. p. 193
Burchardus Hyddingk cum sociis suis primus permissionem impetrauit inhabitandi monasterium *SS. Joannis Bapt. & Evang.* Hamburgi N. 103. 106
Burchardus Hyddingk claret miraculis & Episcopo Mindensi visum restituit N. 148. 149. ejus obitus, ibid. & N. 150
Burgus vel *Burgum* differt ab urbe *N.* 26. domorum congregatio non clausa p. 9
Burgenses interdum *oppidanis* sine *civibus* opponuntur: sæpius autem pro civibus accipiuntur *N.* 26
Burgmeister ac *Burgermeister* inter se differunt, & similiter *Burgimagister* ac *Magister Civium* N. 25. 26. 27
Burgimagistri titulus non fuit in usu sub Imp. Francicis, sed videtur esse recentissimus *N.* 25
Burgermeistere barbarè & perperam appellantur *Proconsules* & *Burgimagistri*: rectius autem *Consules* & *Magistri Civium N.* 20. 21. 25. 26. 27. 28
Burgimagister propriè dicitur *Præfectus pagi* vel *Castelli N.* 26
Burwinus Wandalorum Princeps N. 80
Byrca opidum & portus Regni Suedici. A. p. 183. 194. 211. 267. 289
Byrgeri Ducis Suediæ obitus *N.* 263

C.

Calvisii opinio de origine Hamburgi refutata p. 159. 160
Calumnia N. 310
Cambium, Cambire N. 15
Cambray secundum Althamerum, Gambriviorum sedes Chron. 1
Camera, *Camerarius*, *N.* 549
Campanarius, *ein Unterküster N.* 447.
Campus *Brunonis N.* 548
Canonici Hamburgenses olim fuere *monachi Benedictini* p. 45. 46 N. 430
Eorum prisca vivendi ratio p. 45. 46. 47. 48 temporibus Archiepiscopi Unwani cœperunt esse *sacerdotes regulares N.* 431
Canonicorum duodecim Collegium Hamburgi institutum ab Archiep. Unwano p. 44. 45 Chron. 260
Canutus Rex Daniæ Adolphum III. bello prosequitur p. 87 moritur p. 93
Capella seu templum S. Nicolai in noua Urbe ab Adolpho III. fundatum p. 93
Capellani subjecti Rectoribus Ecclesiarum parochialium N. 444
Capitulum Ecclesiæ Cathedralis ægrè & gravatim permittit, monachos Dominicanos in urbem recipi *N.* 129. 130
Cappa A. p. 188. 274. 377
Cappa Choralis N. 323. 320
Caputium, Capitulum, Capulare, A. p. 337
Cardinales *Episcopi*, Cardinales *Presbyteri* & Cardinales. *Diaconi* inter se differunt. N. 370
Carnisprivium, *die Fastenzeit. N.* 56.
Carolus Calvus Galliæ Rex monasterium Turholt Anschario aufert & donat Reginario p. 200. 230. 280. 283. 311
Carolus M. in ultima regione Saxoniæ trans Albim Archiepiscopalem sedem constituere voluit A. p. 185. 268. de Archiepiscopali sede Hamburgi instituenda cogitat, sed morte impeditur p. 10. primum templum Hamburgi extruit p. 9. *Caroli M.* obitus A. p. 251
Imp. Caroli M. & *Ludovici Pii* Constitutio de vita & honestate sacerdotum & institutione Scholarum in Episcopiis & monasteriis. N. 431. 432. 433
Carolus Martellus ab Hermanno Bonno male confunditur cum Carolo Magno Chron. 1
Castellum ab ArchiEpisc. Alberto in monte Sullenburg extructum p. 61. 63. Castel-

 lum

lum prope pagum Schipbeck à Rege Waldemaro extructum p. 107
Casula, vestis sacerdotalis N.188
Catechumeni, A. p. 207
Cathlc filia Matronæ Frideburg A.p.199.279
Cellerarius, Cellarius, Kellerer, Kellermeister, N. 388
Cenodoxiæ fugandæ ratio A. p.225.305
Cenotaphium Pontificis Benedicti V. Hamburgi Chron. 158
Census arearum, Konigestins, Koningspening. N.236. *Census regalis*, ib.
Cerimoniæ festi Epiphaniæ A.p.236.320
Chalusus Trava N. 67. Chron. I.
Character nummorum, N. 71
Charta pro *diplomate N. 117.*
Chori gens Septentrionalis, Sveonum Principatui olim subjecta. A. p. 216. 294.
Chrismatis litura. A.p.292. Unctio olei sacri p.234
Christianus I. Rex Daniæ postulavit ab Hamburgensibus *Iuramentum* fidelitatis, sive Iuratam fidei promissionem, sed non potuit eam impetrare. N. 51.52.53.
Christophorus, I. Pontifex Romanus p.28
Christophorus, Rex Daniæ, Waldemari II. filius N. 315
Christianus Wichmannus de Haghen. Consul Stadensis. *N.* 446
Chytræi error N. 13
Cilicii ad carnem usus A.p.224. 304
Cimbri diversi à Gambriviis Chron. I
Cimbricæ Chersonesi termini & Isthmus ibid.
Cineres barbarè pro *carbonibus N.* 14
Clinici vocabantur, qui baptismum in ultimum vitæ tempus differebant A.p.342
Clocca, campana. A.p.220.345
Claustrum Monasterii A.p. 189
Comeccia Stadensis N. 296
Comes Bernardus Bernburgensis duxit filiam Abeli Regis Daniæ *N.*260.26
Comes Borchardus de Wilpa N. 388
Comes Ernestus N. 229
Comes Hinricus de Hoya N.388
Comes Ludolphus de Wonstorpe N. 388.
Comites Nordalbingiæ sub Ducibus Saxoniæ Hamburgi velut in metropoli sua plerumque commorati sunt. N.10
Comitissa, Comes, A.p.250.353
Cometa anno C. 1066. Chron. 259
Commune, τὸ κοινὸν pro universitate civium & Republica N.9.504. 517. Vocatur *Universitas civitatis* N.471
Compositio discordiæ inter *Hamburgenses* & *Hardervicenses* N. 418
Computatorium, Comptoir, Contor N.396.397
Concambium N.550
Concilium Triburiense. Chron. 88
Concivis pro Civis A.p.356
Conradus I. Imperator. p. 29
Conradus de Cocstede, miles *N.* 412
Conradus de Cotene, miles N.411
Conradus de Orstrouwe, miles N. 411
Consilium & Consulatus pro *Senatu* N.9.
Constantinus M. moribundus fuit baptizatus A.p.359.360. Desideravit ad exemplum Christi in Jordano baptizari A.p.360
Constantius Constantini M. filius moriens voluit baptizari. A.p.360
Consules, Personen auß dem Raht N.10.19 iidem vocabantur etiam *Consulares* ib.
Consularis dignitas major *Proconsulari N.* 20
Consules à consulendo dicti N.24
Consulum universitas, der gantze Raht. N.425
Consules Hamburgenses (h.e. *Personen auß dem Raht zu Hamburg*) quorum in antiquis hujus libri monumentis mentio reperitur.
Anno seu *Johan. miles*, germ. *Ridder* N.277
Anno sive *Johannes de Ossenwerder* : in diplom. anno 1265. N.144
Bernardus de Bustuur seu *Buxtehude* in diplom. anno 1265. N.144. & in diplom. anno 1264. N. 333
Bertram van Buxtebude N.242
Bertramus Esici filius in diplom. an. 1265, N.142 in diplom. an. 1285 N.271.277. It. N.333
Bojo: in deplom. Com. Adolphi dato an. 1225 N.34.49
Conradus Salsnake N.425
Conradus Stadinger N.455
Diederich Gherlestorp N.557
Egge de Hadeleria 475
Eilbertus Wulfhagen N.425
Esicus: in diplom. Adolphi III. dato inter an. 1164 & 1568 N.18.118. & in alio ejusdem Comitis diplomate dato anno 1190 N.16
Etke N. 466
*Fridericus de Arteneborch N.*277.333
Fridericus Bojonis filius N. 224
Fredericus Miles, germ. *Ridder* N. 425
Godsalcus, filius Dominæ Albeydis N.333. 408
Hardwicus seu *Ardwius de Artheneborch*: in diplom. anno 1265 & anno 1292 N. 140.470. 475
Heleberus: in diplom. Adolphi IV. dat. an. 1225 N. 34. 49 & in diplom. com. Joannis I. dat. anno 1239 N. 163 Item N. 189.455.466.470
Hellingborius | *de Rokesberge* N. 475
Nicolaus |
Helperadus N. 163.

Her-

Hermannus Crane N.425
Hermannus Hojer N.231
Herwerdus in diplom. Comitis Adolphi IV dato anno 1225 N.34.49
Henricus *de Boycenborch* N.189
Henricus Hop, *Proconsul*, h.e. *Burgermeister*: in compos. inter capit. & Sen. anno 1355 N.22.541
Hinricus, gener Leonis N.333
Hinrick Leseman N.557
Henricus Longus N.475.466
Jacobus de Stouna N.425
Johannes Albus, germ. *Joan. Witte* N.425
Johannes dictus de Bergen N.408.425
Joannes Brunsvicensis N.243
Joannes de Harborch, Proconsul Hamburgensis N.215
Johannes, filius Helpradi N.425
Joannes de Luneborch, N.435.436
Johannes Ridder sive *Miles* N.475
Johannes de Twedorpe, in diplom. dato an. 1265 N.136 & in diplom. anno 1264 N.333. Item 225
Johannes Witte, Proconsul Hamburgensis N.515
Jordanus N.231.306
Lambertus de Groninge N.455
Leo Ronnerus N.277
Ludolphus de Buxtehude N.466
Leo Winterus seu *Hamburgensis*, in diplom. anno 1258. & 1265. N.143 & 271 & in diplom. anno 1264 N.333
Nicolaus *Fransoser*, Proconsul Hamburgensis. N.515
Nicolaus Fredewerdi N.343
Ni*colaus de Perchen* N.277
Otto de Twedorpen N.475.455
Petrus Rudolphus de Eilenstede N.243
Rahtmarus in diplom. Com. *Adolphi* IV. dato anno 1225 N.34.50
Sifridus: in diplom. *Adolphi* III. dat. inter anno 1164 & 1168 N.18.118. & in alio *ejusdem* Comitis diplomate dato anno 1190 N.16. Item in diplom. *Adolphi* IV. dato anno 1225 N.35.49
Standardus sive *Sandardus*: in diplom. *Adolphi* III. dato inter anno 1164 & 1168 N.18.118 & in alio *ejusdem* Comitis diplom. dato anno 1190 N.16
Tangmarus Tode N.243
Theodoricus de Gröne N.425
Theodoricus up dem Perde, Proconsul h.e. *Burgermeister* in Compositione inter Capit. & Senat. facta anno 1355 N.22.541
Theodoricus dictus Wrack N.470
Tidemannus up dem Perde, Proconsul Hamburgensis N.540
Tiderus: in diplom. Com. *Adolphi* IV dato anno 1225 N.34.50 & in diplomate Com. *Joannis* I dato an. 1239 N.163
Tidericus N.425 forte idem est atque *Tiderus*.
Volcolphus Jacobi N.243
Vredewerdus: in diplom. Com. *Joannis* I. dato anno 1239 N.163
Uronoldus seu *Fromoldus*: in diplom. *Adolphi* III. dato inter anno 1164 & 1168 & in alio *ejusdem* comitis diplomate dato anno 1190 N.16
Wernerus Albus, germ. *Warner Witte*: in diplomate anno 1265 N.141
Wernerus de Ertenborch: in diplom. anno 1265 N.139. Item N.224.225
Wilken Herwerdi N.242
Wernerus de Horborch 470
Wiradus seu *Wirardus*: in diplom. *Adolphi* III. dato inter an. 1164 & 1168. N.18. 118. & in alio *ejusdem* Comitis diplomate dato anno 1190 N.16. Vide etiam N.113
Contentionis inter Ecclesias Hamburgensem & Bremensem de dignitate Metropolitana initium, progressus & finis p. 68.69.73.74.112.113. & deinceps.
Corbeja mater A.p.243.244.256.257.265.274 348.349. *Corbeja* vetus A.p.306 S. Petro Apostolo consecrata A.p.248
Corbeja nova A.p.176.181.225.256. *Corbeja* junior A.p.263.349. *Corbeja* novella A.p.306
Corbeja nova in Saxonia ad Visurgim à Ludovico Pio extructa A. p. 130. fundationis ejus annus A.p.354
Corbejæ veteris & novæ distinctio A.p.129 130.131
Corpus & confessio S. Petri Romæ A. p. 186.271
Corpus & Sangvis Christi, viaticum Christianorum A.p.198.200.237
Cortis seu *Curtis*, quid significet N.393. *Cortinarii Cortisani* ibid.
Cranzius explicatur. p.54. refutatur p. 107
Balch / *Nicolaus* } *de Cubbesele*, milites N.470
Cum regnare, conregnare A.p.364
Curia Capituli Hamburgensis numero *undecim* N.504
Cusalin, aliàs Hogelstorp. Chron. i.
Custos, Sacrista, Kuster 400
Crucepenning Archiepiscopo Bremensi ab Hamburgensibus olim solutus N.549

D.

D*Acia* pro *Dauia* N.92 speciatim pro ea

parte regui Danici, quæ cis sinum Codanum est, N.152.219.
Dalmatica, vestis sacerdotalis N.188
ἀδεχίαι in funerationibus Christianorum A.p.363.364
Decimæ, decimare, decimatio A.p.227.308
Denarii, Pfenninge N.15
Denarii barbare pro quacunque pecuniâ N.143.529
Denewerck, vallum sive munimentum Danorum N.323
Denuntiare, in offentlicher gemeine nennen, von der Cantzel abkündigen N.404.513
Destituere barbarè pro *abdicare* N.438
Differentia ac discrimen inter *veterem* & *novam* urbem Hamburgensem penitus sublata N.415.416.417.480.481
Diffinire pro *definire* N.440.523
Digeries, profluvium alvi A.p.317
Diocesis pro *Diœcesis* antepenultima correpta perperam legitur apud Gualdonem A.p.350
Diploma Adolphi III. & IV. Comitum Schowenb. de fundatione Capellæ S. Nicolai in nova Urbe & constructione molendini p.94
Diploma Alberti Comitis Nordalbingiæ & Orlamundæ. p.110.111
Diplomata Alberti Comitis Orlamundæ quibus Hamburgensium privilegia confirmat p.117
Diploma Imp. Friderici Barbarossæ de privilegiis Hamburgo concessis. p.83. & deinceps.
Diploma Imp. Friderici II, quo immunitatem & jura à Comite Adolpho III. Hamburgensibus concessa confirmat p.98
Diploma Hartvici I. de antiquo honore Ecclesiæ Hamburgensis p.70 & deinceps.
Diploma Papæ Honorii III. de confirmatione possessionum Ecclesiæ Hamburgensis & nominatim S. Petri. p.149
Disbrigare N.503
Discordia fratrum *Johannis* & *Gerardi* Com. Holsf. ob inæqualem partitionem paterni dominii *N.*204.205.206.207
Discordia inter civitatem *Hamburgensem* & *Capitulum* Ecclesiæ Cathedralis N.389 ejusdem discordiæ compositio N.400 & deinceps.
Dispensator Eleemosynæ S. Anscharii. A.p.227. vocatur Oeconomus A.p.308
Distringere N.512
Ditmarsia, Ditmarsi N.87
Ditmarsorum defectio à Danis in *Bornhouedensi* prælio *N.*87.88
Divinus, Vates, Hariolus A.p.190.338
Domnus pro *Dominus* A.p.357
Domûs Consulum, das Rahthauß N.139.141.144.472
Domus, templum Cathedrale seu primarium p.53. A.p.283
Domus Ecclesiæ. A.p.274.283.300
Dormitorium monasterii Canonicorum Hamburgensium N.108.187
Dorstatum Fresonum p.263.279.292. A.p.180.199.213
Dos barbarè pro domo *Pastoris*, sive Rectoris Ecclesiæ Parœcialis N.447
Drogo Metensis Episcopus p.270. chron.24
Duces Brunsvicenses ac Luneburgenses ex *Dominis* facti *Duces* N.268

E.

EBbo Archiepiscopus Remensis chron.24 ante Anscharium fuit legatus Sedis Apostolicæ in Septentrionalibus Regionibus. A.p.186.222.271.302
Ecbertus Comes secundus Hamburgi, & reliquæ omnis Saxoniæ Transalbinæ præfectus p.36.37.38 & 39
Ecclesia perperam Gvaldoni & Lactantio mediam corripit. A.p.350
Ecclesia Cathedralis Hamb. Imp. Carolo M. *Christo Salvatori & beatissimæ Matri ejus Mariæ* dedicata est, ideoque in antiquis monumentis promiscuè *Ecclesia S. Salvatoris & Ecclesia S. Mariæ* appellatur N.33. fundatio per Carolum M. & consecratio per Amalarium Fortunatum ArchiEp. Trevirensem. chron.4. perperam à nonnullis confunditur cum Ecclesia S. Petri ibid.
Ecclesia Cathedralis vocatur *Ecclesia Hamburgensis κατ᾽ ἐξοχὴν* N.187.462 Item *Ecclesia Major* N.509 Domus p.20.53.
Ecclesia Cathedralis imperium olim obtinuit in omnes parœciales Ecclesias, ut mater in filias N.117.115.332.346.440
Ecclesiæ Cathedralis Canonici præposuerunt olim Parœcialibus Ecclesiis Pastores & Capellanos N.440. iidem olim unam urbis portam liberam obtinuerunt N.505
Ecclesiæ Cathedralis *ambitus* h. e. porticus per quam fiebant processiones N.187 instauratio per Archiepiscopum Benzelinum. Chron.230
Ecclesiæ Cathedralis *Capella S. Annæ*, quæ vulgo nunc dicitur *das neue Gebaw* N.187 Mutata est post defectionem à fide Catho

tho

tholica in mercatorum & oppificum tabernas.
Ecclesiæ Cathedralis Asylum, *der Fridhoff* N. 187.539
Ecclesiæ Cathedralis thuribuli argentei N. 188
Ecclesiæ Cathedralis crypta sacra sub choro, vulgo dicta *de Kluft* N. 555
Ecclesiæ Cathedralis Hamburgensis Præpositi, Decani & Canonici, quorum in hujus libri monumentis antiquis mentio reperitur.
Alardus seu *Elardus* in diplom. Adolphi IV. dat. an. 1225. N. 149. Vocatur Decanus Capituli in Diplom. dat. anno 1225 N. 129.138. Idem appellatur ab Alb. Stad. ad annũ 1240 *M. Elerus Canonicus Hamburgensis*.
Bertholdus N. 189
Bartoldus dictus Droben N. 402
Bernardus: in diplom. Adolphi III. dato inter an. 1164 & 1168 N. 118
Bruno Præpositus N. 187.188
Bruno Canonicus N. 466
Bruno Scholasticus N. 400
Gotscalcus de Travemunde N. 466
Hartungus in diplom. Adolphi III. dato inter an. 1164 & 1168. *N.* 118
Hartwicus de Salina Canonicus in Composit. anno 1355 N. 22.542
Helpradus: in diplom. Adolphi IV. dato anno 125 *N.* 49
Hermannus Custos, in diplom. Adolphi III. dato anno 1164 & 1168 *N.* 118
Hinricus Witte Scholasticus, in Composit. inter capit. & Sen. anno 1355 *N.* 22.540 542
Johannes Buckenhagen Decanus N. 542
Johannes Decanus *N.* 490 514.540
Johannes Scholasticus N. 189.462
Johannes Frodoldi *N.* 189
Johannes Tideri filius *N.* 189
Henricus in diplom. Adolphi III. dat. inter anno 1164 & 1168 *N.* 118
Iohannes de Luneborch N. 466
Ludolphus cantor N. 540
Manegoldus: in diplom. Adolphi III. dato inter an. 1164 & 1168 N. 118 It. N. 189
Reingerus: in diplom. Adolphi III. inter anno 1164 & 1168 N. 118
Magister Rudolphus N. 400
Sifridus Custos *N.* 189
Soltmarus Præpositus in Buxtehude *N.* 466
Magister Tidericus N. 402
Magister W*ernerus Miles* *N.* 514
W*ernerus Præpositus* *N.* 540
Ecclesiæ parœcialis S. Nicolai prima fundatio temporibus Com. Adolphi III. inter anno 1164 & 1168 N. 115 usque 121. Item *N.* 209
Ecclesia parœcialis S. Nicolai antiquior est ecclesiâ parœciali S. Petri N. 124.347
Ecclesiæ prœcialis S. Petri antiquissima occurrit mentio in diplom. Pontif. Honorii III. dato anno 1220 N. 124. Quonam respectu primum locum inter quatuor parœciales Ecclesias nunc obtineat. N. 124.125.347
Ecclesia Parœcialis S. Petri perperam appellatur S. Petri & Pauli seu *Petro-Paulino* N. 402
Eginharti Annales emendantur A. p. 335.350
Elerus Molendmarius, germ. *Moller*, Civis Hamburgensis *N.* 137
Elisabetha Ducis Saxoniæ Alberti II. filia despondetur Hamburgi Com. Ioanni I. *N.* 176.177
Emda sive *Amisia*, Frisiæ orientalis caput, occupata ab Hamburgensibus *N.* 355
Erp., Thidericus, Wulvoldus, Emico — fratres *de Enenthorpe* *N.* 492
Emunitas pro immunitate N. 308
Episcopatus Cimbricæ Chersonesi instituti & Archipiscopatui Hamburg. subjecti p. 30
Epitaphium Papæ Benedicti V. corrigitur p. 37.38.39
Eremus male Gvaldoni mediam Syllabam corripit A. p. 350 Item Prudentio A. p. 351
S. Erici Regis Daniæ mors violenta N. 216. 220.221
Ericus cognomine Glipping, Rex Daniæ succedit patri Christoph. N. 316
Ericus Rex Daniæ Holsatiam invadit *N.* 190 à S. Anschario conversus p. 26. A. p. 206. 340 templum Slesvici in honorem S. Mariæ extruit A. p. 207.285.340.341. Ejus obitus A. p. 219.299.343
Ericus Glipping Rex Daniæ dat Hamburgensibus privilegium de liberâ Scanensium nundinarum frequentatione N. 456.457
Ericus II. cognomine Barno Daniæ Rex A. p. 344.345. Christianæ religioni principio infensus, tandem ipse Christianus A. 219.220.299.345
Ericus Rex Daniæ scripsit historiam gentis Danorum N. 89. emendatur A. p. 344
Ericus Archidiaconus Rustringiæ Canon. Brem. N. 388
Erimbertus seu Eribertus Gautberti Episcopi nepos, presbyter in Svedia constituitur A. p. 215.219.221.293

Erlandus Archiepiſcopus Lundenſis N.365
Erpo cantor capit. Brem. N.515
Erpo Epiſcopus Ripenſis N.229
Erpo de Lunenberghe, miles miniſterialis Brem. *N.388.*
Euermodus Epiſcopus *N.*490
Euphemia Sidonio Apollinari ante penultimam male corripit A.p.350
Examinatio ad vomeres ignitos. N.247
Excommunicatæ urbis ſigna ſive indicia N.507

F.

FAbula de Hamæ & Starcateri pugna. p. 11 De Jovis Hammonis fano & ſtatua rejicitur p.4. De martyrio Papæ Benedicti refutatur p.39.40
Faldera, alias Novum Monaſterium chron.1
Familia Hamburgenſis derer vam Berge, vel van Bergen, lat. de Monte N.408. fertiliſſima Conſulum & Senator. ibid.
Familia nobilis de Bockwolde *N.*229
Familia nobilis *von Hamme* N.189
Familia *Militum, der Riddere* Hamburgi *N.* 277.475
Familia nobis *von Stacken* vel *Staken* N.189
Famuli, Knapen, Eddele Knechte, Servi Principis, Adelſchachi N.16. Diverſi à *Militibus*, ſeu viris ordinis equeſtris ib.
Ferri candentis judicio liberantur Hamburgenſes à Pontif. Alexandro IV.N.255 256.257
Feſto die non laborandum A.p.232.313
Feſtum Purificationis, B. Virginis Mariæ A.p.320
Forefactum, delictum N.14.402
Formoſus I. Pontifex Romanus p.28
Fidelis, Chriſtianæ religioni addictus *N.*70. 469
Filii Spirituales A. p.356
Fratres Monachii literarum expertes A. p. 331
Fratruelis pro fratris filio N.469
S. Franciſci obitus N.183
Frideburg Matrona A.p.197.279
Imp. Fridericus II. confirmat privilegia ab Adolpho III. novæ civitati Hamb. conceſſa N.127.128
Imp. Fridericus II. committit defenſionem Lubecenſium adverſus Danos Gerardo Archiepiſcopi Brem. Adolpho IV. & aliis principibus N.63.64
Imp. Fridericus II. declarat Lubecam liberam Imperii Rempublicam, & variis illi concedit immunitates ac privilegia N.67
Fulbertus puer a ſocio tabulâ percuſſus fit Martyr. A.p.175.256

G.

GAmbriviorum ſedes incerta chron 1 Gambrivii diverſi à Cimbris & Sicambris ibid.
Gautbertus Epiſcopus, mutato nomine Simon vocatur A.p.187.208.273.286
Gautbertus Ebbonis Archiepiſcopi propinquus Epiſcopus creatur & in Svediam mittitur A.p.187.272.337. Svediâ ejectus A.p.189.275
Gener pro *Sororio* ſive marito ſororis N.457
Gerardus I. & *Gerard.* II. Com. Holſ. promittunt Hamburgenſibus auxilium adverſus *Giſelbertum* Archiep. Brem. & quoscunque alios hoſtes N.421.422.423 Idem faciunt Comitis Johannis filii N.454
Gerardi I. Com. Holſ. obitus N.377.380.450
Gerardus II. Com Holſ. ducit filiam *Waldemari* Regis Svediæ N.409
Gerard II. Com. Holſ. obitus N.378.381
Gerardus Segewinus N.402
Gerardus Archiep. Brem. opem fert Comit. Adolpho IV. ad recuperandum Hamburgum N.40 ſuſcipit tutelam filiorum Comit. *Adolphi* IV. N.175.176
Gerardi Archiepiſcopi Bremenſis obitus N. 261
Geroldus Epiſcopus N.490
Geroldus illuſtriſſimus Comes. Chron.27. A. p.186.271.336
Guido Cardinalis, Legatus Pontif. Clementis IV. monachus ante Cardinalatum *N.* 369. Hinc appellatur *Frater Guido* ib.
Gerhardus Præpoſitus major Eccleſiæ Brem. *Hermanni* Com. Lippienſis filius N.262
Gerhardus Mule, Canon. Brem. N.388
Gerardus / *Ericus* } *de Bederkeſa*, milites miniſteriales Brem. N.466
Germaniæ Rhenana A.p.336
Germanicum Mare chron. 1
Gevehardus / *Ditmarus* / *Marquardus* / *Bernhardus* } *de Bederikeſa*, milites miniſteriales Brem. N.388
Cherlacus / *Iohannes* } *Schulteti de Lü*; milites miniſteriales Brem. N.388.
Gilda vide infra, Gvilda.
Giſelbertus Archiep. Brem. dat. incolis *Novæ Tivitatis Hamburgenſis*, h.e. Parœcia S. *Nicolai* poteſtatem inſtituendi novam Scholam N.435.463
Gislemarus S. Anſcharii comes in Daniam, A.p.182
Godſcalci Principis Obotritorum ſive Slavorum Martyrium chron. 1 à ſubditis ſuis occiſus p.65
Godſcalcus Præfectus Holſatiæ N.492

Godfridus Comes Transalbinorum Saxonum, seu Nordalbingiæ N. 10. à Slavis occisus. p.75.76
Godfridus Comes de Arensberg. Archiep. Brem. N. 445
Godlandia sive *Gothia* insula sinus Codani: incolæ ejus vocantur *Gutæ*, *Guti* & *Gutenses* N.162.310.486
Gogravius N. 277
S. *Gregorius Magnus* citatur. A.p.231.312 damnat purgationem vulgarem per ferrum candens N. 247
Gregorius Nazianzenus ante virilem ætatem non fuit baptizatus. A.p.361
Gregorius IV. Papa confirmat electionem Anscharii, pallii datione A. p. 186. 270. 271
Gualdo auctor Poematis de vita S. Anscharii A.p.249 quingentis octoginta septem abhinc annis (ab Anno 1652) illud composuit A.p.353
Guerra, bellum N. 191
Guido Cardinalis, Legatus Pontificis Clementis IV, monachus ante Cardinalatum, N.369. Hinc appellatur Frater Guido ibid.
Guido Cardinalis presbyter tituli S. Laurentii in Lucina venit Hamburgum & instituit examinationem testium in causa Capituli contra monachos Dominicanos N.132.133 & deinceps.
Guido Cardinalis, Legatus *Clementis IV.* committit ad preces Hamburgensium Archiepiscopo Magdeburgensi defensionem naufragorum N.337.338.339 & deinceps.
Guido Cardinalis discedit Hamburgo Lubecam N.353. mandat Archiepiscopo Bremensi, ut potestatem defendendi naufragos Archiep. Magdeburg. concessam, per totam diœcesin suam publicet N.354 Idem mandat Præposito Hamb. N.358
Guido Cardinalis confirmat privilegium ab Imp. Friderico I. Hamburgensibus concessum N.360.361 Proficiscitur in Daniam, & Regi cum Regina matre sacris interdicit N.362. Inde discedit in Sueciam N. 363
Guido Cardinalis presbyter tituli S. Laurentii in Lucina perperam confunditur à *Crantzio*, *Pontano* & aliis cum Pontifice *Clemente* IV. cujus Legatus fuit N.334.345. 364.365.366 & deinceps.
Guilda seu *Gilda* idem est atque Hansa, sive societas, Collegium N. 398
Guildehalla Teutonicorum Londini, der Stapelhof oder Staelhof N.397
Guielmus de Alifia, publicus S.Rom. Ecclesiæ auctoritate Notarius N. 145
Guncelinus N.491 Comes Sverinensis. p.82
Guntharius Coloniensis Archiepiscopus. chron.51
Guthormus Norwegiæ Rex in bello contra Daniæ Regem Ericum L occisus A.p.344
Gutenses incolæ Godlandiæ, diversi à Jutis Cimbricæ Chersonesi incolis N.162.310. 486. Eorum antiqua Privilegia N. 485. 486.487
Gyso, Præpositus Enteretensis, Canon. Brem. N. 388

H.

Hadeboldus Coloniensis Archiepiscopus A.p.180.262.334
Hadulfus, Adolfus N.392
Halla, aula N.398
Hama pugil p. 11
Hamburgum olim dictum fuit Hochburi vel Hochbuchi p.4
Hamburgum à nonnullis eadem creditur fuisse Urbs, quam Ptolomæus Trevam apellat. p. 4
Hamburgum non fuit conditum, antequam Widikinus & Abbo Imp. Carolo M. se dediderunt. p. 8
Hamburgum à Carolo M. instauratum Urbis nomen accipit p.9. 10
Hamburgũ significat *castellum sylvestre* p. 13
Hamburgi situs p. 13.14
Hamburgum *sedes & civitas Nordalbingorum* p. 14
Hamburgum jam Imp. Ludovici Pii temporibus inclyta & totius Saxoniæ transalbinæ primaria civitas fuit p.16
Hamburgum à Normannis vastatum & incensum p. 16.17
Hamburgum *Urbs* jam fuit *cum suburbio* ante vastationem Normannorum p.20
Hamburgensis & Bremensis Ecclesiæ copulatio p.26
Hamburgum a Danis & Slauis destructum p.28
Hamburgum à Wandalis excisum & funditus eversum p.42.43
Hamburgum a Duce Bernhardo & Archiepiscopo Unwano instauratum p.43.44
Hamburgum fœcundissima gentium mater. p.62.76
Hamburgum ab Obotritis, Slavorum gente, vastatum p.65
Hamburgum uno eodem anno bis à Paganis vastatum & incensum p.65
Hamburgum nobilissima Saxonum Civitas ab Adamo Bremẽsi appellatur. p.67

Hamburgum à Duce Henrico Leone captum. p. 87. receptum ab Adolpho III. ib.
Hamburgum Waldemaro Duci Slesvicensi se dedit p. 8. 9 ei præficitur Radulfus Holsatus ibid.
Hamburgum, fugato Radulfo, recipitur ab Adolpho III. & munitur p. 89
Hamburgenses juramentum præstiterunt Othoni IV. Imp. p. 105
Hamburgum immediate Imperio subest. p. 105
Hammaburg Castellum ab Odone Legato Imperatoris conditum. p. 3
Hammaburg Castellum à Wilsis destructū p. 3. & à Carolo M. instauratum ib. & p. 9
Hammaburgensis Schola. A. p. 274
Hamburgum jam temporibus S. Anscharii Urbs cum suburbio. A. p. 188
Hamburgensis Civitas à piratis capta. A. p. 188. 274
Hamburgensis urbs. A. p. 269
Comes de Hammaburg. p. 60
Hamburgum *Athenis* comparandum N. 167
Hamburgum olim divisum erat in urbem *veterem* ac *novam* N. 33
Hamburgum *duas* olim habuit curias & *duplicem* Senatum N. 412. 413. 414
Hamburgensis civitatis *duplex os.* N. 232
Hamburgum temporibus Imp. *Ottonis Magni* cœpit *mediatè* subesse imperio N. 8
Hamburgensis urbis insigne incrementum temporibus Com. *Adolphi* III. N. 113 usque 124
Hamburgensium Legatorum oratio ad *Adolphum* IV. N. 42. 43 & deinceps
Hamburgenses dedunt se *Adolpho* IV. salvis privilegiis, & cum certâ libertatis atque immunitatum exceptione N. 47
Hamburgenses non præstiterunt Adolpho IV. *juramentum fidelitatis*, sed promiserunt ipsi fidelitatem absque juramento. N. 50. 51 usque 56
Hamburgenses obtulerunt sua sponte Adolpho IV. ad conficiendum bellum Danicum *plus viginti marcarum Lubecensium millia*: N. 97
Hamburgenses donant Com. Adolpho IV. teloneum urbis *Odeslo*, emptum ab *Egbrechto de Wolfenbüttel* N. 152. 153
Hamburgenses impetrant à com. Holsat. *den Friedschilling*. N. 242
Hamburgenses impetrant *jus cudendæ monetæ*. N. 237. 238
Hamburgenses impetrant à Comitibus Hols. jus vulgò *Köbre* dictum N. 472
Hamburgenses permissu Comitum urbem suam muniunt vallo à monasterio S. *Johannis* usque ad portam *Elleranam* N. 139. 194. 195
Hamburgenses implorant auxilium Com. Holsat. *Gerardi* I. & *Gerardi* II. adversus *Giselbertum* Archiep. Brem. N. 420. 421
Hamburgenses ferunt opem com. Holsat. *Ioanni* & *Gerardo* adversus *Ericum* Daniæ Regem N. 213
Hamburgenses obsident *Stadam* N. 295
Hamburgenses liberantur *judicio ferri candentis* per Pontif. *Alexandrum* IV. N. 255. 256. 257
Hamburgenses impetrant ab Imp. *Carolo* IV. potestatem capiendi & puniendi *piratas* N. 355
Hamburgenses impetrant à Duce Saxoniæ *Alberto* I. privilegium N. 233 Idem confirmatur à filiis ejus Ducibus *Johanne* & *Alberto* II. N. 234
Hamburgenses impetrant ad preces *Alberti* Ducis Brunsvicensis ab *Henrico* III. Rege Angliæ privilegium N. 392
Hamburgenses impetrant privilegium ab *Abelo* Rege Daniæ N. 226. 227
Hamburgensium res gestæ adversus *piratas* N. 546
Hamburgensium legatio ad Pontif. *Martinum* IV. pro confirmatione *Scholæ S. Nicolai* N. 435
Hamburgensium legatio ad *Byrgerum* Ducem Suediæ, patrem *Waldemari* Regis Suediæ N. 305. 306 & deinceps.
Hamburgensium legatio ad comitem Flandriæ *Margaretam* N. 230. 231
Hamburgensium primum fœdus cum *Lubecensibus* N. 164. Origo *Hansæ Teutonicæ* N. 168
Hamburgensium fœdus cum *Henrico* Duce Brabantiæ & Lotharingiæ N. 243
Hamburgensium fœdus cum *Adelheida* Henrici Ducis Lotharingiæ & Brabantiæ viduâ N. 384
Hamburgensium fœdus cum civitate *Brunsuicensi* N. 209. 210
Hamburgensium fœdus cum *Ducibus Brunsvicensibus & Luneburg*. N. 268.
Hamburgensium fœdus cum *Frisiis* N. 312
Hamburgensium fœdus cum *Wortsatis & Hadeleriis* N. 156
Hamburgi origo certa N. 1
Hamburgi prima fundatio per *Odonem* Imp. Caroli M. Legatum chron. 1
Hamburgi fundatio falsò attribuitur *Dominis de Ham* N. 1. chron. 1
Hamburgi propter Christianam religionem *excidium primum* A. Æ. C. 810 chron. 3 *secundum* A. 845 chron. 38

tertium

tertium A.915 chron.108
quartum A.1012 chron.205
quintum A. 1066. chron.259
sextum A.1072 chron.265
septimum A.1972 chron.265
Hamburgi per Imp. *Carolum* M.prima instauratio chron.4
Hamburgum non est situm in æstuario maris *Britannici* chron.1
Hamburgum non est *Marionis* Ptolemæi ib.
Hamburgum duplex olim habuit nomen, *Saxonicum* videlicet atque *Wandalicum* sive *Slavicum* ib.
Hamburgum falsò appellatur *Hammomipolis*, *Augusta Gambriviorum & Cimbrica* ib.
Hamburgum Wandalicè *Civitas Dei* ib.
Hamburgum Metropolis *Stormariæ* in Saxonia Transalbinà sive *Nordalbingiâ* ib.
Hamburgum situm est extra Chersonesum Cimbricam in Saxonia ib.
Hamburgum falsò appellatur *Urbs Wandaliæ* ibid.
Hamburgensis ArchiEpiscopatus fundatio per Imp. Lovicum Pium, chron. 24. confirmatio ejusdem chron. 27
Hamburgenses Archiepiscopi, tam secundum seriem Alphabeti quam secundum ordinem successionis ab anno Ære Christ. 831 ad ann. 1072 vide ArchiEpiscopi Hamburgenses.
Hamburgi major pars *incendio* absumpta N. 451.452
Hamme, vetus vocabulum Saxonicum sylvam significat. p. 12
Hanno Coloniensis Archiepiscopus. A.p. 64
Hansa quid significet N. 392
Hansa, societas, collegium fœdus N. 171
Hansa ejicere, *Hansam recipere* N. 172
Hansen & Hensen ibid.
Hansæ Teutonicæ origo N. 168.169
Ejus divisio in *quatuor* Metropoles N. 170
De vero ejus & antiquo nomine dissertatio N. 171.172.173 & deinceps.
Hansæ Teutonicæ bellum navale cum *Olao* Norvagiæ Rege N. 458.459.460
Haraldus Klachius sive Claus Daniæ Rex, Frisiæ comitatu donatus ab imp. Ludovico Pio A.p.334
Haraldus Daniæ Rex suscipit Christianam Religionem. A. p.30. Vide infra, Herioldus.
Hartungus Comitis Adolphi I. Filius p.79
Hartwicus Archiepiscopus Bremensis N. 113. vocatur *Dominus meus* à Comite Adolpho III. N. 119 componit controversiam inter eundem Comitem & Capitulum Hamburg. N.120. ejus mors N.121
Harvestehude appellabatur olim *Herwerdesbude*, h.e. Herwerdi Villa N.49.275
Hasenmohr N.528
Hellingandus Episcopus Ferdensis chron.24
Helmoldus Comes Swerinensis, sororius Ducis Saxoniæ *Iohannis* N.408
Henrici Aucupis Imp. bellum cum Danis. p. 29. chron.123
Henricus Comes Badewidensis. p. 80
Henricus Comes Orlamundensis,, avunculus Adolphi III. p.81 Matrem ejus Machtildem duxit uxorem ibid.
Henricus Godschalci Obotritorum Principis filius Paternam ditionem recipit & Nordalbingiam liberat. p.75
Henricus Leo Dux Saxoniæ & Bavariæ p. 81. N. 186.187. ex Anglia revertitur, & Hamburgum atque Lubecam deditione capit. p.86. Adolphum III. Nordalbingiâ ejicit, & ab Imp. Friderico Barbarossa proscribitur. p. 82.
Henricus Comes de Ratzeburg N. 491
Heridac sive *Heridagus* primus Presbyter & Sacerdos ab Imp. Carolo M. Hamburgi constitutus. p.9. chron. 4. A. p. 185 non fuit Advocatus vel Vicarius Imp. Caroli M. nec primus Episcopus Hamburgen. Chron. 1.4.24. eius obitus. chron. 5.6
Hermannus Billingus primo præfectus deinde primus Saxoniæ Dux atq; adeo Hamburgi Dominus ab Imp. Ottone Magno creatus p.33.34.36. N.8. chron. 158.254 Ejus obitus p.41. chron.166
Hermannus Coloniensis Archiepiscopus. chron. 88. Ejus lis cum Adalgario, de Bremensi Ecclesia. p. 28
Herigarius præfectus Byrcæ, Vici Regni Svedici, fit Christianus. A. p.184.267
Herigarii miracula A.p.192.193 Obit. A.p.197
Herioldus seu Heraldus primus Daniæ Rex Christianus A.p.176.177.257.333.334
Hermanni Bonni eror minimè tolerabilis N. 95. Judicium de ejus Chronico N.96
Hermannus Bernardi *Ducis* Saxoniæ frater, Comes de Hammaburg N. 10
Hermannus de Brochhusen N. 270
Hermannus Comes Nordalbingiæ, vocatur etiam Comes de Hammaburg p.60
Hermannus Langenbecius, Consul Hamburgensis, scripsit præfationem in Vetus jus Civile Hamburgensium p.13
Hermannus undecimus Hamburgensis ArchiEpiscopus p.28
De *Hermanni Leerbecensis* Chronico judicium N. 298
Hermannus Ribe miles, dapifer Alberti II. Ducis Saxoniæ N.470

Hermannus de Ottenstede, miles ministerialis Brem. 388
Herwesdesbude, h.e. Herwerdi villa corruptè *Herveshude* & *Harvestehude* N.49.275.548
Herwerdus, *Ehrenwerd*: *Frembertus*, *Heribertus*, *Rembertus*, &c. idem nomen proprium est N.49
Hetbeby alias Slesvicum. Chron. 1
Hetti, Archiepiscopus Tervirensis. Chron. 24 A.p. 270
Heyno de Borcb, miles ministerialis Brem. N. 388
Heyno de Helme, miles ministerialis Brem. N. 388
Heyne Stake, miles N. 470
Hildeboldus impetrat Romæ confirmationem Archiepiscopatus Brem. *N.*282
Hildeboldus Archiepiscopus Brem. cum Hamburgensi civitate in gratiam redit N.385.386.387
Hildeboldus Archidiaconus Rustringiæ, postea Archiep. Brem. N.262
Henricus Rex Romanorum & Dux Sueciæ Imp. Friderici II. filius N.71
Henricus de Crummesse miles N.408
Henricus Episcopus Lincopensis N.312
Henricus Comes Suerinensis Adolpho IV. opem fert adversus Hamburgenses N.40
Henricus Archidiaconus Hadeleriæ. Canon. Brem. N.387
Historiæ scribendæ prima & præcipua *lex*. N.5
Historices lex de auctoritate & testimonio auctorum rei gestæ, quam memoriæ tradunt, coætaneorum *N.*199.200
Historici prudentis est, rigidam veritatem nonnunquam lenire verbis N.6
Historicus non debet hominis causa veritati deesse, si quid perperam ab aliis memoriæ traditum, necessario refellendum sit N.110
Hollandensis mansus N.551
Hogerus vel Hojerus, quartus Hamburgensis Archiepiscopus p28
Hogelstorp, alias Cusalin Chron. 1
Holtzatia & *Holtsacia*, pro *Holsatia* *N.*12 & alias passim.
Honorius III. Pontifex Rom. N. 250
Hoscoburg, castrum Saxoniæ Chron. 1
Hospitale pauperum in Brema A.p. 227. 228. 308
Hospitales domus *S. Spiritus* & *S. Georgii* Hamburgi N.539.555
Hovi Comes Slesvicensis, Christiani nominis hostis A.p.219.299
H. *Prior de Andwerchstog* N.458
Huda, *hyda* & *hida*, villa seu prædium rusticum *N.* 275
Huno Comes Oldenburgensis Chron.252
Hypapante, festum Purificationis A. p.320 celebrandi eius initium A.p.363

I.

I*Dolum* male Gvaldoni mediam corripit A.p.350 item Prudentio A.p.351
Jejunium Catholicum, abstinentia a carne. A. p. 298
Ignis purgatorius. A.p.171.252
Ignivaporus. A.p.347
Igniti vomeres N.247
Imperatores Romano-Germanici ab Æ. C. 808 usque ad A. 1072 secundum seriem Alphabeti
- *Arnulphus* Chron. 81
- *Carolus* I. sive *Magnus* Chron. 1
- *Carolus* II. sive *Calvus* Chron. 68
- *Crarolus* III. sive *Crassus* Chron. 105
- *Conradus* I. Chron. 105
- *Conradus II.* sive *Saliquus* vel *Salicus*. Chron. 217
- *Henricus* I. sive *Auceps* Chron. 112
- *Henricus* II. cognomine *Sanctus* & *Claudus* Chron. 195
- *Henricus* III. sive *Niger* Chron. 232
- *Henricus* IV. Chron. 249
- *Ludovicus* I. sive *Pius* Chron 7.
- *Lotharius* Chron. 33
- *Ludovicus II.* Chron. 48
- *Lodovicus III.* sive *Balbus* Chron. 70
- *Ludovicus IV.* sive Chron. 92.
- *Otto* I. sive *Magnus* Chron. 129
- *Otto* II. Chron. 166
- *Otto* III. Chron. 176

Imperatores Romano-Germanici ab A. Æ. C. 808. usque ad A. 1072 secundum ordinem successionis.
- *Carolus* I. sive Magnus Chron. 1
- *Ludovicus* I. sive *Pius* Chron. 7
- *Lotharius* Chron. 33
- *Ludovicus* II. Chron. 48
- *Carolus* II. sive *Calvus* Chron. 68
- *Ludovicus* III. sive *Balbus* Chron. 70
- *Carolus* III. sive *Crassus* Chron. 72
- *Arnulphus* Chron. 81
- *Ludovicus* IV. Chron. 92
- *Conradus* I. Chron. 105
- *Henricus* II. sive *Auceps* Chron. 105
- *Otto* I. sive *Magnus* Chron. 129
- *Otto* II. Chron. 166
- *Otto* III. Chron. 176
- *Henricus* II. cognomine *Sanctus* & *Claudus* Chron. 195
- *Conradus* II. sive Saliquus vel Salicus. Chron. 217

Hen-

Henricus II. sive Niger. Chron. 232
Henricus IV. Chron. 240
Impacare, impacciare, impedire A.p.356
Incendium gravissimum urbis Hamburgensis N.451.452
Infra barbare pro intra N.275.488.503
Infula Pontificis plus est quam Purpura Regis A.p.247
Initium contentionis inter Ecclesias Hamburg. & Bremensem de titulo Archiepiscopali. p.68.69
Innobilitare, innobilitatus A.p.362
Innotescere pro notificare N.161
Institor N.311
Insula Novi operis, das neue Werck, olim *Nigeverck, Nige Oge* N.156.494.500
Intersignum & *intersignium* pro signo N.93
Intimare, notificare N.446
Investitura A.p.351
Ioanna Papissa ut fabulosa rejicitur. chron. 48
Ioannes Dux Saxoniæ confirmat privilegium à patre *Alberto* Hamburgensibus concessum N. 405.406 & deinceps.
Ioannes Comes Holtzatiæ N.229
Com. *Ioannes* I. confirmat privilegium ab Imp. *Friderico* I. Hamburgensibus concessum N.160.161. & deinceps.
Ioannis I. Com. Holsf. obitus N.373.376.380 Ejus sepulchrum in Ecclesia Cathedrali Hamb. ibid. & N.374.382.383
Ioannes & *Gerardus* Comites Holsatiæ studiorum causâ *Lutetiam* proficiscuntur N.179
Ioannes I. & *Gerardus* I. Com. Holsf. *Lutetia* domum revocantur N.190. *Hamburgi* recipiuntur N.191.192.193.200
Ioannes & *Adolphus* Com. Ioannis I. filii confirmant privilegium *Friderici I.* N.419
Johannes Comes de Delmenhorst N.515
Johannes dictus Bube, Consul Stadens. N.466
Johannes Custos Capit. Brem. N.388
Johannes Dytmarsus Civis Hamburg. N.142
Johannes Notarius Giselberti Archiepisc. Brem. Canonicus Wildeshusensis N.466
Johannes Scharpeberg civis Hamb. N.548
Johannes Capellanus de Werdinghusen N. 332
Joannis Adolphi Cypræi Annales Episcoporum Slesvicensium illustrantur. A.p.340 341
S. Joannes Evangelista Martyr sine martyrio sanguinis. A.p.239.325
Jordanus monachus ordinis S. Dominici, comes *Burchardi*, qui primus cum sociis suis in urbem Hamburgensem receptus est N.128. 144
Irrepere per uxorium abitum sive per portam Veneris N.333
Judicia die Gerichte N.278
Judicium de Thracigeri chron. 416
Jupiter Ammon non fuit Hamb. Chron. I
Jurare ad reliquias Sanctorum: juramenti ad reliquias Sanctorum formula antiqua N.499
Jurati Kirchgeschworen, *Dispensatores Ecclesiarum*, *Oeconomi*, quibus res ecclesiasticæ gubernandæ mandatur N.443. Eligebantur olim à Pastoribus Ecclesiarum parœcialium, & rationes iis quotannis reddebant. N.444.445.446
Jura Sosatiæ, sive jus Susatensium. p.101
Iurisdictio civilis Hamburgi Archiepiscopo Adeldago non fuit concessa. p.33 & 52
Jurisdictio civilis oppidi Brem. Archiepiscopo Adeldago concessa p.31. & 32
Jus Holsatense sive Holsatensium. p.101.102. N.477
Jus vulgo *Köhre* dictum N.472.478
Jus Lubecensium p.101
Ius Weichbildicum N. 279.280.477
Iutia, pars regni Danici cis sinum Codanum
Iutia Australis, Ducatus Slesvicensis N.162
Iutia Cimbricæ Chersonesi Provincia in tres divisa Episcopatus. p.30

K.

Karulus Arhusiensis Episcopus N.312
Kenelworth, castrum Comitatus Leicestriæ in Anglia N.383
Kilonium à com. Holsf. Gerardo obsidetur N. 205 impetrat ab eodem com. multa privilegia N.208

L.

Lago Gutmundus h.e. ἔτερος seu *Gutmundus* h.e. εὔθυμος N. 215.229 ejus jussu Ericus Rex Daniæ securi percutitur N. 216.220.221
Larvatorum insolentia olim usitata N.539
Latini olim in nonnullis vocabulis græcis pronunciandis accentus magis quam quantitatis rationem habuerunt A.p.351
Lanawenburgum castrum à Waldemaro Rege Daniæ obsidetur & capitur p.93
Laurentius Archiep. Upsalensis N.312
Legatorum & Comitum sub Imp. Francicis Officium & Dignitas p.21.22.23.24
Leges paribiles N.251.252 *manifesta judicia* ib. & 259
Leo III. Pontifex Romanus N. 248
Leuca N. 494
Libentius Senior, octavus ArchiEp. Hamburgensis p.41
Libentius Archiepiscopus idem atq; Liebitzo & Lievitzo chron. 206
Libri à S. Anschario scripti A.p.306

Litania A.p.226.237
Litera barbarè pro epiſtola N.72
Litigium inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis & Monachos ordinis S. Dominici N.131.132 & deinceps. Item N.346
Litigium inter Scholaſticum Eccleſiæ Cathedralis & incolas Parœciæ S. Nicolai de regimine *Scholæ S. Nicolai* & magiſterii ejus collatione N.439.440 441. Componitur interpoſitione Archiep. Brem. *Giſelberti* N.461 462.463
Litura chriſmatis. A.p.292
Locus ad Archiepiſcopalem dignitatem auctoritate Apoſtolica firmatus nullatenus immutandus eſt A.p.202
Lodhuſia, Lodoſia, Ledoſum, portus & emporium Weſtgothiæ N.410
Loebock, liber continens Jus Danorum p.102
Loheidenſis pugna inter Danos & Holſatos N.318.319. & deinceps.
Londinenſe computatorium Hanſæ Teutonicæ, *das Londenſche Cantor* N.396 *der Stapelhoff* oder *Staelhoff*: *Guildehalla Teutonicorum* N.397
Lotarius comes Supplenburgenſis ab Imp. Henrico V. Dux Saxon. renunciatus p.77
Lubeca ab Adolpho II. Comite Schowenburgenſi condita p.80. Imperialis Urbis titulum accipit p.82
Lubecenſium antiqua juſtitia, hoc eſt Jus à Duce Henrico Leone iis conceſſum p.100.101
Lubecenſis urbis laus N.61.73.74.
Lubeca *Lacedemoni* comparanda N.167
Lubecenſis civitatis *Advocatus* N.68
Lubecenſis Senatus diviſus in *Proconſules* & *Conſules* N.23
Lubeca una eſt ex *quatuor* primariis civitatibus Imp. Romano-Germanici N.74
Lubecenſes occupant per inſidias arcem & occiſis præſidiariis, *Danico* jugo ſe liberant N.64.65
Lubecenſes implorant *Imp. Friderici* II. auxilium adverſus Danos N.62.63
Lubecenſis libertatis Epocha incipit à *Bornhouedenſi* prælio N.96
Lubecenſes impetrant *jus cudendæ monetæ* ab Imp. Friderico II. N.67
Lubecenſium immunitates in regno *Suecico* N.309
Lubecenſes opem ferunt Com. Holſ. *Gerardo* adverſus fratrem *Iohannem* N.205.208
Lubecenſis urbis *portus* N.490
Lucrum pro mulcta N.15
Luderus dictus *Hune*, Conſul Stadenſ. N.466
Ludgardis filia Comitis *Gerardi* I. nupta *Ioanni* Duci Luneburgenſi N.334 non autem *Ioanni* Marchioni Brandenburgi, ut *Pontanus* & *Meurſius* perperam memoriæ tradiderunt N.335
Ludolphus Schonenberg miles N.408
Ludolphus Dapifer Ducis Henrici Leonis N.491
Ludovici Imp. exauctoratio per filios chron. 26. Reſtitutio ejusdem in integrum Chron.27
Ludovici Pii Imp. filii Chron.33.34
Ludovici Imp. obitus A.p.200 280
Ludovicus IV. Arnulphi filius, Imperat. p.29
Lumen Eccleſiæ Cathedralis *perpetuum* N.403.529
Luneburgum, Marionis Ptolemæi ſecundum Mercatorem Chron.1
Luthardus de Meinerſen N.491

M.

Magdeburgenſium jus municipale per excellentiam dictum *Jus Weichbildicum* N.279
Magiſter Civium, ein Burgermeiſter: titulus olim uſitatus apud Spirenſes & Trevirenſes N.27.28
Magnus Ordolphi filius, Sax. Dux p.75
Magnorum familia nobilis & antiqua, germ. *der Magnuſſen* N.16
Major, magiſtratus civitatis N.310 gallice *Maire* ibid.
Mallus, mallare N.535
Mallum publicum, locus ubi publice jus dicitur p.22
Manſus prædium ruſticum ager N.498
Manſus Hollandenſis N.551
Marca argenti valet octo imperiales N.6.59.72
Marca denariorum; eine Marck Pfenninge. N.187
Marcæ Lubecenſes: *in pondere Lubeſenſi* N.59.502
Marchio de Vobburg N.491
Marcha ſive *Marca* N.550
Margareta Sambirii Pomeraniæ Ducis filia, Regina Daciæ, vulgo *Swarte Grete* N.317.323 Capta in Loheidenſi prælio & Hamburgum deducta N.320. reſtituitur in priſtinam libertatem N.324
S. *Maria Magdalena* tempore prælii *Bornhouedenſis* in nubibus Soli prætentis apparuit N.85
Marionis Ptolemæi, ſecundum Cluverium eſt Hamburgum, ſecundum Gerh. Mercatorem vero Luneburgum Chron.1
Marquardus de Consmode, civis Hamburgenſis N.143
S. *Martinus* inter Catechumenos adhuc conſtitutus miracula edidit A.p.361

Martyrii duo genera, occultum & manifestum A.p.239.324
Mechtildis, Mathildis, Mithildis, Mechtel, Metje idem nomen *N.*152
Meiendorfiorum familia Chron.1
Melior, barbarè pro *Pratore* vel *Præfecto* N. 310
*Mercandiftæ, mercandizare N.*13
Mecachronifmus quid fit *N.* 112
Meurfius & Pontanus *H*iftoriæ Danicæ fcriptores refutantur p. 109
Miles germ. *ein Ridder* N.277.475
Miles opponitur *Clerico* five *perfonæ facræ N.* 369
Milites, Militares, viri equeftris dignitatis Rittermeffige Perfonen: *milites fimplices* refpectu Comitum & Baronum N. 16. *H*onoratiores fuere *Famuli*, feu nobilibus, qui equeftris dignitatis erant expertes ibid.
Militia, dignitas equeftris *N.*16
Militem creare, zum Ritterfchlagen ib.
Milites five Nobiles *H*olfati, quorum in antiquis hujus libri monumentis mentio reperitur.
Adamus von Hamme, miles N.189
*Bartoldus de Horft, miles N.*475
*Bertoldus de Rennowe, miles N.*332
Borchardus de Barmftede *miles*: in diplom. Adolphi III. dat. an. 1190 N.16
Ekhardus / *Hardwicus* } *de Boeftade milites N.* 493
Borchardus dictus *Dus miles* N.277
Hartwicus dictus *Dus*, miles ib.
Eggericus de Ottensbufen, miles 425
Idem vocatur *Eggericus de Otteshude* N. 475
Eggo de Kelingdorpe miles N.277
*Erp. de Padenftede N.*493
Florentinus Gogravius, quondam Advocatus Hamb. N.277
Fredericus de H*afeldorpe, miles*: in diplom. Adolphi III. dat. an. 1190 N.16
Georgius Advocatus Hamburgenfis, miles *N.*189
Georgius de Herwerdeshufen feu *Herweshude miles*. N.271
Gerbertus de Boyfenborch, miles N. 333
D. Germannus, miles N.229
Gernandus de Stachen, miles N.189
Godefcalcus Barkentien feu *Perkenthin, Præfectus* Holfatiæ, *miles*: in diplom. Adolphi IV. dat an. 1225 N.49 & in diplom. Com. Joan. I. dat. an. 1239 N.163 It. 492
Hartwicus Reuetlo five *Reuentlow* N.502
Henricus de Barmeftede, miles: in diplom. Adolphi IV. dat. an. 1225 N.49 & in diplom. Com. Joannis I. dat. an. 1239 N.162 Item 424
Henricus de Curen, miles N.475
Henricus / *Volkerus* } *de Erpenftorpe* N.493
Henricus de Hamme, miles N.189.271.277
Henricus Grip, miles N.503
Herwicus Præfectus Holtzatiæ, miles N.277
Hinricus de Torrente, vamBeck, miles N.277
Henricus advocatus de Todeslo N.493
*Hermannus de Hamme, miles N.*475
Hermannus de Kerckwerder, miles N.215
Iohannes ge Bojenbotele N. 493
Iohannes de Dofenrode N. 503
Iohannes de Slamerftorpe, miles *N.*454.475
Iohannes Schwin, miles N.475.502.503
Iohannes dictus *Sconenbecke* N.502
Iohannes Walefdorpe, miles 503
Iwanus de Kuren feu *Kulen*, miles N.277
Iwanus de Reuetlo, miles N.503
Lefelmus de Harge N.493
Lubberin Marquardus Dapifer, miles N.454
Ludolphus de Curen, miles *N.*425
Dominus Lukbufch, miles *N.*229
Dominus Lupus, miles *N* 333
Gernardus / *Wilhelmus* / *Otto* } Magni, *die Magnuffen*, milites: in diplom. Adolphi III. dat. an. 1190 *N.*16.
Marquardus Faber, germ. *Schmidt*, miles: in diplom. Com. Joan. dat. an. 1239. N.163
Marquardus dictus *Sconenbeke* N.502
Marquardus de Rennowe, miles *N.*229
Menricus N.493
Nicolaus de Reuetlo, miles N.503
Nicolaus de Wedele, miles *N.*454
Oddo de Padenftede N.493
Pape Wulf, miles *N.*454
Poppe de Krempa, miles *N.*277
Dofe / *Didericus* } *de Prato, von der Wifch milites*: in diplom. Adolphi IV. dat. an. 1225 N.49
*Siricus de Prato N.*493.
Dominus de Rughen, miles N.229
Scacco de Rumore N.493
Oddo / *Helricus* } *de Store* feu *Sturen, milites*: in diplom. Adolphi IV. dat. an. 1225 N. 49.
Tetleuus de Boeckwolde, miles *N.*229
Theodoricus Hoyken, miles N.475
Uffo de Brake, miles N.493
Volradus Husberg, miles N. 333
Uddo / *Ludeftus* } *de Harge*, milites N.493
Miraculum A.p.199
Miraculum, quod fundationem monafte-

rii Dominicani *SS. Joannis Bapt. & Evangel.* a Comite Adolpho IV. extructi, anteceſſit N. 102 Ejus explicatio ib.
Miraculum, quod ſub prælio *Bornhouedenſi* contigit N. 85. 86
Miraculum à S. Anſchario editum. A. p. 232 313
Miſſæ pro ægrotante S. Anſchario celebratæ. A.p. 237. 321. 322
Miſſa publica A. p. 227 Miſſa ſolennis A.p. 307. 321. 345
Miſſus, Legatus. A.p. 342
Miſſi Regii, Legati Jmperatorum p. 22.
Miſtiwoi & Mizzudrag, Principes Wandalorum Chron. 205
Modernus A.p. 362
Molendinum antiquum ſive *ſuperius*, ab Adolpho III. conſtructum p. 93 & deinceps & N. 194
Monaſterium Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis N. 107. 108
Monachorum *Dominicanorum* adventus & receptio in urbem Hamburgenſem N. 128. 129 & deinceps.
Monaſterium Dominicanum *SS. Iohannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ* Hamburgi a Comite Adolpho IV. extructum, non autem à *Burchardo* monacho *N.* 100. 101. 102. 103. 146
Monaſterium Franciſcanum *S. Mariæ Magdalenæ* Hamburgi à Comite Adolpho IV. extructum N. 98. 99. 100
Monaſterium *Herwerdeshude* ſive *Herveſthudenſe* fundatum à Comite Adolpho IV. N. 275
Monaſterium Corbejæ novæ in Saxonia conditum A.p. 176
Monaſterium Rameſloa vel Ramſola à S. Anſchario exſtructum p. 25. 45. 46
Monaſterium ſeu Clauſtrum Templi Cathedralis p. 16 & 17 à Normannis combuſtum p. 16. 18. 19. à Duce Bernhardo & Archiepiſcopo Unwano inſtauratum p. 44. 48. Ejus uſus ibid.
Monaſterium Turholt p. 25
Monumentum translationis Comitatus Nordalbingiæ ad Schowenburgenſem familiam p. 78
Morbus gravis ac diuturnus, martyrium A. p. 235. 236
Mos Chriſtianorum antiquis efferendi funera cum facibus & cereis A.p. 363. 364 Ejus conſuetudinis myſterium ibid.

N.

NIcolaus Præpoſitus *de Repesholt* Canon. Brem. N. 187
Nige Oge, *Nigeo*, *Opus Novum*, Inſula Albis oſtio adjacens N. 494
Nitardus Gautberti Epiſcopi nepos à Paganis in Suedia occiſus A. p. 189. 275
Nobilis Regum, Ducum & Comitum titulus N. 395
Nola, campana A. p. 300
Nomina propria deſinentia in *werd*, h. e. dignus variè à latinis corrupta ſunt, mutata terminatione *werd* in *bertus*, *berdus*, *bordus*, *berchtus* & *pertus* N. 49
Nominis Hamburgi variæ Etymologiæ p. 11. 12. & 13
Nordalbingiæ Comites N. 10
De Nordalbingorum antiquæ Reipublicæ forma, diſſertatio p. 5. 6. & 7.
Nordalbingia Holſatos, Stormaros & Ditmarſos complectitur p. 14
Nordalbingia, Transalbia, Transalbianorum Saxonum regio. p. 13. 14
Nordalbingorum gens proxima Paganis. A. p. 322. à S. Anſchario corrigitur p. 233. 314
Nordfridus Presbyter. A. p. 203. 282
Nordſtrand, *Auſtrania* Plinii N. 206
Nordſtrandii N. 260
Novatianorum hæretica opinio de Baptiſmo A. p. 358
Nova Urbs Hamburgenſis p. 21. 61. 62. 64. 93.
Novum Monaſterium, alias Wippendorp & Faldera Chron. 1
Nuditas totius corporis in Baptiſmo A. p. 361

O.

OBotriti, Slavorum natio, Principem ſuum Godſchalcum interficiunt, Chro. 259
Obſervantia barbarè pro *more* ſive *conſuetudine* N. 53
Octovirorum Collegii origo & officium *N.* 482
Odeslo olim vocabatur *Todeslo* N. 153
Odo Imp. Caroli Legatus, fundator Urbis Hamburgenſis Chron. 1 primus Hamburgi præfectus p. 13 & 35. Caſtelli ab eo exſtructi ſitus p. 3. 50
Offerens, ἀναδόχος A. p. 355
Offertorium, pars Miſſæ N. 447
Oleph Rex Svediæ A p. 210. 288. 294
Oleum ſacrum A. p. 234. 316
Omnimodo quid in jure ſignificet N. 281
Ordolphus, quartus Dux Saxoniæ, & Dominus Urbis Hamburgenſis p. 60 Chron. 255
Orphanotrophium Hamburgenſe p. 27
Oſtargoa pagus Freſiæ A. p. 232. 313
Otgarius Archiepiſcopus Moguntinus. Chron. 24. A. p. 270

Ora-

Oramatã ὁράματα, somniorum visa A.p.363
Oramen oratio A.p.362
Ottenshusen, corrupte *Ottensen* N.425
Idem locus appellatur *Ottesbude*, N.475
Ottonis Magni Imp. expeditio in Daniam. Chron. 142 bellum cum Hardalo Danorum Rege p.30. Iohanne Papa XII. deposito Leonem VIII. creat Pontificem p.36
Otto quartus Imp. Hamburgum Danico jugo liberat p.105 juramento ei se obstrinxerunt Hamburgenses ibid.
Otto Cardinalis Diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano N.181
Otto de Medinke monachus ordinis S. Dominici, Comes Burchardi, qui primus cum sociis suis in urbem Hamburgensem receptus est N.128.137.139
Otto Decanus Capit. Bremensis N.515.516
Otto Scholasticus Capit. Brem.388

P.

Palatium Archiepiscopale ab Alebrando ad Albim extructum p.49.50.51
Palla altaris & thuribuli argentei *N.* 188
Pallium Archiepiscopale N.283 A.p.340 Archiepiscopis Hamburgensibus Chron.27 à Romanis Pontificibus concessum
Papa vide infra Pontifex
Parœcia S. Nicolai cognominatur *Novæ Civitatis in Hamborch N.*441. suburbium & urbs nova p.21.61.62. N.123.124.209. 347. A.p.337
Paschalis Papa Ebbonem, Remensem ArchiEp. Legatum constituit sedis Apostolicæ in septentrionalibus regionibus. A.p. 186.271
Paschasius Ratbertus Abbas veteris Corbejæ A.p.244 Vitam scripsit Adalardi Abbatis A.p.350 *Pascuarium* N.446
Pastor nomen superbiæ N.445
Pater, pro Compatre, Patrino *A.*p.257.356
Patres, monachi ad Sacerdotalem Ordinē Promoti A.p. 331
Patrinus. Matrina A.p.356
Pauli Apostoli Epistolæ ad Hebræos locus illustratus. A. p.358
Peltz seu *Pils* Dux nobilitatis Holsat. Comitibus suis rebellantis N.377. 381
Petere, mit dem Klingebeutel umbgehen N.447
Petrus Apostolus Paradisi janitor A.p.271. Ætheris claviger A.p.311.320
Petrus Dapifer Erici Glipping Regis Daniæ N.458
Pigmenta, oratiunculæ S. Anscharii A. p. 226.306.307
Piratæ infames & omni honore privati N. 546
Placitum A.p.192.290 291.338.343
Placitare, litigare, judicio experiri A.p.338
Platea vallaris, die Wallstrasse N. 195
Platea fabrorum, N.542
Plebanus Rector sive Pastor Ecclesiæ parœcialis N.447.539.
Pōesis mediam corripit Prudentio A.p.351
Pontifices Romani ab A.Æ. C.808 usque ad A. 1072 secundum seriem Alphabeti

Apapetus II. Ch.	139	*Ioannes* XV.	178
Anastasius III.	104	*Ioannes* falso dictus XVI	189
Alexander II.	254		
Benedictus III.	48	*Joannes revera* XVI	196
Bonifacius VI.	89	*Joannes* XVII.	196
Benedictus III.	48	*Johannes* XVIII.	217
Benedictus IV.	97	*Leo* III.	140
Benedictus V.	157	*Lando*	105
Benedictus VI.	165	*Leo* V.	99
Bonifacius VII.	167	*Leo* VI.	121
Benedictus VII.	168	*Leo* VII.	129
Benedictus VII.	205	*Leo* VIII.	156
Benedictus IX.	226	*Leo* IX.	242
Benedictus X.	251	*Marinus* I.	75
Christophorus II.	99	*Marinus* II.	136
Clemens II.	239	*Nicolaus* I.	51
Donus	165	*Nicolaus* II.	252
Damasus II.	241	*Pascalis* I.	10
Eugenius II.	17	*Romanus*	93
Formosus	84	*Stephanus* V.	9
Gregorius IV.	20	*Sergius* II.	37
Gregorius V.	189	*Stephanus* VI.	78
Gregorius VI.	237	*Stephanus* VII.	90
Hadrianus II.	60	*Sergius* III.	97
Hadrianus III.	77	*Stephanus* VIII.	111
Honorius II.	255	*Stephanus* IX.	132
Ioannes VIII.	65	*Silvester* II.	192
Ioannes IX.	94	*Sergius* IV.	206
Ioannes X.	105	*Silvester* III.	237
Ioannes XI.	123	*Stephanus* X.	251
Ioannes XII	148	*Theodorus* II.	94
Ioannes XIII	158	*Valentinus* I.	20
Ioannes XIV.	177	*Victor* II.	248

Pontifices Romani ab A.Æ.C.808 usque ad A. 1072 secundum ordinem successionis.

Leo III. Chron.	1	*Hadrianus* III.	77
Stephanus V.	9	*Stephanus* VI.	78
Paschalis I.	10	*Formosus*	84
Eugenius II.	17	*Bonifacius* VI.	89
Valentinus I.	20	*Stephanus* VII.	90
Gregorius IV.	20	*Romanus*	93
Sergius II.	37	*Theodorus* II.	94
Leo IV.	40	*Ioannes* IX.	94
Benedictus III.	48	*Sergius* III.	97
Nicolaus I.	51	*Benedictus* IV.	97
Hadrianus II.	60	*Leo* V.	99
Ioannes VIII.	65	*Christophorus* I.	99
Marinus I.	75	*Anastasius* III	104

Lando Chr.	105	*Ioannes* revera XVI, alias XVII, vulgo XVIII.	196
Ioannes X.	105	*Ioannes* reverà XVII. alias XVIII. vulgo XIX.	196
Leo VI.	121	*Sergius* IV.	202
Stephanus VIII	121	*Benedictus* VIII.	205
Ioannes XI	123	*Ioannes* reverà XVIII. alias XIX. vulgo XX.	217
Leo VII.	129	*Benedictus* IX.	226
Stephanus IX.	132	*Silvester* III.	237
Marinus II.	136	*Georgius* VI.	237
Agapetus	39	*Clemens II.*	239
Ioannes XII.	148	*Damasus* II.	241
Lee VIII.	156	*Leo* IX.	242
Benedictus V	157	*Victor.* II.	248
Ioannes XIII.	158	*Stephanus* X.	251
Donus	165	*Benedictus* X.	251
Benedictus VT	165	*Nicolaus* II.	252
Bonifacius VII.	167	*Alexander II.*	254
Benedictus VII.	168	*Honorius* II.	254
Ioannes XIV.	177		
Ioannes XV	178		
Ioannes falsò dictus XVI.	189		
Gregorius V.	189		
Silvester II.	192		

Pontifex Clemens IV. ante electionem vocabatur *Guido Fulcodii* N.368 Fuit celeberrimus Advocatus,& uxorem habuit atque liberos N.369

Pontificatus Clementis IV. initium N.241. 371.344

Pontifex Martinus IV. confirmat scholam S. Nicolai in nova Urbe Hamburgensi N.435.436.437.438

Pontificis Nicolai rescriptum de conjunctione Hamburgensis & Brem. Ecclesiæ A. p.203.204.205.282.283.284

Populares, Poplico'æ, Captatores Plebis N.482

Porta S. Anscharii dicta Hamburgi p.27

Porta *Ellerana*, das Ellerenthor N.194

Porta Mylderedor, Milrendor & Ellerendor vocabatur olim *Midleredor* h.e. porta media N.275

Porta urbis Hamburgensis dicta *das Schulthor* N.542

Porta Pendula, quæ vulgo dicitur *Rame* N. 401.505.528

Portus Winsensis p.87

Prædicans pro denariis, habendus est pro falso fratre N.143

Præfectus Holsatiæ olim utebatur formulâ *Dei gratiâ* N.49

Privilegium ab Adolpho III. Hamburgensibus concessum, bis quotannis in nova Urbe nundinas celebrandi. p.97.

Privilegium utendi antiqua justitia Lubecensium ab Adolpho III. Hamburgensibus concessum. p.97.& deinceps.

Privilegia Hamburgensi Civitati ab Imp. Friderico Barbarossa concessa. p. 83.& deinceps.

Prochronismus quid sit N.112

Proconsules quinam olim in Republ. Roman. fuerint, & quam ob rem creati N.20

Profestum N.544

Promissio fidelitatis, quam Hamburgenses Comitibus Holsatiæ præstan, fit absque juramento N.53.55 Vocatur *promissio obedientiæ* N.52

Psalmi & Litania apud moribundos cantati A.p.237.323

Ptolemæi numeri corrupti chron.1.

Purgatio vulgaris per ferrum candens N.244. 245.usque 259 ejus antiquitas, usus frequens, abrogatio ib. prohibitio per Gregorium Magnum, Leonem III. Stephanum V. Honorium III. Alexandrum IV. Pontifices Romanos & Imp. Fridericum II. ibid.

Q.

Quadragesimum tempus A.p.228

R.

Ramsola sive Ramesloa Libentio ArchiEp. Hamburgi a Pontifice Sergio IV. adjudicata contra Bernarium Episcopum Chron.203

Rangwaldus Finlandensis Episcopus N.312

Radelphus Holsatus Hamburgo à Waldemoro præficitur p.89 ejicitur inde ab Adolpho ib.

Ragembertus Presbyter A.p.221 Regimbertus vocatur A.p.301

Ratbertus Paschasius, Abbas veteris Corbejæ. A.p.244 vitam scripsit Adalardi Abbatis A.p.350

Ratoldus sive Ratolfus Episcopus chron. 27

Rector olim appellabatur Pastor Ecclesiæ Parœcialis N.444 Item *Curator*, *Curatus*, *Parochus*, *Plebanus ib.*

Rectores sive Pastores Ecclesiarum fuere olim interdum etiam scribæ & auctuarii Principum *N.*475

Re&oris sive pastoris Ecclesiarum Parœcialium reditus N.447.448.449. Ejusdem dignitas, potestas, officium ibid.

Redderus possessor istius areæ, in quâ monasterium Dominicanum SS. Ioan. Bapt. & Evangel. Hamburgi extructum est N.102

Refectorium monasterii Canonicorum Hamburgensium, vulgo nunc corrupte *Refenter* N.108.342

Reginvardus quintus Hamburg. ArchiEpiscopus p.29

Regmarius A.p.200.230. vocatur Reinarius p. 311

Regmen pro regimen A. p.352

Re-

Regnerus ſeu Reginfredus Lodbrog, Daniæ Rex A.p.333.334
Regum Suediæ poteſtas A.p.212
Reinolde Sanctimonialis N.492
Reinoldus Ditmarſorum Comes p.81
Remardus & Gerardus Pœnitentiarii ſedis Apoſtolicæ N. 181
Rembertus non compoſuit ſolus vitam S. Anſcharii A.p.331
Reinolde Sanctimonialis N.492
Religio pro ordine monaſtico N.492
Rendesburgum appellatur olim *Reinoldesburgum* N.212 obſidetur à Com. Holſat. Joanne & Gerardo N.213
Reynoldus Comes de Lubeke N.491
Ribenborg arx à Lubecenſibus & Hamburgenſibus expugnata N.470
Rimbertus natione Danus à S. Anſchario in Suediam mittitur A.p.221.301. alius eſt à Remberto auctore vitæ S. Anſcharii A. p. 345
Ripa vicus Regni Daniæ A.p.220
Riszebutlenſis arx ab Hamburgenſibus occupata N.355
Roſendam juxta Alſtriam N.548
Rudolphus} fratres nobiles de Deſholte, mi-
Conradus } lites miniſteriales Brem. N.388
Ruſtringia: Ruiſtri, Ruſtringi N.262

S.

SAcerdotes non debent eccleſiaſticum judicium ordiri, ab executione ſive denuntiatione publicâ N.404
Salomon Conſtantiæ Civitatis Epiſcopus A.p.203. ob conjunctionem Hamburgenſis & Brem. Eccleſiæ Romam mittitur ad Papam Nicolaum primum ibid. & p.282.283
Samara fluvius A.p. 129
Saxo Grammaticus explicatur. p. 59
Saxones piratæ N. 355
Saxoniæ regendæ ſub Carolo Magno & ſequentibus Francicis Imperatoribus ratio. p. 21
Saxonia temporibus Imp. Ottonis Magni cœpit mediatè ſubeſſe Imperio Romano Germanico N. 8. usque ad tempora Ottonis Magni nullos habuit Duces. p. 36
Scabini Adſeſſores Comitum & Præfectorum Imperialium N. 7.8. Adjutores Comitum & legatorum ad juſtitias faciendas p. 23 N. 9. *Schöpffen, Schepen, Eſcheuins* ib.
Scabinorum Collegium Hamburgi mutatum in Senatum N. 9
Scacchiæ ludus N. 215
Schipecenſe caſtellum, *die Scipbeker Burg*, expugnatur ab Adolpho IV. N. 40.41. deſtruitur ab eodem N.58
Scholaſtici Eccleſiæ Cathedralis origo & officium N.431.432. providit olim omnibus Scholis totius Urbis de Rectoribus. N.440.461.463.464
Schola Hamburgenſis, tempore S. Anſcharii. p. 46
Schola S. Mariæ ſive Cathedralis à S. Anſchario fundata & inſtituta: ab Imp. Ludovico Pio confirmata: primo magiſtros habuit monachos Dominicanos veteris Corbejæ N. 426. 427. 428. Aliquoties deſtructa & inſtaurata eſt. ibid. & 429 430.431
Schola S. Nicolai ſive novæ Urbis Hamburgenſis inſtituta & fundata anno 1281 N.434: Confirmata ab Archiep. Brem. Giſelbero & Pontifice Martino IV. N. 435. 463
Scholæ S. Johannis fundatio anno 1529. N. 434
Scholarum Epiſcopalium & monaſticarum ſimplex olim & rudis eruditio N. 427 quid juſſu Impp. Caroli M. & Ludovici Pii in illis tractatum ſit N.431.432
Scholaſtici nomen & Officium. p. 47
Scholaris barbarè pro eo, qui diſcendi causâ ſcholam frequentat N. 464
Scholæ barbarè pro Scholâ N.436.437
Schot & Schulde N.403. 527
Schovvenburgenſes Comites templi Cathedralis inſtauratores p.20.79
Johannes } dicti Sculteti, milites miniſteriales Brem. N.
Bertoldus } 466
Sclavia regio ampliſſia in littore ſinus Codani N.457
Secretum, Secret Inſiegel N. 519
Seeburg Urbs. A. p. 216. Segeburg A. p. 165
Segebade Notarius ſive Secretarius Hamburgenſis N. 515
Segebade Marſchalcus Giſelberti Archiep. Brem. N. 466
Segeberg caſtrum. p. 80. Segeberga arx, N. 61
Segeburg. A. p. 165
Selandia de Sele, Cautionis ſpecies olim uſitata N.498.502
Senatus, publicum civitatis conſilium N. 9
Senatus Hamburgenſis origo N. 9
Vocabatur olim Conſilium & Conſulatus ib. & N.17
Auctoritatis ejus & potentis increment. N.18.19
Senatus Hamburgenſis antiquiſſimum officium temporibus Adolphi III. N. 1
Non fuit principio diviſus in Burgermeiſter und Rahtsherrn, ſed qui membra ejus erant, promiſcuè appellabantur Conſules, h.e. Perſonen aus dem Raht N.19
Diviſus poſtea fuit in Proconſules & Conſules, h.e. Burgermeiſtere und Rahtsherrn N.19.20.21 uſque 25 Item N.30
Senatus duplex, Veteris nimirum & Novæ Urbis N.33
Senatus Hamburgenſis habuit curam & diſpenſationem ærarii uſque ad anno 1563 N.482
Senatores duo præfecti ærario, Kemerer, Kemerey Herren N.482
Senior A. p.201.339.340
Seniores Parœciæ S. Nicolai, die Oberalten N. 442.443
De vvittigeſten van Hamborch ib.
Sententiare N. 473
Sepulcrum gentilitium Comitum Schouvvenburgenſium Hamburgi N.373.274.
Sergius III. Pontifex Romanus p.28

Sicambri diverſi à Cimbris Chron. 1
Sifridus Comes N.491
Sigillum Adalberti Archiep.Hamb. Chron. 252
Simon Epiſcopus Paderbornenſis Hermanni Com.Lipp. filius N. 262
Slesvicum, aliàs Sliesdorp & Hetheby.Chron.1
Slesvic, portus Regni Daniæ A.p.207.285.341
Slesvico Cimbricæ Cherſoneſi oppido ad Imp. Henrico Aucupe Marchio præfectus p. 29
Slia, brachium Maris Balthici A.p. 341
Sperſoor corruptè pro S.Peterſort N. 542
Spira ſive Auguſta Nemetum prima omnium Germanicarum urbium per Couſules & Senatores gubernata eſt N.29
Stada ab Hamburgenſibus obſeſſa N.295
Stadenſes Hamburgenſium hoſtes N. 390
Stapelen, ſtapel,ſtapula, Stapelhoff, ſtapel gerechtigkeit ſtapelſtete N.397
Stargard, alias Aldenburg Chron.1
Statuere barbarè pro inſtituere N.438
Stephanus V Pontifex Rom. N.248
Standfeſones,Standtridii,Nordſtrandii N. 260
Starcaterus Danus p. 11
Stormariæ Metropolis Hamburgum Chron. 1
Stormaria Regio proprie dicenda eſſet Stormana p.14
Stormari, non à Storm,hoc eſt, ſeditione,ſed à Sturia ſeu Storo fluvio p. 14
Studiũ barbarè pro Academia ſeu Schola publica N.193
Sturii Friſiæ regio, in qua Stauria oppidum ſitum eſt A. p.334
Subtilis cappa, veſtis ſacerdotalis 188
Suedorum Comitia A. p.213
Suediæ Regum poteſtas A.p.212.213.214
Suedorum ſolenne jejunium A.p.219.298
Suedorum ſortilegii genus A.p.212.213.275.343.
Suentina fluvius N.77
Sveones, Svedi A.p.335
Sullenberg arx ad Albim N.264. mons non procul Hamburgo ſitus p.60.63
Suppeditare barbarè pro opprimere, conculcare N.92
Suppeditare & Supplantare inter ſe differunt ib.
Suſceptor,Suſceptrix,proPatrino,MatrinaA.p.356
Symbolum Athanaſianum A.p.237.322
Synodus Bremenſis ſub Archiep. Godfrido circa annum 1350 habito N.445.446
Synodus inHamburgenſi Urbe ab Imp. Ludovico Pio habita A.p.269

T.

Tabulæ compoſitionis factæ inter Canonicos Hamburgenſes & Bremenſes ſuper titulo & dignitate ArchiEpiſcopali. p. 113
Talentum denariorum Hamburgenſe N. 549
Tallia exactionis genus N. 505.
Te Deum laudamus, Hymnus. A. p.237
Teloneum ab *Ungeldo* differt N.272
Templum Cathedrale in honorem S. Mariæ, Matris Dei conſtructum fuit p.52 ejus vetuſtas,dignitas, prærogativa p. 9. & 20
Templum Cathedrale ſeu S. Mariæ, à Normannis combuſtum p.16 A. p.189. 274
Templum Cathedrale ſeu B. Mariæ Virginis ab Unvvano Archiep. inſtauratum & ſaxo quadrato extructum p.49
Templi Cathedralis verum & antiquum Nomen p.52.53
Templum ſ. Nicolai olim dictum Capella ſ. Nicolai in nova urbe p.21
Templum ſ. Petri non eſt Hamburgi primitivum & antiquiſſimum,ſed templo Cathedrali aliquot centum annis recentius p. 20.
TempliS. Petri ante annum 1220 nulla in antiquis monumentis fit mentio p. 20 & 151.
Plura vide ſupra,in Eccleſia,ut de templo S.Johannis ac Mariæ Magdalenæ inMonaſterium
Templum ſ. Petri Bremæ A.p.230.346
Theodericus de Hekelinge, miles N. 412
Theodoricus Scholaſticus Capit.Brem. N.515
Theodericus de Tilberali miles N.412
Theodonis villa, alias Theonville & Dietenhofen. Chron. 24
Theutones & Theutiſci inter ſe differunt N. 487
Thitardus Canonicus Bremenſis Eccleſiæ S. Willehadi N.349.351
Thracigeri ingens error in explicatione diplomatis Adolphi III. dat. inter an.1164 1168,quod ille falſo credidit eſſe filii ipſius Adolphi IV. Qua prava opinione deceptus commiſit metachroniſmum quinquaginta novem annorum & multa perperam de rebus Hamb. memoriæ tradidit N.110 uſq; 123
Thraeigeri error de ætate Conſ.Hamburg.quorũ in antiquis monumentis prima mentio reperitur. N.16
Thracigeri error de fundatione Monaſterii Dominicani SS. IoannisBapt.&Evang.quam perperam Burchardo monacho attribuit:it.de tẽpore fundationisN.103.146
Thracigeri ingens error de tempore,quo Hamburgenſes jus cudendæ monetæ impetrarunt N.237.238
Thracigeri error de bello Erici Regis Daniæ cum Comitibus Holſatiæ N.178
Thraeiger error, dum Com. Adolphum ſcribit primam Miſſam Hamburgi celebraſſe N.185
Thraciger errat dum eom.Holſ. Ioannem & Gerardum ſcribit an. 1238Lutetia rediiſſe N.196.197.198
Thraeigeri evidens error de tempore litigii inter Capitulum Hamb. & monachos Dominicanos: item de adventu Cardinalis Guidonis in urbem N.238.239.240
Traeigeri error de anno,quo Adolphus IV. in monaſterium ſe recepit N.159.164
Reliquos Tracigeri errores, qui hoc libro deteguntur, vide enumeratos in Indice Auctorum
Thurare, thuratio defunctorum A.p.238.346
Tiadhelmus Scholaſticus p. 47
Tidericus CantorCapituli Brem. N.388
Tidericus deCoſſen,CanonicusBrem. N.388.
Titulis majores noſtri parcius uſi ſunt,quam nunc fit N. 395. 520
Tonſurare, tondere A.p.170.132.
Tornia, urbs regni Sueciei N.212
Tranſalbia,Tranſalbianorum Saxonum regio p.13.14
Trava ſive Chaluſus fluvius chron.1 Trabena p. 81
Tres cerei in vigilia feſti Epiphaniæ accenſi A.p.236
Triburia chron.88.257
Trigonus mediam corripit Auſonio A.p.351
Turholt Monaſterium Galliæ chron.27.33.A. p. 186.188 290.230.311

V.

Vaſſallus N.316
Vaſtatio Hamburgi per Normannos contingit An. Chriſti 845. p.24.25
Verlinges, moneta Hamb. N.538
Vetus oppidum Hamburgenſe p.61.64
S. Vicelinus undecimus Aldenburgi Epiſcopus fundavit Eccleſiam *Bornehovedenſem* N.77.550
Vicecomes A.p.299
Viſcera, Wiſura, Wirrha, Viſurgis A.p.353
Unctio olei ſacri A.p.234. Chriſmatis lituraA.p.292.316
Unno ſextus Archiepiſcopus Hamb.29.30. ejus obitus Chron.129
Unvvanus nonusHamb.ArchiEp.p.43 ejus obitus p.48

Vo-

Voko Grelle Advocatus in *Vörden*, frater Archiep. *Burchardi Grellen* N. 515
Volquinus trigesimus quintus Episcopus Mindensis N. 147.148
Volradus de Sulen, miles N. 470
Ungeldum & teloneum differunt N. 13.272.273 *Ungeldum*, mulcta ibid.
Urbs vetus, Urbiventus, Herbanum, Oropitum, Orvieto N. 439
Usus vini in sacra Synaxi A. p. 198.278

W.

Wala Comes Adalardi Abbatis A. p. 349.350
Waldemarus Rex Daniæ dimittitur è captivitate. Captus ab Henrico Comite Sverinensi p. 116 x. 59. Hamburgum obsidet & deditione capit, p. 90. iterum obsidet p. 106, & deditioue capit p. 108. vendit Hamburgum septingentis Marcis Argenti Alberto Comiti Orlamundensi p. 108.109
Waldemarus Rex Daniæ contra juratam promissionem facit irruptionem iu Holsatiam N. 61
Waldemari Regis Daniæ obitus N. 204
Waldemari II. Regis Daniæ filii, eorumque in regno successio N. 314.
Waldemarus Rex Svediæ confirmat privilegium à patre Byrgero Hamburgensibus concessum N. 409.410
Waldemarus Abeli Regis Daniæ filius N. 315
Waldemarus Episcopus Slesvicensis eligitur in Archi-Episcopum Bremensem p. 103
Waldgarius Ferdensis Episcopus A. p. 201.281
Walo Abbas Corbejæ veteris A. p. 177.258
Warandia, vvarandare N. 498
Wedego de Gatersleue, miles N. 412
Wedego de Russouvve, miles 412
Welano, Wedel, Vicus trans albinæ Saxoniæ A. p. 187.272.273.356
Wernerus Metzendorpe N. 549
Widikindus non fuit hereditarius Saxonum Princeps, sed exercitus tantum Dux temporarius p. 5.6.7
Willebrandus, Advocatus Urbis Hamburgensis N. 18.118
Willericus, Episcopus Bremensis Chron. 24
Wilsi Hamburgum destruunt p. 3
Wippendorp, alias Novum Monasterium & Faldera. Chron. 1
Wisby emporium Godlandiæ N. 485.486.487 eius privilegia antiqua ibi.
Wismariensis Senatus divisus in Proconsules & Consules N. 23.24
Witmarus S. Anscharii in Svediam Comes A. p. 182.265, 266.336
Woldemarus Com. Gerardi II. filius N. 377.381
Wolradus Comes N. 491
Womelis sive Wummel nomen proprium mulieris N. 135.346
Wormatia Civitas A. p. 202.281
Wortsati Fresones, die Wursten, Wurstfriesen N. 156

Z.


Zabolus pro Diabolus A. p. 303
Zoroon pro Horizon A. p. 353
Zvventinefeld Chron. 1.

F I N I S.

Admonitio ad Bibliopegum de ordine septem Iconismorum æri incisorum qui spectant ad Librum secundum Lambecii.

Bericht an den Buchbinder Wegen der sieben Kupfferstiche / welche zu dem andern Theil des Lambecii gehören.

Num. 1	ante	pag.	1
2		pag.	49
3		pag.	59
4		pag.	103
5		pag.	137
6		pag.	161
7		pag.	167.



INSCRIPTIONES
Antiqviſſimæ & celeberrimæ
URBIS PATRIÆ
HAMBURGENSIS

Editæ pridem

à


THEODORO ANCKELMANNO,

HEIDELBERGÆ,
Apud Guil. Waltherum Academiæ Typographum,
Anno M DC LXIII.

Nunc cum novo

AUCTARIO

recuſo.



HAMBURGI,

Sumptibus CHRISTIANI LIEBEZEITII,
LEOBURGI, Excudebat CHRISTIAN. ALBRECHT. PFEIFFER.
Anno M DCC VI.



Viro Nobilissimo & Consultissimo

THEODORO ANCKELMANNO,

Juris Utriusqve Licentiato & Causarum Patrono apud Hamburgenses Celeberrimo.


S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.


M*Erito ad Te redit, Vir egregie, Tibiq; à me jam offertur præsens Inscriptionum Hamburgensium editio locupletior: Tuæ enim laudatissimæ Industriæ lucem prior debet, qvam Juvenis in lucem edidisti Heidelbergæ ante annos hosce tres & qvadraginta, cum illic studiorum causa ageres. Hæc pace Tuâ ad verbum recusa est præsentibus in paginis integra, auctario addito non contemnendo Inscriptionum, sed qvarum pars maxima post editam illam priorem demum Templis accessit, ne qvis Tuam possit diligentiam desiderare Auctarium ipsum non mihi vindico sed studio atq; humanitati Virorum Patriæ amantissimorum, qvi plerasqve ex iis mecum benigne communicarunt, è quibus liceat hoc loco honoris causa mihi compellare Nobiliss.* DN. D. NICOLAUM WILKENS, *Nobiliss.* DN. LIC. ULRICUM WINCKEL, *& Clarissimum* DN. HERMANNUM MATTHIAM CAPELLUM. *De cætero Patruum Tuum Virum Nobilitate ac Virtute spectatis-*

 simum

ſimum ALBERTUN ANCKELMANNUM, *cui pro Tua pietate ſacram eſſe Tuam* συναγωγὴν *juſſeras, jampridem interea mors erpuit nobis: Te vero, Vir Ampliſsime, in hunc usq; diem ſervat, diuq; ſervet opto, Divina benignitas, Patriæ, & tot qvibus conſilio Tuo ades Clientibus, & Familiæ florentiſsimæ, cui hoc nomine qvis non invideat malevolus, qvis non bonus ex animo gratuletur. At ego non minus grutulandum eſſe Tibi, Vir præſtantiſsime, exiſtimo, qvod ætate, ingenio, auctoritate ut flores, atq; ornamento es Tuis, ita ſuccreſcentem gloriæ tuæ vides, abſit invidia, Filium Te & cura Tua ſollicitudineq; vere paterna, qva illum educaſti inſtituendumq; curaſti, digniſsimum,* DIETERICUM JOHANNEM, *qvi nunc à Muſis noſtris ad Viadrinas felicem parans abitum, utinam Te reverſus olim domum & multis ſapientiæ theſauris affluentior reperiat ea valetudine, ut cum Catone Tulliano nihil habeas qvo accuſes ſenectutem. Ita oro voveoqve, Hamb.* X. *Calend. April. Anni Chriſtiani* CIↃIↃCC VI.



AMICO



AMICO LECTORI
RECTE VIVERE ET BENE MORI.
THEODORUS ANCKELMANNUS.

SAluberrima ſunt illa Lyrici effata, & qvovis Chriſtiano pectore digna:

Pallida mors æqvo pulſat pede Pauperum tabernas, Regumq́; turres.
Qvid ultra tendis? Æqva tellus
Pauperi recluditur, Regumqve pueris.

MOrimur qvippe omnes communi ac neceſſario decreto, tardius hic citius ille. Hanc qvi ſanxit Legem ſicut infinitus eſt, nec circumſcriptus tempore aut loco, ita certis nos intervallis diſterminari noluit: indicta eſt & promulgata ſemel, ſtricto Imperio, à ſublimisſimâ ſede ac præfecturâ, univerſis qvi illi ſubſunt, natis, naſcituris, primis, infimis, fœminæ, viro, homini, bruto, gravaſtello, puſioni, neſapo, ſapienti. Suus cuiqve triens in hunc cenſum conferendus. Tributum eſt magni Dictatoris, à qvo nulla immunitas eximit aut privilegium, nulla dies præſcripta ſolutionis, comparendum ſingulis qvoties citamur, præciſè & in puncto imputatur mora. Crebrò igitur in mentem ſubeat, nativitatis exordium naſcentis non rarò eſſe finem, præcipitari in hoc ſtadio eos qvi certant, non currere. Age verò, extendamus amplioribus ſpaciis, non annum, ſed ſeculum viventi largiamur, qvid tum? morituro tamen, hoc evoluto. Liberius tranſitur in vitia, ubi iſtorum memoria languet, liberrimè cum extinguitur prorſus: recenti verò illa & floridâ, ab illicitis formidine cohibente revocamur, qvia hinc tranſmigrandum eſſe qvotidiè ſuggerit, nec ſtabilem ac permanentem in hoc ſeculo eſſe locum. Omnium rerum vicisſitudo & duratio finita cernitur, labuntur & cadunt, ſurgunt & florent: regni unius clades alterius fulcrum eſt, natio everſa ſtirpem novam ſuſcitat, & alia ex reliqviis gens emergit. Oſtenduntur monimenta qvæ ſolam adhuc umbram referunt, unde hæc nobis occinunt Spectatores: Hic qvondam caſtellum fuit, aut ſtatio Romani militis: hæ Alemannorum ſedes ac territoria; hæc devaſtata ab Hunnis arx vel civitas, hæc à Vandalis aut Longobardis; hic ripas Rheni, hic Danubii, pontibus junxit Cæſar: in hoc loco Tiberii palatium, in hoc Druſi, præteritis ſeculis; hi Vari legiones extinctæ, hic Juliani Apoſtatæ. Sic attoniti narramus interdum & miramur rerum fluxum, & ne in ſtadio præfixo ſtrenui pergamus, animum ſæpe puſillanimi deſpondemus, qvos poſt-futuros cogitare decuiſſet, & vel facere ſcribenda, vel legenda ſcribere, memores aurei Poetæ Moniti:

Stat sua cuiqve dies, breve & irreparabile tempus,
Omnibus est vita: sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Is enim demum mihi vivere, & frui animâ videtur, inqvit Sallustius, *qvi aliqvo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam qværit.*

Qvod à fortunæ blanditiis venit, tenui suspensum filo fata tenent, Virtutis catena adamantina est, qvam Parcarum forfex non incidit, qvicqvid innexum huic aut involutum, durat memoriæ consecratum & posteris. Ostende sis hodie Romanæ magnificentiæ Admiranda, qvæ famæ ambitiosa Antiqvitas dedicavit, arcus, trophæa, columnas, porticus, amphitheatra, naumachias, nymphæa, palatia, thermas, circos, pontes, colossos, statuas, pyramides, obeliscos; lucernâ indigeas horum vestigiis claro die scrutandis: in ingluviem descenderunt vetustatis cuncta devorantis, nec nisi nomine solo nobis innotescunt. Qvære virtutis & ingenii monumenta, facta illustrium Heroum præclara, res viriliter & animosè, constanter ac intrepidè patratas, tanqvam in primo flore adhuc sunt, vigent, vivunt, intacta ab oblivionis falce. Da sapientiæ Antistites, omnium manibus adhuc teruntur, velut recens nata sunt eorum opera, vicenis tricenisqve seculis evolutis. Magnum solatium est homini, propagandi nominis secundum merita prævisa spes, si superstes aliqvid post ossa relinqvat, qvod brevis urna non possit capere. Beatum hunc jure pronunciem, cujus mors ita orbi cognita, ut vivere tum primum verè incipiat, cum sepulchrali lapide pressus, ex oculis in memoriam transiit honorifico spirantiqve præconio commendatus. Eludant ignavissimi homines ut volent gloriam Literarum: illi & suis voluptatibus sopiti, neqve jam integri vivunt, & cum eos interitus occupat, etiam nomen & fama moriuntur, & totos tumulus accipit. Alumni literarum nesciunt fatorum legem, & tum maximè vigent, cum extinctorum desiderium perennis memoria illustrat. Inglorius jacet, ac pedibus calcari dignus, qvem nudum à virtutum comitatu flagitia seqvuntur, & vel oblivio hunc excipit, vel nobilitat ignominia, exemplum & scandalum seculi horrentis. O qvam hi mallent in liturâ esse sua nomina! Inter vivos sunt, sed in turbidâ nocte, velut spectra qvædam ac lemures, ut terreant & offendant posteros. Nemo mihi famam hic aut cultum nominet, sed plurimum ætatum consensu testatum dedecus, & publicæ monumenta execrationis. Non indiget Virtus adventicio aliqvo ornatu, nec externum perpetuandæ gloriæ fulcrum qværit: propriæ se mole sustinet, ac seris gesta nepotibus probat, admiratione sui in omnium animis concitatâ, igneoqve æmulandi studio. Hæc amice Lector mecum ut perpenderes, & Virtutis tramiti tantò inhæreres firmius, è re tuâ meaqve esse duxi: nec hasce spero Inscriptiones lustrare gravaberis, qvarum mihi structuram Patriæ dictavit amor, labore haud exiguo concinnatam, probandæqve in Municipes pietati: nihil enim hic ab ingenio, cui suus alibi extabit locus. Vale ac lethi memor Vive, ut lætus æternum vivere qveas. Myrtilleti Cal. Septemb. A. S. MDCLXIII.

IN-

INSCRIPTIONES HAMBURGENSES.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

I.

BENEDICTUS PAPA.

Benedictus Papa, qvi de sede Apostolicâ per violentiam amotus, & post, cum revocaretur, obiit Hamburgi Anno Domini DCCC° quadragesimo primo, qvinto Nonas Julii, & sepultus est hic.

II.

LUDERUS Dux Saxoniæ & Westphaliæ.

ANno M CVI. Inclytus & Magnificus Princeps Dominus Luderus Dux Saxoniæ & Westphaliæ qvi postea Romanorum Imperator factus & Lotharius appellatus contulit & dedit Comitatum Holtzaciæ, Wagriæ, & Stormariæ vacantem absqve hæredibus per mortem nobilis Viri Domini Godefridi dictarum terrarum ultimi Comitis a paganis pro fide catholicâ cum multis Christianis ministerialibus suis prope Hamburg interfecti nobili Viro Dno. Adolpho Comiti de Schomburg qvi & sui filii de ipso pro tempore procreati ab illo tempore usqve in hodiernum diem prædictarum terrarum pacifici Dni. & Comites sunt & fuerunt & post Carolum Magnum & Ludovicum ejus filium Roman. Imperatores & Francorum Reges hujus Ecclesiæ secundi fundatores & fidelissimi fautores extiterunt.

III.

COMITIS HOLSATIÆ.

DOet dor God und biddet vor de Eddelen Hochgeboren Herren/ de wandages to Holsten to Stormern und to Schowenborch Greven hebben gewesen/ und hier liggen begraven/ dat en God gnädig si.

To den ersten vor Greven Johanne dem Ersten / de de was des Greven Allenes Sone / de sic hier to Hamburg to den Barfoten begaff/ und de Sülve Greve Johann hefft disser Kerken vele gudes gedaen/ unde starff in den Jaren na Gades Bort M CC. darna in dem LXVI. Jare int sunte Victoris Dage des Pawestes.

Vortmer vor Greven Gherde den Ersten sinen Broder/ de ock diser Kercken vele gudes hefft gedaen/ und hefft dit Altar und ene Vicarie darto gestifftet / unde starff in den Jaren na Gades Bort Dusent Twehundert darna in den En und Achtenigsten Jare in sünte Thomas Dage des Apostels.

Vortmer vor Greven Woldemer des Andern/ Greven Gherdes Sone/ de wart geschlagen in den Orloghe Bischop Pylses in den Stride bi Uetersen/ in den Jaren na Godes Bort M CCC VI. in den Hilghen Dagen sünte Peters und sünte Paules.

Vortmer vor Greven Gherde den Andern/ des ersten Greven Gherdes Sone / dede starff in den Jaren na Gades Bord Dusent Dreehundert/ darna in den twelften Jaren in sünte Crispines und sünte Crispinianes Dage der Mertelen.

Vortmer vor Greven Johanne den Andern/ des andern Greven Gherdes Sone / de de andern Vicarie to dessen Alter ghestichtet het/ unde starff in den Jaren na Gades Bord Dusend Dre-

hun-

hundert. Darna in den neghen und veffteghesten Jare in Sünte Cosmes und Sünte Damianes Daghe der Mertelere/ und koes sine Grafft hyr/ Men he lecht van Vorsümenisse to Reynevelde begraven.

Vortmer vor Greven Allene des Andern/ Greven Johannes Sone/ de de starff in den Jaren na Gades Bord Dusent Drehundert/ darna in den neghentigheften Jare in sünte Polycarpes Daghe des Merteleers.

Desser Eddelen Herren Seelen und aller Christenen Seelen muten rowen in den ewighen Vrede Gades Amen.

Orate pro scriptore.

IV.

JOHANNES OPPEDENPERDE.

ANno Domini M CCCCXX. qvindecimo die mensis Februarii, obiit venerabilis vir Dominus Johannes Oppedenperde præpositus Bardewicens. nec non Lubicens. & Hamburgens. Ecclesiarum Canonicus hic sepultus.

V.

TIDE D.

ANno Domini millesimo qvadringentesimo septuagesimo secundo in die sanctæ Elizabeth viduæ obiit Dominus Doctor Tide.

VI.

ALBERTUS CRANTZ D.

Fama rerum gestarum post mortem vivere facit.

ANno Domini 1517. in vigiliâ conceptionis divæ Virginis matris celebris & reverend. Vir Dominus Albertus Crantz. S. Theologiæ & Decretorum Doctor, Ecclesiæ Hamburg. Canonicus, Lector facundiss. & olim Decanus, religiosæ pietatis, morum, & virtutum exemplar vivum, patriæqve ob prudentem pro Rep. in consiliis dexteritatem decus illustre in Domino moritur, cœlestibus destinatus gaudiis, cui à posteritate, qvod Vandaliæ, Saxoniæ & Regnorum Daniæ, Norwegiæ, Sveciæ origines, & res gestas, antiqvitatum tenebris omnino obrutas, una cum metropoli Ecclesiastica, luci & posteris restituit, merito nominis immortalitas debetur. Præsens itaqve monumentum officii ergo prædecessori Clariss. Decanus F. F. Anno Domini 1569.

Honori & Memoriæ.

PLurimum Reverendi ac Præclarissimi Viri Domini Alberti Crantzii SS. Theolog. & decretorum Doct. Ecclesiæ hujus qvondam lectoris ac decani, Historicorum suæ ætatis facile principis, prorogandæ, monumentum hoc in cœmeterio à piis prædecessoribus in loco dormitorio ipsius vicino [ubi mortales exuviæ sub saxo asserventur] erectum, non tam gloriæ (qvam illustrem reportavit vivus, sempiternam secum abstulit mortuus] splendorem, qvam gratitudinis, amoris, & cognationis officium secutus, consecrari, & in conspicuo hoc loco suis sumptibus poni, renovari, & in concinniorem formam redigi curavit Joachimus Godersen U. J. D. & hujus Ecclesiæ Canonicus. Anno MDCXLVII.

VII.

MICHAEL RHEDER D.

ANno 1577. Michael Rheder J. U. Doctor Decanus hujus collegii consensu, sibi & hæredibus præsens sepulturæ monumentum, tenore literarum fieri fecit, ejusqve sempiternam post obitum conservationem cum eleemosynis testamento cavit, & hæredibus imposuit.

VIII.

HENRICUS MOLLERUS.

MEmoriæ reverendi & omnium disciplinarum atqve præstantium Virtutum ornamentis clariss. V. D. Heinr. Molleri, D. Joachimi F. Sacræ Theologiæ Doctoris, Hebraicæ,

cæ, Chaldaicæ, & Græcæ Linguæ feliciss. Interpretis atque in Academiâ Vitebergensi per annos XIV. Professoris ordinarii, in patriâ pie defuncti A. Christi CIↃ IↃXIC. VI. Kalend. XBR. ætatis anno sexagesimo. Margaretha mœstiss. vidua & liberi, dulcissimo marito, & patri cum lachrymis F. F.

IX.

A & Ω.

VITUS ORTELIUS WINSHEIM,

Nobili genere ortus in Academia Witebergensi an. XXI. legum Doctor Ecclesiæ hujus Cathedralis an. XX. Decanus.

Vir, nulli gravis, omnibus usu.

OB virtutum merita, civilisqve Prudentiæ & Eloqventiæ famam Impp. Rom. Ferdinando, Maximiliano II. Rudolpho II. Regibus item Galliæ, Poloniæ aliisqve Christiani orbis Principibus ac Rebuspublicis chartus Frederico II. & Christiano IV. Daniæ &c. Regibus. Augusto Electori Saxoniæ, Udalrico Megapolensium Duci &c. Charissimus, à qvibus in ordinem primariorum consiliariorum allectus, animi, morumqve integritate nunqvam intermorituram laudem consecutus.

Bonis omnibus venerandus, malis verendus.

Post exantlatos negotiorum legationumqve gravissimos labores cum publicæ utilitati satis, sibi plus satis vixisset, animam Deo commendans, in hoc reqvietorio cui suprema nepotis Christiani Franzi paulo ante crediderat, in die censorio resurrectionem vitæ melioris expectat. Obiit anno CIↃ IↃ CVIII. die XIII. Novembr. ætatis P. M. LXXIV.

Monumentum pietatis ergo optimo parenti faciundum curarunt. Vitus Ortelius Winsheim Illustr. Frisiæ Orient. Comitis Cons. & supremus Ærarii Præfectus. Johannes Ortelius Winsheim J. C. Illustris Comitis Oldenburg. Cons. & Jeveranæ Præfecturæ Juridicus. Anna Ort. W. Thomæ Franzl J. C. & ill. Com. Fris. orient. Cancellarii uxor.

* * *

Tantum est valeto.

X.

OCCOHARSENIUS.

ANno 1613. die 25. Febr. obiit reverendus & doctissimus Vir Dn. Occoharsenius Strandensis Jurisperitus & Canonicus hujus Ecclesiæ.

XI.

HIERONYMUS MOLLERUS,

D. O. M. S.

Hoc Monumentum.

CLarissimo Amplissimoqve Viro, Domino Hieronymo Mollero, in hac urbe A. C. CIↃ IↃ LXVII. III. feriâ Pentecostes, ex vetustâ Patriciâqve Mollerorum gente, nato, qvi, à parvo ætatis flore, instigante indole, summâ ope nisus est, uti familiæ suæ ornamento decoriqve esset, nec eâ spe frustratus, Illustrissimo Celsissimoqve Principi & Domino, Dno. Johanni Adolpho hæredi Norwegiæ, Duci Slesvicensi, Holsatiæ, Stormariæ, & Dithmarsiæ, Comiti in Oldenborch & Delmenhorst, primum ab Epistolis, deinde à Secretis intimis, deniqve à Consiliis fuit, qviqve non minore pietate in Deum, qvam summa fide in Principem, singulariqve candore, integritate atqve justitia, in qvo suis qvoad fata siverunt conspicuis vixit. Tandem Delmenhorsti, qvo legatus à Principe missus erat, vehementi febri correptus A. C. CIↃ IↃ CXIII. pridie Non. Septembr. anno ætatis XLVII. pie atqve in spe futuræ resurrectionis, vitæ hujus curriculum finivit.

Giesa Spiessia.

Eliæ Spiessii, ex antiqvâ Spiessiorum familiâ in Hergestorf, prope Islebiam Comitatus Mansfeldensis oriundi, Viri optimi integerrimiqve & Præfecturæ Gottorpianæ per annos XLII. scribæ fidelissimi filia conjugi carissimo, qvi cum Annos XII. Menses III. Dies

XII. vixit, & ex qvo qvatuor Filiorum, adhuc superstitum, facta est mater, nunc vidua mœstisfima contra votum fieri poniqve curavit.
Anno CIↃ IↃ CXVI.

XII.

MICHAEL MOLNER.

Deo Optimo Maximo.
Fidei & Virtuti sacrum.

VIr Reverendus & Doctisfimus Dn. Michael Molner. Natus an. Christi CIↃ IↃXXXVI. Senior Canonicus Hamburgensis receptus Anno CIↃ IↃLXI. d. XVIII. Sept.
Cætera

PIetate in Deum, singularis in fortuna, modestus in moribus, candidus in officio, fidelis erga Ecclesiam, & pauperes, qvos etiam ex æqvis partibus hæredes sibi esse testamento facto voluit, gratus & liberalis, in morte Christianus: Postqvam tandem per illam qvicqvid mortale erat desiderio immortalitatis, Deo ita violente exuisset, Anno Christi CIↃ IↃCXIV. d. XXVII. Augusti, Hora II. pomeridiana, ætat. LXXVIII. Hoc monumentum in memoriam sui, exemplum pietatis in Deum, Ecclesiam & pauperes, à testamentariis executoribus anno Christi CIↃ IↃCXXVIII. die XIII. Decembr. poni meruit.

XIII.

OTTO SCHULTE.

ÆTernitati Ottonis Schulten JCti & Comitis Palatini, qvi postqvam reverendiss. & illustriss. Domini Dni. Joannis Friederici Archiep. Bremens. Cancellarius, Ecclesiæ Hamburg. Decanus illustriss. Comitum de Isenburg Hanaw & Schawenburg Consiliarius fuisset, XII. de Augusti anni 1624. exspiravit, animam cœlo, corpus terræ commendans, sacrum hoc saxum, qvod uxoris amor ac filiæ pietas extorserunt, fuit erectum, dicatum, dedicatum Hamburgi anno reparatæ salutis M DC XXXVIII.

XIV.

ELISABETHA SCHELBER.

MEmoriæ sacrum Virtutis ac Pietatis facilè Reginæ Elizabethæ Schelberii filiæ Johannis Okeham, Armigeri, clarisfimæqve conjugis Johannis Schelberii sub invictisfimo Svecorum Rege, GUSTAVO ADOLPHO, Capitanei cohortis peditum Anglorum, qvæ [una cum filia ejus dilectâ Margaritâ Shelberii] morte obiit vicesimo die Decembr. anno Domini 1632.

Her Vertves live and Shall doe still,
Thought Deach on her hath wrought will.

XV.

Posteritati
In Sionis
Afflictæ non derelictæ
Historias.

VEstem sanguineis qvod vera Ecclesia guttis
Consperſam ostentet purpureamqve necem:
Cur tibi sit mirum, ni vano pectore credas
Spinarum expertes flore vigere rosas?
Non inter medias tibi vernant lilia spinas?
In cruce vera micant, sub cruce pressa nitent.
Palma igitur vera est tua vera, Ecclesia, imago.
Qvæ, qvanto gravius pondere pressa, gemit:
Tantum sidereas Virtute assurgit in auras,
Signaqve Victricis certa salutis habet.
Exemplis veterum, primaqve ab origine mundi
Continuâ, hoc, serie, si didicisse juvat:

Aspice

Aspice, qvid tacitæ referant tibi signa figuræ,
Ut verbis certam constet inesse fidem,
CIↃ IↃC XXXI.

XVI.

Bodo von Bodenhausen.

DEr Hoch-Edle/ Gestrenge/ Veste Bodo von Bodenhausen/ Obrister-Lieut. zu Roß auf Bodenhausen/ Rieberg dern und Oertzigk Erbgesessen/ so den 2. Aprilis 1603. auf dem Hause Rötzigk gebohren; den 2. Decembr. 1636. in Hamburg Christ/ sanfft- und seelig verstorben/ seines Alters 33. Jahr/ 8. Monat/ und den 5. Martii bey hochansehnlicher Versammlung zur Erden bestättiget. GOtt verleihe ihm eine frölichе Auferstehung.

Homo memento mori nam pulvis & umbra sumus.

XVII.

GEORGIUS MULLERUS, L.

Æternæ Memoriæ.

VIri eruditione, integritate, & usu rerum præcellentissimi Domini Georgii Mülleri, J. U. Lti ex Ducatu Wirtembergensi oriundi, qvi ob perspectas animi dotes, illmo. & excellmo. Domino Dn. Axelio Oxenstiern L. B. magno Regni Sveciæ Cancellario & per Germaniam Legato, nec non fœderis Evangelici directore A. S. M DC XXXIII. Secretarii interioris admissionis munere ornatus, & non multo post A. S. M DC XXXVII. à Serenissma. & Potentissma. Sveciæ Reginâ consiliarii aulici dignitate adauctus est, postqvam laudabiliter officio utriqve præfuit, testatusqve est indefesso studio pietatem in Deum, amorem erga patriam fidem & observantiam erga superiores & candorem erga singulos, tandem obiit Hamburgi D. XII. Octobr. A. S. M DC XXXIX. ætatis XLVII. monumentum hoc L. Mqve positum à viduâ liberisqve mœstissimis.

XVIII.

IN COEMETERIO TEMPLI CATHEDRALIS.

Ossuaria præbet curiosorum oculis hanc lecturam.

QVid sum, qvis, qvalis, qvantus, qvotus, undè qvibusve,
Ortus avis, qvorsum tendo, qvibusve viis.
Vermis, homo, malus, exiguus, postremus ab imo
Talibus & fretus nitor ad astra fide.
Mors homini comes est, hominem comitatur ut umbra
Qvodqve homo carpit iter, mors qvoqve carpit iter.
Ille licet ferro cautus se condat & ære,
Mors tandem inclusum protrahit inde caput.
Et brevis & misera est hæc vita simillima somno
Et variè mentes sors odiosa trahit.
Una sed æternæ ratio certissima vitæ.
Qvam solam, summum, vivere posse, bonum est.

Memor esto sepulchri.

WAs gestern war ist heut nicht mehr/
Was heut ist das wegeilet sehr.
Vielleicht ists morgen auch nicht mehr.
Denn täglich schleicht der Todt daher/
Und reist ins Grab Leib/ Gut und Ehr.
Ihm gelten gleich beyd Knecht und Herr/
Drum dich noch heut zu GOtt bekehr.

Resurrectio Mortuorum
Fiducia Christianorum.

Horam qvam vivimus
Cum morte dividimus.

DEr Proceß ist hier gleich und recht/
Hie liegen beyde Herr und Knecht/
Hie liegt die Magd und auch die Frau.
Jung und Alt hier beysammen schau/
Betrachte sie recht und sage frey/
Wer doch nun hier der reichste sey.

Respice Finem.

FReund/ was du liesest hier von mir/
Hab ich von andern offt gelesen/
So wird man sehen auch von dir/
Was du bist/ bin auch ich gewesen.

XIX.

Alexander Seestaen
Grab-Schrifft.

DEs weyland Hoch-Edel gebohrnen/ Gestrengen und Mann-vesten Herrn/ Hr. Alexander Seestaen/ und der Hoch-Edel-gebohrnen Groß-Ehren-reichen und Viel-Tugend-begabten Fr. Margaretha Seestaen/ gebohren von Alefeler.

Hier schläfft ein Edles Paar/
Das wegen grosser Gaben/
Damit es war geziert/
Ein ewigs Lob muß haben.
Herr Alexander
Ein berühmter Edelmann/
Und Frau Margretha/
Die man hoch preisen kan.

Sie sind dem Leibe nach
Jn diese Grufft versetzet/
Die Seelen stehn für GOtt/
Schon weiß und unverletzt;
Jhr Ruhm bleibt in der Welt/
Bald wird man beyde sehn
Aus ihren tunckeln Grab
Jn Reich der Freuden gehn.

XX.

Marta Magdalena Westrowitzinn.

ANno 1645. den 27. Maji ist die Hoch-Edel-gebohrne Frau/ Fr. Marta Magdalena/ gebohrne Westrowitzinn von Cralowitz/ Erbgesessen auf Neudomaßis/ Wlaßim und Wieznit/ des Hoch-Edel gebohrnen und Gestrengen Herrn Friederich von Bawyrn/ Königl. Majest zu Dännemarck/ Norwegen verordneten Kriegs-Raht/ wie auch über dero Armee bestalten General-Majeurn und Obristen zu Roß und Fuß/ hertzgeliebte Gemahlinn/ nachdem sie mit demselben 2. Jahr 9. Monat und 10. Tage in den heiligen Ehestand gelebet/ und darinn durch des allerhöchsten Segen einen Sohn gezeuget/ im 32. Jahr ihres Alters sanfft und selig in GOtt dem Herrn entschlaffen/ und allhie beygesetzet worden/ derer Seelen GOtt gnädig seyn/ und den Cörper am jüngsten Tage eine fröhlige Auferstehung verleihen wolle.

IN TEMPLO PETRINO.

XXI.

In ambitu marculi, valvarum antipagmentis, qvæ sunt ad dextram à meridionali plagâ introeuntibus, inserti.

ANno Domini MCCCXLII. Inceptum est fundamentum hujus turris. Or. pro juratis.

XXII.

JOACHIMUS SALSPURGIUS.

ARma & insignia clarissimi Viri Joachimi Salspurgii, Honestissimæ stirpis & inclytæ gentis Salspurgicæ ultimi. Obiit anno Domini 1552. 2. die Januarii.

M D LVII.

XXIII.

WERNERUS ROLEVINCIUS.

Epithaphium.

HOnestissimi & integerrimi Viri pietate & Virtute præstantis Werneri Rolevincii Civis Hamburgensis de ministris Ecclesiæ & doctrinarum studiis præclarè meriti: filiæqve Elizabethæ uxoris Henrici Crevet & Johannis Rolevincii Werneri filii.

HÆc statuit mœrens uxor monimenta sepulchri
Dulcibus erepti conjugis exuviis.
Nota Viri Virtus, & honestæ stirpis origo.
Qvæ Rolevinciadum nomina prisca tenet.
Charus & Hamburgæ vivebat & utilis urbi
Crevit ubi dulci prole bonisqve domus.
Artibus ipse sciens doctis, studiisqve sacratis,
Impendit proprias, more parentis, opes.
Obiit ann. 1563. Vixit & Æpino constanti junctus amore,
Fœdere, qvod poterit nulla abolere dies.
Præbuit hospitium Christo, Christoqve receptus.
Nunc habitat superæ lucida tecta plagæ.
An. 1565. Helisabe qvæ nata patrem Janusqve secutus
An. 1566. Filius ad vultus adstat uterqve Dei.
In terris pietas, moderatio, candor, honestas.
Hic ad busta sedent, & pia justa ferunt.
Disce bonam simili famam Virtute mereri,
Ne tegat impositus nomen & ossa lapis.

Erectum anno 1566.

Renovatum à Werneri Avi Materni ex Gertrude Consulis Erici à Fechta conjuge, nepotibus, & nepte, Anno 1632.

XXIV.

VITUS SCARPIUS, D.

SEpultura Aromatariorum veteris officinæ à Vito Scarpio Medicinarum Doctore & Aromatario restaurata Anno Domini M D LXVI.

HÂc senior Vitus sibi struxit in æde sepulchrum
Raptus ut est Vitus junior ante Patrem.
Qvid cecidisse virum miraris? & ipse Machaon,
Et Pœon cecidit, Pœonis herba manet.
Pontificum sic vita fugit. Cum Cæsare, magni
Sic Reges etiam, sic cecidere Duces.
Ivit & Hippocrates, & sic Avicenna, sub umbras.
Sic qvoqve, cum prisco Rase, Galenus obit.
Non ipsi, preciosa parant qvi pharmaca, tuti,
Securos fragrans hos neqve præstat odor.
Nec sua produxit Vitus sibi tempora vitæ.
Qvi manibus fecit pharmaca mille suis.
Qvid superest ergo, cum sint obnoxia morti
Omnia? qvo vita est hæc reparanda modo?
Solus es, ô clemens hominum Salvator Jesu,
Qvi propriâ, mortem, morte fugare potes,

Redde mihi vitam, neqve ducti neqvitur ævi
Sis memor, ô generis ſpesqve ſalusqve tui!
Sanguine me ſpargas roſeo, flectasqve parentem,
Inqve meo firmes pectore, Chriſte, fidem.
Sic precor, hanc animam facias, dulcisſime, tecum
Vivere, qvæ ſolâ morte redempta tua eſt.
Omnia ſint mortis, vel nos qvoqve morte cadamus,
Morte tamen Chriſti non ego mortis ero.

Ἐν τῇ γῇ βίτυ σκαρφεὶυ σῶμα καθεύδει,
Ἱέμενον Χριςοῦ νόςον ἀλεξίμορον
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος πανυπέρτατον οὐρανὸν ἵκει.
Εἰς Χριςὸν πίςει τοῦτο λαχοῦσα γέρας,
τοῦ δ' ἀνδρὸς φήμην μακρὸς χρόνος οὐ κατατήξει,
Ἰατρὸς γὰρ ἔην καὶ σοφὸς ἠδ' ἀγαθός.

XXV.

MARTINUS GOEBEL.

ANno Domini MDLXVII. den XVII. Septembr. seynd der Ehrbahre/ Wohlgelahrte Martinus Gœbel, dieser löblichen Stadt Hamburg XXII. Jahr gewesener Secretarius, æt. LXIII. und die Ehrbahre Tugendsame Anna Wichmanns, seine Eheliche Haus-Frau / eines Tages selig in Christo entschlaffen/ und zugleich beyde in ein Grab geleget/ derer Seelen GOtt gnädig sey. Amen.

Also zween Leib der Todt nicht scheidt/
Welch ein Tag/ ein Grab hie sammlen thät.

XXVI.

Gert von Wesel.

Gert von Wesel obiit anno MDLXIX. 20. Julii.

PEr te, Chriſte, mihi venit victoria mortis,
Perpetuumqve bonum, gloria vera, ſalus.
Laus tibi ſit, Victor, tibi ſit, Pater optime, ſumma
Gloria, ſit ſancto Spirituiqve melos.
Qvod genus humanum voluiſti ſolvere, clauſum
Carcere crudeli mortis & interitus.
Lœtus in hoc tumulo placidam nunc carpo qvietem
Expectans reditum, Chriſte benigne, tuum.

XXVII.

ERASMUS CUFFEL.

HIc ego qvi jaceo, terrâ contectus Eraſmus,
Cuffel, Franconico ſanguine natus eram.
Excepit Juvenem, Muſarum c. ſtra ſecutum,
Culta, Borusſiaco ſubdita, terra, Duci.
Illius inter agens, cum laude fideqve, miniſtros,
Qvæſtoris tandem charus honore fui.
Huc miſſum rapuit mors inclyta cara maritum
Uxor deplorat, nata gemella Patrem.
Qvâ mortalis eram, terrâ ſum, parte, retentus,
Parte mei teneo, ſed meliore, polum.
Hic ego tres natas, qvas mors tulit antè, recepi.
Cum carâ, reliqvæ, matre, valete diu.
Obiit anno 1573. 27. Maji.

XXVIII.

PETRUS GALBIUS, D.

PEtrus, in hâc gelidâ reqviescit, Galbius, urnâ.
Galbius æternum dignus adesse suis.
Marchica qvem tellus, clarisqve parentibus ortum,
Progenuit, patriæ spemqve decusqve suæ.
Leucorides coluit Musas, Viadriqve sub undis,
Castallas largis fructibus hausit opes.
Deniqve & Hesperiæ veniens ad littora magna,
Elegit Musas, urbs Patavina tuas.
Cumqve Machaonias lustrasset sedulus herbas,
Nobile Pœoniâ nomen ab arte tulit.
Thymbræus, siqvidem Petro, dignatus Apollo est
Tradere, Chironi qvod dedit ante seni.
Parcarum hinc nocuos poterat reparare labores,
Miscendo medicis Pharmaca sana favis.
Sed tandem hinc lethi rapuit violentia, cujus
Terra tegit cineres, spiritus astra colit.

ANno 1573. die 24. Septembr. in invocatione filii Dei Domini nostri Jesu Christi obdormivit Clarissimus Vir Dominus Petrus Galbius artium & Medicinæ Doctor: Ejusqve honestissima conjunx Magdalena placidissimâ morte obiit Anno 1571. die 20. Augusti.

XXIX.

ANNA LUCHTEMACHERS.

PIæ & Lectissimæ Annæ præclari viri Johannis Lüchtemacher civis primarii filiæ conjugi suæ dulcissimæ qvæ anno à nato Christo cIↄ Iↄ xxc. prid. No. Octobr. in cœlestem patriam evocata est, ac tribus ex ea filiis duabusqve filiabus susceptis vitaqve functis. Qvorum corpora hic terræ mandata, animæ in manu Domini sunt.

Udalricus Winckel Conjunx & Pater in indubitatam gloriosæ resurrectionis spem hoc monumentum F. F.

Qvi piè in Christo obiit anno 1594. die xvi. Sept.

Ut moriens viveret, vixit ut moritura.

XXX.

EFFIGIES JOHANNIS TRAJECTINI.

VIri reverendi & clarissimi qvi natus Stadæ anno Christi MDXXV. vii. Kal. xbris: placidè hic in Christo obdormivit anno cIↄ Iↄ xxciv. Prid. Kal. Sept. cum vixisset annos LVIII. menses IX. dies XI. post Scholæ verò patriæ prudentem & felicem gubernationem ultra annos XXVII. sincerum Dei verbum in hâc æde perspicuè & magna cum laude docuisset, huic memoriæ & gratitudinis ergo, filii duo superstites M. Gregorius Scholæ patriæ Conrector, & Paulus, Trajectini, fratres Germani hoc monumentum F.F. anno.

Non obIt, aſt abſens DorMIt: Cras regnat, & orat.

XXXI.

ALBERTUS HACKMAN.

Piæ memoriæ.

MAgnifici & Præstantissimi D. Alberti Hackmans Senioris Proconsulis præstantissimi, ob animi & corporis eximias dotes, & vitæ integritatem atqve prudentiam longo usu comparatam & ad patriæ Reipub. salutem & transqvillitatem utiliter conversam omnib. ordinib. acceptissimi Anno Christi cIↄ Iↄ xxciv. Non. Sept. grassante epidimiali morbo

morbo cum ornatisſimam conjugem Catharinam, Thodenam omni patronali laude florentem pari fato extinctam biduo ante præmiſiſſet piè placidè vita defuncti parentibus benè, optime meritis liberi, generi, nepotes & Hæredes P. C.

XXXIII.

NICOLAVS VOGLER L.

QVisqvis obit, Chriſti ſanatus vulnere, mortem
Non obit, è vinclis, morte ſolutus. abit.
Talis enim mors eſt vitæ cœleſtis origo,
Qva viget æterno plena decore ſalus.
Vita qvid? exilium, qvid mors? via proxima cœlo.
Hic patriæ, Chriſti munere, jura piis.
Felix ergo fide vitam qvi finit in illa,
Deſerit exilium, regna paterna ſubit.

D. Nicolao Vogler J. U. L. Conſ. Hamb. Margaritæ filiæ D. Georgii Platen Conſ. & filiæ D. Hieronymi Biſſenbeken Senat. 2. uxoribus ejus cariſſ. Parentibus liberi lachrymantes poſuerunt.

D. Nicolaus Vogler J. U. L. obiit anno 1587. die xv. Decembr. Margarita obiit anno 1562. die 25. Novembr. Anno 15. ** die **

Non opus eſt gravius qvam benè poſſe mori.

XXXIII.

MICHAEL MAMGARTS.

INtegerrimus Vir Michael Mamgarts cum annum 88. ageret veræ religionis gratia Antwerpia diſcedens Anno Chriſti 1589. 4. Idus Septembr. Hamburgi ſedes poſuit, at 5. Non. Maji Anno 1590. placidè in Chriſto obdormiens ſub hoc tumulo humatus felicem reſurrectionem exſpectat.

Inclyta Matrona Oda Nicolai van der Heiden Nobilis & Patricii Antwerpienſis filia, & à Cornelio de Meyere primario Civi Antwerpienſi relicta vidua obiit 3. Kalend. Febr. Anno Dni. 1593. ætatis ſuæ 59. ac ſub hoc monumento condita jacet. cum electis Dei æternis bonis fruitura.

XXXIV.

RODOPYRGIVS.

HEîc ego, vitalem linqvens, Rodopyrgius, auram
Depoſui terræ viſceribus cineres.
Conſul erat genitor præclarus, Avusqve Senator.
Urbis qvi columen, lumen & orbis erant.
Hinc patribus patriæ me adſcripſit cura Senatus.
Meqve virum vidit Curia, meqve ſenem.
Luſtra qvater tandem tria cum mihi, ſexqve peracti
Anni, trux ſtruxit mi Libitina rogos.
Funus ſed fœnus mihi Parcâ parta ſeverâ
Vera qvies cœlo eſt, mens ubi viva viget.

Terminum vitæ brevis & caducæ.
Edoce nos ut ſapiamus atqve
Simus exutis vitiis parati.
Mortis in horam.

XXXV.

JOACHIMVS VAM KAMPE.

DOmino Joachimo vam Kampe ex vetuſta Stadenſium urbe bonis Parentibus orto, qvi ab ineunte ætate pietati & honeſtæ Mercaturæ operam dedit. Deinde Annam Luchtemakers conjugii ſociam ſibi aſſociavit, qvæ liberos illi qvatuordecim genuit, & vitam

vitam in his terris reliqvit. Qvare alteram conjugem Richaël vam Rihn ex qva unam tantum filiam suscepit, duxit.

Anno verò 1580. in Senatorum ordinem hujus Civitatis assumptus & anno 87. ad Consularem dignitatem evectus fuit, in qva cum bonis omnibus Senior dilectus vixisset, tandem anno 1594. 2. Augusti ætatis suæ 77. terrenis neglectis ad beatorum consvetudinem concessit. Vidua, Liberi, & Hæredes amoris, pietatis & gratitudinis ergo hoc monumentum mœsti posuerunt. 1594.

XXXVI.

JOHANNES MOLLER.

D. Johanni Moller D. Joach. F. præfecto Reinbecciano Viro supra familiæ claritatem multis fortunæ dotibus ornato socero S. & Catharinæ dulciss. conjugi qvæ pietate fide, amore, beneficentiâ, humanitate erga Deum, maritum, liberos, pauperes & omnes omnibus exemplo fuit: Et Margarethæ filiolæ clariss. Caspar. Anckelmann Patriæ Senator mœrens cum lachrymis.

P.

D. Johan Moller socer XXVIII. Sept. an. CIϽ IϽ XC, }
Catharina conjunx XVII. Sept. anno CIϽ IϽ XCVI. } Pio fine vitam clauserunt.
Margaretha filia VIII. Januarii anno CIϽ IϽ XCIV. }

XXXVII.

GARLEVUS LANGENBECIUS.

Felici memoriæ.

GArlevi Langenbecii D. Garlevi F. ex honoratâ Langenbeciorum familia oriundi, Civis & viri optimi Octovirali munere ad utilitatem patriæ Reip. feliciter perfuncti, Anno Christi MDXXXV. pridie Palmarum in lucem editi, & An. Noviss. temporis MDXCVI. VI. Calend. Qvintil. è vivis sublati.

Et

ORnatissimæ Matronæ Elisabethæ Bartoldi Grawerdes filiæ conjugis S. die purificat. Mariæ Virg. Anno MDXLV. progenitæ & III. Kalend. Junii Anno MDCIII. placidè demortuæ. Johannes Moller J. U. D. & Garlevus Langenbecius, gener & filius Parentibus benè meritis F. F.

XXXVIII.

FOCCO.

CIviles, Focco, fugiens, Eysinga, tumultus,
Excessit patria, pacis amore, sua
Deseruitqve lares proprios, ac rura paterna,
Qvicqvid & in Phrisiâ Dives habebat opum.
Hei mihi! qvot charis illic valedixit amicis!
Hei mihi! qvis fletus, hoc abeunte, fuit.
Splendorem generis, magnos contempsit honores,
Ut posset liber, juris & esse sui.
Fida sed huc uxor, thalamos comitata jugales,
Mœsta sui clausit lumina clara viri.
Felix! dum pacem qværis, mentisqve qvietem,
Inventa est animæ paxqve qviesqve tuæ.

XXXIX.

Balthasar le Merchier

Epitaphium.

Ick genaent den Brusseler Balthasar le Merchier/
Ligge nu hier van di Doot verbeten/
Spiegelt u aen my/ wat den Mensch is vor een Dier/
Tis maer een Gerempte van die Wormen geten/

Waerom wilt ghy v dan soo groots vermeten /
Ghy en syt maer Eirde en in Eirde sůld y gaen /
En v leste Cleet is schier oock versleten /
Rasch maeckt v Rekeninge ghy moet my volgen saen /
Wer ghy jonck ofte oudt syt de Doot en siet sůlex niet aen
Sy haelt rick en arm sonder jemandt te myen /
Soo myn Lichaem hier leyt dat in welden placht te staen /
Also salt met v schoon Lichaem oock corts de dyen /
Al v Gelt en v Goet en kan v niet bevryen /
Ghy moet doch haßt kamen die Wormen spysen /
Důß statt vast op Christum wilt wettelyck stryen /
En wercken veß gelooffs uwen naesten bewysen /
GOtt lat uns hier namals met Vreugden verrysen /
Bewaert uwen Vyghboom well.

Obiit 20. Febr. Anno 1604.

XL.

ÆGIDIUS DE GREVE.

D. O. M. S. Et memoriæ æternæ.

S. Viator, qvod dico, paululum est, asta, ac perlege.

HIc est sepulchrum haud pulchrum conjug. Ægidii de Greve & Mariæ de Hasdunck Antwerpiæ antiqva stirpe natorum, qvi patriam amore V. relig. odio belli linqventes, Hamburg. vitæ mort. ac sepult. locum S. selegere, ubi cum ob piet. & animi ingenii ac fortunæ dotes omnium erga se animos mirè excitassent, tandem voti compotes facti ille in ipso heroum climact. Id. Sept. Anno Dn. MDCIV. hæ v. MDC. VIII. Kal. Febr. ætat. LVII. piè & placidè expiravêre. Qvibus ut in vita ita & morte junctis liberi, generiqve qvo gratiam parentib. pientiss. & B. M. referrent P. C. Anno 1609. dixi, abi.

XLI.

LVCAS BECKMANNVS.

Deo O. M. & piæ memor. sacr.

AMplissimo & Integerrimo Viro Domini Lucæ Beckmanno civi hujus Reipubl. primario Duodecimviro & ædis hujus sacræ jurato seniori meritissimo, qvi an. CIↃ IↃCXIV. XXII. Januarii, ætatis suæ LXIX. piè & placidè hanc mortalem vitam cum immortali commutavit. Filii & hæredes in spem gloriosæ resurrectionis hoc pietatis suæ monumen. poni cur. A. C. CIↃ IↃCXXI.

XLII.

ERICUS à VECHTE.

Nostra, tuâ de peste, salus, de funere vita
Nostra oritur, lætiqve tuo languore valemus.

Deo O. M. Sac. Piæqve memoriæ.

VIri Magnifici Dni. Erici à Vechten Consularis ordinis senioris, Dni Caspari qvondam Senatoris filii, à syncera pietate, vitæ integritate, judiciiqve dexteritate, bonis omnibus commendatissimi post labores maximos in patria Republic. annos XXXIV. summa fide & constantia exantlatos piè ac placidè in ardenti cœlestis vitæ desiderio expirantis die XXX. Mart. Anno reparatæ salutis MDCXIII. ætatis LXXVIII. Consulatus XXII. Honestiss. fœmina Gertrudis mœstissima vidua filii, generiqve condolentes P. C.

XLIII.

HENRICUS WICHMANNUS.

ÆTernæ pientissimæqve memoriæ conjugum beatè defunctorum Henrici Wichmanni & Catharinæ Wichmanniæ, qvi per qvam optimè & sibi, & suis, & patriæ vixerunt: Qvorum ille fidem conjunxit ingenio, prudentiæ miscuit constantiam. Qvem boni omnes amabant, & mali ne odisse qvidem poterant, cujus integritas Senatoriæ dignita-

gnitatis ornamenta promeruit, & per annos XVIII. sustinuit felicissimè. Hæc verò & morum & virtutum animi ac corporis laudibus tam clara extitit ut veteris vetustatis exempla attigerit: Qva merito judicio omnium singulari præconio matronarum decus est habita, ob illustria utriusqve merita, & Virtutes pro documento etiam posteris relinqvendas, æternum hoc pietatis & obseqvii monumentum pro munere extremo filii, generiqve mœstissimis animis L. M. Q. posuerunt.

Obiit Henricus Wichmannus Senator anno CIↃIↃCXIII. prid. Kal. Apr. ætat. LXVII.

Obiit Catharina Wichmannia H. Uxor anno CIↃIↃCXV. XI. Kal. Sept. ætat. LXIII.

XLIV.

CONRADVS OLDEHORST.

Conradus Oldehorst Vir Integerrimus & Civis hujus urbis primarius honorata Oldehorstiorum stirpe oriundus vitam in his terris pio & religioso fine clausit XVI. Kalend. Septembr. anno salutis CIↃIↃCXVI. cum vixisset annos XLVIII. menses V. dies XXI. & hoc vicino saxo tumulatus. Anna mœrens vidua & mœstissimi liberi charissimo marito patriqve in certam gloriosæ resurrectionis spem pietatis & felicis memoriæ monumentum hoc pro munere extremo. F. F.

XLV.

PAVLVS VTRICHT. 1617.

Versus Pici Mirandulæ.

Namqve tua est nostris major clementia culpis,
Et dare non dignis, res mage digna Deo est,
Qvanqvam sat digni, si qvos dignatur amare
Qvi, qvos non dignos invenit, ipse facit.

XLVI.

JOHANNES HAGMAJERVS.

Mihi Christus & in vita & in morte lucrum.

D. S.

Monumentum Johannis Hagmajeri, Ulmensis, Viri undeqvaqve optimi, qvi cum Hamburgi domicilium fixisset, præcipuisqve in Republica officiis maxima cum laude functus fuisset præmortuis qvibuscum in benè concordato conjugio vixerat rari exempli Matronis Ursula Ostmanna & Elisabetha Nigelia. Tandem ipse rebus humanis valedicens placidè in Christo obdormivit VII. Novem. Anno CIↃIↃCXXXIV. ætatis suæ LXV. benè merito parenti Johannes & Joachimus Hagmajeri liberi obseqventissimi F. C.

XLVII.

Dum nimium luget subreptum morte maritum,
Nulla domi cernens pignora chara tori:
Conjugii & solitum dum pectore versat amorem,
Assiduè & sortem flet, sine fine, suum:
Tandem oppressa diu qvartani frigore morbi,
Heu qvoqve & ipsa manus, mors, tibi, dira, dedit.
Juncti igitur rursus, modica reqviescitis urna,
Disrupti & thalami pristina forma datur.
At si qvid possunt lachrymæ, si vota, precesqve,
Ut sint cum Christo gaudia vestra, precor.

Optimis & bene meritis A F - & Amit.
DETLEVUS LANGENB. posuit.

XLVIII.

CONRADVS OLDEHORST.

D. O M. S.

Cónradus Conradi filius Oldehorst Patricius & Mercator hujus Reip. florentissimus primariusqve, in gloriam Jesu Christi, crucifixi sacramenti baptismatis venerationem templi hujus ornamentum, & sui recordationem hoc baptisterium suis sumptibus erigi curavit. Mortuus Anno Christi 1634. die 6. Sept. anno ætatis 29.

Beati mortui qvi in Domino dormiunt:

XLIX.

DANIEL von Eitzen.

Hoc publicum honoris monimen:
Dn. Daniel von Eitzen celeberr. hujus Reipubl. Senatori
& Margarithæ Dn. Conf. Alberti filiæ Hackemanns
Ut thalamo sic tumulo junctis
parentibus desideratissimis
& Margarithæ von Eitzen / filiæ natu maximæ
qvam animi sui portionem in flore mors astulit.
Ut &
Dn. Ludolpho von Schöningen civi hujus civitatis primario
& Gesæ Dn. Joannis Ritzenberges Protonotarii filiæ unicæ
Ex hisqve natis.
Dn. Joanni Canonico & Guntero Erico von Schöningen
Capitaneo
illi socero, isti socrui, & his affinibus
qvorum omnium exuvias hoc templum
& qvod claudi non potuit, fama & cœlum recepit
In sempiternum intimi amoris testamen L. Mqve erexit
Albertus von Eitzen J. U. L. & Patriæ Consul.

L.

VOGELERVS.

Constantis
animi laus est nec spe
nec metu frangi.
Constans Jehovæ Cultor & Dei causæ patriæqve
constans civitatis assertor
constans bonorum fautor, omnibus constans
fati procellis inter improbos mundi
Infractus æstus mortis horridæ constans
In morte spretor nec timore nec fastu
surgens cadensqve Voglerius Consul
Dum vixit orbi tale symbolum scripsit:
Memoriæ posterorum sacrum.
Viator
Monumentum hoc qvid moneat
vides.

Vir Nobilis ac Magnificus Vogelerus hic situs est.

QVi patre Nicolao Vogelerio Consule hac ipsa urbe natus, postqvam adolescentiam omnem per erectioris doctrinæ studia exegisset, iisqve animum Virtutibus implesset, qvibus ad res gerendas præformamur, terras exteras lustrasset, plurimum linguarum cognitioni rerum civilium scientiam, huic facundiæ vim prudentiamqve junxisset, hæc ipsa decora & ornamenta in Remp. hanc intulit, in qva per omnes honorum gradus evectus, & Senatoria dignitate functus, fasces consulares totus triginta tres annos dignè gessit, Imperatorum, Regum, Principumqve Europæorum, qvibus innotuit, fulgore illustris, legationibus ad Rudolphum & Matthiam Cæsares, Henricum Magnum Franciæ & Navarræ, Philippum III. Hispaniarum Reges, Elizabetham Angliæ & Hyberniæ Reginam, Jacobum magnæ Britanniæ & Hyberniæ Regem, Carolum Sveciæ, Christianum IV. Daniæ

Daniæ Reges, Albertum & Isabellam Archiduces Austriæ Ordines fœderati Belgii, Electores, Principes liberasqve Germaniæ civitates clarus, Henrico vero quarto Elisabethæ Reginæ & Archiduci & Alberto charus, Urbem hanc Legibus & munimentis validam, commerciis opulentam, fœderibus tutam, fama per universam Europam celebrem fecit, qvin vigentibus per Germaniam omnem bellis, & distracta miserè, ac concussa Imperii compage, hanc immunem à bellis patribusqve incredibili solertia ac moderatione præstitit, sapiens fine ostentatione, pius fine hypocrisi, gravis fine fastu, comis fine adulatione, humilitate sublimis, fortunæ totqve dignitatum sublimitate humilis, justitiæ æqvitate temperatæ exactor serius, constans adversum spes & metus, amicitiæ cultor, candore, fide, officiis humanitatis erga exteros prolixæ, eruditorum Mecœnas maximus, civium suorum cura, amor, & dignitas, pauperum præsens solatium, verus Patriæ suæ Pater, & salutis publicæ difficillimis temporibus grande fulcrum, mundum hunc qvem mortalis incoluit mente contemsit, qvia cœlum & alta suspexit fatalem metam sine metu adivit, felix conjugio non prole, felicior qvod qvæ vitam abstulit mors laudem reliqvit. At æternæ felicitatis spe vivus mortuusqve felicissimus.

Natus anno Æ. C. M D LXIV. sextilis XII. Vixit naturæ annos LXXVIII Reipubl. XLVIII. conjug. LVI. Obiit anno M DC XLII. IV. Non. Decembr.

Defuncta uxor mœsta & ex sorore nepos P. P.

Hæc meta laborum.

LI.

Heinrich Wichgrebe.

ANno Christi 1642. den 27. Tag Decembris ist der Wohl-Edler / Gestrenger / Vester und Mannhaffter Herr / Heinrich Wichgrebe / Königl. Schwedischer gewesener Obrister-Lieutenant zu Fuß / dieser guten Stadt wohlbestalter sechs-jähriger Obrister-Wachtmeister; Nachdem er in einer Gasterey bey vorsetzlicher Zunöhtigung / Verunglimpffung / und dahero entstandenen Unwesen / unvermuhtlich von vielen insgesamt angesprenget / und zuvor wehrlos gemacht / durch zwey Stiche von zweyen zugleich hieselbst in seinem Vaterlande gantz erbärmlich entleibet / und folgenden 8. Januarii anhero Christlich zur Erden bestättiget / seines Alters 45. Jahr. Dessen abgeleibten Cörper / den nebenst der Seelen GOtt genade / allhie die gerechte Rache und fröhliche Auferstehung durch Christum erwartet.

LII.

GEORGIUS LUDOVICUS FROBENIUS, M.

Jesu Christo Regi flagell. coron. purpurato sacr.

GEorgius Ludovicus Frobenius M. Volcmari Theol. Nepos M. Bonifacii Jurisc. fil. ex antiq. & ultra sesqvicent. ann. clara Frobenior. gen. oriund. in Franc. orient. urbe Diœcesf. Wurtzb. Jphovia Nat. A. S. CIↃIↃLXVI. Sextil. D. XXV. H. XIV. P. M. in diversf. prim. Gymnasf. post in Tubing. ac Witeberg. Academ. bon. art. & linguar. tantis doctr. præsid. sibi comparat. ut Witeb. A. ætat. XXIV. Magisterii honor P. ornat. postqvam una in SS. LL. Stud. medioc. erudit. bene cæptum curric. A. S. CIↃIↃXXCIV. utroqve paren. amisso patria ob confesf. Augustan. cui à cun. add. non sine gravi bon. patern. jactur. excedere jussus reliqvit ac suscept. exilio in Daniam ad gener. Tychon Brahe profect. inde in Holsatiam ad illustrem Heinricum Ranzovium P. Reg. concedens in X. ann. ob officia ac fidem Domino carus post ejus obit. A. S. Jubileo XVI. in hac urbe civitate ab amplisf. Senatu donatus fato suo negoc. libr. implicit. interim rei liter. omni spe promovend. dedit. cum Ciceronem, Penu Tulliano, Senecam utrumqve promptuario Annæano, Mathemat. Ptolemæi construct. nova verf. notisqve exornasset, ob hæc studia summis passim Viris qvor. literæ Amœbææ extant etiam extra German. dilect. cætera sorte suâ contentus, boni civis, vitæqve tranqvillè & qva fas homini innocent. actæ exemplar. verâ in Deum fide, & ætern. lætit. spe plenus, vitæ satur, hanc cum cœlesti commutavit A. S. CIↃIↃCXLV. Cum vixisset annos LXXVII. D. V. H. XIV. Maritus conjug. unicæ Margaritæ Witeborgiæ ann. IXL. dier. CCCXXX. eam A. S. CIↃIↃCXXIV. A. XI. Kalend. Novembr. dein. fil. amantisf. Hieronymum J. U. Licent. A. S. CIↃIↃCIXL. A. XIII. Kalend. Octobr.

 acerbo

acerbo cum desiderio præmittens, superstitibus filio Heinrico, filiabus duabus Margarita & Catharina vivus hoc moniment. P. A. F. F.

Mortalitatem semper cogita.

Frobeniorum Memor. S.

FRobenii fuimus qvos saxum hoc contegit illuc
E vitâ nobis morte parante fugam
Cœlo parte sumus nostri meliore recepti,
Parte sumus facti deteriore cinis
Dic qvisqvis transis feliciter ossa resurgant
Sisqve memor similis qvod tua vita fuga est.

IN TEMPLO NICOLAITANO.

LIII.

Pars turris occidentalis hasce inscriptiones extrinsecus obtinet ad dextram januæ hanc.

AN. Domini MCCCLXXXIV. in octavâ beati Johannis baptistæ positus est primus lapis ad ædificationem hujus turris, ad honorem Dei & beati Nicolai confessoris atqve Pontificis.

LIV.

Ad sinistram verò seqventem.

AN. 1656. im Martio ist dieser Thurm S. Nicolai zu GOttes Ehren wieder aufzubauen angefangen worden. An. 1657. Michaelis durch GOttes Gnade glücklich vollendet worden/ denselben sey Lob/ Preiß und Ehre.

LV.

SIMON DE UTRECHT.

ANno Dn. 1437. in die Calixti obiit venerabilis Vir Dominus Simon de Utrecht hujus civitatis Proconsul.

Piratas, Stortbeck, qvi cepit, Gotke Michaël,
Hic sita, Simonis Consulis ossa, vides.
Discat posteritas majorum fortia facta
Sectari, Patriæ ne cadat Urbis honos.

LVI.

JOHAN. A SPREKELSEN.
PETRVS A SPREKELSEN.
HENNING MATTHIESEN.

D. Johanni à Sprekelsen Proconsuli, D. Petro à Sprekelsen Proconsuli, D. Henningo Matthiesen Senatori, Avo, Patri, & Socero, Viris amplissimis, qvi, cum illi rebus laudabiliter gestis, laboribus atqve curis confecti, satis gloriæ vixissent, hic verò in initio Magistratus animi innocentiam & integritatem civibus ostendere & probare cœpisset, atqve ita pariter de Republicâ Patriâ præclarè meriti essent, beato fine vitam clauserunt.

D. Johannes à Sprekelsen Senatoriam dignitatem anno Christi CIↃCCCCXCVIII. Proconsularem verò anno CIↃIↃXII. promeritus, obiit anno CIↃIↃXVIII. postridie Petri ad Cathedram.

D. Petrus à Sprekelsen Senatorio anno CIↃIↃXXIII, Proconsulari officio CIↃIↃXLIX. præfectus decessit anno CIↃIↃLIII. postridiè Viti Martyris.

D. Henningus Matthiesen anno Christi CIↃIↃLX. in Senatorium ordinem assumptus anno Christi CIↃIↃLXV. cum officio præfecturæ fungeretur XII. Julii obdormivit.

Her-

Hertich à Sprekelſen pro-genitoribus ſuis deſideratiſſ. pietatis & memoriæ ergo F. F.

Tranſivere Patres, & nos tranſibimus omnes.
In Cœlo patriam, qvi benè tranſit, habet.

LVII.

THOMAS KOPPE.

Monumentum.

THomæ Koppen, qvi tres illas domus ad S. Mariam Magdalenam exſtruxit, & eis annuos reditus adjunxit, pro Paſtoribus & aliis in verbo Dei miniſtris in paræcia S. Nicolai ſtipendia emeritis & munere docendi defunctis. Qvæ præterea de ſtipendiis Theologicis Eleemoſynis Scholaſticorum qvotidiè diſtribuendis, aliorumqve pauperum ordinaverit prolixè teſtabitur fundatoris teſtamentum & fundatio ab inclytæ hujus urbis Senatu confirmata. Anno Dn. 1547.

Thomas Koppen Patriâ Berlinenſis qvondam Regi Daniæ à Secretis: Præfectus Pharenſis: Civis Hamburgenſis: hoc tumulo cum ſuâ uxore Eliſabetha exceptus dormit in Domino, expectaturus glorioſam reſurrectionem omnium credentium.

Thomas obiit Anno Dn. 1553. Febr. 8. Eliſabetha obiit An. Dn. 1566. 7. Nov.

LVIII.

PETRVS A SPREKELSEN.

DN. Petro à Sprekelſen Proconſuli D. Johannis Proconſ. F. Viro ſupra familiæ amplitudinem omnium pulchriorum virtutum ornamentis clarisſimo, qvi cum laudatiſſ. parentis veſtigia ſeqvutus in ſummo Proconſulatus munere eidem ſucceſſiſſet civilis prudentiæ & literarum Politiorum egregiâ cognitione inſtructus, atqve tam ad exteros variis legationibus, qvam domi ad conſervationem publici ſtatus laborioſis moleſtiis ſingulari vigilantiâ defunctus, Remp. Patriam per annos triginta feliciter adminiſtravit, & tandem vitam fine placido & beato in his terris clauſit, hoc vicino ſaxo cum qvinqve contoralibus tumulatus.

D. Petrus à Sprekelſen, Proconſ. piè moritur anno Chriſti 1553. Sabbato poſt Viti, ætatis ſuæ 59.

Geſa Berndes I. Conjunx moritur anno 1522. Julii 20.
Margaretha Hanſes II. Conjunx obiit anno 1532. die Georgii.
Geſa Borgentrires III. Conjunx obiit anno 1534. die 4. Auguſti.
Alheidis V. Rine IV. Conjunx obiit anno 1546. die 7. Novembr.
Margaretha V. Zeven V. Conjunx obiit anno 1565. die 10. Septembr.

Liberi & hæredes parentibus benè meritis F. F.

LIX.

JOHANNES ET HERMANNVS WETKEN.

Johannes Wetken obiit anno Salutis 1561. ipſa die Pentecoſtes.
Hermannus Wetken obiit anno Salultis 1564. die 28. Martii.

LX.

ANNA NIGELLEN.

Memoriæ

HOneſtiſſimæ Matronæ Annæ, Dni. Joachimi Nigellen Senatoris filiæ, qvæ cum cariſſ. conſorte Dn. Joachimo Moller Senatore & Capitaneo arcis Ritzebuttel ibidem ſepulto, Annos 40. absqve animi & corporis læſura in matrimonio tranſegit, & liberos, nepotes, neptes, pronepotes, & proneptes 131. vidit, & tandem anno ætatis 80. menſe 1. & dieb. 3. completis, anno Chriſti 1574. 1. Aprilis placidè vitæ finem in terris clauſit.

Dn. Eberhardus Moller Coſ. filius conſecravit.

LXI.

Coerdt Rheder.

Coerdt Rheder/ ein Sohn weyland Herrn Michael Rheders/ etwan Hövetmannes up Bergerdörp/ und Rahtmans düsser Stadt/ starff den 8. Novembr. An. 1575. sines Olders im 63. Jahre.

Catharina/ Coerdt Rheders ehelicke Husfrouwe/ en Dochter weyland Herrn Johann Wetkens/ etwan Bürgermeisters düsser Stadt/ starff den 14. Novembr. Ao. 1575. ehres Olders im 61. Jahre. Also dat düsse Ehelüde binnen föß Dagen beyde Christlick gestorven/ und negest hierby begraven sint/ do se 44. Jare im hilligen Ehestandt mit en ander geleeet hadden; den sülven sinen leven Oldern hefft D. Michael in Doemstifft hir tho Hamburg Decanus und eines Ehrbahren Rahdes und Stadt-Syndicus düsse Gedächtnisse na setten laten. Der barmhertige GOtt verlehne ehnen und allen Christglövigen/ umb des HErrn JEsu Christi willen/ eine selige Upperstandinge thom ewigen Leven/ Amen.

LXII.

MATTHIAS RHEDER.

Felicis memoriæ.

DN. Matthiæ Rheder, Viri ampliss. tam togatis virtutibus domi, qvam armatis laboribus foris de patria Rep. præclare meriti, cum difficillimis temporibus ad castrum Gueiphorum, & in bello protestantium gravioribus Martis oneribus defunctus, & in amplissimo Senatoriæ & Proconsularis dignitatis munere, singulari constantiâ, integrâ fide, & indefessa vigilantia versatus, per anno XLII. utilem operam communitati civium navâsset, Anno Christi CIↃ IↃ LXXIX. VIII. Kalend. Decembr, cum annos XXC. menses IX. vixisset, piè demortui ejusqve conjugis dulcissimæ Catharinæ Soltoviæ omni matronali laude conspicuæ Anno CIↃIↃIC. VII. Calend. Januar. dulcissimum maritum pari fato subsecutæ. M. Hermannus Canonicus Ratzeburg. Bernhardus Canonicus Sclesvicensis, & Ducatus Holsatiæ Thesaurarius, & Ericus Soltavii fratres ex voto desideratissimæ sororis F. F.

LXIII.

Pawel Grote.

ANno 1584. den 27. Aprilis starb der Ehrbahr und Wohlweise Herr Pawel Grote/ Bürgermeister der Stadt Hamburg. Anno 15.** den ** starff Anna Grote sine Husfrauwe/ den GOtt gnädig sy.

LXIV.

NICOLAUS WESSELHOVET.

CLarissimo conjugi Nicolao Wesselhovet, vetusta Stadensium urbe laudata stirpe Wesselhoviana oriundo, annis jam triginta uno in cœlibatu, in matrimonio viginti tribus feliciter exactis, placidè tandem Ao. Salutis MDLXXXV. XXVIII. Aprilis in cœlestem consvetudinem sucepto, & hac æde humato, Anna mœsta conjux, Andreæ Schulteti Civis Hemburgens. primarii filia, gratissimæ memoriæ ergo, una cum mariti hæredibus, præsens monumentum, anno obitum seqventi, consecravit.

LXV.

JOACHIMUS TWESTRENGH.
GESA NIGELE.
ALBERT TWESTRENGH.

Piæ & felici memoriæ

D. Joachimi Twestrengh & Gesæ Nigele qvi annis qvadraginta novem concordib. animis in conjugio transactis vitam in his terris placido fine clauserunt.

Joachimus piè moritur Ao. ætatis LXXVII. An. Christi CIↃ IↃ LXXXV. die XIX. mense Aprilis.

Gesa piè moritur Anno ætatis LXVIII. die II. mens. Sept.

Joachi-

Joachimus Joachimi F. piè moritur Anno ætatis LVI. Ao. Christi CIↃ IↃ LXXXVII. die XXVI. mensis Maji.

Dn. Alberti Twestrengh Philosophiæ & Medicinæ Doctoris, qvi in celebrioribus Germaniæ & Italiæ Gymnasiis orbe doctrinarum ante annos absoluto, cum dulciss. patriæ utilem operam suam ostendere cœpisset, in ipso flore ætatis anno trigesimo qvinto vix completo Hectica febri oppressus, peracerbo familiæ & bonis omnibus sui desiderio ob excellentis ingenii & placidiss. morum suavitatem relicto, piè obdormivit An. Christi CIↃ IↃ LXXXXV. die XXX. mens. sextil.

Eberhardt Twestrengh L. filius & qvinqve filiæ superstites, earumqve mariti parentibus & fratribus F. F.

Mors proxima janua vitæ.

Vivendo morimur: moriendo vivimus, ille
Qvi benè disponit tempus, utrumqve sapit.

E. T. L.

LXVI.

JOHANNES NIEBUR.

DNo. Johanni Niebur, D. Laurentii Procoss. F. Viro cl. & veræ pietatis, eruditæ doctrinæ, eloqventiæ, & aliarum humaniorum virtutum ornamentis conspicuo, qvi cum in celebrioribus Germaniæ ac Galliæ actionibus feliciter expeditis defunctus. Ao. CIↃ IↃ XXC. in ordinem Senatorium, & paulo post ad amplissimum Proconsularis dignitatis fastigium suffectus, per decennium huic officio ad dulciss. patriæ publ. utilitatem præfuisset, & bonis omnibus ab animi candorem, probitatem sui desiderio relicto, piè & placidè in Christo obdormivit, anno XC. pr. Kal. Sextil. cum vixisset annos LVII. menses VI. dies XX.

LXVII.

JOHANNES Goldenstede.

HOnesto Viro Johanni Goldenstede Anno Christi MDXCII. XV. Octobr. piè demortuo, & Joachimo Goldenstede unico filio in ipso lucis limine vix qvartum ætatis mensem supergresso injuria fati anno MDLXXXI. XVI. Januarii extincto.

Catharina Twestrengh marito benè merito & filio desideratiss. F. F.

LXVIII.

CASPARUS GRITZNER.

Epitaphium.

REverendi, pii, & docti Viri Dni. Caspari Gritzneri, qvi pio & summo zelo Evangelium JEsu Christi viginti sex annos in hoc templo publicè docuit, obiitqve Anno Christi 1594.

Summâ hic depictum qvem conspicis arte, Viator,
Casparus Gritzner nomine dictus erat.
Qvinqvaginta annos benè munere functus, ovili
Assiduâ, Christi, præfuit ille, fide.
Integer & simplex, pia dogmata ritè docendo,
Atqve simul constans candor in ore fuit.
Namqve animi monstrat candorem vultus, & idem
Sinceræ indicium religionis habet.
Imprimis simplex studuit modo semper ut esset,
Dictaqve cum dictis sacra probare sacris.
Sicce piè vixit, sanctè hinc discessit, & inter
Nunc canit angelicos carmina læta choros.
Ergò ne vanâ profundam voce qverelas,
Nec referam miseris carmen inane modis
Tempus enim veniet, prope jam qvod & auguror esse,
Conspiciam rursus qvo patris ora mei.

D Unâ

Una & qvo Dominum celebrabo voce tonantem.
Illius interea molliter ossa cubent.

N. G.

LXIX.

HERMANNUS WETKEN.

ANno Domini 1595. ** Oct. Clarissimus Dominus Proconsul Hamburgensis Hermannus Wetken obiit: Anno Dn. 1587. 21. Junii obiit Gesa uxor ejus.

LXX.

EBERHARDUS TWESTRENGH, LL.

Deo Opt. Max. sacrum & piæ feliciqve memoriæ.

MAgnifici & Ampliss. Viri Dn. Eberhardi Twestrengh LL. qvi in Musarum sinu enutritus, ita in celeberr. Germaniæ, Galliæ, & Italiæ Academiis vixit, ut præter exactam Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hetruscæ scientiam, & utriusqve Juris, Historiarumqve antiqvarum cognitionem, alias summas animi ingeniiqve dotes sibi comparavit, & reversus Patriæ à Secretis esse meruit, cui officio cum singulari fide & indefesso labore per aliqvot annos præfuisset, in Senatorium ordinem cooptatus, post unanimi Patrum consensu ad Consularem dignitatem est evectus, qvam suâ humanitate in publicis privatisqve negotiis magno cum Reip. emolumento dexterrimè conficiendis ita sustinuit, ut omnium insuper amorem & benevolentiam sibi conciliaret: indeqve in verâ Dei agnitione communi Patriæ & Civium luctu anno Christi CIↃ IↃ CVIII. completis LXIV. annis, & VI. mensibus placidè decedens omnibus singulare sui desiderium reliqveret, cum non multo ante lectiss. omniqve matronali laude florentiss. conjugem Gertrudem ex antiqva & honoratiss. Molerorum familia natam, cum qva summa animorum conjunctione per XXI. annos unanimiter vixerat, & duos filios, totidemqve filias susceperat, in ipso ætatis flore pie extinctam in cœlestem Patriam præmisisset.

Superstites liberi Eberhardt LL. Joachimus & Gesa Twestrengh testandæ pietatis ergo hoc monumentum mœstiss. animis F. F.

LXXI.

JOHANNE MOLLERUS.

Sacrum Deo &

MEmoriæ Viri Magnifici Nobiliss. ac Consultissimi D. Johannis Molleri J. U. D. qvi ex antiqva Mollerorum præsapiâ, patre Dn. Eberhardo Mollero Proconsule hujus Reip. Matre Gesa, Dn. Vincentii Molleri Senatoris filia prognatus, per omnem ætatem sedulam operam studiis navando insigne præstantissimi JCti & eximii Historici nomen jure sibi vindicavit. Ac ob singulares animi dotes ab illustrissimo Holsatiæ Duce ac Dn. Dn. Johanne Adolpho &c. in consiliarium assumptus, illud officium variis legationibus aliisqve demandatis negotiis publicis gravioribus cum laude sustinuit. Donec tandem Deo ita jubente depositum reddiderit ac pie XXVIII. Junii Anni M DC XIII. in fata pie concesserit. Hoc ipsum piè affectus ergo poni cararunt filii, Eberhardus, Garlevus, Vincentius ex uxore Elsa Langebeciâ, & Georgius ex Cecilia Scroteringia nati.

MArmorei sculptura operis, prope limina turris,
Molleri faciem referebat & ora Joannis.
Intereà inter opus destructæ à vertice molis
An. 1644. Turritæ, muri pars magna avulsa recepit
22. xbris. In parilem subjectæ ædis monumenta ruinam.
Ex illo structura jacet disjecta sed illam
Natorum in patrem pietatem & vinculum amoris,
Parte sui nulla laterum laxata resolvit
Compago. Stat mole qvidem minor illa, novoqve
Fixa loco: Affectu duplicato grandior extat
At tu clarorum meritis monumenta virorum
Summe Deus, fratresqve pios servare memento.

Anno M DCXLV.

LXXII.

LXXII.

JOACHIMUS BEKENDORPIUS.

Deo Opt. Max. ſacrum & piæ memoriæ.

VIri Magnifici Dni. Joachimi Bekendorpii, qvem cum ex antiqvâ Bekendorpiorum familia Ao. 1542. natus eſſet, & anno 1564. Luciam Dni. Luderi Schulten Senatoris filiam, ex qva liberos ſuſcepit duodecim, ſibi aſſociaſſet, ordini Senatorio Ao. 1567. adſcriptum, procedente tempore præfecturæ arcis Ritzebuttel Ao. 1585. Conſulatus autem Anno 1593. excepit. In curia dum vixit, juſtitia, in vita, integritas ipſi curæ fuit. Tandem laboribus defatigatus & ſenio confectus, Magiſtratum depoſuit Ao. 1614. qvo & 14. Auguſti placidè in Chriſto obdormivit, annum agens 73. Lucia vidua mœſtisſima & liberi Marito & Patri benè merito mœſtisſimis animis poſuerunt.

LXXIII.

SEBASTIANUS A BERGEN, JC.

SUrgit ovans Victor contritis hoſtibus, orbe,
Morte, erebo, Sathanâ, tartareaqve lue.
Parta qvies, lux, vita, ſalus, Victoria, cœlum
Qvid referam? æternum debita vota Deo.

Sacrum Deo Opt. Max. & Mem.

V. Clariſſ. Sebaſtiani à Bergen JCti. Reip. Patriæ Hamb. Proconſulis meritisſimi, qvi ex honeſta familia Anno 1554. natus, erga Deum religioſus, in proximum beneficus, in pauperes munificus, à JCtis ſuo ſeculo celeberrimis Ao. 1582. Wittebergæ Licentiæ gradu decoratus, publicæ profeſſionis munere per aliqvot annos poſtmodum fato vices alternante ab Anno 1585. in Patriâ Hamburga Secretarii atqve Senatoris, deinqve qva dignus erat Conſulari Sparta, & dignitate laudabiliter functus, multisqve ad potentiſſimos orbis Monarchas ac Principes legationibus dexterrimè expeditis Anno 1623. die 24. Octobris omnium bonorum cum luctu & deſiderio pie defunctus eſt. Perenne hoc gratitudinis monumentum Hamb. duodecimviri & Sacr. ædium jurati, nec non Bergiani ſuperſtites agnati ab ipſo defuncto ante adornatum perfici curarunt 24. Oct. An. 1634.

LXXIV.

BERNHARDUS BERENSIS.

Monumentum.

BAlthaſaris natum Bernhardum hic cerne Berenſem,
Patris & eſto memor, lector, & eſto fati.
Haſnia me genuit, tumulum hunc Hamburga dediſti,
Cœlum habeas animam, ceu habet oſſa ſolum.
Natus eſt A.C. ** Denatus eſt A. C. 1626. 16. Octobr.

LXXV.

JOACHIMUS CLAEN.

Dignum laude Virum, fama vetat mori.

D. O. M. S.

Viator, qvisqvis es, ſiſte gradum, qvod ſcriptum eſt, lege, intellige, imitare.

JOachimo Claen, Davidis filio, nato Hamburgi anno Chriſti M DLXVI. VI. Iduum Octobris antiqvæ Virtutis & fidei Viro, Juſtitiæ & Veritatis aſſertori ſtrenuo, pietate conſpicuo, qvi in celeberrimis Germaniæ Academiis omnivariam ſolidamqve eruditionem aſſecutus: Baſileæ Juris Utriusqve Licentiatus renunciatus, Patriæ anno MDCI. prid. Non. Martii à ſecretis eſſe meruit, decimo qvarto dehinc anno in Senatorium ordinem cooptatus, duarum conjugum maritus (Margaretha ſcilicet Molleræ Hamburgenſis V. Cl. Henrici Molleri SS. Theologiæ & Medicinæ Doctoris filiæ, ex qva undecim liberos ſuſcepit, & Margarethæ Lenten Lunæburgenſis, Henrici Bekendorpii patricii Hamburgenſis viduæ.) Tandem à Præturâ unanimi Patrum conſenſu ad conſularem dignitatem anno MDCXXII. evectus, legationibus ad Reges, Duces, Civitates, multoqve labore patriæ conſervandæ cauſa exhauſtus, anno MDCXXXII. XIV. Kalend. Martii pie in verâ Dei agni-

agnitione, communi patriæ & Civium luctu, ad cœleste consortium avocatus, omnibus singulare desiderium, nomenqve & famam optimam, publicè sæpè laudatam, reliqvit. Hæredes gratissimæ memoriæ ergò hoc monumentum anno obitum seqventi gementes & mœrentes posuerunt.

Clænius hic dormit, Consul Jurisqve Sacerdos.
Flent, Themis, & Pietas, Curia, Templa, Scholæ.

LXXVI.

DITERICUS NIEBUR, L.

Adverte qvi legis ista.

Virtus nullo dominatu premitur, eam ut qvisqve magis coluerit ac spreverit ita, illa magis minusve potietur.

VIr integerrimus, Dn. Dietericus Niebur J. U. L. Reip. Hamburgensis per XIX. annos Senator prudentissimus. Natus Anno MDLXXXV. D. XXIV. Julii. Patre Domino Laurent. Niebur J. U. D. Matre Elisabethâ Dni. Dieterici Rademin hujus Reip. qvondam Senatoris ex Elisabethâ Rodenburgs, filiâ conjugio lectissimæ fœminæ Annæ Dni. Caspari Anckelmanni hujus Reip. qvondam Senatoris, ex Catharinâ Mollers, filia, per XXVII. annos potitus, susceptis ex eâ filio Laurentio optimæ indolis ac spei, adolescente, ætatis anno XVII. dudum ante defuncto, & filia Catharina Virgine pudicissima, ætatis anno XXII. noviter ante defuncta, liberis desideratissimis orbus, uxorem post se orbam & viduam relinqvens, anno Christi MDCXLIII. die XX. Junii, ætatis anno LVIII. denatus, in hac æde sepultus. Vir dum vixit verè probus, pius, justus, & bonus, cum omnibus beatis felicem resurrectionem mortuorum expectans.

LXXVII.

Reinholdus HENRICI.

DEn Achtb. Wohlgelahrt. und Reinholdo Henrici/ gebohren von H. M. Henrico Johannis Probsten zu Flensburg/ und Engel von Bargen/ wohlverdienten viertzig jährigen Collegen an der Schulen zu St. Johannis allhier/ Anno 1647. im 63. Jahre seines Alters/ und seiner lieben E. Haus Fraue/ der Tug. Anna Schumacherinnen an. 46. im 69. Jahr/ selig im HErrn Verstorbenen/ und allhier der fröhligen Auferweckung erwartende/ haben ihre Erben dis Ehren-Gedächtniß aufgerichtet.

IN TEMPLO D. CATHARINÆ.

LXXVIII.

THEODORUS MOLLER.
JOHANNES MOLLER.
JOHANNES MOLLER.

Felici memoriæ.

AMplissimorum, Clarissimorum V. V. V. D. Theodori Moller Senatoris & Camerarii hujus Reip. Anno noviss. temporis 1464. ipso die Jacobi Apostoli piè demortui, & Bekæ Brokehovedes conjugis, Anno 1470. 4. Sextil. maritum pari fato subseqvutæ Proavi & Proaviæ suæ atqve Johannis Moller Anno 1509. 5. Maji, & Catharinæ van Baden Anno 1520 defunctorum Avi atqve Aviæ S. & Johannis Moller Anno 1552. 4. Qvintil. atqve Elisabethæ van Hullen Anno 1540. 6. Sept. morte sublatorum parentum suorum & Margarethæ van Sprekelsen dulciss. conjugis suæ. Ao. 1565. in vigilia annunciationis Mariæ Virginis extinctæ.

LXXIX.

Henigk Bueringk.

AO. Dn. MCCCC. und XCVIII. do starff Herr Henigk Bueringk Borgemeister / des Mitwekens to Mitvasten/ den GOtt gnädig sie.

LXXX.

LXXX.

STEPHANUS KEMPE.

Ao. 1523. Venerabilis Dominus Stephanus Kempe purum Dei verbum annunciare incepit in monasterio Sanctæ Magdalenæ. Anno autem 1527. electus est in Pastorem Parochiæ S. Catharinæ ubi cum fideliter præfuisset annos 13. obiit anno 1540. die 23. Octobris & nunc cum Christo vivit.

LXXXI.

JOACHIMUS WESTPHALUS.

Disponente Deo, nomen mihi contigit aptum,
Ex humili fecit surgere namqve loco.
In cathedram statuit miserum de pulvere tractum
Contulit omne bonum gratiâ sola mihi.

Integer vitæ scelerisqve purus
Westphalus, sacris studiis dicatus,
Omne transegit spacium, sonando
Dogmata Christi.
Qvæ, suo verbo, Deus ipse nobis
Tradit, normâ stabili, seqvendâ,
Firmiter cunctis patriæ ut salute
Digna moneret.
Consulens promptus benè rexit armis
Spiritus sancti solidæ ligamen
Pacis illæsum in domino ut maneret
Tempus in omne.
Restitit monstris, vigilans, ferarum,
Ne gregem Christi species luporum
Falleret: Tentans animas inani
Perdere fuco.
Nunc pius Doctor fruitur sereno
Gaudio: celsi super alta cœli
Mens agit: corpus tumulo hoc qviescit
Post redivivum.

Doctrinâ, pietate, gravis, virtutibus, arte,
Judicio, præstans, integritate, fide.
HaC IaCet heV fiXa IoaChIMVs VVestphaLVs Vrnâ,
QVI, reX ChrIste, tVI Pastor oVILIs erat.
Tres & triginta sonuit feliciter annos
Eloqvio scriptis dogmata pura Dei
Lustra habuit vitæ bis sex & qvatuor annos
Cum placidè subiit regna beata patris.

1576.

LXXXII.

Christoffer Schöning.

ANno 1578. den 14. Aprilis ist seliger Herr Christoffer Schöning/ Bürgermeister zu Horsens in Dännemarck/ binnen der Stadt Hamburg in GOtt verschieden.

LXXXIII.

GEORGIUS WINSHEMIUS.

Epitaphium.

Præclaræ indolis summæqve ob doctrinam & Virtutem expectationis Juveni, Georgio Winshemio, filio carissimo, in Christo piè defuncto, inter gemitus qvidem & lacrumas,

mas, sed certa cum spe resurrectionis, scriptum & positum à Patre Vito Winhemio J. U. D. Cathedralis Ecclesiæ Hamburgensis Decano, Regis Daniæ & Udalrici Megapolensium Ducis consiliario.

Qvem mihi, Christe Deus dederas, mirâ indole, natum,
Depositum manibus reddo fidele tuis.
Utraqve qvem Pallas docuit, cum moribus, artes,
Fas & naturam, notitiamqve Dei.
Fratribus ingestu præluxit, ut esset imago
Obseqvii ante patrem, muneris ante Deum.
Cumqve ita vidisset doctum mors dira, putavit,
Pro juvene, annosum se rapuisse senem.
O spem, deliciasqve breves! mors invida natum
Dum petit, heu! fixit vulnere corda patris.
Vitis erat Vito mihi conjux; natus oliva.
Nunc Vitum viduum mors utriusqve facit.
Sed mortis solamen erit, qvod, care Georgi,
Lætus in amplexus restituère meos.
Omnis ut in Vivum vigilabat cura parentis:
Omnis in exstinctum sic reqviescit amor.
Obiit XI. XBris Anno CIↃ IↃ XXCV.

LXXXIV.

Bartoldt Beckemann.

ANno Chr. **** ist der Ehrenvester und Vornehmer Bartold Beckemann / dieser Kercken helligen Lichnams-Geschworn/ in GOtt dem HErrn seligklicken verscheden/ sines Olders im ** Jahr/ des Seelen GOtt genade.

Anno Christi 1598. den 15. Aprilis is de Ehrbahre und Dögetsame Frowe Magdalena Beckemans/ des weyland Ehrenvesten/ Hochgelahrten Herrn Nicolai Vogeler, J. U. L. und dieser Stadt Bürgermeister ehrliche Dochter in GOtt den HErrn seliglichen entslapen/ ehres Olders im 41 Jahre/ der Seelen GOtt genade.

LXXXV.

THEODORVS AB EITZN.

Sacrum memoriæ.

DNi. Theodori ab Eitzen, dignitate generis, ingenii & prudentiæ laude præstantis, Reip. Patriæ Cos. ordine senioris, prole & re familiare auspicatius ornati, cum in terris qvinqvaginta, in Senatu viginti annos vixisset, piè decedentis vidua honestiss. Gertrudis, liberi & generi hæredes immaturi obitus optimi parentis memores mœstiqve statuerunt. Dn. Theodorus ab Eitzen munere Senatorio XI. Consulari IX. annos perfunctus, CIↃ IↃ XCVIII. IV. Julii obiit. Gertrudis annos CIↃ IↃC.

LXXXVI.

PAULUS SCHULTEN.

Memoriæ

PAuli Schulten, Civis hujus urbis, viri ornatissimi, qvi pietate in Deum, beneficentiâ in pauperes, humanitate in omnes omnium ordinum approbationem promeruit, dum hujus sacræ ædis juratus indefesso labore & industriâ commissi officii munere defungitur, morbo attentatus, inter pias preces beato fine vitam in terris clausit anno ætatis suæ qvinqvagesimo secundo, conjugii vigesimo 4. à nato Emanuele 1599. 18. die Jan. Catharina Borcherdes mœstissima vidua optatissimo marito in luctu F. F.

LXXXVII.

CASPARVS MOLLERVS.

Sacrum

Sacrum Deo &

MEmoriæ Viri clariss. ac prudentiss. Dn. Caspari Molleri, qvi anno 1549. parentibus Dn. Vincentio Mollero hujus Reip. Senatore, ac Gertrude prognatus, postqvam in celebrioribus Germaniæ ac Galliæ Academiis aliqvandiu studiis operam navasset, horrendam effugiens lanienam Gallicam, inde in Britanniam trajecit, post domum reversus, anno Christi 1582. in Senatorium ordinem allectus, ac ab anno 1602. per sexennium præfecturæ munere in Ritzebuttel defunctus, Anno 1610. die 20. Decembris placidè in Christo, magno cum suorum luctu, obdormivit.

Hocce monumentum poni curarunt Lucia vidua, Petrus Moller J. U. D. Syndicus, Vincentius Moller J. U. L. Secret. filii & Elerus Efich gener, filiæ Gertrudis maritus, anno Nativit. Christi 1618.

LXXXVIII.

Berendt Santmann.

ANno 1611. den 26. Februarii ist der Achtbahre und Vornehme Berendt Santmann / weyland Börger allhier / und Geschwar der Kercken S. Petri / seliglich in dem HErrn entschlapen / sines Oelders im 61. Jahr.

LXXXIX.

PAULUS SCHEVRUS. PAVLUS TARSENSIS.

HÆc gemino Paulo Paulus monumenta reponit
Scheuri & Tarsensi, filioloqve suo
Cui dedit Hamburgum tumulum, cui Noricaberga',
Sanguine Patricio, vitæ elementa dedit,
Militis egregii exuvias amplectere, Christe.
Vivit enim cœlo, sanguine, Christe, tuo.

Nasc. A. MD XCIII. XII. Oct. Obiit A. MDC XIII. XI. Novembr.

XC.

BARTOLDUS BEKEMANNUS.

In Baptisterio.

IN honorem Dei Opt. Max. & ab eo acceptorum beneficiorum gratam memoriam hoc baptisterium suis sumptibus extrui & poni curavit Vir ampliss. ac prudentiss. Dn. Bartoldus Bekemannus, An. Christi MDCXIV. qvo ipso in Senatum allectus, primariam hujus sacræ ædis curationem, postqvam ei annos XIX. Max. cum laude præfuisset, & lege deposuit.

XCI.

ANDREÆ WISEN.

Dormitorium.

ANNO M DC XVII.

SEcurus moritur, qvi scit, se morte renasci;
Mors ea nec dici, sed nova vita, potest.

XCII.

DOMINICVS VAN VFFELE.

Ad cathedræ ingressum.

D. T. O. M. Ecclesiæ æternæqve memoriæ nobiliss. conjugum Dominici van Uffele & Mariæ, Hoon, in Dutzow Hæredd. qveis ortum Antwerpia hospitium Religionis Zelo migrantibus Hamburgum, fatiqve tandem evoluta serie sepulchrum D. Catharina dedit hanc qvâ sub humantur Cathedram pro tumulo LL. MQ. PP. liberi & affines Anno MDCXXXI. Obiit ille MDCXXIII. IV. Id. Jul. ætat. LXXXVIII. Hæc M DCX. III. Kal. Jul. ætat. LVI.

XCIII.

XCIII.

Weil Anno 1625. den 26. Februarii am Sonnabend Esto mihi, eine unerhörte Wasserfluht 3. und ein halb Qvartier hoch/ durch diese Kirch gegangen/ wodurch die Gräber eingefallen/ und sonst grosser Schade der Kirchen zugefügt/ daß der GOttes-Dienst in etlichen Tagen nicht hat können verrichtet werden/ als hat man/ solchen Unheil inskünfftige / vermittelst Göttlicher Hülffe/ vorzukommen/ die Kirche inwendig zu verhöhen für gut angesehen/ und ist darauf/ bey Zeiten Meino von Eitzen/ und Joachim Muhlen, als H. Leichnamb. durch Hans Albermann den Anfang gemacht/ und folgens durch Johann Baken und Joachim Twestrengen regierende Kirchgeschworne/ dieser Kirchen Verhöhung auf 5. Qvartier/ und was diesen Wercke anhängig/ durch GOttes Gnade innerhalb 6. Monat glücklich vollenzogen. GOtt wolle diese Kirche vor allem Unglück hinführo gnädig bewahren.

XCIV.

PHILIPPUS NICOLAI.

Sic erat in fatis, Doctoris membra Philippi,
Hac ut, Nicolai, contegerentur humo
Clausa sub hâc urnâ dormirent, Westphalus olim
Qva fragilis posuit corporis exuvias.
Fidus uterqve fuit, Catharinæ, Pastor in æde,
Incola sidereæ factus uterqve plagæ.
Extiterit qvantus Zelo pietatis & arte,
Edocuit scriptis Westphalus ipse suis.
Non minor hoc famæ non laudis honore Philippus,
O qvantis animi dotibus enituit.
Qvam pius: ingenio qvam dives: miles in agmen.
Qvam bonus hæreticum, magnanimusqve fuit.
Qvam facilis, qvam pacis amans, qvam mentis apertæ,
Qvam vigilis patiens ferre laboris onus!
O salve, meritis præstans, mihi carior ipsâ
Vita, sub tumulo, magne Philippe, tuo!
Optime fautor, ave! cœli fulgentibus astris,
Mutasti terras, optime fautor, ave!
Tempus erit, Christus qvo me tibi junget amore.
Et renovare sacrum tempus in omne dabit.

In amoris ad mortem usqve constantiam F. M. Georgius Dedekennus.

M. GEORGIUS DEDEKENNUS Archidiaconus ætatis suæ 64. & ministerii 38. annorum, mortuus est anno 1628. 29. Maji.

CXV.

GEORGIUS von der FECHTE.

Deo Opt. Max. Sac.

Georgius von der Fechte, Parentib. D. Georg. J. U. L. Senat. & Ursula von Duten A. C. 1599. 8. Idus Febr. natus, anno 1630. 4. Id. Jul. lectiss. Virg. Annæ Dn. Jacobi vom Holtze Senat. fil. matrimonio junctus, anno post 4. Id. Aug. placidè mortuus est. Vir in Deum pius, proximum officiosus, egenos beneficus, qvorum usibus destinatos reditus [exemplo opulentiorib. imitando] honestissima accessione auxit. Proinde hoc monum, qvod ult. volunt. sibi fieri cav. superstitum posterorumqve commendatur memoriæ.

XCVI.

Georg Dittmar.

Anno 1639. den 6. Junii ist der Ehrenveste/ Großachtbahr und Wohlvornehmer Herr Georg Dittmar Fürstl. Braunsch. Lüneb. gewesener Amtman und Zollverwalter zu Schnakenburg/ allhier in Hamburg selig in GOtt den HErrn entschlaffen/ und in dieser Kirchen den folgenden 9. Tag Junii Christlich zur Erden bestättiget worden/ seines Alters 55. Jahre; und hat ihm dieses Epitaphium seine hinterlassene Wittwe Barbara Gebhards zum Ehren-Gedächtnisse nachsetzen lassen.

XCVII.

XCVII.

PAUL FLEMING.

Grab-Schrifft über den seligen Ableben Hn. PAUL FLEMING, der Medicin Doct. und P.L.C. so in Christo sanfft allhie abgeschieden den 2. April. 1640.

HJer liegt der Teutsche Schwan/ der Ruhm der weisen Leute/
Der Artzney wehrter Sohn/ der wohlberedte Mund/
Dem noch kein Landsmann gleich hat reden je gefundt.
Was/ Leser/ er jetzt ist/ das kanstu werden heute.

XCVIII.

MEnsch/ schau was GOtt gethan/ darob man sich verwundert/
Da man geschrieben hat Ein Tausend und Sechs Hundert
Nach unsers HErrn Gebuhrt/ auch acht und viertzig Jahr/
Des Morgens um drey Uhr/ den funffzehn Februar.
Die schöne Spitz dies'r Kirch/ die Zierde dieser Landen
Und Ehren-reichen Stadt/ nach dem sie war gestanden
Nur fünff und viertzig Jahr/ fiel durch des Wetters Knall/
Und Windes Ungestühm den unverhofften Fall.
Doch GOttes weise Hand/ Krafft seiner starcken Worte/
Hat also sie gelegt/ daß an denselben Orte/
Der eng bewohnet ist/ verletzet ward niemand/
Daß Menschen Sinn und Witz nicht zu ergründen fandt.
Dis hat verhänget GOtt/ von wegen deiner Sünde/
Die eine Ursach ist so grosser Sturm und Winde.
Drum Danck und bitte ihm/ weil er viel Gnade hat/
Daß er bewahre fort Gemeine/ Kirch und Stadt.

XCIX.

JOACHIMUS PETERSEN.

In foraminibus Petræ qviesco.

JOachimus Petersen Juris Utriusqve Doctor & Reip. Hamburgensis Syndicus, Anno Christi MDCLVIII. ætatis XLVII. Junii die XXIII. piè defunctus & XX. Augusti sub hoc saxo repositus.

C.

Inscriptio Bibliothecæ.

COndit opes templi veras hæc Bibliotheca,
Doctrinæ sacræ continet illa libros.
Si pia qvis cupiat veterum cognoscere scripta:
Exhibet hæc varias Bibliotheca libros.

IN TEMPLO D. JACOBI.

CI.

In vestibuli australis latere qvod respicit orientem.

ANno MDII. ward gebauet dit Lickhuß dorch de Schwaren.

CII.

PAULUS GROTE.

CLarissimo Domino Paulo Groten Proconsuli hujus Civitatis, & Gertrudi Uxori ejus castissimæ, parentibus carissimis piè in Christo defunctis, avideqve cum omnibus fidelibus gloriosam resurrectionem in ipso expectantibus, liberi pientiss. memoriæ, honoris, & gratitudinis ergo P. fecerunt.

Dominus Paulus Grote Proconsul obiit Anno Dn. 1537. feriâ 7. post Epiphan. Domini. Gertrudis uxor ejus obiit anno Dni. 1541. die Purificationis Mariæ.

CIII.

CONRADVS PENNINGIVS.

Epitaphium.

CLariss. strenui & fortiss. Viri Dni. Conradi Penningii eqvitis aurati & militiæ præfecti.

Ardua militiæ qvi jura ferocis, & artes
Calluit, & qvo sint bella gerenda modo.
Qvi forti toties instruxit pectore pugnas,
Et dubium validi Martis obivit opus.
Qvi juvit toties, cum bello invaderet hostes,
Sternere victrici millia multa manu.
Conradus celebri clarus cognomine Penning
Inclyta Saxonici fama decusqve soli,
Humani generis communi victus ab hoste,
Hic jacet & tectum marmore corpus habet,
Aurea præclaris rebus calcaria gestis
Virtutis meruit præmia ferre suæ.
Qvam fuerit fidus belli præfectus & acer,
Anglica testatum reddere terra potest.
Gallia cum Belgis, cum sævis Dania Svecis.
Expertis Scotis astipulatur idem.
Hujus & auspiciis arcem prope nostra ***
Depulso mansit libera terra jugo.
Qvodqve levis minium vulgari in milite res est,
Noluit adversus belligerare Deum,
Sed pius & verbi divini verus amator,
Exemplo justi Centurionis, erat.
Cumqve diuturno conflixerat ante duello
Cum valido mortis robore stratus humi est.
Foriter oppetiens mortem victorqve per illam
Spiritus in Christi, vasit ad astra, sinum.
Lætus ubi Pœana canit de robore victo
Mortis, & Angelico gaudet adesset choro.
Anno M DLV.

CIV.

ANNA Krögers.

Epitaphium

PIæ ac honestæ fœminæ Annæ Uxoris Dni. Jacobi Krögeri hujus Parœciæ ministri, qvæ tribus cum filiabus unâ eademqve nocte in Christo piè obdormivit anno Dni. 1565. ætatis 27. conjugii 7.

Tecta sub hoc tumulo Conjunx jacet Anna Krögeri,
Qvi vigil hac Christi pascit in æde gregem.
Mitis erat, castiqve tulit tria pignora lecti,
Cum qvarta gelidam prole subivit humum.
Sed Christum est complexa fide, qva fortis in ipsa
Morte manens, vitæ dona perennis habet.
Rapta viro lachrymas desideriumqve reliqvit.
Qvod peperit pietas, nunc vetus auget amor.
Tres simul hic natas, comites in funere, charæ
Matris habet tellus, Mater & ipsa sinu.
Sic rapuit, nuptamqve Viro, natasqve parenti,
Sparsit ut hac, virus, pestis in urbe, suum.
At licet hæ propero raptæ sint funere terris:
Parta tamen Christi funere vita polo est.
Salvete, ô dulces animæ! qvæ pace fruentes,
His procul à turbis vivitis ante Deum.

Ne

Ne satis ista forent, Soror hic qvoqve Magdalis Annæ
Funere juncta pari, condita Virgo jacet.
Ante diem, longè qvæ vivere digna puella est,
Si qva cadit fatis, hæc cadit ante diem.
Casta puellarum decorat qvæ pectora Virtus,
Pectore in illius fulsit, in ore decor.
At sponso nunc hæret amans castissima, cujus
Justificâ cepit dona beata fide.

Pietatis, gratitudinis ac memoriæ ergo.
P. C. I. K.

CV.

Jens Becker.

ANno Christi 1582. den 17. Dag Aprilis is Jens Becker/ Herrn Adolphi Beckers / Rahtman tho Odensee in Fühnen Soene/ ut dissen Levende gescheden.

CVI.

ÆGIDIUS COIGNET.

Memoriæ

ORnatiss. Viri Ægidii Coignet Antverpiani, pictoris eximii & cum summis hujus temporis artificib. qvibus in Belgicis Provinciis & in Germaniâ, Galliâ & Italiâ familiariter innotuit, meritò comparandi, Anno CIϽ IϽ XCIX. XXVII. Xbris. in hac urbe piè demortui & in hac Ecclesiâ religiosè sepulti.

Magdalena mœstiss. vidua, & Juliana filia unica superstites cum lachrymis F. F.

CVII.

Wolter Wischert.

ANno Domini MDCI. den 2. Maji is der Ehrbahr/ Wohlgeachter / und Vornehmer Wolter Wischert von Abbedin uth Schottland bürdig/ und Börger in Hamborg / sines Olders im 72. Jahr sehliglich entslapen.

Anno Domini MDIIC. den 23. October. is de Ehrbahr / Wohldögetsahme Catharina Wischers/ sine leve Husfrowe/ ers Olders im 52. Jahr selig entslapen.

CVIII.

BERNHARDUS TEGGIUS. L.

D. Bernhardo Teggio J. U. L. V. Cl. qvi in nobiliorib. Germaniæ Academiis eruditæ doctrinæ palmam conseqvutus, cum Italiaam, Siciliam & Melitensem Insulam perlustrasset, in Patriâ Secretarii munere, diversis apud exteros Reges legationib. cum laude defunctus, in ætatis flore vix annum XLV. egressus, pio fine vitam in terris clausit, die XXVII. Octobr. Anno CIϽ IϽ CVI.

Cæcilia mœstissima conjunx & Andreas Teggius frater Germanicus in luctu & dolore P. C.

CIX.

JOACHIMUS MOLLER.

ANno MDCXVI. die Februarii XXVI. bonus & honestus Vir Joachimus Moller piè & placidè in Domino obdormivit.

CX.

Hans Lueders.

ANno 1616. am Himmelfarts-Tage ist der Ehrenvester und Manhaffter Hans Lüders/ bestalter Hauptmann der Stadt Hamburg/ im HErrn sanfft und selig entschlaffen/ seines Alters im 53. Jahr/ dessen Seele GOtt gnädig sey.

CXI.

JOHANN BEKHOF.

JOhan Bekhof, Ecclesiæ hujus juratus, & Elisabetha conjux ejus nata de Hertog, ut moriendo

riendo viverent, viventes fragilitatis suæ memores fuerunt, & non solum sepulchrum hoc hæreditarium sibi liberisqve suis in tempore compararunt, sed & tabulam hanc apposuerunt, non ob aliud, qvam ut perpetuò recordarentur summam esse sapientiam novisse Deum, summam felicitatem benè beatèqve mori. Anno MDCL.

CXII.

ANNA ELISABETHA SCUPPIA.

D. O. M. S.

JOhan Balthasar Scuppius Giss. Hessus, SS. Theologiæ Doctor, qvondam in Academiâ Marpurgensi Professor, & ordinis Teutonici Ecclesiastes, cum musæ bello intestino fatigatæ certatim ex Hassiâ fugerent, post varios utriusqve fortunæ lusus à S. P. Q. Hamburgensi ad Pastoratum Ecclesiæ hujus vocatus, nondum elapso primo officii sui anno, non sine ingenti luctu sub proximo saxo insignibus suis notato, sepelivit conjugem suam fidelissimam, pietatis omniumqve matronalium Virtutum laude cumulatissimam, Annam Elisabetham, celeberrimi Theologi & Polyphistoris Christophori Helvici, filiam unicam, qvinqve liberorum matrem, cui in pectore suo semper superstiti hoc nunqvam intermorituri amoris, non qvod voluit, sed qvod potuit monumentum mœstissima manu posuit, & tumulum ejus, non qvidem violis aut rosis, sed lachrymis, non semel conspersit.

Tu qvisqvis es qvi huc venis disce mori, disce inqvam benè mori. Nam in hac arte non licet bis errare. Si sapis, imo ut sapias, in omni vel actione vel dictione tuâ cogita, an hoc vel acturus vel dicturus sis, jamjamqve morti obvius?

CXIII.

Gabriel Wischert.

ANno Christi 1656. den 15. Nov. ist der Wohl-Edler/Gestrenger/Vester und Mannhaffter Hr. Gabriel Wischert/ Königl. Schwedischer gewesener Obrist-Lieutenant zu Pferde / und dieser guten und löblichen Stadt Hamburg gewesener Commendant, sanfft und selig von dieser Welt abgeschieden/ im 55. Jahr seines Alters/und der erbleichter Cörper den 23. Novemb. Christl. und rühmlich allhier in seine Ruhe-Kämmerlein gebracht worden. Dessen Seele und Cörper der liebe GOtt am jüngsten Tage eine frölicher Auferstehung verleihen wolle.

Sieh hier den tapffren Wisch/ der in so vielen Kriegen /
Von Jugend auf gedient/ und niemahls möcht erliegen /
Nunmehr vom bleichen Todt/als Würger aller Welt/
Der Seelen nach erhöht/ dem Leibe nach gefällt.

CXIV.

Ad Bibliothecæ introitum.

Amice mi

QVisqvis es vel qvi probior vel doctior è templo hoc egrederis, si Bibliothecam hanc nostram uno vel altero libello augere tibi volupe est, primam remunerationem à Deo expecta, alteram à gratâ posteritate, qvæ nomen tuum, si non cedro aut marmore, at saltem peculiari libro inscriptum videbit, & æternitati commendabit. Qværes qvid Doctores sint sine libris? Qvod libri sunt sine Doctoribus.

CXV.

D. O. M. S.

CUm seculò post Christum natum XVII. Germaniæ diuturno bello variis modis vastatæ aurea pax redderetur, Antistites & jurati Ecclesiæ hujus ædem hanc sacram novis subselliis aliisqve ornamentis amplificando novos verbi divini auditores invitarunt, ne post tot beneficia, aliis inter arma pereuntibus, accepta, accusari possint ingratitudinis, qvam Haggæus Propheta post captivitatem Babylonicam objecit populo Judaico. Tu sive hospes sive inqvilinus sis, qvi ingrederis S. P. Q. Hamburgensis in precibus tuis memor sis, ut terrestria sic respiciant nec cœlestia despiciant, sed Deum habeant terrâ mariqve placatum.

Si Deus pro nobis qvis contra nos.

CXVI.

O mors cur Deus negat vitam

Super

be te bis nos bis nam.

HActenus Inscrptiones à Nobilissimo Viro THEODORO ANCKELMANNO editæ; Qvæ deinceps seqvuntur, nunc primum prodeunt.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

CXVII.

JOACHIMI GODERSEN, Decani.

A & Ω.

JOACHIMUS GODERSEN, U. J. D. Hujus Ecclesiæ Cathedralis Decanus & Thesaurarius, natus Anno MDCX die 22. Februar. postqvam ad Ædis sacræ structuram perpetuos annuos reditus legavit, consensu Reverendi Capituli hunc tumulum vivus spe resurrectionis & vitæ melioris pro qviete ossium uxoris & suorum parari curavit; qvæ igitur condita ne turbantur, sed in magnum illum Censoriumqve mundi diem operta sint. Anno recuperatæ salutis MDCLXXIII. die XX. Februarii qværerat natalis. In Christo piè obiit Anno - - - Esai. Cap. 56.

Die richtig für sich gewandelt haben/ kommen zum Friede/ und ruhen in ihren Kammern.

CXVIII.

JACOBI KOHL, J. U. D.

D. O. M. S.

QVam sors vitæ & Virtutis sit varia, Viator, ex me disce, sum Jacobus Kohl, J. U. D. hic situs Friderici Kohl & Marci Willems vetusta ac honestissima apud Arensburgos cum Fratre Balthasare natus prosapia, ab his ad mercaturam bonarum artium per universas fere Europæ Athenas missi, nulli graves, nulli mali, omnibus accepti, mortuo illo vita mihi dura, ne dicam acerba fuit: cui dolori leniendo dum peregrinationes repeto, Angliam adeo, reqviem qværo, non invenio. Basilea summos Juris honores contulit. Dum plus ultra nitor, O calamitas, lex fati intempestiva & inevitabilis, octavum lustrum necdum ingressum absumit Anno CIↃ IↃCLX. Nonis Decembr.

Henricus Frater heu qvondam meus, amoris & mœroris mihi hoc monumentum P. C.

CXIX.

JOHANNIS SDHROETERINGII.

Æterno Deo sacrum perpetuæqve memoriæ.

VIri Nobiliss. Dni. JOHANNIS SCHROETERINGII Proconsf. opt. merit. patriæ patris veneranda canitie, sincera pietate, consiliis felicitate laudatiss. An. MDLXXVIII. Decembr. XIII. nati, parente Dno. Georgio XII. viro spectatiss. atqve laudatissima fœmina Anna Hartiges. Qvi sumpta toga varias provincias & regna maximè morum cognoscendorum ergo perlustravit, iis secum relatis, qvi in omni vitæ genere nunqvam non prodessent, patriæ redditus, cum se præbuit, qvem sperabant boni, hinc vario rerum usu, vitæ innocentia, dexteritate negotiorum clarum, civibus carum, exteris laudatum, Ampliss. hujus Senatus in suum ordinem cooptavit. An. MDCXXVIII. ubi prætura omniqve munere Senat. dexterrimè functus, sapientiam singularem, cum eminenti prudentia freqvens ostendit, animo magnus, promptus auxilio, sincerus affabilis, scelerum hostis ac vindex totis XXIX. annis & porro, & qvo anno hujus seculi 1667. Proconsul dictus, id fecit neqvid Resp. detrimenti caperet, donec senio fractus, qviescere tandem ab extremo morbo juberetur viduus, parens XI. lib. ex honesta Anna Hartiges ab anno 1614. & Lucia Tonnisen ab an. 1626. susceptorum (ultima ab 1645. conjux Cæcilia Varenholtz fuit ἄτεκνος) avus XXI. Nep. & XI. pronep. proavus. Ipsam mortem fide superans cum vix. an. 87. mens. 9. dies 19. de qvo id qverimur, qvod hic non fuerit immortalis. Superstit. unicus Joachimus Schrötering & qvæ supervivunt filiæ nepotes, Neptes P. F.

CXX.

THEODORI KERCKRINGII.

COnteſtor te & adjuro, tranſiens hac Viator ne Kerckeringii, nec ſuorum oſſa vexes, anguſte hic jacent, & qviete volunt præſtolari magnum illum diem. An. MDCLXXXIII.

Monumentum.

THEODORI KERCKRINGK ſuorumqve in dies perpetuos.
Siſte Viator gradum & me lapidem loqventem audi hoc
Teguntur tumulo Wolters ſuorumqve oſſa beatum qviete
Exſpectantia Reſurrectionem in die illo Magno.,
Anno MDCLXXXIX.

CXXI.

LANGERMANNORVM.

Sta Viator & mirare
Trinum perfectum in duobus LAURENTIIS &
Uno LUCA LANGERMANNIS, Qvorum *Primus* Duci Holſatiæ
Et Com. Schauemb. à Conſiliis & Eccleſ. hujus Senior:
Secundus J.U.D. Com. Pal. Cæſ. Reg. Dan. & Duc Brunſ. Conſiliarius
Et Eccleſ. hujus Decanus: *Tertius* J. U. D. hujusqve Eccleſ.
Decanus & Syndicus fuit, qva dignitate contentus.
Oblatos ſibi ab aula honores mereri maluit qvam accipere
Et cum ſuus vel potius afflictorum eſſet, alterius fieri noluit.
Mortis tamen eſſe debuit, hinc Atavo, Avo Patriqve ſuo
Hoc Monumentum poſuit Filia mœſtiſſima.

Tu Viator in Primo integritatem, in ſecundo gravitatem, in tertio modeſtiam, in omnibus Trinam perfectionem admirare & imitare, Lucas Langermannus Laurentii hujus Filius Natus An. MDCXXV. Octobris XVII. obiit An. MDCLXXXVI. Maji X.

CXXII.

JOHANNES ADOLPHVS KIELMANN De KIELMANSECK,

Dominus hæreditarius in Satrop, Holm, Obdorf, Cronshagen, & Bundsbull, Sereniſſimorum Scleſvici & Holſatiæ Ducum regnantium Divi olim Friderici, hodieqve Dn. Chriſtiani Alberti primum per VI. annos Conſiliarius Aulicus, hinc variis ad Imperatorum Comitia Imperii aliosqve Reges, Electores, Principes legationibus feliciter defunctus ad ſanctiora admiſſus conſilia & dignitate Cancellarii & Satrapiæ in Barmſtädt decoratus. Tandem Regiminis & Cameræ rationalis, nec non Reinbeck, Trittow & Mooriburcken præfectus declaratus: cum in hiſce functionibus annos XXXIV. & qvod excurrit non ſine moleſtia confeciſſet, vitæ qvidem, ſatur, mortisqve memor, ſed diei incertus, ne ab hac præveniretur, in ſui memoriam, ſuiqve qvod ſibi & poſteris ſuis in inferius concamerato ſepulchro competit aſſerendi hæreditarii Juris cauſa hancce exeqvialem aram extrui curavit Anno reparatæ ſalutis MDCLXX. ætatis vero ſuæ LVIII.

Dormitorium
Dn. JOHANNI ADOLPHO KIELMANNO de Kielmanseck Ædis hujus Cathedralis h. t. Præpoſito ſuisqve hæredibus Jure perpetuo conſecratum.
Obiit Hafniæ in Cuſtodia An. 1676. die VIII. Julii.

CXXIII.

MARIÆ ELISABETHÆ NIDERSTETIÆ.

D. O. M. S.

NEc in Saxis immortalitas eſt, nec à ſaxis, & meruerat tamen, ſiqvæ à monumento eſſe poteſt immortalitatem Virgo ſingulari in Deum pietate, virtutum cultu ſexum ſupra ætatem florentisſima,

MA-

MARIA ELISABETHA NIDERSTETIA.

Quæ cum elegantiarum quantum est honestarum scientia, verecundi oris decore, morumque suavitate incomparabili optimo se cuique commendasset, jamque Generosis destinata esset thalamis, fata votum interverterunt, mentem cœlum, Depositum suum recipit, Slesvicum ossa, ubi nata erat, Hamburgum, ubi de nata monumentum hoc servabit, hospitis olim amabilissimæ, quod tantorum desideriorum filiæ unicæ parentes ex jactura ista dolentissimi fieri hic curaverunt. *Burchardus Niderstetius* J. U. D. Sereniss. Slesvic. & Holsat. Ducis Regentis Consiliarius, & Maria Elisabetha Viri Clarissimi *Adami Olearii* Filia. Obiit XI. Januar. An. CIↃ IↃCLXXX. ætat. XIV.

CXXIV.

LIBERII WOLTERI.

Siste Viator gradum, & me lapidem loquentem audi. Hoc teguntur tumulo WOLTERI suorumque ossa, beata in quiete exspectantia resurrectionem in die illo magno. Anno MDCLXXXIX.

Monumentum LIBERII WOLTERI in dies perpetuos.

CXXV.

BERNHARDI CLAUSSEN.

Deo Opt. Max. Sac.

Bernhardus Claussen, J. U. D & Canonicus Senior, spe beatæ Resurrectionis, suis suorumque Cineribus hunc inviolabilem quietis locum fieri curavit A. O. R. MDCXCIX.

Hunc quicunque locum spectas, Te hominem esse memento
Perpetuoque volens vivere, disce mori.

CXXVI.

JO. GARMERI, JO. PLACCII & VINCENTII PLACCII.

Avo suo materno, Johanni Garmero, J. U. D. Syndico Patriæ suæ meritissimo, de facie, sibi solâ effigie hac: sed famâ optima toti Civitati notus.

Natus An. MD - - - Denatus An. MDC - - -

Nec non

Patri suo Carissimo, Johanni Placcio, Phil. & Med. D. Physico hujus urbis Primario, educatione piâ, liberis suis, beneficio multiplici, multis probatissimo, Nato MDCV. Denato MDCLVI. Ad mandatum sæpius iteratum Margarethæ matris suæ carissimæ, Natæ An. MDCI. Denatæ MDCXCIV. sepulchro ad dies perpetuos redempto, apponi per posthumos testamenti sui executores, curavit:

Vicentius Placcius, J. U. L. Patrii Gymnasii Prof. Publ.
Natus MDCXL. Denatus MDCXCIX.

CXXVII.

CHRISTIANUS SIGISMUNDUS WOLFIUS,

SS. Theolog. Doctor, Pastor & Lector in Templo Cathedrali Hamburgens. Natus Berolini MDC XXXII. die XII. Augusti Postquam absolvit studia Academica Wittebergæ & Rostochii, primum vocatus est Rector Parchemensis Scholæ Ducalis à Duce Mecklenb. Friderico Adolpho MDCLXI. Ab Electore Brandenburgico Friderico Wilhelmo Berolinum Diaconus in æde D. Nicolai MDCLXXIV. Cum extraordinario R. M. Svediæ Legato, Benedicto Oxenstierna Magnæ Legationis Concionator Aulicus Viennam abiit MDCLXXVI. Hamburgi Pastor & SS. Theol. Lector in Templo Cathedrali MDCXC. Regiæ Majest. Svediæ Caroli XI. Consiliarius Ecclesiasticus in Ducatu Bremensi & Verdensi constitutus, & Denatus MDCXCIX. Non. Maj. Ætatis Anno LXVI. cum IX. mensibus.

CXXVIII.

JO. MARTINI COLERI, J. V. D.

Perpetuo tutum, ac nulli violabile, vigore mandati Regiæ Majestatis Sveciæ, in Originali hîc Archivis Cathedralibus repositi.

Sta,

STa, audi, cave, qvisqvis es mortalis,
Ego lapis te dehortor qvasi animalis,
Ne subtus inqvieta Coleri qvieta ossa,
In hunc angustum angulum defossa.
Terram filiam in sinu fovet terra mater,
Dum collapsam restituet Deus Pater,
Et tritæ vitæ finis, pulvus atqve Cinis,
Vita est exilium, Mors exulum auxilium.
Mors sors mortalium, Naturæ bonum donum,
Qvippe à solo ad Polum redux init Patriam
Relictâ parte impurâ, purificatâ secuturâ,
Tuteergo qvi hinc abis, noxæ expres abi,
Qvin & priusqvam obis, lethi memor obi,
Viva enim omnia ceu bullæ sunt ac somnia.

ANNO MDCLXXXIX.

In lapide sepulchrali:

Kein Mensch soll diese Grufft entdecken/
Bis GOtt den Staub wird wieder auferwecken/
Und so du nun dawider thust/
So wisse/ daß du büssen must.

CXXIX.

ANDREÆ PAULI DE LILIENCROHN.

QVisqvis es Lector, Intuere Monumentum Illustrissimi & Excellentissimi Herois ANDREÆ PAULI DE LILIENCROHN, Toparchæ in Mariager, in Stornhamm & Hutten, Viri virtutis gloriâ supra sortem generis sui evecti. Lucem hic adspexit primum die I. Febr. MDCXXX. Bredstadii, parentibus ob mercaturam satis inclutis progenitus, qvorum ductu artium pietatisqve jactis fundamentis ad Gymnasium Hamburgense missus, elegantioribus Musis totum se dedit. Anno MDCXLIX. Rostochium Obotritorum, mox Lugdunum Batavorum salutavit, ibiqve finito studiorum cursu, Helvetiorum, Italorum Gallorumqve fines peragravit, tantamqve sibi conciliavit rerum prudentiam, ut ad summa Reip. munia obeunda natus videretur. Idcirco cum A. MDCLIV. in Comitiis Ratisponensibus Ordinis eqvestris splendore à Ferdinando III. Cæsar esset decoratus, domum reversus Havniam petiit, ubi A. MDCLVII. à Rege Friderico III. Judicii militaris Prætor Generalis constitutus, tanta fidei & dexteritatis famâ officium suum illustravit, ut dignus visus fuerit qvi A. MDCLXII. ad aulam Cæsaream missus primum Consiliarii & Residentis Regii, deinde Ablegati extraordinarii, & demum Oratoris Plenipotentiarii spartâ fungeretur. Hic ab indigenis æqve ac exteris ita est amatus, ut A. M. DCLXV. jure indigenatus in Dania & dignitate Eqvitum Ordinis Dannebrogii Auratorum à S. R. Majestate ornatus, A. M. DC. LXXIII. titulos atqve Privilegia Baronum sibi suiisqve Natis singulari Imperatoris gratiâ sit adeptus. Anno seq. Regnante Christiano V. Comitatus Pinnebergensis & Præfecturæ Segebergensis Satrapa, hinc Consiliarius Intimus & Cancellarius Havn. nec non in Ducatu Slesv. & Holsat. Cancellarius & Consiliarius Provincialis renunciatus est. Qvibus Officiis talem se præbuit, ut ex arbitrio Augustiss. Daniæ Regis Friderici IV. sanctioribus Regni Consiliis adhibitus, summa honorum fastigia adscenderit. Tandem sub finem sæculi post Christum Natum XVII. septuagenarius obiit maximo cum luctu Ecclesiæ, Reip. Familiæ, Bonorum omnium, relicta fortunarum Socia. Nobilissima omniqve virtutum ornatissima Heroina

ELISAB. DE LILIENCROHN N. DE WIELEN

qvæ hunc, memor Manium Mariti, posuit lapidem, una cum filiis, paternarum laudum æmulis IV. unicaqve filia Maternorum decorum Herede.

Discede Lector, & narra Posteritati pie defuncti Famam, qvam nulla delebit sæculorum oblivio, nec ulla unqvam silebit Vatum memoria, æternis debitam Annalibus.

CXXX.

CXXX.

MARIÆ HEVSSERIÆ.

Ehren-Gedächtniß

Der Groß Ehr und Tugend-begabten Frauen Mariæ Marthæ Gebohrne Deckerin/des Wohl-Ehrwürdigen Andächtigen und Wohlgelahrten Herren Roberti Heussers wohlverdienten Predigers zu Tetenbüttel in Eyderstät gewesenen Eheliebsten. Ist gebohren allhie zu Hamburg Ao. 1662. den 7. Aug. Verheyrahtet Ao. 1683. den 10. Septembr.. Gestorben zu Tetenbüttel Ao. 1684. den 8. Maji. Auffgerichtet von ihren Eltern Joh. Daniel und Margaretha Deckerinn.

IN TEMPLO PETRINO.

CXXXI.

ULRICI WINCKELII Consulis.

Honorarium Æternitati Winckelianæ
Sacrum
Heus Viator Tumulum hunc respice & Tumulatum suspice.

ULricus Winckel. J. U. L. & Consul Reip. patriæ emeritissimus. Hamburgi parente cognomine, cive suis in Ecclesiam Petro Paulinam meritis probatissimo natus An. 1575. die 30. Octobr. in gremio Musarum, Marpurgensium Coloniens. Altorfensium, Argentin. educatus Basileæ Corona Astræa mactatus, post peregrinationes varias in primis in Galliam in patriam reversus. Consiliarius Illustriss. Princip. Saxon. Inferioris constitutus, cumqve lectissima virgine Ursula Magnifici Theodori von Holten Consulis Reip. Hamb. emeritissimi filia conjugatus, & ex illa duobus filiis Theodoro & Ulrico Donatus, tandem Domi in patria cui natus erat, Senator, Prætor & ab An. 1624. summæ dignitatis Consul factus, atqve his functionibus, nec non legationibus peregrina in Regna & Principatus exteros pluribus, iisqꝫ satis arduis & molestis expeditis. Tandem cursu mortalitatis suæ benè absoluto An. 1649. die 15. Februarii, velociter feliciter irrecuparabili patriæ damno Denatus, cum vixisset 74. annos.

Heic jacet.
Tu transiens ossibus Tranqvillitatem precare
Anima jam abiit ad beatas sedes
Et dum stas Mortalitatem cogitans, hæc reputa
Mortaleis omneis fatali & inevitabili subesse legi voluit.
Solus qvi supra legem est Deus
ILICET.

CXXXII.

JOHANNES SCHULTE.

J. U. Licentiatus, Reipublicæ Patriæ in annos XXIX. Consul Gravissimus & XIX. postremis Senior Natus XIV. Decembr. Anno 1621. Patre Alberto XII. viro. Matre Gertrud à Fechte: Avo Johanne J. U. Licentiato & Patriæ Senatore Primario, Avia Anna Senatoris Alberti Oldehorst, Filia; Depositis fideliter in Schola & Gymnasio Patrio Liberalium Artium ac Disciplinarum Rudimentis, concitataqve, jam in adolescentia magna de se exspectatione, anno 1641. missus est à Parentibus optimis ad Academiam Rostochiensem ut prima ibi Jurisprudentiæ jaceret fundamenta: qvæ, per integrum postea Qvadriennium, Argentorati, sub Excellentissimo Germaniæ JCto. D. TABORE perfecit. Anno autem 1646. Basileæ absolvit, summos in utroqve Jure honores adeptus. Inde, perlustrata Gallia ac Batavia, Anno 1648. in Patriam reversus, matrimonium contraxit cum Nobilissima virgine, ELISABETHA REINSTORFFIA, nunc vidua Mœstissimâ. Ex qva VII. Filios & VI. Filias suscepit. Qvorum duo Filii Hieronymi & una Filia Elisabetha, in ipsa infantia; natu vero minima Filia Sophia, biduo ab excessu Beati Patris in puerperio extincta fuit. Ex felici isto optimorum Liberorum proventu, XXXI. Nepotes ac Neptes, IIXqve Pronepotes

 potes

potes ac Proneptes vidit Anno 1658. die xvi. Martii ab Amplisfimo Senatu electus est Reipublicæ Hamburgensis Secretarius, & post tres menses ad expedienda ejusdem negotia ad Protectorem Angliæ Cromwellium missus est, Anno 1668. die xx. Julii dignitas Consularis cunctis ipsi suffragiis est collata, in qvo summi honoris fastigio, anno 1672. Rendsburgum, atqve anno 1679. Pinnenbergam, Pacis cum Potentissimo Daniæ Rege Christiano V. stabiliendæ causa, cum aliis Amplissimi Magistratus Dnn. Deputatis ablegatus est Anno 1697. deficientibus sensim animi & corporis viribus, ex leviori morbo, cum octiduo ante mediocriter restitutus Consulare Præsidium in manus Magnifici Dn. Collegæ, more consueto resignasset, postridie, Calend. Martii piè ac placidè, in Christo Salvatore suo obdormivit, anno Ætatis LXXVI. Verus Patriæ Pater, orthodoxæ Religionis, ac Bonarum Literarum Assertor Constantissimus, Prudentia, Consilio, Rerumqve gerendarum dexteritate, nulli Piorum Antecessorum secundus. Cui ut pro ingentibus meritis, in æternum bene sit universa Civitas, uno ore comprecatur.

CXXXIII.

BARTHOLOI NICOLAI SCHAFSHAUSENII.

I. N. D. N. I. C.

Barthold Nicolaus Schafshausen, J. U. D. hat dieses Begräbniß No. 72. Krafft der mit der Kirchen An. 1686. Decembr. 21. aufgerichteten Contracts gekaufft / für sich / seine Frau und Kinder / unter dieser der Herren Vorsteher Verpflichtung / daß selbige nach des letztern Todt zugemauert / zu ewigen Tagen verschlossen bleiben / und nimmermehr wieder eröffnet werden soll. D. B.

CXXXIV.

D. JOHANNIS MULLERI.

Deo optimo maximo sacrum, æternæ memoriæ.

Reverendi Viri Dn. Johannis Mulleri Vratislaviensis S. S. Th. Doctoris, primum Wittebergæ per biennium Professoris Philosophiæ practicæ. postea pari tempore Luneburgi Pastoris & Inspectoris ad D. Michaelis, tandem in hoc templo Pastoris, Reverendi Ministerii Hamburgensis Senioris & Scholæ Inspectoris, qvi cum ultra XLVI. annos, voce & scriptis, religionis veræ antistes & propugnator, hostibusqve cœlestis veritatis formidabilis semper extitisset: ingressus hanc ædem, hora constituta suggestum petiturus, ipso Michaelis Archangeli festo, sed cum Ecclesia hymno ante concionem consveto, Spiritus S. gratiam imploraret è sacrario ambulare conantem retraxit animi deliqvium, & postqvam in domum suam deportatus, adhuc vivis, filio M. Hieronymo Mullero ad Div. Nicol. Ecclesiaste precibus & solatiis adsistente, spe plenus, ac fide in Christum placidè obdormivit, post horam nonam ante meridiem A. C. MDCLXXII. die XXIX. Sept. vixit annos LXXIV. hebdom. XVI. dies XI. Filii ac filiæ superstites, generiqve à parente & socero, cum lachrymis & omni reverentia hoc monumentum, P. C.

In effigiem Reverendi viri

Johannis Mulleri SS. Th. Doctoris.

Mullerum referunt hæc picta colore Johannem
De Cathedra eloqvi flumina qvando dabat,
Vox, ac forma perit, pereunt pictoris & umbræ
Fama viri æternum, non peritura manet.

Supremo honori Germani amici desideratiss.

M. Casparus Muller, verbi divini in hac æde servus.

CXXXV.

HERMANNI von PETKUM.

Vir plur. Reverendus Dn. M. Hermannus von Petkum Hermanni filius, Simonis Nepos, Anno reparatæ salutis M. DC. X. die XXIX. Junii Hamburgi natus illustriss. Frisiæ Orientalis Comiti Ulrico inde ab anno ætatis XXIIX. Anno Christi M. IOC. XXXVIII. usqve ad annum M. IOC. XL. à Concionibus aulicis, postea per qvadriennium Ecclesiæ Auricanæ Pastor. In patriam vocatus An. 1644. Ecclesiæ hujus Petro Paulinæ Diaconus & post III.

ferè

ferè lustra anno nimirum 1673.] Pastor ejusdem hujus Ecclesiæ constitutus. Tandem ætatis anno LXXIII. recuperatæ gratiæ LXXXII. die XXI. Dec. intra X. & XII. nocturnam morbo acuto affectus, hora seqventis diei pomeridiana I. suspiria inter ardentissima, placide in Domino obdormivit, ex conjuge Elisabetha Prætoria filiorum IX. & filiarum V. atqve ita XIV. liberorum parens. Memoriæ mariti parentisqve, uti de bonis omnibus, fide, studio, dexterrima muneris administratione, sic cura & affectu, qvam optimè de se meriti vidua mœstissima liberiqve superstites. M. Johannes Hieronymus, Anna viro plur. Rev. Dno. Georgio Jonæ Tonsori, Pastori Otterndorfiensi, Ecclesiarumqve Hadelensium Superintendenti nupta, & Dorothea, Elisabetha, Margareta, Catharina hoc monumentum P. C.

CXXXVI.

Deo Opt. Max. & æternæ Memoriæ viri

QVem Candor intemeratus & præclara in hanc & universam Ecclesiam merita non sinunt esse mortalem. Fuit is summe Rev Excellentiss. Amplissimusqve

DN. SAMUEL SCHULTZE.

S. S. Theol. Doctor, Venerabilis Ministerii Hamburgensis Senior, Ecclesiæ hujus Pastor & Scholarum inspector: qvi Eddelakæ in Ditmarsia M. DC. XXXV. D. XXIIX. Octobr. Juliani progenitus Patre Admodum Rev. Dn. Stephano Schultzio Ecclesiaste tum istius loci, postea Hamburgi ad S. Spiritum Pastore: Matre Barbara Sabelia, Hamburgensi. Adultus Studio Theologico se dicavit, consumpto in Academiis Witteberg. triennio, in Argentinensi Biennio, Hamburgum rediit & M. DC. LXVII. Ecclesiastes Heidæ tandemqve M. DC. LXXXI. Pastor ejusdem loci & Ecclesiarum Septentrionalis Ditmarsiæ Præpositus fuit constitutus. Postremo in Pastorem Ecclesiæ hujus M. DC. LXXXIII. d. IV. Nov. electus ejusd. Anni d. XXI. Sept. Doctoris Titulo ab Acad. Kilon. auctus est XXII. Jan. Anni seq. in officium istud immissus est. Hanc Spartam M. DC. LXXXIIX. coronatam qvasi vidit, cum in locum D. Davidis Klugii venerabilis Ministerii Senior Scholarumqve inspector declaratus fuit, qvibus muneribus maxima fide ac diligentia præfuit atqve inmortuus est A. O. R. M. DC. XCIX. d. XXX. Maji Juliani, postqvam vixisset annos LXIII. Mens. VII. d. II. Relicto ex conjuge præmortua filio unico

Stephano Schultzio. J. V. L.

Qvi hoc Pietatis Filialis etiam post Cineres Illibatæ monumentum patri desideratissimo F. F. M. DCC.

CXXXVII.

JOH. DASSOVII.

PLur. Rev. Clarissimus Vir Dominus M. Johannes Dassovius Templi Petro Paulini, cum viveret, Archi-Diaconus Theodori, annis XXXIV. Buxtehudensium Pastoris filius, Henrici annis XLVI. Lubecensium Pastoris nepos. Natus anno recuperatæ gratiæ M. DC. V. die XXVIII. Jan. munere divino auctus M. DC. XXXII. eodemqve anno connubium ingressus, filiorum IV. & filiarum III. qvorum liberorum IV. adhuc supersunt, Parens exoptatissimus cum jubilæum integrum annorum L. in sanctissimo officio, raro admodum exemplo, explevisset, cœleste jubilæum auspicatus gaudii & spei plenus Simeonis instar, ut cupiit, placide obdormivit anno M. DC. LXXXI. die VI. Sept. ætat. 76. 7. mens. 9. dies. cujus sempiternæ memoriæ, filii Nicolaus SS. Theologiæ Doctor ejusdemqꝫ in Academia Gryphiswaldensi Prof. ord. Consistorii Regii Assessor & ad D. Mariæ Pastor. M. Johannes, Pastor Kirchwerderanus & Theodorus in Academia Wittebergensi Poës. Prof. ord. & ling. orient. extraordinarius. Filia Anna Maria, generqve Joachimus Biester Phil. & Med. Doct. hoc testimonium qvalecunqve posuerunt.

Hâc facie fuit ille Dei venerabilis Heros,
Ille inconcussi Duxqve Paterqve gregis.
Qvi qvinqvaginta docuit Dassovius annos
Hamburgi Verbi dogmata salvifici.
Non moritur qvem longa tenent in tempora mentes,
Non moritur nostræ gloria prima domus.

CXXXVIII.

VINCENTII SCHLEBUSCH.

Vincent Schlebusch ist gebohren Anno 1618. den 14. Decembr. selig in den HErren entschlaffen Anno 1686. den 25. Decembr. Hat dieses Epitaphium nebenst der dazu gehörigen Begräbniß No. 107. Anno 1684. den 12. Novembr. gekaufft / mit Condition daß beyde anjetzo oben stehende sein und seiner Ehe-Frauen Wapen zu ewigen Zeiten unverändert bleiben sollen.

Renoviret Anno 1694.

CXXXIX.

ALBERTI MOLLERI.

Dero Hochfürstl. Durchl. zu Zelle Hertzog Georg Wilhelm / unter des Hochlöbl. Herren General Lieutenant von Chauveten Regiment de Cavallerie bestellter ältester Rittmeister der HochEdel-gebohrne und Mannfeste Herr Albrecht Moller ist gebohren im Jahr 1651. den 24. Aug. und von einer beym Ausfall aus dieser Stadt empfangenen Wunde gestorben Anno 1686. den 8. Sept.

CXL.

Sub effigie D. LUTHERI. Ao. 1603.

Pestis eram vivus, moriens tua, mors ero Papa.

Sub effigie JOH. FRIDERICI Electoris Sax. A. 1604.

GOttes Wort hab ich bekandt/
Darum must ich von Leut und Land.

JOH. MEINS.

GOTT zu Ehren/ der Kirchen zur Zierde / den Frommen zur Nachfolge hat im Jahr Christi 1696. dieses Gotteshaus (zu S. Petri) auf eigene Kosten von neuen repariren und auszieren lassen der Achtbahre Johann Meins, dieser guten Stadt Bürger und Handelsmann / aus Lübeck gebürtig. Seines Alters 83. Jahr.

CXLI.

Super Baptisterio.

D. O. M. S.

COnradus, Conradi filius, Oldenhorst, Patritius & Mercator hujus Reip. florentissimus primariusqve, in gloriam JESU crucifixi, Sacramenti Baptismatis recordationem, Templi hujus ornamentum, & sui recordationem hoc Baptisterium suis sumptibus erigi curavit. Mortuus Aō. Christi 1634. die 6. Sept. Ao. Ætatis 29.

Beati mortui qvi in Domino moriuntur.

IN TEMPLO NICOLAITANO,

In Choro.

CXLII.

GOTHOFREDI GESII.

Deo optimo maximo sacrum, & æternæ beatæqve memoriæ:

MAxime Reverendi Viri M. Gothofredi Gesii, primum Sereniss. ac Potentissimo Principi Christiano V. electo Daniæ & Norwegiæ Regi, per XIII. annos à Concionibus aulicis & Consiliis, deinde hoc templo per XXXIII. annos Pastoris & Venerabilis Ministerii Senioris gravissimi ac longe meritissimi An. Chr. CIƆ IƆ CVIII. die IX. mens. Augusti. Munchbergæ in Marchia Brandenburgensi honestissimis parentibus prognati, & patre qvidem Pastore, ac Præposito ejus loci. Anno vero CIƆ IƆC LXXIX. die I. Sept. vesperi circa tertium horæ octavæ Qvadrantem inter pia suspiria ac devotissimas preces placidissimo ac beatissimo obitu, non sine acerrimo suorum & totius Ecclesiæ desiderio denati. Postqvam, vixisset LXXI. III. hebdomadas & dies IV. Theologus sine fallaciis probus, & sine fuco

fuco integer, linguarum Orientalium peritissimus, in doctrina, sincerus & constans, heroico Lutheri Spiritu præditus, ordinis Venerandi semper decus. Vidua Catharina, Filius Jacobus Senatur Archusiensis, filiæ Angelica & Anna Catharina, generiqve superstites M. Johannes Philippus Tonsor, Pastor Superintendens Otterndorfiensis, M. Hieronymus Müller, hic ad Div. Nicolaum Archidiaconus, Nicolaus Schwanius Mercator: & Neptes Catharina M. Johanni zur Burg Archidiacono Altenburgensi elocata, & Catarina Snokia, monumentum hoc pos.

CXLIII.

JOHANNIS STEMANNI.

TU! qvisqvis es Viator, adsta paululum,
Ut constet icon cujus hæc sit, ea virum,
Annis gravem, vultu verendum en inclytum
Ecclesiæ doctorem: at esse maluit
Qvi talis usqve dicier qvam sic modo.
Hic voce suavis, memoria promptissimus,
Zeloqve prudens lustra per decem integra,
Mirare Lector, hanc & illam Ecclesiam
Qvæ est Havniæ, Germanicam, Sermonibus,
Perrexit, erudire Solertissimis,
Scriptisqve non vulgaribus: sed optimè
Docet, profecto, qvisqvis illa qvæ docet
Ipsus facit, sanctisqve Vitæ moribus
Suis præire, satagit, Auditoribus.
Proh! Qvantâ id ipsum semper ille præstitit.
Industria? qvam pulcher hic fidelium,
Typus fuit? Non apparatu testium
Hic magno opus: Vultum senis saltem inspice.
Frontemqve mentis indicem, sat exprimunt
Hæc illius prudentiam, modestiam
Candorem, & hujus seculi laudabilem
Contemtum, amorem nec minus Cœlestium
Sanctissimiqve Numinis reverentiam
Fuco carentem. Hinc ipsa credo cœlitus
Pietas humana si rediret forsitan
Ad Castra, vultus & viriles sumeret,
Hos induens se sisteret cum gaudio,
Qvo posset omnibus placere. Pluribus
Te, Lector, haud morabor; Ast nomen viri
Qvodnam, inqvis, est? STEMANNUS ille dicitur.
Hoc qvi legis memento qvæso insistere
Vestigiis tanti senis. Sic ilicet

Pl. Reverendo Clariss. Domino

M. JOHANNI STEMANN,

Ecclesiæ hujus Archidiacono An. 1676, Ætatis 74. piè & placidè obdormienti parenti liberorumqve novem, & Avo Nepotum 19. suo & fratris unici superstitis Joachimi nomine. L. M. Q. posuit filius

Justus Valentinus Stemann,

SS. Th. Licentiatus Pastor Regius Cronæburg. & Helsingoræ ad Hellespontum Danicum.

CXLIV.

DETLEVI BECMANNI.

Zum rühmlichen Andencken des Wohl-Ehrwürdigen/ Andächtigen und Wohl-gelahrten Hn. DETLEV. BECMAN.

Erstlich 7½. zu Itzehoe / nachgehends 3¼. Jahr allhier zu Hamburg an St. Nicolai Kirche getreuen eifrigen und Gottseligen Predigers/ welcher Anno 1645. zu Tundern gebohren / und An. 1684. den 18. Jul. in dem 40. Jahr seines Alters/ in dem HErrn JEsu sanfft und selig verstorben. Haben dieses Epitaphum aufrichten lassen/ einige durch seine Lehr und Leben erbauete Freunde.

CXLV.

JO. HENRICI HORBII.

WEr dis lieset / der mercke darauf:
Hier * liegt begraben ein Mann/
von dem man erst wird erfahren nach der Zeit/
was man nicht glauben wollen in der Zeit.
Herr Johann Heinrich Horbius,
welchem Anno 1645. zu Collmar im Elsas
der Tag Barnabæ das Leben/ und zugleich auch die Deutung gegeben/
was aus ihm werden würde;
Dieß erwieß sich/ als Er Anno 1671. nach Trarbach an der Mosel/
wie auch Anno 1679. nach Windsheim in Francken
zum Superintendenten/ und endlich Anno 1685. zum Pastore
an St. Nicolai Kirche in Hamburg beruffen ward.
Dieser letztere Ort war Ihm/ was Barnabæ Lystra,
aus welchem Er ging den 29. Novembr. An. 1693.
Und starb auf seinem Garten zu Schleem in diesem Kirchspiel
Anno 1695. am Tage Polycarpi.
So hat Er sein Leben mit eines grossen Lehrers Gedächtniß
angefangen und auch beschlossen.
Du Leser/ wer du bist/ richte Ihn nunmehro nicht/
Denn seine Seele stehet vor GOTTES Angesicht/
Der Cörpers Ruhe-Stätt aber / in sicherer Hoffnung der Auferstehung / zu bemercken /
haben seine Zuhörer dieses Gedächtniß Ihm aufgericht.

* *In Steinbek, uno ab urbe Hamburgo lapide, in Templo.*

CXLVI.

CHRISTOPHORI BLANCK.

GOtt zu Ehren/ und zum unsterblichen Nachruhm dem Seel. Herrn Hans Christoffer Blanck/ gebohren in Nürnberg Anno 1648. den 24. Dec. entschlaffen in Hamburg 1701. den 7. Maji, einen Liebhaber GOttes/ Vater der Armen/ und klugen Handelsmann/ der Geld und Welt verließ/ das Seine um dieses eine/ daß er für Koht/ was noht/ für Gold GOTT selbst erlangte / und mehr als Cent pro Cent mit Recht für sich gewonne/ der alles gab an GOtt/ dessen Diener und Armen/ damit er reich wurde und Schätze sammlete/ nicht auf Erden/ sondern im Himmel/ nicht für andere/ wie andere/sondern für sich selbst/ nicht auf kurtze Zeit / sondern auf ewig ; Hat dieses Denckmahl gesetzet/ die höchst-verpflichtete Danckbarkeit. Anno CIↃ IↃCCIII. den 22. Martii. Sein Gedächtniß bleibe im Segen.

CXLVII.

OTTONIS DE BRUL.

HEro Königl. Maj. von Franckreich / wie auch der löbl. Stadt Dantzig / und dieser berühmten Stadt Hamburg zu Roß und Fuß wohlbestalter ältester Major.
Natus 1608. den 13. Decembr. Obiit 1675. den 29. Novembr.
Otto von Brüll.

CXLVIII.

Sub effigie D. LUTHERI Ao. 1604.

DEs Papstes Lahr that ich vernichten/
Aus GOttes Wort die Wahrheit berichten.

IN

IN TEMPLO S. CATHARINÆ.

CXLIX.

NOn procul * Baptisterio Ara fuit ante ætatem B. Lutheri, cujus inferior pars tempore Reformationis Ecclesiæ, qvæ Hamburgi A. C. 1521. inchoabatur, remota est. Superior & elevata aræ illius pars cum suis valvis, ornamentis & sculpturis inauratis hodie adhuc superest. In illa legitur qvater: Help GOtt unde Maria. Addita sunt inferius hæc verba: Unse Geistlicke Vader/ Pawst Sixtus de Veerde/ heft dubbelt gemaket dat Aflat der Beede/ de men plecht tho lesen/ vor de Figuren sunte Gregorii, und heft dar noch twe Bede/ und twe Paster noster, unde twe Ave Maria, unde ene Collecte tho den vief Beden gesettet. Des Aflates is vertig dusent Jahr/ unde verteinhundert unde söventig Dage.

* Hanc Observationem debes Rudolpho Capello τῷ μακαρίτῃ.

CL.

DOrmitorium M. BERNHARDI WISE, in hac Ecclesia Verbi Divini Præconis, ejusqve Conjugis & liberorum.

Vivo, Christe, Tibi, morior Tibi, mortuus in Te
Exspecto Vitæ gaudia vera Tuæ.

CLI.

JO. CORFINII, D.

DEr weyland Wohl-Ehrwürdige/ Groß Achtbahre und Hochgelahrte Johann Corfinius S. S. Theol. Doctor ist Anno 1616. zu Rostock gebohren von Hr. M. Johanne Corfinio und Frau Elisabeth, Doctor Simonis Pauli Superintendenten Tochter. Anno 1639. ins Predig-Ampt und Anno 1649. zum Pastore daselbst erwehlet/ Anno 1653. aber zu dieser Kirchen-Pastorat gefodert/ und am 7. Junii eingeführet: welch Ampt er ausgerichtet/ als der Ertz-Hirte Jesus am Sontage Rogate auf der Cantzel ihn mit Kranckheit beleget/ daran er auch den 19. Maji, als am heil. Himmelfahrts-Tage Anno 1664. sanfft und selig entschlaffen/ seines Alters im 48. Jahr.

So war der sel. Herr Corfinius zu sehen/
Als weit des Künstl. Hand mit Farben gleichen kan/
Sein besser Bildniß bleibt in Vieler Hertzen stehen
Drin Jesus durch sein Ampt Gestalt und Licht gewann/
Jn Arbeit ward er kranck/ in Lehren starb er fast/
Und fuhr mit Jesu auf/ ein selger Hochzeit-Gast.

Hinterlassene Frau Maria Brauers/ Witwe und sechs Kinder/ Fr. Cathrina Elisabeth und Hr. M. Henrici Ellmenhorst Ehefrau/ Simon Johann, Conrad. Maria und Petrus. Welche ihren seligen Ehe-Herren und Vater zu Ehren dieses Gedächtniß verfertigen lassen Anno 1665.

CLII.

JODOCI CAPELLI.

Prov. X. 7.
Memoria Justi est in Benedictione.

JOdocus Capelle, per anagrammatismum, oculo Dei places: Jesum colamus.

Hic coluit Jesum, idem oculo placuitqve Jehovæ
Spectabitq; oculo, non pereunte Deum,
Hunc pietas candor, Doctrina scientia rerum
Commendant, ô qvam multa, Capelle capis!

Monumentum qvod cernis, viator, Venerando & Clarissimo seni Dom. JODOCO CAPELLO verbi divini in hoc Templo per annos XXXI. Ministro & celebris Dedekenni exoptato Successori, antea verò Scholæ Stadensis per An. VI. Rectori & in Insula Billuna per annos III. verbi divini Præconi, atqve ita ab anno Christianorum M. DC. XIX. adusqve M. DC. LX. per annos qvadraginta Christi in Ecclesia & Schola servo fideli dicatum est.

Is optimis parentibus & clarissimis Capellorum familiæ Majoribus natus & bene feliciterqve

citerqve educatus, solidæ pietatis doctrinæ & virtutis Cultor gregisqve sibi commissi non ore tantum, sed vita qvoqve & moribus exemplum eoqve nomine præclare meritus extitit.

Principium sui temporis Germaniæ nostræ Theologorum & Philologorum Orthodoxorum Gloriæqve Christi vindicum qvorum memoria optimo cuiqve & doctissimo Sancta est, per annos L. vel genuinus discipulus vel socius & frater in Christo & amicus certus qvandoqve etiam in laboribus & periculis consors.

Anno verò Christianorum M.DC.LX. M.II.d. XXVIII. H. post merid. II. A. Æt. LXVIII. fere finito curis & laboribus pro gloria Christi hominumqve æternâ Salute exant lætis, exhaustus, in Jesu suo, qvi ipsi in animo ore & oculis erat, qvotidie magno cum piorum & bonorum luctu, in qvorum memoria adhuc vivit, post verba EGO VIVO ET VOS VIVETIS, ipse vixit, flagrans æternæ vitæ desiderio obdormivit, & τῷ Ἰησοῦ animam, Sanguini ipsius emptam reddidit. XVII. post beatum ejus emigrationem anno, qvi Christianorum Epochæ M.DC.LXXVI. erat non procul à loco qvo terræ creditum corpus unionem cum anima gloriosam resurrectionem & vitam æternam exspectat, præsentam tabulam gratæ mentis & observantiæ ergo in Patrem de Ecclesia Christi, se qvoqve bene meritum, P.C. Superstes filius unicus

Rudolfus Capellus Hamburgensis S. Th. D. in Gymnasio patrio N. T. Gr. L. & Historiæ Professor P. & h. a. Rector.

CLIII.

DAVIDIS KLUGII, D.

HAc erat facie DAVID KLUG. Tilsâ Prussus, Doctor Theologus, totiusqve Reverendi Ministerii Hamburg. Senior. Qvem olim Symmystam in patris Solo Insula Mariana, Archipresbyterum, deinde Salfelda, post Superintendemtem, & Synedry Ecclesiastici Præsidem Elbinga, nec non Wismaria Pastorem, deniqve templum hoc ipsum per annos XXIII. vidit habuitqve. Natus est anno M.DC.XIIX. die juxta Calend. Gregor. XXIV. April, piè denatus An. M.DC.LXXXVIII. eodem pene, qvo natus, die, ætatis LXX. Conjugii XXXVII. muneris Ecclesiastici XLV. annis. Cujus beatissimis manibus Gratitudinis pariter & pietatis ergo, liberi utriusqve Sexûs & hæredes superstites hoc monumentum poni curaverunt. Ast ipse longe aliud, qvod nullis unqvam consenescet seculis, sibi infucata pietate, solida eruditione, prudenti orthodoxiæ Zelo, rara oris svavitate ac comitate in omnes insigni, vivens posuit, eaqve propter magnum sui desiderium piis auditoribus adeoqve omnibus bonis, liberis etiam luctum non elugendum reliqvit. Corpus vero mortale in hoc templo juxta Altare, ad exuvias dilectissimæ uxoris ante qvinqvennium circiter præmissæ, conditum reqviescit, spe futuræ resurrectionis lætissimæ, qvam cum electis omnibus desiderio desiderat.

CLIV.

ABRAHAMI HINCKELMANNI D.

F. D. T. O. M.

D. ABRAHAMO HINCKELMANNO

MAgno Divinæ & humanæ sapientiæ Lumini ac Columini, Pietatisqve & integritatis Spectatissimo Exemplo, Scripturæ ex Scriptura interpreti accuratissimo, ac Dei voluntatis Deligentissimo Scrutatori: Cum Döbelæ in Misnia natus, Wittebergæ Mag. Ph. renunciatus Primo Gardelegiensis Scholæ, deinde Lubecensis Gymnasii Rector, Postea ex Hammaburgensi ad Div. Nicolai Symmista creatus Kilonii S. S. Theol. Doctor Serenissimi Hessiæ Landgravii Concionator Aulicus Primarius, Consistorii Assessor Giessensis, Professor & Superintendens, indeqve Hamburgum revocatus ad D. Catharinæ Pastor primarius & Scholarcha. Tandem cum A. C. 1695. die II. Febr. Annorum XLII. & IX. mensium cum universa Rei Literariæ & Linguarum imprimis Orientalium, totius item Ecclesiæ & bonorum omnium ingenti damno luctuqve publico pie denatus esset, Monumentum hoc Vidua & Liberi ponendum curaverunt super loco ubi molliter ossa cubant, exspectantia animam è Cœlo Patriâ sua novissimo die reducem.

CLV.

CLV.

Hic qviescit cum Majoribus suis

D. PETRUS JUNCKER,

Ex antiqva Brabantiæ prosapia. Natus x. Nov. 1634. denatus 24. Febr. 1682. dehinc cum cæteris fidelibus sonum exspectat tubæ novissimæ.

CLVI.

Herr Johann Rentzel/ Rahts-Verwandter/ gebohren Anno 1576. gestorben 1657.

CLVII.

Herr Peter Rentzel/ J. U. L. Rahts-Verwandter/ gebohren Ao. 1610. gestorben 1662.

IN TEMPLO JACOBÆO.

CLVIII.

Herr JOHANN BALTHASAR SCHUPP,

Der Heil. Schrifft Doctor, und dieser Kirchen in 13. Jahr Pastor, ist gebohren in dem Jahr der Christen 1610. zum Pastorat dieser Kirchen beruffen 1649. und selig verschieden 1661. Desselben rühmlichen Gedächtniß zu Ehren/ hat dieses verehret Nicolaus von Bäseler im Jahr 1676.

CLIX.

CASPARIS MAURITII, D.

D. O. M. S.

VEnerabilis Dn. Casparis Mauritii Tunderensis, S. Th. D. qvi cum initio per xviii. annos in Academia & Ecclesia Rostochiensi, Philosophiam & Theologiam qvam dexterrime esset Professus, ac hostes Evangelicæ veritatis, habitis atqve editis luculentis Disputationibus, acriter refutasset, summos interim ejusdem Ecclesiæ honores consequutus deinde per xiii. ferè annos hanc Ecclesiam magno cum Zelo & fructu docuisset. A. C. MDCLXXV. prid. id April. optata toties Euthanasia ex hac vita discessit, anno ætatis LXI. relicto apud universam civitatem, maximeqve auditores suos ingenti desiderio, singulariqve pietatis ac probitatis fama. Debitæ observantiæ causa, qva Pastorem de hoc grege suo optime meritum vel post fata prosequuntur, hoc qvalecunqve monumentum posuerunt templi hujus Curatores.

In lapide sepulchri ante Altare.

DOrmitorium Dn. Caspari Mauritii S. Th. Doctoris & Pastoris hujus Ecclesiæ per annos XIII. qvi erat Epochæ Christianorum M. DC LXXV. emigravit, & animam Christo reddidit magno sui desiderio relicto. Ejusqve per annos XXXI. Conjugis optimæ Catharinæ Mauritiæ VII. liberor. matris, qva anno ætatis LIII. biduo post maritum in Christo expiravit, eodemqve funere elata, hic Condita est.

CASPARUS MAURITIUS, der Heil. Schrifft Doctor von Tundern aus Schleswig/ anfänglich zu Rostock ins 18. Jahre Professor, Pastor und Superintendent, nachmahls ins 13. Jahre Pastor dieser Kirchen/ist selig im HErrn entschlaffen den 14. Aprilis An. 1675. im 61. Jahr seines Alters/ An. 1676. haben einige seiner Zuhörer dis Epitaphium verehret/ zum stets-währenden Andencken des Herrn Pastoris.

CLX.

D. ANTONIUS REISERUS AUGUSTANUS,

Natus A. Ch. CIↃ IↃC XXVIII. Non. Mart. primum Schemnizii in Hungaria per VII. annos Ecclesiastes Evangelicus. Postea Posonii Decanus & Pastor Primarius in Annum XIII. Inde post toleratos fœtidi carceris sqvalores, cum ab acerbissimis veritatis Evangelicæ adversariis intentatum præter omnem culpam capitis supplicium divino nutu evasisset,

qvod tamen lætus exspectaverat, relicta multorum numorum Bibliotheca & omni alia supellectile, cum gravida uxora & IV. filiabus in exsilium pulsus, in illustri Patriæ Gymnasio vacantem forte Rectoratum per triennium obiit. Hinc Oringiæ in Comitatu Honenloico III. annis Pastor Cathedralis. Postremo Hamburgi Evangelicæ Orthodoxæ tesseram tum viva voce tum luculentis scriptis ad D. Jacobi Pastor vigilantissimus in annum VIII. singulis his in locis Confessionem Augustanam genuinam illam ad extremum vitæ spiritum acerrime propugnavit, donec tandem A. C. CIƆ IƆC LXXXVI. III. Kal. Maji fractus infinitis curis ac laboribus tanqvam bonus miles JEsu Christi ex ardentissima febri placide in eodem exspiravit, cum annos ætatis suæ LVIII. & II. Menses in ærumnosa hac peregrinatione transegisset. In memoriam Theologi doctrina & vita non culpati suis sumptibus poni curavit

BERNARDUS KROP.

CLXI.

JOHAONNIS JÆGERI.

MEmoriæ Reverendi Viri Dni. M. Johannes Jægeri Hauseldiæ Thuringi, qvi cum Spartam sacram magna pietate ac industria in universum annos 55. in hac vero Ecclesia Jacobæa, usqve in annum 50. ornasset, atqve hac ipsa functione senio confectus esset Anno 1667. die 20. Sept. inter auditorum suorum lachrymas è suggestu se abdicavit, & in Christo placide obdormivit An. 1668. die 29. Jan. ætatis suæ 83. Hæc ara exeqvialis, qvam liberorum pietas extorsit, fuit consecrata.

CLXII.

Vir Reverendus M. JOACHIMUS SCHULTZ,

Archi-Diaconus Natus Treptoæ ad Regem in Ducatu Pomeraniæ, Anno reparatæ salutis MDCXIV. die XIII. Augusti. Ad sacrum munus in æde hac Jacobea obeundum die II. Augusti an. MDCXXX. XIV. electus, qvo postqvam per XXXVIII. annos summa Cura & vigilantia functus, die 27. August. qvi erat Dominica XI. Trinitatis inter 7. & 8. matut. placide obdormivit, An. MDCLXXXII. ætatis suæ LXVIII. Fidissimo Conjugi & optimo parenti amoris & obseqvii testandi ergo monumentum hoc posuere vidua & hæredes.

CLXIII.

GERHARDI HINSCHE.

VIr plurimum Reverendus atqve Doctissimus Dn. M. Gerhardus Hinsche, natus Hamb. die VII. Junii CIƆ IƆC LII. vocatus Ecclesiastes templi hujus D. XXIII. Novembr. CIƆ IƆC LXXXIV. junctus matrimonio Julianæ Elisabethæ Beccelers die III. Augusti CIƆ IƆC LXXXV. defunctus die X. April. CIƆ IƆC LXXXVIII. & in Beati avi materni Viri plurimum Reverendi Dn. M. Johannes Jægeri Symmistæ Jacobæi, vicino huic dormitorio, Conditus, lætam cum omnibus piis resurrectionem exspectat, Memoriæ desideratissimè Conjugis Mœstissima viduæ. P. C. CIƆ IƆC XC.

CLXIV.

CASPARIS PETRI HULSEMANNI.

VIr Admodum Rev. Ampl. atqve Doctissimus Casparus Petrus Hulsemannus, Bremæ 1647. die 3. Apr. natus Anno 1675. Triburgensium ad Albin evadebat Pastor, indè vero anno seqventi 1676. Hamburgum divino jussu vocatus Jacobeæ diœcesis constituebatur Diaconus An. 1677. d. 29. Maji cum lectissima virgine Caspari Mauritii, laude nostra Majoris filia, pacificum fœcundumqve iniit conjugium: verum hujus impigri atqve pervigilis Archi-Diaconi Ministerio paucissimos tantum annos dicta Parœcia gaudere potuit, qvippe qvi An 1692. d. d. 16. Nov. è statione laboriosissima, in Patriam ab omnibus molestiis vacuam est evocatus.

CLXV.

In turri Jacobæa.

BEy Zeiten Hn. Detlef Brase/ Hn. Hans Christopher Weißbach / Leichnams-Geschwornen/ Hn. Christian Ziggra/ Hn. Johann Christian Band / Kirchgeschwornen / ist dieser Eck des Thorms renoviret An. 1699.

CLXVI

CLXVI.

In Templo Jacobæo.

ALiqvot passibus à baptisterio in parte occidentali, ubi olim fuit Ara qvædam, aureis scriptum literis legitur:

Welck Minsche hirvor spricht söven Pater noster un Ave Maria, mit den söven Beden/ vordeent vertig dusent unde vertig Jar/ und söß un vertig Dage.

CLXVII.

Super foribus TEMPLI VETERIS MICHAELITANI.

ANno 1605. is disse Karcke van Sant Nicolai gebuwet: Und in Anno 1678. von S. Nicolai an S. Mich. Kirche gekaufft und bezahlet.

IN TEMPLO MICHAELITANO.

CLXVIII.

JODOCI EDZARDI.

D. O. M. S.

Adm. Rev. & clarissimus Vir.

DN. M. Jodocus Edzardi Glaneus, Autor hujus templi & primus Pastor, cum Ecclesiæ huic summa fide, dextraqve dexteritate per XL. annos præfuisset, & raro exemplo per Spiritus S. gratiam, Turcam, Æthiopem, Judæos non paucos multosqve alios ἀντιδιατιθεμένους Christo Salvatori suo lucrifecisset, hic ante altare cum fidiss. conjuge Barbara Graveleja resurrect. exspectat ab anno Dn. 1667. 24. Martii. ætat. LXXII.

Parent. opt. mer. pos. filius Esdras Edzardus S. Th. Ltus.

Haggæum spectas & nostri temporis Esdram,
Hic templi primus Pastor & Autor erat.

CLXIX.

JOHANNIS SURLANDI.

D. O. M. S.

Vir plur. Reverend. & Clariss.

Dnus. JOHANNES SURLANDUS

Ædis hujus Ecclesiastes primarius, natus Hamb. An. CIϽ. IϽC. XVI. die 25. April. vocatus unanimi omnium consensu An. CIϽ. IϽCL. die 4. Aprilis huc ad munus Ecclesiasticum, cum per biennium in aula Sereniss. Holsat. Principis Rodwicensi à Sacris concionibus fuisset, qvibus muneribus, magno cum successu & applausu satisfecit. Donatus CIϽ. IϽC. LXXVII. die 8. Junii ætati annis LXI. Ministerii XXVIII. expletis. Hoc monumentum mœstiss. vidua Anna Margaretha, Joh. Bokelii Med. Doct. filia cum II. ex VII. susceptis Superstitibus filiis P. C.

Auf die Arbeit folgt der Lohn/
Dort ein unverwelckte Kron.
1678.

CLXX.

Memoriæ & Honori

JOHANNIS WINCKLERI

Homburgi primum in Hassia Diaconi 1672. deinde Braubaci ad Rhenum Pastoris ac Metropolit. 1673. post Darmstadi Concionatoris Aul. ac Consist. Adsess. 1676. tum Ecclesiæ Aug. Conf. Manhemi in Palatinatu Pastoris 1678. porro Wertheimensis in Franconia Superintendentis 1679. deniq. Hamburgi ad S. Michaelis Past. ac Scholarchæ 1684. & Rev. Ministerii ab anno 1699. Senioris.

Viri ingenio magni, eruditione ac doctrina excellentis, in religione sinceri, in scripturæ S. interpretatione feliciss. in erudiendo populo disertiss. in adserenda adversus hostes veritate constantiss. in redarguendis seculi vitiis graviss. in obeundo munere suo indefessi, vitæ sanctimonia morumq. integritate venerabilis

Theologi per universum orbem Evangel. celeberrimi & de hac Ecclesia meritissimi
Mariti sui Patrisq. qvondam kariss. nunc eheu desideratiss.
Qvi
Prope Grimmam Misniæ A. C. CIↃ. IↃC XLII. Jul. XIII. natus
Cum vitam à prima ætate ærumnis plurimis maximisq. expositam ad annos LXII. menses
VIII. dies XII. produxisset animam fidelem Deo servatori suo reddidit
Hamburgi die V. April. A. C. CIↃ. IↃCC. V.
P.
Relicta mœstissuma vidua
JOHANNA WINCKLERIA nata KUGELMAN.
cum liberis mœrentibus.

CLXXI.

JOHANNIS BVTNERI.

Deo vivorum & mortuorum opt. max.

V. C. JOHANNES BUTNERUS, Görlic. Lusat. Med. Ltus H. S. E. Johannis Butneri & Ursulæ Mulleriæ fil. qvi lustrata Germania, Italia, Belgio, Hamburgum redux A. C. M. DC. LXII. VII. Idus Sept. ad ostium Albis nave fracta insperatam mortem, & primo ad littus tumultuarium tumulum, & huc translatus digniorem invenit. Factum crudele esset nisi Deus fecisset, & hoc ipso etiam beasset. Vixit annos XXXI. d. XV.

Joh. Stephani Pharmacop. Goerlic. Vitricus & Mater Ursula in mortuum ac vivum fil. cum acerbissimo luctu H. M. P. curarunt Hamburbi Andreas Schultetus J. U. D. Jac. Tacqvet Pharmac. Hamb. Joh. Butneri patruelis. An. M. DC. LXIII.

Auf dem Grabe-Stein:
Dis ist die Ruhe-Kammer
Hr. Johann Buttners von Görlitz Med. Licent.
welcher blieb durch Schiff-Bruch vor der Elbe
den 7. Sept. Morgens umb 9. Uhr im Jahr 1662.
Unverhofft doch selig
Seines Alters 30. Jahr.
Das Wasser tödt den Leib / die Erde deckt ihn hier /
Der Himmel hält den Geist / die Nach-Welt seine Zier.
Durch Vetterliche Vorsorge
Hr. Johann Stephani Apoteck. zu Görlitz gesetzet.

CLXXII.

MARIÆ OPPENBVSCHIÆ.

Das Mägdelein ist nicht todt / sondern es schläfft. Matth. 9.
Deo nutrit gratias
Et conjug. dit. Mariæ Oppenbuschiæ
Fœm. Laud. nulli pio exosæ A. Æ. 29. P. D. E. F.
Gr. mem. Filiolæqve Annæ Mariæ A. Æt. I.
denatæ dotem exsol. P. H. F.
M. Michael von Oppenbusch
V. D. M. A. 1674.

In Lapide tumul.

Terra tegit terram, saxumqve hoc contegit ossa
Oppenbuschiadum ne turba turba qvietem
Viva horum nam sunt Christiqve cruore sacrata
Ejus & ad vocem certo revirescere sperant

Kommt her ihr gesegneten meines Vaters / ererbet das Reich / das euch bereitet ist.
Sic Numine factum.

CLXXIII.

GERTRUDÆ ANNÆ BREYERIÆ.

Vir-

Virgini Gertrudæ Annæ genitæ Breyeriæ, qvæ non minus pietatis laude insignis, qvam virtutum splendore spectabilis fuit; postqvam vero ætatis annos XIII. menses XI. & dies XII. summa cum hominum admiratione & gloria sui adimplevit an. M. DC. LXXV. die XXI. Octob. amplexibus cœlestis sponsi excepta, cœlum cum terra feliciter commutavit. Hoc nominis immortale decus tam in honorem Dei, qvam in vitæ modestæ memoriam hic publice in Æde D. Mich. juxta tumulum reconditi corporis apposuere carissimi Parentes Dietericus Breyerus, & Anna Jurgens. à Deo vicissitudo.

Merck Leser / dieser Stein der Breyer Leiber deckt /
Sie werden wiederum durch Christi Stim erweckt /
Was nun verdorben ist / das wird dann neu gebohren /
Weil es durch Christi Stimm zum Himmel ist erkohren.

CLXXIV.

Vexillo serico inscript. & suspensum.

Hero Churfürstliche Durchleuchtigkeit zu Brandenburg bestellter Kriegs-Raht / General, Obrister zu Roß und Fuß / Hr. Caspar von Potthausen / Erbgesessen zu Gottersdorff rc. rc. ist gebohren den 7. Dec. 1600. und selig in Christo verschieden den 12. Nov. dieses 1663. Jahres.

CLXXV.

Hero Königl. Majestät zu Schweden bestellter Obrister / auch bey dieser berühmten Stadt Hamburg über dero Saldatesca in die XVIII. Jahr gewesener Commendant, Hr. Johann von COPPII, auf grossen Sara / klein Sara / Dittersdorf und Schuditz / gebohren 9. Mart. An. 1603. gestorben 16. Januar. 1676.

CLXXVI.

Her Wohlgebohrne Reichs-Freyherr HEINRICH von DELWICH, ist An. 1620. den 15. Sept. aus den uralten adelichen Hause der Delwichen gebohren / und anfangs seinen mänlichen Jahren bey Königen und Respubliqven mit erworbenen General-Lieutenants-Charge eine geraume Zeit sehr rühmliche Kriegs-Dienste verrichtet / endlich bey herannahenden Alter hat er sich in der löbl. Stadt Hamburg An. 1692. als General-Lieutenant und Ober-Comendant in Diensten begeben / und die Zeit bis An. 1696. den 7. Jan. da ihm der höchste GOtt aus dieser Welt abgefordert / Christl. sein Leben geendiget / seines Alters im 66. Jahr.

CLXXVII.

In suggestu.

HIERONYMUS Schnitger / 1666.

CLXXVIII.

IN TEMPLO S. JOHANNIS.

Prope fores, in parte Australi, imago vetus exstat in qva MARIA ad CHRISTUM:

Söne / se an mine Brüste / vorbarm dick awer den Sünder / du Hemmel-Vörste.

CHRISTUS.

Vader / dorch minen Dot / ick bidde vor des Sünders Not.

CLXXIX.

GABRIEL ENGEL.

Herr Michael Engels und Fr. Elisabeth de Dobbelers aus Braband
Ehe-leiblicher Sohne /
welcher
Anno 1592. den 24. Augusti in Hamburg gebohren /
Und nach vielen Reisen auch fleissiger Ubung in der edlen Perspectiv-Kunst /
worinnen er grosse Beliebung gehabt /
Anno 1621. den 5. Junii mit Junfr. Hannen / Hn. Peter Cornelissen
Eheleichen Tochter / sich verheyrahtet /
und in währender friedlichen Ehe
Vierer Söhne und sechs Töchter Vater /
Endlich Anno 1654. den 30. Augusti dem Geiste nach recht verengelt /
Dessen Cörper aber in St. Johannis Kirchen allhier beerdiget worden.
Haben seine nachgelassene Fr. Wittwe und Erben dieses Epitaphium,
Bevor aber dem Schöpffer aller Engel zu Ehren
setzen und aufrichten lassen.

IN

IN TEMPLO S. MARIÆ MAGDALENÆ

CLXXX.

Adolphus IV. Graf zu Schauenburg und Holstein / der Anno 1227. Niedersächsischer General / und den Sieg erhalten / darauf sein Gelübde nach / St. Johannis und Maria Magdalenen Kirche und Kloster allhier hat erbauen lassen. 1239. den 13. August. zu Mar. Magdal. Kloster Franciscaner Münch worden / 1224. zu Rom / in Priesterl. Orden zu treten / Freyheit erhalten / 1261. zum Kiel gestorben / und im Kloster der Franciscaner begraben / welches wir der Welt hiermit zum ewigen Gedächtniß kund thun wollen.

CLXXXI.

PETRI SCHELE.

VIR Plurimum Reverendus & Præclariss. Dn. Petrus Schelæ, Prezia Holsat. hujus Ecclesiæ Pastor. Cum sua Dilecta Elisabetha B. Johannis Rheneri Rectoris Husensis filia gloriosam JEsu Christi ad Judicium Manifestationem hic expectat.

Anno 1685.

Vigilio, Evigilio.

CLXXXII.

Sub effigie D. LUTHERI.

Magnus non est Cui Martinus Lutherus non Magnus

Sub effigie MELANCHTHONIS.

Philippus Melanchthon, Communis præceptor Germaniæ.

IN TEMPLO S. SPIRITUS.

CLXXXIII.

Ad suggestum.

Als Hinrich Elmenhoff war der Bürger Capitain,
Des Hopfen-Marckts / wie auch der Neuenburg Gemein:
Beschloß er / diese Kirch / nebst seinen Officiern /
Mit diesem Predigstuhl freywillig auszuziern:
Als aber er entschlieff / hat / wie sich denn gebühret /
Bald Albert Lüders drauf das gantze Werck vollführet.
GOtt lasse immerdar sein seligmachend Wort
Erschallen kräfftiglich von diesem heiligen Ort.

CLXXXIV.

STEPHANI SCULTETI.

Schulteti facies, vita, & doctrina, supernum
Testantur Genium, suspice, talis erat.

Vir plurimum Reverendus

Dn. M. Stephanus Schultetus, Natus est Hamburgi Anno Æ. Chr. 1603. die 9. Aug. Post officium decenne in Dithmarsiâ, per XXXIII. annos hinc Ecclesiæ qvæ ad Spiritum Sanctum colligitur, fidelissimè, Spiritus Sancti gratiâ præfuit. Rude donatus est Anno 1674. Denatus piè in Christo Anno 1675. d. 19. Decembr. circa horam 12. Verspertin:

Cui

Hoc, qvicqvid est Epitaphii, matris & sororum nomine posuit,
Filius uterqve
M. Samuel Schultetus, Heidæ in Ditmarsia Ecclesiastes, &
M. Petrus Schultetus, Hamburgi ad D. Catharinæ Diaconus.

CLXXXV.

In der Heil. Geist Kirche am Pfeiler beym Chor.

1664.

Hat Hermann Rentzel/ Ober-Alter/ in seinem præsidirenden Jahr/ GOtt zu Ehren/ der Kirchen zur Zierde/ vorstehende 23. Gemählde und 4. Portalen sub No. 1. à 27. verehret.

CLXXXVI.

In S. Gertrut Capelle.

AO. 1391. am Aende. Johanes des Dopers. is de erste Sten tho den Fundamente disser Capellen gelecht. Aō. 1580. is se wedderum gerepareret/ und de erste Sermon darinn gedan am Donnerdage na Quasimodogeniti, dorch Heren Jacob Krögern.

CLXXXVII.

Daselbst unter der Orgel.

AO. 1699. bey Zeiten Ihr. Magnificentz der Hr. Joachim Lemmermann dieser Zeit ältester Bürgermeister und Patron, wie auch die Herrn Detleff Brasche und Hans Christoph Weißbach/ Ober-Alten und Leichnambs Geschwornen zu St. Jacobi, auch Vorsteher dieser Capellen zu St. Gerdrut, haben diese Orgel von neuen wieder erbauen lassen/ durch den berühmten Orgel-Bauer Arpe Schnitger/ welcher solches Werck in diesem Jahr 1700. GOTT Lob/ auch rühmlich verfertiget/ und ist von dem alten Werck die Structur und 6. Stimmen geblieben/ so verbessert worden.

Wie nun solches zu GOttes Ehren/ von hochgemeldten Herren befordert und verordnet: als wolle der grosse GOTT auch dasselbe erhalten. Es wird denn Nachkommen recommendiret/ solches im guten Stande zu unterhalten/ wie man diese Zeit davor treulich gesorget.

IN TEMPLO S. GEORGII IN SUBURBIO.

CLXXXVIII.

FRANCISCI SIMONIS.

D. O. M. S.

REv. & Cl. Dn. M. Franciscus Simon, Ukero-Marchicus, Pastor ad D. Georg. & Jobi. Natus est A. C. 1603. Ad Ministerium Ecclesiæ Hamb. vocatus A. 1629. Ex thōro priori cum ELIS. PAPE suscepit: Albertum Joannem, Annam Catharinam Georgio Hardkopf ad D. Nicol. Archid. nuptam, M. Franciscum ex Allermöye, B. Patris successorem, Joh. Henricum J. U. D. & Bartholdum. M. D. Parisiis jam defunctum. Ex alterô thorô cum ELISABETHA CAPELLE vidit: Christinam Elisabeth, & Estheram Margaretham, atqve hanc M. Mich. von Oppenbusch ad D. Michael V. D. M. junctam.
Denatus A. 1629. Æt. 77. Avus 17. Nepotum & Neptium. Pastor fidelis & indefessus
Viro meritissimo, monumentum hoc
P. C.
Vidua mœstiss. & Liberi superstites

Franciscus Simon Senior, Simeonis ad instar,
Cum qvinqvaginta, superasset muneris annos,
Decessit placide, vitæ satur atqve laborum
Sic hujus justi da Jesu morte fruamur.

CLXXXIX.

Anno 1565. d. 26. Sept. entschlep in Godt dem HErrn/ de Dögetsame Cecilia Rückers/ der de leve Godt/ sambt allen framen Christen wil gnedig sin/ Amen.

Lucas Rücker entschlep in Godt dem HErrn/
Elisabeth Rückers entschlep in Godt dem HErrn.
Albert Rücker entschlep in Godt dem HErrn d. 15. Maji An. 1575.

CXC.

ELISÆ WICHGREVIÆ.

HIc sata Wichgrevii conjunx Pastoris Elisa,
Nota pudicitiâ, Relligione, fide,
Aucta puellari bis fœtu, terqve virili
Conjugii peperit pignora qvina viro.
Albertum, Henricum, Henningum, Catharinam & Elisam
Henningus vixit, sunt reliqvi usqve super.
Hinc petiit cœlum, multum lugente maritô,
Septenne ut tempus post tria lustra perit.
Qvæ bis sexta præit lux ô infausta Calendas
Octobris, Christo, te dat Elisa prece.

H. W. Pastor hujus Nosocmii adhuc vivus me F. F.
1611. d. 18. Martii, Ætat. 69.

CXCI.

Die edle Tapfferkeit/ wird gerühmet allezeit.
Johann Hültz/ 1665. gestorben
den 15. Jan.
J. Kön. Maj. der Cron Schweden Rittmeister unter des
Alsers Regiment.

CXCII.

NIcolaus Helm der Kön. Maj. und Cron Schweden/ unter der löblichen Schlebuscher Esqvadron bestellter Cornet, ist den 30. Martii in Holstein erschossen und folgends den 3. Apr. Aō. 1645. allhier begraben/ seines Alters 33. Jahr.

CXCIII.

SEbastian Wilhelm Verrkeh unter Ihrer Hochfürstl. Durchl. von Zell und Ihr Excell. Herrn General Leuten. de Chauvets Regiment, bestallter Rittmeister/ ist den 25. Augusti 1686. im Ausfall vor Hamburg geblieben.

CXCIV.


DEr Wohlgebohrne Hr. August Anthon von Hodenberg / Wohlbestallter Fürstl. Braunschweig. Luneb. Tragouner Lieutenant; ist gebohren d. 7. Aug. aō. 1660. ist im Treffen für Hamburg erschossen 1686. seines Alters 26. Jahr.

CXCV.

Zu St. Georgen über das Bein-Haus.

HJer werht gelont na Rechte/
Hier licht der Herr beym Knechte/
Ein jeder trede herbey/
Und sehe welcke de beste sey.

FINIS.



INDEX

INDEX.

A.

Adolphus IV. Graf zu Schauenburg und Holstein, CLXXX.

B.

Bartoldt Beckmann LXXXIV.
Jens Becker CV.
Detlev Beckmann CXLV.
Lucas Beckmannus XLI.
Bartoldus Bekemannus XC.
Joachimus Bekendorpius LXXII.
Johann Bekhof CXI.
Benedictus Papa L
Bernhardus Berensis LXXIV.
Sebastianus à Bergen J. C. LXXIII.
Christoph. Blanck. CXLVI.
Bodo von Bodenhausen XVI
Gertraud Anna Breyeria CLXXIII
Otto de Brul. CXLVII
Henigk Buerinck LXXIX
Johann. Butner. CLXXI

C.

Jodocus Capellus CLII
Joachimus Claen LXXV
Bernhardi Clausen CXXV
Ægidius Coignet CVI
Joh. Martinus Colerus CXXVIII
Johann. von Coppy CLXXV
Joh. Corfinius CLII
Albertus Crantz D. VI
Erasmus Cuffel XXVII

D.

Johannes Dassovius CXXXVII
Henrich von Delwich CLXXVI
Georgius Dittmar XCVI

E.

Jodocus Edzardus CLXVIII
Daniel von Eitzen XLIX
Theodorus ab Eitzen LXXXV
Gabriel Engel CLXXIX

F.

Georgius von der Fechte XCV.
Paul Fleming XCVII
Focco XXXVIII
Joh. Friderici Electoris Sax. effigies CXL
Georgius Ludovicus Frobenius LII

G.

Petrus Galbius XXVIII
Johann Garmerus CXXVI
Gothofredus Gesius CXLII
Martinus Gœbel XXV
Joachimus Gœdersen CXVII
Johannes Goldenstede LXVII
Ægidius de Greve XL
Casparus Gritzner LXVIII
Pawel Grote LXIII
Paulus Grote CII

H.

Albertus Hackmann XXXI
Johannes Hagmajerus XLVI
Nicolaus Helm. CXCI
Reinholdus Henrici LXXVIII
Maria Martha Heuseria CXXX
Abraham Hinckelmann. CLIV
Gerhardus Hinsche CLXIII
Aug. Anton von Hodenberg CXCIII
Holsatiæ Comites III
Joh. Henricus Horbius CXLV
Caspar. Petrus Hülsemann CLXIV
Johann Hultz CXC

J.

Johannes Jäger CLXI
Petrus Juncker CLV

K.

Joachimus vam Kampe XXXV
Stephanus Kempe LXXX
Theodorus Kerckring CXX
Joh. Adolphus Kielmann de Kielmannseck CXXII
David Klugius CLIII
Jacobus Kohl CXVIII
Thomas Koppe LVII
Anna Krögers CIV

L.

Detlevus Langenb. XLVII
Garlevus Langenbecius XXXVII
Langermanni CXXI
Andreas Paulus de Liliencron CXXIX
Anna Lüctemachers XXIX
Luderus Dux Saxon. & Westph. II
Hans Lueders CX
D. Lutheri effigies CXL. CXLVIII. CLXXXII

M.

Michael Mamgarts XXXIII
Henning Matthiesen LVI
Caspar Mauritius CLIX
Melanchthonis effigies CLXXXII
Balthasar le Merchier XXXIX
Albertus Moller CXXXIX
Casparus Moller LXXXVII
Henricus Mollerus VIII
Hieronymus Mollerus XI

H

Joachi-

Joachimus Mollerus CIX
Johannes Moller LXXVIII
Johannes Moller LXXVIII
Johannes Moller XXXVI
Johannes Mollerus LXXI
Theodorus Moller LXXXVIII
Michael Molner XII
Georgius Müllerus L. XVII
Johannes Mullerus CXXXIV
N.
Philippus Nicolai XCIV
Maria Elisabetha Niederstetia CXXIII
Dietericus Niebur L LXXVI
Johannes Niebur LXVI
Gesa Nigelle LXV
Anna Nigellen LX
O.
Occoharsenius X
Conradus Oldehorst XLIV
Conradus Oldehorst XLVIII. CXLI
Johannes Oppedenperde IV
Maria Oppenbuschia CLXXII
P.
Conradus Penningius CIII
Joachimus Petersen XCIX
Hermannus von Petkum CXXXV
Johann. & Vincentius Placcius CXXVI
Caspar von Potthausen CLXXIV
R.
Antonius Reiser CLX
Hermann Rentzel CLXXXV
Johann Renzel CLVI
Peter Renzel CLVII
Coerdt Rheder LXI
Matthias Rheder LXII
Michael Rheder D. VII
Rodopyrgius XXXIV
Wernerus Rolevincius XXIII
Cæcilia Rückers CLXXXIX
S.
Joachimus Salspurgius XXII
Berendt Sammann LXXXVIII
Vitus Scarpius D. XXIV
Barthold Nicolaus Schafshausen CXXXIII
Elizabetha Schelber XIV
Petrus Schele CLXXXI
Paulus Scheurus LXXXIX
Vincentius Schlebusch CXXXVIII
Christoffer Schöning LXXXII
Johannes Schrœtering CXIX
Otto Schulte XIII
Johannes Schult CYXXII
Paulus Schulten LXXXVI
Joachimus Schultze CLXII
Samuel Schultze CXXXVI
Stephanus Scultetus CLXXXIV
Anna Elisabetha Schuppia *CXII*
Joh. Balthasar Schuppe *CLVIII*
Alexander Seestaen *XIX*
Francisci Simonis *CLXXXVIII*
Sixti IV. Papæ Indulgentiæ *CXLIX*
Johann à Sprekelsen *LVI*
Petrus à Sprekelsen *LVI*
Petrus à Sprekelsen *LVIII*
Johannes Stemann *CXLIII*
Joh. Surland *CLXIX*
T.
Paulus Tarsensis *LXXXIX*
Bernhardus Teggius. L. *CVIII*
Tide D. *V.*
Johannes Trajectinus *XXX*
Albertus Twestrengh *LXV*
Eberhardus Twestrengh *LXX*
Joachimus Twestrengh *LXV*
U.
Ericus à Vechte *XLII*
Sebastian. Wilhelm. Vercken *CXCII*
Dominicus van Uffele *XCII*
Vogelerus *L*
Nicolaus Vogler L. *XXXII*
Simon de Utrecht *LV*
Paulus Utricht *XLV*
W.
Gert von Wesel *XXVI*
Nicolaus Wesselhovet *LXIV*
Joachimus Westphalus *LXXXI*
Maria Magdalena Westrowitzin *XX*
Hermannus Wetken *LXIX*
Hermannus Wetken *LIX*
Johannes Wetken *LIX*
Heinrich Wichgreve *LI*
Elisa Wichgrevia *CXC*
Henricus Wichmannus *XLIII*
Ulricus Winckel. *CXXXI*
Johann Winckler *CLXX*
Georgius Winshemius *LXXXIII*
Vitus Ortelius Winsheim *IX*
Andreas Wisen *XCI*
Bernhardus Wise *CL*
Gabriel Wischert *CXIII*
Wolter Wischert *CVII*
Christian Sigismund Wolfius *CXXVII*
Liberius Wolter *CXXIV*

FINIS.

VIRO

VIRO Nobilißimo ac Eruditißimo DOMINO

THEODORO ANCKELMANNO

Hamburgensi, Juris-Consulto Politissimo,

Cum

Magnificentissimo Heidelbergensis Academiæ Rectore Illustrissimo DOMINO,

DN. LEONHARDO JOHANNE WITTENBERG,

A Dobern, Comite à Neuburg, L. Barone in Loymiocky, Domino ab Ilris & Illestat, &c.

Splendidissimæ Urbis Patriæ

INSCRIPTIONES EDERET,

Eoqve Pietatis haud intermoriturae

MONUMENTUM

sibi exstrueret

Solemnem hic applausum Buccinavimus

AMICI.

DElectant externa animos! qvis marmora Romæ
Nescit, & è mediis Monumenta effossa ruinis?
Scribimus hæc legimusqve avidi: ast, inqvirere qvisnam
Res patriæ, & qvæ cura Patrum memoranda reliqvit,
Studet, & ad seros calamo transferre nepotes?
Te, qvamvis Astræa suum sibi scribat, & olim
Ad majus seponat opus, qvanqvam altius ire
Posses ac magno eloqvio contendere Marco;
Tu Patriæ monumenta tamen, qvæcunqve vel æri,
Vel saxis incisa manent, conqvirere mavis,
Pieridum *Anckelmanne* decus; tu vindice pennâ
Asseris antiqvas tabulas, cipposqve loqventes,
Hamburgo applaudente, facis! miratur, amatqve
Posteritas, pia sensa Patrum. Macte indole! macte
Ingenio! instigat sua qvemqve trahitqve voluptas,
Te Patriæ dulcedo movet! vel marmora tempus
Rodat edax, tumuliqve ruant, atqve æva liqvescant!
Ipsa tuis vitam debebunt marmora chartis,
Cumqve tuis vives qvæ vincunt secula chartis.

SEBASTIANUS RAMSPECK,
Politices ac Eloq. Professor, & Heidelbergensis Academiæ nunc Pro-Rector.

Dum qvid vetusta saxa dicant colligis,
Qvæ posteris Virûm verenda nomina
Tradunt, sinu Tua qvos recondit Patria,
Ædesqve qvos titulos superbæ præferant,
Diutius nescire seculum haut sinis:
Vivos simul, fatoqve functos munere
Mactas peramplo. Nec tuum silentio
Involvet unqvam fama Nomen, dum loqui
Jam latius cives Tuos per Te potest.
Dignasqve mox grates rependet Patria.

Imq. scribeb.
SAMUEL PUFENDORF, Prof. Publ.

Sculpta sepulchrorum solidâ dum marmora famâ
Evolvis, longo semisepulta situ:
Tot patriæ illustres animas, victricia mortis
Nomina, dum clauso protrahis è tumulo:
Dum, nescita prius, tenebris tot stemmata cœcis,
Eruis, in libros ritè relata tuos:
Æternam patriæ, qvia saxa negare videntur,
Dum reddis vitam, qvam dedit ipsa brevem:
Ecce tuos ingens Hamburgum cœpit amare
Conatus, mentem cœpit amare bonam.
Ipsi qvin etiam, longo qvos ordine lustras,
Agnoscunt studium, post sua fata viri.
Fallor, an ipsa tuo Pietas huic plaudit amori?
Et te, pro tali Pallade, Pallas amat?

JOHANNES BLOMIUS,
Bibliothecarius Hamburgensis.

Qvis Te fatigârit Lyceo in patrio
Humanioris literaturæ labor,
Exhinc Themistos grate cultor Juliæ
Et Philurinæ; *inscripta* saxa splendidi
Gambriviorum emporii, qvæ publico
Largiris expetentibus doctis, probant.
Ex ungue noscitur leo: ex fundamine,
Qvod ritè jactum, colligentur cæteta.

Et

Et augurari si licet; qvo præmium
Antiqvitatis buccinatori suæ
Civi optimo dignum rependat inclyta
Urbs Albionis: inde fastis civium,
Qvos plebe virtus ac honos fulgentior
Distinxit, olim *nomen inscribit Tuum.*

Habes Clarissime Dn. Anckelmanne J. U. Cand. dignissime, Amice prorsus fraterne, votum ex animo conceptum. Lipsiæ XXVII. Calend. Sep. An. 1663. à Tuo

GOTTOFRIDO PFLAUMIO, Ascaniensi.

Ergo quæ tenui scribuntur, amice, papyro,
Innumeros servata manent monimenta per annos,
Interitus secura magis, quàm credita sectis
Cautibus & solida nequicquam insculpta metallo?
Aspicite ætatem præsentia secla priorem.
Ingentes ubi nunc moles, ubi grandia saxa,
Et vastæ rupes, & qvæ juga maxima qvondam
Antiquis migrare locis, aliisq; repente
Surgere mirata est olim indignataq; Tellus,
Visceribus spolita suis, mutilataq; membris,
Culmina Pyramidum celsam dum surgere in æthram
Audet, & oppositum fundamina, mergit ad Orcum
Ægyptus, vel dum templum regina marito
Extruit, immensi monumentum & pignus amoris,
Quod nec longa dies, nec edax absumeret ignis,
Denique quod nullam posset sperare ruinam.
Frustra: Nam longis cesserunt omnia seclis:
Nomina vix restant, & famæ debilis aura.
Cætera ceu vani fugerunt visa soporis.
At non quæ chartis manus haud ignara futuri
Credidit, & toto dispersit didita mundo:
Hæc variis secura locis, securaque multo
Custode, æternum fortunæ fulmina rident.
Irruat huc nigris circumvallata cerastis
Invidia, & rabido spumantia toxica rictu
Evomat, haud ullis abolentur facta venenis,
Quæ semel audaci sunt æternata papyro.
His & post cineres, fortunatasque favillas
Se reparant homines, dum nota major imago
Reddita commotis rediviva exultat ab urnis,
Et volitans toto latè cognoscitur orbe,
Ultra gemmiferi fulgentia cornua Gangis,
Quaque vaporatis stridet sol fessus in undis,
Detectumque caput Nili, Arctoasque pruinas.
Sic genitrix sobolesque sui Phœbæa volucris
Nascitur exitio, sibi successura cremata,
Transcenditque novis mirantia sidera pennis.
Est aliquid cupidam inflammet si gloria mentem,
Mortales seris cogens transmittere seclis

Inge-

Ingenii monumenta sui: Generosior autem
O quanto est, meritoque magis dignandus honore,
Nobili qui nota afflatus dulcedine pectus,
Æternat natale solum: memorique papyro
Transcribit, cæcamque jubet contemnere Lethen.
Te quoque laus ingens, perituraque gloria nunquam
ANCKELMANNE, manet, sancto perculsus amore
Qui patriæ monumenta tuæ, titulosque latentes,
Et quæ centenos servaverat illa per annos
Marmoreo suscepta sinu, celataque acutos
Et frustrata etiam visus, oculatior unus
Observas, chartisque notas vivacibus, atque
Mnemosynes fano pangis cordatus in aureo
Altius, immemores nunquam visura nepotes.
Macte animi, dilecte: tuo favet ecce labori
Hamburga, & merita tribuit præconia laudis,
Et non immemorem gaudens gratatur alumnum
Ipsa sibi, atque istis (quamvis pulcerrima jactet)
Promittit majora sibi, cum redditus alma
Optatus patriæ, diffundes dona politi
Largius ingenii, fæcundaque pectora cautis
Consiliis pandes; & quicquid Julia claris
Te docuit celebrata viris; & nobile quicquid
Sub Tiliæ ramis Plissæ & prope discitur arcem,
Et quicquid clari propter vaga flumina Nicri.
Gallia quodque docet, cujus Germania mores
Deperit, insuetoque imitatur splendida cultu.
Hæc patria alma tuo sibi spondet munere, amice,
Et Phœbus patriæ, Virgo justissima Phœbo,
Quæ tibi sidereum nascenti affulgere cælum
Jussit, & arcanis puerum te fovit in ulnis,
Formandumque suis Mystis dedit, atque decoro
Mox tibi prætexet prudentia tempora cocco:
Civilem Hamburgum poterit superaddere quercum:
Quercum, quem gemino quo præcingaris honore
Aurea Palladii Themis intertexat olivis.

JOANNES PLACCIUS.

SI mores hominum tecum scruteris, Amice,
Turpiter haud paucos hodiè sic vivere spectes,
Quorum summa dies cum vita ignobile nomen
Finiat, obscuri tradat tenebrisque Sepulchri.
Qvalem etenim laudem referat; quæ præmia, turpi
Tempora segnitie qvi perdit cuncta, laborem
Nec gratum præstat, meritò qvem sera celebret
Posteritas? quæro qvî fulgida sidera tangat

Ver-

Vertice, qui pateras ſpumantes impiger haurit?
Ergo tibi melior cum ſurgat opinio mente,
Et juvet aſiduè doctis palleſcere libris,
Atque, quid ingenium valeat, monſtrare polito
Scripto, *magnus honor & digna* βραβεῖα *ſeqventur.*

Hiſce paucis debita obſervantiæ E. Nobiliſſimo nec non Doctiſſimo Dn. Anckelmanno J. V. C. digniſſimo, Amico ſuo fraternè dilecto congratulari voluit


JOH. MATTHIAS SOMMER
Itzehoâ Holſatus LL. Sud.

Ἄξιος ANCKELMANNE *πέπλυ Cenſebere, peplum (**
Dum Patriæ evulgas notificasque Tuæ.
Scilicet illius poteritne oblivio Nomen
Tollere, qui alterius perpetuare cupit?
Non ita: ſed peplum quisquis modò perleget hocce,
ἄξιον *ipſum Te ſentiet eſſe* πέπλυ.

(* Peplum Ariſtoteles ſuum vocavit, quem de Heroum tumulis confecerat, librum.

Hiſce Nobiliſſimo Dn. Autori, Amico fraternè dilecto congratulatur

CHRISTIAN. MARTIN. DORN.



LE temps qvi ronge tout, n'épargne point la pierre,
Ny le marbre plus dur.
L'eau cave le rocher, auſi le foible lierre
Renverſe enfin le mur.
La choſe bien ſouvent, qv'on croit mieux eſſureé,
Se briſe au moindre vent;
Et pour dire en un mot, rien ne voit de dureé,
Qve ſon ſeul changement.
Les Monuments plus beaux ſervent de Sepulture
Aux plus ſuperbes Rois:
Et enfin cette riche et ſuperbe ſtructure
Souffre les memes loix.
La beauté des Tombeaux avec le temps s'efface,
Et leurs Inſcriptions
N'eſt enfin que des traits effacés, que la trace
D'une confuſion
C'eſt cela qui t'a meu mon treſcher THEODORE,
Quand du dreſſas tes pas
Vers le ſejour des Morts, de recueiller encore
Les debris du Trépas.
Or comme tu fais voir, dans cette conjoncture,
Des Traits de pieté,
Et de ce zele ardent, que tu as de Nature
Pour ceux de ta Cité,
Nous remarquons auſſy, que malgré l'inconſtance
Et du temps et du ſort,

Ton

Ton papier va avoir bien plus de resistence,
Que le marbre plus fort:
Car encor que le temps, qui tout ronge et consume,
Briseroit celuy-cy,
Il ne briseroit pas les Titres, que ta plume.
A recueilly icy.
Et c'est d'abord en quoy ton dessein est louable
Dans ces Inscriptions,
Et la posterité, sans doute est redevable
A tes intentions.
Joint de dessus ta plume, & le nom & la gloire
Des deffunts, va plus Loin
Et que par ce moyen, tu en rends la memoire,
Plus ferme par ton soin.

A. ULCKEN Hamb.

PArturiens, dudum conceptos pectore fœtus,
Scilicet ingenii, pignora prima, paris.
Gratulor huic soboli, Lucinas, gratulor, horas,
Et cupidos Voveo, mollia vincla, sinûs.
Sed Te felicem! cui partus surgit ab ortu
Vitæ simul, famæ nec moriturus honos.

Paucula hæc, Nobiliss. Doctissimoq; Dn. Theodoro Anckelmanno, Cognato suo longè charissimo, cum Inscriptiones Patrias ederet, l. m. q. apponebat

D. H. SCHLEBUSCH.

F I N I S.

